[illegible]rembach
Ursula Vind

LIBRAIRIE
ECCLESIASTIQUE
de TOULOUSE & TARANNE
33, R. Cassette PARIS.

D dh
E

922.1

X
VIII
58.6

BQX
8352
C7

ST. JOSEPH'S SEMINARY
DARLINGHURST
42650

LIBRARY
ST. JOSEPHS' SEMINARY,
DUNWOODIE, N. Y.

922.1

S. VRSVLA
VINDICATA

Collegij Societatis 10th Augusta 1669.

ST. JOSEPH'S
DUNWOODIE, N. Y.

EXPLICATIO FRONTIS
ET FINIS OPERIS.

SIlenus apud Ælianum duarum Vrbium, alij duarum Turriũ meminerunt, quarum altera Machimus, seu pugnax; altera dicebatur Eusebes, & pia: quia studijs vtraq; contrarijs exercebatur. Hæc pietatis officijs dedita, cœlitum cõsortio fruebatur, pacevigebat perpetua, rerum omnium abundantia, velut viretũ paradisi cuiusdam amœnissimi, directis in quincuncem arboribus consitũ, florum & aromatũ areolis descriptũ, & salientibus riuis irrigatũ, redũdabat. Illa cõtinuis exercita prælijs, ab armis, annona, militib. & munitionib. instructissima, nullis expugnari virib. potuit, sed longè lateq; vicinis populis omnib. imperabat. *Aelian. l. 3. variar. histor. ca. 18.*

Vtramque nobis & firmissimo quidem coniunctionis nexu copulatam exhibet in imagine vetus historia S. Vrsulæ, quæ solidæ veritatis fundata vestigijs & exstructa; diuinis & humanis corroborata testimonijs, quasi vicenis insignis clypeis, validoq; munita præsidiario milite, firmis etiam rationum muris & propugnaculis defensa, facilè sustinet, & eliditarietationes aduersariorum, tam Acatholicorum, quam Catholicorum.

Eadẽ admirandis Dei, cœlitumq; fauoribus & beneficijs Vrsulanæ sodalitati collatis illustris & cumulata, mirificè pietatẽ fouet, & imitandi studium prouocat: nam mentem & cor humanum sensim à caducis abductum rebus ad cœlestia, & æterna cõtemplanda bona, desideranda, totisq; viribus inquirenda, quasi tædis inflammatũ subleuat. Hinc altera nascitur in lectore felix & vtilis societas sacræ militiæ cum pietate coniunctæ, dum inspectis, & diligenter consideratis triumphis Parthenicis & tropæis glorioſis, imitationis harũ SS. Virginũ accensus desiderio, sibi continuum aduersus prauas vitiorum cupiditates, & turbulentas animi perturbationes bellum mouet, donec ijs domitis pace perpetua cum cœlestium donorum affluentia potiatur.

Tunc enim pubescens virtutum omniũ viriditas, & læta florum, seu desideriorum æternorũ amœnitas, perennibus lacrymarum fontibus irrigata, cœlestis & æternæ vitæ quandã imaginẽ repræsentat, & id cultor, admirator & imitator huius Partheniæ societatis consequitur, vt quarum patrocinio nitebatur in hac mortali vita, post eius decursum lætus earum beato consortio semper in cœlis victurus aggregetur, ijsdemq; palmis coronis, & insignibus victoriæ decoretur.

PROTESTATIO
AVTHORIS AD LECTOREM.

ADuerte Lector omnia, quæ his vndecim Vrsulanæ historiæ libris continentur, ea me iudicio, censuræque S.R.E. quam demississimè subijcere, profiteorq; nihil me à sacris Apostolicis traditionibus, œcumenicorum conciliorum sanctionibus, summorum Pontificum decretis, & definitionibus alienum tradere, scribere, vel sentire voluisse. Quod si quid aliud ex incuria, vel negligentia subrepserit, id erasum volo, vel si quis alius, vt homo sum, error lapsu memoriæ, vel ignorantia mea remanserit, doceri cupio, moneri desidero, libenter correcturus.

Memor etiam constitutionis S.D.N. Vrbani 8. de defunctis Canoni nondum adscriptis, quæ A. 1625. prodijt, eiusque confirmationis anni 1634. nihil in his à me dictum volo, nisi quantum humana meretur fides: quæ verò ex alijs narro, vel recito, tantum ijs autoritatis esse cupio, quanta debetur autoribus, vel quantam eis sancta Romana permittit Ecclesia, vt vno prorsus ore, sensu, & corde Deum Patrem in magna Sanctæ matris nostræ militantis Ecclesiæ domo fideles omnes, quasi filij vnius moris, sub vno Capite & Pastore laudemus, ipsiusque gloriam verbis, scriptis, & factis augeamus, & si opus etiam sanguine fuso propagemus, eiusque Maiestas in Sanctis clarius cognoscatur, ardentius ametur, augustius adoretur.

APPROBATIO ET FACVLTAS
R. P. PROVINCIALIS.

EGo Ioannes Panhauß Societatis IESV *per prouinciam Rheni inferioris Præpositus Prouincialis, potestate mihi facta ab Admodum R.do P. Carolo Sangrio Societatis* IESV *Vicario Generali facultatem do D. Hermanno Mylio Bibliopolæ & Senatori Colonienſi typis mandandi, & liberè distrahendi Vitam & Martyrium SS. Vrsulæ & sociarum, vndecim libris comprehensum, à P. Hermanno Crombach eiusdem Societatis Sacerdote conscriptum, atque à deputatis ad id Theologis lectum & approbatum. In cuius rei fidem has literas manu mea subscriptas, & officij sigillo munitas dedi Coloniæ 16. Maij An. 1645.*

IOANNES PANHAVSS.

SAN-

SANCTISSIMAE DEI GENITRICI VIRGINI MARIÆ IMMACVLATE CONCEPTÆ, SODALITATIS HVIVS REGINÆ, DVCI, ET COMITI,

NEC NON

SS. VRSVLAE EIVSDEMQVE TOTI SOCIETATI.

Vas ad aras Præses ſtudiorum meorum, & religioſæ vitæ fidiſſima, Dei genitrix Maria, minerual hoc appendo, vile quidem, ſi dictionem & operam meam; grande nec ingratum tibi ô Magiſtra Doctorum, ſi materiam conſiderem.

Deipara Dux & primiceria Caſtitatis.

Tu enim Virgo Virginum tam animo in Conceptione à natiua labe, & in omni vita prorſus ab omni culpa puriſsima, quàm corpore integerrima, prima virginitatis vexillum extuliſti. Ideo Dux & primiceria caſtitatis merito nominaris. Sed licet multæ ſeculis cunctis filiæ Regum, tuum ſecutæ vexillum, glorioſum deuicta carne tropæum filio tuo Chriſto, ſponſo ſuo ſtatuerint, nunquam tamen

Et exercitus Vrsulani.

vno die tot adultæ Virgines eodem loci de mundo, & seipsis, tuis auspicijs, in tuis castris, exemplo patrocinioque tuo triumpharunt, quot Coloniæ tempore Martyrij Vrsulani.

Huius triumphi cum Ducem te fuisse, comitemque tam in peregrinatione Romana, quàm in certamine sæpius ipsa dilectis tuis significaris, iure celeusma festiuum tibi tam auspicatæ cœlestem in portum nauigationis accinimus, vnde nec ingrata potest esse tibi tam eximij triumphi, ductu tuo, tuis à clientibus, & filij tui sponsis obtenti memoria.

Præsertim cum si in vlla societate Martyrum, in hoc certè Parthenico tot millium collegio mirificè filij tui gloria fuerit celebrata: *Laus militis* (ait Cliens tuus S. Anselmus) *gloria est Imperatoris, & dum virtutes sanctorum narrantur, Christi gloria prædicatur.* Magnus profectò cumulus, & incrementum accessit gloriæ filij tui, cum vna die Virginum tenerarum vndecim chiliades, præter complura Martyrum aliorũ millia gloriosè de se, suisq; hostibus victoriam reportarunt. Si enim in ceteris potentiæ filij tui miraculis numeratur, quoties in sexu fragili laurea martyrij vel ab vna virgine Catharina, Cæcilia, Barbara fortiter obtinetur, quæ in ætatis flore pro virginitatis amore fuso sanguine sponso datam fidem publicè contestatur: qualia censebimus omnipotentiæ diuinæ nunquam alias vsitata prodigia fuisse, quando eodem die myrias integra virginum cum chiliade, triennio tot virtutum actibus ad amorem sponsi quasi monilibus & gemmis comparata, mutuis etiã exemplis, adhortationibus & monitis indies exstimulata, per tot vitæ pericula, corporis defatigationes & calamitates itineris longissimi, difficillimi, molestissimi, ad sponsi nuptias per immanissimam mortem

S. Anselm. in vita S. Guigneri.

Ex quo gloria Dei resultat.

mortem tanta corporis gestientis alacritate, & hilaritate mentis euolauit, quanta siti nemo vllus mortalium voluptuosissimus delicias & cupedias suas expetiuit? Quanta sunt illa diuinæ potentiæ miracula, cum præter tot castissimas Virgines, orbis totius Episcopi sanctissimi relictis infulis; tot viri Principes, Duces & Reges positis sceptris, calcata rei militaris gloria, spretisque diuitijs & regnis vnà cum coniugibus, filijs, nepotibus & omni posteritate sub Crucis labaro militantes, tam generosè corpora sagittis transigenda, capita clauis & vectibus confringenda, ceruices securibus feriendas amore Ducis sui Iesu libẽter immanissimis carnificibus obtulerunt? Quæ ista tam admirabilis Dei potentia, quæ Christi perpessionis & crucis illa virtus & efficacitas est, vt tot teneræ virgines in palatijs, delicijs omnibus innutritæ: tot etiam impuberes pueri, quin & infantes ipsi promtiores & paratiores ad sustinendam, quàm milites ad inferendam necem, anhelarint? Præterea quale nam prodigium fuit illud, ex vndecim chiliadibus Virginum & quingentis pueris vel infantulis ne vnicum quidem retulisse gradum, victum minis, fractum supplicijs, totus licet sedibus suis auulsus orcus cum tot legionibus barbarorum hostium, extrema machinaretur, non potuisse vel vnicam puellam aut infantem blanditijs, minis, tormentis, & omnibus suis artib. veteratorijs ab amore sponsi Iesu dimouere?

Ac Virtus Crucis emicat.

O diem cœlitibus iucundissimum, Christo glorioſissimum, hostibus eius ignominioſissimum! sed heu nimis hactenus inuidia diaboli, calumnijs Hæterodoxorum, quorundam etiam Catholicorũ oppositionibus caliginosum & penè tenebris inuolutum, dum quidam audent ipsam martyrij causam

Obscuratur aduersariorũ oppositionibus.

cauſam in dubium reuocare: quæ tamen ſpero ſuperis bene iuuantibus ſole clarior apparebit.

Vnde non ingratus ô Virgo beatiſsima tuis auſpicijs hic meus ſuſceptus conatus erit, vt infinitæ ſapientiæ, bonitatis & potentiæ theſaurus in hanc nobiliſſimam concertationem alueo quaſi toto profuſus perſpicuè mortalibus velut in ſcena ſpectandus exhibeatur, & ita multorum animus nimis caducis & fluxis huius vitæ commodis affixus, ad infinitam Dei bonitatem prædicandã eleuetur, cumque tã promtas & paratas viderint ipſi ſexui ſequiori, vel pueris etiam tantas cœleſtium donorum diuitias, eaſdem calcatis terrenis rebus ambire feruentius incipiant, pluris æternorum bonorum excellẽtiam, præſtantiamque præ mundi carniſq; breuiſſimis voluptatibus æſtiment, & virtutes cœtus huius Parthenici ſingulares eximiaſque conſtanter imitentur.

Scopus huius operis.

Iure etiam hic quantuſcunq; labor tibi conſecratur: nam cum tuo magis impulſu, quam humano cõſilio, ſuperiorum voluntate & imperio manum imparem operi tanto admouiſſem, & meæ memor tenuitatis, tuam frequenter opem ſubſidiariã imploraſſem, ſecundiſſimis repente ſenſi me prouehi fauonijs: vt qui in Chronologicis, Theologicis, Hiſtoricis, & Geographicis rebus intricatiſſimi nodi ſub manum naſcebantur, vix arrepto calamo, tuo, virginumque martyrum inuocato auxilio iam extricati & enodes apparerent. Fecit hoc tuus ô Virgo mater ſingularis fauor; vt cum æger acceſſiſſem, conſtante fruitus, & firma, dũ operi inſiſto, valetudine, nullo faſtidio rem omnem inter continuas alias & multiplices occupationes opinione mea celerius conficerem: Tuum agnoſco Mater admirabilis & prædico

Fauores Deiparæ in eo adornando.

benefi-

beneficium, vt si quod inuentionis occurrat acumen: si quis ordo digestionis, si quis nitor elocutionis, tuis impetratum esse precibus ingenuè confitear. Contra quidquid horridum in dictione, quidquid hians, asperum, inconcinnũ & absonum, meũ agnosco; veniam autem posco: dandum aliquid fuit continuis & importunis flagitantium multorum precibus, qui id subuerebantur, ne polientem & limantem mors opprimeret; dandum aliquid curis secundis, vt gratiores sint. Cessi nondum expolito satis fœtu: & hoc facilius, quod quædam Galfredi de S. Vrsula fabula (qua causa martyrij labefactatur, locus agonis, sepulturæ ratio, cum ipsis reliquijs suspectæ fidei efficiuntur) summo cum dedecore Sodalitatis Vrsulanæ pronioribus vbique iam auribus excipitur, interim coæui testes, qui rei gestæ seriem tumulis indiderunt, vestigia clarissimæ veritatis ab Acatholicis etiam comprobata, traditiones decem ferè diuersorum populorum, nec audiuntur, imò paulatim aduersariorum potentia sic obteruntur, vt somnia narrare, vel aniles fabulas putetur, quisquis audet modo tot populorum cõstantes de hoc martyrio traditiones memorare, vel vestigia peregrinationis exhibere: at dicta fabula sic iam inualuit ætate nostra, vt Heterodoxi cœperint hoc primum tempore S. Vrsulam Diuam imaginariam appellare, quorum nisi calumnijs occurratur maturè, veris, & solidis, tam coæuis, quàm vetustissimis alijs huius nobilissimi martyrij fundamentis historicis in medium prolatis, quæ magnam partem hactenus abdita in archiuis, sacrarijs, & antiquis bibliothecis latuerunt, eo rem deducendã viri cordati metuant, vt omnes orbis totius Vrsulanæ reliquiæ cum ipso martyrio, cõtra vniuersalis Ecclesiæ Catholicæ fidẽ & con-

Festinato opus.

Ob fabulã periculosam.

Et Heterodoxorũ calumnias.

& consensum ab ipsis nonnullis, qui orthodoxi, lunt haberi, sint in dubium reuocandæ: ita maturandum censui, vt torrens ille virorum etiam doctorum, & Catholicorum, qui velut ouem primam errantem gregatim Galfredum fabulosissimum autorem (vt eum æquales eius, ciues, & Recentiores etiã tam Catholici, quàm Hæretici communiter nominant) sequuntur, & magno dedecore notant Vrsulanam Sodalitatem, parum per cohibeatur: ac comperta veritate, soliditate & historica firmitate tanti martyrij, donorumque quæ Deus inexhausta beneficentia contulit huic Societati redundantia, cultus eius sacrarum reliquiarum consenescens primo vigori restituatur.

Obtrectatores scio, reprehensores & momos non defore, qui more ingenioque suo conatum hunc meum sint arrosuri & vellicaturi: quod de sua narratione Vrsulana tam S. Elisabeth, quàm B. Hermannus, seu scriptor Anonymus nõ vani vates prædixerunt: contra quos imbecillitati meæ valido, tuto, & parato opus est præsidio, quo nixus fortiter veritatem contra nubem aduersariorum infinitam tuear: ideò ad te Magistram Doctorum, pulcram vt Luna, electam vt Sol confugio. Tuus ego supplex, tuam fidem obtestor, misericordiam imploro, tuã potestatem, claritatem, & suffragiorum efficacitatem intueor, veneror, obsecro: vt illustrissimis iubaris tui radijs ingenij mei tenebræ discutiantur, ad veritatem irretortis oculis cõtemplandam, tot aduersariorum assultus sustinendos æquanimiter, & fortiter retundendos. Nec enim potentius, neque facilius vllum tuo mihi succurrit præsidio: non potentius; potes enim omnia *per filium, qui totum nos habere voluit per Mariam.* Tu Ruperto Tuitiensi

Cur inscribatur opus Deiparæ.

S. Bern. de Nat. B. M. V.

sacra-

sacrarum paginarum veram interpretationem, Alberto M. naturalis Philosophiæ absolutam cognitionem, Hermanno Contracto cultiorem literaturam, quæ ad humanitatem informat, impetrasti: Te igitur Duce & Magistra propitia nullos aduersariorum conatus formidabo. Nec facilius etiam, promtius, & expeditius tuo potest esse auxilio, quia tuis vocata clientibus præsto es, promtior vt subuenias, quã nos vt te inuocemus. *Sileat misericordiam tuam virgo beata, si quis est, qui inuocatam te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse.* Neminem sanè reijcis, quæris opis alienæ egentiores vera Misericordiæ mater, quo tuum clarius miseros iuuandi studium elucescat. *S. Bern. ser. 4. de Assumt.*

Hoc vt perfugium, præsidium & patrocinium mihi semper pateat, ad te virgineæ militiæ Ducem S. Vrsulam, & socias virgines me conuerto: quæ nunc inter amœnissima cœlestis paradisi vireta victrices palmis decoræ sequimini agnum absque macula, cui nuptiale carmen, carmen nouum, vt sponso vocibus harmonicis inter cœlestium geniorum choros accinitis, ei coronas victoriæ vestræ velut sponsi dona consecratis: videtis quam dissonis opinionibus de vestro martyrio mortales à se diuidantur; scitis, quam à multis vitæ anteactæ vestra sanctitas, ab alijs incorrupta virginitas, à plurimis martyrij causa disceptetur, & ideò cultus flaccescat, virtutum imitatio iaceat, quæ commentis otiosorum hominum niti dicuntur: vt ab his calumnijs, & quibusdam infamiæ notis vestram integritatem, contra tot aduersarios valeam, iussu & mandato Superiorum, vindicare, vires animi corporisque vestris deprecationibus impetrate: dumque Parthenicæ vestræ sodalitatis virtutes heroicas calamo delineo, precor, vt efficacis auxilia gratiæ mihi cli- *Ad Virgines Vrsulanas apostrophe.*

entulorum minimo Dei munere clementer obtineatis, vt eaſdem moribus & vita conſtanter exprimam; illam animi ſingularem munditiam, corporis Angelicam caſtitatem, mentis profundiſſimam demiſsionem, rerum fluxarum deſpicientiam, calamitatum & tormentorum inexhauſtam ſitim, quibus omnes, vt gemmis exornatæ, quaſi ſingulæ ſtellæ, vel quidam ſoles cœleſte Diuorum domicilium vermiculatis: vt ſicut vos exemplo & amore ſponſi prouocatæ fauores, & laudes hominum, delicias, corporis & ſenſuum oblectamenta in ſordibus; contumelias verò, ludibria, tormenta in oculis, & ſummis amoribus habuiſtis, liceat veſtra factis premere veſtigia, nec latum ab ijs vnguem declinare. Hæc ſumma votorum ſit, veſtram vt tutelam, defenſionem, & aduocationem tam in vita, quam morte merear: hic vitæ, morumque exempla frequentatis actibus exprimam, ne damno potius & fraudi, quam emolumento ſit iſta ſcriptio. Idem Lectoribus huius operis animitus voueo, vt nemini ſit detrimento; ſed omnibus ſaluti libri lectio: & vt hoc velut claſsico nationes omnes excitatæ coniunctis adnitantur viribus, vt hæ communes orbis ferè vniuerſi Diuæ tutelares, quarum ſacri cineres per omnes mundi nationes ſunt diſsipati, ab aduerſariorum oppugnationibus, præſertim autem Hæreticorum opprobrijs & conuitijs vindicentur. Et ſiquæ lateant adhuc in Bibliothecis, Archiuis, ſacrarijs, quæ faciunt ad ſodalitatis huius martyrium illuſtrandum, & cultum propagandũ; ſi quæ rariora patrata ſint alibi ad earum SS. Virginum inuocationem prodigia, proferantur in lucem, via iam, vt confido veritatis indicata, vt omnes, qui ſupereſſe poſſunt in hac intricatiſsima hiſtoria nodi, paulatim

Virtutes earum.

tim dissoluantur, ad Dei Opt. Max. Dei genitricis immaculatè conceptæ, totiusque sodalitatis Vrsulanæ gloriam auctiorem, mortalium verò fructum & vtilitatem ex vestro tot millium Virginum martyrio vindicato copiosiorem. Hanc summam votorum meorùm, vt mihi meisq; Lectoribus, & quotquot ad operis perfectionem opem, consilium, sumtus, laborem, vel quid simile contulerunt, vestris precibus impetretis, Dei genitricem Virginem Mariam & Ducem, totamque militiam Virginum & Martyrum Vrsulanorum ego cliens indignissimus supplex oro obtestorque.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

CHRISTVS Seruator, licet morte pro nobis obitâ cœlum hominibus reserasset, vt animi fidelium corporis ergastulo soluti, & peccatorum omnium vinculis expediti, statim ad cœlos subuolarent beatitate perpetuâ fruituri: voluit tamen Sanctorum corpora in terris duas potissimum ob causas remanere. Primò, vt ipsi pro altera sui parte soliciti, desiderarent anastasin generalem, in qua proprijs vniti membris perfecta felicitate corporis, & animi perfruerentur. Ad eam rem ardens ijs iniecit desiderium, conciliandi precibus suis Deum peccatoribus, & hominibus, dum viuunt, obtinendi cuncta, quæ necessaria sunt, vt eiusdem cœlestis gaudij participes efficiantur, citiusque ciuium supernorum numero completo, triumphantis ecclesiæ regnum, ex Angelis, & hominibus redanimatis, & gloriosis omnibus numeris absolutum coalescat: *Vrget Sanctos* (ait S. Bernardus) *vt soliciti sint de nobis, quia iuxta vocem Apostoli, Deus prouidet de nobis, ne sine nobis consummentur, sicut ait Dauid Psalm. 141. Me expectant iusti, donec retribuas mihi.* Altera fuit causa, vt hominibus essent solatio, tutelæ, præsidioque: nam dum ea viui membra contuentur, per quæ Deus mirabilia fuit in vita operatus, & quæ suo tempore gloriosa sole clarius fulgurabunt, accendantur ipsi cum ad virtutũ æmulationem, tum ad Beatorum cum Christo regnantium poscenda suffragia, quo Deus possit amicis suis hominum afflictorum causa gratificari: & eorum flexus precibus mortalium miserijs facilius subuenire; atque ita corpus mysticum è triumphante, & militante Ecclesia compaginatum, mutuis membrorum officijs, & auxilijs, ac ipsius perenni capitis in subiecta membra influxũ conseruetur.

Causæ cur reliquiæ Sanctorũ in terris maneant.

1. Vt orent pro viuis sua ipsorũ causa.

In vigilia SS. Petri & Pauli.

2. Vt hominibus sint solatio, & auxilio.

Ideò solent à Sanctis Patribus, tam ipsæ Sanctorum reliquiæ, quam Beati in cœlis, turres, & propugnacula ciuitatum, ac regionum, astra cœli, & exercitus inuictus appellari. S. Basilius ita Sanctorum Martyrum cineres compellat: *Hi sunt, qui nostram obtinentes regionem, quasi quædam turres contra aduersariorum incursum refugium exhibent: nec vno in loco se clauserunt, sed in multis locis hospitio recepti, multorum patrias ornauerunt. Paratum hic est Christianis auxilium. O Sanctum Chorum! O cuneum inexpugnabilem! O communes generis humani custodes! optimi curarum socij, precum, ac votorum inuicem suffragatores, legati apud Deum potentissimi, astra mundi! aperta sunt vobis paradisi portæ, dignum profecto exercitibus Angelorum, Patriarchis, Prophetis, & iustis omnibus spectaculum.*

S. Basilius Sermone de Martyr.

Excellentia SS. reliquiarum.

Astra vocantur *cœli*: quorum vt influxu, caloreque cuncta animalia vegetantur, terra fœta frugibus, floribus, & omni fructuum genere luxuriat: ita Sanctarum reliquiarum cultu, cœlitumque patrocinio fœcunditas donorum corporis, animique nobis à patre luminum conciliatur. Tolle solem de terra, non diem tantum, sed vitam etiam breui cunctis animantibus sustuleris, tolle ex vrbibus, & regnis Sanctorum reliquias, & tutelam: quid nisi furor Dei desæuiet, sceleribus hominum incitatus? Vnde excidia ciuitatum, regionum vastitates, & regnorum florentissimorum euersiones formidentur. Quare ijdem Sancti *communes generis humani custodes* etiam nominantur; qui è specula eminentissima, tutissimaque longè prospiciunt ante mala, quæ nobis possunt imminere, æquè potentes ad quæuis pericula propulsanda, quam præuidenda: quos diuina nobis bonitas, vt pupillis tutores; vt minoribus curatores; vt clientibus patronos prouidit nostri amantissimos, eosdemque vigilantissimos: de quibus Isa. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte, & in perpetuum non tacebunt*: Sed continuo Dei nobis in aduersis opem præsentem exorabunt. Si opponas de Angelis id dictum esse, cum S. Bernardo respondeo: *Non abnuo, omnes sunt administratorij spiritus*: at quis me prohibeat itidem, & de istis sentire, *qui potentia quidem minimè iam ipsis Angelis impares sunt, affectu autem & misericordia eo nobis forsitan germaniores existunt, quo natura coniunctiores; iunge & tolerantiam earundem passionum, & miseriarum,*

Dicuntur astra cœli.

Custodes hominum.

Isa. 62.

S. Bern. Serm. 77. in cantica.

in quibus nos pro tempore adhuc versamur. Nihilne amplius miserationis pro nobis, vel solicitudinis operabitur in mentibus sanctis, quod & se transisse per eas procul dubio meminerunt? Nonne illa ipsorum vox est, transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium? quid? ipsi transierunt, & nos in medijs ignibus, vel fluctibus derelinquent? nec saltem manum porrigere dignabuntur periclitantibus filijs? Non est ita. Bene tecum agitur ô mater Ecclesia, benè tecum agitur in loco peregrinationis tuæ, de cælo, & de terra venit auxilium tibi; qui custodiunt te non dormitant, neque dormiunt. Custodes tui Angeli Sancti, vigiles tui spiritus, & animæ iustorum, & est huius solicitudinis ratio quibusque sua; his quidem, quod sine te non consummentur; illis verò, quod nisi de te ad sui plenitudinem minimè restaurentur: huc vsque Doctor mellifluus. Præterea Sancti, *sunt optimi curarum socij, precum, ac votorum suffragatores, ac potentissimi apud Deum legati:* nam curant illi res nostras optimè, qui curis, & molestijs vitæ præsentis expediti, cœlesti gaudent beatitate; illudque spectant, ne nos hereditate tali excidamus. Socij curarum.

Ac *legati* quidem ijdem velocissimi, quos nulla locorum interualla præpediunt, quo minus momento temporis, dum eos inuocamus, & ipsi vota nostra in Deo peruideant, & iam tum in præsentia Domini constituti, nostra Deo desideria proponant; nec ante desistunt, quam Deum, cuius vt amici domestici familiaritate continua fruuntur, nobis reconciliarint. *Si enim* (ait de S. Petro Bernardus) *dum hic viueret, misertus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius, quanto verius agnoscit miserias, orat pro nobis Patrem, quia beata illa patria caritatem non immutauit, sed augmentauit: neque enim, quia impassibilis omnino, ideò & incompassibilis factus est; sed nunc potius induit sibi viscera misericordiæ, cum ante fontem misericordiæ existit.* Legati. *In vigilia SS. Petri & Pauli.*

Sunt ijdem nobis *cuneus inexpugnabilis, turres, & propugnacula*, murique validissimi contra tartareas potestates, & aduersariorum insultus: Metaphrastes autor est in vita Sanctorum Cyri, & Ioannis, vicum, qui à Canopo duobus aberat stadijs, & continuis malorum spirituum terriculamentis infestabatur: vbi dictorum Sanctorum corpora cum sacris D. Marci cineribus angelico monitu eum subierunt, dœmones vetere pulsos statione, cessisse quietam incolis habitationem: An qui stygijs legionibus terrori sunt, hostium acies non dissipabunt? Odo Cluniacensis, & ex eo Baronius volunt, Danorum, & Normannorum exercitum Galliæ superioris incensis partibus, Turonem obsedisse: at verberatis, deiectisque crebro ariete mœnibus, cum in Vrbem irruerent, eam ferro, flammaque vastaturi, commodum allata fuisse ossa S. Martini eo loci, quò densior cuneus infesto marte irrumpebat: quando repente panico terrore profligati, cæsique victori S. Martino tropæum memorabile reliquerunt. Itaque stantibus hisce munimentis vrbium, vigenteque cultu Sanctorum, non est, quod inquilini, licet armis, & mœnibus destituti, sibi, suisque forrunis metuant. Scitum illud Antiochenorum responsum ad Leonem Imperatorem prodit Surius: qui dum S. Simeonis Stylitæ corpus ab ijs peteret ad loca tutiora deuehendum: imò subintulerunt, quia ciuitas Antiochena iussu Cæsaris mœnibus est nudata, eo se corpus Sanctissimum deuexisse, vt ciuibus sit *muri loco*, & *munimenti*: Eadem spe nixus Balduinus Marchio Flandriæ ferreus appellatus, annuente Carolo Caluo Imperatore, & Francorum rege, ab Ebbone Archiepiscopo Remensi S. Donatiani corpus vehemẽter expetijt: qui ob continua miracula potens opitulator audiebat: quod etiam obtinuit, vt regionem suam omnem oceano vicinam, aduersus Danos, Normannos, & ceteram Aquilonarem barbariem tueretur. Eodem consilio Constantinus, & Carolus re & nomine Magni, Constantinopolim, & Aquisgranum è Byzantij, Granique ruinis à se fundatas exquisitissimis ex orbe toto reliquijs comportatis exornarunt. Tutius enim credebant vrbes religione, cultuque Sanctorum, quàm mœnibus, turribus, ac propugnaculis communiri.

Turres. *Metaphr. 31. Ian.* Fugant dæmones. *Baro. 40. 10. A. 845.* Profligant exercitus. *Surius 5. Ian.* Sunt mœnia & munimenta. *Molanus & Martyr. Gallicanũ 14. Octobr.* Constantini & Caroli Magni cultus religiarũ.

Reliquos tamen inter orbis principes hac pietate reges Franciæ olim excelluerunt: vult enim Andreas Sausaius morem apud eos inoleuisse, vt Sanctorum omnium annua solennitate recurrente, regia comitia Parisijs indicerentur, & peracta summo cum honore celebritate, leges accommodæ publico bono promulgarentur,

Regum Franciæ. *Martyrol. Gallic. 1. Nouembr.*

In bellis. rentur. Atque vt Iudiciorum,& Iustitiæ,sic etiam belli,pacisque consilia, & auxilia à cultu Sanctorum inchoasse: nam & quoties in procinctu erant quauis in expeditione, consueuisse Diuorum exuuias (quæ *Sanctorum patrocinia* nominabant) Sacerdotum manibus circumferre,& cum victores redirent, aut ciuitatem aliquam pacifice ingrederentur,ijsdem prælatis solitos equitare: vnde qui vestem, quam cappam vocabant S. Martini,præferebant, Capellani dicebantur.

Pia Caroli M. oratio ad S. Dionysium. Ex Belforestio idem Sausaius refert, quoties Carolus Magnus Parisijs relictis ad castra contendebat,hac adS. Dionysiũ tutelarem vrbis vsum oratione. *Domine S. Dionysi, à vobis nunc abeundi potestatem peto,Franciamq; vobis relinquo, vt illius secundum Deum curam & tutelam capiatis.* Nec minore Franci S. Vitum, quam S. Martinũ & Dionysium religione prosequebantur:belli præsertim tempore:qua tamen pietate sensim refrigescente,& Diui illius reliquijs Corbeiam in Saxoniam translatis,quæ bellorum tempestates miseram attriuerint Franciam, ex inquilinis apud Witichindum scriptorem antiquum audiamus. *quoniam*,ait,*Rex* (Hẽricus Auceps) *Rhenum transierat ad dilatandum super Lotharios imperium suum, occurrit ei legatus Caroli, & salutato eo verbis humillimis, Dominus meus,inquit, Carolus* (Rex Franciæ) *regia quondam potestate præditus,modo priuatus misit me ad te,demandans, quia nihil ei ab inimicis circumuento iucundius, nihil dulcius esse possit, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire,famâ virtutum tuarum consolari,& hoc tibi signum fidei, & fidelitatis transmisit,protulitq; de sinu manum pretiosi Martyris Dionysij,auro,gemmisq; inclusam, hoc inquam habeto pignus fœderis perpetui, & amoris Vicary: hanc partem vnici solatij Francorum Galliam inhabitantium,postquam nos deseruit insignis Martyr Vitus,& ad nostram perniciem,vestramq; perpetuam pacem Saxoniam visitauit,communicare tecum voluit. Neque enim postquam translatum est corpus eius à nobis,ciuilia & externa bella cessauere:eodem quippe anno Dani, & Normanni regionem nostram inuaserunt, Rex autem* (Henricus) *munus diuinum cum omni gratiarum actione suscipiens,prosternitur reliquijs Sanctis,& deosculans eas summa veneratione veneratus est*, subdit in S. Viti translatione. *Inde regnante Ludouico translatæ sunt in Saxonium, & vt legatus Caroli confessus est,ex hoc res Francorum cœperunt minui, Saxonum verò crescere, donec dilatatæ ipsa sua magnitudine laborant, vt videmus in amore mundi, & totius orbis capite patre tuo, cuius potentiæ maiestatem non solum Germania, Italia,atque Gallia,sed tota ferè Europa non sustinent. Colito itaque tantum Patronum, quo adueniente Saxonia ex serua facta est libera,ex tributaria multarum gentium Domina. Neque enim talis,ac tantus summi Dei amicus tui gratia indiget,nos verò famuli ipsius indigemus. Vnde vt eum possis habere intercessorem apud cœlestem Imperatorem, habeamus te aduocatum apud terrenum regem, tuum scilicet patrem,atque fratrem.* Subijcit deinde populos varios pietate hac subiugatos factos tributarios,& vectigales, *Abotritos, Vulcos, Hauellos, Dalamancos, Bohemos, Redariosq;* hactenus Widichindus Cœnobita Corbeiensis.

Tres Franciæ patroni insignes.

VVitichindus lib. 1. gestorum Saxon. l. 12.

Cum reliquijs S. Viti in Saxoniam illatus Europæ ferè dominatus.

Francia vastata est.

Potentia Saxonum

Causa scriptionis. Fusius de Sanctarum reliquiarum excellentia, & vtilitate volui initio totius operis disputare, vt Lectores pij intelligant,iusto me perculsum metu manum ad scribendum martyrium Vrsulanum admouisse,ne causa non vnius tantum martyris:sed tot millium simul periclitetur: quando nostra primum ætate Duce Molinæo Caluiniani,toti Sodalitati vitam ereptum eunt, quam negant vnquam exstitisse: Catholicorum verò scriptores grauissimi Patrum memoria sic necis huius occasionem cum crimine læsæ maiestatis implicuerũt,vt causa martyrij si non euerti, nutare certè videatur. In reliquis verò Christi fidelibus meritò Colonienses conqueruntur:se per iniuriam à quieta mille, & quadringentorum annorum agri Vrsulani possessione, (qui riuorum exuberantium more cæsorum sanguine redundauit) sine causa deturbari, vetustissimæ,& genuinæ historiæ,certis multorum populorum traditionibus stabilitæ, clarissimisque locorum variorum vestigijs confirmatæ, præponi mendacissimi (vt ciuem suum Britanni vocant) scriptoris inanem fabulam;& sensim aduersariorum conatibus testatissima,quæ superant,apertæ veritatis monimenta obliterari,vt præcipuarum personarum sodalitatis Vrsulanæ reliquiæ,quæ summa maiorum religione iam à quingentis annis sunt honoratæ, in

Orta ex iustis querelis Coloniensium.

dubium

dubium reuocentur,& tantum nõ vt ſuppoſititiæ confictis à male feriatis nominibus abijciantur:ita ſubuerentur meritò Colonienſes,ne ſancta,& religioſa à maioribus accepta tot Sanctorum corporum hæreditate ſpolientur:quibus vt diuis ſuis tutelaribus debent obſidij non vnam ſolutionem.

Et periculo imminente.

Quod ſi Colonienſium ſola res verteretur, damnum id quidem lugendum, particulare tamen cenſeretur: nunc verò ſparſis orbe toto Sanctarum Virginum exuuijs, agitur cauſa Germaniæ, Italiæ, Franciæ, Hiſpaniæ, Poloniæ & vtriuſque Indiæ,in quas ſcimus orbis regiones theſaurum illum non penetraſſe tantum; ſed etiam cultum hactenus Sanctarum Virginum quaſi Diuarum tutelarium,& locorum Præſidum religioſiſſimè viguiſſe,vt nihil Colonienſibus circa venerationem ſodalitatis Vrſulanę nationes penè orbis vniuerſæ concedere videantur. Quocirca ſi vacillare cauſa martyrij incipiat:cultus ille paulatim totius orbis conſeneſcet, & Eccleſiæ Catholicæ nobiliſſima reliquiarum nominatarum pars eripietur. Quod eo magis formido,quo latius diſſeminatur ſtudio quorundam fabuloſiſſima, mendaciſſimaque de S. Vrſula narratio,quam Caluini,& Lutheri ſemper aſſeclæ, (vt Catholicos conuitijs appeterent) auidè receperunt:Catholici verò quidam,fontis inexploratâ infectione incautius hauſerunt,& orbi propinarunt,adeò vt iam certa ſinceræ veritatis indicia ſic paſſim obterantur,vt dum nondum eraſa penitus ſunt, niſi maturè conatibus aduerſariorum occurratur,& ex ijs,quæ ſuperant,clara veritatis manifeſtæ in locis etiam Acatholicorum documenta,traditiones variorum populorum, cum vetuſtiſſima mille iam annorum S. Vrſulæ hiſtoria ſtabiliantur, verendum ſit, ne poſteri eraſis iam omnino fundamentis iſtis, martyrium ſint in dubium vocaturi.

Reliquijs orbis totius nobiliſſimis.

Martyrij cauſa laborante aduerſariorum ſententia.

Qui obterunt veſtigia hiſtoricæ veritatis.

Mouit me etiam rei ipſius indignitas, quod cum in Romani breuiarij proprijs olim lectionibus(cum duplici ritu S: Vrſulam vniuerſalis coleret Eccleſia) ita martyrium ſit decantatum,ſicut Baſileenſes, Argentoratenſes, Colonienſes & Rhenenſes(quibus in locis aliquæ Virgines Vrſulanæ deceſſerunt)longa maiorum accepta traditione,mira conſenſione referunt,& grauiſſimi ſcriptores à mille, pluribusque annis idem Martyrium memorarunt:quod ea modo narratio velut ſpuria reijciatur:fabula verò ex autore,quem mẽdaciorum architectum Catholici æquè ac Hæretici,recentiores, & coæui eius nominant: ſpretis omnibus ſepulcralibus titulis,inſcriptionibus,& monimentis, ac iuratis 70. teſtibus repudiatis, velut vnicum & ſolidum Vrſulani martyrij fundamentum à doctiſſimis etiam viris approbetur; hinc meritò cauillantur nos Heterodoxi: & anſam arripiunt vitas Sanctorum *lugendas* ficto à mendacijs vocabulo compellandi, quando Vrſulani Martyrij narratio niti vnico creditur teſte, qui ciuium ipſius,& Hæreticorum,& Catholicorum iudicio quaſi Poëtria Mileſias tantum fabulas conflauit: cum ſuperſit vera mille abhinc annis à S. Cuniberto, vt putatur S. Vrſulæ concinnata hiſtoria:veſtigijs, & traditionibus locorum, ac titulis monimentorum conformis, diuinis, humanisque teſtimonijs ducentis, pluribuſque roborata, quæ ſine cauſa reijcitur. Quibus malis vt occurreretur quam citiſſimè, Deo propitio periculoſæ plenum opus aleæ ſuſcipere non dubitaui.

Fabula introductâ.

Cum cauillis Hæreticorũ.

Porrò ſcribentem me cœlitum fauor mirificè recreauit, & ad ſuperandas occurrentes difficultates vehementer animauit:ſine quo fieri vix potuiſſet, vt exiguo tempore tot ex Italia,Luſitania,Francia, ſuperiore & inferiore Germania teſtatiſſima veritatis incorruptæ documenta,& inſtrumenta magna humanitatis, & beneuolentiæ ſignificatione ad primam meam rogationem tranſmitterentur; quæ ſingulæ quaſi faces vnum in locum ordine ſuo diſpoſitæ, clariſſimam pulſis hac in obſcuriſſima hiſtoria pluſquam Cimmerijs tenebris lucem; & ipſam vt ſpero veritatem ſolidis, ac hiſtoricis nixam fundamentis indicabunt: ita vt aduerſariorum quotquot hactenus contra hanc narrationem mota ſunt argumenta, ſua ferè concidant vanitate:ea vero,cum hactenus delituerint in tenebris,& diuino beneficio non humana ſolertia ſolem nunc adſpexerint, non mirum eſt, doctiſſimos etiam viros ijs ſubſidijs deſtitutos,in ea caligine Andabatarum more paſſim offendiſſe.

Vnde non mihi id sumo, quasi plus alijs hac in re viderim: noui ipse ingenij mei tarditatem: diuinæ verò bonitati, sanctarum Virginum fauori, & Præsulum multorum, doctissimorumque virorum humanitati tribuo: qui tam promtè plura, quam sperare potuissem subsidia, pro suo in Vrsulanam sodalitatem affectu mihi procurarunt: ita vt præter opinionem operis mole excrescente vndecim fuerit libris dirigendum.

Quæ fides huic operi debeatur.

Ac de fide totius historiæ fusius enarrandæ sic velim Lector statuat, licet satis solida videantur argumẽta, quæ libro primo pro eius defensione sumus allaturi, eaque longè probabiliora multis appareant, quam ea, quæ contrariæ sententiæ, vel nouarum opinionum patroni produxerunt hactenus, & Libro secundo verbis ipsorum in medium adducentur: non tamen velim existimet, velle me totam Vrsulanam historiam cum omnibus adiunctis, titulis, qui circumferuntur, reuelationibus & traditionibus certissimam & exploratissimam haberi, quasi nihil erroris ei possit inesse, vel dubitationis: sed hoc conor saltẽ euincere: quod talibus fulciri videatur firmamentis & adminiculis veritatis, qualibus aliæ Sanctorum historiæ, quas hactenus orbis Christiani probauit consensio: proinde tantum eidem tribuendum censeo, quantum merentur ea, siue vetera, quæ profero monimenta, vestigia, lapidum inscriptiones, siue scriptores, documenta publica, tabularia basilicarum, siue rationes, quas adduco: paratus si quid verosimilius agnouero, vel aberraro à linea, monitus, vti bonos decet viros, sententiam reuocare.

Locus hic etiam admonet me, vt benè meritos hac de historia non præteream.

Benefici.

Post Philippum Bebium (cui iure defero primas, ob viam mihi patefactam & indicatos quosdam è præcipuis & purioribus fontibus, confutatosque luculenter multos aduersarios: non enim sine tali duce tam horridam siluam primus subijssem) Ioannes Grothaus collega tabulis Geographicis accuratè iuxta temporis illius & veterem locorum, populorumque appellationem digestis, illustrauit SS. Virginum patrias, nauigationem, & Romanam peregrinationem.

Ioannes Bollandus permulta, quæ pro martyrio S. Vrsulæ defendendo pridem ipse collegerat, digesserat que, Virginum quatuor circa Basileam denatarum historiam, Calendarium Vrsulanum inchoatum, & id genus alia submisit liberaliter cum Belgico cultu sanctarum Virginum. Simili opera & laude è Bauariæ, Sueuiæ, finitimorumque locorum monasterijs, bibliothecis, sacrarijs plurima Iacobus Gretzerus noster, præsertim è Zuifaltensi Benedictinæ familiæ cœnobio operâ Ioannis Rieberæ loci professi collegit, & Philippo Bebio misit ad vindicias stabiliendas.

Multum etiam debeo Petro Liphausen Carthusiæ Colonienſis Bibliothecario: selegit is varia ex editis & ineditis instructissimæ bibliothecæ libris: præsertim quæ de S. Brunonis ascetarum cultus Vrsulani propagatione refero: decessit religiosissimus meiq; amantissimus Pater A. 1644. festo S. Stephani, vt in vita, sic morte ob vitæ integritatem hilaris.

Franciscus à Wartenberg S.R.I. Princeps & Episcopus Osnabrugensis, Mindensis, Verdensis &c. pro singulari in sanctas has virgines cultu, quem instar S. Cuniberti sacris anniuersarijs in ara principe factitatis cum degit Coloniæ testari consueuit, mihi indicem Vrsulanarum reliquiarum Osnabrugensium & eleuationem S. Permerij, ac de hoc ipso Episcopo Cremonensi ex Italia accepta clementissimè transmisit: sæpius me ad operis editionem maturiorem cohortatus.

Philippus Roëuenius Archiepiscopus Philippensis, Vicarius Apostolicus, vitam S. Cuneræ, sicut in loculo reperit descriptam, & miracula nonnulla recentiora magna humanitatis significatione procurauit: Illustre collegium Vrsulanum præter alia complura, quæ seruire possent promtè oblata, Pontificum quorundam Colonienſium diplomata, subscriptionesque similes alias Ægidius Gelenius rerum sacrarum Agrippinensium solertissimus indagator subministrarunt.

Collegium verò Cæcilianum, & ipsa inprimis antistita nobili gemma, libro inquam secundo anonymi, totum hoc opus exornauit.

Præ-

Præterea Prælati duo Benedictinæ familiæ Tuitiensis & Schönaugiensis, item Ioannes à Blanckenberg Cistertiensis Ordinis Veteris montis, Commẽdatores S. Ioannis Colonienſis & Argentoratensis, Patres etiam S. Francisci Strictioris Obseruantiæ, Carmelitæ, Discalceati, & alij nonnulla suggesserunt. Adhæc Ioannes à Crane S. Cæsareæ Maiestatis Legatus Pacificus Osnabrugi multa vetustatis monimenta è monasteriorum & Ecclesiarum M. SS.is Codicibus, sacrarijs & bibliothecis eruit; idem è Liuio, Vertinis Ciceronis & alijs profanis autoribus collegit erudita pro Regibus Siciliæ & Alpino transitu stabiliendo; quædam horum suis inserentur locis.

Denique Gualterus Muntbrot Noster Lusitanica: Valentinus Mangionius Italica, Petrus Catzræus Remensia & Burgundica suppeditarunt. Franciscus Lahier egregiam nauauit operam in antiquorum Breuiariorum, Britannicorum, Francicorum, Belgicorum & Germanicorum Lectionibus, hymnis, antiphonis congruenter Traditioni Colonienſi colligendis, quibus omnibus, vti debere me plurimum ingenuè fateor: ita pro solutione debiti vades sisto tot millia Virginum, quæ solent clientes suos in vita & morte singularibus prosequi fauoribus.

Vt verò via methodoque clariore in re perobscura nostra procedat narratio, prius oculis spectandam subijciam operis totius œconomiam.

OPERIS TOTIVS DIVISIO.

TOMO priore, id est, duobus primis libris vindicias complectar, quibus demonstratis, 20. sinceris fontibus primigeniæ, germanæque historiæ Vrsulanæ, confutabuntur aduersariorum opiniones.

Tomi posterioris quatuor libris, vitam fusius è dictis fontibus persequar; collectionem sodalitatis Vrsulanæ, peregrinationem, martyrium, & virtutes.

Totidem deinde sequentibus, honores Martyribus his à Deo & hominibus habitos enarrabo.

Vltimo libro testimonijs omnium ferè seculorum iam inde à martyrio sententiam hanc confirmabo.

INDEX

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM HISTORIÆ VRSVLANÆ.

TOMVS *Prior vindex bipartito diuisus.*

LIBER PRIMVS VINDICIARVM, QVO

Antiquissima narratio martyrij iuxta Colonienſium traditionem 20. fontibus illustratur & augetur.

EPiſtola dedicatoria ad Sereniſſimum & R.mum Archiepiſcopum & Principem Electorem Colonienſem.

Illuſtre Martyrium Sanctiſſimæ Virginis Vrſulæ, & vndecim millium Virginum, in capita ſectum, ex antiquiſſimis M. SS. Codicibus excerptum, & à Surio typis vulgatum, incerto quidem, ſed docto, & antiquo autore, notisq; illuſtratum.

Martyrium S. Cordulæ.

CAPVT I. *Quo autore & tempore ſcripta ſit hæc primigenia, & genuina S. Vrſulæ hiſtoria indagatur.*

2. *Cur tam ſero literis ſit conſignata, & tam pauci ſcriptores veteres eius meminerint.*

3. *Oſtenditur Vrſulani martyrij narrationem videri vetuſtiſſimam, nixam quinque coæuis fundamentis; item ſolidam ex alijs decem hiſtoricis principijs, & quinque diuinis teſtimonijs.*

4. *Primus coæuus fons veſtigia variorum locorum, & populorum, ab Hæreticis etiam conſeruata & approbata.*

5. *Alter coæuus fons traditiones certæ conſtantesq; multorum diuerſorum populorum.*

6. *Tertius coæuus fons tituli ſepulcrales pluſquam trecenti certi, nec ſuſpecti.*

7. *Hiſtoria temporis Vrſulani Martyrij Seuero & Quintiano Coſſ. circa annum 237. tam ſacra, quam profana congruit cum eo, & confirmat: qui eſt quartus fons ex coæuis.*

8. *Quintus coæuus fons res geſtæ ſex vel ſeptem Sodalium S. Vrſulæ: vt SS. Cuneræ, Aureliæ, Chriſtianæ cum ſociabus, & S. Pantuli.*

9. *Inter alios fontes poſterioris æui primus inciſiones in ſaxis templi, & Manuſcripta mille annis vetuſtiora.*

10. *Alter fons Vita vel res geſtæ aliorum Sanctorum, in canonem relatorum, vt S. Auctoris Archiepiſcopi Treuirenſis, S. Floriani Martyris, S. Cuniberti, S. Rolendis, S. VVillibrordi, S. Norberti & aliorum, in quibus Vrſulanæ ſodalitatis, vel cultus eius ſit mentio.*

11. *Conſenſus Martyrologiorum Bedæ, Flori, VVandelberti, Vſuardi, Romanorum veterum & Recentiorum.*

12. *Quartus fons conſenſus lectionum horariarum totius orbis Chriſtiani ante ætatem Cardinalis Baronij.*

13. *Centum circiter auctores grauiſſimi, vel hiſtorici, & Chronologi, omnium ferè poſt S. Cunibertum ætatum; nec Catholici tantum, ſed & Hæretici eandem ſecuti narrationem.*

14. *Sextus fons Iuris Canonici gloſſa ordinaria vetuſtior, & Iuris interpretes præcipui, Ioannes Andreæ, Auguſtinus Triumphus, Geminianus, Turrecremata, & alij tuentur egregiè peregrinationem S. Vrſulæ Romanam, renunciationem S. Cyriaci Papæ, & martyrium Coloniæ toleratum.*

15. *Septimus fons inuentiones & eleuationes Virginum diuerſo tempore factæ, & quædam ex his à præſentib. ſumma diligentia conſcriptæ.*

16. *Octauus fons translationes earundem reliquiarũ Coloniâ per totum orbem factæ, & literis conſignatæ locum martyrij probant.*

17. *Nonus fons cultus Sanctis Virginibus Vrſulanis quandoque certis ritibus exhibitus.*

18. *Decimus hiſtoricus fons Proceſſus iudicialis 70. iuratis teſtibus firmatus.*

19. *Præter fontes 15. hiſtoricos oſtenditur non eſſe negligenda quinque diuina teſtimonia idem atteſtantia, probatur etiam hodieq; dari veras reuelationes in Eccleſia.*

20. *Primus diuinorum teſtimoniorum fons miracula toto orbe patrata.*

21. *Secundus fons diuinæ atteſtationes per certarum Virginum viſiones.*

22. *De cauſis, certitudine, & ſignis, quibus vera Prophetia à falſa ſecernatur.*

23. *Tertius diuinæ teſtificationis fons reuelatio S. Eliſabethæ Schönaugienſis, de eius inſigni ſanctitate & ſpiritu Prophetiæ.*

24. *Quartus reuelatio anonymi ſcriptoris prior, anno 1183 cœlitus inſpirata. Auctor eius probatur eſſe B. Hermannus Steinfeldenſis Religioſus, cuius vitæ tempus & obitus exquiritur.*

25. *Quintus eiuſdem B. Hermanni liber ſecundus genealogicus, An. 1187: & alia opuſcula ad laudem Sanctarum Virginum concinnata.*

26. *S. R. Eccleſia recepit ante Cardinalis Baronij ætatem Vrſulanam hiſtoriam ex his 20. fontibus probatis delibatam, & inſeruit horarijs lectionibus, exemplo aliarum diœceſium, quæ eandem comprobarant.*

27. *Hiſtoriæ Vrſulanæ ex his 20. fontibus deriuatæ probabilitas & certitudo.*

28. *Vita & martyrium S. Vrſulæ ex præcipuis fontibus indicatis concinnatum à Philippo Bebio Societatis Ieſu.*

29. *De peregrinatione Sodalitatis Vrſulanæ, quam certa ſit.*

30. *Locus Vrſulani martyrij non eſt alius, quam Colonia Agrippina.*

31. *An Cyriacus Papa ſit cum S. Vrſula Coloniæ trucidatus.*

32. *De tempore.*

33. *De Hunnis auctoribus Vrſulani martyrij.*

34. *Quæ fides ſit habenda reuelationibus.*

35. *An teneri debeat fuiſſe vndecim millia Virginum incorruptarum in exercitu Vrſulano.*

36. *Sitne ſuperſtitioſum recitata quotidie vndecies oratione dominica & ſalutatione Angelica, ſperare SS. Virginum in morte præſidium.*

37. Ex reuelationibus oritur prima difficultas an aliquis nondum natus Martyr esse possit.
38. An lactentes Martyres esse potuerint?
39. An Virgines octo, quæ circa Basileam, aut Argentorati decessere ante martyrium, colendæ sint vt Martyres?
40. An Seraphini & Cherubini interfuerint martyrio S. Vrsulæ & Sodalitatis?
41. An Cyriacus potuerit renunciare Pontificatui vel Vicariatui, & quid de eo senserint canonum interpretes.
42. De Origine Cardinalium; & an potuerint interesse martyrio Vrsulano?
43. De Patriarcharum origine, Iacobo Patriarcha Antiocheno, & Marculo Byzantino.
44. Qui fuerint Anno 237. Episcopi Mediolanensis, Rauennensis, Lucensis, Meldensis & Iuranus.
45. De primis Episcopis Colonienſibus, & duobus Materniis.
46. Incredibilia quædam circa Cyriaci Pontificatum, Iacobum Antiochenum, Marinum Mediolanensem, Foilanum Lucensem Episcopos, & aliarum sedium antistites obiecta proponuntur.
47. Gemina Vrsulanæ peregrinatio, & Martyriũ S. Guigneri, 7. Episcoporum & 770. sociorum Hibernorum, quod S. Anselmus ab historicis prætermissum, è loci traditionibus & vestigijs primus concinnauit.
48. Series Episcoporum, Archiepiscoporum & Electorum Colonienſium integra sine lacunis.

LIBER SECVNDVS VINDICIARVM,

QVO

Aduersarij cum rationibus suis confutantur.

CAPVT I. Quanto tempore manserit integra & incorrupta historia Vrsulana, & cur ante eius fusiorem narrationem aduersarij sint refellendi.
2. Quando & à quibus sit deformata, & oppugnata, & quæ præcipuæ difficultates eidem obijciantur.
3. An fuerit S. Vrsula contra Molinæum Caluinistam, qui eam imaginariam appellat Martyrem.
4. Contra Ioannem Balæum Caluinistam, qui Virgines omnes fluctibus haustas asserit.
5. Contra Lutheranos Magdeburgenses Balæi asseclas.
6. Contra Ioannem Auentinum Lutheranum, qui euocatas Treuiros Sanctas Virgines à Maximo facit in itinere à Saxonibus interemtas.
7. De Auberto Miræo Auentini defensore.
8. De Bartholomæo Petri Miræi propugnatore.
9. Contra Galfredum Arthurum Britonem, quid de eius historia Britannica scriptores Anglicani veteres & recentiores senserint.
10. Galfredi fabula de S. Vrsula examinatur.
11. Quorundã aliorũ censura de Galfredi fabula Vrsulana.
12. De sententia Recentiorum Galfredi Patronorum.
13. Quomodo Recentiores quidam secuti sint Galfredum, quidque in eius narratione mutarint.
14. Quid Aduersariorum studio mutatum sit in Martyrologio circa Vrsulanam historiam, & quid de Cyriaco Papa senserint.
15. Marci Velseri sententia, ũ martyrij locum vocat prætorium Agrippinæ.
16. Contra Scotiæ Historicum Ioannem Maiorem.
17. Narratio Hectoris Boëtij & Leslæi Scotorum.
18. Examinatur sententia Hermanni Fleien Hectoris asseclæ.
19. Iudicium aliorum de eadem ac de Haræi, & Lippeloo sententia.
20. Censura opinionum hactenus contra veram S. Vrsulæ historiam allatarum.
21. Cur S. Vrsulæ historia non sit petenda ex Britanniæ scriptoribus, & quare Gildas nunquam, Beda verò bis tantum S. Vrsulæ meminerit?
22. Inter obiectiones ab aduersarijs motas prima: an Reges fuerint sub Romano imperio tempore Martyrij Vrsulani?
23. Regesne fuerint A. 232. in Thracia, Vvallia, Sicilia, & Hispaniæ?
24. Fueritne S. Odilia famosi Regis Britanniæ filia?
25. De Regina Vvandalorum, Suauorum, Normannorum ac Flandrensium.
26. De Ducibus & Ducissis præsertim Brabantino, & Louaniensi A. 237.
27. De Comitibus An. 237. apud Romanos & Germanos.
28. An Reges, Duces, Principes & Comites fuerint apud Nerulos, Tungrenses & Menapios A. 237. vbi modo Brabantia, Flandria & Hannonia est?
29. De Nobilibus & militibus temporis Vrsulani.
30. De origine Basileæ.
31. De origine Francorum.
32. Historiæ Vrsulanæ fusius enarrandæ veritas eruitur è suis fundamentis, & à posteriori demonstratur.

TOMVS POSTERIOR

Vrsulanæ historiæ fusius enarratæ, & testimonijs confirmatæ.

Dedicatio ad S.P.Q. Colonienſem.

LIBER TERTIVS.

S. Vrsulæ natiuitas, educatio, sponsalia, congregatio & nauigatio Sodalitatis eius è Britannia Coloniam.

CAPVT I. De prærogatiuis huius historiæ.
2. De Britannicarum insularum situ, numero & conuersione.
3. De Patria S. Vrsulæ, quæ verosimiliter est Hibernia, riusque ad Christi fidem traductione.
4. Parentes S. Vrsulæ Reges.
5. Ortus & educatio.
6. Aetherij sponsi patria, & de Parente eius Agrippino, vt apparet, origine vel educatione Romano.
7. De matre sponsi Demetria, varijs sponsi nominibus, & pia educatione.
8. Mittuntur Legati pro conciliandis nuptijs.
9. Angelus prædicit Vrsulæ sodaliumq; martyrium, imperat sponsalia, & pactum, vt vndecim Virginum millia colligantur pro dedicanda triennio virginitate.
10. Quorum auspicijs, ductu, delectu & industria tam in Britannia, quam transmarinis locis exercitus Partheniceus collectus, & ad S. Vrsulam transmissus sit.
11. Aetherij sponsi delectus Virginum.
12. S. Vrsulæ & aliarum Virginum studium alliciendi ad hanc militiam consanguineos etiam transmarinos.

13 Collectæ Virgines in decurias, centurias & chiliades diuiduntur, Principes & chiliarchæ deliguntur.
14. Causa colligendæ tantæ Sodalitatis & facilitas.
15. Puellares exercitationes tempore triennij.
16. Circa & ante tẽpora S. Vrsulæ maximè in Britannia, Dania, Norvvegia, Germania virgines bellabant, classibus præerant, ducebant exercitus, quandoque etiam totos femineos.
17. Virginum tentatur castitas sorore sponsi deficiente, Angelorum præsidio defenditur Sodalitas.
18. Agrippinus Rex sponsi parens Baptismo initiatus moritur.
19. S. Vrsula monetur cœlitus de necessarijs ad abitum præparandis, & ingenti incremento Sodalitatis.
20. Abripitur vento cœlitus immisso classis versus Rheni ostia, qui Episcopi Sodalitati se adiunxerint.
21. De Regibus, qui peregrinationem cum Virginibus susceperunt.
22. In Tielensem portum classis Vrsulana feliciter intra diem & noctem inuehitur.
23. Coloniæ S. Sigillindis Britanna, & Quirillus Sacerdos diuinitus cognoscunt, & expectant aduentum S. Vrsulæ.
24. Tiela comparatis ad iter rebus necessarijs classis aduerso Rheno nauigans Coloniam appellitur.
25. An ijsdem nauibus in mari & Rheno vsus esse potuerit.
26. Nauigatio facta aduerso flumine, breui tempore cœlitum beneficio similibus historijs illustratur.

LIBER QVARTVS.

Peregrinatio Romana Sodalitatis Vrsulanæ.

CAPVT I. Diuersorium Colonienſe S. Vrsulæ in Parochia S. Petri biduana eius commoratione consecratum.
2. Ibidem monetur nocte S. Vrsula per Angelum de instituenda peregrinatione Romana.
3. Sacrificijs Deo immolatis, & percepta sacra synaxi Virgines ordiuntur peregrinationem: necessaria ijsdem à Colonienſibus suppeditantur.
4. An circa annum 237. fuerit vsitata Romana peregrinatio?
5. Causæ Romani itineris instituendi.
6. Hiberni seculis omnibus, & ferè Britanni omnes, semper amantes fuerunt peregrinationis.
7. An peregrinatio Virginum Romana probabilis sit.
8. An periculum Virginibus fuerit à Germanis & Alemannis.
9. Virgines Basileam veniunt, & à S. Pantulo loci Episcopo honorificè excipiuntur.
10. An iter Virginum per Alpes fieri potuerit naturaliter.
11. De Hibernorum abstinentia.
12. Auxilia Dei, Deiparæ, & Angelorum in hoc itinere, & ordo procedentium ad Alpes vsque.
13. Transitus Alpium sine defatigatione, & fluminum sine nauigio, aliaq; prodigia.
14. Virginum diuina solatia, parsimonia in cibis, & custodia contra hostes.
15. Metatores sex Angeli præparant hospitia, & de annona prospiciunt, de mulis, papilionibus, alijsq; impedimentis.
16. Diuina prouidentia circa sanitatem, vestimenta & aëris serenitatem.
17. Status vniuersalis Ecclesiæ circa A. 237. & de conuersione etiam barbararum gentium extra Romanum imperium, in toto orbe.
18. De Christianorum multitudine in Colonijs Romanorum, præsertim in Italia.
19. De Christianorum liberalitate in peregrinos.
20. Cæsarius Meldensium Episcopus propè Romam adiungit se Vrsulanæ congregationi.
21. De Pontifice Romano anni 237.
22. De S. Cyriaco, fueritne Papa, an Papæ Vicarius?
23. S. Cyriacus Vicarius Pontificis cum Cardinalibus Romæ Sodalitatem Vrsulanam humaniter excipit.
24. Romanorum in Virgines liberalitas.
25. Baptizantur à S. Cyriaco Lucia & Anastasia Regum filiæ cum alijs Catechumenis.
26. An & quot Ecclesiæ fuerint Romæ tempore S. Vrsulæ, & de ornatu earum.
27. Virgines lustrant memorias Apostolorum, & cœmiteria Martyrum.
28. Status Politicus Romani imperij A. 237. & de Mammæa Imperatoris Alexandri matre.
29. Dies Natalis Imperatoris, & pia educatio.
30. Vita Alexandri Imperatoris inculpata in imperio, vt probabile sit eum animo fuisse Christianum.
31. De bello Persico Alexandri.

LIBER QVINTVS.

Martyrium S. Vrsulæ, & Sodalium eius.

CAPVT I. De nece Alexandri Imperatoris, & Mammæ matris eius in bello Germanico.
2. De immani tyrannide Maximini successoris Alexandri.
3. Cyriacus per quietem monitus abdicat se Vicariatu.
4. S. Iacobus Patriarcha Antiochenus, & Marculus Episcopus Byzantinus cum Constantia Dorothei Regis filia, Romæ se adiungunt Sodalitati.
5. S. Mauritius cum alijs eidem se sociat.
6. S. Cyriacus cum aliquot Cardinalib. Roma discedit cum Sanctis Virginibus, Maximus & Africanus designati Consules ijs necem moliuntur.
7. S. Foilanus Episcopus Lucensis, & Sulpitius Rauennensis diuinitus cognoscunt martyrium suum: vti S. Aquilinus Episcopus Colonienſis admonetur de sarcophagis pro Martyribus præparandis.
8. Difficultates itineris in reditu dissoluuntur.
9. Qua occasione & causa cœperit An. Domini 237. Calendis Octobribus sexta persecutio sub Maximino infra Moguntiam, & qui in ea prater S. Vrsulam occubuerint.
10. De vestigijs Romani itineris, quæ exstant hodie in Germania superiore, & de morte SS. Virginum Cunegundis, Mechtundis, & VVibrandis in Rheinfeldensi comitatu Constantiensis diœcesis, sepultis cum prodigijs.
11. De morte & prodigijs S. Christianæ supra Basileam.
12. Historia SS. Virginum Christianæ, Cunegundis, Mechtundis & VVibrandis, quæ fuerunt de Societate XI. millium Virginum & Martyrum, & in itinere supra Basileam ante martyrium decesserunt, magnis à Deo prodigijs in vita & post mortem illustratæ, Basileæ typis vulgata.

2. Basileam Virgines redeunt, ibique conscensis iterum nauibus secundo Rheno descendunt Argentinam.
4. Vrsula circa 14. Octobr. Argentinam venit, vbi S. Aureliam relinquit febrientem, additis ei tribus Sodalibus, ea decimo quinto die ibi moritur, coruscatq; miraculis.
15. Sponsus Aetherius diuino monitu excitus, cum noua classe occurrit Moguntiæ Sodalitati, & venientem excipit.
16. Baptismus Aetherij & verosimiliter matrimonium cum S. Vrsula Moguntiæ celebratur.
17. De auctoribus Vrsulanæ cædis veris Hunnis militantib. Maximino Cæsari in exercitu Romano.
18. Gothi & Pannones certis de causis, imo totus exercitus Maximini ob crudelitatem Hunni sunt appellati.
19. Ciuitatis Colonien sis situs, origo, politicus & Ecclesiasticus status, eiusq; An. 237. oppugnatio.
20 S. Vrsula distributis in egenos pecunijs, descendit cum tota Sodalitate Coloniam versus.
21. Causa cædis tot Episcoporum, Regum & Virginum.
22. Exhortatio S. Cyriaci & martyrium eius.
23. Exhortatio S. Vrsulæ ad Virgines, & martyrium sponsi Aetherij.
24. Cædes SS. Virginum, Episcoporum, Regum, & matronarum.
25. Martyrium S. Vrsulæ.
26. Ab omnibus Angelorum cœlitumq; ordinibus Victor exercitus Vrsulanus Christo & Deiparæ præsentatur.
27. Hunni fugantur à cœlesti exercitu.
28. S. Cordulæ postridie martyrium.
29. S. Iacobus Patriarcha Antiochenus tertio die post Coloniæ necatur.
30. S. Cunera nouissima de Sodalitate Vrsulana, triennio post strangulatur.
31. De Cardinalibus, Episcopis, aliisque Ecclesiasticis occisis.
32. Reges, Reginæ eorumq; filij Martyres.
33. Principes, Duces, & Comites Martyres.
34. Totius Sodalitatis Vrsulanæ quantus numerus Martyrum fuerit.

LIBER SEXTVS.

Dona & Virtutes Sodalitatis Vrsulanæ SEV Parthenopædia.

CAPVT I. Duplex fructus è Martyrijs Sanctorum carpitur, admiratio & imitatio.
2. Diuina omnipotentia elucet in huius Sodalitatis martyrio.
3. Sapientiæ diuinæ argumenta.
4. Diuinæ bonitatis in hanc societatem indicia.
5. Virtutes Sanctorum accuratius notandas esse.
6. Fides Sanctarum Virginum & contemtus terrenorum.
7. Mira vitæ puritas præsertim in Aetherio sponso adhuc Gentili.
8. Magnitudo animi & fiducia in aduersis.
9. Charitas in Deum.
10. Resignatio in voluntatem diuinam, pax & gaudium mentis.
11. Zelus animarum & amor proximi.
12. Virginitatis amor.
13. Primus castitatis comes timor Dei, & cœlitum, præsertim Deiparæ inuocatio.
14. Studium Orationis.
15. Prudentia ac circumspectio cum arcta sensuum custodia.
16. Fuga otij.
17. Ieiunia Virginum & sobrietas.
18. Corporis afflictationes, Labor peregrinationis, item an virgines peregrinari deceat.
19. Obedientia Vrsulanæ militiæ.
20. Sodalitas Vrsulana idea florentis status religiosi.
21. Amicitia vera Sanctarum Virginum inter se, & Religionis virtus.
22. Fortitudo & Constantia Sanctarum Virginum.
23. Perseuerantia earundem.
24. Frequens vitæ & Virtutum harum consideratio, & imitatio.
25. Qui sacris Virginibus pares, imò superiores in gloria esse possint.
26. In Episcopis Vrsulanæ Sodalitatis relucet idea vitæ Pontificalis.
27. Regum, Ducum, & militum viuendi norma.
28. Adolescentiæ benè & Christianè instituæ regula.
29. Coniugum officia.
30. Viduarum studia, & occupationes.
31. Infantium & puellarum paruularum in exercitu Vrsulano mores.

LIBER SEPTIMVS.

Sepultura, Inuentio & eleuatio Sodalitatis Vrsulanæ, cum duobus libris reuelationum Anonymi notis illustratis.

CAPVT I. Deus statim post martyrium mirificè Sodalitatem Vrsulanam illustrat.
2. Epitaphiographi SS. Virginum S. Iacobus Patriarcha Antiochenus, S. Quirillus Sacerdos, S. Ortmaria Virgo: à quibus etiam hæc historia Colonien sibus tradita est.
3. Pollinctores Sancti Angeli, cum S. Aquilino & ciuibus Colonien sibus.
4. Situs Vrsulani sepulchreti: & quam operosa, sumtuosa, pia, diligens & accurata fuerit funeratio.
5. Locus defluuij sanguinis, eiusque receptaculum immutat antiquum nomen.
6. S. Quirillus & Clematius S. Florinam cognatam S. Vrsulæ sepeliunt.
7. Templum à ciuibus S. Vrsulæ excitatur, quod creditur aliorum mortuorum corpora eijcere.
8. Templum exustum à Clematio diuinitus ex Oriente euocato restauratur, & de Clematiorum familia.
9. Tumulus S. Cuneræ templo in Rhenensi oppido decoratur, & prodigia prope eum patrata.
10. Virginibus ante Martyrium in reditu mortuis excitantur Ecclesiæ.

11. De antiquitate loci Machabæitarum, in quo sanguis Martyrum collectus est, & Parthenone loci eiusdem ante aduentum S. Vrsulæ.
12. De inuentionibus & eleuationibus SS. Virginum & tempore earum à Deo præstituto.
13. Inuentio prima S. Vrsulæ indicio Columbæ S. Cuniberto sacris operante circa A.640.
14. Eleuatio S. Cuneræ Virginis per SS. Willibrordum, Adalbertum & Verenfridum facta A.700.
15. A.1106. Vrbe Coloniensi obsidione liberata, quædam apparent SS. Virginum, & sepulcra sua manifestant.
16. S. Norbertus Archiepiscopus Magdeburgensis reperit cœlesti viso monitus corpus vnius Virginis & S. Gereonis An.1121.
17. Generalis inuentio & eleuatio SS. Episcoporum, Regũ, & Virginum, è Sodalitate Vrsulana A.1155.
18. Quæ fides historica titulis sepulcralibus Vrsulanis debeatur.
19. Tituli Episcoporum, Regum, & Virginum præcipuarum Sodalitatis Vrsulanæ, quos è sarcophago eduxit, & transcripsit Gerlacus Abbas Tuitiensis.
20. Reuelatio S. Elisabethæ Virginis, qua dicti tituli explicantur A.1156. inchoata.
21. De ijsdem SS. Virginibus fit B. Hermanno Steinfeldiensi A.1183. reuelatio.
22. S. Cordula de festo suo postridie S. Vrsulæ instituendo monet Helentrudam.
23. Iterum apparet circiter A.D. 1278. & locum sepulturæ patefacit.
24. B. Albertus M. Episcopus Ratisbonensis eleuat.
25. Vtra Cordula sit ab Alberto M. eleuata.
26. Parisijs apparent An.1286. SS. Christina, Basilia, & Imna indicato suo sepulcro Coloniæ, vbi eleuantur.
27. Inuentio S. Valerij Regis Hispaniarum An.1320. & An. 1323. S. Maximini.
28. Inuentio S. Constantiæ Reginæ & centum aliorum corporum A.1327.
29. Prodigiosa eleuatio S. Gorgonij & 136. corporum ad S. Maximinum: item S. Martialis Ducis Hispaniæ, An. 1348.
30. S. Aureliæ Argentorati A.1460. facta apparitio, inuentio, & eleuatio.
31. SS. Virginum Argentoratensium Einbettæ, Vvorbettæ, & Vvibbettæ gloriosa mors, & corporum incorruptorum inuentio.
32. Inuentio & eleuatio S. Christianæ, & trium aliarum S. Vrsulæ Sodalium non Martyrum A.1504.
33. A.1608. reperta vna SS. Virginum, & eleuata claret miraculo.

LIBRI DVO REVELATIONVM Anonymi, qui verisimiliter esse creditur B. Hermannus Steinfeldiensis eæ cœperunt A.1183. cœlitus inspirari.

LIBER PRIMVS.

Prologus. Incipit epistola ad Virgines Christi vniuersas, super historiam nouam vndecim millium Virginum cœlitus nuper reuelatam.

CAP. I. Incipit reuelatio noua itineris, & passionis vndecim millium Virginum.
2. Quod Rex quidam paganus B. Vrsulam filio suo desponsari rogauit.
3. Quod Episcoporum quidam & Principum cum eis sint profecti, & quia puellæ paruulæ in illarum cœtu erant.
4. De genealogia B. Vrsulæ sociarum suarum Virginum principalium.
5. Quod Comes quidam cum vxore & sex filiabus profectus est cum Virginibus sacris.
6. Quod vndecim principalium Virginum hic series narratur, aciesq; vniuersarum ad iter instruitur.
7. De numero Episcoporum & Regum, qui de Anglia cum sacris profecti Virginibus pariter cũ eis fuerunt trucidati.
8. Quod sibi sunt concordes in hac vndecim millium Virginum expeditione frater huius historiæ Notarius, & D. Elisabeth.
9. Quod sacræ Virgines cœlitus iubentur iter arripere.
10. Quomodo Rex Holofernes Vrsulæ sponsus, diuinitus iubetur sequi sponsam suam.
11. Quod in duobus diebus & dimidio Angelis ducentibus vsque Coloniam peruenerunt.
12. Quod Basileam venientes relictis ibi nauibus processiones ordinabant Romam tendentes.
13. Quod sine impedimento, & absque difficultate per arctas vias, & difficiles incesserunt.
14. Quod nulla super eas pluuia cecidit, ex quo de palatio Regis sunt egressæ, eundo Romam, & redeundo.
15. Quod ipsæ Virgines admirabantur sæpius, quomodo mõtium viarumq; grauium itinera transierunt.
16. Quod Cæsarius Meldensis Episcopus eis est adiunctus, & quod Dominus Apostolicus cum Cardinalibus & Romanis nobili eas exceperunt processione.
17. Quod Apostolicus per visum est admonitus, vt relicta dignitate Apostolatus cum ijsdem Virginibus proficiscatur.
18. Quod Cardinales duo & Principes duo cum alijs quibusdam Cyriacum Papam sequuntur, & quod Moguntiæ Holofernem inuenerunt.
19. Quod Angeli de cœlis adsint, vbi Vrsulæ Virginis sponsus baptizatur.
20. Quomodo S. Vrsula suæ mortis seriem, atque Sodalium suarum referens, exposuit, & quod dæmones ad earum interemtionem laborabant.
21. Quomodo de quouis Sanctorum ordine plures illis obuiam mittuntur, qui animas illarum ad cœlestia gaudia perferunt.
22. Quod infantes in vtero matrum pariter cum illis occidebantur, & adhuc inter cetera Virginum corpora reperiuntur.
23. Quod lactentes & paruulæ, inter vndecim millia Virginum occisæ, locum habeant & præmium cum Sanctis innocentibus.
24. Quod robusta inter cetera Virginum corpora inueniuntur & membra, & capita, & corpora.
25. Quomodo tribus est reuelatum, quod viri etiam in illarum erant comitatu, & cum illis occisi.

Præfatio in librum secundum Anonymi.

Epilogus præcedentis libri, & quasi proœmium sequentis. Quod Notarius huius Passionis cœlitus est admonitus, expeditiones Sanctarum Virginum describere.

IN-

INDEX CAPITVM.

INCIPIT LIBER SECVNDVS expeditionis vndecim millium Virginum, & peregrinationis earum, in quo series narratur earum, atque sociarum illarum Matronarum & Sociorum, qui principaliores inter eos fuerunt, A.1187. reuelatus.

CAPVT I. *Docet quæ tractentur hoc libro.*

2. *Quod S. VVilhelmus Episcopus, & frater ipsius Iacobus, atque soror ipsorum nobilissima matrona, cum illustri Virginum comitatu cum eis profecti sunt.*

3. *Quod S. Columbanus Episcopus B. Vrsulæ consobrinus cũ fratre suo duce, matre & sorore ad S. venit Vrsulam.*

4. *Quod S. Ivvanus Episcopus B. Pinnosam Virginem, & Euodiam sororem illius, cum multo Virginum cœtu ad S. duxerit Vrsulam.*

5. *Quod S. Eleutherius Episcopus per comitem Eustachium fratrem est conuersus.*

6. *Quod B. Lotharius Episcopus S. Carpophoram & sororẽ illius cum pluribus duxit Virginibus.*

7. *Quod Rex Holofernes B. Vrsulæ sponsus diuina reuelatione admonitus sponsæ suæ, & reliquis occurrit Virginib.*

8. *Quod Rex Oliuerius per Oliuam Virginem conuersus est.*

9. *Quod Rex Crophorus vna cum vxore Cleopatra profectus est ad Vrsulam Virginem.*

10. *Quod Rex Lucius per Virginem Iotham filiam suam conuersus, cum ea direxit Virgines decoras.*

11. *Quod Rex Clodouæus cum vxore Blandina & filiabus suis, cum sacris proficiscitur Virginibus.*

12. *Quod Rex Canutus cum Balbina vxore Regina, & cum duobus filijs & filiabus sacris associantur Virginibus.*

13. *Quod Rex Pipinus cum vxore & cum filio Adulpho relictis omnibus secuti sunt Dominum.*

14. *Quod Rex Auitus duas filias præmisit, S. Columbam, & S. Cordulam.*

15. *Quod Rex Siranus plures filias præmisit: & ex his Sibiliam & Eugeniam.*

16. *Quod B. Alexander Dux cum vxore & quinque filiabus associatur Virginibus sacris.*

17. *Quod Leo Dux cum vxore, & cum binis sororibus exit.*

18. *Quod Dux Sincerus cum filia & sororibus, & nepote suo Recharo, & vxore illius pergens proficiscitur.*

19. *De genealogia matris S. Vrsulæ.*

20. *Quod filias materteræ Virginis Vrsulæ miserunt, hic narratur.*

21. *Quod Oliua Virgo & Regina atque cognatæ ipsius plures adiunxerunt Virgines.*

22. *Quomodo Fratri reuelatum est, quod corpus S. Oliuæ sit habiturus.*

23. *Quod S. Natalia Virgo illustris cum nobili Virginum venit comitatu.*

24. *De S. Elisabeth virgine nobilissima, & suo comitatu illustri.*

25. *Quod Lucia Virgo illustris cum sorore & matre Flandrensi Comitissa ad S. Vrsulam dirigantur.*

26. *Quod S. Dorothea, & soror eius Lucia filiæ Regis Normannorum ad Vrsulam mittuntur.*

27. *Quod S. Nestoria, & soror B. Eleutheriæ Virginis, cum sponso suo sequitur Vrsulam.*

28. *Quod S. Axpara nobilis regina & Ducissa cum virginibus, filiabus & sororibus, ac multo comitatu Virginum profecta est cum virginibus.*

29. *Quod S. Anchira Ducissa illustris cum 4. filiabus, & S. Lucentia virgo nobilis, cum matre Comitissa Axpara sequebantur.*

Nomina Virginum Vrsulanarum & Martyrum aliorum, sanctorum q̃, quæ in reuelatione Anonymi, & S. Elisabethæ continentur, præsertim in libro secundo: nam cum è libro 1. Anonymi citantur, duo numeri appositi sunt, primus librum, alter caput designat: aliquoties è secundo, numerus solum caput indicat.

LIBER OCTAVVS.

Translationes Vrsulanarum reliquiarum Coloniâ factæ in totum orbem: cum libro Reuelationum Vrsulanarum S. Elisabethæ notis illustrato.

CAPVT I. *Translationes ob indagandum martyrij locum accuratius sunt excutiendæ.*

2. *Terra sepulcralis templo SS. Virginum Coloniâ accepta Romam defertur à B. Irmgarde, quæ coram Pontifice Maximo in sanguinem conuertitur, à quo magna pars cranij S. Siluestri Coloniam remittitur post A.1050.*

3. *Anno Domini 1106. Coloniâ transferuntur in Belgium Vrsulana tria corpora.*

4. *Ad VVeissenburgense monasterium A.1113. Coloniâ prodigiosè deuehuntur.*

5. *S. Norbertus ad varia monasteria ordinis sui reliquias Vrsulanas A.1121. Colonia transfert.*

6. *Circa 1142. & sequentes Colonia in Germaniam superiorem & præsertim Moguntinam diœcesin Vrsulana corpora deportantur.*

7. *Ad Schönaugiense monasterium Treuirensis diœcesis A. 1156. SS. Verenæ & Cæsarij corpora deferuntur, cum illustri facta ibidem apparitione.*

8. *SS. Constantia, Albina, Emerentiana & Adrianus eodẽ anno transferuntur, S. Elisabethæ apparent.*

9. *Ad varia Cistercienstis ordinis cœnobia, præsertim montis veteris, Hemmenrodiense Campi-Mariæ, & alia, cum miraculis transferuntur.*

10. *Colonia ad Viconiensem Abbatiam Præmonstratensem A.1156. 7. & 9. portantur.*

11. *Per varia Belgij loca circa An. 1160. & sequentes diuidu-*

12. *B. Hermannus circa An. Domini 1150. caput S. Virginis impetrat, cuius nomen diuinitus cognoscit, vti A.D.1030. Virgines Belianensis Monasterij.*

13. *Inuentio & translatio SS. Virginum Theomatæ, Cleomatæ ac Christantiæ cum varijs visionibus Coloniæ & in Thuringia de ijs factis circa A.1190.*

14. *Anastasia cum Virgine socia apparet & transfertur circa A.1190. vel 1200.*

15. *Viconiam An.1236. deferuntur alia corpora Virginum Colonienstum, & de suauissimo odore corporis S. Cordulæ, qui hodieq; durat.*

16. *Exportantur A.1247. Coloniâ quædam quæ sponte se loco mouent: idem Patrum memoria contigit in Belgio.*

17. *S. Iuliana circa A.1255. prædicit inuentionem & translationem SS. Vrsulanarum reliquiarum in Belgium ope Hymanæ Abbatissæ.*

18. *Hymana pro Salsinensi monasterio Colonia accipit corpus diuinitus reuelatum An.1256.*

19. *Circa A.1260. Coloniæ vna vice 500. corpora eruuntur, quæ à Conrado Archiep. Colon. pleraque in Belgium destinantur.*

20. Centena multa corpora ad Margaretham Comitem Hannoniæ mittuntur, circa An. 1260. quæ illa per Belgium distribuit.
21. Margaretha Duacū mittit Vrsulanas reliquias A.1261.
22. Eadem Vesontium destinat corpus vnum. An.1267.
23. Per Belgiū totum & Germaniā superiorem diuidūtur.
24. Anno 1271. Trudonopolim Colonia 90 capita Martyrum Vrsulanorum cum innumeris ossibus, plurimisq; nominatis reliquijs deferuntur.
25. Duo corpora SS. Virginum A.1280. Colonia transferuntur ad Dunense monasterium, non sine prodigijs.
26. Illustris S. Odiliæ trina apparitio Parisijs facta Ioanni de Eppa Crucigero An.1287.
27. Translatio miraculosa eiusdem Colonia ad Huiense monasterium.
28. Corpora multa SS. Virginum & Episcoporum Sodalitatis Vrsulanæ in VVestphaliam & Osnabrugum quidem circa An.1343. deferuntur, S. Permerius Episcopus Cremonensis A.1645. ab Illustrissimo Principe Episcopo loci Francisco Guilielmo solenniter eleuatur, tempus eius Martyrij contra quosdam aliter sentientes Chronologiæ Vrsulanæ accommodatur.
29. Ad alia VVestphaliæ loca deportantur: ædes sacræ S. Vrsulæ à quingentis annis excitatæ: nec non Episcoporum Paderbornensium studiū honorandi Vrsulanas reliquias.
30. Mediolani, Lucæ, Neapoli, Amalphi, Mutinæ, & in alijs Italiæ locis multæ Vrsulanæ reliquiæ piè conseruantur.
31. Senatus & ciuitas Colonienſis impetrat à sede Apostolica diploma, ne reliquiæ Coloniâ exportentur.
32. Cum sedis Apostolicæ licentia caput S. Catharinæ Sodalitatis Vrsulanæ ad Carthusiam VVestalensem: alia duo crania transferuntur alio.
33. Carolus quintus Imperator petit reliquias pro Hispanijs & Indijs per Kesselium & Canisium è Societate Iesu, misso indulto Pontificio.
34. In Francia reliquiæ Vrsulanæ in incendio illæsæ, & nauis visendi operis ab Henrico 3. S. Vrsulæ Remis in inauguratione dedicata.
35. Petrus Faber excitat in Regibus Lusitaniæ cultum S. Vrsulæ, translatis eo Colonia acceptis reliquijs.
36. Regius & incredibilis apparatus, & triumphus, quo vndecim capita Sodalitatis Vrsulanæ sunt A.1588. Olyssipone illata in templum S. Rochi Societatis Iesu.
37. S. Ignatius duo crania à Colonienſibus accepta mittit A.1549. in Siciliam.
38. Reliquiæ Virginum Vrsulanarum donatæ ab ijsdem transferuntur A.1548. in Indiam Orientalem cum duobus ingentibus prodigijs. (tantur.
39. In Indiam Occidentalem circa an. Do. 1584. transpor-
40. Sixtus 5. permittit vt cranium S. Virginis Vrsulanæ Duacum transmittatur, & Paulus 5. vt in Chinam transferatur.

LIBER REVELATIONVM S. ELIsabeth de sacro exercitu Virginum Colonienſium.

CAPVT I. Præfatio ad pietatis amatores.
2. Describit annum & tempus, quo hæc fieri incipiebant, & de quadam Virgine, cuius nomen erat Verena, qualiter delata est ad Schönaugiense Cœnobium, & de quodam Martyre Cæsario, qui repertus est cum ea.
3. Refert de eodem Martyre, qui aut qualiter cum ea passus fuerit.
4. Qualiter multa corpora Sanctorum Episcoporum, & aliorum magnorum virorum cum ijsdem Virginibus reperta sunt.
5. Qualiter ei prædicta virgo apparuit, & cum ea sermonem de inuentione Sanctorum Episcoporum fecit, & qualiter ei eadem Sancta Virgo ieiunium vnius diei in pane & aqua iniunxit, vt eo liberius reuelationem Sanctam de eis mereretur accipere.
6. Reuelatum est ei, qualiter eis adiuncti sunt Episcopi, & de quodam Pantulo Episcopo Basileensi, & de Patre S. Vrsulæ Reginæ.
7. De Papa Cyriaco, & S. Vincentio Presbytero Cardinali instructa est, qualiter eis adiuncti sunt, & cum eis martyrium subierunt, & de Papa, qui ei successit.
8. Instructa est item à S. Verena cur non prædicti Papæ cum ceteris Pontificibus nomen inueniatur.
9. Refert etiam de quodam Iacobo, cuius nomen absque omni adiunctione scriptum inuentum est, quis, aut vnde fuerit, & qua die passus sit.
10. Refert de Mauriſo Episcopo, & Claudio Diacono, & Focato adolescente: sed & de Episcopis Foilano Lucensi, & Simplicio Rauennensi, qui aut qualiter cum eis martyrium subierint.
11. Reuelatur ei de rege Aetherio & quadam Regina Demetria, & Florentina puella.
12. Instructa est de sponso S. Vrsulæ reginæ, & de matre eiusdem sponsi sui, qualiter cum ea martyrium subierunt.
13. De quodam Clemente Episcopo & Martyre. (tia.
14. De S. Marculo Episc. in Gracia, & de Virgine Cōstan-
15. Reuelationem accipit de nominibus trium corporum, quorum nomina erant ignota: sed & de S. Gerasina, & de Rege Dorotheo. (citus.
16. Reuelatur ei à B. Verena persecutores huius beati exer-
17. Reuelationem accipit de corpore S. Reginæ Vrsulæ.
18. Quod totus exercitus huius beatæ Sodalitatis ante diē iudicij manifestandus sit, declarat.
19. Vidit totum exercitum earum in magna gloria vidit in festiuitate earundem SS. Virginum.
20. Instruitur à S. Vrsula Regina qui essent, qui tam decenter & diligenter corpora earum composuerint.
21. Quali morte ipsa S. Vrsula Regina vitam finierit, & de Clematio, qualem honorem eis impenderit.

Nomina Martyrum Vrsulanorum collecta ex titulis sepulcralibus, indicibus Ecclesiarum, in quibus reliquiæ eorum adseruantur, & alijs quibusdam autoribus.

Monitio, circa hæc nomina.

Selecta nomina numerusq; eorum, quæ ex indicibus tēplorum excerpta, vel eadem, vel affinia sunt eis, quæ in reuelationibus continentur.

LIBER NONVS.

Cultus S. Vrsulæ & Sodalium, in loco martyrij & orbe toto.

CAPVT I. Templa quando S. Vrsulæ erigi sint cœpta.
2. Festum eiusdem Martyris quando sit institutum.
3. An. 463. cultus Vrsulanus collapsus redintegratur.
4. Quinto seculo cultus & festum cœpit solenniter ab exteris etiam celebrari, de peregrinationib. ad eā iam inde à martyrij tempore institutis. 5. Circa

5. Circa A.500. S. Elon Episcopus, S. Florianus Rex, S. Engelindu Regina cum magno comitatu dum Coloniam tendunt S. Vrsulam visitaturi, propè Confluentiam nobili martyrio coronantur.
6. S. Rolendis Regis Galliæ filia, dum amore castitatis conseruandæ pergit Coloniam visitatura vndecim millia Virginum, Gerpiniæ decedit, magnisq; claret miraculis.
7. Post A.600. ad nongentesimum vsque quæ constet esse gesta circa Basilicam S. Vrsulæ, & de Viuentia Pipini filia, sorore S. Gertrudis ibi sepulta, & eiectu diuinitus.
8. Ab A.900. crescit dos templi & cultus SS. Virginum operâ Conradi Imperatoris & Hermanni primi Colonienſis Archiepiscopi, Virginibus Geritzheimensibus eò trãslatis.
9. VVichfrido Archiepiscopo ad annum vsque 950. augetur dos & cultus virgineus.
10. Sequentes eiusdem seculi Archiepiscopi ad A. vsque 1000. vt S. Bruno & VVarinus ornant eandem Ecclesiam.
11. De S. Adelheide Geldriæ comitis filia, sub A.990. cœnobiticam vitam ad Sanctas Virgines professa, eamq; in nouo Vilecensi monasterio propagante.
12. Post A.1000. sub Piligrimo & Hermanno secundo proficit cultus, & dos templi Sanctarum Virginum.
13. S. Annonis Archiepiscopi nocturna frequentatio Vrsulanæ basilicæ, & opera misericordiæ illic exercita.
14. Sub finem seculi Sigevvinus, & initio sequentis 1100. Fridericus Archiepiscopi tuentur & augent Ecclesiæ bona, cultumq; SS. Virginum.
15. Bruno Archiepisc. Colonienſis altare S. Cordulæ cõsecrat.
16. Adriani 4. Pontificis Maximi & Hillini Archiepiscopi Treuirensis literæ ad Gepam Abbatissam SS. Virginum sororem Reinoldi Archiepiscopi.
17. De lite septingentorum annorum ratione nõnihil ægri Vrsulani, quam frustra Reinoldus sopire conatur translatis ad Ecclesiam S. Magdalenæ exuuijs SS. Machabæorũ.
18. Philippus contra decessoris Reinoldi mentem Ecclesiam collis Greesbergensis à Solino A.460. erectam consecrat sanctis Virginibus, & eo transfert Moniales S. Benedicti regulam profitentes. (clesiæ.
19. Clementia pacis & belli tempore prospicit commodis Ec-
20. Clementiæ cum laudabiliter præfuisset, seculo 1200. inchoato sufficitur Euphemia.
21. S. Engelbertus martyrio coronatur antè, quam consecret Ecclesiam SS. Machabæorum: id successor eius facit opera Nuncij Apostolici, & Benedictæ antistitæ confirmat vetus coloniensuales.
22. Friderundis Abbatissa benefica in alias sanctimoniales.
23. Elisa Antistita multas largitur Vrsulanas reliquias Patribus Dominicanis, ab ijs cum collegio fit particeps bonorum totius ordinis.
24. Conradus Archiepiscopus subuenit Ecclesiæ Vrsulanæ; Elisa de Reinneberg recuperat ablata.
25. Cultores SS. Virginum Religiosi S. Benedicti.
26. Cistercienses montis veteris S. Vrsula magno prodigio muisit.
27. S. Iulianæ virginis, vt quidam volunt Cistercienſis peregrinatio Coloniam ad sanctas Virgines.
28. B. Aszelinæ Cistertiensis monialis erga S. Vrsulam insignis pietas diuinis visis testata.
29. Cui cœlesti Societati sodalitas Vrsulana comparetur in cœlis. B. Aszelina discit à SS. Virginibus.
30. Eadem per 30. dies reliquias SS. Virginum piè visitat, & gloriosa visione recreatur.
31. Visio Henrici Calcarienſis Carthusiani de modo colendi Deiparam, à SS. Virginibus tradito.
32. Petrus à Leidis Prior Carthusiæ Colonienſis, miranda de 4. Virginibus circa Basileam defunctis recenset: & de alijs eiusdem loci S. Vrsulæ cultoribus.
33. Ordinis Præmonstratensis in sanctas Virgines pietas.
34. Aliæ familiæ religiosæ student huic cultui propagando.
35. Petri Confluentini & Iacobi Sprengeri è Dominicana disciplina & Leonardi Capucini cultus eximius S. Vrsulæ, & beneficia ab ea in vita & morte obtenta.
36. Ordinis Theresiani & Virginum Carbusiensium studia colendi sacras Virgines.
37. Petri Fabri pietas erga S. Vrsulam, cuius deprecatione obtinet Hermanni Archiepiscopi Colonienſis Lutherani exautorationem.
38. Petri Canisij & S. Ignatij cultus S. Vrsulæ: eius precibus, & SS. Virginum reliquijs Lauretanum collegium spectris liberatur.
39. SS. Virgines Vrsulanæ vicissim cultũ S. Ignatij promouẽt.
40. In India Gaspar Barzæus Belga maximus post S. Xauerium Indiarũ operarius, cultũ S. Vrsulæ feliciter prouehit.
41. Leonardus Kesselius & alij socij Colonienſes cultores S. Vrsulæ studioſi.
42. Primus modus colendi magno cum fructu S. Vrsulam est sacrum Missæ officium: & quale de SS. Virginibus Coloniæ earum & S. Cordulæ festo recitetur.
43. Quale officium dicendum ex constitutione Pontificia, vbi reliquiæ Vrsulanæ sunt, & quale olim & deinceps legendum sit in diœcesi Colonienſi.
44. Tertius cultus S. Vrsulæ votum castitatis ad eius honorem editum, cum illustri ætatis nostræ prodigio, quam tuta sit talibus Diuis tutelaribus deuota castitas.
45. Religio S. Vrsulæ recens à Paulo 5. instituta, ad honorem SS. vndecim millium Virginum.
46. Sodalitates Vrsulanæ erectæ, ac primo de Colonienſi Sacerdotum, ac Romana variarum nationum.
47. Nobilissima S. Vrsulæ Sodalitas Goana virorum An. Domini 1552. instituta à Gaspare Barzæo, incredibili vtilitate, & reformatione Indiarum.
48. Mirabile visum de Virginum Vrsulanarum Sodalitatẽ in Italia exorta cum eximio splendore.
49. B. Angela flagris adigitur ad inchoandam B. Vrsulæ Sodalitatẽ, quæ felicissimè per Italiã & Galliã propagatur.
50. Vtilitas Sodalitatis Vrsulanarum, & progressus testimonijs aliorum comprobatur.
51. Sodalitas Virginum Vrsulanarum Coloniæ instituta.
52. Nauicula S. Vrsulæ, seu Sodalitas vtriusque sexus totius orbis Coloniæ inchoata.
53. Sodalitas Vrsulana Argentorati opera Patrum Carthusianorum & Augustæ instituta, cum literis encyclicis de fructu & propagatione Sodalitatis ac miraculis S. Vrsulæ recens patratis.
54. Propagatio felix huius Sodalitatis per Saxoniam meunte seculo 1500. opera Electoris Saxonici.
55. In Polonia Sodalitas Vrsulana à ducentis & pluribus annis inchoata; & Regum Poloniæ studium colendi S. Vrsulam.
56. Sextus cultus S. Vrsulæ, quo Richeza Regina Poloniæ se & suos posteros quasi tributarios & censuales S. Vrs. obligat.
57. Incredibile studium Lusitanorum colendi S. Vrsulam die anniuersario SS. Virginum & orationes Academicæ eo die recitari solitæ.

 58. Ie-

58. Ieiunijs, sacra communione, & corporis afflictatione S. Vrsula honoratur.
59. De luminibus ad Virginum honorem accensis.
60. De Sacrarum reliquiarum ornatu; deportatione, & exhibitione.
61. Idea studiosi S. Vrsulæ cultoris studiorum suorum labores ei dedicantis Franciscus Mendoza in proœmio commentariorum in 4. libros Regum.
62. Vsus Rosarij & vndecim millium Virginum à quadringentis fere annis.
63. Modus S. Gertrudis & Petri Fabri colendi sanctas Virgines per gratiarum actionem pro collatis ipsis à Deo beneficijs.
64. Iubilus B. Hermanni de vndecim millibus Virginum per horas distributus.
65. Litaniæ Vrsulanæ pro priuatâ cuiusque pietate.
66. Carmina in honorem S. Vrsulæ concinnata.
67. Vtilitas cultus Vrsulani tempore belli: sæpius enim circa festum S. Vrsulæ contra infideles vel alios clarissimæ cœlitus obtentæ victoriæ sunt.
68. Cultus SS. Virginum confert ad electionem status vitæ & susceptionem ordinis Religiosi.
69. Præsidium S. Vrsulæ & Sodalitij eius in mortis articulo.
70. Cultores suos quandoque sine purgatorio S. Vrsula deducit ad cœlos.
71. Calendarium Vrsulanum seu festa Martyrum Sodalitatis Vrsulanæ per menses singulos distributa.

LIBER DECIMVS.

De Miraculis.

CAP. I. Miracula sanctitatis quædam indicia solent esse.
2. Prodigiorum maximum talis & tanta congregationis collectio, peregrinatio & martyrium.
3. Prodigiosa SS. Angelorum obsequia Virginibus in itinere exhibita similibus historijs confirmantur.
4. De diuinis oraculis cœlitus huic Sodalitati factis.
5. De visis Vrsulanæ Sodalitatis post martyrium.
6. Ciuitas Colonienſis D. Vrsulæ & Tutelarium præsidio ab obsidione liberatur. A. 1260.
7. Ad Virginum SS. sepulcra præsertim S. Cordulæ emicant luminaq; idque similibus ostentis confirmatur.
8. Odor fragrantissimus Vrsulanas reliquias manifestat.
9. Terra sepulcralis SS. Virginum serpentes & venenata fugat animalia.
10. SS. Theomata, Cleomata & Christantia Coloniam ex Thuringia sponte redeunt, ob neglectum cultum: idem Argentoratensibus minatur S. Aurelia.
11. Vltio diuina in sacrarum reliquiarum violatores, & voti non seruati pœna.
12. Eligunt sibi Virgines certa sepultura & translationis loca.
13. S. Vrsula Aduocata Angliæ apparet Eremitæ, & varia indicat A. 1412.
14. Examinatur miraculum de annua sanguinis S. Vrsulæ ebullitione Analphitana ipso festo Diuæ ipsius.
15. S. Cordulæ Colonienſis apud Dominos Ioannitas miracula.
16. Apparet S. Cordula, & subuenit ægris, ac depositus.
17. Cæcum sanat.
18. Soror Sophiæ cæcitate liberatur meritis Cordulæ.
19. Capitis & dentium dolores sanat, formæ venustatem reddit S. Cordula.
20. Phreneticos & energumenos curat.
21. Anginam tussim & similia leuat incommoda.
22. Dysenteriam, dysuriam, & pleuritidem depellit.
23. Paralyticis, claudis & vulneratis succurrit.
24. Prolem sterilibus impetrat & parientibus subuenit Cordula.
25. Febres omnis generis pellit.
26. S. Cordula mortuos ad vitam excitat.
27. S. Cordula punit voti violatores.
28. De miraculis S. Cuneræ Virginis & Martyris: ac primum de Eleonora Regis Angliæ filia.
29. Gutturis & oris distorti vitijs medetur.
30. Cæcos illuminat S. Cunera.
31. Claudos & paralyticos erigit, vinctosq; liberat.
32. Herniam calculumq; sanat, & in Portugallia dolores mammillæ curat.
33. S. Cunera naufragum illustri miraculo tribus iactatum diebus, sanum in litore prope S. Agathæ tumulum deponit.
34. S. Cunera puerum educit è puteo alitq; biduo.
35. S. Cunera mersos & mortuos resuscitat.
36. Lapsos ex alto, & obtritos redaminat, vel sanat.
37. Furiosum & energumenum liberat, & præfocatum resuscitat.
38. Equos furiosos domat, ægros sanat, mortuos redanimat Cunera.
39. Vindicta diuina in sacrilegos & blasphemos.
40. Antiquissima consuetudo Cliuensium & Geldriensium probandi periuros ad S. Cunera reliquias asseritur.
41. Miracula S. Cuneræ quæ hoc ipso tempore fiunt ex narratione Philippi Archiepiscopi Philippensis Vicarij Apostolici.
42. S. Odilia peste infectum Huiense liberat oppidum.
43. Febres curat.
44. Apoplexiam, morbum caducum, & herniam sanat Odilia.
45. Religiosorum varios fugat morbos.
46. Vindicta diuina alterum meritis S. Odiliæ seruat, alterum tollit.
47. Adest morientibus S. Odilia.
48. SS. Sigillindis & Quirilli corpora magnis clarent miraculis.
49. Festi S. Aureliæ violatores Argentorati viginti tres terra opprimuntur.
50. Sepulcri S. Aureliæ Violator à dæmone obsidetur, & cadauer è terra tertiò ejicitur.
51. Aurelia singularis Patrona febrientium & muliebri morbo laborantium.
52. Reliquiarum Sanctarum raptor punitur diuinitus An. 1503.

Processus Iudicialis factus occasione translationum & eleuationum SS. Virginum Cunegundis, Mechtundis & Vvibrandis in Ecclesia Eichsel Constantiensis diœcesis: necnon Christianæ in Ecclesia montis S. Christianæ dictæ diœcesis requiescentium. editus Basileæ circa An. 1504.

INDEX CAPITVM.

LIBER VNDECIMVS.

Testimonia vitæ & martyrij Sodalitatis Vrsulanæ.

CAP. I. *Testimonia duo sanctitatis sodalitatis Vrsulanæ summorum Pontificum, & quorundam aliorum Sanctorum virorum.*

2. *Traditionos vndecim diuersorum ferè locorum de historia Vrsulana.*
3. *Vestigia locorum ferè 30. testatissima.*
4. *Tituli sepulcrales 12. testes veritatis historicæ.*
5. *Octo testes veritatis horum tituloram.*
6. *Titulorum & corporum veritas duodecies manifestis diuinis reuelationibus approbatur.*
7. *Corpora Sanctorum istorum Martyrum, præsertim virorum & sepulcra eorum, fidem historiæ attestantur.*
8. *Testimonia septem, quæ à tempore martyrij Anni 237. ad 600. vsque, locum martyrij, vel sanctitatem cultumque Virginum declarant, præsertim sermo de ijs circa A. 500. scriptus.*
9. *Quatuor testimonia Sanctitatis Vrsulæ, vel fundi loci, martyrij seculo S. Cuniberti ab An. 600. ad 700.*
10. *An. Christi 700. S. Cunera vna è S. Vrsulæ sodalibus eleuata; cuius vita ad decem præbet nostræ narrationis testimonia.*
11. *An. eodem 700. S. Aureliæ Virginis item Vrsulanæ memoria vehementer inclarescit, è cuius vita decem & plura ducuntur Romanæ peregrinationis testimonia.*
12. *Ab An. 700. ad 800. Ex Beda, Alcuino, Vsuardo, & Missali Anglicano eiusdem temporis testimonia sex.*
13. *Ab An. 800. ad 900. ex VVandelberto, Gunthario, Floro, Rabano, Pragmatica Lotharij Cæsaris.*
14. *Ab An. 900. ad 1000. Archiepiscopi loci & alij templi, vel numeri vndecim millium decies meminerunt.*
15. *Ab An. 1000. ad 1100. templi Vrsulani & numeri Virginum decies fit mentio.*
16. *Ab An. 1100. ad 1150. quo Galfredus scribebat in Britannia primam de S. Vrsula fabulam, testes 12.*
17. *Coætuorum Galfredi ab An. 1150. ad 1200. testimonia 32.*
18. *Ab An. 1200. ad 1300. testimonia 36.*
19. *Ab A. 1300. ad 1400. attestationes præsertim numeri XI. millium Virginum ex tabulis publicis & alijs ferè 30.*
20. *Ab An. 1300. & sequentibus seculis testimonia quindecim canonum interpretum & S. R. E. de Cyriaci Pontificatu & Romana peregrinatione.*
21. *Testimonia 16. Chronologorum, vel qui Catalogos Episcoporum ediderunt de Pontificatu Cyriaci, adeoque historia Vrsulana.*
22. *Ab An. 1400. ad 1500. testificationes 27.*
23. *Testimonia decem de Pantulo Protoepiscopo Basileensi & peregrinatione Vrsulana.*
24. *Hæreticorum testimonia septem de Pantulo, vel historia Vrsulana.*
25. *Testimonia decem de 4. Virginibus, quæ circa Basileam in reditu decesserunt ex infirmitate confirmant Vrsulanæ Sodalitatis peregrinationem.*
26. *Testimonia sedecim ab An. 1500. ad 1550.*
27. *Testimonia coætuorum Baronij 18. ab An. 1550. ad 1600.*
28. *Testimonia 12. ab An. 1600.*
29. *Martyrologia MSS. & impressa testimonia præbent 15.*
30. *Testimonia 12. ex consensu diœcesium Angliæ, Germaniæ, Italiæ in horarijs Lectionibus expresso, per quas S. Vrsula peregrinando transiuit, præsertim S. R. E.*
31. *Testimonia quarundam aliarum diœcesium, ad quas permultæ SS. reliquiarum Vrsulanarum sunt translatæ.*
32. *Testimonia variorum ordinum Religiosorum.*
33. *Prosæ, Antiphonæ, & hymni variorum ordinum & diœcesium ad mentem traditionis Colonienſis.*
34. *Collatio allatorum testimoniorum cum aduersariorum testificationibus.*
35. *Conclusio totius operis ad omnes nationes.*
36. *Paranesis ad incolas Colonienses.*

Appendix ad Vrsulanum Martyrium.

CAPVT I. *De Popardiensibus Martyribus An. 242. cæsis, orbiq; hactenus ferè incognitis, biduo ante martyrium à S. Vrsula salutatis.*

CAP. II. *De tempore Martyrij S. Albani alias Albini Protomartyris Angliæ contra Ioannem Maiorem, eiusque translatione facta Coloniam, & miraculis.*

Epitome Chronologica rerum, quæ tum Coloniæ, tum alibi post ortum S. Vrsulæ circa eius & Sodalium historiã, cultum & reliquias contigerunt, cum serie Colonienſium Episcoporum integra.

Obtestatio ad Britanniam, vt redeat ad antiquam fidem & pietatem.

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

A.

ABstinentia Virginum & infantium 303. parvulorum & adultorum 536. Hibernorum virorum & feminarum præsertim in Quadragesima, militum & SS Fintani, Columbani, Egberti. 300. multorum triduana, sine cibo ieiunia ibid.

Abstinentia custos est castitatis. 440

Achatianæ myriadis triumphus & prodigia. 466

S. Adalbertus cum S. Willebrordo eleuat S. Cuneram: vita eius. 970

S. Adelheidis educata in Monasterio S. Vrsulæ. 782. præficitur Vilecensi & Capitolino cœnobio: claretque miraculis. 783

Adolescentiæ pericula verecundia auertit, ei comes esse debet maturitas morum 457. reuerentia parentum, & familiaritas cum bonis. 458

Adolescentum vanorum deceptio 459

Adonis Additiones enumerant Vrsulanas Virgines vndecim. 999

Aduersis prospeta Deus, cur alternet in electis. 246

Adulphus Rex idea sanctitatis regiæ, cum vxore & liberis omnibus Martyrium ambit. 604

Æra Christiana à Dionysio inchoata 2. 1106. Beda defiexit vno anno ab Æra Dionysiana: quem modo sequitur Ecclesia. 1106. septem annorum imò 21. varietas in natali Domini definiendo. 1107

S. Ætherius sponsus S. Vrsulæ trinomius. 143. 244. 65. 531. ortus, patria, parentes, casta & sancta educatio, cura Demetriæ matris. 244. delectus eius pro exercitu Parthenio. 205. occurrit Moguntiæ reduci S. Vrsulæ, ibique baptizatur. 374. eius innocentia. 415. animi magnitudo. 417. zelus. 422. pudicitia. 424. Martyrium. 388

Afflictio corporis vtilis ad castitatem seruandam. 436. 437. ea honorantur vndecim millia Virginum. 862

Agri Vrsulani situs & fines. 470. præconium. 391. 406. 819. 1087. nominis mutatio. 473

Agrippina vide Colonia.

Agrippinus pater S. Ætherij origine, vel educatione Romanus. 241. Baptismo initiatus moritur. 264. tres Romanæ familiæ nobiles Agrippinorum. 241 M. Paconius Agrippinus nunquam se laudauit, laudatus erubuit, semper aduersæ rei laudationem composuit. 241

S. Albanus Protomartyr Angliæ passus sub Diocletiano, circa 286. annum, seueriſſima tunc persecutio in Anglia. 1099. S. Germanus aperit tumulum eius, transfert reliquias in Italiam 1100. inde Theophania Coloniam defert. 1101. eleuatio & corporis integritas: miracula. 1104. mutatio nominis. 1103. constitutio corporis, quæ modo est. 1105

Alberici trifontani de S. Vrsula testimonium. 1006. item

Alberti Crantzij. 1053

B Alberti M. patria, vocatio: ope Deiparæ doctrinam impetrat. S. Paulus scribenti adsistit, absens mortem S. Thomæ cognoscit. 500. eleuat S. Cordulam. 16. absoluit ab Excommunicatione Antistitam Vrsulanam. 502

Alcuinus bis Virginum Vrsulanarum meminit. 998

Aldenburgensis Monasterij in Hassia origo. 1091. incrementa: præficitur ei Gertrudis filia S. Elisabethæ ea prædicit inuentionem Martyrum Bopardiensium. 1092

Alemannorum sedes: ij pacifici fuerunt tempore S. Vrsulæ. 295

Alexander M. natus est eo anno, quo conflagrauit templum Dianæ, extremo fere Iunio 314. regnare cœpit anno ætatis 20, & regnauit duodecim annis. 335. mortuus est in fine Iunij. 336

Alexander Imperator Mammææ filius natus est die obitus Alexandri M. 336. adolescentia eius casta, vsus Magistro Christiano 338. initia imperij eius modestissima; delectus senatorum & consiliariorum optimorum. 336. virtutes eius imperatoriæ: præcellit iustitia & clementia 337. delectus Iudicum & præsidum. transfert Edessam corpus S. Thomæ Apostoli. 338. colit Christum, Christi sententijs vtitur, ei templum ædificare voluit. Christianos familiares habet. ib & 339. erant ij sanctissimis moribus. 360. mater Christiana custos eius castitatis, cui filius ei obsequentissimus. 338. an persecutus sit Ecclesiam. 339. Vicit Persarum Regem. 340. militaris disciplinæ obseruantissimus fuit. 340. triumphus eius Romæ triplex. 341. pergit in Germaniã: exautorat legiones. 343. necatur Ficeliæ Kal. Octob. 344. in odium matris Christianæ, & fidei cum matre. 358. refertur inter Deos contes festiuitate ei decreta. 345. an Martyr sit habendus. 359

S. Alexander Dux cum vxore Eugenia & 5. filiabus Martyr. 611

Alpium altitudo. 296. Galli primi eas tranſierunt. 237. tum Cimbrorum ducenta millia, cum vxoribus & liberis. ib. octo viæ earum. 297. viarum curatores Romani. 298. cui exitiosæ fuerint exercitui Annibalis, & modo ferè copijs militaribus inuiæ. 298. Virginum transitus per eas facilis. 303

Amalphi sanguis S. Vrsulę festo eius annuè ebullit. 696. 902

Amicitia vera Virginum. 442. fundamentum & motiua eius. 443

Anastasij Catalogus Pontificum mendosus in Pontiano & Anthero. 50

S. Anchitæ viduæ genus: seligit cum Axpara Virgines. 644

S. Angelæ pia educatio: visum de Sodalitate S. Vrsulæ. 842. flagris adigitur ad eam instituendam. ibid. progressus eius felix, & epitaphium. 844

Angelus S. Vrsulæ dictat fœdera sponsalitia. 246. monet de discessu, confirmat in proposito. 265

Angeli excubias agunt in naui. 276. metatores sex præcedunt Virgines, prospiciunt de commeatu. 304. custodiunt castos. 428. 430. 519

docent Achatianos milites. 466. sepeliunt mortuos. 466 469. & SS. Virgines. 472. adsunt tempore Baptismi. 556 ducunt in via. 889

Angli Germaniæ populi sedes habuerunt in Ducatu Slesvicensi. 635. 646

Animæ pulchritudo. 443

Anna à S. Bartholomæo Teresiana videt in morte S. Vrsulam. 811

S. Anno nocte visit Vrsulanam Ecclesiam. 784. ad cultum reliquiarum eius excitat. 785

Anonymi libri duo reuelationum non sunt Tundali, neque Richardi Anglici, sed B. Hermanni Steinfeldiensis. 61. 62

S. Antheri Papæ nominis Etymon. 553. locus & electio. 551

Antiquis-

Antiquissima vita S. Vrsulæ. 1. autor eius S. Cunibertus. 19. tempus scriptionis. 19. est primigenia, & genuina. 23. habet quinque fontes coæuos, decem alios æui posterioris, & quinque diuinis testimonijs confirmatur. 24
S. Antoninus valde honorat futurum Martyrem. 443. scribit vitam S. Vrsulæ verè & accuratè. 1022
Antoninus Pius initio persequitur Ecclesiam, cessat territus orbis calamitatibus. 1095. 1096
S. Antonius discretor spirituum fugat dæmones. 730
Antonij Bonfinij elegans S. Vrsulæ historia. 1039
Aquas perambulant SS. Odilo, Aldegundis, Maurus & Wolffgangus cum exercitu. 545
Aqua medicata scaturit. 806
Aquileenses Martyres ante S. Vrsulam. 315
B. Aquilinus 4. Colonienſis Episcopus. 131. 743. 1111. visio eius de Martyrio S. Vrsulæ. 352. sepelit SS. Virgines. 472
S. Aquilinus Martyr designatus Episcopus Colonienſis. 131
Aremoricum sub Maximo non est mutatum. 160. 163. 166
Argentinæ febri decedit S. Aurelia. 371. ibidem sepultæ tres eius Sodales. 509. S. Vrsula defendit eam contra hostes. 854. floret ibi Sodalitas Vrsulana. 852. & seq.
Arthuri multi Reges Britannici. 210 629
S. Afzelinæ ortus, instruitur ab Angelo, visitatur à SS. Virginibus, nomina ei sua indicant. 804. dies 30. quotidie eas visit. 805
Auberti Miræi coniectura Vrsulana discutitur. 154
S. Audoenus Episcopus Rotomag. Coloniæ visitat SS. reliquias. 35. 969
S. Auitus Rex condit templum Deiparæ: ipsa revelat genus eius. 617
S. Aurelia ægrotat in naui, Argentinæ relinquitur à S. Vrsula, cum tribus Sodalibus. 996 testimonia 10. de ea. 995. & seq. queritur de neglectu cultus sui: eleuatur. 508. miracula eius. 932. & seq. Sodales eius tres sepeliuntur in S. Petro seniore, & incorruptæ, cum titulo & vestibus inueniuntur. 509
Aureolæ tres S. Vrsulæ. 1030
S. Autor Episcopus Treuirensis Hunnos deiecit à muris. 35. 981
Axparæ reginæ genus, virtutes, proles Martyres. 642. 834. delectum virginum habet. 642. consanguinea fuit & carissima S. Ætherio, vnde nomen eius ænigmatica figura insertum fuit nomini Regis. 734

B.

BAculus S. Guigneri frondet. 138
Bartholomæum à Cruce moribundum visitant SS. Virgines. 811
Bartholomæi Petri sententia reprobatur. 155
Basileæ ciuitatis & nominis origo varia, situs, amplitudo. 221. prius dicta fuit Arialbinum: deleta Augusta Rauracorum efflorvit translato eo Episcopatu. 222. Primus eius Episcopus S. Pantulus, nõ Walanus. 223. incrementum vrbis, & munimentum pro coercendis Rætis Robur appellatum. 223. Excipiuntur ibi Virgines. 296. Redeunt eo Roma reduces. 370. diuersorium S. Vrsulæ & SS. Virginum. ibid.
S. Basilius Iudæum Medicum miro modo conuertit. 735
Beda bis meminit SS. Virginum. 196. 998
Belgæ à Germanis orti, fortitudo eorum & Reges. 216
Belgij toparchæ Saxonibus etant propinqui sanguine. 218. electi pro cohorte prætoria. 219
Bellatrices Virgines & feminæ Amazones. 257. Lacænæ vincunt Messenios & Pyrrhum. 258. Victorina vincit Germanos. 158
Britannica Regina Cardismandua ducit exercitum, Regem capit. ibidem.
Boudicea totam Britanniam armat in Romanos, oratio eius ante prælium. 258. Vaodica vincit Romanos. 259. Mulieres Germanicæ, Danicæ, Gothicæ, Suecicæ, Norvvegicæ in castris enutritæ. ibid. Ruslæ nauales victoriæ, & Alquildæ exercitus Virgineus. 260. Vlastæ bella, & victoriæ cum Virginibus in Bohemia. 261. Cimbricarum feminarum fortitudo & castitas. 297
Beneficentiam commendant Apostoli: eâ fides propagatur 316. tessera dari solita peregrinis Christianis. ibid. Gentiles etiam nutriebantur: vnde conuersus est Pachomius, & Iulianus imitari frustra voluit. 317. Luciani descriptio liberalitatis in captiuos, & impostorem. ibi. profusior tamen erat in Martyrij candidatos. 318
Bezecha Virgo donat prædium Ecclesiæ S. Vrsulæ. 1006
S. Bonæ septenni Christus peregrinationem & corporis afflictationem imperat. 436
S. Bonifacius à Zacharia Pontifice confirmatur Archiepiscopus Colonienſis: biennio circiter præest. 1118
Bopardiæ situs, Martyres ibi cæsi sub Antonino Pio. 1091
Brabantinus Dux & Louanienſis. 212
Britanniæ situs, & tres partes. 230. conuersio sub Tiberio per SS. Apostolos, Petrum, Paulum, Simonem, Iacobum, & Christi Discipulos Aristobulum, Iosephum ab Arimathia & vndecim Discipulos eius. 231. Reges habuit; eorum 5. sub Iulio Cæsare dissidebant inter se 204. Augusto munera deferunt, manere Reges sub Vespasiano, Domitiano & Seuero. 204. 205. Tres eorum propensi in fidem Christianam Aruiragus, Marius, Cœlus. 232. S. Lucius Rex conuertit ferè totam, baptizatis plurimis Regulis & erectis 28 sedibus Episcopalibus: vide earum nomina. 232. durauit fides ad tempora S. Vrsulæ, tunc etiam Hibernia conuersa. 233
Britanniæ maxima fertilitas. 241. Coloniæ ibi multæ Romanorum. 242. expeditiones etiam frequentes Cæsarum, Iulij, Augusti, Claudij, Vespasiani, Seueri. ibid.
Britanniæ mores corrupti. 193. literaria monimenta in ea perierunt ob crebras vastationes, vt vitæ Sanctorum petendę fuerint à transmarinis. 148
Britanniæ reformatæ status lamentabilis: obtestatio ad eã vt redeat ad Catholicam fidem, 1146. & seq.
Bruno Archiep. Colon. legat quędã Ecclesię S. Vrsulę. 781
Bruta animalia venerantur ossa Martyrum. 138

C.

CÆsarius Meldensium Episcop. iungit se Sodalitati. 318
S. Cęsarius Martyr mortuum redanimat. 785
S. Cęsarius miles nomen & genus suum indicat. 722
Calendarium Vrsulanum. 884
Caluini blasphemiæ in Sanctos. 149
Cambriæ seu Wallię Reges. 203. 211
Cantus cœlestis auditus in templo S. Gereonis & S. Vrsulæ. 879
Canutus Rex cum vxore Balbina, sex liberos cum vndecim neptibus, obtulit secum martyrio. 601
Cardinalium origo triplex: ab officio, loco, vel gradu dignitatis: officium id ante S. Vrsulam viguit in Ecclesia. 121. 122. quidam eorum comitati S. Cyriacum. 350. necati cum eodem. 122. 400
Caritas in Deum SS. Virginum. 418. reddidit tormenta dulcia 419
Carminibus S. Vrsula honoratur. 872. Laurea triumphalis Mendozæ Lusitani. 873. eiusdem Elegia. 874. Ioannis Francisci Bordini carmen. 874
Carolus M. consilio liberat Hiberniam à seruitute. Eius sex Reges Romam peregrinati, pro gratiarum actione. 292
Carolus V. reliquias petit pro Hispanijs & Indijs. 700
S. Carolus Borromæus scribit Ernesto Colonienſi, Anno 694. Reliquias Colonia Mediolanum transfert. ibid.
Condit regulas Sodalitatis Vrsulanæ. 843
Caroli Sigonij test. de S. Vrsula. 1058
Carthusienses Virgines Societatem ineunt cum S. Vrsula, quæ sæpè morientes cum symphonia cœlesti comitantur. 811
Caspar Barzæus Societatis Iesu, Goæ instituit Sodalitatem S. Vrsulæ cũ incredibili fructu. 839. zelus eius Apostolicus, ibidem. & pia mors circa festum S. Vrsulæ. 841

Castitas Clematij Alexandrini. 478 S. Noirburgis. 782
S. Constantiæ Virginis 349 Pialæ 136. Rolendis. 772. Virginis Valencenensis. 859. Virginum Treuirensium ad S. Modoaldum. 1119
Castitatis pericula euadit humilis. 426. præsidia eius, circumspectio, SS. Patrocinium, tutela Deiparæ, Societas casta. ibid.
S. Cataldi patria, docet Lismoriæ, capitur, ab Angelo liberatur. 236. conuertit Hiberniam, erectis 12. Episcopatibus. 237
Catellij Regis nouem filiæ Martyres, vna harum Wilgefortis. 207
S. Catharinæ V. Vrsulanæ caput transfertur ad Carthusiam Westaliensem. 699
Celeritas nunciorum, militum, Imperatorum. 354
Censura omnium opinionum contra S. Vrsulæ genuinã historiam inuentarum. 194
Certamen Angelorum & dæmonum. 167
Certitudo Vrsulanæ historiæ maxima. 230
Ceruus tutus à canibus propè sepulcrum SS. Virginum, in eiusdem cornibus, tria coruscant lumina. 368
S. Christianæ pia mors & sepultura. 369. historia eius. 365. inuentio & eleuatio. 510
Ciceronis libri vetiti à Gentilibus, quod euincerent Deos Gentilium fuisse homines. 26
Cistercienses reliquijs Vrsulanis ditantur. 663
Classis Romana, Germanica, vel Britannica constabat nauibus interdum mille in Rheno. 274
Claudiæ Britannæ laus. 243. putant quidam eam matrem fuisse S. Lini Papæ. 133
Clematius restaurat basilicam S. Vrsulæ. 14. 764
Varij Clematij 478. 744. Inscriptio Clematij. 982. 985
Clerici cum S. Vrsula necati & maiestas eo tempore Cleri Christiani. 401
Clodouei Regis cupiditas martyrij cum vxore, filiabus, & neptibus. 599
Cœlitum occursus & exsultatio in cœli ingressu SS. Virginum. 394. 558
Cœmiteria Romana multiplicia, forma eorum, visitatio SS. Virginum. 310. sub Gentilibus etiam adiri solita. 331
Collatio testimoniorum pro S. Vrsulæ historia allatorum, cum aduersariorum testificationibus. 1082
Collectarum origo in Eccles. vrgent eas Pontifices Romani pro peregrinis & exteris. 324
Coloniæ Agrippinæ origo, situs, forma, conditor, politia, fit Colonia Romanorum, & iuris Italici. 379. 1110
Conuertitur à SS. Crescente, Claro, & Materno, ibid. hic primus eius Episcopus: constans semper in fide Catholica mansit. 126. 127. 129. fidelissima semper Imperio Romano, præsertim S. Vrsulæ tempore, 381. sub Aquilino 4. Episcopo: qui Virgines ituras Romam hospitio recepit. 272. palæstra est certa Martyrij earundem. 76. sepeliuit eas ibi cum ciuibus Aquilinus, 472 præsidio S. Vrsulæ ab obsidione liberatur. 893. 1087
Coloniæ libenter honorantur Sancti, 1089
Coloniæ occisi varij Tyranni, duo Victorini, Siluanus, Posthumius & Saloninus Galieni filius. 104. 1113. 1114
S. Columbani Episcopi genus, adducit S. Vrsulæ Virgines. 577. hortatur eas ad lætitiam, pudicitiam & martyrium. ibidem.
Columnæ duæ Salomonis in vestibulo templi. 25
Columnis duabus lateritiæ & lapideæ Sethi filij scientias inscripserunt: vna superfuit Cæsare Vespasiano. 25
Comitum in Prouincijs Romanis officium. 213. eorum varietas, & gradus dignitatis in bello & iudicijs. 214
Comites apud Germanos & in Sodalitate Vrsulana. 215
Comitum Louanienſium vetus mentio. 215
Comites Martyres. 403
Communio hebdomadaria SS. Virginum. 283
Ex Communione annua honorantur. 862
Coniugibus necessarius amor mutuus, cedens tamen amori Christi. 459. & educatio bona liberorum: ij sunt depositum: reddendi Deo cum iusserit. 460. 461
Conradus Archiepiscopus Colon. munificus in Ecclesiam S. Vrsulæ. 799. 800
S. Constantiæ votum & amor Castitatis 349. 736. Inuentio & eleuatio cum centum alijs. 1015
Constantini M. patria & genus exeuritur. 160
Consules Romani, quando designabantur, & inibant Magistratus, vel abibant Consulatu, quam multi suffecti eodem anno, & à quibus? 91. infensi erant S. Vrsulæ. 351
Consulatus Seueri & Quintiani respondet æræ communis Christianæ An. 237. 92
Conuersio Gentium tempore Apostolorum. 307
Hispaniæ, Siciliæ, Galliæ, Germaniæ. 308
S. Cordulæ timor. 9. 396. Martyrium. 398. apparet Helentrudæ 10. festum eius instituitur 17. 498. Ingebrando tumulum indicat 499. eleuatur à B. Alberto Magno, 500. eadem quæ delituit in naui 501. sanat ægram 502. altare eius consecrat Bruno. 787
S. Cordulæ miracula, 903. apparet & subuenit depositis, 904. cæcos curat, 905. 906
Capitis & dentium dolores sanat & formæ venustatem reddit, 906. Phreneticos & energumenos liberat 907. Anginam & tussim tollit, 908. dysenteriam etiam, dysuriam & pleuritidem, 908. Paralyticis, claudis & vulneratis succurrit, 909. Parientibus subuenit, & prolem sterilibus obtinet, 910. Febres omnis generis pellit, 911. Mortuos redanimat, 912. Voti violatores punit, 913
Coronis cœlestibus visis socij S. Irenæi animantur ad martyrium, 353
Corpora SS. Mart. & sepultura fidē historiæ attestatur, 980
Crania SS. Virginum canunt Te Deum laudamus, 568
Cremona abundat Vrsulanis reliquijs, 695. Iunxit Sodalit. Vrsulanæ S. Permerium Episcopum & Bassanum ciuem Cremonensem, 690
S. Crophori Regis comitatus ad Martyrium, 595
Crucis virtus, 403
Cultores ss. Virginum omnium ordinum religiosi præcipuè Cistercienses Veteris montis, quos inuisunt solenni cũ supplicatione, 802
Cultus S. Vrsulæ confirmat martyrium peculiaris & multiplex est, 41. 42 approbatus à summis Pontificibus, 968. Vtilitas eius in vita & morte, 47. 876. 880
ss. Cunegundis, Mechtundis & Wibrandis sancta mors & sepultura, 363. historia earum, 365. Miracula, 368. 369. Ecclesia, 481
S. Cuneræ patria, parentes, peregrinatio, 992. subducitur martyrio à Regulo Rhenensi, fit œconoma regiæ, 399. panes in asillas conuertit. strangulatur 400. templo tumulus eius decoratur, 480. Eleuatur à ss. Willebrordo, Adalberto & Werenfrido, 485. 994
S. Cuneræ reliquias vetat Deus loco moueri. 914
Gutturis & oris distorti vitijs medetur, 915
Cæcos illuminat, 916
Claudos & Paralyticos eripit, vinctos liberat, 917. Herniam, calculumque sanat, dolores mammillæ curat, 918. Naufragum tribus iactatum diebus sanum in Sicilia deponit, 919. Puellam eductam è puteo biduo alit, 920. Mersos & mortuos resuscitat. 920. 921. Lapsos & obtritos sanat, vel vitæ restituit, 921. Furiosum & energumenum liberat: præfocatum ad vitam reuocat, 922. Equos furiosos domat, ægros sanat, mortuos redanimat, 923. vindicta diuina in sacrilegos & blasphemos, 924. in periuros etiam coram eius reliquijs, 925. miracula S. Cuneræ huius temporis, 927. testimonia de ea variorum, 994. 995
S. Cuniberti adolescentia pia, fit Episcopus, reperit sepulcrum S. Vrsulæ 483. 1116. caput eius eleuat, 775. 969. permittit sepulturam S. Viuentiæ in æde S. Vrsulæ, ibid.
S. Cyriacus origine Britannus Romæ excipit S. Vrsulam, 321. Baptizat quasdam Virgines, 326. Vicarius fuit S. Pontiani relegati in Insulam, 156. 320. 321. 322. Potuit licitè renunciare officio, 118. Monitus diuinitus coram Clero se abdicat, 728. An & quomodo erasus è catalogo Pontificum, 120. Roma discedit cum Virginibus, & quibusdam Cardinalibus, 350.

Baptizat

Baptizat Moguntiæ S. Aetherium sponsum & quosdam alios, 375. Exhortatur omnes ad Martyrium, 385 occiditur pro fide, 386. tempus Vicariatus vel Pontificatus eius, 728. Pontificatum eius ordinarium defendit glossa vetus Iuris & Iuris interpretes, 83.1018. 1020. Cum grauissimis scriptoribus, & Breuiario Romano, 82. 320. Martyrium eius è lapide sepulcrali cognitum probatur humanis & diuinis testimonijs, 81.82.83.84.156. 175.728.
Confutantur aduersarij eius, 84. Incredibilia circa eum mota diluuntur, 131.132.175
An in Canonem sit relatus? 369
S. Cyriaci fiducia Deo nixa, 417. Castitas, 425

D.

Daria mater S. Vrsulæ etiam Marcella dicta, 238. origine fuit Hiberna: eius fratres, sorores, consanguinei vehementer augent exercitum Virginum, 249. 617.
Dariæ V. S. Brigida visum restituit, sed cæcitatem prælegit, 239
Daria Virgo alia è Sodalit. S. Vrsulæ translata in Angliam, ibidem.
Dedicat Mendoza libros Regum S. Vrsulæ, 864
Delectus Virginum primus Principum, 495 alter Chiliarcharum; tertius Prochiliarcharum, & Hecatontarcharum, 225.254
Demetria mater Aetherij sponsi castè & innocenter educat filium, 374. Fratres & sorores eius filias & neptes multas submittunt S. Vrsulæ, 251. baptizatur, 372
Deus fons omnis boni, opum, pulchritudinis, 449. Solus appetitum hominis perfectè satiat, 450
Dei gloria elucet in vocatione S. Vrsulæ, sponsi eius, tot Episcopis, Regibus & Virginibus Martyribus, 229.230.
Dei bonitas & cura paterna Sodalitatis Vrsulanæ, 411
Dionethus pater S. Vrsulæ Rex Hiberniæ, 1.2.238. Agnomen ei Maurus, commune cum S. Lucio Rege, 238 eius iustitia, pietas, integritas, 239.454. Industriâ fratrum sororum, & propinquorum Regum mirè crescit exercitus Vrsulanus, 248. martyrio coronatur & reperitur cum 17. militibus, 402
Dionysij Carthusiani sermones de S. Vrsula, 2028
Diuersorium S. Vrsulæ Coloniæ, 278.980. Basileæ, 370
Donaldus Rex Scotiæ signat argenteam monetam cruce, 237.
Dorothea filia Regis Norvvegiæ cum comitatu, 638
Duces initio temporarij in bello & extra bellum: postea perpetui: celebrantur maximè sub Nerone, Adriano, & Alexandro, 212. quidam eorum cum S. Vrsula necati sunt, ibid. 403
Dux Brabantinus & Louanienſis, ibidem.
Belli Duces rusticos debent defendere, non exuere omnibus bonis, 455

E.

Eburonum sedes & Reges, 216
Ecclesiæ Catholicæ status florentissimus vbique tempore S. Vrsulæ, 307.312
Ecclesia Catholica est vna, consentit in fide vbique gentium: solis instar fulgens & constans, columna veritatis inconcussa, 1149. est Apostolica, 1150. Catholica seu vniuersalis & Sancta, 1151. extra eam saluari nemo potest, 1152
Ecclesia Britannica vetus paradisus cœlestis Sanctorum, fons perfectionis, 1145
eius felicitas, sanctitas, vnitas, 1147
deformatæ Britanniæ facies misera, 1146
lamentabilis eius status, 1152
Educatio S. Vrsulæ, 1.240. S. Aetherij casta & innocens. Item S. Ludouici Regis Franciæ, 244
S. Egberti abstinentia, 300
Egberti Abbatis Schönaugiensis fratris S. Elisabeth, vocatio ad religionem, doctrina, sanctitas, congressus cum hæreticis & victoria, 56. Iuratum testimonium eius de diuina reuelatione sororis suæ, 718
Einbetta Sodalis S. Aureliæ cum Warbetta, & Vibbetta, 509.
Einbeth nomen celebre in Alsatia, 397
Eleuatio solennis ss. Virginum Cunegundis, Mechtundis & VVibrandis à Cardinale Gurcensi, 961. item S. Christianæ ab eodem, 961
Elisa Abbatissa S. Vrsulæ trecenta corpora Martyrum largitur Patribus Dominicanis, 799. Ab his cum toto collegio suo fit particeps omnium bonorum operum ordinis, 800. recuperat ablata Ecclesiæ, 801
S. Elisabeth Schönaugiensis cœnobij Magistræ vita ab Egberto & Tritthemio scripta, 52
Encomiū eius Emichonis Abbatis & aliorum, 53. familiarissimè vtitur S. Hildegarde, quæ tristem solatur literis, 54. Laudant eius reuelationum libros autores grauissimi, 55. Scripta eius de S. Vrsula ab Angelo, & prodigio cœlesti comprobantur, ibid. Historici plurimi eius Vrsulanam narrationem secuti, 58. Aduersarij eius pauculi, quorum obiectiones refutantur, 58.59. ob famam sanctitatis Gerlacus ei titulos inuentos in ss. Virginum tumulis mittit, eos diuinitus edocta explicatiei ss. Virgines variæ, simulque triumphans Vrsulana sodalitas apparet, 496. Reuelationum eius liber notis illustratus. 719. & seq.
S. Elisabethæ Landtgrauiæ sancta mors, apotheosis, miracula, 1092. filiam bimulam Gertrudem offert monasterio, ibid.
S. Engelbertus litem de Vrsulano agro conatur componere, 796. Cerocensuales Hagenses cedit templo ss. Virginum, 797. martyrio coronatur, 1126
Episcoporum primorum nomina in multis Germaniæ & Franciæ locis perierunt, 128
Episcopi cum S. Vrsula necati, 401
Episcopalis vitæ dotes, vitæ exemplum, pudicitia, doctrina, caritas & fortitudo coruscant in ijs, 452.453
Epitaphij proprij scriptores, 133
Epitaphium S. Damasi & S. Caroli Borromæi ab ipsis compositum, ibid.
Epitaphium S. Angelæ, 844
Epitaphiographi ss. Virginum, 467
S. Iacobi cum XI. Clericis industria in nominibus incidendis, 741
Epithalamium S. Vrsulæ, 9
Epitome Chronologica rerum, quæ tum Coloniæ, tum alibi post ortum S. Vrsulæ circa eius & sodalium historiam cultum & reliquias contigerunt. 1105. & seq.
Eucharistia dicitur hostia laudis, via, viaticum, prodestq; mirificè morientibus, 282
S. Euergislo respondent è tumulo Martyres. 763
S. Eustachius comes cum vxore Sibilia ducit ad martyrium sex filias, & octodecim neptes, 383
Euphrata initio Catholicus Episcopus, à castitate spectabilis, postea deficit ad Arianam perfidiam, 130
Excellentia martyrij huius, 406.646
Exempla plus mouent, quam verba, 407. Vis boni exempli in ss. Antonio, Macario, Augustino & duobus Aulicis, 448.449
Exempla Martyrum ad imitationem prouocant, 285.329
Exercitationes puellares triennij spatio, & belli naualia simulacra, 256
Exercitus Parthenius S. Vrsulæ sponsi vtriusque parentum auspicijs, industria, sumtibus in Britannia & alijs transmarinis cognatorum & affinium regionibus colligitur, 247.248.249.

F.

FEbrium ardor frenat libidinem, 437
Febres curat S Leophania, 507. S.Aurelia, 834. S.Cordula, 911. S.Odilia, 929
S.Felicis Papæ inuentio & eleuatio prodigiosa, 320.
Ideo relictus in martyrologio, 173
cur nomen eius non exstet in catalogo Pontificum, 174
confertur eius titulus & Pontificatus cum Cyriaci. ibidem.
Festa Sanctorum cur dicta sint natale ? origo ab Apostolis manauit, 762
Festum S.Vrsulæ celebratum anno proximo post martyrium, 763. & S.Cuneræ, ac S.Christianæ, ibid. quinto seculo per orbem cœpit passim institui occasione peregrinationis Clematij, 765
Feminas etiam & Virgines peregrinatio decet exemplo S.Helenæ, Melaniæ, S.Birgittæ, S.Bonæ, S.Angelæ, 436
feminæ & virgines bellatrices. V. bellatrices.
Fides mirificè propagatur miraculis, persecutionibus, illustrium virorum conuersione, & zelo primorum Episcoporum: 309.310.311
Fides excellens in Patriarchis, in Martyribus, in S.Vrsula, 413. comites eius meditatio & contemtus mundi, 414
Fidei effectus puritas, ea præcelluit Aetherius & Gentiles quidam diuino munere, 415
Fiducia in Deum S.Vrsulæ in pactis dotalibus, peregrinatione & martyrio, 416.417
Figura ænigmatica reperta in S.Aetherij tumulo Regis & Axparæ nomen expressit, 734
Filij sunt depositum parentum: benè educandi & reddendi cum repetierit Deus. 466
Flandriæ comitatus Reges habuit, Neruiorum sedes in parte eius, 211. quingentæ Virgines inde missæ ad S. Vrsulam, 637. totidem corpora ss. Virginum Colonia eò remissa, 677.& seq.
Florarium recenset socias S.Vrsulæ, 998
S.Florianus Rex Galliæ cum S.Elone Episcopo, vxore Engelinda & magno comitatu Coloniam pergit: sed dum propè Confluentiam sacris adstant, omnes ab Hunnis martyrio coronantur, 766.& seq.
eleuatio eorum. 770
Honor eis habitus, 771
peregrinationes eò institutæ, nec impunè neglectæ, 772.
S Florinæ sepultura prodigiosa, 475
Florus nominat vndecim millia Virginum, 999
S.Foilanus Episcopus Lucensis Legatus Apostolicus præmonetur de martyrio, 352
cum S.Simplicio iungit se societati Vrsulanæ, 353
Fontes Vrsulanæ historiæ prolixioris 20. 25
1.Vestigia locorum, 25
2.Traditiones diuersorum populorum, 26
3.Tituli sepulcrales certi, 29
4.Historia temporis Vrsulani sacra & profana congruit cum martyrio, 31
5.Res gestæ Sodalium variarum S.Vrsulæ collatæ inter se consentiunt, 32
6.Inscriptiones in saxis & M.SS. vetustiora, 34
7.Res gestæ ss Autoris, Floriani, Cuniberti, &c. 35
8.Consensus Martyrologiorum, 36
9.Lectionum horariarum totius orbis conuenientia, 37
10.Centum grauissimorum autorum conspiratio, 38
11.Glossa Iuris Canonici vetustior, 38
12.Inuentiones, 40
13.Translationes, 41
14.Cultus, 41
15.Processus iudicialis Basileensis 70. iuratis testibus firmatus, 42
16.Miracula 48
17.Visa ss.Virginum tumulum indicantium, 47
18.Reuelatio Elisabethæ Schönaugiensis, 57
19.Reuelatio prior Anonymi An 1183 inspirata, 60
20.Reuelatio posterior anni 1187. 64
Fons diuinitus excitatus, 137
Fortitudo Christiana duo habet indicia: apex eius, 444.
eos fortuitdinis spes cœlestis gloriæ, 445
fortia generosè pati glorioßimum apud Christianos & olim apud Gentiles, 463
Fossa Drusiana & vsus eius, 273
Fossa Corbulonis, 274
Francia reliquijs Vrsulanis decoratur, eæ in incendio manent illæsæ, 703
nauis argentea à Francisco III. Galliarum Rege S.Vrsulæ consecrata, 703
In Francia cœpit Vrsulana Religio toto orbe iam propagata, 832
Sorbona S.Vrsulæ dedicata. 703. Franciæ Regum incredibilis pietas in cultu Sanctorum, & reliquiarum: V. præfationem.
B.Francisca Ambosia cultrix eximia S.Vrsulæ in morte stipatum eiusdem meruit, 1034
Francorum origo non ex Italia, vel palude Mœotide, nec à Troiano Francione Hectoris filio, 224
sed è Germania magna, 225
Victi sunt à Constantino Magno, oppositi Vbijs: sedecim annis post martyrium S.Vrsulæ à Latinis scriptoribus nominati, 225.295
Confines erant Saxonibus & propinqui Rheno, 638
Friderundis Abbatissa S.Vrsulæ benefacit alijs sanctimonialibus, 798
Fuchelingi intrepida tyranni increpatio, 191

G.

GAlfredus Britannus primus corruptor Vrsulanæ historiæ, 144
fabulosissimus iudicatus coæuorum ciuium suorum iudicio, 158.1083
commentum eius confutatur, 159
Hæretici cur eius vrantur testimonio, 165
Dœmones eius fabulis delectantur, 158
Galfredi defensor agnoscit eum esse fabulosum, 169.1083
noua eius narratio repugnat in multis Galfredo, 170
nutat ex ea causa martyrij, 171
Vrget is correctionem martyrologij Romani, & glossæ iuris pro sua opinione, 173.176
item S.Felicis expunctionem, qui prodigiosè reperitur, 175
Rationes eius contra Cyriacum allatæ confutantur, 175
Gepa Abbatissa S.Vrsulæ impetrat Adriani Papæ protectionem, 789. & Hillini Archiepiscopi Treuirensis iurium suorum defensionem, ibid.
Gentilium desperatio de exscindenda fide, 311
Gerasinæ quinque, cum S.Vrsula, 621
Gerasinæ Reginæ Siciliæ pietas, cœlestis afflatus, pia educatio prolium ad martyrium, 462
Gerlaci Abbatis Tuitiensis generalis eleuatio ss. Virginum, 1003
Germania serius scriptores accepit, 21
Multi Reges in ea, 217
Nouem eorum Probus Imperator cepit, 218
Germania nouus orbis à Romanis dicebatur, 273
Germaniæ Apostoli. Beatus apud Heluetios, Aegystus & Marcianus apud Saxones, S.Lucius apud Rætos, 308. 309.
Romani sæpius à Germanis cæsi: ideo Rhenum octo legionibus tuebantur, 295. pacem à Germanis ijdem pecunia redimebant. Hi fideliter pacem seruabant, 244
pecunia pacta non soluta rebellant, 343
Germani abundant reliquijs Vrsulanis, 895

S.Germanus fistit exercitum, 181. liberat Angliam Hæresi Pelagiana, 1100. obtinet S.Albani reliquias & transfert in Italiam, 1101
S.Gertrudis modus colendi SS. Virgines per gratiarum actionem, 866
Gertrudis filia S. Elisabethæ bimula offertur Monasterio, fit Magistra: indicat Martyres Bopardienses, 1092
Glossa Iuris Canonici de S.Cyriaco, 38. autor eius Ioannes Andreæ, 16. sequuntur eam præcipui Canonum interpretes, autoritas glossæ maior, quam omnium Doctorum, 39 erasa citari tamen potest, 120.121
Gobelini Personæ argumenta contra S.Vrsulæ historiam, 145. confutantur, 146. is minus piè loquitur de S. Elisabetha, 188
S.Gorgonius cum 136. inuenitur circa templum S.Maximini, 506 miraculo probatur eius inuentio, 507
S.Guigneri martyrium cum 777. socijs, mortuus caput amputatum portat, 138
Guntharius Archiepiscopus Colonienſis lumen perpetuum templo S.Vrsulæ donat. 777.999

H.

HÆretici carent vnitate, ducti solo spiritu proprio, autore diabolo, inde bella & hodie ducentę sectæ, 1148. indies mutant articulos fidei, carent missione, iurisdictione, & remissione peccatorum, 1150. ostium reserant vitijs, 1151
Hæretici deprauant acta Martyrum, 144. sunt peiores Turcis. 1152
Harberni Abbatis eleuatio & testimonium, 1014
Hectoris Boethii fabula de Vrsulano martyrio, 182. fidem eius desiderant Scriptores, 183. contradicit sibi, errat in Chronologia, 184. Fingit S.Vrsulam monialem votifragam, tollit reliquiarum maximam partem, 185
S.Helenæ patria & genus examinatur, 160. peregrinationes eius & pietas, 1114
Helentrudæ sanctitas, miracula, locus sepulturæ, 17. Apparet eis S Cordula, 16
Hemmenrodense cœnobium habet 370. capita Vrsulana, 866
Henricum Calcarienſem Carthusianum docent SS. Virgines modum colendi Deiparam, 805
Henrici de Aluedia Carthusiani pię de S. Vrsula commentationes, 1025
Henrici Bonnensis Martyris vita & miracula, 196
Hermannus primus Archiepiscopus Coloniensis transfert Virgines Geritzheimenses ad S. Vrsulam, & dotat lucuienter parthenonem, 777.999
Hermannus Fleien defensor loci martyrij, seducitur ab Hectore Boethio, 186. Reuelationes insectatur, 187. confutatur, 188.189.190
B.Hermanni Steinfeldiensis Religiosi natiuitas, & ætas 61. studijs vacat, 629. Autor est libri vtriusque reuelationum Anonymi, 62. Virgines dictant ei scribenda. 64. 67. præcinunt ei melodiam, 64. corrigunt errantem, cogunt ad scribendum, 568. eius reuelatio demonstratur ab experientia, 61.106. Occasio eius scribendæ, tempus, probabilitas, 497. signis 4. veri Prophetæ decoratur. 512. Liber eius primus notis explicatus, 513. & seq. Libri secundi inuentio, materia, præstantia, 565. familiaritas B.Hermanni cum Deipara, 566.626. tempus scripti operis, 567. vtilitas eius, 567.568. modus scribendi B.Hermanni, 570. impetrat caput S.Gertrudis, 670. scribit iubilum & prosam de SS. Virginibus, 63. obitus & sepultura B.Hermanni, 63
Herodes à Romanis creatus est Rex Iudæorum, 199. filij eius, nepotes, abnepotes & posteri centum annis Reges beneficio Romanorum, 200
Herse Collegium est Canonicarum, 17
Hibernia dicta Britannia minor, & Scotia maior, tempore S.Vrsulæ, & post eam, 234
Verosimiliter est patria eius, 233. Reges in ea tempore S.Vrsulæ, 205. & ferè Pentarchia sæpius, 239. tempore S.Patricij septem ibi Reges: & postea 12.
Conaldus Hibernus creditur interfuisse Passioni Christi, & redux primus in Vltonia fidem publicasse, 235. S.Iacobus id plenius præstitit, ibid.
Conuersi inter primos gentis SS. Beatus Heluetiorum Apostolus, Mansuetus Tullensium Protoepiscopus, & Cataldus Tarentinus Præsul, 236
Hic in Hibernia 12. fundauit Episcopatus, 237. quatuor ante S.Patricium ibi vixere Episcopi. ibid.
Hiberni abstinentia superant ferè nationes omnes, 299. 300. & peregrinandi studio seculis omnibus, 287. Eorum triginta millia peregrinantur tempore S.Patricij, 288
Sex etiam Reges tempore Caroli M. 292
Hinc nomina traxere quidam: nã S. Fridolinus dictus viator: S Virgilius Soliuagus, & S.Rupertus Girovagus, 290
Ita Hiberni dederunt hac peregrinandi occasione omnibus nationibus Episcopos, 133.293
S.Hippolytus Romam peregrinatus ex Oriente, tempore S.Vrsulæ, 284
Hispaniæ primus Rex Christianus Philotrus, tempore Apostolorum, 206
Transferuntur in Hispaniam multæ reliquiæ, 701.702
Hispanæ nobilitatis flos nomen dat Sodalitati Vrsulanæ, 1133.1134
Historia S.Vrsulæ tur serius scripta sit, 10. ant quissima à S.Cuniberto concinnata solida est, nixa coæuis testimonijs & fundamentis historicis, 68.165.228.230
Similis est ornato & munito palatio, 142
Oppugnatur grauissimè, 143
Aduersarij eius, 144
Obiectiones eorum præcipuæ, 145
Cur non sit petenda ex Britanniæ Scriptoribus, 195.226
Sed è vestigijs locorum, & traditionibus populorum, 227
à posteriori demonstratur eius veritas, 278
prærogatiua eius, 229. 1086. certitudo è principijs humanis & diuinis, 230.1082.1084. vniuersalis, cur sit historia, 1084
Historicus similis est architecto. Tria ei necessaria, 142. Duplex scribendæ historiæ modus à priori & posteriori, 195 226
Historici magis spectare vtilitatem, quem delectationem debent, 412
Horarum Canonicarum antiquitas, 823. Officium Vrsulanum vetustum, 824. & nouum, 826
Hospitalitas mulieris compensatur prodigiosè, 137
Humiles sunt magnanimi: diffidunt sibi, confidunt Deo, 418. eos exaltat Deus, 466. Euadunt laqueos dæmonis, quibus superbi irretiuntur, 426
Hunni multis seculis ante S.Vrsulam & Christum fuerunt, 93 Primi prodierunt ex Europa & Scandiæ Insula, 94. bella eorum ante Christum, 94.
Hunni alij eis Tanain in Russia, Ptolomæo cogniti, ibid.
Asiatici Hunni albi, seu Euthalitæ in finibus Persiæ, & bella eorum ante Attilam, 95
Alij apud paludem Mœotidem & portam Caspiam, quos recluſisse dicitur Alexander M. 95
Ex Gothis Hunni famosissimi maiores Attilæ prodierunt, 96
Hunni cum Gothis egressi è Scandia occuparunt Asiã, 96
Asiatici Hunni ante Attilam bella gesserunt in Germania & Gallia, 98. victi à Theodosio Cæsare, 97
Inuaserunt Orientem, ibid.
Conuersi ad fidem humanitate Theotimi, ibid.
Seruarunt Romam tempore S.Augustini, 98
Occasionem etiam dederunt conuersioni Burgundionum, ibid.
Hunni peritissimi sagittarij & pernicissimi equites: ideò vtiles contra Germanos, 99. eosque auxiliati Maximinus, tam Asiaticos, quam Europæos cũ Parthis, 101

Gothi sæpè vocantur Hunni, etiam à S. Hieronymo, 9. 102 ideò Maximinus origine Gothus dicitur Hunnus, sicut etiam ob crudelitatem nimiam.
Sic Hunnis multa tribuuntur, quæ Wandali immanitate ipsis pares patrarunt, 103.
Etiam post Attilam crudelia facta ab alijs, Hunnis vel Attilæ iunt attributa, 164
Hunnorum nomine veniunt etiam Pannones, Alani & aliæ barbaræ nationes, quas secum traxit Maximinus, 377.378
Hunni Coloniæ ss Virgines occiderunt, 376.377.105
Fugati Coloniâ ab exercitu cœlesti, 395
Hunnos eosdem S. Autor Treuirensis à mœnibus depulit, 105
Hunni S. Florianum cum socijs occiderunt, 769
Hymni de S. Vrsula. 1081

I.

IAcobus alias Zebenus, Antiochenus Patriarcha rexit sedem annis septem visit Romæ S. Cyriacum, 123
Iungit se Sodalitati S. Vrsulæ, 349. curat incidenda nomina ss. Virginum, præscius futurorum, adhibitis vndecim Clericis, 468.730.731.741. occiditur tertia die post Virgines proprij sui nominis scriptor, 731
Iacobo Gretzeri testimonium de S. Vrsula, 1063
Iacobo Sprengero Dominicano in morte apparet S. Vrsula, 809
Iacobi de Voragine Archiepiscopi Genuensis ex Dominicano vita S. Vrsulę, 1009
Ieiunia S. Vrsulæ & Virginum in nauibus & peregrinatione, 435. 4. Virginũ propè Basileam & S. Cuneræ, 435
Ieiunijs honoratur S. Vrsula, 861
S. Ignatij epistola ad Carthusiam Coloniensem, 807. liberat Collegium Lauretanum spectris, adhibitis etiam Vrsulanis reliquijs, 814. viuens apparet Colonię Kesselio intrà immunitatem S. Vrsulę, 819. ss. Virgines refecerunt imaginẽ eius, & suadẽt inuocationem eiusdem, 816
Ignorantia Martyrum Romę occisorum ob vastationes, 21
Illusiones dœmonum examine deteguntur: nolunt enim sua examinari, vti cœlites fieri desiderant, 729.730
Impedimenta Virginum, muli, famuli, 305
India Occidentalis sodalitatem s. Vrsulæ instituit, in supplicatione per inuocationem ss Virginum obtinet pluuiam, 715. diem festum s. Vrsulę maximo apparatu celebrat, 716
India Orientalis ss Virginum reliquijs exornatur. 714
Indorum incredibilis pietas & cultus s Vrsulę, 861
Infantium Vrsulanorũ mores, abstinentia, priuilegia, 464
Inscriptionum antiquarum in columnis & lapidibus vis maxima probandi apud Gentiles, & historicos, 29. in sacris etiam Concilijs, iudicijs, vtroque iure, 30
Inuentiones corporum demonstrant euidenter martyrij genus, 40
Inuentio generalis & leuatio ss. Episcoporum, Regum, Virginum, 487
Inuentio ad S. Maximinum, 136, 1017
Ioannis Andreæ Iurisconsulti præconium, 39. 1018. autor est glossæ de renuntiatione Cyriaci, 38. cur eam Magister sacri Palatij in reuisione omiserit, 39. licet eam nihilominus laudare, 40. 120 121
Ioannis Auentini Lutherani fides infida, & fabulosa de S. Vrsula narratio, 133
Ioannis Balæi Caluinistæ vitæ turpitudo, & fabula Vrsulana confutata, 151
Ioannis Colonensis martyrium, 197
Ioannes ab Eppa Cruciger diuino iussu Coloniæ tria corpora ss. Virginum reperit, 502. Item S. Odiliam quam Huium transfert, 685
S. Ioannes Euangelista custos Sodalitatis S. Vrsulæ, 427. ductor S. Ætherij & defensor S. Eduardi Regis, 538
Ioannis Maioris Scoti commentum Vrsulanum confutatur, 181, malè iungit S Albanum cum S. Vrsula, 182
Ioannes à Regibus Discalceatus videt in morte SS. Virgines, 810
Ioannis Rherij Societatis Iesv zelus & labores, 830
S. Irmgardis liberalitas, pietas, peregrinatio Romana triplex, transfert Romam terram sublatam è sepulcris SS. Virginum, quæ in sanguinem vertitur, pulsatis nemine mouente campanis, 657
Impetrat Colonensibus partem cranij S Siluestri, ibid.
In Italia prima fidei agnitio tempore Tiberij, 314. S. Petrus Romæ fidem prædicat, inde mittit per totam Italiam selectissimos Episcopos, ibid. Amplitudo Archiepiscopatuum Aquileiensis, Mediolanensis, & Rauennatis, 315
Iubilus P. Hermanni, de S. Vrsula per horas distributus, 867 ab eo scriptus, 65
S. Iulianæ vita, prædicit eleuationem SS. Virginum, 674. ante impetrationem institutionis festi corporis Christi Coloniam peregrinatur, 803
Iuris Canonici glossa vetustior, & 15. Iurisconsulti testificantur legitimam S. Cyriaci renunciationem ordinarij Pontificatus, & Martyrium, 20. 21. 118. 119. 1018
Iuridica probatio veritatis historiæ S Vrsulæ, 981
Ivvanus Episcopus Londinensis longæuus: genus eius, adducit S. Vrsulæ multas Virgines, 581

L.

LÆtitia Virginum conuertit & attrahit Leonem Ducem 421
S. Lætitia V. modesta, taciturna, & pijs intenta colloquijs 557
Lectiones horariæ de Martyribus cœptæ cani in Africanis Ecclesijs, postea in Gallicanis: serius Romæ, 37. S. Vrsulę historia ante annos octingentos cantata, 37
Lectiones veteris Romani breuiarij de S. Vrsula prolixiores, 66 & breuiores, 1070
Lectiones variarum orbis Ecclesiarum de eadem, 1068. & seq. & variorum Ordinum Religiosorum, 1075. & seq.
Legati Apostolici fuere tempore S. Petri, qui per totum orbem misit Episcopos, tempore S. Clementis Philippus in Hispaniam legatus, 134. causæ ob quas mitterentur, ibid. tempore S. Vrsulæ Foilanus missus, ibid.
Leo Dux visa SS. Virginum lætitia relicta militia seculari cum vxore Martyrium ambit, 614
Leonardo Capuccino morienti adstat S. Vrsula, 809
Leonardus Kesselius professionem edit in S. Vrsula, concionatorem ibi & confessarium agit, ejcit dœmonem, apparet ei S. Ignatius 819
Leonardi de Vtino Dominicani concio de S. Vrsula, 1027
Leslæus Roffensis Episcopus Coloniæ tradit passam S. Vrsulam, 186
Liberalitas Colonensium in SS. Virgines, 283. Italorum, 305. & Romanorum, 324
Libri sacri edicto Diocletiani exusti, 21. corrupti ab Hæreticis, perditi vastatione barbarorum, 22
Lindani Episcopi Ruremundani testimonium de S. Vrsula, 1058
S. Linus Papa secundũ aliquos origine Britannus fuit, 135
Lippoloi nauigatio fictitia, 191
Litanię Vrsulanę pro priuata cuiusque pietate: nam publicè cantari vetantur, 871
Locus martyrij Vrsulani non potest esse mare, insulæ Barbarorum, Lugdunum, vel Prætorium Agrippinæ in Batauia, 76. sed Colonia, vt euincunt rationes, & testes coæui, 77. confirmant idem ducenti ferè autores. 78. 79 & reuelationes, 80
Longæui Episcopi 70. & plurium annorum, 126
S. Lotharij Episcopi genus, adducit, 1730. Virgines. 587
Louanij origo varia & Duces loci, 213. Neruiorum clientes ibi habitarunt, 212
Lucam in Tusciam transfertur corpus Vrsulanum, 696
S. Lucius Rex à S. Ioanne inuitatur ad martyrium, 593. adducit

ducit 4 liberos, & neptes sedecim, ibid.
S. Lucius Britanniæ Rex, conuertit Britanniam, erectis 28. Episcopatibus, 232
Rætos etiam doc et, 309
S. Lucretia decennis, 594
Lumina prodigiosa, 806. 895. ad tumulos ss. Virginum emicant, 861. 894. quandoque à solis pueris & Virginibus videntur, 1006. Virgines cum luminibus apparent, 862. lumina ad earundem honorem accenduntur. ibid.
In Lusitaniam Olyssiponem cum incredibili triumpho reliquiæ Vrsulanæ defe runtur, 706. pompa supplicationis visenda, cum arcubus triumphalibus, 707. Sancti totius regni personati occurrunt nouis patronis, ibid.
In Lusitaniæ 20. templis Societatis Iesv, Iubilæum est die S. Vrsulæ: ostenduntur tunc omnes reliquiæ, 860
Lutheri hæresis dum incipit, & maximè crescit, Sodalitates etiam Vrsulanæ propagantur, 1133

M.

MAchabæitici Monasterij locus muratus nomen post Vrsulanum martyrium, 473. Puteus ibi exstat, in quem effusus est sanguis, 474. loci antiquitas, 481. ibi in Parthenone degit S. Sigillindis ante aduentum S. Vrsulæ & monetur cum ea Romam peregrinari, 481
Solinus augustius ibi condidit templum multis seculis non consecratum, ibid.
Magdeburgenses Centuriatores confutantur, 152
Magdeburgum multæ translatæ Vrsulanæ reliquiæ, 691
Mammæa mater Alexandri non auara, nec ambitiosa, 334. Christiana fuit ab Origine instituta, & baptizata.
Martyrem eam multi censent, 332. 333. sepulcrum eius Friceliæ, 361
Mancipia S. Vrsulæ offerunt annuè ceram duorum denariorum, 787 vel pecuniam, 779. 780. 797. 859
S. Mansuetus Hibernus Episcopus Tullentium, 236
S. Marculus, vel Marcus Byzantinus Episcopus decimus septimus, præsedit annis tredecim, 124. adiungit se Sodalitati cum nepte S. Constantia Romæ, 736. 349
Marci Velseri sententia de S. Vrsula reprobatur, 176. & seq.
S. MARIA Virgo Dux Sodalitatis Vrsulanæ, 426. reuelat historiam, 427. 511. prima vouit Deo Virginitatem: ideò castos amat, & custodit, 547. hortatur B Hermannum ad scribendum, 572. dictat genus S. Auiti Regis, 607. & S. Elisabethę, 632. opitulatur clientibus suis quatuor modis, 632
Maria Ægyptiaca aquas perambulat, & vna hora 20. dierum iter conficit, 549
Martinus Parisius exigit solum propositum mortis pro fide ad Martyrium, 115
Martyres Bopardienses, quando cæsi, 1095. prædicti, inuenti, eleuati, 1093. numerus eorum, miracula, cultus, 1096
Martyres à Deo ducuntur via mirabili, 451. libenter honorantur in loco martyrij, 1089. imitandi sunt, 1090
Martyria in pace, 451
Martyrium exigit, vel morte pro fide obitam, vel vulnera letalia inflicta, 116
Martyrij causa Episcoporum, Regum, Virginum, 383
Martyrium S. Vrsulæ, 391. S. Ætherij sponsi, 388. S. Cyriaci, Cardinalium & Episcoporum, 386. SS. Virginum, Regum, matronarum, 389. S. Cordulæ, 396. S Iacobi Antiocheni Patriarchæ, 398. S. Cuneræ, 399
Martyrij desiderium in pueris, coniugibus, & multis millibus, 520. 521
Martyrium expetit Vrbs tota Asiæ. 310
Martyrologiorum origo, sola dies & locus martyrij ijs adscribebatur, 36
Correctio Martyrologij, 179
Martyrologium Romanum auctum à Beda Floro & alijs antiquis in omnibus locus martyrij S. Vrsulæ nominatur Colonia, 31
Correcta in Martyrologio circa S. Vrsulam pro Colonienſibus explicantur, 1791
testimonium de S. Vrsula è M. SS. & editis Martyrologijs, 1066
S. Maternus primus, & Maternus secundus Episcopi Colonienses, 127. 129 ille piè decedit Coloniæ, 1110
Matrimonij ineundi causa non nauigauit Vrsula, vt aduersarij leuiter confingunt, 163. 166
Matrimonium inire castum licet cum mutuo consensu continentiæ, quale fuit Deiparæ cum S. Iosepho, 375
Matrum pia solicitudo filiorum commendatur in Anna, Salomona, Monica, Felicitate, Sophia & alijs, 556
Maurisi Episcopi Lauicani zelus, 350
Maurus agnomen Dionethi, idem est, quod Magnus, vel Illustris Maurorum stemma in Hibernia, 238
S. Maximinus victori indicat tumulum suum, 350
Maximinus Thrax origine Gothus & Alanus, opilio, militat. euehitur ab Alexandro, 346. ambitio & astutia eius, 357. promissis armat milites in necem Alexandri, vocans in inuidiam Mammæam quasi filio discessum suasisset, 357. odio religionis & amore regnandi necat Alexandrum cum matre, 359. & quatuor millia familiarium ferè Christianorum, 360. persequitur Ecclesiam excitata sexta persecutione, 32 imitatur Neronem & solos Episcopos & Doctores tollit, 360. atrocitas persecutionis eius, 361. primâ legem cõdit & celerrimè bellum Germanicum conficit, 345. necat S. Vrsulam cum tota Societate eius, 377. ob crudelitatem odium Romanorum incurrit, 346. proscribitur & necatur cum filio Aquileiæ, 347
Maximus inuasor Imperij Treuiris resedit, nulla eius tempore facta in Aremoricis mutatio, 160. lictoris manu obtruncatur, 162
Mediolanum abundat Vrsulanis reliquijs, 693. transtulit permultas eo Colonia S. Carolus Borromæus, 694. 695
Mediolanensium Episcoporum acta vitiosa, 134. 135
Mediolanensis Metropolis amplitudo, 315
Tres Suffraganei cum Marino Archiepiscopo Mediolanensi Martyres, ibidem.
Meibomij hæretici ingenium & argumenta contra S. Vrsulam, 145
S. Merinvvercus probat periuros ad reliquias Sanctorum, 926.
mater eius impia morte horribili plectitur, 927
Merces B. Hermanno promissa ob scriptionem historiæ S Vrsulæ, 625. 627
Milites aurati creantur etiam Reges & Imperatores, 220. Aliqui milites in Sodalitate S. Vrsulæ, 219
Militum conuersio & sanctitas, 456
Militum Christi, seu Christianorum est fortia pati 456
Miracula causam Vrsulani martyrij confirmant. 46
Miraculis fides mirificè propagatur, 309. præsertim ejectione dæmonum & pluuia prodigiosa fulminatricis legionis, 310. sunt sanctitatis quædam indicia, 887. miraculorum maximum talis congregationis collectio, peregrinatio & martyrium, 881
Missæ sacrificium Coloniæ oblatum, 11. pergrata SS. Virginibus eius oblatio, 820
Missale Anglicanum nongentorum annorum meminit festi vndecim millium Virginum, 998
Moguntinæ ciuitatis status, 374
Baptizatur ibi S. Ætherius cum multis Britannis à Cyriaco, & verosimiliter matrimonium init cum S Vrsula, 375
Communicant ibi Virgines ante discessum, 376. Reliquiæ eo translatæ 660
Molinæi calumniæ contra S. Vrsulam confutantur, 149. 150
Monasteria quando cœpta sint Essenorum, Therapeutarum, & Romæ Religiosorum, 65
Monasterium Montis Veteris mille corpora Vrsulana possidet, 663

Ibi os equinum prodigiosè eijcitur, & templum S. Vrsulæ dedicatur, 664
Nominata corpora recens inueniuntur & eleuantur, ibid.
Tuitio plura corpora sacra nanciscuntur, 666
Cœlestis Virginum supplicatio eo procedere visa, 802
Morimundense cœnobium ornatur duobus Vrsulanis corporibus cum prodigio repertis, 665
Morientibus opitulantur Sanctæ Virgines Religioso cuidam, 880. Cisterciensibus Henrico, Theodardo & Godefido, 882. Dominicanis Petro Confluentino & Iacobo Sprengero. 809. Discalceatis, Ioanni à Regibus, & Bartholomæo à Cruce, 810. Carthusiensibus in pago Gosnapiensi, 812. Virginibus, 880 & feminis, 881
Mundus quam vilis, insania mundi amatorum, 414. & sæpè Illustrium virorum cœcitas, 597. Felicitas mundi est velut somnium dormientium, 459

N.

NAtaliæ V. genus & comitatus, 629
Naueleri de S. Vrsula testimonium, 1020
Nauigatio prodigiosa S Hyæ, 136. Raymundi, 276. velox intra tres horas centum & sexaginta milliaria conficiens. 270. alia Christo gubernatore, 276
Nauigatio audax Germanorum, 343
Nauis inuocatione S. Vrsulæ euadit naufragium, 714
Neapolim translatæ reliquiæ, 696
Neglectus pietatis euertit ciuitates, 1089
Neruiorum temperantia, mores, fortitudo, 216. Sedes, oppida & libertas Vrsulano tempore, 217. Reges eorum, & tres sedes Regiæ. 218. Gundefridus Rex ibidem, mittit S. Vrsulæ filias, 637
Nicolaus Harpsfeldus Martyr Angliæ, defensor Coloniensis traditionis contra patriæ suæ Scriptores, 226. 1058
Nicolai Olai Archiepiscopi testimonium de S. Vrsula, 1055
Nobilitas Romanorum, & Germanorum. 219
Nobiles in Sodalitate Vrsulana, 219
S. Noitburgis amore castitatis impetrat velocem mortem, 782
Nomina sua Virgines indicant, 662. 671. 805
Nomina Virginum & Martyrum ex reuelationibus accepta, à fol. 647. alia nomina ex titulis & indicibus templorum collecta, 743 & seq. alia, quæ sunt eadem, vel affinia saltem tam reuelationibus, quàm templorum indicibus, 758
S. Norberto Virgo Vrsulana tumulum indicat, reperit eum, & corpus etiam S. Gereonis, 486. Transfert Floreffiam & Præmonstratum Vrsulanas reliquias, 660
Normanni, seu Norvvegiæ Reges & Comites, 210
Numerus vndecim millium Virginum omnibus ferè seculis probatus, 107. 108. 109. 110. 111. 112. licet ad eum numerum totidem orationes Dominicas dicere pro felici morte, absque periculo superstitionis, 112. probabilitas tanti numeri, 111
Numerus totius Sodalitatis Vrsulanæ, 405

O.

OBedientia præcipua virtus militiæ secularis & Vrsulanę, 437. custos est castitatis, 438. mater virtutum, 439
S. Odilia num fuerit Regis Maromæi filia, 209. Inuentio eius, 208. signa reperta cum ea & miracula secuta, 684. transfertur Huium, 685. peste liberat oppidum, 16. febres curat, 929. apoplexiam, morbũ caducum & herniam sanat, ibid. Religiosorum varios fugat morbos, 936. Vindicta diuina alterum meritis eius seruat, alterum tollit, 931. adest morientibus, 931
Odor gratissimus Vrsulanas reliquias manifestat, 895
Officium missæ de S. Vrsula, 821. & de S. Cordula, 822
S Oliua V. sponsa Oliuerij Regis: eius genus & comitatus, 685, Contemtus mirus seculi in summa rerum affluentia, 623. Ipsa cum sponso, Oliuæ duæ fructiferæ, 624
S Oliuæ Reginæ zelus, 530
Omnipotentia Dei elucet in martyrio Virginum, 488
Oracula Sodalitati Vrsulanæ diuinitus reddita, 890
Oratio necessaria castis est, 429. S. Thomæ, Iosaphati & Theophilæ in periculo castitatis oratio, 430
Oratio ad S. Vrsulam nauiculæ cœlestis gubernatricem, 85
Oratio Borgiæ ad Sanctorum reliquias, 665
Ordo Episcoporum primorum Antiochenorum, 124. Byzantinorum, 401, Colonienſium omnium, 139. & primorum, 127. Cremonensium, 691. Eborensium, 125. Mediolanensium, 124. 134. 135. Meldensium, 125. Rauennatum, 124. 125
Ordo Virginum procedentium ad Alpes, 302
Ornamenta Ecclesiæ aurea & argentea, 328
Osnabrugenses Vrsulanæ reliquiæ, 686. inter quas S. Permerius Episcopus Cremonensis, 687. Eleuatio earum solennis, 689. cultus earum recens instauratus, 687. Sacellum Osnabrugi vndecim millium Virginum, 687
Ossa Sanctorum humorem vel oleum stillantia, 537. Sponte se commouent, 673. 674
Osvvaldi Regis elogium, 615
Otium vitiorum magister est, & puluinar diaboli, 433. remouet id Vrsula nauticis laboribus, adhibita vicissitudine grata exercitationum, 434

P.

PActa sponsalitia dictat S. Vrsulæ Angelus, complet omnia Ætherius, 246. 247
Paderbornenses Episcopi promotores cultus Vrsulani.
S. Paulus Basileensis Episcopus excipit SS. Virgines 691. deducit Romam, 302. 726. testimonia vitæ eius Catholicorum, 1044. & Hæreticorum, 1045
S Papunius Rex Hiberniæ peregrinatur ad S. Vrsulam, 981
Parati vita S. Vrsulæ, 1026
Patientia via ad gloriam: hac possumus Martyres superare exemplo Aleidis leprosæ, quæ gloria Sodalitatem S. Vrsulæ præcessit, 450
Patriarcharum nomen Iudæis & Gentilibus vsitatum, 123. Sedes ante S. Vrsulam Patriarchales tres, 123. Antiochenus interfuit martyrio, ibid.
S. Patritius cur dicatur Hiberniæ Apostolus, 238. testimonium eius de prima conuersione Britanniæ, 232
S. Paulinus Martyr Discipulus S. Materni probabiliter fuit secundus Episcopus Colonienſis, 127
Pauli Æmilij Sanctorij Archiepiscopi disertissima oratio de vita S. Vrsulæ, 1059. & seq.
Pausanias Græciam descripturus eam totam obiuit, 29
Pelpardi de Themasvvar concio de S. Vrsula, 1032
Peregrinatio, 770. Hibernorum cum 7. Episcopis, 136
Peregrinatio Romana S. Vrsulæ nititur cœuis testimonijs, & alijs vetustioribus, 76. Probabilitas eius, 293. occurritur obiectioni, ib. imperatur S. Vrsulæ multis de causis, 281. 285. vsitata fuit tempore Neronis, 283
Persæ, Africani, & Ægyptij eo peregrinati, 284
Peregrinatio ad S. Vrsulam Papunij Regis, S. Floriani & Sociorum, Clematij, S. Norberti, 766
Peregrinatio Virginibus etiam à Deo imperata, 436. 437
Periuri ad Martyrum sepulcra olim rectè probabantur, 926. item ad S. Cuneræ tumulum, ibid.
Persecutionibus maximè crescit fides, 310. 1096
Solidant & ostendunt Dei potentiam, 355
Sex persecutiones Ecclesiæ, 356
Sextæ Maximini Imperatoris initium, occasio duplex, ibid. 357
Causa eius ambitio & astutia Maximini, 361
Immanitas huius persecutionis & breuitas

Perſeuerantiæ neceſſitas, 445. 446. Adhortatio ad eam, 447. petenda quotidie à Deo, ibid.
Peruicacia etiam bonarum rerum eſt perſeuerantia, 3
Petrus Caniſius cultum S. Vrſulæ promouet in Sicilia, 712. 814
Epiſtola eius ad Carthuſiam Colonienſem, ibid.
Petro Confluentino Dominicano in vita & morte apparet S. Vrſula, 808
Petrus Faber excitat in Regibus Luſitaniæ cultum S. Vrſulæ, 705. In templo S. Vrſulæ cognoſcit abdita, & munit ſe contra hæreticos, quos elingues reddit, ſeruata fide Catholica Coloniæ, 813. optat mediam Societatis partem ibi degere & Deum placare, 818. modus eius colendi SS. Virgines cœlitus ei traditus. 867
Petri Leodienſis Carthuſiani teſtimonium de SS. Virginibus, 1052
B. Petri Luxenburgenſis vita & miracula, 156
Petri Michaelis zelus animarum, 830
Philippus Bebius optimè meritus de Vrſulana hiſtoria, 69. eius narratio, 70
Philippi Bergomatis vita S. Vrſulæ diſertiſſimè ſcripta, 1035
Philippus Heinsberg Arch. Col mirus propagator cœnobiorum, 1124. beneficus in S. Vrſulæ templum, 1124
Pialæ caſtitatis amor, 136
Pipinus Rex cum vxore Margarita ſeptem prolibus, & vndecim neptibus, vel nepotibus, Martyrio coronatur, 604
Plectrudis Capitolinam baſilicam Vrſulanis ornat reliquijs, 1117
Pluuia non humectat Sanctos, 547. 890
Poloniæ Regum & Reginæ Richezæ cultus S. Vrſulæ, 857. Sodalitas S. Vrſulæ in Polonia & duæ Abbatiæ pro ſolis Colonienſibus fundatæ, 857. Miceslaus Rex viſit S. Vrſulam, 858. Richeza obligat ſe & poſteros Reges cerocenſuales S. Vrſulæ, 859
Polybij ſtudium in Hannibalis hiſtoria ſcribenda: æneam eius tabulam conſulit, 29
S. Pontiani Pontificatus relegatio in exilium & martyriũ, 90. 319
Portugalliæ primi Reges Catholici, 207. Catellij Regis nouem filiæ Martyres, ibid.
Præludium eſt præcantatio præmiſſa legitimo cantui, 8
Præmonſtratenſium pietas & cultus S. Vrſulæ à Deipara commendatur, 513. 807
Prætorium Agrippinæ nullum in Batauia tempore S. Vrſulæ, 177. Sed Coloniæ ſtetit, quod collapſum Aequitius reſtituit, 178
Proceſſus iudicialis factus occaſione translationum & eleuationum SS. Virginum Cunegundis, Mechtuudis & Wibrandis in Eccleſia Eichſel Conſtantienſis diœceſis, & S. Chriſtianæ, in Eccleſia montis S. Chriſtianæ quieſcentium, 935
Procinctus belli deſignat apparatum, 8
Prophetiæ donum ſemper fuit in Eccleſia, 45. definitio eius, cauſæ, obiectum, 48. Finis 51. ſcit Propheta ſibi loqui Deum 48. peccat ſi diſſentiat, 49. quomodo ſancti concurrant ad reuelationem, 49. veri & falſi Prophetæ diſcrimen, 50. errare poteſt Propheta loquens ex inſtinctu proprio, corrigitur tamen à diuino ſpiritu, 50. In impijs eſſe poteſt prophetia: exigit autem paſsionum quietem, 51. Extra Chriſtum ceteri habent Prophetiam in actu, non in habitu, 743. extenditur etiam ad præterita, 51. Tres gradus ſunt & ſigna veræ prophetiæ, 52
Proſæ & antiphonæ de S. Vrſula, 1077
Prouidentia Dei ſuauis & efficax in congregandis Virginibus per media aptiſsima & facillima ex parte ſponſi, ſponſæ, parentum, procerum & amicorum, 254. 255. eadem eluxit in peregrinatione Romana ſub Alexandro, 341. circa ſanitatẽ, veſtimenta, & aeris temperiem, 306. circa tempus Martyrij S. Vrſulæ, 31. 32
Prudentia ſeruat caſtitatem, 431. commendata in Virginibus, 452
Pueri in vtero matris cum matre pro fide occiſi habendi ſunt Martyres, 113. Similiter lactentes pro fide necati, 115
Puerorum viginti millia tendunt in Palæſtinam, 544
Purgatorij ignis immanitas, 881. Virgines Vrſulanæ ſæpius inuocatæ decedentes ingratia liberant ab eo, Ciſtercienſes Henricum de Bruxella, Theodardum, Godefridum, & Eliſabetham de Aquilar. 882. Puellam Indam, aliam Vercellenſem, & Angelicam Sabaudã, 883
Pyramides Simeonis & Machabæorum, 25

Q.

QVingenta corpora vna vice effoſſa in Belgium transferuntur, 677. & ſeq. vnde per varia loca diuidũtur, ib.
Quirillus confeſſarius S. Sigillindis narrator hiſtoriæ Vrſulanæ ſex dies viuit poſt accepta letalia vulnera, 271. iuuat ad ſepulturam Virginum, & nominum inciſionem, 467. 474. claret miraculis. 932

R.

REges tolerarunt Romani redactis in prouinciam regionibus. In Iudæa Herodem, eius filios, nepotes, & poſteros centum annis, 199. 200. In alijs orbis partibus Auguſtus, Tiberius, Claudius, Nero, Traianus & Alexander Reges eſſe paſsi ſunt, 201. horum permulti Chriſtiani, 201. Siciliæ Reges & Reguli ſub Romanis ad martyrium vſque S. Vrſulæ 202. 203. conuerſi ab Apoſtolis, ibid.
Reges Byzantini, Walliæ, Britanniæ, Hiberniæ, 205
Reges Hiſpaniæ & Luſitaniæ, 206
Reges peregrini cum S Vrſula, 268. 269
Reges cum ea Martyres, 402. 609
Reginæ & Regum filij, ibid.
Regum impiorum periculoſiſsima conditio, 459
Regum Vrſulanorum virtutes Chriſtianæ. Iuſtitia, pietas in Deũ & ſubditos, liberalitas, miſericordia, 454. Adulphus idea Regum, 455
Reges Angliæ peregrinati Romam, 268
Reges Franciæ ſummi cultores Sanctorum & reliquiarum. in præfatione.
Reinoldus Archiepiſcopus Colonienſis transfert SS. Machabæos ad Magdalenæum ſacellum pro ſedanda lite, 790. 1123. Succeſſor eius Philippus innouat litem & SS. Virginibus templum dedicat, 792. finitur tandem lis conſecrato choro & altari S. Machabæis. 797
Religioſus ſtatus portus eſt trãquilliſsimus, reſecat omnia vitia: ſimilis eſt ei Sodalitas Vrſulana, 439. ſigna ſex florẽtiſsimæ religionis in ea vigent, 440. multorum milliũ congregationes, & in ijs ſummus ordo & ſilentium, 441
Religio inſtituta ad honorẽ S. Vrſulæ, 832. eius approbatio facta à ſede Apoſtolica, forma votorũ, & propagatio, 833
Reliquiæ antiquæ honorandæ ſunt, & cauendæ circa eas altercationes, 107. 1088. vide totam præfationem ad Lectorem. SS. Angeli eas honorant, 721. Adferunt ſecum inquilinis multa bona, 439. 440. deportantur à Regibus, 863. bruta honorant eas, 138. violator earum punitur ardore igneo, 898. ominoſum & exitioſum vrbibus cum exportantur reliquiæ, 1088
Reuelationes Sanctorum ſi nil abſurdi contineant, non ſunt temerè reijciendæ, 106. cautè ijs hoc tempore vtẽdum in dubijs hiſtorijs, 44
Reprehenſores earum cum argumentis confutantur, 45. 46
Rhenus & Danubius munimenta Romani imperij, 273. totus Rhenus nauigabilis fuit armata claſſe, 274. inde oceanus petitus, 275. cur hodie id fieri nequeat, 275
Richardi Anglici manus poſt 20. annos ſepulturæ incorrupta ob ſcriptionem piorum librorum, 62. tranſcripſit, & in compendium redegit vitam S. Vrſulæ, 62
Roberti Ciſtercienſis Monachi vita S. Vrſulæ, 1005
Robur munimentum Baſileenſe contra Ræros, 223

S.Rolendis Regis Galliæ filia, amore castitatis fugit è Patria. Coloniam abit peregrinatum, 773. in via moritur, illuminat cæcum, ærea campana sponte pulsantur, claret miraculis, 774
Romæ monasteria tempore S. Vrsulæ 65. templa quadraginta: ornatus eorum exquisitus, 327. templum ibi Deiparæ Transtyberinum ab Alexandro concessum, ibid.
Romana Ecclesia errare nequit in rebus fidei, 1072. Cautio eius in deligẽdis sanctorum lectionibus, 37.68. Admisit A.1550 Lectiones de S Vrsula conformes traditioni Coloniensium, 66. ideò præ omnibus alijs recipiendæ & defendendæ, 66.68
Romanorũ fides, dilectio, obedientia, pietas & liberalitas, 323. Omnibus etiam exteris benefacit, ideò summi Pontifices collectas vrgebant, 324. Hospitalitas Vrsulana, 838. & reliquiæ SS. Virginum.
Romanorum cura in fluuiorum alueis purgandis, & classe muniendis, 274. in vijs per alpes & mõtes ducendis, 298
Romani libenter habitarunt in Britannia ob loci fertilitatem, 241. Passi sunt Reges esse in suis prouincijs, 199
Romæ oburgum an & vbi sit variant scriptores, 179
Rosarium XI. mil. Virg. à quadringẽtis ferè annis vsitatum. varij modi recitandi eius, 866. suadet vsum eius S. Vrsula, 901. fructus eius, ibid.

S.

SAcrificium Missæ fit Coloniæ ante discessum S. Vrsulæ, 282
Sancti sunt defensores vrbium, 305, 1087. custodes & excubitores, 1038. Habent aliquid admiratione & imitatione dignum, 407. suauiter & efficaciter à Deo vocantur, 410. reuelant suos tumulos, 482. 485. Deus in sanctis honoratur, 760. Sancti quidam à se nolunt separari, 722
Sapientia Dei voleates trahit voluptate, non necessitate, 409
Saxones veteres in Cimbrica Chersoneso, confines Anglis, 633
Schola Alberti M. S. Thomæ, & Scoti Coloniæ. 560
Schönaugiensis cœnobij origo, Abbate primo Hildelino. Magistra vicini Parthenonis S. Elisabeth, cuius frater Egbertus secundus Abbas & scriptor vitæ sororis, 51. Reliquiæ eò transferuntur cum miraculis, 662
Scotorum nomen ante S. Vrsulam viguit in Hibernia, 517
Hospitalia Scotorum per Galliam & Germaniam pro peregrinis, 292
Scotia maior olim dicta Hibernia, 234
Senatus Colonien sis à Bonifacio priuilegium obtinet de reliquijs Coloniâ non exportandis, 698
Sensuum custodia opus pro conseruanda castitate, 432
Sepultura Virginũ ordinata, pia, sumtuosa & accurata, 471. auxilio Angelorum, cura Episcopi, Cleri & populi, 472.
Seraphim & alij adsistentes Angeli interdum à Deo mittuntur lege extra ordinaria, 117. factum id in Christi natiuitate, Resurrectione, assumtione Deiparæ & martyrio S. Vrsulæ, ibidem.
Sermo mille & plurium annorum de S. Vrsula, 983
S. Seuerini visiones dum obit loca sacra, 763
Seuerus Rex Britanniæ dote vxoris, 243
S. Sibiliæ Reginæ contemtus mundi, mariti, & liberorum amore martyrij, 377
Sicilia ab Apostolis conuertitur ad fidem. Reges in ea ad tempora S. Vrsulæ vsque, ddo crania Vrsulana deferuntur eo. 712
Sigewinus Archiepiscopus Coloniensis benefacit templo S. Vrsulæ, 786
Sigeberti vita S. Vrsulæ, 1001
Sigillindis Britanna Coloniæ Deo seruit, iubetur Romam comitari S. Vrsulam, 271. claret miraculis, 932
Sincerus Dux cum Sibilia vxore captus exemplo Virginum ambit martyrium, 616
Siranus Rex cum vxore Sibilia Martyr, 609
Societatis Iesu initium Coloniæ felix sub tutela S. Vrsulæ, 1136. eam Pius 5. commendat Archiepiscopo Salentino, 1138. Gregorius 13. Consuli Liskirchio, 1140
Sodalitas Vrsulana virorum Coloniæ & Romæ erecta, 838. Romanæ congregationis exercitationes, 839. Goana à Barzæo erecta, numerus sodalium & zelus animarum, 839. ab ijs lites innumeræ sedatæ, tota ciuitas reformata. 840. obtrectatores eius, 841
Sodalitas Virginum Vrsulanarum in Italia coepit, visum de eximio splendore eius, 841
S. Angela diuinitus coacta eam instituit, mirificè per Italiam & Franciam propagatur, 843
Confirmatur à sede Apostolica, 843
legibus stabilitur à S. Carolo Borromæo, ib. varietas eius in sola diœcesi Mediolanensi, 845
Sodalitas Virginum & Viduarum, Coloniæ à Paulo 5. instituta, in subsidium Catecheticæ lectionis, 846
Sodalitas vtriusque sexus, nauicula dicta, Coloniæ orta, indulgentijs 20. Cardinalium decoratur, 847. obtrectatores eius à SS. Virginibus reprehenduntur, 848. nomina inscriptorum Sodalium, Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, 849. Cæsarum, Reginarum, Archiducum, Electorum, Ducum, 850. Marchionum, Comitum, 841. Eadem Argentinæ per Patres Carthusianos mirificè propagatur. Finis eius, fructus, ærarium, Sodales inscripti, 832. Modus admissionis, miracula, 854. Eiusdem propagatio per Saxoniam opera Electoris, 855. Sodales eius illustriores, 856. In Polonia à ducentis annis Sodalitium inchoatum, exercitationes illius, 857. Poloniæ Regum pietas in S. Vrsulam, 857
Solinus Episcopus agrum Vrsulanum cingit muro, & in eo condit templum SS. Virginum, 764
Status felix Ecclesiæ Catholicę & Britanniæ tempore S. Vrsulæ, 31. 307. 312
Status politicus imperij, 331
Sueuiæ amplitudo, Reges eius & Regina Benedicta, 210
Superstitiones in numeris cauendæ, ne infallibilem euentum soli numero tribuamus, 112

T.

TAbula prima Geographica Britanniæ inter fol. 270. & 271.
Tabula secunda exhibens Rhenum ab ostijs maris Basileã vsque, & regnum Austrasiæ, post fol. 294.
Tabula 3. Italiæ, monstrat iter Basilea per Alpes Romam vsque. post fol. 306
Templum Deiparæ Transtyberinum Romæ tempore Alexandri, in eo Virgines permultæ baptizantur, 327
Templum Deiparæ in Britannia à S. Auito ædificatũ, 607. super locum martyrij vel tumulum Martyrum olim memoria, seu templum constituebatur, 761. in eo anniuersaria sacra peragebantur, 762. ita templum S. Vrsulæ excitatum ipso anno martyrij, 476. Exustum Clematius restaurat, vetatque quenquam ibi sepeliri, terra istic alia cadauera, nec infantium quidem sustinet, 476. In eo S. Cunibertus facit, 479
Tempus martyrij Vrsulani definiunt traditiones locorum, vbi Virgines peregrinatæ & mortuæ sunt, 84. 5. 6. idem defenditur octo rationibus. difficultas inter annum 237. & 238. soluitur, 89. 1108. 1109. aduersariorum obiecta diluuntur, 92. affigitur tempus hoc certis historijs, 1107. & certis consulibus, 1108
Tentationes dæmonum & procorum lenocinia superat in Virginibus Vrsula castis monitis, 262. vincitur lenocinijs soror S. Ætherij: deficit, punitur à Deo, 263. Angeli tuentur ceteras, 265. Vigilantia opus in tentationibus, 436
S. Teresia cultrix eximia S. Vrsulæ, 810

Terra eijcit cadauera reproborum, 476. 933. etiam quandoque infantium, 475. 6. 7. 775
Terra sepulcralis SS. Virginum in sanguinem vertitur, pellit serpentes & venenata animalia, 896. terra sanguine S. Albani cruenta manet 140. annis, 1100.
Thomæ Cantipratani de S. Vrsula testimonium, 1009
Thronorum pauci cur occurrerint SS. Virginibus, 117
Tielæ portus in Rheno primam Vrsulæ stationem præbet, coëmunt ibi Virgines necessaria, 272
Timor naturalis non derogat sanctitati, 15
S. Timotheus centum annis Clericus Romanus fuit, 133
Tituli sepulcrales certi nec suspecti, 29. 30. 713
eorum autoritas prævalet mille scriptoribus, 321
Probant ex ijs concilia SS. reliquias, 488
eminentia titulorum Vrsulanorum, ex ijs enodantur dubia, 489
series eorum à Gerlaco inuentorum, 490
Alij ab Harberno reperti, 495
Tituli 12. sepulcrales testes veritatis historicæ, 975
octo testes horum titulorum, 976
Corporum & titulorum veritas duodecies manifestis diuinis reuelationibus approbatur, 977. 8
Ex solo titulo sepulcrali agnoscitur & recipitur S. Eugenius primus Episcopus Toletanus, transfertur, colitur & catalogo inseritur, 979
comparatio titulorum Vrsulanorum cum alijs, 979
cœlites cauent ne errores in titulos incurrant, 722
Traditionis origo à cœuis petitur, 27. per eam lex naturæ in hominibus conseruata.
Traditiones vigent in Ecclesia, conseruant fidei articulos, & sacras historias, 27. Gentiles historici magni eas faciunt, 28
Traditiones vndecim diuersorum populorum de historia Vrsulana, 971. & seq.
Traianus fit Coloniæ Imperator: traducit eo nobiles Romanas familias, 1110
Translationes corporum sodalitati Vrsulanæ factæ Coloniâ probant locum martyrij, 41. 655. 1013
SS. Theomata, & Christantia prodigiosè in Thuringiam transferuntur, 671
sed ob neglectum cultum sponte Coloniam redeunt, 897. 1007
Ob translationem miraculosam S. Iacobi Apostoli conuertitur Rex & Regina Hispaniæ, 206
Tremonia diues est Vrsulanis reliquijs, 691
Treuirorum Reges, fortitudo, potentia, clientes, 216
Triumphus Virginum superat triumphos Romanorum, 12
Trudonopolim multa nominata corpora deportantur, 682
Tundali ætas, vitam, & visio, fueritne Carchusianus, & autor reuelationis Vrsulanæ? 61

V.

VAlerius Rex Hispaniæ cœlesti monitu inuenitur, 505. ornantur eius reliquiæ, 504. 1012
Vastationes hostium in Gallia, Germania, Britannia, & Coloniæ gesta Martyrum sustulerunt, 22
Vbiorum situs in terra transrhenana & mores, 378
Auspicijs Agrippæ Rhenum transierunt, condunt Agrippinam, 379
Fit Colonia Romanorum, & iuris Italici: conuertitur: à S. Materno, ibid.
Ventus vehemens 9. abripit classem, 267
Verdenses septem primi Episcopi Britanni, 291
Verecundia custos virtutum, adolescentiæ gemma, 619
Verona, 180. 155
Vestigia locorum sunt prima rudimenta veteris historiæ, 25. in lege naturæ, Mosaica, & Euangelica, 26
Gentiles inde maximè confutantur, 26
Probant historiam S. Vrsulæ, 26. 217. 328
Vestigia Romani itineris, quæ superant in Germania, 362.
Vestigia locorum ferè 30. testata, 973. & seq.
Vicentienſis Abbatiæ origo, corpus S. Carissæ cum alijs obtinet, 669
S. Cordulæ corpus ibi spirat gratum odorem, 673
Victoriæ partæ de hostibus festo S. Vrsulæ in Lusitania, 877. & Lubecæ, 878
Viduarum septem dotes, 461
ijs claruit S. Alexandria, Gerasina, Axpara.
Vincentij Bellouacensis vita S. Vrsulæ copiosè & verè narrata, 1007
Virgines vndecim mille incorruptæ fuere magno miraculo seiunctis alijs, 111
Virginitas Virginum iuridicè defensa contra sectarios, 112 similes facit Angelis, 424. 428
SS. Virgines tuentur clientes suos, & fugiunt incontinentes, 683
Earum hilaritas, fortitudo & agilitas, 303
Solatia diuina & securitas à prædonibus, 393
Eligunt sibi certa sepulturæ loca SS. Odilia, Christiana, Cunegundis, Wibrandis &c. 899
Inuitant ad statum religiosum. 879
Virginum 20. milla in vna ciuitate Oxirrycho, 111
Virginis soler industria in periculo castitatis, 830
Virtutes SS. accuratius sunt adnotandæ, & ad imitationem accommodandæ, 412
Visio in vigilia simpliciter perfectior est visione facta in somno, 739
S. Viuentia filia Pipini, soror S. Gertrudis sepelitur in S. Vrsula: cadauer ter eijcitur è terra supra pauimentum: marmoreo tumulo columnis nixo sepelitur, 775. 1117
Viterbiensis testimonium de S. Vrsula, 1006.
Vocatio admirabilis, suauis & efficax SS. Virginum, 229 638
S. Vrsulæ Reginæ Britanniæ patria, parentes, nomen, 229 educatio 240. pulcritudo nulli noxia, 3. contemtus mundi, votum virginitatis, sensuum custodia, 240. petitur ad nuptias à Gentili sponso: preces eius & ieiunia, 240. Angelus dictat pacta sponsalitia, suadet consensum, 246. ipsa solerter colligit exercitum Virgineum, 251. exercet nauales certaminibus, 7. 256. triennio euoluto monetur ab Angelo de discessu, 265. parantur necessaria, ibid. vento abripitur classis, 267. Coloniæ monetur ab Angelo de peregrinatione Romana instituendâ, 280. Romę visitat loca sacra, 328. redit Basileam, 370. Moguntię reperit sponsum, 373. iungitur ei matrimonio, 375. descendit Coloniam, 382. exhortatur Virgines ad martyrium, 387. duabus sagittis confixa gloriosè moritur, 391. 743. sistitur à SS. Michaele & Ioanne, Christo, 393. Tres aureolę eius. 1030. eius contemplandi studium, & contemtus mundi, 414. fiducia in Deum, 416. 417. amor Christi crucifixi, & pariendi studium, 410. resignatio in voluntatem Dei, 420. Inde pax & gaudium mentis in aduersis, 421. zelus animarum, 422. cura conseruandi Virgines, 423. Amor virginitatis, 424. orandi studium, 429. prudentia in conuersione sponsi & exercitationibus Virginum, 431. vitat otium in se & alijs, 433. Ieiunia, 435. Constantia, 447. inuentio corporis eius, 483. eleuatio, 487. sanguis eius Amalphi ebullit annuè, 902. Idem ebullitione sua Gregorianum Calendarium confirmauit. Aduocata est Anglię, 900
Vrsulani agri situs, fines, nominis mutatio, 470
Vsuardi de Vrsulanis Virginibus test. 1118
Vtilitas cultus Vrsulani tempore belli, 876
In electione status, 879. in mortis articulo, 880
post mortem in pœnis purgatorij minuendis, 881
Vxor virum peccantem leniter corripere potest exemplo S. Monicę & Gerasinę. 460

W.

VVandalorum sedes, Regina Hodierna ex ijs, 209
Wandelbertus facit mentionem martyrij Vrsulani, 999
S. Werenfridus cum S. Willebrordo eleuat S. Cuneram, 970
Weissenburgense Monasterium ditatur Vrsulanis reliquijs eo prodigiosè delatis, 659
Westphalia diues Vrsulanis reliquijs, Monasterium & Osnabrugum, 686. Tremonia, Magdeburgum, Minda, Paderbona, 691. 692. Ædes sacræ S. Vrsulæ, Mindæ & in Paderbornensi diœcesi, 692
Wichfridus Archiepiscopus Colonensis varia donat Ecclesiæ S. Vrsulæ, 1000. 779
S. Wilhelmi Episcopi Britanni genus, ducit Virgines ad S. Vrsulam, 574
S. Willebrordus fit Episcopus, adit Plectrudem, eleuat S. Cuneram, examinat testes, instituit duplex eius festum, 485. 969

Z.

ZElus animarum SS. Irenæi, Alberici, Hippolyti, Gregorij Taumaturgi, Saturnini, Firmini, 311 312
Zelus S. Ætherij sponsi in conuertendis parentibus S. Vrsulæ augendi exercitum Parthenium, 252. 266
Virginum discretus zelus, 422. eæ conuertunt Parentes, cognatos, solertia zeli Mosaici in Dacia, 423
Virgines sponsos adducunt ad martyrium, 580

FINIS.

VINDICIAE VRSVLANÆ,

Seu

TOMVS PRIOR,

Quo

PRIMIGENIA HISTORIA SS. VRSVLÆ & vndecim millium Virginum cum traditione Colonienſi contra aduerſarios aſſeritur.

Opera RR. PP.

PHILIPPI BEBII, & HERMANNI CROMBACH,
Societatis IESV *Sacerdotum.*

PERMISSV SVPERIORVM.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumtibus HERMANNI MYLII, Anno 1647.

SERENIS.mo ET REVERENDIS.mo PRINCIPI ET DOMINO, DOMINO FERDINANDO,

DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA ELECTO ET CONFIRMATO S.tæ COLONIENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPO, S.R.I. PRINCIPI ELECTORI, ET PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO, EIVSDEM SEDIS APOSTOLICÆ

Legato nato: Episcopo & Principi Paderbornensi, Leodiensi, & Monasterienſi: Administratori Hildesheimensi, Bergtesgadensi, & Stabulensi, Comiti Palatino Rheni, Vtriusque Bauariæ, V Vestphaliæ, Angariæ, & Bullionis Duci: Marchioni Franchimontensi, Comiti Pirmontensi, Lossensi, Longiensi, Sternenbergensi & Hornensi, Deiparæ Virginis & Vrsulani cultus vindici, defensori & propagatori felicissimo, Principi & Domino suo Clementissimo.

SI vetus Colonienſium traditio, Sereniſſime Princeps, Clementiſſime Domine, de vita Martyrioq; Sanctarum Vrſulæ & vndecim millium Virginum fuit vnquam toto terrarum orbe celebrata, vt quam maximè Anno 1565. gentium omnium conſenſu recepta & decantata eſt: Tunc enim officij Romani proprijs Lectionibus, Hymnis & Antiphonis inſerta; Gloſſa Iuris Canonici diſertè comprehenſa, Faſtis Romanis luculenter explicata, paſſim non tantum in orbis penè totius Eccleſijs ſolenni vel duplici ritu canebatur, à profanis & ſacris Autoribus & hiſtoricis laudabatur; ſed ab ipſis etiam heterodoxis, præſer-

Traditio Coloniēſis floruit maxime A. 1565.

tim Britannis, Basileensibus, & Argentoratensibus vt certa credebatur. Exinde vix annis viginti sex euolutis; cùm Galfredi figmenta primi subsellij scriptoribus nonnullis probari viderentur, vilescere cœpit Colonienſium traditio, mox publicis eradi monimentis, adeoque multum cultus Vrsulanus refrigescere; dum paulatim pulpita Concionatorũ, & chori quorundam Religiosorum Galfredi commentis personarent, non sine fidelium, & piarum aurium offendiculo, risuque Hæreticorum; qui sensim hac ætate nostra silentio, vel dissimulatione Colonienſium, (quos maximè decebat à Patronis suis Tutelaribus aduersariorum conatus auertere) eò progressi sunt audaciæ, vt Duce Molinæo S. Vrsulam Diuam imaginariam nominarint; & cultum eius Catholicis instar Goliath istius Philistæi, quasi stolidum, agminibus Israëlis exprobrarint.

paulo post viluit autoritate aduersariorũ.

Susceperat quidem exeunte seculo superiore Hermannus Fleien S. Cuniberti Decanus, loci martyrij patrocinium, & eum acerrimè contra Recentiorum assultus propugnarat, sed malè prouidus

Defensor eius primus Hermãnus Fleien.

Incidit in scyllam, cupiens vitare charybdim.

Incautè seductus ab Hectore.

Hectoris Boëthij floridæ, limatæq; narrationi velut sirenum adhæsit scopulis, corrupit Traditionẽ Colonienſem, veterem S. Cuniberti reiecit historiã, reuelationes suspectas reddidit, abiecit vt fabulas, Vrsulam expetiti connubij votiq; quasi violati reã egit.

Secundus Brovverus.

Non tulit sanctis his Virginibus impactam appetiti matrimonij notam Christophorus Brovverus Societatis IESV, acerrimi vir ingenij, qui solidæ defensioni Traditionis Colonienſis optimam primus iniuit viam, & rationem: nam vt malè materiatam structuram commenti Galfrediani funditus euerteret: & eruditissimos æui nostri viros ab eo sequendo reuocaret, doctissimè regni Aremori-

cani

cani primordia sub annum 383. vt iste fingit, adeoque matrimonij Britannicarum feminarum expetiti totum fundamentum subruit; tam in Notis ad Venantium, quam Treuericis Annalibus, cum plausu non orthodoxorum modò, sed & heterodoxorum, ac Britannorum etiam Galfredi ciuium.

Euerso iam Galfredi futilis narrationis firmamento, Stephanus Vitus eiusdem Societatis diuinis & humanis scientijs cultissimus (cuius Sancti Hiberniæ iam reor lucem adspiciunt, certè prælo subiectos audio) alios etiam assecias Galfredi, vel sanioris aduersarios historiæ neruosè contudit, ipsamque Romanam peregrinationem ex indole natiua gentis suæ Hibernicæ probè stabiliuit. 3. Stephanus Vitus.

Sed palma Philippo Bebio præcipua debebatur, qui multijuge veteris Ecclesiasticæ, profanæque historiæ peritia, continuo peruigiliq; studio verum martyrij tempus iuxta sepulcrales inscriptiones & Colonienſem traditionem circa an. Christi 237. definiuit, à quo defensores alij pleriq; longè declinabant: tum sacram & profanam historiam eius temporis satis feliciter accommodauit, mox viâ aperuit cum eodem anno martyrioque reuelationes conciliandi. Præcipuus Philippus Bebius.

Commentationem hanc suam cum Facultatis Artium Decanus Quodlibeticis quæstionibus An. 1617. præsideret, sic Rectori Magnifico, totique coronæ splendidissimæ Colonienſis vniuersitatis comprobauit, vt omnium gratulatione sit excepta, postea rogatus à viris grauissimis & eruditissimis, vt eandem perficeret, & tot millium Martyrum gloriam vindicaret, vbi cum alijs Europæ doctissimis scriptoribus communicauit, Cornelius à Lapide, Gretzerus, Costerus & Rossueidus cõsulti laudarunt eius sentẽtiã, suoq; calculo cõfirmarunt. Sed eheu luctuosum

Eius 1. lucubratio perijt.

An 1621. templi & instructissimæ Bibliothecæ Colonien sis incēdium primum eius fætum incinerauit. Crebris subinde Gretzeri literis, & monitis excitatus, priores resumsit curas, & breui methodo complexus Vrsulani martyrium, illigatis ei breuiter reuelationibus, sacra, & profana temporis historia, protulit in lucem: ac iussu Præpositi Generalis Mutij Vitelleschi Flori Sanctorum Ribadeneiræ inseruit: vti libro primo capite 28. recitabo.

Alterā vulgauit.

Quod licet permulti magno cum plausu lætitiaque receperint, & longè Galfredi commentis & recentiorum opinionibus prætulerint: vellicare tamen alij cœperunt, & imprimis nonnulli Britannorum: Illi confirmando vindicias Vrsulanas, librum vnum 60. capitum aggressus est, quibus tam fontes historiæ genuinæ monstraret, quam aduersariorum rationes infringeret, & adiuncta quædam eiusdem martyrij luculentius explicaret. Varia collegit rei præsenti commoda, & opportuna, 40. ferè capitibus absolutis, è quibus multa duobus his Vindiciarum libris inserui: sed mors meditantem cetera cœlo maturum, è continuis & inexhaustis laboribus An. 1637. 17. Februarij ad præmia vitæ beatioris euocauit. Mihi verò sæpius in morbo suas Vindicias, vt perficerem, & historiam ipsam, fusius concinnarem, morti vicinus enixè commendauit. Accessit Superiorum sæpius repetitum imperium. Nec deerat obligatio: qua optimo Patri velut annis multis arbitro conscientiæ meæ; cui post Deum maximum in hac vita bonum, vitam dico religiosam in Societe IESV debebam (è qua velut vberrimo fonte gratiarum, præter innumera commoda, huius etiam scriptionis qualiscumque riuulus totus est deriuatus) deinctum me non ignorabam. Quin & ipsæ

Vindicijs Vrsulanis.

Immoritur.

Causæ suscepti operis.

Sanctæ

Sanctæ Virgines recenti me tenebant obstrictum beneficio: cum enim Anno 1636. pridie Sanctorum omnium æger febriensq; Coloniam ingressus essem, postridie manè post inuocationem earum, & promissam cultus & honoris ipsarum defensionem arteriæ sanior pulsus excussum indicauit morbum, vt licuerit me voti reum statim eius eximere religione, Deoq; sacram litare hostiam ad Sanctarum Virginum honorem, propagandum. Quarum etiam singulari fauore factum existimo, cum ad diuersas Europæ regiones missis literis doctissimorum, & summorum virorum opem implorassem, eorum cura studioq; tot breui ex semotissimis locis autentica submissa esse documenta, tam varia Coloniensis traditionis firmamenta, reconditaque hactenus literaria monumenta educta esse è tenebris: vt multorum meamq; vicerit opinionem accelerata Vindiciarum & ipsius historiæ prolixioris expletio.

Et dedicationis.

Triennio iam ante mortem Vindicias Serenitati Vestræ P. Philippus animo dedicarat. Ego hoc libentius supremam eius exsequor voluntatem: quo sæpius me dignata est humanissimè per alios Serenitas Vestra commonere, & tardanti stimulos admouere ad maturandam Vindiciarum editionem. Vt auderem autem munus hoc offerre, suasit eximia in Sanctas has Virgines ista pietas & religio, qua decessores Archiepiscopos Colonienses æquare, vel etiam superare Sereniſsima Celsitudo Vestra existimatur non leuibus argumentis.

Coloniensis Archiepiscopi cultores SS. Virgin. Aquilinus.

Aquilinus Virgines Romam contendentes recepit hospitio, fouit alimentis, instruxit commeatu: reduces autem martyrio laureatas honestissimè funerauit. Solinus Vrsulanum agrum Attilæ flammis funestatum ornauit Ecclesia, fossa muroque cinxit:

Soliuus. cinxit: quem postea Henricus Heinsbergicus intra
Guntharius. mœnia ciuitatis eius laxato pomerio comprehen-
Hermãnus I. & II. dit.

Wichfridus. Warinus. Sigevvinus. Philippus. Conradus. Brunol. & II. Piligrimus. S. Cassibertus. S. Anno

Guntharius ignem ijs incendit perpetuum, Hermannus primus translatis eo Geritzheimensibus virginibus fundauit luculenter Parthenonem: quem successor VVichfridus Ecclesiarum vnione; VVarinus, Sigevvinus, Philippus, Conradus decimis noualium; Bruno primus Legatis pijs; Bruno secundus altaribus dicatis auxit. Piligrimus autor reginæ Richezæ domo Palatinæ fuit, vt se mancipio Sacris Virginibus consecraret; Richezæ frater Hermannus secundus subscripsit donationi VValdorfiani prædij. S. Cunibertus anniuersario sacrificio, & Sanctarum reliquiarum eleuatione; S. Anno nocturnis vigilijs easdem honorauit.

Vide lib. 9. à cap. 9. ad 20.

Ferdinandi cultus earundem.

Horum Sereniſſime Princeps insistis vestigijs: solesque cum per vires & negotia licet annua recurrente solennitate martyrij Coloniam & Vrsulanam adire basilicam; nocturnas ibi multas horas diurnis coniungere, Deo Sanctisque Virginibus pro subiectis populis & diœcesibus commissis percepta sacra synaxi diu supplicare, & ipsum S. Vrsulæ caput ex altari in sacellum aureum insigni pietate quandoque deportare. Ardet ibidem prope aram principem, & corpus S. Vrsulæ Martyris ingens illa moles cerea trecentilibris, quam annuis instauras igni fouendo alimentis, quasi cum Regina Richeza Virginum Sanctarum te cerocensualem vel vectigalem profitearis: Quin & Huy S. Odiliæ Virgini Vrsulanæ lampadem argenteam cum lumine perpetuo consecrasti. In hoc eodem agro Vrsulano cum Parente VVilhelmo Bauariæ Duce & fratre Maximiliano Electore magnificentissimum

& or-

& ornatissimum Societati IESV templum Marianum à fundamentis ad æternam Sereniſſimæ Bauaricæ domus gloriam condidiſti, vt ager ille tot Martyrum ſanguine purpuratus, pietate frequentiaque ciuium, ad conciones, ſacra tribunalia, diuiniſſimamque ſynaxin percipiendam illuc confluentium religioſius, & auguſtius honoretur. Feſtum etiam Sanctarum Virginum vacuum à laboribus, vt ciuitati præcipuum propriumque lege lata ſanciuiſti, vt innato tibi Sanctas has Tutelares colendi deſiderio ſatisfaceres.

Eſt enim ea Bauaricæ domui quaſi ingenita pietas, ſacra fundandi loca, reliquijs præſertim Vrſulanis ornandi, eaſdemque ſummo honore proſequendi. Nam præter nominatos Richezam & Hermannum Erenfridi Comitis Palatini, & Mechtildis fundatorum Bravveilerenſis monaſterij filios, Plectrudis Bauara Pipini coniunx Capitolinũ Parthenonem conſtruxit, & plurimis Sanctarum Virginum corporibus honorauit. Erneſtus Archiepiſcopus ad varia loca præſertim Mediolanum ad S. Carolum Borromæum Vrſulanas reliquias deſtinauit: quo dono Sanctus Pontifex mirificè recreatus, verbis ampliſſimis gratias egit: literas eius coniunctas cum inſigni laude Bauaricæ domus ſuo loco recitabo. Frater Erneſti Bauariæ Dux VVilhelmus aliquoties excurrit Coloniam, & in aureo S. Vrſulæ ſacrario non ſine lacrymis ſacra refectus ſynaxi mirificè loci ſanctitate capiebatur; Idem arcis pretioſiſſimis & viſendi operis eaſdem ſacras reliquias in Lotharingiam miſit, vt earum cultus latius propagaretur. Plena iam Bauaria virgineis iſtis ipſanis eſt, in qua non minus quam Coloniæ præcipuè anniuerſarijs S. Vrſulæ recurrentibus

Et domus Bauaricæ.

Richezæ.

Plectrudis.

Erneſti Archiepiſc.

Wilhelmi Ducis Bauariæ.

ſacris,

sacris, à viris Principibus honorantur. Eodem cultus Vrsulani propagandi desiderio, non Romam tantum frequenter, imprimis rogatu Eminentissimorum Cardinalium Ginetti, & Rosetti, ac aliorum Legatorum Apostolicorũ: similiter ad varias Europæ partes: sed & in Indiam & Chinam etiam baiulo Nicolao Trigautio Sacerdote sacros Virginum cineres transmisisti, vt barbaræ nationes, Christi fidem recens edoctæ, ad venerationem Sodalitatis huius Parthenicæ assuescerent.

Emicat tenerrimus hic animus & pietas in Serenissimo Nepote Maximiliano Coadiutore, qui cum Coloniæ moraretur, penè quot hebdomadibus in aureo S. Vrsulæ sacello adstare solitus sacris operanti, ibidem frequenter per annum cœlesti pastus alimonia: in cuius summis delicijs & diuitijs Vrsulana lipsana numerantur.

Hoc igitur nomine confido Vindiciarum Vrsulanarum patrocinium non ingratum fore, vt Pontificatus Serenitatis Vestræ tempore tot fortissimarum millium Martyrum veneratio, quæ minus pia aduersariorum narratione multum viluit, pristino vigori restituatur, & quod multi vehementer desiderant, putantq; Vrbani Sanctæ recordationis octaui propensa voluntate Romæ agitatum, nondum decretum tamen fuit, ritu duplici (sicut sub an. 1550. factum scimus) toto terrarum orbe festum S. Vrsulę denuò celebretur: vt etiam Eminentissimus Cardi-
Votum Autoris. nalis Franciscus Machiauellus, paucis ante diebus, quàm Coloniâ Romam rediret, confirmauit. Vtinam eum contingat viuere diem, quo veteri Colonienſium traditioni honor antiquus habeatur, & tam glossæ Iuris Canonici, quam diuinorum officiorum veterem recuperet multorum seculorum

possess-

possessionem, ita totius orbis Ecclesiæ cum Agrippinensibus animis concordibus, & ijsdem verbis Virgines has venerentur: id verò Serenitatis Vestræ studio conatuque perficiendum multi bene ominantur.

Accedet autem non parum diœcesi Coloniensi stabilitis his gestis Vrsulanis emolumenti: quod seriem Episcoporum seculis aliquot interruptam, restituant, & numerum eorum ordinemq; satis manifestè declarare videantur. Vocant enim Aquilinum quartum sedis eius Pontificem: quo nomine cum nullus Treuirensium vel Tungrensium reperiatur appellatus, apparet longè diuersos ab istis Præsules Coloniæ præfuisse, contra multorum veterum opinionẽ. Deinde cum quartus sit, duorum interiectorum, & vnius Aquilini successoris nomen tantum desideratur: quos tres si placeat anonymos appellare, constabit tota series Præsulum à Materno ad Serenitatem vsque Vestram nunquam interrupta. Vrsulana gesta Episcoporum Coloniensiũ catalogum restituũt.

Suscipe nunc Sereniſſime Princeps cultus Vrsulani custos, vindex & propagator Optime, tot millium Virginum & fortissimarum Martyrum honoris nouam defensionem, quarum meritis & suffragijs tot inter Germaniæ excidia stetit minus alijs vicinis locis afflicta ciuitas & diœcesis Coloniensis: quam tot edictis vulgatis Serenitas Vestra quoties grauius imminere periculum timebatur, ad harum patrocinium implorandum excitauit, vt licet peccata nostra diuinum furorem accenderent, tot chiliadum tamen coniunctæ deprecationes patriæ veniam & clementiam impetrarent. Redibit vindicata à calumnijs hæreticorum, imo iniurijs Catholicorum quorundam scriptorum Sanctarum Virginum castitate & innocentia cultus earum pristinus,

& cum

& cum eo cœleſtium donorum: forte & temporalium bonorum vna cum pace redundantia, quæ Deus quandoque ſolet cultu Sanctorum refloreſcente tot Diuorum precibus exoratus afflictis, & vaſtatis regionibus clementer impertiri. Idque vt Deus Opt. Max. tot millium Martyrum ſuffragijs placatus Nobis, cum diutina Serenitatis Veſtræ incolumitate & ſoſpitate largiatur, ex animo voueo Coloniæ Agrippinæ 23. Iulij, ipſo Translationis SS. Trium Regum feſto die, Anno M. DC. XLVII.

Sereniſſimæ & Reuerendiſſimæ
Celſitudinis Veſtræ

Humillimus & obſequentiſſimus ſeruus

HERMANNVS CROMBACH
Societatis IESV.

TOMI PRIORIS
LIBER PRIMVS
VINDICIARVM VRSVLANARVM.

Quo

ANTIQVISSIMA NARRATIO MARtyrij, iuxta Colonienſium traditionem 20. fontibus illuſtratur & augetur.

ILLVSTRE MARTYRIVM SANCTISSIMÆ Virginis Vrſulæ & vndecim millium Virginum, quemadmodum in peruetuſtis M. SS. codicibus exſtat, incerto quidem, ſed docto auctore, eoque antiquo: ex R.P. Laurentij Surij Carthuſiani tomis, 21. Octobris, & notis illuſtratum.

CAPVT PRIMVM.

Parentes S. Vrſulæ.

REGNANTE Domino noſtro Ieſu Chriſto, 1. cùm poſt paſſionem, aſcenſionem, & reſurrectionem eius, conuerſis ad Deum cunctis finibus terræ, 2 nec Oceani angulus aliquis ſe à calore fidei eius abſconderet, *in conueniendo populos in vnum, & reges, vt ſeruirent Domino*: fuit in Britanniæ partibus quidam 3 Deonotus tam vita, quam nomine, qui religioſus in omnibus ceremonijs Catholicæ profeſſionis ſic principare nouit ſupra homines, vt non obliuiſceretur, qualem ſuo Creatori ſubiectionem deberet; ſic à ſubditis tributum exigere, vt ſemper ſe meminerit Regi ſuo cœleſti id, quod ab eo factus eſt, debere. Is ergo cùm ſub iugo Chriſti, ſub quo iſte irreprehenſibiliter militauerat, alijs irreprehenſibiliter, & iuſtiſſimè imperaret, in benedictione ſeminis Abrahæ tam generoſitate, quàm virtutum ſpecie competentem ſibi accepit vxorem: ſed ſicut in vaſis iræ dupli-

2. *Pſ. 101. 23*

3. *Pater S. Vrſulæ.*

ci contritione feriendis ita iustitia Dei hic inchoat, vt ea in iudicio irreparabiliter disperdat; ita misericordia eius diligentibus se plerumque etiam in hoc seculo diuitias bonitatis suæ
1.Cor.2.9. concedit prægustare, vt inenarrabilem illam gloriam, quam *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit*, cum patientia discant exspectare.

1. *Regnante Domino nostro Iesu Christo.*] Sapit exordium hoc vetustatem: Antiquissimi moris erat, hac vti in gestis Martyrum ferè clausula: congrua prophetiæ Danielis de regno Christi, præsertim à tempore Diocletiani; qui iubebat annos à suo imperio numerari: sed post annum quingentesimum Dionysius æram Christianam à natali Christi primus introduxit, postero seculo martyrium hoc videtur esse elaboratum stylo satis elegante & graui, qui pietatem simul, & maiestatem redoleat.

2. *Nec Oceani angulus aliquis se à calore fidei absconderet.*] Congruunt ista tempori martyrij Vrsulani Anno 237. tunc enim omnes fines terræ cognitæ, Europæ, Asiæ, Africæ, vel per ipsos Apostolos, vel horum discipulos & successores, præcones fidei Christianæ habuerunt: tunc Reges complures Asiæ, Britanniæ, Hispaniæ, & aliorum locorum fidem professi erant, vt fusè docebit lib. 4. cap. 17. & 18.

3. *Deonotus.*] Rectius alia exemplaria vocant eum Dionethum, quo nomine seculis sequentibus in Britannia Reges quidam imperarunt. Scriptor tamen vitæ etymon vocis Latinum facit.

CAPVT II.

Natiuitas & educatio.

Itaque cum summa spe vtriusque parentis sexus virilis exspectaretur, qui terreni regni sui successor existeret, prouida Dei misericordia, quæ etiam vota nouit excedere, dedit eis prolem tunc femineam: quæ plus quam virili animo ad regni cœlestis hereditatem eos præcederet, eisque succedentibus, bona sine fine mansura præpararet. Huic itaque, quia exemplo
1.Reg.17. 36. Dauid immanem vrsum, scilicet Diabolum, quandoque suffocatura erat, Deo disponente (qui quos *prædestinat, vocat*) à
Rom. 8. 30. parentibus illi in Baptismate [1] præsagum nomen Vrsulæ indi-
1. Etymon vocis. tum est. Quæ cum vt regiam prolem decuit, regali ambitione educata, naturalibus incrementis proficeret, teneros ætatis annos morum cœpit maturitate præcedere, & cui iam tum mundus viluerat, Euangelicis imbuta præceptis, *in lege Domini, die ac*
Psal. 1. 2. *nocte meditabatur*, & quia ad spiritualem sponsi sui thalamum
Ps. 44. 14 corde & animo suspirauit, *omnis* compositio eius, & *gloria* non deforis; sed ab *intus* fuit, vt iamtum liquido daretur cunctis aduertere, quod ad magnum aliquem Ecclesiæ ornatum summus ille artifex margaritum hoc vellet expolire, ac si ei iam tum pa-
Ibid. v. 11. tenter dixisset: *Audi filia, & inclina aurem tuam, quia concupiuit Rex speciem tuam.*

1. Præsagum

1. *Præsagum nomen Vrsulæ inditum.*] Alteram impositionis huius causam adsignat capite 8. B. Hermannus dum ait: *Præterea cum ceteris principibus adfuit Herdericus Comes Illustrissimus auunculus Reginæ Virginis Vrsulæ matris, cum vxore Vrsula muliere deuota & strenuâ, multumque laudabili, ab ista Comitissa Regina Virgo Vrsula nomen accepit*; præclarè ad nomen hoc alludit P. Mendozæ in libros Regum præfatio, quam habes lib. 9. c. 61.

CAPVT III.

Ambit coniugium eius infidelis.

Præter has aliasque spiritualis gratiæ dotes, erat etiam incomparabilis formæ & miræ pulchritudinis, & omnium oculis glorioſa; sed *virgo* sola, *quæ Domini erat, cogitans*, minus hoc amabat in se, quod sponsi sui oculis sciebat, non multum placere. Cum de tanta nobilissimæ virginis indole longè lateque fama percrebuisset, ad aures gentilis cuiusdam Tyranni permanauit, qui præpotens viribus, in robore militari gloriabatur, & barbarica feritate latius regnabat, cui cum magnopere ad Regalem magnificentiam prospectum vellet, reputare secum cœpit regnum suum propagari, nomen suum, & prosperitatis gloriam nobilitari, si filio suo tam celebris puellæ matrimonio contigisset copulari. Itaque filius non minus [1] peruicax, (vtpote qui iam pubertatis annos intrauit) patre annuente prosequentibusque, qui capita populi erant, legatos ad patrem virginis destinauit, multaque pretiosa transmittens; sed plura promittens, vrbes egregias, situs terrarum, & tractus maris, totum denique Patris regnum, & quidquid mundus deliciarum habere potest, vel potuit, in dotis computationem dictauit. Minas etiam pro magnitudine nominis sui quasi summam manum imposuit, vt saltem terroribus, quod volebat, exigeret, si blanditijs muneribusque minus profeciſſet.

Pulchritudo eius. 1. Cor. 7. 34.

2.

1. Expetitur coniugium Vrsulæ.

1. *Non minus peruicax.*] Quomodo peruicax filius, quem tantis encomijs innocentiæ conseruatæ, & sanctissimæ educationis extollit S. Elisabetha cap. 12.? sed rectè notat Nonius peruicaciam non semper in vitio esse, imo *peruicacia*, inquit, *est interdum bonarum rerum perseuerantia, pertinacia semper malarum*, Honestis, & licitis conditionibus coniugium à Rege potentia, opibusq; inferiore; flagitabat; itaque si nulla allata iusta causa id repudiasset, despicatui se credebat ducendum, & iniustè repudiandum, paratus ad quasuis honestas propositas conditiones Matrimonij desiderio, sponsæ rogatu descendere, vti & fecit, ideoque minas censuit cum Parente adhibendas, vt saltem non sine iusta causa eius petitio sperneretur.

CAPVT IV.

Petitur per Legatos.

At illi acceptis à Rege mandatis, profecti sunt, emensoque grandi itinere ad patrem Virginis peruenerunt, dataque fandi copia, quæ à Domino suo iussi sunt, diligentissimè peregerunt, & post blanditias, quod efficacissimum arbitrati sunt,

Fluctuatio patris.

quasi scorpiones, minas & terrores bellicos intulerunt. At senior prouidus, & totus caritatis visceribus diffusus, fluctuare cœpit intra se, indignissimum reputans, filiam suam cœlesti sponso arctius inhærentem, ab æterni Regis amplexibus renitentem auellere, & barbaræ libidini polluendam subiugare. At ex altera parte, etsi proprij sanguinis prodigus esset, pro Catholica Religione & zelo iustitiæ (quippe *cui viuere Christus erat, & mori lucrum*) tamen quia sub illo cura regni erat, & tam efferam barbari illius violentiam suis viribus desperabat posse sustinere, iam sibi videre visus est sub oculis suis cædes hominum promiscuæ ætatis fieri, vrbes dirui, matronas & virgines constuprari, Ecclesias cremari, sancta profanari, & quidquid miseriarum aliquando accidit victis, præsertim Christianos vincentibus paganis.

Phil. 1. 21.

CAPVT V.

Pacta dotalitia cœlitus S. Vrsulæ imperantur & præscribuntur.

Orat Deum.

In hoc ergò rerum cardine deprehensus Rex pius, quod vnicum tunc perfugium patebat, ad diuinam misericordiam, quasi ad turrim fortitudinis à facie inimici, cucurrit, totusque in lacrymas effusus, auxilium de cœlo indefessis precibus postulauit. Inter hæc cum virgo domini, vultum patris, quanquã dissimulantis, turbulentum deprehendisset, latere eam non potuit, quod ipsa perturbationis huius causa fuerit. Itaque pro se nimis solicita, paternę solicitudini condoluit, moxq; ad sua arma conuolans, sicut Sancta Iudith, & Esther pro liberatione patriæ, ieiunijs & orationibus pernox incubuit, in auribus sponsi sui celerius obtentura, quod petijt, cum quo iam verè vnus spiritus fuit. Cumque noctem diei, imò noctes diebus in vigilijs & ieiunijs cõtinuaret, ex infirmitate humani corporis fatiscentibus membris, cùm in Deo cor eius vigilaret, ad modicum obdormiuit, & per visionẽ diuina reuelatione de toto vitæ suæ ordine, de coagonistarum suarum numero, de glorioſa martyrij palma perdoceri meruit, quod postea rerũ exitus cõprobauit.

Cum S. Vrsula.

Iudith. 9. 1.

Esther 14. 1.

Cui reuelatur suum & congregationis martyrium.

CAPVT VI.

Vrsula parentibus eadem aperit.

Igitur sub primo surgentis auroræ diluculo patris mœstitiam releuatura (eo quippè die Tyranni legatis responsurus erat) hilaris ad eum venit, blandeque arridens; noli, inquit, mi pater

pater ſuper hac re aliquo vlteriùs mœrore contabeſcere, *ſed iacta cogitatum tuum in Domino, qui non dabit in æternum fluctuationem iuſto.* Ne tamen ex puellaribus annis, quæ dico, æſtimes, ſcito, quia præterita nocte per viſum diuinæ conſolationis vox ad me licet indignam famulam ſuam facta eſt iubens, vt iuuenem, qui me in matrimonium affectat, à ſpe nuptiarum non repellerem, ipſa tamen conſeruato virginitatis ſignaculo ad innuptas tranſirem. Conditio autem coniugij, & conſcriptio nuptialis hæc erit; [1] vt tu pater, & iuuenis, qui me in amorem ſuum allicit, decem primæuæ ætatis virgines & forma & genere lectiſſimas perquiratis, & tam mihi, quam ſingulis harum mille virgines honeſtiſſimas ſubſcribatis, comparatiſque ad numerum noſtrum trieribus vndenis, triennij nobis ad dedicationem virginitatis noſtræ dentur inducię, quibus expletis, quod Domino placuerit, fiet. Attamen incommutabile diuinæ pietatis conſilium, quod diſpoſuit ſuper me, nemo eſt, qui poſſit infirmare.

Solatur triſtem patrem. Pſ. 54. 23.

Narrat cõditiones matrimonij. 1.

Poſtulat vndecim millia Virginũ.

1. *Vt tu pater & iuuenis.*] Alia lectio habet, *vt & tu Pater & Iuuenis*, vterque communibus opibus & labore tot Virginum millia congregaret.

CAPVT VII.

Acceptantur & implentur à Sponſo.

His filiæ vocibus exhilaratus Pater, accitis coram legatis, quod petebant, annuit, præſcriptamque quaſi coniugij conditionem, quam virgo popoſcerat, expoſuit; id cautiſſimè, quaſi pro ſumma dotis conſcriptione ſtatuens; vt iuuenis ſalutari [1] renatus lauacro, his tribus annis per fidem Catholicam inſtitueretur in Domino. His auditis legati iam quaſi compotes voti ſui, per viam, quam venerant, præpeti itinere alacres reuerſi ſunt ad ſuum Dominum, vtpotè pro bona legatione honorem accepturi, gloriam & præmium: expoſitiſque per ordinem mandatis, patre iam lætiſſimo, iuuenis præ amoris magnitudine modum exceſſit lætitiæ. Audita itaque, vt fit, tanta exſultatione principum, factum eſt totius regni generale tripudium. Cõditione igitur nuptiarum libenter acceptâ, iuuenis cœpit patri ardentius inſiſtere, vt ad ſatisfaciendum puellæ deſiderijs, per baptiſmi conſecrationem legibus ſtatim initiaretur Chriſtianis. Indicto etiam ad

1. Sponſus iubetur fieri Chriſtianus.

Acquieſcit.

Delectus virginum indicitur.

nouam militiam nouo delectu vbiq; per regnum quæsitæ sunt ingenuæ & speciosæ Virgines, adductæque ad palatium, pro magnificentia regali muliebrem acceperunt ornatum. Nec minori sumtu & vtriusque Regis pari diligentia, nauium stetit fabricatura, alij enim ligna in siluis cædunt; ad littus alij cõuehunt; alij carinas; alij transtra fabricant; alij tabulata gracili iunctura coaptant; alij hunc; alij illum ornatum, auro, argento, ære, coloribus, sculpturisque præparant: singulisque pro sua arte & officio satagentibus, certatim vbique feruebat opus.

Classis paratur.

1. *Vt Iuuenis salutari renatus lauacro his tribus annis perfidem Catholicam institueretur in Domino.*] Non petit, vt statim; sed præmissa instructione debita post triennium baptismo initietur, ita constat factum esse Mogũtiæ apud Anonymum lib. 1. cap. 18. exacto iam triennio. Sic etiam quæ sequuntur verba sunt accipienda. *Iuuenis cœpit patri ardentius insistere, vt ad satisfaciendum puella desiderijs per baptismi consecrationem legibus statim initiaretur Christianis.* Appetijt ipse quidem statim baptismum, dilatum tamen esse triennio constat, quod etiam temporis spatium exigit Angelus pro imbuendis fide gentilibus puellis apud Anonymum lib. 1. cap. 2. *Praterea suadet Vrsulam Virginem vndecim millia Virginum expetere, quarum ex Societate triennio instruantur nuptijs præparanda futuris.* Vnde multæ earum non nisi Romæ sunt baptismo regeneratæ. Hinc error quorundam ortus, præsertim eorum, qui Anonymi reuelationes non legerunt, vt putarint statim baptismo initiatũ esse sponsum; at quomodo ante institutionem? & quam etiam tunc causam S. Vrsula prætexere potuisset per triennium dilationis matrimonij, nisi id tempus diuinitus fuisset designatum pro conueniente ex Sodalitate earum eruditione, quæ gentiles erant?

CAPVT VIII.

Collecta vndecim millia Virginum instruit Vrsula.

1. 1 Concordi itaq; duorum Regum studio, iuxta regalem magnificentiam mirificè perfecta classe, completoque electissimarum Virginum disposito diuinitùs numero, inter innumeras nobilissimæ prosapiæ puellas, Pinnosa, maximi cuiusdam ducis filia tàm genere, quàm virtute emicuit, quæ secunda post Vrsulam quasi magistra virginalis militiæ fuit, quam pater eius, vt nobile par, filiæ specialis dilectionis fœdere sociauit. Omnibus igitur magnificè perfectis, condicta die virgineę cohortes ad Reginam conuenerunt, & quasi ad naualem palæstram succinctæ, iubentis imperium præstolatæ sunt. Tunc B. Virgo Vrsula, quod diu desiderabat, virgineo vallata exercitu, hilari vultu, & animo primum debitas Deo gratiarum actiones exsoluit; deinde quasi fidissimis commilitonibus suis consilij sui arcanum 2 innotuit, easque in diuini amoris obseruantiam pijs exhortationibus erudiuit, & corroborauit, Puellares autem cunei saluberrima Reginæ suæ monita arrectis auribus auidissi-

Pinnosa Dux post S. Vrsulã præcipua.

2. S. Vrsula instruit virgines.

auidissimè audientes,cordaq; cum manibus ad cœlum leuantes, quasi iam militari sacramento coniuratæ in Christum ad omnia diuinæ religionis munia deuotionem spoponderunt, mutuaque alacritate seipsas in hoc studium cohortatę sunt,vtpote quibus iam tunc cor vnum &anima vna erat,supernaque dulcedine præguſtata in mentibus earum mundus, & gloria viluerat. Ei consentiunt omnes.

1. *Concordi duorum Regum studio.*] Virginum euocatio,& classis ædificatio communibus vtriusque regni studijs sumptibusque fiebat, ac licet pleræque virgines è duobus collectæ regnis sint,multæ tamen è Sicilia,Dania,Belgio, Orcadum Insulis, alijsque regnis affinium & cognatorum ttiennio illo sunt inuitatæ; vt de S.Cunera,Lucia, & Gerasinæ filiabus constat: de numero verò sic completo, vt nulla desideraretur,imò superarent,dicam sæpius, ob accessionem,quæ è varijs locis facta est.

2. *Consilij sui arcanum innotuit.*] Sumitur verbum hoc actiuè à Scriptore pro eo, quod dicimus manifestauit,indicauit,asserùit. Quamuis M. S. Carthusianus Vltraiectinus Codex substituat, *insinuauit*; constat etiam S.Gregorium M.eodem seculo, eadem voce & significatione vsum esse.Nam hom. 1. in Euangelia sic ait *Dominum ac redemtor noster paratos nos inuenire desiderans,senescentem mundum,qua mala sequantur denunciat, appropinquantem eius terminum quanta percußiones præueniant,innotescit,* &hom.10. *Rationi ordo poscebat,vt & loquentem iam Dominum loquentes nobis prædicatores innotescerent, & necdum loquentem elementa muta prædicarent.*

CAPVT IX.

Virgines exercentur nauticis laboribus & certaminibus.

Posthæc dato signo,quia mare contiguum erat, raptim ad naues conuolant,armamentaque explicant, altumque petentes,modò concursibus,modò discursibus,interdum fugam,interdum bellum simulant,omnique ludorum genere exercitatę,nihil,quod animæ occurrisset,intentatum relinquunt, sicq; per dies singulos puellariter palæstrizantes aliquando circa meridiem,aliquando [1] ad nonam, aliquando die toto in ludis assumto ad vesperam reuersæ sunt. Ad huiusmodi ergò spectaculum pius Rex cum grandæuis patribus,cunctisque regni primatibus frequenter aderat: vulgus etiam promiscuum (vt semper nouarum rerum cupidum est) postpositis serijs suis, virgineis lusibus suis applaudebat. Sed postquam quotidianis exercitationibus assiduitas aluit audaciam, longius à litore remigantes, cum spectaculi gratiam populo subtraherent, quædam etiam naues flabris ventorum disiectæ ante noctem minimè redirent,diutina exspectatio,& satietas ludorum spectatoribus fastidium genuit,singulisque ad sua opera discedentibus,paulatim turba defluxit. Sciamachiæ nauales.

1. toto die.

1. *Aliquando ad nonam*] tertiam intelligit pomeridianam, & notat primævæ Ecclesiæ morem, quæ Euangelico more, diem in Primam, tertiam, sextam, nonam & vesperam partiebatur: vt hinc etiam scriptoris liceat antiquitatem coniectare.

CAPVT X.

Instante nuptiarum tempore Deo se ardentius commendant.

Sic ergò cum multa iucunditate celebrato per triennium
1. hoc Martyrij [1] præludio, cum adornatis sponsalibus condicta nuptiarum die iuuenis in amorem virginis animum perurgeret, B. Vrsula, quamuis diuino promissionis oraculo non incredula, pro humana tamen infirmitate solicita, con virgines
Vrsula Sodaliũ preces petit. suas, quas iam in Domino tàm verbis, quàm exemplis erudierat, vt in tali rerum articulo diuinæ misericordiæ ianuam instantius pulsarent, admonuit, ne castitatis [2] procinctum perderent, sub quo regi suo cœlesti irreprehensibiliter militassent.
2.
Virginũ vota & orationes. His dictis cum quasi iam currentibus stimulum addidisset, deuotæ Deo virgines ex toto corde in lacrymas profusę, tam pro sua singulæ, quam pro Reginæ virginitate conseruanda, supernum cœperunt auxilium ardentissima spiritus contritione inuocare.

1. *Celebrato per triennium Martyrij præludio.*] præludium propriè præcantatio quædam est, quam antè cantum legitimum fauoris emerendi gratia cytharædi præmittere consueuerunt: ita Virgines his & corporis exercitationibus, dum ipsæ alternis vicibus ductarent quandoque remos; & animi, dum S. Vrsulæ monitis & aliarum virginum exemplo ad omnem virtutem dociles, & ad parendum promtæ informarentur; tam seipsas aptabant ad Martyrij & peregrinationis labores hilariter subeundos; quam in dicia quædam dabant, qua fortitudine animi sanguinem pro Christo sponso suo essent profusuræ.

2. *Ne castitatis procinctum perderent, sub quo Regi suo cœlesti irreprehensibiliter militassent.*] Procinctus dicitur ipse belli apparatus, vel præparatio, quæ fit ab exituris in prælium; tunc autem *procincta classis* vocatur auctore Festo, cum exercitus ad pugnam paratus est; hinc Gellius li. 1. c. 11. ait. *Cum procincta classis erant, & instructa acies.* Sensus igitur est; timuit S. Vrsula, ne præparationem triennij contra tentationes carnis, & bellum contra voluptates corporeas frustra ad Dei honorem suscepissent. Sumta est similitudo ab apparatu bellico, & instructa acie; dolent enim milites, si frustra armorum tantus apparatus, & tot belli meditationes susceptæ sint; si dum sunt in procinctu, & in acie stant, ad bellum parati, exauctorentur.

CAPVT XI.

Vento cœlitus immisso classis in Germaniam vehitur.

Pius autem Dominus, qui semper est propè omnibus inuocantibus se in veritate, tam pia vota non distulit: *sed ventum*
Ventus abripit classem. 1. Ps. 134. 7. In portũ Tile. Exod. 14. [1] *de thesauris suis produxit*, impulsamque classem sub vnius diei noctisque spacio, secundo cursu in portum, qui Tile dicitur, integro, tam nauium, quam puellarum numero pertulit. Itaque arrepto litore, quod concupierant, *tanti dux fœmina facti*, quasi Maria

Maria prophetes Pharaonis exercitum per mare rubrum euasisset, sponso cœlesti debitæ laudis [2] Epithalamium præcinit. 2. Quod cum puellaris exercitus non clamoso strepitu; sed pari cordis concentu resonaret; canticum hoc lætitiæ vsque ad aures Domini Sabaoth cum odore suauitatis peruenit. Ibidem ergò cum nocte illa pausassent, sequenti die comparatis vtensilibus (nam mercatus ibi erat) ad naues reuersæ sunt, adductisque anchoris, aduerso flumine subremigantes, ad insignem illam Germaniæ Metropolim Coloniam, vbi nunc corpora earum in pace requiescunt, tandem peruenerunt. Coloniæ applicāt.

1. *Ventum de thesauris.*] De reconditorijs, & locis abditis, Ghaldaicè *ventum impetuosum*: nam vehementi velorum impulsu citissimè classem abripuit: interim & Deus è thesauris dona Spiritus sancti, vt die Pentecostes Apostolis, sic eo tempore sodalitati communicauit, impellendo ad voluntatem Dei perficiendam.

2. *Sponso cœlesti debitæ laudis Epithalamium præcinit.*] Apposita voce vtitur. Sponsos mortales euaserant cœlestes animæ, Christo sponso deuotæ. Ideò S. Vrsula tanti dux femina facti, præcinit Epithalamium cœlesti sponso: sacrum hymnum, non qui in nuptijs terrenis; sed diuinis canitur, dum corde & affectu virgines patiter concinerent laudes sponsi immortalis, cuius fauore castitas ijs manebat illibata, quam etiam sanguinis dote Christo sponso consignare incensis animis affectabant, huic rei cōgruebat illud Psalmo gtaphi Epithalamium; *Eructauit cor meum verbum bonum*: quod tunc videntur concinuisse. Porrò renouatum id fuit, quod Israëlitis dicitur. Sap. 10. *Hæc* (Sapientia) *populum iustum & semen sine querela liberauit, & deduxit illos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem: transtulit illos per mare rubrum, & transuexit eos per aquam nimiam, ideo iusti decantauerunt: Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt, quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.* Psal. 44. 1. Sap. 10.

CAPVT XII.

Coloniæ monetur Angelo internuntio Vrsula Romam peregrinari, in reditu cum suis Coloniæ Martyrio coronanda.

Egressis itaque, cùm post vespertinam refectionem somnus diurno labore fessis, obreperet, B. Virgo Vrsula, quæ iam Deo in Angelicæ castitatis professione complacuit, vidit in somno Angelicæ claritatis, & auctoritatis virum, qui adsistens primò anvigilaret, inquisiuit. Quem cum illa Virgo, subito visu puellariter exhorresceret, ille timorem eius blandè compescens: Scito inquit, filia, quia quod multum concupieras, in protectione Dei cœli cum dulcissimo hoc sororum tuarum contubernio Romam peruenies, peractisque votis [1] integro comitum tuarum numero, iterum huc reuerteris in pace. [2] Hic ergò vobis à Deo requies in seculum seculi prædestinata est: hic in pace pausabitis, & quia *bonum certamen certastis, cursum consummastis, fidem seruastis, de cetero* supereſt vobis *corona iustitiæ*, quam vt à iusto iudice plenam accipiatis, pro bona nominis eius

Angelus S. Vrsulæ mandat peregrinationē Romanam.

1.

2. Prædicit Martyrium. 2. Tim. 4.

Et sepultura Coloniæ.

eius confessione, ceruices vestras persecutori dabitis, depositisque hic corruptibilibus corporum sarcinis ad cœlestem thalamum cum gloria martyrij peruenietis. His dictis vir, qui loquebatur, disparuit.

1. *Integro comitum tuarum numero, huc reuertetur in pace.*] Quomodo *integro numero*, cum octo virgines, circa Basileam & Argentinam, ante Martyrium decesserint? Fuisse eas ex istis, quę supra numerum virginum in itinere Romano accesserant, vt fatetur Raymundus Cardinalis in processu iudiciali, docetque vita S. Aureliæ; nam vndecim illa Virginum millia, quæ ex Britannia soluerant, hoc priuilegio à Deo donatæ sunt, vt redirent nulla demta Coloniam, nulla corporis defatigatione in peregrinatione retardatæ: sed quod sequitur, scrupulum festinanti injcit.

2. *Hic ergò vobis à Deo requies in seculum seculi prædestinata est.*] Nunquid S. Cunera Rhenæ occisa est? nunquid aliquot millia corpora virginum Coloniâ per totum orbem sunt transportata? Istud sensu accommodo videtur esse intelligendum, extra S. Cuneram; quòd si & de hac asseratur: accipi potest de Martyrij illius principio, quod Coloniæ cœpit, vbi licet corporis sarcinam cum alijs non deposuerit, incepit tamen publica fidei professione mereri palmam Martyrij, ob quam in seruitutem redacta, alibi gloriosè occubuit triennio ferè post. Est etiam is scripturæ modus loquendi vsitatus, quo per *secula seculorum* diuturnum multorum seculorum tempus, non tamen omnium designatur: vt pro longissimo tempore nongentorum annorum accipiatur, quàmdiu ante inuentionem Coloniæ ferè omnia corpora quieuêre; potest & illa quies de maxima parte istarum sanctarum reliquiarum intelligi, quam adhuc puto Coloniæ conseruari.

CAPVT XIII.

Visitatis Romæ liminibus SS. Apostolorum, redit cum Virginibus Coloniam.

At illa nihil de tantæ auctoritatis oraculo ambigens, mox vt dies terris reddita est, conuocata virginum concione, quæ audierit, & viderit in auribus omnium exposuit. His auditis communis exsultatio facta est, *quia dignæ habitæ essent pro nomine Iesu contumelias pati,* [1] Immolatisque laudum hostijs, vnanimi deliberatione statuerunt iter hoc festinantius peragere; *cupientes*, videlicet *iam dissolui, & cum Christo esse*, & ne quam diuinæ prædestinationi moram facerent, secundo vento velificantes Basileam applicuerunt, religatisque ibi trieribus, pedestri itinere Romam peruenerunt. Vbi cum per dies aliquot perlustratis vbique diuersis Sanctorum liminibus, peruigiles in oratione Deo animas suas commendarent, lacrymisque interiorem habitum, quasi iam ad æterni Regis triclinium processuræ studiosius componerent, peractis tandem votis, itinere, quo venerant, Basileam reuersæ sunt, ascensisque nauibus, per decursum Rheni prono alueo defluentes, & armis spiritualibus, tam contra spirituales nequitias, quam contra omnes persecutionum pressuras se communientes, tandem Coloniam applicuerunt.

Virginib. cœleste nuncium indicatur.

Act. 5. 41.

1. *Phil. 1. 23.*

Romæ visitant loca sacra.

1. Immo-

1. *Immolatis laudum hostijs.*] Sacro missæ officio ab Episcopis oblato: nam vt S. Elisabetha cap. 10. ait ab his, diebus dominicis virgines sacra synaxi refectas esse: quod cum initio nauigationis repentinæ fieri non potuisset, hic primo inceptum videtur esse: cum ex hoc loco peregrinationem Romanam adornarent, & vota pro eius felici successu nuncuparent.

CAPVT XIV.

Ab Hunnis necantur Virgines.

Aderat tum ibi [1] barbara Hunnorum gens, quæ peccatis hominum exigentibus, tam Galliarum, quam Germanię & Italiæ terras cædibus iam vastauerat, & incendijs, ita, vt euersis vrbibus, Ecclesijs crematis, religionis diuinæ vix aliquæ remanerent reliquiæ. Eadem itaque barbaries, cum per idem tempus ingenita feritate etiam vrbem Coloniam arctâ obsidione vallaret, nondum hoc aduenientibus prodente fama, virgines iam pridem cognita humanitate incolarum, sine omni huiusmodi suspicione in terram egressæ sunt, & ecce barbari more suo per velocissimos discursores explorata re, subiti cum clamore super eas irruerunt, & quasi lupi in ouilia agnorum irruptione facta, infinitam illam multitudinem in humana crudelitate peremerunt.

1. Hunni obsident Goloniã.

Cædes Virginũ.

1. *Aderat tum ibi barbara Hunnorum gens.*] Hoc in loco copiosius aliquanto describit Hunnorum vastationes, quam ea temporis transacti ratio requirebat. Quamuis si hæc non tam vt peracta iam omnia, quam vt initium vastationis accipiantur, quæ in Gallijs orta, à Germanis, tum à Maximino Germaniæ Galliæque simul est illata, & quæ post martyrium Sanctæ Vrsulæ in Italiam etiam incubuit, Maximino tunc etiam Ecclesiam persequente, & hoc præcipuè moliente, vt demessis Ecclesiæ capitibus compendio eradicaretur fides Orthodoxa: si inquam de his omnibus triennij totius vastationibus intelligantur: quasi per anteoccupationem de Italia narrantur, quæ paulò post acciderunt.

CAPVT XV.

S. Vrsula spretis tyranni blanditijs vltima trucidatur.

Cumque belluina illa rabies ad B. Vrsulam iugulando peruenisset, satellites moti admirabili pulchritudine eius conspecta, manum, animumque repressêrunt, ipseque Princeps scelerum libidinis feruore, quasi fulmine percussus, deposito paululum rigore, cœpit ad blanditias, & amatoria verba descendere. Verè, inquiens, forma tua magnum dat specimen, quod de ingenuis, magnisque puella natalibus orta es, iurauitque in dijs suis, dicens, quia si per pridem ad intercedendum ascendisses, nullam in comitatu tuo iacturam pertulisses. Sed consolare dilecta, & gaude sorte tua, & noli dolere de morte virginum tuarum, quia digna habita es, quæ [1] me totius Europæ victorem,

S. Vrsula tentatur blanditijs.

1.

quem

quem etiam Romanum tremit imperium, merearis habere
1.Cor.7. maritum. *Virgo* autem *cogitans, quæ Domini sunt,* cum huiusmodi sponsum liberrima vocis, & habitus indignatione, quasi Principem tenebrarum, exsufflasset, barbara mens, & effera bile tumens, belluæ instar infremuit, & repulsam suam non sufferens, in B. Virginem, quæ iam *dissolui* cupiebat, *& esse cum*
Martyrii eius. Phil.1.23. *Christo,* sententiam mortis dictauit, sicque candidissimi exercitus Regina, ictu sagittæ transuerberata, super nobilem comitum suarum aceruum, velut cœleste margaritum corruit, purpureóque sanguine, quasi secundo baptismate dealbata, cum tot victricibus turmis ad cœleste palatium laureata migrauit,
Col.1.24. suppletis fideliter, *quæ deerant in corpore suo, passionibus Christi.* Perfectus est igitur admirabilis ille calathus domini, qui ne lilijs tantum virginitatis albesceret, totidem Martyrij rosis distinctus est, quibus ante superni inspectoris oculos decentius ruberet.

1. Quæ me totius Europæ victorem, quem etiam Romanum *tremit imperium merearis habere maritum.*] Hæc de Maximino, si præsens fuit, dici potuerunt, præsertim in eorum sententia, qui bellum Germanicum iam tum confectum fuisse credunt; nam Persis superiore anno magno prælio superatis in Asia, & Germania iam debellata, ipsum Romanum Imperium eius tyrannidem, & barbaram immanitatem in familiam Alexandri exercitam formidabat. Vndè & senatus postea eum exautorauit, & Quirites eumdem velut monstrum exitiale, sunt exsecrati, vt ad nomen ipsius contremiscerent. Potuit & alius ipsius Dux ea Maximini nomine dicere iactantius, quam verius, vt tremore maiore S. Vrsulam percelleret, præsertim si bellum Germanicum nondum confectum fuerit. Reliqua nil habent difficultatis, quæ non alibi discutiantur accuratè.

CAPVT XVI.

Extollitur Virginum Martyrium.

Fallant nunc, & fallantur, qui seculari gloria stupidi, triumphos Regum suorum infinitis laudibus, quasi ad cœlum extol-
Triumphus hic Virginũ superat triumphos Romanorũ. lunt, scribentes illa, & illa bellorum insignia, vtpotè victos Reges currum præcedere, infinitos captiuorum greges minari, victores autem milites discoloribus armis fulgentes, sua singulos militaria signa ostentare, duces autem ipsos in aureis quadrigis residentes, auratis vestibus radiare. Addant præterea, si placet, diem vrbi festum, lætitiam Patrum, vulgi clamorem & commune tripudium. Sed hæc si cum hoc triumpho sapienter fuerint collata, miseria potius dicenda sunt, quàm gloria; cum illi purpurati & aurati descenderint, ad tenebras, & æterna supplicia: illæ autem stola immortalitatis indutæ, visione Domini perfruantur, & societate Angelica. Ecce iuxta vocem Domini

bona

bona terra fructum ſexageſimum pariter & centeſimum in patientia attulit,& quæ ad horam *euntes ibant, & flebant mittentes ſemina ſua*,modò *venientes*,& *manipulos ſuos portantes in exſultatione venerunt*,imò depoſitis corporum paleis, mundatum& benè cribratum triticum in horreaDomini intulerunt. *Luc.* 8. *Matth.*13. *Pſ.*125.

CAPVT XVII.

Colonia fugatis magno prodigio hoſtibus,obſidione liberata ſepelit SS. Virginum corpora.

O quale hac die in cœlo factum eſt tripudium, qualis occurſus ſupernorum ciuium? Quæ exſultatio Apoſtolorum? Quam communis gloria Martyrum,& Sanctarum Virginum de augmento ordinis ſui gloriantium? vt etiam Colonia illa Beata,& incomparabili hoc theſauro beatior,ſciret,quantum ſacratiſſimis Virginum cineribus, honoris & reuerentiæ ſemper deberet,in ſua liberatione experta eſt,quam *precioſa in conſpectu Domini mors* earum fuiſſet,& quam magnificè in cõcilio Sanctorum viuerent,quarum nuda forſitan corpora tantum potuiſſent.Nam peracta tam belluina rabie,quaſi tortoribus illis manifeſtè Deus calicem iræ,vertiginis & inſaniæ miſcuiſſet,*dati ſunt in reprobum ſenſum*, videruntque tot armatorum acies,quot virginum corpora trucidauerant, perſequentes ſe,ad quarum impetum effera illa barbaries, & poſt triumphos iam fugere neſcia, non auderet ſubſiſtere. Fugatis ergò pacis hoſtibus,concluſis ciuibus,inſperata pax reddita eſt, longoq; luctu ſoluti Colonienſes,portis eruperunt, & ecce paſſim ſuper nudam humum inhumata Virginum cadauera inuenerunt:nec multum eos res fefellit; quippe qui iam pridem tranſeuntium ibidem Sanctarum puellarum veſtes,habitus, & naues nouerunt. Sed quia facilè animaduerterant deuotas Deo Virgines pro conſeruandæ pudicitiæ ſignaculo, in agone Martyrij occubuiſſe, ſeque earum patrocinantibus meritis non modò mortem; ſed etiam cruciatus barbarorum omni morte grauiores euaſiſſe: vnanimi conſenſu, non quaſi homines;ſed quaſi Deum in humanis corporibus venerantes, non priuatis,non publicis ſumtibus pepercerunt, dum non modo humanitatis officio, verum etiam humillimæ venerationis ſtudio pro ſe quiſque ſatagentes, alij dilaniata, deſiectaq; Martyrum membra congerunt,alij veſtibus cooperiunt, alij terrã

Gaudiũ & exſultatio cœlitum.

*Rom.*1.28.

Virgines apparent & liberant Coloniã obſidione.

Sepultura.

effodiunt, alij sarcophagis imponunt, breuique tempore, sicut hodie illic est cernere, Sanctissimæ Virginum reliquiæ ad æternam Colonienſium gloriam pausauerunt in pace.

CAPVT XVIII.

Templum in loco Martyrij virginibus excitatur.

Templũ erigitur.

Ex eo autem iam crescente diuina Religione non modò consuetudo; sed pro consuetudine sacramentum ciuibus inoleuit, vt intra ambitum virginalis sepulturæ nemo vsque hodie cuiusquam mortui corpus audeat sepelire. Aliquanto autem tempore euoluto, diuinitus frequenter per visionem admonitus, & quasi legatione Sanctarum Virginum accitus vir Religiosus nomine Clematius, ex Orientis partibus aduenit, qui pro voto suo Ecclesiam super Sanctissimos cineres à fundamentis constructam in honorem Sanctarum Virginum cõpleuit. Lauda ergò Colonia Dominum, *quoniam confortauit seras portarum tuarum, & posuit fines tuos pacem*, & tanto promisso pignore, *benedixit filijs tuis in te.*

Clematius restaurat & perficit. Ps. 147. 2.

DE S. CORDVLÆ MARTYRIO

Præfatio.

Sanctæ Cordulæ Martyrium longè post præcedens, & à diuerso scriptũ auctore est: prius enim maiori iudicio, maturitate, breuitate, sine parergis, adspersis hinc inde sentẽtijs grauibus, aptis & numerosis periodis, cum succo & sanguine elaboratum est: posterius, Martyrium ipsum S. Cordulæ breuissimè expedit, apologiam autem duplicem pro ea in primo & tertio capite nimis copiosè deducit: & licet affectare stylum similem conetur, serpit tamen humi, excurrit iuueniliter, nec potest vllo modo cum Maiestate prioris comparari, si vtriusque inuentio, dispositio, & elocutio diligenter consideretur, præsertim cum prior apostrophe breui, & sententiosa Coloniam affatus aptè concluserit: vnde licet ob societatem peregrinationis & martyrij vicinitatem coniungantur, in quibusdam tamen exemplaribus abest Martyrium S. Cordulæ.

MARTY-

MARTYRII S. CORDVLAE

CAPVT PRIMVM.

S. Cordula timore mortis occultata, postridiè offert se ad mortem.

ERat autem de eodem Sanctissimo Virginum contubernio quædam nomine Cordula, quæ ceteris virginibus in agone Christi occumbentibus, sola in vnius nauis alueo sub eadem nocte delituit, & in crastinum vltrò se morti, quam fugerat, virili animo offerens, triumphales cateruas cum pari gloria Martyrij subsecuta est. Sed nemo in hoc scandalizetur, quasi B. illa Virgo coronæ suæ parua hac formidine aliquid derogauerit, cum nec Petrus negans, nec Thomas dubitans, ab Apostolatus honore reiectus sit. Diuino enim nutu ad magnum Ecclesiæ fructum Petrus de se, quasi de homine præsumens, & magistro commoriturum se asserens, ancillæ ostiariæ vocem vtiliter pertimuit, qui tamen postea vsque ad crucem perueniens, nec Romæ Vrbis Principem expauit. Forsan & B. illa Virgo de anteactæ vitæ puritate, & fidei constantia præsumens, ad tolerandam passionem aliquid in se fiducię habuit: ideoque humilianda erat, vt non in se, sed in Deo gloriari disceret, & sic humiliata ad cœlestem thalamum glorioſius transierit. Sic & fidelis Dauid cum Domino diceret, *iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ*, mox quasi in se reuolutus, subiecit, dicens: *Humiliatus sum vsque quaque*: ne autem infirma membra de salute desperarent, si quando in passionis articulo pro humana infirmitate paululum hebescerent, ipse mediator Dei & hominum, personam infirmantium assumens, dixit: *Tristis est anima mea vsque ad mortem. Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.* Ecce qui potestatem ponendi animam suam, & sumendi eam habuit, transire à se calicem petiuit passionis, nec filius à Patre exaudiri aliquando potuit: sed caput pro infirmantibus membris loquebatur, quorum nunc sibi personam assumsit. Forsitan etiam superius ille agricola *fructificantem palmitem, vt fructum plus ferret*, adhæc *purgare* voluit: quemadmodum cum sigillum aliquod, sculptoris studio subtilissimè expressum, omnis iam populus videt & laudat, artifex tamē adhuc imperfectum

Timor eius sanctitati nil derogat. *Matt. 26. Ioan. 20.*

Cur Deus permiserit eum.

Psal. 118.

Christus in horto pauidus. *Matt. 26.*

Ioan. 15.

videt,& limat ; vt quod oculis aliorum iam placuit,etiam suis
Rom.11. in aliquo displicere non possit. Sed *quis cognouit sensum Domini?* ideoque superuacuum est occulta Dei iudicia discutere,quę salua fide,sine periculo licet nescire,cum liquidò hoc constet, semperque constiterit, quod Athleta Dei, ad probationem, non ad reprobationem,dilata sit.

CAPVT II.

Apparet S.Cordula Helentrudæ,& indicit festi sui celebritatem.

Longa igitur temporum serie reuoluta, Sancta, quam prædiximus,Cordula,inclusæ cuidam, incomparabilis tunc vitæ, & specialis meriti Helendrudæ per visum apparuit, eamque quasi contubernalem suam,an se agnosceret,requisiuit.Illa autem quamuis Sancta,& mente Deo iam proxima,tamen adhuc corruptibilis,& quasi corruptio incorruptelam non sufficiens diuinæ venustatis,& grauitatis personam exhorruit.Erat enim Virgo Dei vltra omne artificium hominis vestita mirificè, coronamque lilijs, rosisque alternantibus intertextam gestans in capite. Famula ergò Dei ex pauore respirans, indignam se tantæ maiestatis agnitione esse respondit.Cum ego, inquiens, carnalis peccati sim legibus obnoxia : tu autem iam in ordinē cœlicorum assumta totius sis corruptionis aliena. Tum illa, Noueris inquit, me vnam ex sacro Colonienſium Virginum numero fuisse, quæ illis in agone Christi triumphantibus, vna nocte superuixi, sequentique die mortis cupida, vltro me carnificibus obtuli, sicque in Christo moriens,nec sorores meas deserui,nec socialem martyrij coronam amisi. Itaque cum illarum glorioſissimi transitus diem debita iam deuotione tota Colonia veneretur,mei nominis,nec breuis aliqua adhuc recordatio agitur.Proinde nunc venies, id tibi iniungo obedientiæ,quo sanctimonialibus ad corpora nostra deuotè excubantibus, denuncies ex me,vt cum sororum mearum triumphalem gloriam celebrant,proxima sequenti die & mihi aliquid venerationis impendant, quia minimè eis expedit, vt inter omnes, quæ illic pausant, mei tantum nominis reuerentia nulla sit. Cumque illa de nomine eius requireret, iussa est à Virgine frontem eius intueri,vt hoc sibi nomen fuisse indubitanter sciret, quod illic exaratum inueniret : paruit illa,

illa, vidit, & legit, discretisque syllabis *Cordula*, distinctè scriptum inuenit.

CAPVT III.

Vita sanctitas Helendruda miraculis testata.

Famula igitur Dei ad sanctimoniales diuinum oraculum retulit, creditumq; est, ac deinde statutum, vt cum SS. Virginum celebritas agitur, sequens dies S. Cordulæ laudibus impendatur, Sed ne cui visio hæc quasi minus auctoritatis, ludificante somnio dubia habere videatur, reuocet ad memoriam, quia & Petrus dormiens in disco vocationem gentium vidit, & Paulus virum Macedonem in Illyriam se vocantem non dubius audiuit, & Patriarchæ nostri, Abraham scilicet, Isaac & Iacob, Ioseph quoque, Gedeon atque Daniel, multa magna cęlestium mysteriorum sacramenta viderunt, magi etiam de mutando reditu dormientes edocti sunt. Ipse quoq; nutritius Domini Ioseph, ab Angelo admonitus est in somnis in Ægyptum fugere, extinctisque persecutoribus Christi, propter metum Archelai Nazareth secedere, ibique habitare. Sed quid his assertionibus opus est, cum famula Dei, cui hæc reuelatio ostensa est tam celebris vitæ, tamque sanctæ conuersationis fuerit, vt ipsa pro certissimo veritatis testimonio habenda sit. Est enim locus in Saxonia Herse, ibique vsque hodie glorioſa sanctimonialium congregatio, vbi Sancta illa nata & nutrita, peracto sanctissimæ vitæ cursu nunc corporaliter in pace quiescit, quamuis vltimi temporis sui aliquantum in monte, quo ciuitas Iburg sita est, in eadem sanctitate exegerit. Huius vitæ & sanctitatis tot sunt testes, quot vel hodie Herse sanctimoniales sunt, vel ab inde fuerunt: & verissimæ, vtpote Deo verbis hominum ad stipulante. Vsque hodie enim ad tumulum eius frequenter redditur lumen cœcis, gressus claudis, infirmi ad vsum vitæ reparantur, & obsessi ab immundis spiritibus emundantur: Ideoque competens eius testimonium fuit, & nefas est dubitare, quod de sancta sanctæ, de sponsa sponsæ, de dilecta dilectæ suæ dominus dignatus est reuelare.

Instituitur festũ S. Cordulæ.

Act. 10. Act. 16.

Matth. 2.

Monasteriũ, nunc Collegiũ Herse Canonicarum.

CAPVT IV.

Exhortatio ad memoriam & cultum SS. Virginum inflammandum.

Glorietur ergò ſuperna Hieruſalem,& cœleſtis illa curia, tot ingenuis ciuibus ampliata,vbi non eſt ſeruus,aut liber, maſculus aut femina.Glorietur Britannia, quamuis in Adam generans,virgineæ tamen indolis fœcunda. Glorietur Germania, tot lectiſſimos Oceani flores excipiens. Glorietur Roma,numerum Virginum,quem acceperat,reddens. Glorietur Colonia,talem apud ſe theſaurum retinens. Glorietur beata illa Sanctimonialium congregatio,tot ſanctarum Virginum, quibus deuotè famulatur patrocinijs de perpetua ſalute præſumens.

Ezech. 3. *Benedicta ergo gloria Domini de loco ſancto.* Vos autem ſanctimoniales,tot cœleſtium gemmarum ſeruatrices,ſpeciali obſe-

Matth. 13. quio ſpecialiter ſatagite, vt ſi ad *centeſimum*, vel *ſexageſimum* fructum non pertingitis, ſaltem poſt veſtigia earum diuinæ miſericordię ſpicas legatis.Omnes etiam in communi ſanctiſſima earum patrocinia humillimè flagitemus,vt quia ad ſocialem cum ipſis gloriam adſpirare nec audemus, nec poſſumus:

Dan.14. tamen quia *in domo Patris manſiones multæ* ſunt,earum meritis patrocinantibus, in cœleſti Hieruſalem, vel nouiſſimæ ſortis municipatum capiamus,præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto,qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit, & gloriatur Deus in ſecula ſeculorum Amen. Paſſæ ſunt Anno 238.

Peregrinatio & Martyrium incidit in Alexandri Mammææ filij tempus extremum, initiumq; imperij Maximini Gothi, Coſſ. Seuero & Quintiano, Pontiano in exilium deportato: & calculo quidem Euſebiano & Baroniano Anno 237. quæ fusè hoc libro cap. 32. declarabuntur.

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

Quo Auctore & tempore scripta sit hæc primigenia & genuina S. Vrsulæ historia, indagatur.

HAEc gestorum Vrsulanorum narratio mihi semper visa fuit esse primigenia & genuina, inter eas, quæ literis consignatę posterorũ memorię sunt commendatę, & orbe toto peruulgatæ: nam quot quot earum reperi, nullam accuratiorem, copiosiorem & firmioribus nixam fundamentis hac ipsa iudico: vt merito vera germanaque (quam Baronius olim exstitisse fatetur; sed intercidisse dolet) censeri debeat, nullis erroribus inquinata: viuis & natiuis coloribus suis absque fuco & fallacijs picturata: è qua ceteræ posteriores, quotquot veritate nituntur, profluxere: licet enim nõ inficias iero, Vincentij Belluacensis Vrsulanam historiam pluribus adiunctis personarum & gestorum esse exornatam: ex hac tamen maximam partem dimanauit.

Est primigenia historia.

Et germana.

Bar. in notis ad 21. Oct.

Dico igitur hanc narrationem, quam Surius inseruit tomo 5. videri à vetustate & veritate maximè commendabilem. Iam enim ante quingentos annos orbe toto celebrata: quater vel quinquies, à S. Elisabetha nomine *Passionis S. Vrsulæ* laudatur: eodem seculo Anonymus vocat eam *antiquam passionem*: vterque ad eam velut pharum, scriptionem suam dirigit: eandem explicat, & confirmat: eadem longè antè quingentos annos in Ecclesijs die natali eius solebat lectitari, vt vetustissima Metropolinatæ Colonien sis Ecclesiæ lectionaria, & Breuiaria sexcentis, quædam etiam, vt arbitror, octingentis annis antiquiora demonstrant: quàm ideò Molanus *primariam S. Vrsulæ historiam* nominat, & compendio breui Sigebertus contexuit; auxit eandem illustrioribus adiunctis Vincentius Belluacensis, S. Antoninus, Petrus Esquilinus, Philippus Bergomensis, & Bonfinius: è quibus postea S. R. Ecclesia lectiones proprias Vrsulanas anno 1550. delibatas, inseruit Breuiario Romano tunc, cum adhuc festo duplici vndecim millium Virginum natalis orbe toto celebraretur.

Sur. tom. 5. 21. Oct.

Laudat eã S Elisabeth An. 1156.

B. Herm. vocat antiquã passionem.

Molin Notis ad Vsu. appellat primariã.

Sigebertus in Chron. Vincentius. S. Antonin. Pet. Esquilinus. Bergomensis. Bonfinius.

S. R. E. lectiones proprię de S. Vrsula.

De tempore quo conscripta sit, & auctore disceptatur. Mihi verosimilior eorum placet opinio, qui volunt eam à S. Cuniberto circa An. 644. concinnatam esse; nam sub annum Christi quingentesimum nondum vulgatam fuisse significat sermo vetustissimus, vltimo libro cap. 8. recitandus: circa Annum 1156. iam *antiqua historia* dicebatur: & ante octingentos annos in Ecclesijs decantabatur. Imo circa annum 700. cum S. Cuneræ in Batauia, & Aurelia Argentorati sodales duæ S. Vrsulæ miraculis inclarescerent, & à S. VVillibrordo res gestæ S. Cuneræ publicarentur, prius videtur Vrsulanum Martyrium emanasse, præcone S. Cuniberto, cum inusitato columbæ indicio Deus S. Vrsulæ tumulum, corpus & titulum eius detexisset circa annum ferè 644. quo etiam tempore Viuentiæ sororis S. Gertrudis, & Pipini filiæ cadauer Basilicæ S. Vrsulæ solum egurgitauit, ne sacris exuuijs Martyrum alieni cineres permiscerentur. His enim prodigijs excitatus S. Cunibertus, exemplo SS. Ambrosij, Isidori & Gregorij Turonici (qui vitas Diuorum tutelarium Ecclesiarum, quibus præerant, ipsi conscripserunt) videtur primus Vrsulanum Martyrium literis prodidisse, vel saltem per alium curasse vulgandum. Nota tunc erat populi Colonien sis traditio, locorum supererant clarissima vestigia: non deerant vetusti sermones ea de re exarati, quorum vnum suo loco recitabo: carmina etiam & aliæ inscriptiones incisæ templi saxis de Parthenico agone visebantur: fortè & tumulus S. Vrsulæ præter Reginæ illius titulum breuem Martyrij seriem plumbo vel lateri incisam referebat: E quibus omnibus disertissimus ille Pontifex, & à puero in aula Regia literis

Tempore S. Cuniberti conscripta.

Occasione inuentionis S. Vrsulæ.

Vnde collecta sit.

Occurritur obiectioni.

omnibus excultissimus,& politissimus,perfacilè totam Martyrij seriem ea styli maiestate,& antiqua quadam grauitate contexuit:quid enim mirum, qui Regi multis annis à libellis fuerat,eum rudiore etiam illo æuo, eloquentiæ laude cum Fortunato & alijs effloruisse? Erat iam tum moribus receptum in Gallicanis Ecclesijs,vt ex Gregorio Turonico paulò post docebo: Vitas Martyrum die natalitio eorum decantare,quam consuetudinem,quis dubitet,quin S.Cunibertus sua in diœcesi, & illo sanctissimo Martyrum consilio,in quo,sacris anniuersarijs summa religione factitabat, accuratissimè obseruarit: & sublatis vetustioribus sermonibus ipsam Martyrij veram germanamque narrationem nondum libris mandatam,suffecerit, vt cultus tot Virginum,quæ tunc mirandis operibus maximè coruscabant, magis apud exteros etiam propagaretur.

Decantata in Ecclesia S.Vrsulæ.

Hæc igitur mille abhinc annis exarata,siue à S.Cuniberto, siue à coæuo, vita S. Vrsulæ,vt vetustissima,ita verissima est:luculētis humanis & diuinis,vt opinor, testimonijs confirmata,vt paucæ Martyrum historiæ solidioribus niti videantur historicis fundamentis: id ante quam probare nitar, scrupulus is venit eximendus: cur non nisi quadringentis post martyrium annis ea sit posteritati commendata.

CAPVT II.

Cur tam serò literis consignata sit,& tam pauci Scriptores veteres eius meminerint.

VErior,quàm communior sententia est,S.Vrsulam cum Sodalibus circa An.salutis reparatæ 237.Martyrium pro fide subijsse; vnde igitur tam altum apud SS. Patres talis Parthenicæ sodalitatis & tantæ fortitudinis silentium? cur seculi illius auctores grauissimi Tertullianus,Origenes,Cyprianus,Methodius:cur his posteriores S.Ambrosius & Hieronymus tanti virginitatis præcones eius nec meminerunt quidem? Cur ipsum Martyrium non nisi quadringentis post annis à S.Cuniberto literis est proditum? Interim SS.Seuerinus,Euergislus, & alij Colonienses Episcopi nullum eius scribendi & die natali eius in Ecclesia legendi curam habuissent? Tres huius silentij causæ eo seculo totum orbem Christianum attingunt,totidem Germaniam & locum Martyrij.

Difficultas.

6. Causæ silentij SS. Patrū de hoc martyrio.

Communes inter causas primus defectus est scriptorum, qui eius temporis res gestas exararunt,vulgaris ea querela totius orbis est,de ætate Heliogabali & Alexandri Mammææ filij,qua hæc contigerunt:Hispanum,Belgam,& Germanum,tres testes sufficiat audire.Ioannes Mariana cum ad Heliogabalum & Alexandrum peruenisset: ait,*Horum Imperatorum ætate,quid in Hispania gestum sit, latet*: Et in Galloflandricis Buzelinus. *Ad imperium postea euecti fuere Antonius Caracalla, etusque frater Geta Macrinus & Diadumenus, Antonius Elagabalus, Alexander, Maximinus, Gordianus, Philippi, Decius, Gallus & Volusianus, Valerianus, Galienus & Claudius: quid sub his apud Neruios usque iunctos populos contigerit, nusquam literis traditum video.* Eadem querimonia frequens Christophori Brovveri in Treuirensibus, cum priorum temporum res satis accuratè pertractasset, vbi ad vicinorum horum temporum Martyria deuoluitur,hoc effato sæpius vtitur. *Sed horum omnium & aliorum plurium acta perierunt.* Communis ista & vulgaris omnium scriptorum de eo tempore querela à Gentilibus Regum & Imperatorum etiam suorum sola pene nomina, nec acta quidem,nisi paucula consignata fuisse:Christianorum verò res gestæ silebantur,qui Tertulliano coæuo teste tunc per ludibrium Sarmentitij, Semaxij & Semiassij dicebantur; quibus in theatris & amphitheatris gentiles ad leuem furciferi vnius vocem *ad leones, ad bestias* acclamabant. Accedit temporum istorum à nostro nimis longum interuallum: licet enim complures Vrsulani seculi gesta mandassent monimentis, multa eorum ob intercapedinem temporis intercidissent: id in Cæsarum eius æui bellis videre licet:quæ licet ea tempestate sola literis consignarentur, pleraq; tamen

Prima,defectus Historicorū. *Mariana l.4. hist. Hisp.c.8. Buzel.l.1.f. 9.hist.Gallofland.*

Brovverius in Annal. Treuir.

Tertull.in Apologet.

2.Causa ex temporū interuallo & perturbatione.

perie-

perierunt, paucis, quæ ſuperant reliquis. Iſaacus, Caſaubonus, Ianus, Gruterus, Lindeburgicus, alijque critici redegerunt vnum in volumen Auguſtam hiſtoriam: quàm multos ij nominant, quorum complures Conſtantino libros ſuos dedicarunt, ſcripta tamen eorum temporis longinquitate perierunt? quàm multos ijdem, qui reſtant, laudant auctores, è quibus ſe ſua depromſiſſe profitentur, neque literariorum monimentorum quidquam ſupereſt? laudat Iornandes Epiſcopus in Gothicis libris Ablauium, Dexippum, Dionyſium, Fabium, Priſcum & Symmachum originis & rerum Gothicarum ſcriptores: quorum nuda tenemus nomina, ſcriptis deperditis: vnde poſt tanta naufragia rei literariæ tam pauca de bellis Gothicis, & Auguſta hiſtoria, ſuperant: licetque dictum Ariſtotelis vſurpare, *maximam partem eorum, quæ ſcimus*, (de hiſtoria vetere) *minimam eſſe eorum, quæ ignoramus.*

Tertia cauſa, licet orbem totum peruaſerit, ſolis tamen libris Chriſtianorum buſtum inuexit; illa nimirum feralis Diocletiani & Maximiniani ſanctio menſe Martio toto terrarum orbe publicata, vt omnia Chriſtianorum templa ſolo æquarentur, & ſacri Codices igni traderentur. Excepit hoc edictum per omnes prouincias, ciuitates, vicos & domus ſeuera inquiſitio, quàm Præſides vbique gentium per ſatellites tormentis & quæſtionibus atrociſſimis adhibitis exercebant: vrgebantur Epiſcopi, Sacerdotes, Clerici propoſitis immaniſſimis cruciamentis libros latentes prodere, quorum plerique aiunt Romani faſti: *eligebant potius ſua corpora carnificibus, quàm ſancta canibus tradere*: Tunc factum ſcribit Seuerus Sulpitius, vt *hac tempeſtate omnis pene ſacrorum Martyrum cruore orbis infectus ſit.* Ita perpauci ſanè librorum, qui Epiſcoporum nomina, & acta Martyrum continebant lynceos emiſſariorum callidiſſimorum oculos, in ea perturbatione, nece, fuga que Catholicorum effugerunt, & theſaurus ille nobiliſſimus geſtorum Martyrum Romæ à Clemente, Anthero, & Fabiano, inſtitutis eum in finem 7. Diaconis, totidem Subdiaconis & Protonotariis Apoſtolicis, ducentis collectus annis, pene totus eſt incineratus: tenues ibidem reliquiæ nominum Martyrum & paucula geſta remanſerunt, è quibus Galli Britannique Gilda & Gregorio Turonico teſte, vt iam dicam, quædam ſibi curarunt deſcribenda. Sufficiat Cardinalem Baronium de ijs, quæ ſedecim poſt annis Romæ geſta ſunt Imperatore Decio, audire. *De Seuera Auguſta Philippi maioris coniuge, quid actum ſit, num & ipſa occiſa fuerit à Decio perſecutore, quod Chriſtianam fidem profiteretur, ne quidquam prorſus ſcriptum reperimus: perierunt & magna ex parte acta Martyrum conflagratione illa à Diocletiano facta: vnde quam plurima, quantumlibet clariſſima eſſent, remanſerunt prorſus obſcura, imò & extincta penitus.* Quis iam peregrinationem Vrſulanam, Romam inſtitutam, è Romanis exquirat ſcrupuloſius codicibus, qui nec illa quidem, quæ circa Auguſtam contigere, meminerunt? cum illa ipſa paucula, quæ ſuperant acta Romana, & adiunctis multis careant, & ſcateant Baronio iudice manifeſtis erroribus, *Vix* inquit, *ex tam immenſo naufragio perpaucas tabulas remanſiſſe putamus: tabulas inquam: quoniam haud integra, atque perfecta, atque omnibus numeris abſoluta illa eſſe putamus, quæ titulo Notariorum Romanæ Eccleſiæ acta Martyrum à quibuſdam edita habentur: cum ſi vel ad exactam cenſuram rerum ac temporum ea adducas, vix perpaucas reperias, quæ aliqua ſaltem ex parte non arguantur erroris, vt perinde ſit aliqua ex his reperiri, quæ emendatione indigeant, vt poſt vindemiam ſolet eſſe racemus vnus, vel alter: & ſicut, quod eſt apud Iſaiam c. 7. excuſſio oleæ duarum aut trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor, vel quinque in cacuminibus eius.* Quod ſi Romæ, vbi tanta vigilantia Martyrum geſta per 21. fidiſſimos notabantur, tanta librorum iactura facta eſt: & in reliquiis eorum adhuc tot errores inueniuntur, quid de Germania & Agrippina Martyrii palæſtra dicemus: vbi non conſtat ætate S. Vrſulæ ſcriptores exſtitiſſe?

Qotquot enim Cæſarum res geſtas perſequuntur, Itali vel Græci fuerunt: qui de hoc Martyrio ne fando quidem acceperunt: vt hanc cauſam Arnobius rectè notarit, & aliam ei coniunxerit, *ſed neque hæc omnia conſcribi, aut in aures omnium peruenire potuerunt, geſta in gentibus ignotis & vſum neſcientibus literarum; aut ſi qua ſunt literis, ſcriptionibuſque mandata, maleuolentia Dæmonum: quorum cura & ſtudium eſt hanc*

3. Cauſa, ex ſæuitia Deocletiani.

Mart. 3. Ian. 6. 7. Sulp. l. 2. hiſt.

Ingens iactura librorū ſacrorum Romæ facta.

Baron. tom. 2. n. 253.

Auguſtæ Martyriū ibidē ignoratur.

Corruptis Codicibus.

Baron. in Prolegom. Mart. c. 3.

4. Cauſa, defectus hiſtoricorum Germaniæ.

Arnobius l. 1. aduerſus gentes.

hanc intercipere veritatem, & consimilium his hominum interpolata quædam & abdita, partim mutata, atque detracta verbo, syllabis, literis, vt credentium tardarent fidem, & gestorum corrumperent auctoritatem.

Tacitus. Tacitus proximus eorum temporum, nullam asserit apud Germanos fuisse vetustatis memoriam, nisi ex antiquis carminibus, quæ à maioribus suis accepta, ad aliquam antiquitatis cognitionem concinebant. Eadem habet Irenicus, Rhenanus, Bertius de ijsdem.

Irenicus Rhenanus. Bertius.

5. Colonienſiũ ſcriptorũ, penuria. Quid ego nunc de Vbijs & Colonienſibus ſcriptoribus dicam? nullum primorum ſeculorum reperi, cuius monimenta ſuperent ævum S. Vrſulæ: nam S. Materni Protoëpiſcopi geſta fida conſeruauit maiorum traditio, & exteri ferè ſcriptis tradiderunt: de S. Vrſula quædã vno in archæo, & vetuſtiſſimis templi inciſionibus reperta ſunt: perpauca etiam de S. Gereonis & ſociorum Maurorumque Martyrio: nam de Materno ſecundo & Euphratæ primum Catholici Pontificatu nihil prorſus Agrippinates habuêre: ex Italis & Aſiaticis auctoribus didicêre. Quis fuerit verò ſtatus Eccleſiæ Colonienſis Vrſulano tempore, ſic hactenus ignotum fuit, vt plerique abierint in eam ſententiam, eam poſt S. Materni mortem antiquato Chriſti cultu idolis ſeruijſſe, quod poſtea confutabo.

6. Cauſa è loci vaſtationibus. Marcellinus. Huc acceſſit in his locis ea poſt Vrſulanum Martyrium calamitas, & rerum perturbatio, vt ſi quæ fuiſſent accuratè ſcripturæ mandata, facilè bellona ſæuiente perijſſent. Marcellinus oculatus teſtis de Iulianitempore ait. *Has circa Coloniam terras ante Iuliani ex oriente aduentum ita fuiſſe penitus ad vaſtitatem perductas, vt inter Coloniam, & Treuirim nihil reſtaret integrum, præter vnam turrim prope Colonam & Rigodulum.* Suffragatur vetus ſcriptor vitæ S. Seuerini: *quoniam* inquit, *poſt diſceſſum Doctoris religioſiſſimi, quando grauiſſima inundatio gentis incredulæ totam pene Galliam & eius finitima cæde & incendys deuaſtabat, ſuccedentibus & ingraueſcentibus aduerſis, ſancti viri glorioſa facta, vel miracula partim conſcripta, partim auidis ſcriptoribus caſu inopinatæ perturbationis erepta, gratulationi noſtræ cognitionis ablata ſunt. Tantam namque vim dominationis tunc temporis crudelitati tyrannicæ propter peccatum inobedientiæ vltio diuina conceſſit, vt in cunctis Galliarum Prouincijs, nec vna quidem ciuitas niſi Metenſis inuſta remaneret.* Eadem calamitate videtur exuſta Baſilica S. Vrſulæ, quod luget à mille & centum annis vetuſtiſſimus de ea ſermo, ante vitam eiuſdem à S. Cuniberto concinnatam his verbis: *Nam cur cæleſtis huius exercitus à principio geſta ſimul & prælia non ſcriberentur, vt ſic demum purius, & lucidius ad aures poſteritatis tranſmitterentur, quotus in omni gente mirari debeat, cum cauſam huius negligentiæ communis pene omnium populorum afflictio, per barbaros his maximè regionibus debachantes inflicta perdoceat? per quam hoc etiam factum eſt, vt earundem Sanctarum Virginum memoria, poſt incenſam Sanctorum corporum cuſtodem Eccleſiam, paulatim ab ore primum, deinde ab ipſo pectore religioſi dudum populi laberetur.*

Vita S. Seuerini.

Sermo de S. Vrſula ſcriptus ante 1100. annos.

Eædẽ vaſtationes in Gallia & Britannia. Atque hæ quidem barbarorum vaſtationes ita etiam Galliam totam & Britanniam peruaſerunt, libris concrematis, qui Martyrum acta continebant, vt Ebo Remorum Archiepiſcopus An. 842. ſcribat *S. Donatarum, Sanctig, Remigy, ac innumrabilium Sanctorum vitæ ſcriptæ VVandalorum vaſtatione eſſe deletæ*: ideoque Gregorius Turonenſis vitas SS. Benigni & Patrocli, qui in Martyrij loco perierant: Roma: Gildas verò è tranſmarinis locis patriæ ſuę res geſtas petierit, dum ait, *ſe aliquid ſcripturum, non tam ex ſcriptis patrijs, ſcriptorumue monumentis, quippe quæ vel ſi quæ fuerint, aut ignibus hoſtium exuſta, aut ciuium exulum claſſe longius deportata non comparent; quàm transmarina relatione, quæ crebris interrupta intercapedinibus non ſatis clarent.* Ex quo ſatis apparet, fruſtra nos è Britanniæ ſcriptoribus Vrſulanum Martyrium repetituros: quando Britanni ſuæ gentis etiam hiſtoriam ab exteris nationibus emendicarunt. Vnde S. Anſelmus ſimilem prorſus peregrinationem & Martyrium 778. Hibernorum ex loci traditionibus & veſtigijs delibauit, vt libri huius cap. 47. dicam. Quocirca raritas illius temporis, & huius loci ſcriptorum, crebræ vaſtationes & buſtum tam Diocletianæum, quam Attilanum obſtitit, quo minus hoc Martyrium, vel fuſius ſcriberetur à coæuis, vel ad noſtram ætatem exinde poſt tot ſeculorum interuall. m

Ebo ad Balduinũ Ferreum V. notitiã Eccleſiarum Mirzi c. 31. Gregorius Turon. de gloria Mar. c. 51. & 64. Gildas de excidio.

uallum incorruptum & integrum perueniret. Ac licet post restaurationem Basilicæ à Clematio factam, statim post Attilam sermones sint de eo Martyrio publicati: ipsa tamen rei totius gestæ series æuo S. Cuniberti fuit reseruata, Deo tantum Pontificem crebris miraculis Vrsulanis excitante, ad cultum horum Martyrum suo exemplo, & expositis S. Vrsulæ reliquijs, & vita prolixius exarata propagandum. Vnde nõ facilè potuit S. Hieronymus, Ambrosius, Cyprianus, Origenes, & alij seriem Martyrij huius tam sero literis consignati, cognoscere. Ne tamen quis de vita Cunibertinæ huius historiæ dubitet: eius perspicuam veritatem apertis rationibus conabor demonstrare.

Soluitur difficultas initio capitis proposita.

CAPVT III.

Ostenditur Vrsulani Martyrij narrationem videri vetustissimam, nixam quinque coæuis fundamentis: item solidam, ex decem alijs historicis principijs, & quinque diuinis testimonijs.

QVi riuulos consectantur, præsertim dum aër in nubem coactus depluit, nocentem & venenosam aquam quandoque hauriunt: est enim & ipsa per se aqua pluuia nocentior, & per paludosos deriuata canales, & alueos virulentis bestiolis plenos, mortem sæpe propinat bibenti: *Dulcius* & tutius *ex ipso fonte bibuntur aquæ*, & eo quidem, si viuus, perennis & limpidus, nullis inquinatus sordibus à salubritate commendetur.

Aduersarij nostri plerique relictis ipsis huius Martyrij fontibus, temerè quosuis obuios riuulos, & in his nonnullos vitiatos, alios etiam pernicioſos, ne dicam virulentos temerè delibarunt, vt liber secundus dilucidè probabit, vnde multis errores, & minus piam de hoc martyrio sententiam propinarunt. Ego fontes adeundos censui: & capita prima, quantum fieri in tantis tenebris & caligine gestorum eius seculi potuit, exquirere laborauiac Cunibertinam historiam cum ijs contendi, quæ æquales Vrsulæ tradiderunt: reperi profecto quinque eiusdem seculi fundamenta historica, consentanea narrationi propositæ: è quibus velut purissimis fontibus eius spero veritas deriuatur.

Origo deprauatæ historiæ Vrsulanæ.

Emendanda veris consultis fontibus.

Primo superant Coloniæ, Argentinæ, Basileæ, & alijs remotissimis in locis aperta, numeri vndecim millium Virginum, peregrinationis Romanæ, Martyrijque Coloniæ tolerati vestigia: quæ impressa locis ab ipsis viuentibus, & hodie perennantia, quasi coæui quidam testes Cunibertinam historiam (sic enim libet eam deinceps nominare, siue ab ipso, siue eius iussu conscripta sit) confirmant. 1.

Est antiquissima. Quinque coæuos fontes habet.

Deinde non vnius tantum Colonienſis loci: sed decem ferè constantes diuersorum populorum traditiones, cum adiunctis ijsdem eandem attestantur. 2.

Tertio tituli sepulcrales à supparibus & æqualibus iniecti tumulis plures trecentis in medium proferentur ab omni suspicione fraudis vindicati: quorum nonnulli pleraque totius historiæ capita testificantur. 3.

Quarto ipsa temporis Vrsulani Martyrij sacra profanaque historia non solum nihil continet ab eo certamine alienum; sed adiuncta plurima clarè demonstrat eo pacto contigisse. 4.

Quinto quorundam virorum, virginumque ex eadem sodalitate res gestæ suis propriis titulis, traditionibus, & vestigiis demonstratæ: vt S. Cuneræ, S. Aureliæ, S. Christianæ; trium sodalium S. Aureliæ, trium Virginum Eichselensium, & S. Pantuli Protoëpiscopi Basileensis, tam claris monimentis huius declarare videntur historiæ veritatem, vt si tota perijsset, ex his solis integra & incorrupta restitueretur: Cum igitur Cunibertina vita cum his quinis historicis principiis, quæ tempore cum ipso Martyrio coniunguntur, congruat, vt sequentibus totidem capitibus ostendetur, non potest de eius antiquitate dubitari: præsertim si decem alia fundamenta historica ferè posterioris æui considerentur. 5.

Primo

1. Primo, inscriptiones & incisiones in saxis, Attilanis temporibus proximæ, & sermo vetustissimus, mille & plurium annorum consentit.

2. Secundo, res gestæ SS. Cuniberti, V Villibrordi, Florjani, Rolendis, Norberti, Alberti Magn. &c. confirmant idem.

3. Martyrologia Bedæ, Flori, V Vandelberti, Vsuardi & Romanorum veterum & recentiorum adstipulantur.

4. Quarto, idem ante Annum 1570. nationum omnium Ecclesiæ tenuerunt, & in horarijs lectionibus quotannis vbique decantarunt.

5. Quinto, eandem sententiam autores grauissimi & Historici supra centum, tam Catholici, quam hæretici per totum orbem sunt amplexati.

6. Nominatim tamen Glossa ordinaria Iuris Canonici per ducentos & quinquaginta annos ad annum vsque 1584, & canonum interpretes grauissimi quique eam susceperunt defendendam, cum Chronologis etiam plurimis.

7. Septimo, apertis autem Martyrum diuerso tempore monimentis, visis Martyrii vestigijs in corporibus, instrumentis necis, titulis, ipsa narratio Martyrii sepulturæ ratio, conditionesque personarum oculis patuerunt.

8. Octauo, postea translationes earundem reliquiarum in totum orbem factæ & scriptæ, locum & adiuncta Martyrii roborarunt.

9. Nono, cultus etiam Vrsulanis Virginibus certis ritibus exhibitus eandem narrationem stabilit.

10. Decimo, Accessere circa Basileam 70. iurati testes; qui vestigia locorum, traditiones maiorum, virginum peregrinationem & miracula testatissima reddiderunt.

Hæc decem historica principia sic firmant roborantque Cunibertinam Historiam: vt cum etiam ab antiquitate sit commendata, maior humanæ scientiæ soliditas requiri non debeat. Sed nec diuina deesse putantur testimonia: quibus solis licet hoc tempore non nitendum esse duxerim, ob tot lites, quas huic historiæ nullo vnquam æuo magis quam nostro, tam Catholici, quam acatholici intenderunt: ea tamen non negligenda sunt: quando ijs etiam remotis per se stabilis sua firmitate consistit historia. Sunt autem quinque eorum genera.

Accedunt 5. testimonia diuina.

1. Primum miracula, quæ ad inuocationem horum Martyrum orbe toto iam distributorum, ad sanctitatem eorum mortalibus declarandam vbique Deus operatur.

2. Deinde, Virginum quarundam vt S. Odiliæ, Cordulæ, Cleomatæ visa, quæ diuersis per quietem adstitere: & quædam adiuncta Martyrij suis verbis confirmarunt, consentanea Cunibertinæ historiæ.

3. Tertiò, S. Elisabethæ in numerum Sanctorum relatæ Deus Martyrij totam seriem multis & varijs SS. Virginum apparitionibus per annum integrum circa An. 1156. indicauit.

4. Quarto Accuratius tamen Anno 1183. cuidam Anonymo (quem B. Hermannum Steinveldensem fuisse verosimilior habet opinio) rei gestæ totius ordinem & contextum significauit.

5. Denique idem triennio post, octingentarum ferè personarum eius sodalitatis nomina, genus plurimarum, parentes, affines, consanguineosque recensuit: quarum post centum etiam annorum curriculum nomina, genus, status & conditio titulis sepulcralibus consignata, fidem certam fecerunt diuinæ factæ reuelationis.

Hi sunt viginti fontes purissimi & incorruptissimi, tam inter se omnes, quàm cum narratione Cunibertina congruentes & conspirantes: vt ea vna & sola primigenia, genuina, vera, germanaque censeri debeat Vrsulana historia, quæ ab antiquitate reliquis commendatior, nullo fuit hactenus aperto errore (quem vllus aduersariorum demonstrare potuerit) vitiata: quæ tamen mirificè per hos 20. fontes hoc quidem libro confirmabitur, & octo libris augebitur ac illustrabitur.

Imitatus hoc capite gladiatores Romanos sum: solebant if olim, cum in amphitheatro magnis apparatibus ederentur certamina, ante commissionem arma munerario, seu Agonothetæ proponere examinanda, & probanda: sic etiam fontes meos lectoris arbitrio vnum sub aspectum obiecti perlustrandos; Sed singulorum deinceps

Simile à gladiatoribus.

natu-

naturam, vim & probandi efficacitatem hoc libro declaraturus, suis verò locis totos hauriendos oblaturus: vt intellectus rationum momentis de historiæ Vrsulanæ veritate persuasus, facilius impellat voluntatem ad heroicas huius Parthenicæ sodalitatis virtutes imitandas, & Deum in his virginibus tam mirabilem & potentem prædicandum: qui finis vnicus totius est operis.

CAPVT IV.

Primus ex coæuis fons, vestigia variorum locorum & populorum ab Hæreticis etiam conseruata & approbata.

Enumerantur vestigia.

ORdior à vestigijs, ad quæ partem alteram hominis, corpus, ossa, sanguinem, signa & effecta quædam viuentium reuoco, vestes, quibus amictæ, cistulas, arculas, annulos, quibus vsæ virgines: domus, in quibus pernoctarũt, sarcophagos, quibus conditæ fuerunt: fontes, quos in itinere prodigiosè excitarunt; vias, quæ in peregrinatione nomen à virgineo hoc cœtu retinuerunt: Præterea sagittas, quibus confixę; gladios, quibus transuerberatæ: bipennes & alia necis instrumenta, quibus ossa earum, vt apparet, dissecta: crania diuisa: capita contusa: & his similia, quæ lib. 11. cap. 3. & 7. proferuntur supra 30, & sparsa per peregrinationis Romanæ viam ab Hæreticis etiam diligenter conseruantur, literisque eorum sunt celebrata: ipsa autem martyrij præcipua capita peregrinationem, personarum conditionem, & numerum, Martyrij genus & locum perspicuè, & ipsis Acatholicis persuadent, vt legenti ea fiet manifestum: nunc virtus, & probandi efficacitas huius fontis, est è sacris & profanis auctoribus eruenda.

Vis probandi horum.

Prima veteris historiæ rudimenta prius, quàm libris scriptis consignaretur, fuere varia monimenta, quibus excitatis & posteritati relictis exstare voluerunt æternam eius inter mortales memoriam. Adamo protoplasto Doctore Sethi filij didicerant, cœlestium orbium reuolutiones, & omnem Astronomiæ scientiam: eiusdem vaticinio cognouerant orbem duabus vicibus, primo cataclysmo, postea flammis interiturum: Et longè in futurum prospicientes, vt perennarent, apud posteros scientiæ, duas erexisse dicuntur ingentis molis columnas, latericeam & lapideam, quibus sidera tum fixorum, tum inerrantium motum, & orbium cœlestium ratas reuolutiones inscripserunt, vt si latericia diluuij procellis dissolueretur, exstaret lapidea, quæ fluctus inter immota & incorrupta nepotibus majorum suorum scientias, & inuenta discenda propinaret. Iosephus, qui Vespasiano Cæsare vixit, testatur lapideam ad huc æuo suo superfuisse: id si verum, egregium sanè monimentum fuit eorum prouidentiæ, curæ, solertiæ, & scientiarum, quibus homines ante diluuium fuerunt exornati. Eodem Iosepho teste tabulæ Noeticæ permansere in regione Ceron amomi feracissima, quibus diuina prouidentia, qua res humanas regit, conseruat, & gubernat, clarissimè declaratur. Postea cum Noetici nepotes in immensum propagati, non amplius possent vna regione contineri, priusquam colonijs diuiderentur, commune quoddam exstare voluere sui monimentum: eumque in finem infinitam illam Babylonicæ turris structuram inchoarunt: vt maiores suos & imitarentur, & vincerent molem columnæ lapideæ stantis adhuc post diluuium, substructionibus insanis, quæ cœlum ipsum contingerent, & sic nominis sibi parerent gloriam sempiternam.

Historia prius lapidibus, quã libris consignatur.

Ante diluuium.

Ioseph. in antiq. Iud.

Turris Babel vestigium post diluuium diuisionis gentium.

Salomon deinde in templi vestibulo columnas erexit ex ære geminas, palmis & emblematis varijs exornatas, quæ vt multi volunt, Dauidis eius parentis victoriarum tropæa quædam viderentur:

Salomonis columna.

Septem etiam pyramides cum columnis Simeon parentibus suis & fratribus Machabæis opere sumtuosissimo cum bellicis instrumentis excitauit, monimentum, tam sepultorũ, quàm innumerorũ præliorũ, & triumphorũ, quos de gentibus reportarant;

Simonis pyramides.

quæ vestigia sic rerum harum gestarum seriem expressérunt: vt licet eæ nullis fuissent literis mandatæ, cum incolarum tamen traditione memoria eorum perennasset.

In vetere Testamento beneficiorum Dei memoria notis expressa.

Quo circa Deus in veteri Testamento, quoties beneficio quodam singulari populum Iudaicum affecisset, ne eius posteros caperet oblivio, vel aris erectis, vel lapidibus, vt in Iordane prægrandibus constitutis, vel sacrificijs inusitatis, vt immolatione & esu agni cum festinatione, voluit potius externis symbolis, quàm literis commonere: talibus enim vestigijs, & ipsi pueri, & imperiti homines, rerum omnium rudes, & ignari faciliùs erudiuntur.

Signa vitæ & passionis Christi.

Iam verò Christi mortales inter degentis vestigia, quanta cura & solicitudine primi fideles & custodierint, & piè coluerint, & regia magnificentia decorarint, domum Nazareticam, in qua Deus incarnatus: antrum Bethlemiticum, in quo genitus: hortum in quo Patrem orauit: montem Caluariæ, quem morte sua consecrauit: & olireti cui vestigia conscensurus in cœlum extrema impressit; adhæc flagella, quibus concisus: coronam spineam, qua redimitus: crucem in quam actus: clauos, quibus transfixus: lanceam, qua transuerberatus: sepulcrum, quo funeratus, nihil attinet recensere: Res ipsa per se mundo testatissima est: vt hac ratione Iudæis & gentilibus, vel inuitis extorquerent confessionem, non Euangelistarum libros leuiter confictos; sed à coæuis conscriptos Spiritus sancti afflatu, historicis etiam fundamentis, quæ nec Iudæi, vel Gentiles possint reprobare, esse probatissimos & testatissimos.

Vis probandi horum apud infideles.

Patres è monumẽtis gentiles conuicerunt.

Eodem principio nixi Patres S. Cyprianus, Tertulianus, Arnobius, Lactantius, & alij, gentilium idololatriam omnibus ridendam proposuerunt: quos è locorum vestigijs, natali solo, sepulcrali lapide, & inscriptione conuincebant, Deos, quos colerent, verè mortales, & quosdam eorum omnium scelerum & flagitiorum maculis notatissimos exstitisse. Ridet igitur Iouis potentiam Tertulianus, qui Cretam natalem sedem suam Romanorum fascibus concuti permiserit, idæum oblitus, & æra corrybantia: Cyprianus autem concludit inde Iouem fuisse hominem, quod eius antrum & tumulus in Creta monstretur: Sed quid ego sanctos Patres memoro? Ipse Cicero vim argumenti huius non audet inficiari. *Dicamus ait Balbe contra eos, qui Deos ex hominum genere in cœlum traslatos, nonre; sed opinione esse dicunt. Tres Ioues numerant, qui Theologi nominantur, & ex quibus primum, & secundum natos in Arcadia volunt, tertium Cretensem Saturni filium, cuius in illa Insula sepulcrum ostenditur.*

Tert. in Apol. cap. 25.

Cic. id agnoscit in lib. de natura Deorũ.

Ideo eius libri edicto vetiti à Gentilibus.

Baron. An. 143. n. 3. & An. 302. n. 19.

Arnobius lib. 4 & 5.

Hoc Ciceronis argumento conuicti gentiles multi, cùm Christi fidem complecterentur, Baronio teste, Romani Tullianos de diuinatione, & natura Deorum libros edicto publico condemnarunt: vt ausus sit Arnobius dicere: *Si gentiles libris Ciceronis credere voluissent, iam causa contra idololatriam fuisset perorata.*

Quapropter si notæ, signa, indicia & vestigia, in Vrsulanis corporibus, sepulcris, & locis, quæ peragrarunt ad memoriam impressa sempiternam diligenter libro vndecimo inspiciantur, perspicuum erit, non tam ouum, ouo, quam Cunibertinam scriptam historiam his vestigijs 30. & ipsi vero germanoque S. Vrsulæ Martyrio congruere: nec eam esse leuiter ab otioso ingenio cõfictam; sed ipsis rebus, ipsis corporibus, Martyrum & certis monimentis, ac coæuis historicis principijs conuenire, quando Hæretici Basileenses, & Argentinenses, qui horum nonnulla quotidiè vsurpant oculis: eorum euidentia persuasi, non audent Cunibertinam narrationem inficiari.

CAPVT V.

Alter coæuus fons, traditiones certæ constantesq; multorum diuersorum populorum.

Origo traditionis à coæuis.

POst effecta, signa, & notas ipsis etiam impressas corporibus, adeoque maximè coniunctas res personis ac intestinas, extrancæ succedunt æqualium testificationes:

nes: qui eadem præsentes oculis vsurparunt, & fida narratione memoriæ posterorum tradiderunt, in qua (licet nullis tabulis & literis mandata sit) viget tamen post multorum etiam seculorum intercapedinem earum rerum certa, constans & immutabilis recordatio: quæ vulgò persuasio quotidiana narratione fouetur, instauratur & propagatur, nititurque non solis aliquot sæpè millenis testibus, qui rem gestam oculis vsurparũt: sed & attestatione perenni, nec interrupta innumerorum hominum, qui seculis sequentibus ad ætatem vsque nostram in ea Republica degerunt. Hac freti maiorum suorum certa narratione soli Colonienses ex omnibus orbis nationibus Vrsulani Martyrij palæstram sibi vindicarunt secreto & definito certis limitibus Vrbis loco, qui Martyrum effuso sanguine redundauit, notata loci decliuitate, nomine etiam illius commutato, per quem sanguinis riui in præterfluentem Rhenum se exonerarunt, eundemque purpurarunt. Quin & puteus conseruatus est, in quem cruor virgineus, qui situlis excipi potuit, fuit effusus cum membris mutilis, quæ sparsa per campum vastissimum à corporibus auulsa, hinc inde iacuerunt.

Soli Colonienses inde constanter sibi vindicant locũ Martyrij Vrsulani.

Sed quid de hoc fonte ius naturæ, diuinumque cum SS. Patribus statuant, videamus. Principio lex naturæ ante datas Decalogi tabulas, & hominum impressa mentibus & tradita posteris ad Moysen vsque perstitit nullis literis prodita. Postea gentiles ipsi leges omnes suas, tam Sanctionibus publicatis, quàm moribus, seu receptis consuetudinibus definierunt, ita vt veteres ius omne expressum existimarint in hominum proborum exemplis, more institutoque maiorum contineri. Præclarè Philo: *Prisci illi ante leges sigillatim proditas, non scripto iure vsi pari felicitate vixerunt, vt meritò quis dicere posßit, leges scriptas nihil aliud esse, quàm vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum dicta, factaq; narrantur. nam illi scholas nullas frequentauerant, nullis præceptoribus vsi fuerant: sed à seipsis instituti doctiq; ordinem naturæ sunt secuti, quæ lex est procul dubio omniũ antiquissima, quàm ipsi ius summum fuisse rati, totam vitam suam vltrò ei subdiderunt.* Ita veterum Germanorũ, qui literis carebant, lex summa fuit maiorum exemplum, eorum animi fortitudo & heroica facta, quæ posteris non scriptis monimentis; sed carminum cantu mentibus eorum imprimebant: vt ita veteres Historiæ decantatæ & traditæ, morum essent & vitæ regula, & disciplina.

Lex naturę sola traditione & hominum memoria conseruata.

Exempla proborum lex vitæ.

Philo lib. de Abraham.

Apud Germanos carminibus gesta maiorum canebantur.

Pari ratione Christus & Apostoli plurima sermone solo fidelibus tradiderunt, quæ iubet S. Paulus Thessalonicensibus, 2. epist. cap. 2. & Corinthijs, 1. Cor. 11. vt obseruentur: & Timotheo dum scribit, vocat *depositum*, vt explicat S. Irenæus. Præclarè S. Chrysostomus, *perspicuum est, quod non omnia tradiderunt* (Apostoli) *per Epistolam; sed multa etiam sine scriptis: & ea sunt quoque fide digna. Quamobrem Ecclesiæ quoque traditionem censeamus esse fide dignam. Est traditio: nihil quæras amplius?* Et S. Irenæus: *Quid si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne ordinem oportebat sequi traditionis, quem tradiderunt iis, quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, eorum, qui in Christum credunt, sine charactere, sine atramento.* S. Athanasius contra Arianos ita pugnat. *Demonstramus hanc sententiam de Patribus ad Patres, quasi per manus traditam, & hæc quauis ratione firmior est.* Quare si in rebus fidei decidendis sola sufficit traditio populorum, cur non in rerum gestarum narratione, cùm scriptura deficit, nec quidquam à fide moribusque alienum memoratur? *Itaque ridiculum* (ait S. Augustinus) *& satis admirabile dedecus esse, vt traditiones, quas antiquitus à Patribus accepimus, infringi patiamur*, & alibi: *in his rebus, in quibus nihil certi statuit diuina Scriptura* (vt Sanctorum historijs) *mos populi Dei, & instituta maiorum, pro lege tenenda sunt.* Et S. Hieronym. *Traditiones præsertim, quæ fidei non officiunt, ita obseruandæ sunt, vt à maioribus sunt traditæ.* Hæc est SS. Patrum concors sententia, à sacris & profanis historicis approbata. Vnus inter Sacros Baronius testis, sit instar omnium, qui primarias natas in Annalibus Ecclesiasticis controuersias iudicio & arbitrio traditionis loci solet definire. De S. Barnaba ait: *Verum ipsum in Italiam venisse, & in Liguria prædicasse Euangelium, nobilissimamq;*

Traditiones vigent in Ecclesia.

2. Thess. 2.
1. Cor. 11.
1. Tim. 6.
2. Tim. 1.
S. Chrysost. in epist. ad Thess. ho. 4.
Irenæus l. 3. c. 4.
S. Athan. de Syn. contra Arianos.
In historijs Ecclesiasticis. S. Augustinus.
S. Hieron. Epist. 28.
Baronius tom. 1. ad An. 51. n. 54.
De S. Barnaba.

Mediolanensem erexisse Ecclesiam, ac longè lateq; fidem Christi propagasse firmæ traditiones, eiusmodiq; Ecclesiæ monimenta complurium scriptorum testimonijs firmata fidem certam, & indubitatam faciunt. De S. Iacobi in Hispaniam profectione, sic scribit ad An. 44. *Quod verò ad ipsum Iacobum pertinet, cùm Hispaniarum Ecclesiæ omnes ex æquo profiteantur, eundem Apostolum antea in Hispaniam esse profectum, illicq; primum prædicasse Euangelium, & aliquot collegisse discipulos: nihil amplius, quod de ea re dicamus, habemus, quàm ea, quæ sunt à nobis in Martyrologio notata.* Notat autem itidem hæc. *Post necem Stephani in dispersione discipulorum contigisse: subditi sanè quidem & eorum matrem, vxorem Zebedæi Mariam eadem dispersione fugatam in Italiam aduentasse, & apud Hernicos itinere fatigatam in pace quieuisse, tradunt vetera monumenta Ecclesiæ Verulanæ, vbi eius venerandum corpus religiosè adseruatur.* Idem de S. Ioanne Euangelista ait ibidem: *Sed adhuc vlteriores Orientis partes penetrasse, & Bassoras Christiana fide imbuisse, accepimus certa ac fide digna relatione religiosissimorum Patrum Societatis Iesu, qui nostris temporibus ad Indos Euangelicæ prædicationis causa profecti, hæc ex eiusdem populi à maioribus accepta traditione didicerunt.* Ibidem de S. Thoma.

De S. Iacobo An. 44. n. 1.

Martyr. 25. Iunij. De Matre S. Iacobi.

De S. Ioanne Euangelista n. 30. Ex litteris Indicis.

De S. Thoma n. 33.

Qui apud Indos reperti sunt Christiani in regione Narsingensium firma certaq; traditione affirmant, Thomam Apostolum in illis regionibus Euangelium prædicasse, Ecclesias erexisse, & cetera, quæ ad Christianorum institutionem pertinent consummasse: idipsum profiteri, qui in Indica regione Cranganore & alijs adiacentibus locis agunt.

Gentiles etiam & profani Scriptores, Geographi, historici Romanorum, Atheniensium, & aliarum gentium, vt Liuius, Plutarchus, Polybius, Pausanias, Strabo, Plinius, & alij plurimi, de quibus sequenti capite recurret dicendi locus, vt res gestas accuratius literis mandarent, vel ipsi populos adierunt: vel ex eorum accepta constanti fidaque narratione multa, nunquam ante literis prodita, suis primi monimentis consignarunt. Nam cùm vt rectè notat Tertulianus, *prior sit anima, quàm littera: & prior sermo, quàm liber: & prior sensus, quàm stylus*: ideò tam fides, quàm omnis historia prius auditu, quàm literis percepta, prius mentibus hominum impressa, quàm monimentis, imò literis omnibus exustis, integra posset, & saluâ sola memoria viuentium conseruari. Ita cùm Ecclesia S. Vrsulæ sub Attila, vt creditur, cum veteribus scriptis exureretur, tenaci tamen populi traditione (vt sermo paulò post exaratus apertè dicit) tota Martyrij series fuit conseruata: nec Colonienſium tantum: sed & Britannorum, Batauorum, Alsatarum, Basileensium, Heluetiorum constanti & concordi traditione, 70. etiam iuratis testibus circa Basileam olim confirmata, & literis conseruata, vt tot populorum, tam moribus, linguis & spatijs dissitorum vnanimis à Patribus, per mille & quadringentos annos, circa numerum Virginum, peregrinationem, & locum Martyrij per manus accepta traditio, clarissimis etiam vestigijs confirmata (licet omnia deessent scripta) fidem præcipuam & publicam mereretur: ac nobilissimo fundamento historico fulciat Cunibertinam narrationem, in qua hæc omnia prolixè continentur. Quare cum tot traditiones concordissimæ diuersorum locorum (quarum 10. libro vndecimo referuntur) nihil à fide moribusque dicant alienum: tam ipsa ratione duce, quam SS. Apostolorum & Ecclesiæ totius exemplo: SS. Patrum auctoritate, sacrorum & profanorum auctorum consuetudine, tam firmæ esse debent, vt nulla ratio vel scriptura sit vlterius exquirenda: per se enim traditio certa firmum & solidum est historicum fundamentum, non vnius: sed innumerorum testium: & hic quidem multorum etiam millium coæuorum auctoritate roboratum. Ita monet Colonienses Deus per Psaltem regium: quæ de admirabili diuina prouidentia in tam inusitato Martyrio à maioribus accepistis, *Nota facite ea filijs, vt cognoscat generatio altera: Filij qui nascentur & exsurgent & narrabunt filijs suis.*

Gentiles sequuntur. Liuius. Plutarchus. Polybius. Pausanius. Strabo. Plinius. Tert. lib. de Test. c. 5.

Traditiones Vrsulanæ variorum locorum.

Psal. 77. 6.

CA-

CAPVT VI.

Tertius coæuus fons tituli plusquam trecenti sepulcrales certi, nec suspecti.

VTi traditio consignat rem gestam memoriæ viuentium: sic epitaphiographi & pollinctores coæui sepulto, in lapide, plumbo, vel ære incidunt, ne obliuione conteratur.

Antiquitas inscriptionum in columnis & lapidibus.

Longè vetustior hic modus fuit librorum inuentione, apud AEgyptios celebratus, qui columnis, & pyramidibus signis quibusdam hyeroglyphicis sensa mentis suę, scientiasq; insculpebant: quamuis longè ante eos, & ante cataclysmũ dixerim à Sethi filiis fuisse morem illum excogitatum, quasi prima historiæ rudimenta: Postea Deus ipse Decalogum lapideis tabulis inscriptum Moysi tradidit, cui ætate cõuictus Iobus hoc etiam optat, *quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?* Plinius etiam docet Epigenem antiquum scriptorem affirmare, *apud Babylonios 720. annorum obseruationes siderum coctilibus laterculis inscriptas fuisse.*

Iob. 19.
Plin. l. 1. c. 56

Quod imitati, qui funerationi præfuerunt Vrsulanæ, similibus laterculis ad perpetuitatem certiorem nomina sepulcris supra mille, de quibus constat, indiderunt. quibus laterum, marmorum, æris, vel metallorum incisionibus, quid profani sacriq; scriptores, & ipsi etiam iudices tribuant, examinabo.

Vis probandi harum apud Gentiles.

Constat veteres & recentiores etiam historicos, regiones, ciuitates, & alia loca memoratu dignis historiis nobilitata, quantum fieri potuit, adiisse, vt inde non ex vestigiis solum, & monumentis, sed inscriptionibus, sculpturis, & cælaturis, quidquid rarum, & memorabile occurreret, chartis mandarent. Pausanias Græciam descripturus, eius ciuitates lustrauit, & omnes, quas in quouis eius penè angulo reperit inscriptiones, & res curiosas, velut in tabula expressas, magno philologiæ, & historiæ studiosorum emolumento complexus est: frequenter heroum sepulcra; Deorum statuas, veteres epigraphes, & similia ciuitatum ornamenta persequitur.

Pausanias inspicit eas.

Parile fuit Polybii studium in accusandis, quas adornabat historiis, ideò Græciam, Africam, Hispaniam, & Galliam peragrauit, *vt euitata*, inquit, *temporum superiorum ignorantia, veram illarum partium cognitionem Græcis aperiret*: quantum verò in Hannibalis bellis memoriæ prodendis æneæ tabulæ tribueret, ipse testatur his verbis. *Nemo autem admiretur, quod rerum in Hispania, tam ab Hannibale gestarum descriptionem, adeò exactam adferimus, qualem vix posset, qui singula ipse administrasset, quasi imitati fuerimus illos, qui mendacia sua ita concinnant, vt fidem mereantur. Nos enim cum Lacinij tabulam æneam inuenissemus, ab Hannibale eo tempore descriptam, quando erat in Italia omnino illi tabulæ (certè quidem in tabulis) fidem habendam duximus, itaque eum sequi non dubitauimus.* Denique ingressum Hannibalis in Italiam per Alpes memoraturus loca prius adiit, incolarum, & æqualium narrationes exquisiuit, vestigia perscrutatus est, vt testatiora proderet *Nos aũt*, ait, *de hisce rebus eò maiori fiducia scribimus, quia ab illis hominibus illas didicimus, qui temporibus illis viuebant: & quod loca ipsi lustrauimus, qui visendi studio & veritatis cognoscendo Alpes adymus* Eundem Laertius Philosophorum sectas, & vitas scripturus laborem suscepit. Athenis Lycæum, Stoam, & alia loca perlustrauit: sepulcra, statuas, & epigraphes litteris commendauit: è quibus historicum syntagma digessit, epigrammatis, & lemmatis eleganter variegatum. Omitto Plutarchum tunc, cum Regum & Imperatorum vitas scriberet: Strabonem cum Geographiam adornaret, aliosque recentiores in regionum suarum antiquitatibus peruestigandis;

Polyb. l. 3. f. 2

Æneam Annibalis tabellam maximi facit.

Inscriptiones & loca consulit. *Laertius.*

Plutarchus.
Strabo.
Leander.
Ioannes Vasæus.

Leandrum in Italia; Ioannem Vasæum & Resendium in Hispania, Lazium in Austria. Samozzium in Dacia, Cluuerium in Germania, Rhetia, Vindelicia, Italia, & Sicilia; Guillimannũ in Heluetia, Velserum in Augusta Vindelicorũ ac Boicis: alioscq; sine numero ea loca adiisse, lustrasse, & quicquid antiquitatis & veritatis è statuis,

Resendius.
Lazius.
Samozzius.
Cluuerius.
Guillimannus.
Velserus.

sepulcris, Regum & Principum donationibus, è sculpturis & inscriptionibus, denique & nummis eruere potuerunt, in lucem protulisse: inde & similibus è principijs suas potissimum probationes petijsse, veritatem ipsam oculis quasi subiecisse, aduersariis ex his solidè confutatis.

Sacra Cõcilia quãti fecerint titulos sepulcrales.

Accedit Conciliorum auctoritas, quæ tempore Gothorum, Hunnorum, VVandalorum mandabant Ecclesiarum Rectoribus, vt sacras reliquias adiectis titulis & inscriptionibus sepelirent: nec alia, cum post multa secula fortuito è terra eruerentur, approbationis causa requirebatur, vt alibi dicam, quam fides titulorum & inscriptionum. Ex his Ambrosius vitam SS. Geruasii & Protasii, vt probatissimam accepit, & publicauit: ex his solis Eugenius primus Archiepiscopus Toletanus est agnitus & in Toletana dyphticha relatus: ex his Ecclesia Romana licet prius obnitente, postea probante Baronio, Felicem secundum agnoscit Pontificem Maximum; veneratur vt Martyrem, fastis adscripsit Romanis, de quibus suis agetur locis.

In iudicijs magna vis probandi è sculpturis.

Quin etiam in controuersijs ciuilibus & Ecclesiasticis Iudici mandatur, vt scripturæ in lapide & columna fides tribuatur. *c. Cum causam de probationibus* decernit Gregorius Pontifex, *Mandanus quatenus secundum diuisiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo melius probabuntur, nec non & testes, famam & quacunque alia adminicula procedatis.* Vbi *Glossa* sic habet. *Nota quod scriptura antiquorum librorum facit fidem, item si reperiatur scriptura in columna & lapide ei statur.* Et *c. sane 24. q. 2.* ad ea verba, *Et in sacris dyphtichis scripserunt.* Glossa notat. *Dyphtichis, id est tabulis, chartis vel columnis, in quibus ponebantur imagines Patrum in suo Catalogo. Et est argumentum, quod si in aliquo lapide vel columna inueniatur scriptura, fides est ei adhibenda,* Arg. 3. q. 7. c. postulatus. Argum. contra: Cod. de religiosis & sumt. fu. l. monimentorum. Consentiunt ibidem Bartolus, Baldus & Canonum iuriumque quique peritissimi, qui legi maximo numero possunt apud Hippolytum de Marsiliis in repetitione rubricæ de probationibus, vbi inter alia habet. *Dico quod probatio etiam si per literas scriptas seu sculptas in lapidibus, seu in marmore, & tales literæ probant: & hoc quando tractatur de re antiqua probanda:* & infra: *Non est ergo mirandum, si in istis antiquis literæ sculptæ in marmore vel in lapidibus faciunt probationem, vt dixi, in istis antiquis probandis propter difficultatem minor solennitas requiritur:* Adde quę Card. Tuschus lit. s. concl. 84. n. 3. notat: *scriptura in marmore si est antiqua probat secus si recens: ideò probatur ius patronatus Ecclesiæ ex scriptura antiqua in marmore existente in campanili Ecclesiæ, maximè iuncta fama, & indicijs. Baldus Cons. 310. l. s. eadem præbet titulũ, seu confert titulum & probationẽ tituli. 3. scripturæ antiquæ in marmore & sepulcro stand ũ est, ideo capella alienæ familiæ non potest per alium occupari. Imola Consil. 60.* Itaque si Cunibertinę narrationis veritas esset à iudice siue Politico, siue Ecclesiastico decidenda, licet trecentos proferre titulos possem; è solis his tribus capita difficultatum præcipuarum expedirentur.

Hyppol. de Marsil. in repeti. de rubr. n. 191.

n. 195.

S. Lucia, quæ fuit ductrix virginum à Basilea Romam vsque. S. Pelocronius, qui fuit missus à Roma cum SS. Virginibus: item *S. Feilanus Lucensis Episcopus veniens ab Apostolica sede missus, hoc in loco fuit occisus, & cum istis SS. Virginibus est sepultus, & ferro peremtus.*

Titulorũ Vrsulanorum certitudo.

Sed cum eorum titulorum facilè trecentos summa fide ex ipsorum, qui inuenerunt, M. SS. libris lib. 7. & 8. sim prolaturus, & eos fusè ab omni suspicione fraudis lib. 11. c. 4. 5. 6. vindicaturus: & à quibus post Martyrium sint tumulis illati, lib. 7. c. 2. probaturus, illud hic insinuare sufficiat, eos à viris Sanctissimis etiam, vt S. Cuniberto, Norberto, & Alberto M. inuentos fuisse, examinatos & approbatos, sæpè experientia manifesta confirmatos, dum decies vel vicies etiam Virgines visæ tumulum & nomen suum alijs declararunt, quod nomen idem reserato sarcophago lateri incisum apud cadauer repertum est: Vnde iam quasdam quidem à mille, pleraſque à quadringentis annis toto orbe Christiano sub ijsdem nominibus cultas esse constat, vt ægrè quis de tot seculorum veritatis possessione sit eos Martyres depulsurus. Sed ne ipse hoc in periculoso negotio deciperer, & errore meo lectores errare facerem, duo adij loca (laudatos initio capitis auctores secutus) in quorum altero exstare creditur auctographum

graphum cura Gerlaci Abbatis antè quingentos ferè annos (cum ipse corporum aliquot millia iussu Archiepiscopi eleuaret,& manibus suis lateres literatos è tumulis educeret, & in archiuum,inferret, vt ipse scribit)tempore eleuationis ex ipsis titulis exscriptum, quod sæpiùs legi, apographo meo congruens:alterum etiam locum,in quo auctographũ S. Elisabethæ seruatur, ad quem Gerlacus Abbas, An.1156.titulos exscriptos,tunc cùm reperisset,misit: nec quidquam vidi,siue nomina,siue narrationes nominibus adiectas, discrepare: quæ suis locis hactenus nunquam vulgata producentur;nec solum ea Cunibertinam historiam apertè probant: sed & quamplurima ab ea prætermissa memorant, quæ multas expediunt Vrsulani Martyrij difficultates.

CAPVT VII.

Historia temporis Vrsulani Martyrij Seuero & Quintiano Coss. circa An.237.tam sacra,quam profana congruit cum eo & confirmat:qui est quartus coæuus fons.

SI vllum post Christum natum ad Constantinum vsque Magnum tempus cum S. Vrsulæ collectione tantę Sodalitatis,peregrinatione Romana,& Martyrio Coloniæ tolerato congruit : nullum certè melius & aptius eo, cui Consules Seuerus & Quintianus in fastis adscripti nominantur. An.237.

Erat eo tempore Britannia varijs diuisa regnis,nec vni parebat Domino : Iam pridem multæ partes eius & regna quædam Christi fidem adspexerant: nec deerant diuersorum locorum Episcopi.Regiones etiam eæ,è quibus virgines pleræque collectæ sunt,fidei rudimentis erant institutæ, neq; enim finibus Imperij Romani coercebatur Christi religio:sed omnes pene barbarorum nationes penetrarat. Rhenus etiam ijsdem,quibus mare Britannicum nauibus decurrebatur.Alta tunc pace Rhenani marginis accolæ fruebantur,quietis Germanis: ac solenne tunc Romanis erat pene quotannis integros exercitus vel legiones cum impedimentis per Alpes transmittere. Britanniæ status Politicus, ecclesiasticus.

Fidei propagatio.

Respirarat iam religio Christiana dominante Romanis Alexando Mammææ Christianissimæ feminæ filio,quam Origenes Christi sacris initiarat: vt tunc Ethnicis etiam scriptoribus consentientibus Christianis suis licuerit legibus viuere : quibus Alexander Imperator Transtyberinam Deiparæ Basilicam obnitentibus & obnunciantibus frustra gentilibus dederat,eò libentius,quod & ipse quotidie Christum in larario coleret, & magistris etiam quibusdam vsus orthodoxis, in familiam & regiam suam,quàm plurimos Christianos cooptasset, quibus etiam sublatis sanguinarijs edictis aditum ad capessendos magistratus aperuerat. Huius igitur, & matris Mammææ ac Palatinorum Catholicorum indulgentia, datum hoc Britannicis Regulis Romanorũ sociis,& confœderatis,vt specie visitandorum Romæ & in Italiæ locis amicorum, affinium & cognatorum, imò & nuptiarum conciliandarum nomine, liceret securis tot Virginum chiliadibus Italiam peragrare, Romamque perlustrare: quamuis eo,cum pertigissent,& aperta etiam fidei Christianæ signa piè visitatis Martyrum cœmiterijs proderent , in offensam Gentilium incurrerint , quos Augustæ Mammææ Christianæ metus,tunc à vi facienda cohibebat. Interim Italiæ maiores ciuitates, quas Virgines contigit permeare , Episcoporum vigilantia pascebantur, Christianorum multitudine in immensum in singulis Romanorum Colonijs aucta, quorum domus apertissimæ & hospitalissimæ, peregrinos omni rerum necessariarum abundantia reficiebant, vt fusè suis docebo locis : ipsi verò antistites amore Martyrij suis libenter auulsi sedibus,socios itineris & periculorum se adiunxêre. Felix Ecclesię progressus.

Alexander Cæsar colit Christum.

Eius indulgentia permissa est peregrinatio.

Italia Catholica.

Regebat Ecclesiam Pontianus in Insulam Buccinam deportatus, ita vicaria potestate Romanam gubernabat sedem Cyriacus,natione Britannus:neque enim cum omnes fateantur scriptores Ecclesiastici,deportatum fuisse eo tempore Pontianum, Status Romanæ Ecclesiæ.

vllus inficias ire poterit, vices eius aliquem è Romano Clero obiuisse, quem Cyriacũ titulus sepulcralis appellat: qui etiam diuinitus inspiratus, & amore succensus Martyrij: ijsdem se aggregauit. Hactenus lætis auspicijs secundante diuina prouidentia, iuxta sacræ profanæque temporis illius tenorem historiæ feliciter virgines peregrinationem periculosam inter gentiles, dominantibus gentilibus absoluerant, è qua dum redeunt, casu repentino, & inopinato toto turbatur imperio, dum ad Martyrium anhelant reduces virgines: quis crederet è tam felici rerum Christianarum cursu penè anni spatio ad excidium spectare posse omnia? Initium motuum dederunt Germani, quorum ferociam tam diu cohibuit Deus, donec virgines relictis Basileæ nauibus magnis itineribus Alpes versus contenderent: tunc enim velut signo dato transmisso nauibus Rheno, Germani, Sueui, Vnni, Moguntiam & Confluentiam inter effundunt se in transrhenanas oras, & Romanorum castella, prædia quæ ac Galliæ propinquiora loca, cædibus, rapinis & incendijs populantur. Alexander Imperator eo territus nuncio, præmissis Moguntiam cum Maximino Thrace homine barbaro legionibus, aduolat, quem vt nimis Christianis studiosum vna cum matre Christiana femina & milenis aliquot de familia Cæsaris (quæ teste Eusebio Christianis erat plenissima) Maximinus iuxta Viceliam infra Moguntiam obtruncat, & sextam orditur persecutionem, Augustus à militibus salutatus: vt sacra profanaque testatur historia. Idem Romã certior factus de virginum reditu, & Pontificum cœtu ingenti congregato, quo sibi Senatum & gentilem populum Romanum, ob necem Imperatoris optimi iam alieniorem deuinciret, & imperium stabiliret, per suos Coloniam cũ peruenissent, omnes immani cæde trucidauit: subitoq; tot vno die necatis Episcopis, vt de extincta posset orthodoxa religione triumphare, bellum in solos reliquos Antistites & doctores mouit, præsertim Origeni molitus insidias, à quo Mammæa fuerat Christianæ fidei præceptis instituta: sperabat enim exciso Clero facilius posse Christi fidem exstirpari: hoc consilio paucos intra menses duos sustulit Romanos Pontifices, Pontianum & Antherum, & per Asiam etiam ferales, & sanguinarias sanctiones vbique publicauit, quibus Origenis præcipuè caput, & primariorum Episcoporum petebatur. Hæc omnia prolixè variis in libris, per multis capitibus, ex sacris profanisque temporis illius scriptoribus, quibusdam etiam coæuis confirmabo: & si quæ adspectu primo miranda, vel incredibilia forsan occurrerint, ea similibus historiis sacris & profanis priorum, vel vicinorum temporum sic conabor illustrare, probatis earum laudatis auctoribus, vt fidem res ipsa sperem sit habitura; si tantum eorum annorum res gestæ, licet obscurius narratæ, clarius in lucem solidis ex historicis principijs proferantur. Ita nec optari Cæsar melior Alexandro sub gentilium dominatu potuit, ad peregrinationem virginum permittendam, matris Christianæ precibus: nec aptior tyrannus ad necẽ paulò pòst iisdem virginibus propè Rhenum inferendam Maximino: quo tyranno nullum vnquam magis, vel ipsi gentiles sunt exsecrati, nec capitales etiam Græci Romaniq; scriptores illo fecere truculentiorem & immaniorem: vt si sacra deesset historia, nihilominus ijs, quæ gentiles de tot millibus, & viris optimis atrocissimè ad Rhenum laniatis referunt, satis Martyrium hoc insinuari videatur. Vnde hic erit etiam fons vberrimus, quo Cunibertina narratio à synchronis, sacris profanisque historiis confirmetur, & mirificè augeatur.

Turbatio repentina Imperij.

Germanorum irruptio in Galliam. Cæsar Alex. occurrit.

Occiditur à Maximino. Qui & virgines obtruncat.

Persequitur Ecclesiæ Doctores.

CAPVT VIII.

Quintus coæuus fons, res gestæ sex vel septem sodalium S. Vrsulæ, vt S. Cuneræ, Aureliæ, Christianæ cum sociabus, & S. Pantuli.

Vtilitas ex Sanctorum coæuorum historijs simul collatis.

SVnt quædam sanctorum historiæ sic temporibus, & rebus gestis inter se deuinctæ, & copulatæ, vt licet diuersis in locis ætatem egerint, aut decesserint, multum tamen lucis adferant ad fidem in rebus præsertim inusitatis, & alias incredibilibus faciendam,

ciendam, si inter se congruant & conspirent: imò si earum aliqua forsan intercidisset, vel vitiata scateret erroribus, ex alia restitui primæ posset integritati. Tales sunt res gestæ duodecim virorum Apostolicorum, quos Ecbertus è Britannia circa Ann. 790. in Frisiam & Saxoniam ablegauit ad infideles Christi fidem erudiendos. Itaque si quis horum vnius vitam, vt S. VVillibrordi, S. Suidberti, Accæ, Vigberti, Evvaldorum, vel alterius ex his literis vellet consignare, vel ante scriptam erroribus liberare, & notas temporum, locorum, & personarum accuratè describere: prudenter fecerit, si sociorum res diligenter excusserit: plus enim lucis duodecim coniunctæ faces ad errorum & ignorantiæ discutiendas tenebras, quam vna conferet: Pari ratione, si quis S. Mauritij vitam conscriberet, vel conscriptam ad veritatis libellam examinaret: is si Sociorum eius martyria diuersis in locis, temporibus, & auctoribus tolerata conferret: vt SS. Gereonis, Victoris, Cassij, Thyrsi cum suis cohortibus, vel manipulis occisorum: quod si traditiones omnium populorum, apud quos sunt laureati, vestigia, rerumque gestarum series inter se conueniret, non esset de veritate Mauritiani Martyrij dubitandum: vel si certa quædam adiuncta temporum, locorum & occasionum Martyrij in sodalium historijs omnibus continerentur, in altera prætermissa, posset ex his vita S. Mauritij augeri & illustrari.

Vt 12. Britannorum quos Egbertus in Germaniã misit.

Vel Sociorum S. Mauritij.

Similis est Vrsulanæ Sodalitatis historiæ conditio: neque enim omnes eodem loci semper vixerunt, aut decesserunt. S. Christiana in reditu propè Basileam ante Martyrium decessit defectu virium: ibi mirandis coruscans prodigijs, postea diuersos vitæ suæ præcones, & scriptores meruit. Tres aliæ SS. Cunegundis, Mechtundis & VVibrandis virgines Eichselij in Constantiensi diœcesi, eadem ex causa mortuæ, & eodem in monte funeratæ: quarum etiam historia postea 70. testibus iuratis est confirmata.

Vel Sodalium S. Vrsulæ. S. Christianæ.

Postea S. Aurelia, sex ante Martyrium Vrsulanum diebus febris ardoribus extincta est Argentinæ, innumeris, & ipsa miraculis illustrata, vt fastis adscribi meruerit Romanis. Tres item virgines, quas eidem febrienti S. Vrsula solatio reliquerat, multis post annis religiosè casteque transactis, mortuæ vno in tumulo sunt funeratæ, quæ testem Sanctitatis apud se titulum sepulcralem custodierunt, hæc ipsa memorantem, quarum etiam corpora, vestesque post mille & plures annos integra & incorrupta, sine tabe, & vitio perdurarunt.

S. Aureliæ.

Deinde S. Cunera tempore Martyrij Coloniæ subducta, & Rhenam in Batauiam translata, castè vixit ibidem triennio: iussu Reginæ strangulata: cuius festum institutione S. VVillibrordi bis in Anno festiuè peragitur. Harum omnium virginum res gestæ cum S. Vrsulæ congregatione Sodalitatis & peregrinatione permistè sunt implicatæ, licet loco mortis & sepulturæ diuellantur: adeoque diuersos meruerint pollinctores, titulos sepulcrales, vestigia, sepulcra, traditiones etiam diuersorum populorum, omnes tamen in historia Vrsulana recensenda concordes sunt, & mirè consentiunt.

S. Cunerę.

Sic vita S. Pantuli Basilcensis protoepiscopi, & Foilani, quarti Lucensis Antistitis, propria quædam & singularia continent, cum alijs Sodalibus Vrsulanis non communia: quod ille Basileæ virgines exceperit, & Romam duxerit, vt titulus narrat: fuerit primus loci Pontifex, & certa in domo S. Vrsulam, quam hodieque monstrant ibidem hæretici, collocarit. De Foilano tam titulus, quàm Lucensis Ecclesiæ monimenta tradunt, eum à Sede Apostolica Legatum in Germaniam, ibi se virgineo sodalitio diuina iussione coniunxisse.

S. Pantuli. S. Foilani.

Nituntur horum Sanctorum res gestæ coæuis multis attestationibus, quædam titulis proprijs, vt S. Foilani, S. Pantuli, & SS. trium Sodalium, Aureliæ, Argentinæ defunctarum.

Coæua de ijs testimonia.

Omnes ferè proprias habent populorum vbi vixerunt, vel decesserunt traditiones: nam & Christianæ: SS. trium virginum Cunegundis, Mechtundis, & VVibrandis: item S. Aureliæ, S. Cuneræ, rara miracula, tam in vita, quàm in morte, & post eam diuinitus patrata, fida accolarum traditione cõseruantur: exstantq; harum omnium locis adhuc certis impressa vestigia, vt fontes, quos viuæ excitarunt: animalia venenata

nata in lapidem ad earum aduentum conuersa: vię, quas calcarunt ab ipsis nominatæ, & alia permulta suis in locis inquilinorum testificationibus confirmata.

Cultus earum. Habent & ex mortis ferè tempore sacella suo honori consecrata: festis diuersis & cultu ferè dispari coluntur. Nam Aureliam constat, non vt Martyrem; sed vt virginem tantum, sodalem tamen Vrsulanam semper esse honoratam.

In quo omnes conueniant. Et tamen omnes, siue qui literis harum historiam posterioribus seculis vulgarunt: siue qui ex maiorum suorum constanti traditione narrarunt, vt ex iudiciali processu lib. 10. patet: in his conueniunt, S. Vrsulam è Britannia cum vndecim millibus virginum Romam peregrinatam, Coloniæ, cum suis fecisse Martyrium, paucis exceptis, quæ deficientibus viribus in via decesserunt, iuxta Cunibertinam historiam. Quæ non solum tot sodalium historijs proprijs confirmatur; sed & si tota perijsset, ex his integritatem suam recuperaret, vel ab erroribus vindicaretur.

Possent ex horum Sanctorum, & Sanctarum posterioribus temporibus à diuersis auctoribus vulgatis vitis, noua peti non coæua quidem, sed sequentium seculorum historica principia: nam de quibusdam ex his, vt Pantulo, Cunera, Aurelia supra decem scriptores diuersi meminerunt: quorum multa libro vltimo congeruntur: hic tamen sola ea colligo, prout æqualium nituntur testimonijs.

Antiquitas Vrsulani Martyrij. Et hinc satis apparet, Cunibertinam narrationem non esse censendam nouitiam, ab otiosis ingenijs leuiter confictam, vel commentitijs reuelationibus nixam; sed verè antiquam, & cum re gesta natam, fideliter, tam in vestigijs certis diuersorum locorum, quàm memoria posterorum initio ducto ab æqualibus, qui viderunt, impressam Et titulis sepulcralibus, velut archiuo, vel tabulario quodam secretissimo, sanctissimo, & incorruptissimo diligenter conseruatam, congruentem etiam sacræ, profanæque temporum historiæ: & rebus gestis omnium sodalium Sodalitatis: quæ testatissima sunt historica principia, iam inde à coæuis repetita.

CAPVT IX.

Inter alios fontes posterioris æui primus incisiones in saxis templi, & manuscripta mille annis vetustiora.

QVæ vis & efficacitas probandi insit sculpturis, cælaturis, & incisionibus in saxis, vel columnis, satis in titulis cap. 6. declaraui: post coæuas duas inueni ducentis & viginti sex ferè annis posteriores. Cùm enim Clematius vir Consularis (cuius historia luculenter meminit) ex AEgypto varijs ostentis euocatus, voto peregrinationis & templi molitionis SS. Virginibus, Colonienſibus nuncupato, nouem vel decem annis ferè post Attilanam vastitatem illatam, his locis, Agrippinam attigisset, & templum exustum à fundamentis, suis impendijs instaurasset. Contestatus est omnes, & diris deuouit, qui in templo virginum sacris exuuijs & sepulturis consecrato, alium quemlibet funerarent: & huius quidem contestationis suæ memoria, ne paulatim interiret, eam Basilicæ saxis cubitalibus literis curauit incidendam, quam lib. vlt. cap. 8. recitabo. Clematius circa An. 463. incidit saxis locũ Martyrij & sepulturæ Vrsulanæ. Postea Colonienſes eodem tempore Clematio, eoniugique eius Theodoræ monimentum tantæ munificentiæ statuerunt, & carmen inciderunt marmori, quo locum sanguine virgineo purpuratum profitentur, & Clematium cœlesti monitu narrant Ecclesiam erexisse: illud eodem capite producetur. Idem ciues eodẽ tempore atteſtantur.

Et sermo circa An. 510. vulgatus. Paulò post sermo quidam in natali S. Vrsulæ dictus in vulgus emanauit, centum & pluribus annis ante Cunibertinam historiam, eum eodem libro & capite redeo, sicut in Leodiensi quodam exemplari, & Colonienſi Carthusianorum vetustissimo pergameneo reperi, qui traditiones Britannorum, Batauorum, & Colonienſium, hac de historia recitat, virginum originem, peregrinationẽ, & Martyrij locum explicat: & varias de ijs tunc ventilatas quæstiones expedit: de Clematij etiam accessu, ædificatione & contestatione disputat, nobile & peruetustum historicum huius Martyrij fundamentum.

CA-

CAPVT X.

Alter fons, vita, vel res gestæ Sanctorum aliorum in Canonem relatorum: vt S. Auctoris Treuirensis Archiepiscopi, S. Floriani Martyris, S. Cuniberti, S. Rolendis, S. VVillebrordi, S. Norberti & aliorum, in quibus Vrsulanæ Sodalitatis, vel cultus eius fit mentio.

COmplures sunt Sanctorum virorum & virginum historiæ receptæ: quæ dum attingunt nonnulla capitum Sodalitatis Vrsulanæ, quæ in Cunibertino Martyrio continentur, illud etiam confirmant & stabiliunt. S. Auctor primus Treuirensis Archiepiscopus (cuius Methodius Martyr ætate coniunctus etiam meminit in Chronico) præsedit ei Ecclesiæ Ann. 237. (vt Brovverus in Annalibus Treuirensibus, & Claudius Roberti in Gallia Christiana scribunt) tunc nimirum, cum S. Vrsula Coloniæ Martyrium faceret: is dicitur Hunnos, qui tot virgines Agrippinæ necarant, & Treuirensem ciuitatem inuadebant, precibus suis à mœnibus depulisse, verba Arnolfi Abbatis Lubecensis sunt hæc: *Idem Pontifex (S. Auctor) cum terra sua ab Hunnis vastaretur, qui Sanctas virgines Coloniæ trucidauerunt, ciuitatē Treuirorum, quam tunc regebat, orationibus suis illæsam protegebat.* Habet hic Lector, & Hunnorum nomē, An. 237. & Coloniam tunc ab ijs infestatam, & virgines ibidem talium tyrannide contrucidatas: quod quidem factum licet ad coæuos spectet testes, huc tamen refero ob argumenti ab aliorum Sanctorum, qui non fuerunt de ea Sodalitate, historijs petiti similitudinem.

S. Auctor tempore S. Vrsulæ Hunnos deijcit à muris Treuirensibus. *Arnoldus Lubec. l. 4. c. 6. Chron. Sclav.*

Anno 500. S. Florianus Rex cum consorte Engelinda, Episcopo Elone, & aslectatorum magno stipatu iuxta Confluentiam ab Hunnis in templo dum oraret, est interemtus, tendens Coloniam, vt S. Vrsulam & socias ibi pro fide mactatas virgines & peregrinus viseret, & patrocinium earum supplex inuocaret, id fusè ex loci vestigijs, traditione, picturis, & M.SS. doceo. Ita iam tum per Galliā, è qua venit, Martyrium hoc Coloniæ toleratum latè peruulgatum, Reges & Episcopos excitiuit, ad loci tanti agonis sanctitatem honorandam.

S. Florianus Rex peregrinatur ad S. Vrsulam, & in via necatur.

Postea S. Rolendis Regis item Galliæ filia, quo regias nuptias Christo desponsa commodius effugeret, dum Coloniam ad S. Vrsulæ, Sodaliumque tutelam implorandam properat, medio in itinere morbi violentia oppressa moritur: in vita, morte, & post eam innumeris decorata miraculis, testis & ipsa solennis ad S. Vrsulam peregrinationis, & receptæ tunc omnium persuasionis; tutissimam esse talibus præsidibus virginitatem.

Item S. Rolendis.

Vita S. Cuniberti disertè narrat, eum in S. Vrsulæ templo sacris operatum, indicio columbæ tumulum S. Vrsulæ reperisse, cumque ex titulo sepulcrali nomen eius didicisset, reliquias eius publicè colendas exposuisse. Vnde titulorum veritas, & Sanctitas virginum cœlesti prodigio fuit declarata.

S. Cuniberti vita.

Eiusdem æuo S. Audoenus Rothomagensis Episcopus Coloniam profectus, Sanctorum Martyrum illic passorum, & in his etiam S. Vrsulæ piè est veneratus exuuias.

S. Audoenus Col. sacras reliquias visitat. *Surius in vita.*

Sequentis seculi exordio S. VVillibrordus, cum SS. Adalberto, & VVerenfrido, Rhenæ in Batauia S. Cuneram Sodalem S. Vrsulæ solenniter eleuauit, examinatis ante diligenter eius vita & miraculis, & duplici festo eius instituto: vt suspicer eo tempore, vitam eiusdem vetustissimam, quam lib. vlt. cap. 10. reddo, fuisse concinnatam, vel ab ipso, vel socijs, ad imitationē Cunibertinæ historiæ iam peruulgatæ: nam in eadem fusè congregatio Sodalitatis Vrsulanæ, peregrinatio, Martyriumque memoratur, & quomodo subducta Cunera neci sit, ac triennio post strangulata.

SS. Willibrordus, Adelbertus, & Werenfridus eleuant S. Cuneram, S. Norbertus.

S. Norberto postea Patriarchæ Præmonstratensium, & Archiepiscopo Magdeburgensi Coloniam, vt sacras quasdam reliquias nanciscerctur, venienti, virginum vna

vna nomen & tumulum suum significauit, quo pacto, & tunc inuento cum inscriptione nominis corpore, titulorum veritas est cœlitus approbata.

S. Aszelina. Eodem seculo S. Aszelina, D. Bernardi consanguinea, deditissima cultui S. Vrsulæ, Coloniam quandoque excurrit, ibique per triginta continuos dies in eius Basilica precibus vacauit: creberrimis per quietem visionibus SS. Virginum recreata.

B. Hermannus. Cui coæuus B. Hermannus Stenfeldensis, multa diuinitus eodem in templo beneficia est consecutus: frequentibus Vrsulanarum virginum colloquijs fruitus, & intima cum eis familiaritate coniunctus; adfuit is etiam, cum corpora earum effoderentur, cui & virgines sua nomina indicarunt.

B. Albertus M. Denique B. Albertus Magn. multas sacrarum virginum, & in his S. Cordulam eleuauit prodigiosè repertam, & titulum eius visioni congruentem post accuratum examen approbauit: cum lacrymis sacras reliquias piè veneratus. Horum dictorum historiæ passim ab omnibus recipiuntur, & illa etiam, quibus hoc Martyrium, sanctitatem loci, agonem, cultum, prodigia, titulos, peregrinationes ad eas Coloniam tantum institutas, testificantur. Nec facilè inueneris vlla in veteri Sanctorum historia: quod alibi, quàm Coloniam virginum Vrsulanarum sepulcra, vel eorum sacras honoratum reliquias, abierint, nisi posterioribus seculis, quibus eæ magnam partem Coloniâ sunt in alias regiones transportatæ.

CAPVT XI.

Consensus Martyrologiorum Bedæ, Flori, VVandelberti, Vsuardi, Romanorum veterum & recentiorum.

Origo Martyrologiorum. MArtyrologiorum & scribendorum, & quotidiè quauis in Ecclesia, vbi Sacerdotum Collegium erat, legendorum occasio fuit: quod lege institutoque SS. Apostolorum (cuius S. Clemens meminit) Martyrumque; vt S. Stephani natalis, festiuis gaudijs à fidelibus perageretur, & Sacerdotibus solenne esset, eorum in Sacro meminisse; tum ad patrocinia nobis eorum obtinenda; tum virtutes imitandas, non verò quasi nostris ipsi precibus indigerent, teste S. Augustino: *Ideo quippe ad ipsam mensam* (Altaris) *non sic eos* (Martyres) *commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, vt etiam pro eis oremus; sed magis, vt orent ipsi pro nobis, & eorum vestigijs inhæreamus.* Vt igitur constaret Presbyteris, de quo postridiè sacrificium esset factitandum, nomina pridiè Martyrum sequentis diei ex fastis in Ecclesia legebantur: nec verò ijs res eorum gestæ fusius proponebantur; sed dies & locus Martyrij tantum cōtinebatur, vt S. Gregorius Magnus scribit Eulogio Episcopo Alexandrino. *Nos*, inquit, *penè omnium Martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in vno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solenne agimus; non tamen eodem volumine, quis qualiter sit passus, indicatur: sed tantum locus, & dies passionis ponitur: vnde fit, vt, multi ex diuersis terris & prouincijs per dies, vt prædixi, singulos cognoscantur Martyrio coronati; sed hos habere vos beatissimos credimus.* Nec eos dubitat fastis illis carere, licet enim Romæ cœperint conscribi, Martyribus potissimum Occidentalis Ecclesiæ diligenter adnotatis: postea tamen, quam S. Hieronymus Orientalis etiam Ecclesiæ Sanctos, siue collegit ipse, siue collectos ab Eusebio Latio donauit, horum etiam complures adiecti sunt, & liberis nomine Romani Martyrologij tota fuit Europa peruulgatus: sed quia singulæ penè Ecclesiæ Martyres nouos addidere, ideò nec Romanæ quidem Ecclesiæ eodem vtebantur Martyrologio: sed singulæ proprijs, licet omnia communi Martyrologij Romani nomine nuncuparentur. Ita factum esse existimo, quod Gauantus, Philippus, Bergomas & Schultingij Bibliotheca memorat, vt seculo quinto solennitas S. Vrsulæ per orbem terrarum perageretur, natali eius quibusdam Romanis factis adscripto. Tale nactus exemplar Romanum Beda videtur, qui tam in Martyrologio, quàm in Ephemeride ad 21. Octobris collocat *Coloniæ natale vndecim millium Virginum*: quem postea secutus est

S. August. tract. 84 in Ioan.

Ijs sola dies & locus Martyrij adscribebatur.

S. Gregorius lib. 7. ep. 29. Ind. 1.

Auctum Martyrologium Rom.

Festum habuit S. Vrsulæ. Et Beda.

est Florus, VVandelbertus & alij, vt suis ostendam locis: & quia non vna die completa cædes est, imò 20. Octobris inchoata, Vsuardus solam Martham & Saulam socias item S. Vrsulæ nominat: alij præ emissis his, cum laniena penè tota postridiè confecta sit pauculis alijs diebus occisis, vno die cõtenti esse voluerunt. Hos imitatus Ado, vel primarum eiusdem additionum vetustus auctor, complures etiam Virginum, & in his etiam Martham (vitiosè Mardiam) & Saulam die 21. Octobris nominauit: posteriora deinde Romana Martyrologia, præter diem & locum necis Colonien-sem, causam eius, & cædis auctores addiderũt. Quocirca, cum teste S. Gregorio, locus & dies Martyrij tantum fastis adscriberetur: & in hoc omnia tam Romana vetera, quàm recentiora exemplaria, & qui præcipui ex mente Baronij scripserunt additiones, Beda, Florus, Vsuardus quoque, VVandelbertus, Ado vel eius primæ additiones non alium locum, quàm Coloniam cum Cunibertina historia nominent, videtur iam à mille annis satis auctoritate fastorum agonis palæstra esse confirmata.

Florus. VVandelbertus. Vsuardus.

Ado.

Locus Vrsulani Martyrij sola Colonia nominatur.

CAPVT XII.

Quartus fons, consensus lectionum horariarum totius orbis Christiani ante ætatem Cardinalis Baronij.

POst Romani Martyrologij receptum per totam Ecclesiam vsum, sensim in Africanis & Gallicanis locis inolcuit consuetudo, vt aliquanto prolixius in natali Martyrium, eorum res gestæ in officio diuino publicè canerentur, & ita populus ad eorum imitationem inflamaretur. Exstat Canon 13. Concilij Carthaginensis sub annum salutis 401. celebrati, qui pro Africa sic statuit. *Liceat etiam legi passiones Martyrum, cum anniuersarij eorum dies celebrantur.* Sequenti seculo viguit eadem consuetudo Gallicanis in Ecclesijs, vt auctor est D. Gregorius Turonensis. *dies passionis erat Polycarpi Martyris, & in Ricomagensi vico ciuitatis Aruernæ ei solennia celebrantur: Lecta igitur eius passione cum reliquis lectionibus, quas Canon Sacerdotalis inuexit.* Romana Ecclesia licet diligenter semper aduigilasset, vt per Apostolicos Protonotarios acta Martyrum scriberentur: nec tamen incertorum scriptorum historiæ, quas etiam Hæreticorum nequitia vitiasset, incautè legerentur in Ecclesijs, vbi nil nisi probatissimum & testatissimum cani conueniebat, multis seculis ab ea consuetudine se abstinuit, teste Gelasio Papa *Gesta Sanctorum Martyrum secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in S. Romana Ecclesia non leguntur, quia eorum, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur.* Paulatim tamen & ibi cœpit cum ea moderatione mos introduci, vt non nisi, quæ constaret omni fraudis suspicione libera, & optimorum auctorum literis consignata, horarijs lectionibus inserentur: qua de re sic Adrianus Pontifex scribit ad Carolum Magnum Imperatorem. *Vitæ Patrum sine probabilibus auctoribus minimè leguntur in Ecclesia: nam ab orthodoxis titulatæ suscipiuntur & leguntur; magis autem passiones SS. Martyrum sancti Canones censueuerunt, vt liceat eas etiam in Ecclesia, legi cum anniuersarij dies eorum celebrantur:* Exinde cœpit orbe toto talis lectio frequentari, nec sine delectu: nam Synodorum & Episcoporum cura & vigilantia diligenter prospiciebatur, vt certa & probatis testata monimentis ab Apocryphis secernerentur, & quæ dubiæ notarentur esse fidei, statim eraderentur. Ita vetustissimos obseruaui codices, è quibus ea gesta legebantur sexcentis annis esse antiquiores: Breuiaria item, vt apparebat, ante octingentos descripta annos, quibus Cunibertina Historia de verbo ad verbum Coloniæ bonam partem canebatur. Prascriptæ etiam sunt ex Sueuiæ quibusdam Monasterijs lectiones horariæ vetustissimarum totius loci membranarum, ijsdem conceptæ verbis. Postea non tantum Sacra Romana Ecclesia; sed Italia, Hispania, Gallia, Germania, Belgium, Anglia, Hungaria, Bohemia & aliæ regiones: item Ordines plerique religiosi Benedictini, Cistercienses, Præmonstratenses, Dominicani, Franciscani, Carme-

Ann. 401. lecta Martyria in festis in Africa. Et Gallicanis Ecclesijs. *Georg. Tur. de gloria Martyrij. c. 86.*

Cautio S. R. Ecclesiæ. *Hadrian. Ep. ad Car.*

Hist. Cunibertina ab octingentis annis cantata.

Carmelitæ, Crucigeri, & alij eandem Cunibertinam narrationem horarijs lectionibus inseruerunt, vt certum sit, ante annum 1570 nusquam terrarum vlla in diœcesi vel Ecclesia fuisse aliam, quàm huic consentientem opinionem de S. Vrsula recitatam, non Galfredi, non Hectoris Boëtij, vel alterius scriptoris similis. Vnde hæc sententia toto terrarum orbe, ab Episcopis, Synodis, & Religiosis familijs, qui proprium de ea officium legebant ritu duplici (quo ritu duplici S. R. E. & totus etiam orbis vsque ad annum 1567. ferè Vrsulæ festum celebrauit) fuit confirmata.

CAPVT XIII.

Quintus fons, centum circiter auctores grauissimi, vel Historici, & Chronologi omnium ferè post S. Cunibertum ætatum, nec Catholici tantum, imò & Hæretici eandem secuti sunt narrationem.

SEd ne quis fortè existimet Synodos & Episcopos pietati magis, non solidis nixos historicis fundamentis, seruire voluisse, & ea non cautè & prudenter delegisse, cuius nulla vsquam apud vetustiores & grauiores auctores historicos mentio habeatur: ideò libro vltimo certas in classes ætatum ferè singularum post Attilana tempora digessi præstantissimos & laudatissimos scriptores, historicos, & Chronologos omnium ferè nationum: quorum quidam adstrictius, alij (præsertim verò Itali) disertissimè & politissimè Martyrium hoc scriptis prodiderunt: quidam etiam eorum, circa An. 1570. 80. 90. & postea, nihil summorum virorum aliter sentientium auctoritate moti, à veteri Cunibertina sententia nunquam deflectere voluerunt: vt centuriam ij conficere, vel excedere videantur. Quid, quod ipsi scriptores Heterodoxi (tanta est vis veritatis) hanc etiam narrationem sæpiùs suis scriptis illigarint, vt quam apud classicos auctores receptam magis & orbis totius consensione comprobatam non ignorabant: decuriam horum ibidem recensebo: ita centumuirale nationum & seculorum omnium ferè concilium historicum, Heterodoxis non abnuentibus, magno consensu pro Cunibertina narratione pronunciat.

CAPVT XIV.

Sextus fons, Iuris Canonici glossa ordinaria vetustior, & Iuris Interpretes præcipui: Ioannes Andreæ, Augustinus Triumphus, Geminianus, Turrecremata, & alij egregiè tuentur peregrinationem Romanam S. Vrsulæ, S. Cyriaci Papæ renuntiationem, & Martyrium Coloniæ toleratum.

TRibus postremis seculis iam inde ab An. 1300. Vrsulanam historiam non solum, eam, quæ tempore S. Cuniberti lucem vidit: sed & auctiorem post eductos è tumulis sepulcrales titulos, & data cœlitus oracula diuersis sanctitatis fama celeberrimis personis, scriptam, Glossa comprobauit Iuris Canonici vetustior: eamque secuti lumina Iuris præcipua. Cùm enim Cœlestinus V. sponte abijsset Pontificatu Maximo, Religiosam amplexus viuendi rationem, & Bonifacius Successor vulgato c. *Quoniam*, ratam habuisset abdicationem supremæ potestatis Ecclesiasticæ, primus quem reperi Augustinus Triumphus eius ætatis lumen, exemplo Cyriaci Martyris, vt laudabiliter, nec sine afflatu diuino factum comprobauit: eodem vsus exemplo Ioannes Andreæ caput illud, & sextum librum illustrauit, vt circa Annum 1330. eius interpretatio recepta Pontificum approbatione, Glossę meruerit auctoritatem: hæc quanti sit facienda, libet ex Iuris Consultissimis explicare.

Glossa laudat historiam Vrsulanã.

Occasione renunciationis Bonifacij Põtificis.

Augustinus Triumphus.

Ioannes Andreæ.

Hos

Hos inter conuenit cùm textus Iuris desideratur, primas inter Doctores omnes deberi Glossæ, cuius vnius auctoritas omnium interpretum auctoritatem longè antecellat. Bart. in L. vt visu. ff. de iure & iustitia. Bald. in L. cum hæreditas, C. depositi. Audet hic etiam in c. dilecti filij de Maior. & obed. dicere, quod *Accursius est vberrimus fons Iuris ciuilis:* & Cyn. in l. non moriturum. Cod de contra. & commun. stipu. vocat glossam *idolum scholarium, cui fortiter sit inhærendum*: Sic Bal. in l. fin. §. necessitate, C. de 60. quæ li. ait: *adhærendum esse carocio veritatis, id est, glossatori, & in perpetuum non errabitur secundum eum.* Hinc etiam sing. inquit. Iac. Butr. in L. 1. C. qui pro sua Iurisd. *quod in iudicando seruanda est opinio glossæ maximè, quando habet vnum famosum Doctorem post se* quem in hoc sequitur Iason in d. L. vt vim reprehenditque in hoc Pan. contrarium asserentem in c. Capellanus, de fer.

Auctoritas Glossæ maior quam omnium Doctorum.

Præsertim si famosus Doctor eam sequatur.

Sed quis famosior, vel præstantior desiderari Doctor potest Ioanne Andrea? qui duplici commentario dictum caput illustrauit, exemplum Cyriaci Papæ luculentius explicando? iuuat huius viri præconium & nominis celebritatem, quam apud æquales & posteriores habuit, indicare. Car. in proœmio Clementin. non veretur asserere, *quod ipse solus plus illuminauit Ius Canonicum, quam omnes aly Doctores simul in centum annis.* Pan. in c. de quarta. de præscript. *quando ipse voluit apponere studium ad decidendum, ceteris scribentibus silentium imposuit.* Idem in c. ex parte Adæ de testibus, *ipse longè melius alys solitus est compendiosè & eleganter summare textum: magni autem artificis est totum comprehendere sub exiguo. Seneca.* Eidem in legatione venienti ad Vrbē, fertur dixisse Summus Pontifex, *benè venerit, qui lux mundi cognominatus est:* id refert Andr. de Prato veteri. init. o l bri, quem repertorium Barth. oli nominauit. Adde quod Bal. in principio lecturæ feudorum, vocet eum *veritatis scientiæ Iuris Canonici patrem.* Iason in ioni. in 2. lectura C. de Sum Trin. vocat eum *Principem Canonistarum*: idem in L. Sancimus, C. de test. eum *Iuris vtriusque fontem & tubam* appellat. Secuti Ioannem Andreæ Canonum peritissimi quique Albericus de Rosate, Geminianus, Turrecremata, Flaminius Parisius, S. Antoninus, Luduicus Gomes, Gonzales, alij.

Præfertur DD. omnibus centum annorum.

Lux mundi nominatur.

Pater veritatis scientiæ Iuris. Fons & tuba.

Sequuntur Ioannem Andreæ. *Albericus de Rosate. Geminianus. Turrecremata. Parisius. S. Antoninus. Gomes. Gonzales.*

Hi magnam partem in his conueniunt. Primò, S. Vrsulam cum vndecim millibus Virginum Romam peruenisse. Secundò, S. Cyriacum Pontificem diuinitus inspiratum coram Cardinalibus se rectè abdicasse Pontificatu, Antero subrogato. Tertiò, progressum Coloniā cum S. Vrsula, Martyrium subijsse. Quartò, Esse cum ijsdem Ecclesiæ totius & Sedes Apostolicæ consensu in Canonem adscriptum.

Defenditur hi 4. capita præcipua Vrsulani Martyrij.

Admittebant ij, vt sua ætate certam & exploratam, nec hactenus in dubium reuocatam, peregrinationem Romanam tot millium Virginum, & Martyrium: non enim ad Pontificum ius defendendum, exempla controuersa tales Doctores attulissent, nisi fuissent ea tempestate calculis omnium approbata; nec temerè Pontifices Maximi permisissent ducentis & quinquaginta annis exemplum Cyriaci glossæ pondus & auctoritatem habere: donec circa Annum 1580. & sequentes, quidam Vrsulani Martyrij vulgatam hactenus expositionem, ob traditiones locorum non satis exploratas (quippe quibus vt ipsi fatentur sæpiùs in vniuersa concinnanda & concilianda historia Ecclesiastica intentis, nec vacabat, vel libebat priuatarum Ecclesiarum lites & difficultates omnes accuratius perquisitare) cœperunt in dubium reuocare, ne Catalogus Romanorum Pontificum, quem stabilire potissimum desiderabant, nutare videretur: Horum tantorum virorum de Ecclesiastica vniuersali historia, vel profana, optimè meritorum iudicium, & consilium non potuit non permouere sacri palatij Magistrum, cui tunc simul Pontifex curam dederat Iuris Canonici glossæque reuidendæ: Itaque cùm reperisset eam additionem exempli Cyriaci non inueniri in priore Ioannis Andreæ lectura, è qua prima ferè glossa emanarat, omittendam censuit, licet in posterioribus exemplaribus ex repetitionibus eiusdem Ioannis Andreæ auctis contineretur; non quasi eandem reprobaret: sed vt ad primum eius exemplar emendaret, in medio controuersiam tunc motam relinquendo, & à Iuris Canonici eiusque glossæ textu remouendo, donec inter historicos ea de re melius conueniret: Hinc

Occasio cur exemplum Cyriaci ex Glossa eraderetur.

Prudentia Magistri Sacri palatij.

factum est, vt circa eundem annum 1584. Gregorius XIII. Pontifex,& hanc correctionē Iuris Canonici approbaret, & simul Augustini Triumphi laudaret sibi recens inscriptum librum reuisum, in quo S.Cyriaci dicta abdicatio, Pontificatus & Martyrium Coloniæ factum continebatur : eam priuatorum auctorum sententiam nullo modo reprobando. Vnde non modo licet, erasa etiam ea additione Cyriaci, tam Ioannis Andreæ, & quindecim aliorum Canonum peritorum sententiam laudare & sequi, quam ipsam Glossæ veteris adferre auctoritatem 250. annis receptam; non quidem vt modo ius faciat, vel vt causa iuxta eam decidatur ; neque ideò, quasi in prima Ioannis lectura contineatur, quam ob causam expuncta videtur: sed vt notitiam sui ingeneret, *Socinus in c. accedens, num. 15. de crimine falsi ex Glossa. in Verb. quicunque in c. nouit de iud. & sequitur Innoc. & doct. Facit. c. fuerunt 7. dist. & C. de cadu. tol. in L. 1. §. si verò. Iacob. de Belui in lib. 2. C. de no. C. Comp. facit 37. dist. c. legimus.* Multum enim huius glossæ notitia confert, vt cognoscatur aliquot seculis, tam peruulgatam fuisse S. Vrsulæ historiam, tam omnium gentium & historicorum consensu receptam, vt Iuris Canonici glosså contineretur, donec Recentiores quidam eius adiunctis litem intenderunt: sed de hoc alibi.

Quomodo iam liceat citare Glossam correctam

CAPVT XV.

Septimus fons, inuentiones & eleuationes Virginum diuerso tempore facta, & quædam ex his à præsentibus summa diligentia conscriptæ.

A simili probatur fontis huius vis & efficacitas probandi.

IN iuribus citandis dum versor, occurrit menti casus cuiusdam homicidæ Titij crimen inficiantis, cuius probatio fortuita, & certa, fontis huius perspicuitatem, & vim confirmandi Cunibertinam historiam dilucidè patefecit, & oculis subijcit. Titius igitur à Sempronio reus apud Iudicem agitur de Caio decem luculentis plagis sauciato & interemto: ciusque criminis oculatum se testem asserit. Contra Titius inficiatur scelus, & Sempronium talionis lege damnandum vrget: nec talionis pœnam Sempronius refugit, nisi factum euidenter demonstrarit : iubet igitur in Titij stabulo humum, quæ recens aggesta cernitur, egeri, perscrutari cadauer Caij: quod eodem loci repertum & eductum Iudicis oculis obijcitur, nudatur, agnoscitur Caius, decem patescunt vulnera, gladius Titij cruentus, & eius insignitus armis gentilitijs profertur. Poteritne adhuc crimen tot indicijs manifestum Titius inficiari, tanta facti euidentia demonstrata? similiter Cunibertinæ narrationis euidentiam ostendere videntur factæ diuersis temporibus in agro Vrsulano Virginum inuentiones: nam quæcunque facta narrat historia : illa vel in titulis expressa, vel corporibus excepta vulnera, tela, gladij, reliquaque necis adiecta instrumenta loquebantur. Narrat historia vndecim fuisse millia Virginum: tumuli multa Virginum millia (quarum quædam etiam ex vestibus puellaribus adhuc incorruptis vel nominibus adiectis cognoscebantur) spectantibus exhibuerunt: in quibus & inscriptio S. Vrsulæ & S. Pinnosæ (quarum nominatim historia meminit) viscbantur, inuentis etiam chiliarcharum quarundam nominibus; nam titulus earum expressè referebat, ipsas mille virginibus præfuisse. Aliæ inscriptiones Romanam peregrinationem: aliæ socios eo in itinere adiunctos Sodalitati: aliæ Marryrium omnium Coloniæ toleratum, memorabant : Instrumenta verò necis, & tituli quidam indicabant, & tumuli conseruabant, vel ipsa corpora ijs adhuc perfossa exhibebant. Præcipuè tamen genus Martyrij totius Sodalitatis à veteri historia diligenter descriptum, in qua S. Vrsula sagitta transfixa legitur, ipsum virgineum cum titulo corpus sagitta percussum, quæ superat, approbauit. Pariter aliorum ossium dissectio, crania iaculis perforata, vectibus contusa, cadauera mediam partem secta, vel miserum in modum laniata

Corpora cæsa exhibent oculis spectandum, quod refert historia.

laniata truncataque veritatem Cunibertinæ narrationis oculis subiecerunt: eadem historia rationem, modum & locum totius funerationis sat clarè proposuerat, quæ situs, ordo & compositio cadauerum, tam accurata, pia, & religiosa præsentibus ostendebant. Et licet id nouem ipsos annos in illa generali, sub Gerlaco effossione, circa Annũ 1155. luculentissimè videre fuerit: similia tamen circa inuentionem S. Odiliæ, S. Cordulæ, S. Constantiæ, & centum aliarum; item S. Gregorij, & 139. corporum ad S. Maximinum fuerunt obseruata, vt lector totum si librum septimum, cum historia Vrsulana contulerit, sole clarius animaduertet; nec sit in tanta fontis huius perspicuitate declaranda diutius immorandum.

CAPVT XVI.

Octauus fons, translationes earundem reliquiarum Coloniâ per totum orbem factæ, & literis consignatæ, locum Martyrij probant.

VTi inuentiones Martyrij genus, & funerationis modum præcipuè demonstrarunt: ita tot millia Sodalitatis Vrsulanæ capita, corpora, & ossa innumera ex vno Colonienſis ciuitatis agro Vrsulano, per totum terrarum orbem diuisa & distracta, locum Martyrij probant: vnde enim tantũ translata sunt corpora, ibi tumuli & tituli sepulcrales petendi; ibi vestigia Martyrij quærenda: traditiones populi fida narratione maiorum accepta perueſtiganda; & ipsa sincera veritas historiæ requirenda: sic etiam factum est, vt vna cum corporibus Colonia, tam nomina virginum & tituli, quàm historia traditioque Colonienſis per orbem spargeretur: & deinceps aliarum nationum Martyrologia, lectiones horariæ, scriptorumque omnium gentium narrationes, è Cunibertino Martyrio velut vno & sincero fonte dimanarint, vt ideò fons hic etiam huius Martyrij sit nominandus: cuius vnam præcipuam controuersiam de loco confirmat, & id integro libro octauo locupletat, in cuius fine nominum chiliadem ordine alphabetico Martyrum Vrsulanorum congeram, quam ex varijs orbis partibus acceptam, luci propterea dare volui: vt appareat ea octingentis ferè Sodalitatis Vrsulanæ nominibus cœlitus reuelatis aptissimè congruere, & magnam partem eadem esse: vnde veritas reuelationis Anonymi perspicuè demonstratur: nam quæ ille diuinitus acceperat nomina, centum etiam post annis eadem in tumulis reperta sunt, adiectis earum consanguineis, officijs & conditione: quorum expressam ille tot annis ante fecerat mentionem.

Locus Martyrij probatur.

Nomina Vrsulana per orbem sparsa confirmant reuelationẽ Anonymi.

CAPVT XVII.

Nonus fons, cultus SS. Virginibus Vrsulanis certis quandoq; ritibus exhibitus.

COEpit Vrsulanus cultus ipso Martyrij anno templo virginibus exædificato, estque continuatus hucusque, vt liber nonus totus ostendit, è quo multa ad confirmandam narrationem Cunibertinam, plura ad ornandam & augendam velut vbertimo fonte dimanant.

Nam cultus ille nullis seculis intermissus tam certitudinem Martyrij, quàm Sanctitatis virginum arguit: locus verò relictus immunis ab aliorum cadauerum sepultura (vt ibidem dicitur) ex Clematij saxis incisa contestatione & consuetudine prisca mille annis, vt ostendo, obseruata, colligitur: vt qui intra ambitum Vrsulani agri defungerentur, extra eum, vel ad S. Mariæ indulgentiarum Ecclesiam, vel S. Cuniberti cœmiterium humandi deferrentur: vt etiam ager Vrsulanus non pateret, hostium assultibus fossa muroque iam inde ab Attilæ tempore cinctus fuit: ne sepultura virginum profanis vsibus & commodis deseruiret; sed honor ei præcipuus velut San-

Cultus confirmat sanctitatẽ & Martyrium.

ctorum cœmiterio haberetur. Fuerunt autem singularia quædam instituta ad cultum virginum; quibus historiæ ipsius quædam adiuncta repræsentarentur.

S. Vrsulæ peculiaris est: Rosarium.

Ad testificandum enim numerum vndecim millium virginum à quinque minimum seculis rosarium Vrsulanum fuit introductum, in quo singulæ virgines vna Dominica oratione, & salutatione Angelica salutantur: quod alij triennio, alij biennio, quidam intra annum, nonnulli vndecim intra dies absoluere consueuerunt, Deo creberrimis miraculis & ipsis virginibus in morte suis ob eam pietatem clientibus apparentibus, eum cultum approbantibus.

Peregrinationes.

Præterea peregrinationem Romanam virginum, iam inde ab ipsius Martyrij tempore votiuis ad locum Martyrij peregrinationibus Episcopi, Reges, Reginæ, & omnis status hominum sæpiùs sunt imitati.

Sodalitas nauicnlaria.

Adhæc in memoriam nauigationis Vrsulanæ, & triennij exercitationis naualis excitata Sodalitas est, & nauicula S. Vrsulæ nominata, quæ per Germaniam omnem latè disseminata fuit, innumeris nomen ei adscribentibus, & permultis operum piorum collatis symbolis felicem ex hac vita transitum Sodalibus exorantibus.

Institutio puellaris.

Denique vt Vrsulanarum virginum studium alios, præsertim verò teneram ætatem puellarem ad cognitionem, timorem & amorem Dei præceptis, exemplo moribusque formandi imitarentur, multis in locis virgines coierunt Sodalitatem, imò religionem iam à Sede Apostolica approbatam, cuius instituti ratio tota fertur, ad puellas à teneris honestissimis disciplinis & præcipuè pietate, commodisque moribus erudiendas, quæ etiam castitatis votum sub auspicijs S. Vrsulæ solent eo fine nuncupare, vt tutior eis maneat sub tot millium virginum patrocinio virginitas. Sæpiùs enim docuit experientia, quod eæ puellæ, quæ in clientelam huius Parthenici Collegij confugerant, inter innumeras hostium insidias incorruptæ perstiterint.

CAPVT XVIII.

Decimus historicus fons, Processus Iudicialis 70. iuratis testibus firmatus.

Quæ fides historico probato sit tribuenda.

QVod in Theologicis, Iuridicis, vel Philosophicis controuersijs potest vnius grauioris Doctoris iudicium ratione quadam firmatum, vt sententiam efficiat probabilem, quam tuto quis & prudenter sequi possit, hoc in historijs controuersis definiendis Historicus idoneus: præsertim si in antiquis rebus opinionem suam populi persuasione tueatur, Maius tamen momentum ad fidem cõciliandam habet, si fama, depositione testium iuratorum, quàm maximè idoneorum, & plurimorum ab incorruptissimis iudicibus, & ipso vestigiorum adspectu, librorum vetustissimorum lectione, omnibusque adminiculis ijs, quæ non famam tantum; sed & certam constantemque multorum seculorum traditionem corroborent, approbetur, factum id Basileæ Anno 1504. circa Vrsulanæ historiæ præcipua capita. Cùm enim Raimundus Gurcensis S.R.E. Cardinalis legatus Apostolicus ibidem versaretur, comperto, quod vicinis in locis quatuor virgines aduenarum magna frequentia colerentur, & clarissimis coruscarent miraculis, quæ ferebantur fuisse de Sodalitate S. Vrsulæ, & tunc cùm ipsa rediret cum vndecim millibus virginum Româ, defectu virium ex infirmitate decessisse: prodigijs in morte, & post eam earum sanctitatem declarantibus, rogatus etiam, vt eas solenni ceremonia eleuaret. Ipse cupidus tantæ rei veritatis accuratissimè perueſtigandæ, Officiali Basileensis Episcopi, & alijs quibusdam Ecclesiasticis & religiosis SS. Theologiæ & Iurium Doctoribus in mandatis dedit, vt loca sacrarum quatuor virginum sepulturæ consecrata coram oculis, & ipsa corpora, vestigia loci, libros veteres, dotationes ad SS. Virginum honorem olim factas, inspicerent: quibus diligenter perueſtigatis, & ad Cardinalem relatis, ijsdem imperauit, vt quoniam communis esset persuasio, eas ex Societate vndecim millium Virginum Coloniæ passarum Martyrium exstitisse; testes quos scirent huius rei notitiam habere,

Card. Gurcensis inquirit de Sodalibus S. Vrsulæ.

metu

metu etiam censurarum inducerent, vt quid à maioribus certa & constanti narratione didicissent, iurati deponerent. Deposuêre præuio iuramento è Clero, Parochis, religiosis familijs, è variorum oppidorum vicinorum, Magistratu, & aliis, septuaginta testes, & vnanimi consensu eorum plurimi è Britannia vndecim millium Virginum Duce S. Vrsula Romanam peregrinationem adornatam, & Coloniæ toleratum Martyrium ex Maiorum traditione sunt testificati, adiectis locorum adhuc exstantium notis & monimentis, vbi virgines illæ quatuor coactæ secedere ab illa Societate defectu virium, quibus locis fontibus excitatis, & fossis nomen suum reliquissent, quo in loco mortuæ, quibus prodigijs fuerint funeratæ: quibus tunc temporis clarerent miraculis: Horum quorundam testimonia iurata cùm ipse Cardinalis excepisset, & virgines graui ceremonia coram ingenti hominum frequentia solenniter eleuasset: ac Martyrium S. Vrsulæ vulgato diplomate breuiter ad Cunibertinæ narrationis amussim recitasset, testesque facti sui Episcopum Basileensem, Suffraganeum loci, Abbates, aliosque & subscriptores esse voluisset, egregium processum iudicialē hac super re seruatis omnibus iuris apicibus curauit erigendum, velut instrumentum publicum, omnibus numeris absolutum, non solum 70. testium iuratorum, sed & Cardinalis, Episcoporum, Abbatum, Principum virorum, SS. Theologiæ, & Iurium Doctorum multorum testificationibus, & auctoritate comprobatum: vt de traditione multorum confinium populorum, & vestigijs certis Romanæ peregrinationis deinceps nullus dubitandi scrupulus vlli relinqueretur: id totum, vt olim typis vulgatum Basileæ prodijt, libro decimo attexetur.

70. testes iurati confirmant.

Eleuantur virgines.

Hactenus 15. fontes, & fundamenta solida historica pro Cunibertina narratione, partim confirmanda, partim octo libris augenda sunt adducta, quorum quinque coæuis niti videntur firmis principijs, alia pleraque posterioris æui sunt; nullis tamen diuinis oraculis, vel reuelationibus: sed naturalibus & humanis nixa rationibus, & testificationibus, quę licet singula velut fontes in multos alios riuos; arbor in varios ramos diuidantur, concordissimè tamen cōspirant in Cunibertina historia confirmanda, & permulta ad prætermissa in ea suggerenda: vt nemo rerum æquus æstimator non videat, nullo modo Martyrium Vrsulanum esse nouitium, recens ab otiosis ingenijs excogitatum, & commentitium.

Repetitio breuis hactenus dictorum de 15. fontib. historicis.

Quomodo enim fieri potest, vt siue quæ suo quis, vt libuit, ingenio fuit commentatus; siue quæ ab aliis inani quodam vulgi rumore accepit, possint tam antiquis, tam multiplicibus, & inter se conspirantibus historicis niti fundamentis? quæ si sigillatim expendantur, & quorum ego tantum capita fontesque recensui, separatim ad suas in ijs contentas rationes reuocentur, multas centurias conficient historicarum probationum, vt dicere non verear, paucas Sanctorum Martyrum historias, tam variis, multis & solidis rationibus videri confirmari, vt deessent etiam omnia diuina testimonia, vel reuelationes, quibus solis nunquam censui in huius materiæ grauioribus quæstionibus decidendis esse nitendum: licet adiuncta quædam ab aliis prætermissa, congrua tamen, nec abhorrentia à principiis historicis iudicarim non esse negligenda. Venio igitur ad ea, primoque num ad hanc historiam adhiberi possint, disputabo.

CAPVT XIX.

Prater fontes 15. historicos ostenditur, non esse negligenda quinque diuina testimonia, idem attestantia: probatur etiam hodieq; dari veras reuelationes in Ecclesia.

HOrrui fateor ingenuè reuelationes (vt vsitatiori, & clariori in hac materia voce liceat vti) quæ circa S. Vrsulæ historiam circumferuntur: tam variè sunt, tam diuerso tempore, occasione & modo, multis personis vtriusque sexus à variis cœliti-

bus hac super re manifestatæ, tam eas hodie post vulgatã quorundam recentiorum de Martyrio Vrsulano sententiam, inuisas habent quidam Theologi, historici, & viri scientijs omnibus expolitissimi. Diu mecum ipse anceps & incertus disputaui, num ijs hac in historia nitendum videretur: id nullo modo consultum esse hoc tempore iudicaui, præsertim in tanta principiorum historicorum abundantia, quid enim hoc aliud esset, quam non hæreticis modò; sed & doctissimis quibusque viris orthodoxis iustam offensionis obijcere materiam, & suspectam reddere totum scriptionẽ vanitatis & leuitatis, in qua nullo delectu quæuis obuiæ, nec satis exploratæ reuelationes, in historia maximè controuersa, velut supremus arbiter & disceptator adhibentur, à cuius sententia non liceat appellare. Præsertim si viri doctrinis omnibus exculti ssimi iudicent, eas reuelationes sacris & profanis receptis eius temporis historijs aduersari, ac in ijs manifestos errores inueniri.

Periculosum hoc tempore solis niti reuelationibus. Præsertim suspectis.

Ita non temerè censui progrediendum, nec vllo modo solis credendum, quoties temporis euertunt historias, at si ijs consentanea referant, quæ simul auctoritate classicorum scriptorum confirmantur, non video cur vel suspectæ videri iure debeant: vel non etiam adduci possint ad ea roboranda, quæ sunt ante satis idoneis testibus stabilita: quæ ratio persuasit mihi, vt legendi earum laborem non subterfugerem, & si consentanea probatorum historicorum monimentis continerent, non negligerem. Peruolui igitur diligenter Anonymi reuelationem, & cum repertis fundamentis historicis contuli: nec quidquam obseruaui, quod vel Cunibertino Martyrio, vel traditionibus populorum, locorum vestigijs, titulis sepulcralibus, sacræ profanæque temporis historiæ repugnaret: imò cuncta confirmari, dubia dissolui, obscuriora clarius explicari, quibusdam tamen personarum, locorum & rerum adiunctis addiris, quæ mirificè Martyrium hoc illustrarent: ita tamen, vt nihil horum etiam vllo modo à probatis historijs abhorreret. Quinimò cum huius reuelationis plusquam septingenta nomina scripta personarum, statum earum, conditionem, cognationes & affinitates, cum mille nominibus è titulis sepulcralibus, iam inde à quingentis annis ante & præsertim post eam orbi vulgatam reuelationem inuentis compararem, supra ducenta reperi prorsus eadem: & in his multa barbara prorsus, in alijs historijs gestisve Sanctorum inusitata: centum & ducentis etiam annis post inuenta, in quorum etiam permultis idem personarum status, eadem officia & consanguinitates recitantur, vt suis ostenderur locis. Tam clara igitur demonstratione veritatis ipsa experientia centum & pluribus annis post declarata; vehementer exhilaratus, verti me ad alteram, Elisabethæ Schonaugiensis euoluendam: quam cum etiam conspirare cum titulis & traditionibus viderem: & laudari sapiùs ab Anonymo probarique cognoscerem: & ea quæ mira vel incredibilia proferre videbatur, vel reapse in ipsis fundamentis historicis contineri: vel si quas circumstantias, vt vocant, velut sibi reuelatas adderet, eas tamen optimè cum temporis historia congruere, mirari cœpi tam concordem vnanimemque singularum reuelationum cum fontibus allatis historicis & inter se consensionem: Et quod totics à reuelationibus, tam tituli, quam Cuniberti num Martyrium (quod *antiquam passionem S Vrsulæ* vocant) tam frequenter laudaretur, explicaretur, defenderetur, quasi primigenia & germana historia, vt tandem induxerim in animum, hunc etiam fontem Vrsulanæ historiæ, tam confirmandæ, quàm illustrandæ, & augendæ adhibere, hac tamen seruata cautione, vt præcipuas controuersias huius Martyrij ex 15. probatis historicis decidam fundamentis, auctarij tantum loco reuelationis confirmationem adijciendo: in leuioribus adiunctis, vbi minutiora prætermittit historia, solis quandoque nitar reuelationibus ijs, quæ sacris & profanis historicis nullo modo videntur aduersari.

Adhiberi possunt vt fulciant per se firmam historiam.

Reuelatio Anonymi probatur.

Et altera S. Elisabethæ.

Cur hæ reuelationes non sint negligendæ.

Contra reprehensores earum.

Sed quoniam ætate nostra quidam ad reuelationum quarumuis nomen velut inauspicatum, supercilium cõtrahunt, vt stomachis suis insipidas & suspectas sibi, nulliusque fidei prorsus abijciant; vt dem libenter hoc æuo nostro, Germaniæque tot hæresibus infectæ, non temerè somnijs mulierc ularum, & quibusuis vilis quarumuis personarum credendum esse, illud tamen non videtur tolera dum, prænotiones etiam viris & virginibus sanctitatis, & Propheticæ spiritu vel fama passim celebratis,

vel

vel in canonem relatis, diserteque profitentibus se diuinitus dictatas scribere, contemnere, & fidem omnem derogare; quasi nulla soleant amplius oracula cœlitus inspirari, cùm constet & certum sit in Ecclesia Dei donum Prophetiæ iuxta Ioëlis.c.2. oraculum hodieque permanere. de quo Iustinus. *Apud nos hucusq; prophetica existunt dona: vnde & vos intelligere debetis, quæ olim in genere vestro (de Iudæis intelligit) fuere, ea esse in nos translata. At quemadmodum apud vos, & Sanctorum Prophetarum tempore, etiam Pseudoprophetæ erant. Ita apud nos multi sunt falsi Doctores, quos cauendos esse Dominus noster præmonuit.* & infrà. *Est apud nos videre feminas & masculos, dona à spiritu Dei habentes.* Baronius vniuersè de Ecclesia pronunciat: *Fuisse semper à temporibus Apostolorum in Ecclesia, ac perseuerasse in posterum spiritum Prophetiæ, absque controuersia est apud omnes. Equidem ex veteri quoque Prophetia iure S. Ecclesia nouas sibi vindicat Prophetias, Ioëlis nempe oraculo dicente, effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, idque sibi per Christum concessum est.* Ephes. 4. *diuino spiritu ex mensura fidei, quod ait Apostolus* Rom. 12. *his & alijs charismata diuidente.* Consentit Suaretz. *Nec negandum in nouo Test. dari donum Prophetiæ propriè dictum; nam locum* ad Ephes. 4. *quosdam Prophetas, communiter intelligunt de ijs, qui propriè futurum prædicunt & præcognoscunt. S. Chrysost. om. ibid. Oecumen.* 1. Cor. 8. *qui exemplum ponit in Agabo,* Act. 11. *& quatuor filiabus Philippi.* Inde iure à Doctoribus contemtores ij reuelationum acriter perstringuntur.

Prophetiæ donum semper in Christi Ecclesia permansit: Ioel 2. Iust. in dial. cum Tryphone. Baron. to. 2. An. 173. n. 6. Suaretz. to. de fide, d. 8. s. 3. n. 5.

Gerson, *Fortassis sapientes huius seculi tales dari cuipiam reuelationes posse minimè sibi persuadebunt: verissimè namque Propheta, Deo nos illuminante, à montibus æternis omnes insipientes corde turbatos esse, omnes inquam, qui quæ ad animum & spiritum spectant, non intelligunt, quique apud seipsos in corde suo non viuunt; sed potius extra se in latis vanitatum locis exspatiantur.* Blosius, *Præmonendus lector est, ne peruersum quorundam hominum iudicium sequatur, qui reuelationes ac visiones diuinas, seu vanissima somnia contemnendo, se parum spirituales & humiles esse ostendunt, neque enim parui pendendæ sunt reuelationes diuinitus exhibitæ, quibus Ecclesia Dei mirificè illuminatur. Dominus semper potuit, & poterit, quod vult in mundis animabus electorum suorum.* Ribera, *Tales homines rerum spiritualium propè rudes sunt, quasi ne fando quidem audierint, quæ in Sanctorum vitis passim obuia sunt, neque ipsi vnquam experti sint, quanta familiaritate dilectos suos ille animarum sponsus reficiat ac prosequatur: sed vt Gregorius ait, de re omni, quam corporeis oculis percipere nequeunt addubitant.* Gerson. Blosius. Ribera in vita S. Theresiæ.

Enimuerò cum Societatis nostræ Theologus eruditissimus Delrio, & ex eo Serarius, S. Elisabethæ Schonaugiensis (qua de præcipuè agemus) & similium reuelationes contr obtrectatores fusè defendendas susceperint, eorum pro ipsis Apologiam breuem recitabo. Delrio li. 4. disq. Mag. c. 1. q. 3. S. 4. Serarius in Mogunt. l. 2. c. 23.

Fuere multi huiusmodi, quarum exstant reuelationes, vt S. Angelæ, & S. Hildegardis, & eodem tempore S. Elisabethæ Schonaugiensis, cuius reuelationes libris duobus complexus Rogerius Cistercienſis Anglus, vir doctus & pius: quem vt nullum Sanctorum virulentiæ, maledicentiæq; fœtidi oris sui, Balæus immunem esse noluit, in Catalogo scriptorum Britannicorum, quo libro nihil legi vnquam, scurrilius, mendacius, aut magis blasphemum, miror nondum ab aliquo Anglo Catholico laruam morioni & sceleratissimo Apostatæ detractam. Venit deinde ad calumniatores reuelationum S. Brigittæ, & rationes, quæ eis & similibus obijciunt. Laudantur S. Elisabethæ reuelationes.

Henricus de Hassia, & Sybillanus, ambo Catholici, ambo religiosi; sed vt verum dicam, nonnihil audaces, volunt D. Brigittæ & similium reuelationes non debere haberi pro indubitanter veris, nec acceptari tanquam à Spiritu sancto editas. Qui si hoc intelligerent, de certitudine fidei Catholicæ, eiusque veritate; item de editis à Spiritu sancto dictante; sanè verum dicerent: sed puto neminem paulò prudentiorem tale quid vnquam opinatum: Argumenta quoque illorum, cùm longè tendant vlterius, indicant, eos longè aliud voluisse: scilicet loqui de certitudine humana, seu morali, & dictamine Spiritus S. in diuinis reuelationibus ordinario: quod sanè nimis multum de auctoritate & opinione Sanctarum Christi sponsarum est decerpere. Obtrectatores earum duo. Confutantur.

Sic illi argumentantur. Primò, quia, quæ prædixerunt, aliunde possunt prædici: vt ex indu- Argumenta eorum §. 1.

industria, solo lumine fidei & doctrinæ confortata. Secundò, quia potuerunt ex illusione
2 *dæmonum nasci, Deo hoc meritò permittente, eò, quod etiã sine culpa præsumebant facere,*
3 *quæ mulieribus illicita, vt concionari, & docere. Tertiò, quia potuerunt oriri ex phantasia*
4 *nimis debilitata, & ex errore quodam mentis. Quartò, quoniam in illarum dictis quædam*
occurrunt minus secundum cõmunem Theologorum sententiam consentanea rationi, & ve-
5 *ritati. Quintò, quia prophetica earum doctrina superuacua, & parum Ecclesiæ videtur*
esse necessaria.

Respõsio. *Hæc momenta non me deterrent, non mouent à debita sanctis mulieribus, earumq; dictis exhibenda reuerentia. Non quidem illas reuelationes tanquam fidei Catholicæ asser-*

Quo loco sint habẽdæ eæ reuelationes. *tiones tueor: sed vt reuerentia dignas, & à cœlesti lumine collustratis mentibus prolatas, venerabiles defendo, & quamdiu ab Ecclesia Catholica approbantur, non nisi temerè reiici posse contendo.*

Ad 1. *Ad primum argumentum Resp. Plurima in his contineri, quæ cum tot annis ante prædicta fuerint, non nisi à Deo potuerunt reuelari.*

Ad 2. *Ad secundum. Resp. Quod Episcopi varij, & Summi Pontifices modum illum Sanctarum extraordinarium in docendo & exhortando permiserint, & ideò nihil illas indebitum vsurpasse: quare nec causa fuit vlla, cur sponsas suas Christus tam fædè ab animarum adultero, diabolo decipi & rideri pateretur.*

Ad 3. *Ad tertium Resp. Nullum delirij, vel aberrationis è mente sana signum vnquam in illis deprehensum fuisse: quare non minus hac coniectura, quam præcedentes vanitatis & malitiæ plena censenda.*

Ad 4. *Ad quartum. Negamus in reuelationibus illarum quidquam reperiri, quod Catholicæ fidei sinceritati palam repugnet, vel cum ea consistere nequeat, si quid fortè communiori Scholasticorum sententiæ repugnat, non ideò confestim damnandum, vt erroneum, cum piè & prudenter intellectum, suis quoque probatis auctoribus, & rationibus non absurdis stabiliatur, alioqui Pontifices Romani, vt Eugenius Tertius, Hildegardis; Bonifacius verò Brigittæ reuelationum libros, adhibito maturo Cardinalium & Doctorum consilio, atque examine, non permisissent ad Ecclesiæ vtilitatem in vulgus edi.*

Ad 5. *Ad quintum dico. Solere Deum sæpè quædam permittere, imò & facere, quæ nobis videntur Ecclesiæ non admodum necessaria: vel idcircò, vt maioris suæ munificentiæ nobis signa sint, & famulos suos amicos q; amplius honoret. Præterea quis Consiliarius Dei fuit, aut iquis mentis eius abyssum sic penetrauit, vt pronuntiet, ab eo aliquid factum superuacuè?* subiungit aliud de apparente quarundam feminarum id genus reuelationum repugnantia, quam Suarez, Delrio, & Baronius discusserunt.

Horum ego sententiæ libens subscribo, cum nihil in ijs, quas laudatum sum reuelationibus, neque à fide, vel moribus abhorrens, neque etiam à sacra profanaque historia alienum inuenerim: imò talia continent, quæ principijs solidis inniuntur: vt hunc etiam fontem non dubitarim adducere: diuinorum testimoniorum, quinque velut scatebris discriminatum: Ac 1. producam miracula. 2. visa certarum virginum, vt SS. Cordulæ, Odiliæ, Cleomatæ, &c. quæ adiuncta quædam Martyrij confirmarunt, 3. S. Elisabethæ, 4. & 5. duplicem cuidam Anonymo, & reliquis prolixiorem factam reuelationem.

CAPVT XX.

Primus diuinorum testimoniorum fons, miracula toto orbe patrata.

Miracula causam Martyrij confirmãt. MIraculis Deus velut certis testificationibus, Martyrum sanctitatem, & causam Martyrij solet approbare. quam crebra rara, & inusitata sint hactenus ad inuocationem Sodalitatis Vrsulanæ, & contactum reliquiarum eius consecuta, liberrimus indicat: vt de causa legitima Martyrij in Cunibertina historia piè religioseque descripta non sit ambigendum, quàm vehementer in dubium videtur vocare communior aduersariorum opinio. Primò enim Virgines volunt Maximo tyranno

(dum

(dum inuaderet imperium, ab Ecclesia iam anathemate fulminatus, & interemillet Gratianum laudatissimum Imperatorem) ad hæsisse. Secundò, putant eas à stipendiarijs Gratiani militibus interceptas, dum contenderent ad nuptias cum militibus Maximo fœderatis contrahendas, & necatas, ne hostilem exercitum prole fœcundarent: nam mori potius elegisse, quàm barbarorum libidine polluerentur. at tum inopinato casu è tot millibus (de quibus ambigi meritò posset, omnes ne fuerint Christianæ) quam procliuè aliquas saltem lenocinijs militum expresso consensu constupratas, & tamen occisas in peccato decessisse? longè alia melioq; Martyrij Cunibertini causa: id cum triennio ante se subituras cognouissent, tanto se ante ad id sanctissimis exercitationibus in nauibus, velut in religiosa quadam familia, vt alibi docebo, compararunt, vmbratili tamen assumto militaris exercitus nomine, & officijs, vt discerent generosè, se, mundum & dœmonem debellare. Hinc factum auguror, quod clientibus soleant inuocatæ victorias obtinere, ciuitates ab hostium inuasione liberare, militum assultus reprimere. Deinde quia tot alios, aliasque ad virginitatis & Martyrij laureolam adduxerunt, sæpè de vitæ statu deliberantibus pias ingerunt ad Religiosam vitam amplectendam cogitationes, studium, & cupiditatem: ac quoties periclitatur castitas, opportunè subueniunt: morientibus verò præcipuo modo videntur opitulari, quod triennio toto tanta flagrarint siti Martyrij, & ad mortem amore Christi tolerandam, tot peregrinationis labores & molestias susceperint, & caput atrocissimis cruciamentis obiecerint. Naufragis etiam frequenter succurrunt, quæ nauticis laboribus multum diuque se fatigarunt. Præterea febrientes S. Aurelia iuuat, quæ febri decessit in reditu Romanæ peregrinationis; vt gutturis vitia S. Cunera strangulata: eadem quia in equili tumulata, equorum indicio fuit inuenta, equorum morbos curat, ferocientes domat, mortuos redanimat. Sed his affinia plura lector passim in libris sequentibus obseruabit: mihi satis sit, digitum in fontem intendisse, quo historia primigenia tam augetur, quàm confirmatur.

Aduersarij eam infringunt, vel debilitant.

SS. Virgines impetrant victorias. Dirigunt de vitæ statu deliberantes. Adsunt morientibus. Naufragis opitulantur. Certos morbos curant.

CAPVT XXI.

Secundus fons, diuinæ testificationis per certarum Virginum visiones.

PLurimas Sanctorum reliquias colit Ecclesia cœlesti reuelatione declaratas, S. Stephani, & sociorum per Lucianum Presbyterum; Gerualij & Protasij, per S. Ambrosium; SS. Maurorum, per S. Annonem; S. Gereonis, per Norbertum diuinitus cognitas, & designato loco repertas, & eleuatas: nec his quisquam vel Hæreticus fidem derogarit, quas aduerterit ipsa tali experientia fuisse comprobatas: plenus est liber septimus, & octauus similibus Virginum oblatis visis, nomen etiam suum præter sepulturæ locum indicantibus, quod postea titulus funeralis approbauit. Præterea nonnullæ, dum sic apparerent Virgines, quædam adiuncta Cunibertinæ narrationis confirmarunt: S. Odilia se mille dixit Virginibus præfuisse, & omnes ad Martyrium animasse, Coloniæ verò cum sua Chiliade occubuisse; S. Cordula locum, qui sepulturæ fuit, eundem & Martyrij exstitisse.

Multa Petronillæ cuidam de Constantia, alijsque Virginibus Vrsulanis sunt cœlitus indicata, & ipsa corporum & nominum inuentione confirmata: quorum veritatem nemo reuocabit in dubium, si quæ de his inuentionibus coæui testes idonei tradiderunt literis, voluerit euoluere.

Tres aliæ sunt copiosiores & difficiliores de tota Martyrij serie, & per multis personis eius Sodalitatis à Deo, Deipara, & ipsis sanctis Virginibus nonnunquam internuncijs inspiratæ: de quarum veritate multi controuertunt.

Sed ante, quam ad tertium, quartum, & quintum fontem reuelationum digitum intendamus, diligenter prouidendum erit, ne dubias, incertas, & suppositias pro veris & diuinis adferamus: ideò, ne in materia valdè lubrica & periculosa labi cõtingat, SS. Patrum, Angelici Doctoris, Scholasticorumque præmittam de reuelationibus &

Pro-

Prophetia doctrinam, vt quid illa sit, quibus nitatur principijs, & quibus indicijs vera possit à falsa discriminari, perspicuè cognoscatur, accommodatis ijs, quæ in his reperiuntur.

CAPVT XXII.

De causis, certitudine, & signis, quibus vera Prophetia à falsa secernatur.

Definitio prophetiæ.

PRophetia à Græco προφημι, seu præfando, vel prædicendo, vocem & originem traxit: si propriè sumatur, est cognitio certissima ex diuina reuelatione indita, qua res quædam occultissimæ alicui manifestantur, vt alijs illas enunciet.

Causa principalis Deus. Obiectum formale.

Causa eius efficiens principalis est Deus solus, non naturali modo, sed supra naturæ vires operando: est enim obiectum formale reuelationis auctoritas diuina, quæ manifestat & testificatur homini rem ita se habere. Vnde scriptura passim innuit, Prophetæ linguam, esse Dei instrumentum, quod ipse mouet & applicat ad occulta quædam alijs indicanda. Lucæ 1. *Locutus est Deus per os Sanctorũ, qui à seculo sunt Prophetarum.* 2. Petri 1. *Spiritu S. inspirati locuti sunt.* Hebr. 1. *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis.* Psalm. 44. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*: Spiritus S. mouentis linguam, vt scriba calamum. Vnde Cassiodorus definit, Eam *esse reuelationem diuinam, quæ euentus rerum immobili veritate pronunciat.* Probat eam definitionem S. Thomas, Suares, Delrio, alij. ratiò clara est: quia omnis cognitio supernaturalis, certa & infallibilis nititur Dei testificatione, talis est Prophetia, ergò.

Luca 1. 2. Petr. 1. Hebr. 1. Psal. 44. Cassiodorus. S. Thom. 22. q. 172. a. 1. Suarez de fide d. 5.

Est cognitio: nam vt rectè notat Doctor Angelicus, communiter Propheta primario cognoscit, & videt occulta; ideoque *Videns*, olim dicebatur: postea cognita loquitur, & manifestat ad aliorum vtilitatem. Hinc & ea cognitio visio nominatur. Isa. 1. *Visio Isaiæ quam vidit.* Ezech. 1. *vidi visiones Dei*: vident enim occultissimas quasque res; easdemque Dei iussu alijs nunciant, vt Psaltes Regius dicat: *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.*

Prophetia est cognitio. *Isaiæ 1. Ezech. Psalm. 50.*

Est deinde cognitio supernaturalis, quia donum est solius Dei: sæpè & obiectum, vt futurorum merè contingentium, non cadit, nisi sub Dei solius notionem, qualia nonnulla vterque tam S. Elisabetha, quàm Anonymus prædicit.

Supernaturalis.

Infallibilis. *q. 174. 3*

Est verò cognitio hæc certissima, & penitus infallibilis: (vt termini his consuetis Theologicis vtar) cùm reuelationis sit finis, teste S. Thom. *manifestatio veritatis super hominem existentis, quàm Deus ipse*, qui falli, vel fallere nequit, *decoret* non potest error illi copulari. Adde, licet veritas ea futura sæpè maneat obscura, & veluti ænigmatica, dum ob rei raritatem quibusdam apparet incredibilis, euentu tamen ipso secuto, demonstrat Dei fuisse reuelationem: Sic S. Irenæus ait: *Prophetia priusquam habeat efficaciam, ænigma est hominibus, cùm autem euenerit, quod prophetatum est, magnã vim habet ad confirmandum intellectum, & clarè ostendit Deum esse præscium futurorum.* Tale quid in genealogijs Anonymi l. 2. licet obseruare: incredibile videbatur, cum ad septingenta nomina Sodalitatis Vrsulanæ circa Ann. 1183. & 1187. proderet: nonnulli fabulosam credebant eam personarum tam sublimium enumerationem: at cum earum multæ sequentibus temporibus repertæ sunt in tumulis, adiectis ijsdem, quas designarat notis, non rem commentitiam; sed supra naturæ vires fuisse monstrauit euentus.

S. Irenæus lib. 4. c. 43. Experientia tollit obscuritatem prophetiæ.

Scit Prophetа Deũ sibi loqui. *S. Thom. q. 171. a. 5. Ier. 26. 15. Suarez sect. 4. n. 4.*

Nec satis est Prophetam scire certa à se prædici, nisi & exploratissimum ei sit, Deum sibi testificari, rem ita se habere. Probat id S. Thom. verbis Ieremiæ. *In veritate misit me Dominus ad vos, vt loquerer in aures vestras, omnia verba hæc.* & Suarez ea ratione: non enim potest iudicare quis rem reuelatam esse certam: nisi ei sit persuasissimum, reuelationem esse infallibilem ob Deum ipsum reuelantem: ideò Prophetæ veteris Testamenti præmittunt oraculis ea verba: *hæc dicit Dominus*, quod quam certi sunt, rem esse veram, tam etiam certi sint, Deum rem illam suo testimonio confirmasse. Fusius hanc certitudinem sic deducit Delrio noster. *Quibus diuina fit reuelatio, solent à Deo sic mente illustrari, & voluntate affici, & de fide ac veritate reuelatio-*

Vnde certitudo hęc oriatur. *lib. 4. disq. c. 1. q. 1.*

nis

nis certiores reddi, vt apertè agnoscant, & firmissimè credant, Deum esse reuelationis siue visionis Auctorem: & queant nescio quo (vt ait sanctus Gregorius) intimo sapore discernere, se nec humanis somnys, nec diaboli fraude illudi; sed certo certius sciant, hoc sibi lumen Dei dono concessum (quod de matre sua sanctus Augustinus prodidit) de se verò passim profitetur beata Angela de Fulginio cap. 19. 21. 27. 28. 29. & alibi, & adeò clarè cernant futura: vsque adeò præbeant assensum, vt aequè facilè sint negaturi prima receptissima, notissimaq; scientiarum principia, quod de Sauonarola ille dictitabat, & de quodam suo familiari, quem nominat Picus, affirmat; quem ego Hieronymum hunc fuisse opinor: sed quod verius, certiusq; tales fuisse omnes reuelationes Patriarchis, Prophetis, Apostolis ceterisq; Prædicatoribus ac Doctoribus nascentis Ecclesiæ factas, meritò censuit Thomas Anglicus commentario in Genesin. Lumen illud cœlitus, cum veris reuelationibus infundi solitum Theologi contemplatiui seu mystici varijs nominibus appellant; saporem internum, intimam inspirationem, dulcedinem experimentalem, diuinam illustrationem, sensum minus sensibilem, absconditum manna, donum discretionis spirituum. Adhuc controuertitur an hoc lumen sit idem cum lumine fidei, an quid diuersum ab eo: & siue re idem sit, siue diuersum, quando hoc simul datur, tunc grauiter peccat, qui huiusmodi reuelationi fidem non præbet. Sit Zacharias exemplo linguæ vsu priuatus, & in Regum historia, qui iubentem Prophetam non sauciauit, & qui propter inobedientiam disceptus fuit à leone. Hactenus Delrio.

S. Greg. lib. 4. Mor. ca. 48.

Aug. lib. 6. confess. Quam explorata sit.

In compendio reuel.

Gen. 2.

Luc. 1.

3. Reg 20. 16.

Peccat si differat assensum.

Quod ad Vrsulanas reuelationes attinet, tam S. Elisabeth, quàm Anonymus sæpè testantur se reuelata scribere. S. Elisabeth cap. 1. *Aperto ea, quæ mihi per gratiam Dei reuelata sunt de illo virginali exercitu. & scio quidem, quoniam hinc sumturi sunt occasionem flagellandi me linguis suis, hi, qui aduersantur gratiæ Dei in me: sed voluntariè sustinebo: quia aliquid mercedis me recepturam spero: si tot Martyrum honor aliquid incrementi acceperit, ex his, quæ per meos labores Dominus de eis reuelare dignatur.* ca. 5. ei à S. Verena dicitur: *ante multa tempora ad hoc ipsum præelegit te Deus, vt ea quæ hactenus fuerunt incognita de nobis, per te faceret manifesta:* iniungit deinde ei anniuersarium ieiunium eo fine, *quatenus tibi reuelare dignetur Dominus ea, quæ de nobis manifestare disposuit,* iterum cap. 19. *Hæc verba reuelationum Domini non meis quidem iustificationibus; sed meritis sanctarum Virginum per diuersas festiuitates Sanctorum, sicut Domino placuit, accepi.*

S. Elisabeth testatur se reuelata scribere.

Cap. 1.

Cap. 5.

Cap. 19.

Idem Anonymus fatetur sæpissimè: sic lib. 1. in Prologo, ait, *inspirante Domino, piaq; ipsius genitrice cooperante, vndecim millium describentes Virginum historiam: Nonne idem Spiritus, qui quondam Patribus nostris ea, quæ ab ipso mundi exordio acciderunt, cœlitus inspirando manifestauit, potest & nunc sanctarum Virginum suarum expeditionem pandendo reuelare?* In Epilogo libri fatetur sibi quædam de verbo ad verbum dictata esse. *Testis enim mihi es Domine, qui vix duorum aut trium foliorum in ipso scribendi initio me consummare seriem existimabam, nostri etiam, quoniam frequenter contra voluntatem meam ad scribendum multo tædio affectus excitabar: accidit quoque crebrius, dum stylum apposuissem paginæ, iussus ponere pennam, ignorare me penitus scribendi materiam: sed quemadmodum cum pueris agitur paruulis, cùm primum literis sunt imbuendi, ita sæpius nobiscum agebatur, syllabæ, dictiones, commata, versus medietas, integer versus prænominabatur: & hoc præcipuè tamen in sequenti volumine expeditionum nobis euenit, vt nimio tædio ferè deficeremus.* Iterum cap. 1. libr. 2. *Deum itaque testamur: qui vniuersarum conscius est conscientiarum, quoniam plura huius historiæ descripsimus capitula, & quidem inuitis iniungebantur nobis, series q; ipsarum, & materia sigillatim reuelabatur, & vno perscripto, aliud velut coactè imperabatur cœlitus describendum.* Enumerat postea capita integra dictata à Deipara. Nunquid igitur vera dari per cœlites potest reuelatio? Affirmat id sanctus Thomas, Caietanus & Suarez. hi docent, *quod aliquando concurrunt sancti Angeli* (Deipara vel alij cœlites) *tanquam ministri vel instrumenta Dei; non infundendo species, aut lumen; neque per se efficienter mouendo intellectus aut*

Anonymus idem fatetur.

Dictantur ei quædã

Cap. 1. li. 2.

Quomodo Angeli & sancti concurrant ad reuelationẽ.

voluntates Prophetarum; sed applicando obiectum per similitudines, vel phantasmata similia, ac docendo, instruendo q; hominem. Vnde quæ mere intellectualis est reuelatio, solum à Deo manat, quæ verò sensibus obiecta, ab Angelis vel cœlitibus potest proficisci: non autem, quæ tunc prænunciant sua confirmant auctoritate; sed vt Dei ministri loquuntur: & qui recipit, ei, vt diuinæ testificationi assentitur: ideoque tales etiam ad veras spectant reuelationes.

Quæ tunc etiam nititur Dei attestatione.

q 171. art. 5.

Sed nunquamne posse falli Prophetam est existimandum? Distinguit S. Thomas. *Mens Prophetæ dupliciter à Deo instruitur, vno modo per expressam reuelationem, alio modo per instinctum quendam occultissimum, quem nescientes humanæ mentes patiuntur, vt August. dicit 2. super Gen. ad literam. De his ergò, quæ expressè per spiritum prophetiæ Propheta cognoscit, maximam certitudinem habet, & pro certò habet, quod hæc sint sibi diuinitus reuelata: Alioqui si de hoc ipse certitudinem non haberet, fides quæ dictis prophetarum innititur, certa non esset. Sed ad ea, quæ cognoscit per instinctum, aliquando sic se habet, vt non plenè discernere possit, vtrum hæc cogitauerit aliquo diuino instinctu, vel per proprium.* Hoc modo Doctor Angelicus explicat eâ S. Gregor. verba. *Sciendum est, quod aliquando Prophetæ sancti, dum consuluntur ex magno vsu prophetandi, quædam ex suo spiritu proferunt: & se hoc ex Prophetiæ spiritu dicere suspicantur.* Subdit: *Ne tamen error ex hoc possit accidere, per Spiritum S. citius correcti ab eo, quæ vera sunt, audiunt, & semetipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt, vt ibidem Gregorius subdit. Ecce Nathan Propheta, qui primus Regi dixerat, vade & fac: postmodum prophetiæ spiritu edoctus, hoc fieri non posse denuncians, & Regis consilys, & suis sermonibus contradixit, quia, quod ex spiritu suo dixerat, falsum esse deprehendit.* Additur hic & illud discrimen verorum & falsorum Prophetarum. *Quia Prophetæ veri, si quid aliquando per spiritum suum dicunt, hoc ab auditorum mentibus per Spiritum sanctum eruditi citius corrigunt: Prophetæ falsi, & falsa denunciant, & alieni à Spiritu sancto in sua falsitate perdurant.*

Prophetæ acti spiritu prophetico falli nequeunt.

Possunt falli cùm quædam dicunt ex instinctu.

Georg. ho. 1. in Ezech.

Sed statim correcti à Deo reuocant errorem.

Vt Nathan 2 Reg. 7.

Discrimen veri & falsi Prophetæ.

Suarez eadem ex sancto Gregorio deducit: *Prophetas non semper ex certa prophetia loqui; sed interdum solum ex instinctu prophetico: tunc tamen non affirmare, vt certa, quæ proferunt; sed cum ea dubitatione, quam habent, & se habere suspicantur: Vnde si verus fuit instinctus, non corriguntur; sed interdum aduenientе maiore luce & reuelatione Spiritus sancti confirmantur; si verò instinctus tantum fuit humanus, corriguntur, inquit Gregorius: quod præcipuè habet verum in sanctis Prophetis: qui in scriptura prophetarum: nam vt eorum veritas esset omnino integra, & indubitata, prouidit Spiritus S. vt si quid interdum loquerentur spiritu humano, statim se corrigerent spiritu diuino afflati, qui etiam cùm ita loquuntur, non ex aperta prophetia; sed ex aliquo instinctu, hoc ipsum suo sermone indicant. Patet hoc in Nathan, qui dicenti sibi Dauid, velle se ædificare templum Domino, respondit, vade, & omne quod est in corde tuo fac, quia Dominus tecum est. & tamen statim nocte sequenti edoctus à Domino intellexit per veram prophetiam, Deum nolle, vt Dauid sibi templum ædificaret. Vnde in prioribus verbis Nathan non fuit locutus tanquam certo cognoscens spiritu prophetico; sed vt vir quidam sanctus, qui putabat se spiritu Dei loqui, tamen quia Propheta erat sanctus, & quasi ex officio ad id deputatus, totius rei veritatem postea cognouit.* Simile quiddam in vtraque reuelatione tam Anonymi, quàm sanctæ Elisabethæ licet obseruare. Anonymus fatetur ingenuè tunc, cum humano duceretur spiritu, passionibus certis intellectu nonnihil obnubilato, iussum esse cœlitus calamum à scriptione cohibere, futurum enim, vt mendacia pro veris scriberet. Ita narrat in epilogo libri primi. *Accidit quoque crebrius, dum stylum apposuissem pagina, iussus ponere pennam, ignorare me penitus scribendi materiam; præterea nobis aliquoties accidit, vt impatienti animo, menteq; parata, pennam adscribendum aptaremus, en subito cœlitus dicebatur, dimitte: quidquid enim scripseris, totum erit mendacium. Gratanti siquidem corde cœlicam admonitionem suscipiens, ilico manum retraxi otio vacans aliquando per medium diem: quousque mentis perturbatione sedata sperata tranquillitas rediret.* Sic apud S. Elisabetham S. Verena monuit, ne error in nominis scriptionem incur-

Prophetæ cùm ex instinctu loquitur, dubiè dicit.

Anonymus ne ex instinctu falsa scriberet, præmonetur.

S. Elisabeth c. 2.

incurrerent. *Ita*, inquit, *est meum nomen vt audistis: penè tamen per errorem aliter scribi debuerat; sed ipsa ega scribentem prohibui.* At quid illud in Anonymo sibi vult, quod ob animi perturbationem negat se capacem fuisse afflatus diuini recipiendi, qui cùm intellectu percipiatur, non eget voluntatis affectione, potestq; in reprobis inueniri, cõquesturis olim: *Nonne in nomine tuo prophetauimus, vt Balaam, Caiphas, alij?* Subtiliter Angelic. hic Doctor, id his dissoluit verbis. *Non ordinatur* (Prophetia) *directè ad hoc, quod affectus ipsius Prophetæ cõiungatur Deo, ad quod ordinatur caritas. Et idò prophetia potest esse sine bonitate morum, quantum ad propriam radicem huius bonitatis: Si verò consideremus bonitatem morum, secundùm passiones animæ, & actiones exteriores, secundùm hoc impeditur aliquis à prophetia per morum malitiam: nam ad prophetiam requiritur maximè mentis eleuatio ad spiritualium contemplationem: quæ quidem impeditur per vehementiam passionum, & per inordinatam occupationem rerum exteriorum: Vnde & de filijs Prophetarum legitur, 4. Reg. 4. quod simul habitabant cum Elysæo, quasi solitariam vitam ducentes, nè mundanis occupationibus impedirentur à dono prophetiæ:* Congruenter huic doctrinæ Anonymus, qui creditur fuisse B. Hermannus Steinfeldiensis, secedebat scripturus sæpè in solitudinem, vel ad arboretum, ne colloquijs aliorum & interpellationibus præpediretur: hoc etiam cœlitus quandoque consecutus, vt nec à transeuntibus videretur, quo mens tota contemplationi, & huic scriptioni penitus intenderet. Pro obiecto materiali reuelationis seu re, quæ cadit sub eam, Suarez ex S. Thoma rectè cõprehendit omne, quod reuelari potest, præteritũ, præsens, & futurum: at si etymologiam spectes, materia eius maximè sunt futura contingentia, vt D. Thom. disputat ex Gregor. Chrysost. Beda, quis enim dubitet, Prophetam egisse Moysen, cùm Genesin scriberet, & Christum cum cœlis arcana præsentium panderet?

Potest in impijs esse prophetia. *q. 171. a. 4. in C.*

Non prærequirit in voluntate caritatem. Sed passionum quietem. *4. Reg. 4.*

Obiectum materiale est omne reuelabile. *Sect. 3.*

Finis intrinsecus prophetiæ est cognitio obiecti, quæ per se magna perfectio est, & quandoque sanctis, vt Deiparæ, fuit ob singularẽ eius sanctitatem & dignitatẽ communicata: at finis extrinsecus, ex Dei pendens arbitrio, solet esse vtilitas aliorum, & confirmatio fidei per cognitionem & prædictionem occultorum: qui etiã effectus est prophetiæ: est enim gratia gratis data, quam solet Deus ad emolumentum aliorum elargiri. Hunc finem præfigit Deipara talibus verbis Anonymo. *Tu communi vtilitati vniuersorum prouidere dispone, hoc opus Virginibus dedicando: igitur eis ex parte mei scribas, eisq; dicas, quatenus illas & castitate imitentur & sanctitate.* Sic: S. Elisabethæ, S. Verena dicit. *Ante multa tempora ad hoc ipsum praelegit te Deus, vt ea, quæ hactenus de nobis incognita fuerunt, per te faceret manifesta: propterea noli ferre moleste, quod ad hæc inquirenda quorundam precibus solicitaris.*

Finis intrinsecus.

Extrinsecus.

In Anonymo. *l. 1. c. 1*

Et S Elisabetha. *c. 5*

Vterque verò coactus magis, quàm sua voluntate scripsit: Elisabeta mandato Hildelini Abbatis, & Angeli sui tutelaris imperio; à S. Hildegarde etiam solicitata: Anonymus verò, quàm repugnarit: & quale scribendi tædium senserit, prolixè declarat in fine libri postremi, quæ signa sunt animi demissè de se sentientis, & nominis claritatem fugientis, ideoque siluit nomen, & se Notarium nominauit. Est enim, vt rectè notat Delrio: *ad hæc nulla magis necessaria dispositio, quàm solida humilitatis; vt enim docet Moses apud Cassianum, solis humilibus hæc cognitio datur:* qui alterum adit in dicium, non præcipitando iudicium: sed rem diligenter Deo commendando. *Salutat,* inquit, *Virginem sacratissimam Gabriel: illa priusquam responderet cogitat, qualis esset ista salutatio, non leuiter; sed maturè, & diu, animo & cogitatione volubat, vtrum ista salutatio illusoria esset, & à Deo, & non à Dæmone, vt optimè Euthymius. Hoc imitatus S. Ambrosius, cùm illi corpora SS. Martyrum Protasij & Geruasij reuelata: hoc Episcopus Cyprius, cùm D Barnabas se illi manifestauit, hoc ceteri sancti.* Hac cautione solitus fuit Anonymus exquirere in rebus difficilioribus sententias Abbatum & Doctorum, vt lib. 1. cap. 22. illasque cum reuelationibus conferre, & cœlitibus obijcere; nec quiescere, donec ei penitus dubia resoluissent. Sic S. Elisabeth c. 6. cùm viri dicerentur vna martyrio laureati, silentium opponit historiæ Cunibertinæ, cap. 8. Cyriaci Pontificatui obijcit Catalogum Romanum Pontificum.

Coactus vterque scripsit.

Veræ prophetiæ primum signum humilitas. *q. 3. §. 1.* Secundum prudentia in examinando.

Anonymus consulit Doctores. S. Elisabeth libros inspicit.

Triplex porrò est species, & gradus prophetiæ: primus per externam & sensibus ob-

Tres gradus prophetiæ. Suar. 5. n. 6.

iectam propositionem, alter per imaginariam visionem, tertius per puram intellectus illustrationem, de his S. Hieronym. Abacuc 2. S. Gregor. 28. Moral. cap. 2. De tertia hoc est iudicium Suarez: *Videtur sanè in hoc tertio gradu eleuari mentem Prophetæ, vt aliquo modo clarè videat, quæ sibi reuelãtur saltem in testificante: Vnde S. Thom. art. 2. ait hanc prophetiam maximè appropinquare ad visionem patriæ: citat q. id 2. Regum 23. Mihi locutus est fortis Israël.*

Tertium signum veræ prophetiæ.

Hoc stabili posito ex sanctis Patribus, & Theologis fundamento, & constituta regula, & amussi ad quam Vrsulanæ reuelationes examinentur: cum vnum è præcipuis Prophetæ signis sit insignis fidei sinceritas morumque probitas, quam ante donum contemplationis, & crebriores prophetias Deus plerumque suis dilectis largitur: ideoque rectè Delrio dixerit in examine personarum discutiendum, *num fidei sinceritatem, vitæ ac morum integritas, virtutes q. commendent, an verò vitia & imperfectiones notabiles eam de honestent*, confirmans hoc vnius è primis Patribus hac Apollonij sententia. *Qui prophetias Montanistarum hinc falsitatis arguebat, tum quod Maximilla & Quintilla maritos suos deseruerant; tum quod erant pecuniæ cupidæ, fœnus exercentes, tesseris & tabulis ludentes, & mercedem prophetiarum accipientes: tum quod lasciuæ, deditæ pigmentis, cultui corporis & sumtuoso luxui vestimentorum.* Hinc diligenter in vitæ sanctitatem S. Elisabethæ, & Anonymi inquirendum nobis est, & quis sensus orbis ferè totius fuerit, de eorum spiritu Prophetiæ: tunc enim probata harum personarum sanctitate, prudentia, & spiritu Prophetiæ, pronioribus animis reuelationes audientur.

Delrio q. 3. s. 2. Vitæ sanctitas.

CAPVT XXIII.

Tertius diuinæ testificationis fons, reuelatio S. Elisabethæ Schönaugiensis, de eius insigni sanctitate & spiritu Prophetico.

S. Elisabetha Canoni adscripta.

B. Elisabetham Schœnaugiensem Canoni Sanctorum adscriptam, (cuius festiuitatem Romanis fastis 18. Iunij insertam, Ecclesia celebrat) elegit Deus, non tam, vt nouam Vrsulanam historiam contexeret, quam vt dubia recens ob multorum millium corporum eius Sodalitatis inuentionem, & leuationem à doctis etiam viris mota, circa titulorum scriptiones dissolueret: ad quod perficiendum his eam verbis S. Verena exhortatur. *Ante multa tempora ad hoc ipsum præelegit te Deus, vt ea, quæ hactenus de nobis incognita fuerant, per te faceret manifesta. Propterea noli ferre molestè, quod ad hæc inquirenda quorundam precibus solicitaris.* Scribebat ad eam frequenter Gerlacus Abbas Tuitiensis, S S. corporum leuationis Præfectus circa annum Domini 1155. & sequentes, cui iussu etiam Abbatis sui respondere cogebatur, cœlitus eidem dubijs anni totius curriculo resolutis.

Dubia dissoluit circa Vrsulanam historiam &c.

Origo Schönaugiensis Monasterij.

Degebat ea tempestate in Cœnobio Schœnaugiensi Benedictinæ familiæ diœcesis Treuirensis, è regione V Vesaliæ Superioris, amœna in Valle Anno 1125. à Comite de Lurburg excitato: quod duplex cùm sit, tam Virgines separato in Parthenone, quam viros vicino in loco eiusdem disciplinæ complectitur. Primus eis est Archimandrita datus Hildelinus, cuius imperio dictante Elisabetha Germanus eius Egbertus secundus Abbas eiusdem loci, calamo excepit eius diuina visa, vitæ eiusdem pariter scriptor. De quo sic ipse in prologo reuelationum eius.

Prologus reuelationum eius.

Fuit in diebus Eugenij Papæ in finibus Treuirensis diœcesis in Cœnobio, cui nomen Schœnaugia, sub regimine Hildelini Abbatis adolescentula quædam Monasticæ professionis nomine Elisabeth, quæ cum inter religiosas feminas vndecimum ageret in Monasterio annum, habens ætatis annos 25. Anno Dominicæ Incarnationis 1152. visitata est à Domino, & erat manus eius cum illa, faciens in ea iuxta antiquas miserationes suas opera magnæ admirationis, & dignæ memoriæ. Datum siquidem est ei mente excedere, videre visiones se-

creto

retorum Domini, quæ ab oculis mortalium abscondita sunt: id autem non sine euidenti miraculo contingebat: Frequenter enim, & quasi ex consuetudine in diebus Dominicis aliysq; festiuitatibus circa horas, in quibus maximè fidelium feruet deuotio, rapiebatur in mentis excessum, & resumto paulatim spiritu subitò verba quædam Latino sermone proferebat, quæ neque per aliquem didicerat, neque per se ipsam inuenire poterat: vtpote quæ esset inerudita, & Latinæ locutionis nullam, vel exiguam habens peritiam, sæpè etiam Canonicæ scripturæ testimonia, aliaque diuinarum laudum verba congruentia ijs, quæ per spiritum viderat, absque omnium præmeditatione pronunciauit, &c. Hæc autem vni ex Clericorum ordine diligenter omnia inuestiganti, & memoriæ ea tradere cupienti, germanitatis & dilectionis gratia, & Abbatis Hildelini iussione cuncta familiariter enarrare coacta est: Vitam eius fusè persequitur idem Egbertus, cum mirandis, quæ patrauit operibus: succinctius eam morti coniungit Chronicon Hirsaugiense his verbis: *Anno Ruperti Abbatis primo currente, qui fuit Dominicæ Natiuitatis 1165. Sancta & Deo dilecta Virgo Elisabeth Monialis nostri Ordinis Magistra Virginum Christi in Schonaugia Treuirensis diœcesis, soror Egberti Abbatis ibidem in Cœnobio Monachorum, Anno ætatis suæ sexto & tricesimo, conuersionis ad Ordinem vigesimo quarto: visitationis autem cœlestis gratiæ decimo tertio, vocante Domino nostro Iesu Christo, ex hoc mundo transiuit ad ad ipsum sponsum suum, quem pio semper corde amauit, sepulta in Monasterio virorum ibidem in Ecclesia principali ad aquilonem, cuius vitam, conuersationem, miracula & reuelationes frater eius Abbas Egbertus, ad multorum ædificationem descripsit. Hæc virgo cùm esset annorum duodecim, ad Monasterium pauperum Virginum Christi in Schönaugia Domino Deo sub Regula S. P. N. Benedicti & Magisterio Hildelini primi Abbatis & fundatoris vtriusque Cœnobij Monachorum scilicet, & Monialium sincerè famulantium, à parentibus tradita fuit, vbi tam sanctè, tam purè, tam religiosè vixit, vt multis mirandis reuelationibus diuinitus meruerit crebrius in hac mortalitate consolari. Anno namque conuersionis suæ vndecimo, qui fuit ætatis vicesimus tertius, manus Domini super eam facta est, & cœpit mirabiles habere visiones, chorisq; interesse Angelicis, & arcana mentium diuinitus illustrata reuelare, & quamdiu deinceps vixit, diuinis reuelationibus recreata fuit: & hoc maximè diebus Dominicis. Modus autem visionum seu reuelationum is erat: cadebat super eam quædam passio præcordiorum, ita vt lapsa repenè in extasin velut exanimis perduraret, quieta iacens & sedens immobilis, nullusq; in ea sentiri halitus posset, quo durante excessu spiritus rapiebatur ad diuersa loca, & Angelicis interea locutionibus informabatur: Tandem verò post longum excessum resumto spiritu sanctissima verba proferebat, aliquando in lingua Teutonica, quæ illi patria fuit, aliquando in Latina, cum Latini sermonis penè nullam haberet intelligentiam; spiritus enim, qui loquebatur in ea, vt voluit, verba formauit. Tota vita eius quasi longum Martyrium fuit, quippe quæ sub regulari disciplina constituta, iugum Dominicum multiplici flagello passionum longo tempore portauit, manus enim Domini super eam semper fuit extenta, & flagellum pij conditoris ei nunquam defuit premens animum, & conterens debile corpus infirmitate continua, quæ quamuis languoribus vexaretur continuis, semper tamen patiens, semper hilaris, & tranquilla mente & corpore exstitit, psalmis, orationibus, ieunijs, lacrymis & voluntaria castigatione se macerans sacrificium acceptabile Domino immolauit.* Eiusdem virginis encomium Emicho loci eiusdem Abbas his rythmis pijs celebrauit.

Chronicon Hirsaugiense An. 1165.

Modus visionum eius.

Emicho Abbas.

Salue felix Elisabeth odorifera rosa
In Dei mirabilibus virgo satis famosa.
Salue viarum Domini deuota contemplatrix,
Simulq; individuæ Trinitatis amatrix.
Salue Mariæ Virginis filia singularis,
Nam ab ea exstasi crebro visitabaris.
Salue cuius adspectui sancti apparuêre:
Nam eos festis singulis meruisti videre:

Salue fons plenus, riuulis scientiæ diuinæ:
Gutta stillans melliflua Deificæ doctrinæ.
Salue vernans arbuscula siluæ Schonaugiensis,
Circumdata ramusculis visionum immensis.
Salue cui cœli ianua apertæ videbantur,
Secretaq; cœlestia mihi monstrabantur.
Salue absque ruga speculum, in quod desiderabant
Cœlicolæ prospicere, nam multum te amabant.
Salue quæ clausa pixide Sacramenti vidisti
Clam veri speciem corporis Iesu Christi.
Eia nunc benignissima in cœlis sublimata,
Quæ es, vt piè credimus sis nobis aduocata.
Defende hoc cœnobium, nos q; inhabitantes,
Mei rogo memineris, nosce q; te amantes.
O virgo fac vt tuguiter religio accrescat,
In nostro Monasterio ne profectu decrescat.
Repelle quæso Dæmonum cunctas illusiones,
Angelorum q; obtine nobis munitiones.
Cuncta nobis contraria tu ora mitigari,
Prospera quoque tempora exopta nobis dari.
O virgo deuotissima, virtutibus decora,
Apud Deum altissimum rogamus elabora.
Vt nos ad se recipiat, cùm hinc egrediemur,
Præstet q; nobis præmium, quo æternè lætemur.

Oratio pia ad eandem

O sponsa Christi nobilis, ô mater venerabilis, intercede pro nobis ad Dominum Regem Angelorum, quem semper puro corde dilexisti, in cuius amplexibus sine fine permanes, vt nobis remittat omnia, quæcunque in ipsum peccauimus, tribuens nobis feruorem amoris sui Sanctissimi, & post exilium breuissimæ vitæ mansionem cœlestis habitaculi, Amen. Subueni nobis Elisabeth virgo Sanctissima, æterni Regis sponsa nobilissima, in cuius aula splendescis, sicut stella fulgentissima, esto miseris refugium, in omnibus necessitatibus & tribulationibus, Amen.

Familiaritas Elisabethæ cum S Hildegarde.

Fuit S. Elisabeth mira familiaritate coniuncta S. Hildegardi Bingensium Vicinarum Virginum antistitæ, cuius scripta & reuelationes adnitente S. Bernardo Eugenius Pontifex Maximus in Concilio Treuirensi, post diuturnam discussionem mirificè laudauit & approbauit, in quibus nonnulla de Spiritu Prophetico S. Elisabethæ continentur: Miserat Angelus tutelaris Elisabetham ad inuisendam S. Hildegardem, vt ab ea vitæ sanctioris quædam hauriret monita prius, quam & ipsa Spiritu Prophetiæ donaretur: videre enim in extasi sibi videbatur in prato prope templum consistere: ordine digestâ magnalium serie, tum ad stupentem Angelus. *Vides libros? omnes adhuc ante diem iudicij describendi sunt: eleuans autem Angelus vnum ex eis dixit. Hic est liber viarum Dei, qui per te reuelandus est, quando visitaueris sororem Hildegardem, & audiueris eam.* Contracto iam vsu, & pia religioseque consuetudine cum S. Hildegarde, incepit libros istos Abbatis etiam sui accedente mandato; publicare, in quorum quarto continentur Vrsulana: accidit verò, vt subinde in voculas maleuolorum incurreret, & pessimè quasi fatua traduceretur: quæ falsas reuelationes venditaret. Grauius initio tulit eam iniuriam Elisabeth, eamque vt libentius toleraret, Hildegardis preces efflagitabat; quę diuinitus etiam edocta de eius mœstitia, consolatorias ei scripsit literas: binæ supersunt eadem Moguntiæ, Anno. 1566. typis vulgatæ, fol. 111. & 114. mira ex his amoris, & mutuæ beneuolentiæ significatio, & fidentia singularis emicat prima petitoria S. Elisabethæ, meminit literarum Hildegardis scriptarum, quod diuinitus Elisabethę tristitiam & calamitates didicerit, explicat vulgi obtrectationes sibi factas, petit denique preces & solatium: Rescribit Hildegardis, monetque Dei nil se agnoscat dona, meminerit que ab eo, seu fonte dimanare, reputet animo semper aliquos vixisse malos, permittere autem Deum, ab his, vt boni mala patiantur,

Eius afflictio ob hominum contumelias.

Solatur eam S. Hildegardis.

ne ta-

ne subrepat ipsis superbia: finem epistolæ visum est attexere, in quo declarat, qualis esse Dei tuba debeat, per quam secreta Dei reuelantur.

Literis.

Audi ô filia solicita, quia homines, quos inspiratio Dei imbuit, aliquantum fatigat ambitiosa suggestio antiqui serpentis, &c. qui opera Dei perficere desiderant, semper attendant, quod sint fragilia vasa, quoniam homines existunt, & semper adspiciāt, quid sint, & quid futuri sint; & cœlestia relinquent illi, qui cœlestis, quoniam ipsi exules sunt, cœlestia nescientes; sed tantum mystica canentes, sicut tuba, quæ solummodo sonos dat, nec operatur; sed in quam alius spirat, vt sonum reddat; sed & loricam fidei induant mites, mansueti, pauperes & miseri existentes, sicut etiam agnus ille fuit, cuius sonus tubæ ipsi sunt, mores etiam simplices infantis habentes, quia Deus illos semper flagellat, qui in tuba ipsius canunt, prævidens ne fictile vas illorum pereat. O filia, Deus te faciat speculum vitæ. Consulit humilitatem.

Hæc non scripsisset Elisabethæ Hildegardis, nisi diuinitus etiam verum eius Propheticum spiritum cognouisset: quem dum probat, dumque hoc etiam eius iudicium cum reliquis scriptis sit concilij Treuirensis auctoritate, cui præsidebat Eugenius Pontifex Maximus, confirmatum, magnam conciliat fidem visionibus Elisabethæ: quas ideò viri grauissimi, vt cœlitus inspiratas, prædicarunt: paucos è multis seligam.

Probant viri doctissimi eius reuelationes.

Trithemius *Elisabeth sanctimonialis femina & Abbatissa Cœnobij Virginum Christi, ac virgo sanctissimæ conuersationis fuit, & ab infantia sua Domino consecrata multis & probatis reuelationibus illustrari diuinitus meruit, quas ad ædificationem fidelium iussa literis commendauit, è quibus legi subiecta. Opus pulcherrimum & non inutile, quod viarum Dei titulo prænotauit, in quo triplicem Sanctorum viam describit: videlicet Martyrum, Confessorum & Virginum. Item de vndecim mille virginibus apud Coloniam Agrippinam Sancto Martyrio coronatis.*

Trithemius lib. de script. Eccles.

Martyrologium Germanicum Canisij: *Beatæ memoriæ Virgo Deo dicata Elisabeth Schönaugiensis, cui multa diuina mysteria reuelata sunt, mūdum à prima ætate deseruit, Deo seruiens in ieiunijs atque orationibus assiduis, corpus virgineum atque incontaminatum duris flagellis exercebat, mirabiliq; potestate prædita variè à Deo visitabatur atque illustrabatur, eximium librum conscripsit, diuinis ac salutaribus exhortationibus refertum, Christo sponso suo coniuncta intimè adhærebat, omnibusq; Spiritus S. suspirationibus absque tergiuersatione obsequebatur.*

Canisius 18. Iunij.

Molanus in addit. ad Vsuardum. *Schönaugiæ obyt Elisabeth virgo sanctimonialis, cui multa secreta à Domino sunt reuelata.*

Molanus.

Arnoldus VVion: *Elisabeth Schonaugiensis Ordinis S. Benedicti, congregationis Cluniacensis iam reformatæ, quæ tanquam altera Elisabeth Spiritu S. plena, præcurrentem Domini iram in filios hominum, vt diuinitus cognouit, ita & diuino quodam modo posteris manifestauit; Anno enim ætatis suæ 23. Religionis* XI. *visitata à Deo, spatio annorum tredecim mirabiles reuelationes habuit, quæ nunc Germanico, nunc Latino sermone, cuius tamen expers erat omninò pronunciatæ, præsentiam illius, qui linguas infantium facit esse disertas, & aperit ora mutorum, in ea adesse monstrauit.*

VVion l. 5. rami arboris. c. 87.

Franciscus Ribera: *Eadem tempestate* (qua S. Bernardus) *florebat. Sancta Elisabetha Cœnobij Schönaugiensis antistita, sanctitate, illustrationibus diuinis notissima, interuisebant namque eam frequenter & ipse Redemptor Iesus, ac cœli terræq; Regina, nec non S. Ordinis auctor Benedictus, ac potissimum Angelus tutelaris. Erat illi solenne Dominicis, festisq; diebus extra se rapi, & obscurissima Scripturæ Sacræ sensa clarissimè exponere.* Hæc temporis sui scripturæ interpres ferè præcipuus.

Ribera l. 1. vita S. Teresæ c. 1.

De eadem Christophorus Brovverus: *Terram eodem anno eum beatis sedibus mutauit inclyta sanctitate virgo Elisabeth, insigni Prophetiæ dono, & visis multis cælestibus admiranda, clarissimi Parthenonis Alumna & Magistra: quæ cum incredibili vitæ beatioris flagraret desiderio, sæpenumerò magnitudine amoris educta è corpore, æterni sponsi caros inter amplexus dulciter conquiescebat, tantamq; diuinarum simul, & humanarum rerum scientiam ex Christi sinu hauriebat, quantam vlla vix oratio consequi possit. Hoc igitur æterno completa sensu, & diuino quodam impetu concitata virgo, multa vaticinans pronunciabat, multa futura præsentiebat, multa quoque proferebat operta.* Quid

Brovverus in annal. Treu. Anno 1165.

De Egberti Abbatis sanctitate & doctrina.

de eadem Serarius & Delrio nostri senserint dixi c.19. Satis ex his spiritus verè Propheticus Elisabethæ Virginis assertus à calumnijs videri potest. Sed quoniam Egberti fratris vsa fuit opera in describendis Vrsulanis reuelationibus, necessarium est huius etiam viri sanctitatem & doctrinam iudicio testium grauissimorum examinare, de quo ita Chronicon Hirsaugiense: *Claruit his temporibus Egbertus Abbas Monasterij S. Florini, &c. Frater S. Elisabethæ, vir in diuinis literis doctissimus, ac magni nominis & famæ suo tempore inter Doctores Ecclesiasticos. Hunc ergo Clerus & maiores Ciuitatis Colonienſis tanquam virum doctum, sibiq; ab olim cum adhuc esset in Ecclesia Bonnensi Canonicus, benè notum, quem non minus sanctitate conuersationis venerabilem, quam eruditione scripturarum insignem scirebant ad examinandum præfatos hæreticos, has literas & nuncium Colonijam vocauerunt. Veniens autem Coloniam Egbertus Anno 1163. indict. XI. 2. Augusti, publicum disputationis certamen cum tribus Hæresiarchis, qui ceteris auctores videbantur, iniit, Arnoldo videlicet, Marsilio & Theodorico, quos licet essent acutissimi, tamen fortiter disputando conuicit, ita, vt penitus contradicere non auderent.* Et infra. *Fuit autem natione Teutonicus, Frater S. Elisabeth, monitis sororis suæ consentiens, mundum, & omnia, quæ in mundo sunt pro Christi amore deseruit. Erat autem vir tam in diuinis Scripturis, quàm in singularibus literis suo tempore inter omnes huius Prouinciæ Doctores eruditissimus, in declamantis homilijs sermonibus q; ad populum promtus & eloquens, & ingenij sui multa opuscula posteritati gemino stylo conscripta reliquit: Contra Hæreticos librum vnum. Item in principium Euangely Ioannis. Item super Euangelium Missus est. Tandem mortuo Hildelino primo Abbate Monastery Schonaugiensis nonis Decembris, Anno 1167. pari consensu fratrum, Abbas in eodem Cœnobio constitutus est, præfuit q; annis 18. & 5. Kalen. Aprilis, non sine opinione sanctitatis de vita hac migrauit, tantæ autem eruditionis fuit, vt Hæreticum quendam Cardensem de corpore & sanguine Domini malè sentientem in publico conuentu Doctorum apud Confluentiam prima disputatione conuicerit, & ab errore suo ad professionem veritatis reuocarit.*

Chronicon Hersaug. An. 1163.

Trithem. in Cat. viror. Illustrium An. 1160.

Similia de eodem Trithemius memorat. *Egbertus* ait *Abbas secundus Monasterij S. Florini Schonaugiensis Ordinis D. Patris Benedicti Treuirensis diœcesis, vir in diuinis Scripturis studiosus, & secularis literaturæ non ignarus, Frater B. Elisabeth Abbatissæ, virginis Christi fuit, qui cùm adhuc Bonnensis Ecclesiæ Canonicus esset, crebris Epistolis & admonitionibus S. Sororis suæ prouocatus, mundum cum vanis honoribus deseruit, & demum Abbas constitutus, non minus deuotione & religione, quam scientia clarus effulsit. Scripsit autem aduersus hæreses librum vnum. Super Missus est Angelus, libr. vnum. Super Magnificat librum vnum. De vita & morte Sororis suæ librum vnum. Meditationum de Iesu & Maria librum vnum, Anno Domini 1160.*

Gesnerus. Simlerus. Possevinus. Bellarminus. Brovver. in Ann. Treu. An. 1163.

Ex hoc Gesnerus, Simlerus, Possevinus & Bellarminus eadem ferè de eo prodiderunt. Elegantissimè verò Brovverus noster eadem complexus est: *Egbertus Schonaugiensis Abbas euocatus Coloniam, cum tribus Hæreticorum antesignanis Arnoldo, Marsilio, & Theodorico congressus, tam acri eos disceptatione fregit, & constrinxit, vt contra inexpugnabilem veritatis vim, cùm ne hiscere quidem aduersarij possent, victoriam Egberto haud dubiam concederent: sed dum excæcata vitijs, & errore mens lumen oblatum stultè repudiat, & peruicaces obstinatione præsentem respuunt medicinam, traditi iudicibus, quorum sententia rogo & flamma domiti, qui frangi veritatis contentione noluerunt. Idem Egbertus Hæreticum Berengarij sectatorem Caredonæ nobili Treuirorum vico oriundum, peracuto & vafro ingenio, & oris volubilitate vel præcipuè promtum apud Confluentes in publico Doctorum hominum conuentu inuictis rationum momentis, tam feliciter confecit, vltro vt perspecta clarius veritate manus Egberto daret, seq; ad Ecclesiæ gremium agnita Sacramenti veritate reciperet. Multa memoratu digna sunt, quæ de Egberti sapientia, morum q; integritate varijs q; lucubrationibus ab eius excellenti ingenio profectis ad hunc annum Trith. in Hirsaug: Chronico literis mandauit.* Hactenus Brovverus.

Egberti fides in scribendo.

Non est igitur, quod quisquam erroris, vel fraudis suspicionem intercurrere potuisse sibi persuadeat. Nam Cœnobiarchæ mandato, tunc cùm cœlitus oracula Deo precibus ante consulto funderet Elisabetha, calamo frater eius excipiebat, & tan-

tum, vt ipse iuratus testatur, si quæ vernaculo sermone diceret, ea fideliter Latino consignabat idiomate, nec verbum se dictis eius adiecisse de suo, cum iureiurando testificatur: vt egò in autographo (Egberti vt creditur manu exarato) legi, & descripsi, & ante reuelationis seriem recitabo. Ita scriptoris Egberti, Theologi doctissimi, Cœnobitæ religiosissimi: postea & loci Archimandritæ prudentissimi fides & iuramentum quemuis prudentem & cordatum virum potest, & debet ab omni erroris opinione liberare, præsertim cum descriptâ iam tota prophetiâ, veritatem eius, & quam Deo grata accidisset, insigni prodigio diuina maiestas declararit, quod hi Egbertus tradidit verbis: *Die festo S. Mariæ Magdalenæ circa horam primam, ego Egbertus stabam orans inter duas columnas, quæ sunt ante Altare S. Heriberti, & vidi flammam rubicundissimam, tribus vicibus super Altare maius, inter tabulam, in qua erat depicta maiestas Saluatoris, inter scrinium S. Heriberti circa reliquias, quæ illic reconditæ in scrinio erant: existimans autem esse lapidem ardentem supra reliquias, accessi, vt viderem, an ita esset, & non erat: ipsa autē die obtuli supra easdem reliquias reuelationes Elisabeth, quas ostendit illi Dominus de exercitu S. Vrsulæ reginæ.* Hac narratione concludit Egbertus librum quartum viarum, qui erat de Vrsulano Martyrio: Videtur autem accensa lampade significari Dei reuelatio: qua volebat orbem totum in hac historia caligantem collustrare: Angeli cœlestis admonitionem capite primo, proximè ante caput secundum, (quod de hoc Parthenio exercitu totum tractat) confirmare: ac calumnias, quas se passurum præuidit, & his prædixit verbis S. Elisabeth, (*Scio quoniam & hinc sumturi sunt occasionem flagellandi me linguis suis, qui aduersantur gratiæ Dei in me: sed voluntariè id sustinebo, quia aliquid mercedis me recepturum spero, si tot Martyrum honor aliquid incrementi acceperit*) egregiè conuellere, vnde expressis testatur his verbis Angelus, ea diuina reuelatione esse manifestata.

Approbatio prodigiosa oblati libri.

Calumnias S. Elisabeth sustinet. c. 13.

Apparuit in conspectu meo Angelus Domini: & locutus est audiente me verba hæc Treuirensi Episc. & Colonia & Moguntiæ Episcopis: annunciatum sit vobis à Domino Deo magno & tremendo, & ab Angelo testamenti libri huius (cuius ministerio Deus vsus præcipuè fuit ad eam reuelationem) *vt hæc verba, quæ inueneritis, in præsenti libro annunctetis Romanæ Ecclesiæ, totiq; populo, & omni Ecclesiæ Dei: emendate vosipsos, & conuertimini ab erroribus vestris, & nolite indignè accipere admonitionem sacram & diuinam, quia non sunt hæc ab hominibus inuenta: dico autem vobis ex nomine: quoniam in ista prouincia nomen religionis habetis; legite & audite admonitiones diuinas, & suscipite eas placida mente, & nolite arbitrari hæc esse figmenta mulierum, quia non sunt: sed sunt à Deo Patre Omnipotente, qui est fons & origo omnis bonitatis: quod autem vobis dico, ceteris omnibus dico.* Potuitne maius veræ diuinæ reuelationis desiderari tam hoc Angelico, quàm illo diuino testimonio, quod Egberto monstratum est? Sed recepitne Ecclesia vaticinium hoc? Imò recepit, & horarijs lectionibus, vt breui post dicam, inseruit: ipsam verò S. Elisabetham sanctis ad scripsit 18. Iunij cum hoc insigni elogio. *Schœnaugiæ Sanctæ Elisabeth Virginis, Monasticæ vitæ obseruantia celebris*: Ad quem locum notat hæc Baronius. *De ea agit Molanus in additionibus ad Vsuardum. eius acta scriptis mandata per Egbertum Monachum; item q; Emichonem Abbatem eius laudes scripsisse tradit Trithemius lib. de viris Illustribus Ordinis S. Benedicti lib. 2. cap. 120. pluribus autem l. 3. c. 310. obyt q; Anno Domini 1165. vt ferè omnes testantur, ætatis suæ 36.* Cœpit autē statim eius de S. Vrsulla, vaticinium orbe toto peruulgari, & gratissimis animis excipi: quod in Britannia coęuus Elisabethæ Rogerius Cistertiensis duobus libris complexus est; laudatus ideò à Delrio & Serario nostro, de quo, & S. Elisabethæ laudibus ita Pitseus: *His temporibus per totam ferè Europam percrebuit fama Elisabethæ Abbatissæ Sanctimonialium, quæ in Cœnobio Schœnaugiensi Deo famulabantur, illa enim spiritu Prophetico imbuta, miras diuinitus habuit reuelationes, de illa igitur Sanctissima Abbatissa ad Dei & Sanctorū gloriam agendum sibi iudicauit Rogerius, & maximè conuenire existimauit, vt religiosus de religiosa fidele testimonium, & tum viuentibus præberet, & posteris creditutis traderet. Itaque omnes huius S. Elisabethæ reuelationes, beneficio maximè Vilhelmi Lauignensis Abbatis accepit, in vnum volumen collegit, & præfato Balduino Abbati suo totum opus consecrans, in vulgus emisit, titulum q; præmisit. Reuelationes*

Angelus testatur eam Dei reuelationem verā habuisse.

An Ecclesia scripta S. Elisabeth approbarit? *Martyrologium 18. Iunij.*

Qui secuti sint reuelationem eius. *Rogerium Cistertiensis.* *Pitseus in script: Anglic.*

tiones S. Elisabethæ libros duos, quorum initium est *omnes, qui lecturi sunt, de vndecim millibus Virginum Coloniæ occisarum librum vnum. Claruit Anno redemtionis humanæ 1181 sceptrum Anglicani regni tenente Henrico secundo.* Eadem verò, sed succinctius tradit Iosias Simlerus ex Balæo, & Possevinus.

Coæuus penè Rogerij fuit Albericus item Cistercien sis Trisontanus Cœnobita in Gallijs, qui narrata compendio ea historia, nobili S. Elisabetham decorauit elogio.

Albericus in Chronico.

Anno 237. Rom post Pontianum Papam successit illi Cyriacus, de maiore Britannia Anno vno, & per XI. *hebdomadas, de quo in visionibus S. Elisabeth continetur, Anno 238. Romæ Cyriaco succesit Antherus Papa natione Græcus, ab ipso Cyriaco institutus à B. Petro vicesimus. Maximus* (communiter Maximinus) *imperat annis tribus. Passio Sanctarum vndecim millium Virginum, apud Coloniam mirabiliter facta, & quorundam aliorum, qui in eadem sodalitate fuerunt Episcoporum & militum, & ipsius Papæ Cyriaci memorati, secundùm visiones Elisabeth, de quarum Sanctarum tempore, & de reuelatione huius historiæ omnes, vsque ad tempus istius Elisabeth errabant historiarum scriptores & Chronographi. In ijsdem etiam visionibus continetur, quis in hoc anno Episcopus Coloniæ fuerit, nempe Aquilinus.* Eandem S. Elisabethæ reuelationem post compositarunt, & secuti sunt omnibus sequentibus seculis Theologi, Canonum interpretes, Historici, Chronologi, Catholici & Hæretici: omnes item nationes, Hispani, Itali, Germani, Francci, Belgæ, Angli, Hungari, Bohemi: vt Vincentius Belluacensis, Altisiodorensis Monachus, Iacobus de Voragine, Martinus Polonus, S. Antoninus, Ioãnes Andreæ, Geminiánus, Turrecremata, Claudius à Rota, Petrus Equilinus, Mombritius, Ioannes Magnus Archiepiscopus, Bonfinius, Raimundus Cardinalis, Canisius, & alij. Inserta fuerunt ipsiusmet Virginis verba glossæ ordinariæ ducentis & 50. annis, & ex ea confectæ sunt lectiones officij Romani propriæ de S. Vrsula: Tot & talibus Virginis Sanctissimæ laudatoribus libēter suffragabor, nec immeritò: nihil enim ne verbum quidem in eius reuelatione continetur, quod locorum vestigijs, traditionibus, Cunibertinæ narrationi, vel alijs fontibus aduersetur: imò claram in se præcipuarum difficultatum, imprimis titulorum complectitur explicationem.

Vincentius Belluacensis.
Robertus Altisiodorensis.
Iacobus de Voragine.
Martinus Polonus.
S. Antoninus.
Ioannes Andreæ.
Geminianus.
Turrecremata.
Claudius à Rota.
Petrus Equilinus.
Mombritius.
Ioannes Magnus.
Bonfinius.
Raimundus Cardinalis.
Canisius.

Restat, vt nonnulla de eius aduersarijs adijciamus: ij perpauci sunt, & duo potissimũ. Primus Gobelinus Persona Paderbornensis Officialis, circa Annum 1418. vulgato suo Cosmodromio non satis pię & religiosè de S. Virgine Canoni adscripta, hæc effutiuit. *Sed error iste surrexit, vt dicitur de quadam femina, nescio an inclusa, an Monacha, quæ erat apud Schœnaugiam tempore Friderici primi, circa Annum Domini 1156. quæ asseruit talia, & multa alia sibi diuinis reuelationibus patefacta: cuius modi reuelationes assertas ego perlegi, & in multis contrariantur libris Chronicis & Historicis.*

Obiectiones.
Gobelini liberior de S. Elisabeth sententia.

Dandum aliquid huic viro magis in lucem Ciuili, quam sacris Scriptoribus, Asceticis & mysticis scriptis, reuelationibus vsque versato, quamuis non vitio careat, qui & liberius aliquando, Sedem Apostolicam, S. Benedicti Ordinem, è quo S. Elisabetha prodierat: & S. Catharinæ martyrium perstringit. Ideò Hæretici eum in lucem extulerunt, vt dentatas ex eo Catholicis & mordaces sententias obijcerent. Quamuis causa subesse potuerit ea: cùm enim ab Attila scripsisset vndecim millia Virginum fuisse Coloniæ trucidata, & huic eius opinioni S. Elisabetha refragaretur, prius eam cœpit scriptis vellicare: sed eius leuis momenti obiectiones sequenti libro loco suo infirmabo. Dolco D. Fleien huius aculeos adhuc debilioribus nixum fundamentis alibi conuellendis fuisse imitatum, Hectoris Boethij abreptum sententia, cui pariter S. Elisabeth repugnabat, hinc inter cetera ait: *Tales mulieres visiones diuinas interpretari, cùm tamen inanes tantum capitis sui phantasias videant: idque vno Nathanis confirmat exemplo,* qui Regi Dauidi de templo ædificando interroganti, Deo non ante consulto respondérat. At iam suprà fusè ex S. Gregorio, S. Thoma, & Suarez est monstratum, iussum Nathanem ea, quæ instinctu ductus humano dixerat, reuocare: nec solere Deum in Prophetarum oraculis errorem permittere, si tantis Doctoribus credendum sit, ne in veris etiam vaticinijs ipsorum nutet auctoritas: Adde quis audeat affirmare, S. Elisabetham Deũ & cœlites non consuluisse, cum nunquam, nisi diuinis precibus

Et Confutatio.
D. Fleien obiectiones.

ius vacaret,& cœlites solicitè rogaret, ijs fuerit oraculis illustrata: iussa & ideò anniuersarium obseruare ieiunium ? Quinetiam non ei satis erat, semel eos rogasse, terum interrogat, obijciendo contrarias rationes, ne falleretur. Ideò tam Angelus, quàm S. Hildegardis & ipse Deus insigni miraculo reuelationem eius approbauit: & ot antea laudati Doctores per totum terrarum orbem iam ferè à quingentis annis eandem sunt amplexati.

Sed ne videar aliquid velle difficultatis hac in re fugere, quidam hac ætate nostra omni sublimiori cultioríque doctrina politissimus Theologus nodum intricatiorem, quam vllus hactenus aduersariorum mihi proposuit, magna animi mei voluptate: veritas enim nunquam clarius, quàm oppugnata grauius, elucescit: eius verba recitabo. Et aliæ graviores.

In reuelationibus B. Elisabethæ Scœnaugiensis quomodocunque eis robur & auctoritas concilietur, negari non potest, esse aliqua, quæ Ecclesia non admittit, & sunt contra communem sententiam Patrum ac Doctorum, & Ecclesiæ traditionem: qui autem demonstratur in vno aberrare, potest suspectus in alijs esse eiusdem generis. Certè infallibilem notitiam aut fidem non gignit: maximè si non dicat, sibi id à Deo reuelatum. S. Elisabeth apertè errasse videtur.

*Exemplicausa lib. 4. viarum Dei, seu visionum scribit his verbis: In eo die, quo nunc celebratur assumtio eius (*B. Virginis*) de vita hac migrauit, quadragesima autem die post illum, hoc est, nono Kalendas Octobris resurrexit. Cuius opinationis mentionem faciens S. Antoninus p. 3. Hist. tit. 19. eamq; liberè reijciens, quippe contra Ecclesiæ totius persuasionem ab ipsis Apostolorum temporibus, subiungit.* Circa Assumtionē Deiparæ.

Neque per hoc detrahitur sanctitati Elisabeth, si non credatur, quia & sanctissimi viri Prophetæ aliquando credunt à Deo sibi aliqua reuelari, quæ ex phantasia sua trahunt in visionibus suis, vt patet in Nathan Propheta. Profectò, qui iam conaretur tueri illam sententiam, & niteretur omnibus machinis visionis illius irrefragabilem veritatem defendere, & omnia quæ ingenium suggerit detorquendo, censeretur ridiculus, & abutiotio, nec liber esset à censura grauiore alicuius congregationis Romanæ de ritibus. Vt autem in hoc operante phantasia falli potuit B. Elisabeth: ita in multis alijs. Quamuis autem Ecclesia quasdam feminas, vt Sanctas colat, non ideò tamen reuelationes, quæ ipsarum nomine circumferuntur, aut quas ipsæ dictarunt canonizat, nec Pontifex vnquam B. Elisabeth reuelationes approbauit. Manent igitur intra terminos priuatarum visionum, quarum multas putari à feminis quamuis sinceriſsimis esse reuelationes diuinas, cùm non sint, nullum videtur esse posse dubium.

Respondeo: Licet huius loci non sit omnes 4. libros reuelationum diuersissimarum S. Elisabeth defendere, vel eam de Deipara longè alio tempore, modo & occasione acceptam: nam singularia comitantur Vrsulanas reuelationes: præit eas attestatio Angeli non esse leuiter confictas; sed à Deo dimanasse: sequitur eas iam descriptas & oblatas ab Egberto diuina prodigiosa testificatio: vt iure possim in his quærere, num aliqua repugnantia reperiatur: nec de alijs magnopere laborare; sed non opus his elabi diuerticulis. Respon-sio 1.

Nego igitur vniuersè S. Elisabetham Schœnaugiensem in vno manifestè aberrasse contra Ecclesiæ traditionem, Patrum, Doctorumque sententiam. Respon-sio 2.

Nego grauiorem censuram mereri, qui defenderet B. Virginem quadragesimo die post obitum resurrexisse, vel ex sententia S. Antonini, vel recentiorum Theologorum: qui docent id cuique esse arbitrarium tenere. S. Antoninus l. c. c. 11. *An etiam quadragesima die corpus eius viuificatum fuerit, & assumtum in cœlum, an ante, omnino est ignotum, & à Doctoribus non insinuatum: Vnde in huiusmodi licet vnicuique in suo sensu abundare, & opinari, quod sibi magis videtur consonũ rationi in ijs, quæ Ecclesia non determinauit.* Recentiorum instar omnium sit Suarez. *Exijs*, ait, *colligere licet incertum esse, quanto tempore post mortem virgo resurrexit, in cœlum assumta fuerit, quidam enim asseruerunt resurrexisse, & assumtam esse quadraginta diebus post mortem suam, id est, 23. Septemb. cuius sententiæ fauet Beda, qui in Martyrologio ponit 9. Kalend. Octobr. secundam Assumtionem S. Mariæ Virginis, & priorem posuerat 18. Kal. Septemb. Alij existimant eodem die mortem, resurrectionem, & assumtionem accidisse, quia Ecclesia* Incertum est quo die post obitum Deipara assumserit corpus. S. Antonin. l. c. c. 11. Suar. p. 3. t. 2.

eodem

eodem die omnia celebrat, quæ tamen coniectura debilis est, vt assertionem parum verosimilem confirmet: Subiungit deinde Suarez propriam sententiam. *Probabilior igitur est, post triduum resurrexisse*, hoc firmat non à Traditione Ecclesiæ, non cõsensu Patrum, ac Doctorum; sed vnius Nizephori testimonio, qui ait triduo post à S. Thoma veniente non inuentum esse corpus Deiparæ; addit congruitatem, quod in hoc etiam Deipara fuerit filium imitata. Colligo ex his licere cuilibet sine periculo grauioris censuræ sequi hanc sententiam S. Elisabethæ, & huius testimonio tantum tribuere, quantum Nicephoro Calisto Schismatico: licet eam Ecclesia non receperit: nam quamdiu oppositam de triduo post obitum facta corporis assumtione nondum approbauit (quàm Suarez meram coniecturam vocat) cuilibet Ecclesia liberum reliquit sentire, quod voluerit. Adde quod dicto loco S. Antoninus nullam prorsus faciat mentionem S. Elisabethæ Schœnaugiensis: refert enim vitam, miracula & reuelationes Elisabethæ Landgrauiæ Hassiæ: cui adscribi putat ab alio auctore similem reuelationem, negatque esse articulos fidei, similes reuelationes, quod tenent omnes. Quocirca cùm neque in hoc, neque in alio deprehensus, hactenus clarus error sit S. Elisabeth, & toties in Vrsulanis testetur se reuelata scribere: & diuinitus impelli, cogique ad id lib. 1. c. 1. præter mandatum Hildelini; non debet sine causa damnari imprudentiæ, quod improuidè somnia sua vendiderit pro diuinis reuelationibus, vt Fleien insinuat.

Delrio. Seraria. Vnde Delrio & Serarij, hoc est de S. Elisabethæ reuelationibus iudicium. *Non quidem reuelationes illas, tanquam fidei Catholicæ assertiones tueri; sed vt reuerentia dignas, & à cœlesti lumine collustratis mentibus profectas, venerabiles defendo: & quamdiu ab Ecclesia probantur vt piæ, non nisi temerè reiici posse contendo.* Cornel. à Lapide in c. 8. Cant. consentit: *Porro reuelationes S. Gertrudis æquè ac S. Brigittæ Delrio, multiq; alij viri docti & critici laudant & venerantur, vt probas & pias: sunt enim à matronis eximiè Sanctis dictatæ; quare dicere eas esse confictas, magnæ foret temeritatis & impudentiæ.* At quis dicet S. Elisabethæ reuelationes vnquam fuisse ab Ecclesia, vt pias approbatas? Respondeo colligi ex eo posse, quod de Cyriaci Pontificatu & Martyrio Coloniæ cum S. Vrsula tolerato verba S. Elisabethæ permiserit glossæ per ducentos & 50. annos inseri: & ex eodem quando duplici ritu S. R. E. Festum S. Vrsulæ celebrauit, lectiones proprias, vt infrà patebit, decerpserit.

S. Antoninus sequitur S. Elisabethæ reuelationem. Ita præstat tot supra laudatorum Doctorum sententiæ potius, quam tam paucis aduersarijs adhærere: in primis S. Antonino: qui tantum abest, vt eius reuelationes reprehenderit: ipse etiam ex ijsdem suam egregiam historiam Vrsulanam Compendio concinnauit. Atque hic est tertius fons testimoniorum diuinorum, quo Cunibertina narratio mirificè confirmatur: dum enim eam sæpiùs laudat, approbat, & explicat S. Elisabeth, & huius liber ab Angelo, Deoque ipso prodigiosè sit commendatus, videtur in eo laudata Cunibertina narratio pariter esse approbata.

CAPVT XXIV.

Quartus fons, reuelatio Anonymi scriptoris prior Anno 1183. cœlitus inspirata, auctor eius probatur esse B. Hermannus Steinfeldensis Religiosus, cuius vitæ tempus & obitus exquiritur.

Primus liber vulgatus ante 400. ann. ANni post editum S. Elisabethæ vaticinium fluxerant 27. cùm placuit diuinæ sapientiæ nouis tunc exortis controuersijs & difficultatibus historiæ Vrsulanæ, totam eius seriem ordine rerum gestarum obseruato, circa Annum 1183. reuelare cuidam Religioso, Patria, vt innuit secundus liber, Colonensi, qui quandoque etiam Coloniam ob vicinam habitationem excurrebat. Eius initium est *Vniuersis Christi fidelibus*: ea Præmonstratensi sacræ familiæ Sanctarum Virginum cultui deditissimæ fuit Deiparæ iussu consecrata, duobus contenta libris: quorum prior iam à quadringentis

gentis annis orbe toto fuit peruulgatus: is historiam ipsam memorat. Alter verò trienniò post Ann. 1187. diuinitus inspiratus, perijt quadringentis iam annis, vel certè nullis nisi vni, vel alteri loco fuit communicatus: nec enim typis cum a tero expressus vnquam prodijt: & M.SS. vetera, quæ penè innumera sunt, passim in Monasterijs primum solùm continent, altero desiderato: nec auctor alius classicus præter Anonymum ipsum, eum citauit vnquam, aut ex eo quidquam delibatum in lucem protulit: qui tandem repertus sit, dicam suo loco; complectitur autem natales Virginum, & aliorum Societatis eiusdem Martyrum; ac nomina eorum recenset supra sexingenta: de cuius veritate hoc minus potest dubitari, quod eadem plusquam ducenta sint in titulis ipsis sepulcralibus, & quædam eorum centum etiam post mortem eius annis inuenta, quę suis fusè demonstrabuntur locis. Hunc eius secundum librum alio tempore diuinitus inspiratum quintum fontem nomino: quia non solum vt alij fontes, rudi & impolito modo depingit gesta; sed exercitus totius Parthenici Chiliadas, cēturias, & decurias ferè nominatim attingit: terras profert, è quibus, & à quibus Regibus, Ducib. Comitibus, quos Centuriæ, quibus ductoribus collectæ, & ad S. Vrsulam sint intra triennium ablegatæ: vnde recondita quædam adfert de politico statu regionum plurimarum, de Regibus & Ducibus, qui eis eo tempore imperarint, accurate differit, nihil tamen quod apertè gentium historijs, vel temporis illius rebus gestis aduersetur: sed lucem aliquam in tanta temporum illorum caligine præferat, clarissimam ducem veritatis. Hinc multa ad nationum variarum historias illustrandas eruentur: Sed hoc capite de libro primo differam: sequenti verò, num quæ alia tractarit de Vrsulanis Virginibus, idem auctor examinabo. Varia nactus sum huius primę reuelationis exemplaria, Latino & Germanico idiomate, M.SS. & typis expressa: hæc quidem auctoris vice literam T præfixam ostendunt; at M.SS. varia, tam è Bauaria, quàm Sueuia, cura P. Gretzeri Coloniam transmissa, litera N insigniuntur: qua Notarij vox indicatur: quo nomine scriptor libelli se passim solet nuncupare, quia narrationis seriem Spiritui S. vel Deiparæ plurima dictanti in acceptis refert.

Alter diu perijt.

Experientia ipsa demonstrata est eius veritas.

Laus & vtilitas eius

§. 1. Quis Auctor fuerit controuertitur. Tres hac de re variant opiniones. Prima Tundalo Hiberno; altera Richardo Anglico; tertia eam B. Hermanno Coloniensi nobiscum vindicat. Stat pro prima D. Hermannus Fleien, mihi fol. 758. *Suspicor*, ait, *hunc esse Tundalum Hibernum Cassetensem Carthusianum: qui hisce temporibus non tantum scripsisse; sed & suarum reuelationum librum edidisse scribitur*: Ratio, quia litera T videtur Tundalus indicari: quid ergo sentiemus de exemplaribus totidem, quibus litera N prænotatur? Certè Tundalus Hibernus Anno 1148. vixit, quo eius reuelatio prodijt: Annis 35. antè, quàm nostra cœlitus inspiraretur: ita Iosias Simlerus, & ex eo Possevinus in apparatu Sacro: imò non Tundalus; sed alius conscripsit, nec in 17. eius capitibus, verbo facit S. Vrsulæ mentionem.

Tres sententiæ de Auctore. Prima sententia Tundalum scripsisse.

Confutatur.

Deinde negant complures Tundalum fuisse Carthusianæ familiæ ascetam, quando Dionysius Rickelius in materia iudicij particularis cum multa ex Tundalo recitat, nec facit eum Religiosum, taceo Carthusianum. consentit P. Theodorus Petreus, quosdam ait affirmare Tundalum S. Brunonis disciplinæ hominem fuisse, se tamen nolle quidquam temerè asseuerare: præsertim cùm ignoretur in quanam Carthusia se Deo obstrinxerit. Mirarer sanè cur Ordinis sui religiosis præteritis tam eximijs Magnæ Matris Mariæ cultoribus, librum Præmonstratensibus inscripsisset iussu Deiparæ, nisi S. Norberti fuisset institutus? Imò si quis Tundalum voluat accuratè; reperiet eum accepta cœlitus terribili visione ita fuisse animo commutatum, vt bonis omnibus & facultatibus abdicatis, vouerit vitæ prioris flagitiosæ, & crudelis correctionem, innuitque se cruce signatum militiæ sacræ nomen dedisse: vt cum Conrado Imperatore (cuius expeditionis Hierosolymitanæ susceptæ alter annus agebatur) terram Sanctam è Saracenorum manibus vindicaret.

Tundalus non fuit Carthusianus. *In Biblioth. Carth. V. T.*

Contra secundam sententiā, non esse Richardi Anglici. *Sehult t. 2. fol. 272.* *Poss. in apparatu Sac. Pitsæus. 13 fol. 255.*

§. 2. Altera sententia, quæ Richardo Anglico tribuit reuelationem, 7. auctores habet. Hunc in genere tantum de S. Vrsula scripsisse dicunt Baronius in notis ad 21. Octobris, & Schultingius in Biblioth: Ecclesiastica. Addunt sequentes 4. Balæus, Simlerus, Possevinus, & Pitseus initium reuelationis: *Vniuersis Christi Virginibus*. Ita tamen, vt tres posteriores è Balæo verbis eiusdem descripserint. Pitseus quidem copiosius,

Miræus fol. 122. & 158.

sius, reipsa tamen & sensu consentit. Septimus Aubertus Miræus in Chronico Præmonstratensi tuetur idem: vultque eum cœnobitam V Vedinghusani asceterij Ann. 1157. exædificati plurimos manu sua libros exaraſſe: sed is cũ nec spiritu Prophetico, nec B. Virginis vsu & familiaritate celebretur, mea quidem sententia tantum videtur vitam S. Vrsulæ vulgatam transcripsisse: nec plus euincunt septemviri, Richardi Patroni. Certè Pitseus laudat speculum exemplorum dist. 7. n. 100. in quo P. Maior hanc adijcit epigraphen in editione speculi Duacena: *Scriptoris digiti post 20. annorum sepulturam integri perseuerant.* Caput desumtum est ex Cæsario, is ita refert. *In Arnsberg Monasterio Ordinis Præmonstratensis, sicut audiui à quodam Sacerdote eiusdem congregationis, scriptor quidam erat Richardus nomine Anglicus natione. Hic multos libros in eodem Cœnobio manu propria conscripserat, mercedem sui laboris præstolans in cœlis: hic cùm fuisset defunctus, & in loco notabili sepultus, post annos 20. tumba eius aperta, manus eius dextera tam integra, & tam viuida est reperta, ac si recenter de corpore animato fuisset præcisa, reliqua caro in puluerem redacta fuit. In testimonium tanti miraculi manus eadem vsque hodie in Monasterio reseruatur. Benè erat manus huius Scriptoris pennata, id est, opus claritate informatum.* Vbi vides præcipuè viro huic laudi datum, quòd eo tempore, cùm arte carerent typographica, studium omne in libris transcribendis contulerit. Vnde prorsus mihi persuadeo eum, quem Pitseus Anno 1190. ait floruisse, vulgatam à 7. annis Steinfeldiæ eiusdem familiæ Cœnobio S. Vrsulæ historiam transcripsisse manu sua, & exemplar in Angliam ad amicos transmisisse; nam D. Schultingius auctor est, eius lucubrationem iam pridem legendæ Angliæ cum alijs insertam esse.

Cæsarius l. 12. c. 4. fol. 413.

Quis Richardus Anglicus.

Manus Scriptoris post 20. annos sepulturæ incorrupta.

In Biblioth. Schul. fol. 272.

Balæus eum facit Abbatem: contrarium insinuant Miræus & Cæsarius, & monimenta Cœnobij V Vedinghusani bello Truchsesiano, vt loci cœnobiarcha An. 1624. 28. Aprilis, cum dolore retulit, perierunt, constatque aliunde Hermanno à V Veda Archiepiscopo Colonienſi in V Vedinghusano Monasterio Abbates ex Præpositis longè post Richardi obitum creatos esse: quamuis non inficiar, quosdam etiam è primis Abbatum sibi nomen attribuisse.

§. 3. Tertia sentent. B. Herm. eã adscribit.

Tertia supereſt sententia prioribus verosimilior, quæ libelli eius B. Hermannum patria Colonienſem, Steinfeldienſis Norbertinæ familiæ Religiosum, auctorem facit. Probat id Prologus, in quo Deiparæ iussu reuelationem istam, ipse Præmonstratensis, familiæ suæ alumnis inscribit, vt eximijs Sodalitatis Vrsulanæ cultoribus: quem ipsi cultum à S. Norberto Patriarcha iure quasi hereditario acceperunt, ex quo iactis Ordinis fundamentis Coloniam excurrit, & cœlesti Virginis Vrsulanæ visu recreatus, eius tumulum reperit, multisq; ditatus sacris exuuijs reuertit Præmonstratum. Confirmat constans & perpetua B. Hermanni familiaritas & consuetudo penè quotidiana cum Deipara: ideò ait à se conscriptam historiam Deipara 1. mandante, 2. cooperante, 3. de occurrentibus difficultatibus respondente, 4. memoriam Scriptoris ita fulciente, vt se non alio, quàm notarij nomine voluerit appellare, quæ verò viuenti Hermanno cum Deipara interceſſerit familiaritas, docet copiosè vitæ eius Caput 17. & tria consequentia.

Ipse Præmonstratensis libũ dedicat Præmonstratensibus.

Familiarissimus Deiparæ.

Styli eiusdem similitudo. Consuetudo eius cum SS. Virginibus.

Idem suadent modi loquendi ijdem, & styli similitudo, quæ ex omnibus, quæ supersunt, elucet eius opusculis: Euincit autem vita eius, quàm Surius recitat, & V. Abbas Chrysostomus capite 29. Vbi, ait, *eum de S. Vrsula & Comitibus eius mirabiles habuisse reuelationes, ita vt noui cantus historiam de illis conscripserit, ac multa per illas secreta cognouerit; imò & aliquæ etiam illi sua nomina reuelauerint.*

Scribit Genealogiam earum.

Raso autem apud Steinfeldenses olim tironum magister in suo dialogo c. 12. p. 3. hunc titulum habet literis maiusculis expressum. *Multa de Virginum gestu reuelantur arcana*, & infra, *de Sanctis Vrsulanis cùm loqueretur, quæ de suarum genere comitum, & quædam nominatim per singula: de profectione præterea, & consummatione antea cognita fuerant nemini, & ex hac verissimè condidicit, & fidelissimè mandauit literis: quæ omnia hactenus diligentissimè in eius custodita sunt domo.* Sensus est, reuelationem nouam scripsit de Genealogia, itinere, & Martyrio SS. Virginum Vrsulanarum. Liber autem is peruetustus Beati Hermanni Steinfeldiæ,

feldiæ, vel Coloniæ adseruatur, in quo præter alia opuscula ab ipso conscripta, hæc etiam reuelatio iungitur: quod vnum sufficeret, si deessent cætera ad veritatem de Autore libri conuincendam: quamuis secundus Genealogicus liber apud eos interciderit, alibi à me postea perquisitus. Duo sunt, quæ sententiæ nostræ videntur aduersari: prior è tempore mortis oritur difficultas: altera ex S. Cæsarij Episcopi capite ad locum autoris libri deportati, quod hodie non inuenitur.

Obiectio prima de morte eius.

Gregorius Garnefeldt Carthusianus putat B. Hermannum Ann. 1263. sub Engelberto secundo Archiepiscopo fatis concessisse: cùm autem constet vulgatam eam esse reuelationem, Ann. 1183. centenarium fuisse dicamus oportet, licet ætatis Anno 26. eandem conscripsisset. Sed mihi exploratissimum est, tam vitæ illius tempus, quam obitus incertum esse, vt opus sit coniecturis. Hæc tamē habemus de vita eius cōperta; eum sub Macario IV. Abbate, qui præfuit 21. Annis, ab Anno 1226. ad 1246. floruisse, & de S. Engelberto Colonienſi Archiepiscopo 7. Nouembris Anni 1225. pro libertate Ecclesiastica gladijs sicariorum obtruncato, eodem Anno 1225. cœleste responsum visu mirabili nocturno accepisse. Constat ex eadem vita eum die Palmarum sanum & incolumem fuisse: at feria tertia sanctioris hebdomadæ febri correptum esse; decessisse autem die S. Ambrosio dicato. Deinde iacuisse in tumulo à Feria quinta Paschæ. His ferè certis positis in reliquis locus manet coniecturis: Philippus Bebius ab Abbate Chrysostomo in Notis ad vitam B. Hermanni citatus, putauit hunc vitæ Ordinem esse constituendum: vt Ann. 1146. natus credatur Coloniæ: Ann. 1158. Steinfeldiam venerit: Ibi Ann. 1183. Vrsulanam scripsit reuelationem, ætatis 37. anno: Alteram verò de S. Engelberto habuerit Anno 1225. visionem, & Anno 1233. decessisse videatur, 7. Aprilis, annorum 87. victurus secundùm corporis constitutionem annis 78. quibus anni 8. sunt diuinitus adiecti. Han. sententiam confutare conatur Chrysostomus, quia vita, quam è M. SS. edit, mortis & sepulturæ diem eandem consignat his verbis: *Si quidem cum in quinta feria dierum Paschæ carne solutus fuisset, & in sepuchro terra palustris naturaliter humente depositus fuisset, & in tertia dierum Pentecostes exhumatus.* Fuit igitur eadem die mortuus & humatus quinta Paschatis feria: timebant enim Virgines apud quas decesserat, ne Steinfeldienses, qui tribus aberant leucis, eum thesaurum repeterent: i eò die ipsa humandum esse censuerunt. Vnde putat Ann. 1241. decessisse, quinta Paschę feria. Fatetur tamen D. Chrysostomus P. Bebij sententiam conformem esse textui, quem Surius his verbis recitat. *Corpus eius ex sepulchro eduximus, feria tertia Pentecostes, cùm iam in illo iacuisset à quinta feria Paschatis loco palustri & naturaliter humido.* Vtraque sententia probabilis est; vtraque fauet reuelationi Vrsulanæ, quamuis autem pro D. Chrysostomo vita M. SS. cyclus tamen Paschalis pro vtroque facit, eius tamen sententia nihil nobis aduersatur: siue enim annis 8. serius dicamus esse natum & mortuum, vel anno ætatis 26. scripsisse reuelationem, nihil Vrsulanis rebus incommodat: Lector eligat, quod lubet.

Quæ certa sint circa tempus B. Herman.

Ordo vitæ eius.

Restat altera nec difficilis ex capite S. Cæsarij Meldensis Episcopi difficultas: id enim scriptor libelli asserit in suo Cœnobio religiosè adseruari, quod Steinfeldiæ non amplius reperitur. Certè si res sacræ eo in statu, quo Anno 1183. erant, ad nostra vsque tempora perstitissent: vnius capitis huius probatione abiudicari ab omnibus alijs causa debuisset; at post tot bellorum militares procellas, quæ terras istas tot seculis concusserunt, post tot bellorum incursiones, Truchsesianorum, Hollandorum & Suecorum, (vt remotiora taceam) expilationes, euersiones, concremationes florentissimorum Cœnobiorum, non ea sunt inquirenda, quæ nec pacis tempore iure possent postulari, facilè enim & prospero rerum statu, Regum & Principum virorum rogatu consensuque Prælatorum tales sacri cineres de loco in locum transferuntur; ita vita B. Hermanni narrat eum S. Gertrudis caput obtinuisse: & Canisius ad xi. Ian. vult Steinfeldiæ reliquias S. Honoratæ seruatas: vtræque modo non reperiuntur ibidem, vt mirum non sit, Caput S. Cæsarij, & quasdam alias ipsi donatas reliquias, dē quibus lib. 2. cap. 21. mentio fit, intra 450. annos, vel aliò translatas, vel deperditas, vel amissa epigraphe, dum belli tempore Coloniam transferuntur, iam censeri in Anonymis.

Altera obiectio de translatione capitis S. Cæsarij.

CAPVT XXV.

Quintus fons, eiusdem B. Hermanni liber secundus genealogicus, & alia quædam opuscula, ad laudem SS. Virginum concinnata, eiusdemq; cum SS. Virginibus summa familiaritas.

EMinet reliquos inter fontes Vrsulanos genealogicus secundus liber eiusdē Hermanni recens inuentus, in quo clarissimè totius ferè Christiani orbis politicus & Ecclesiasticus status, congruenter sacræ profanæq; temporis historiæ, velut in tabula pictus exhibetur, nomina Episcoporū, Regum, Principumque virorū ac fœcentarū ferè præcipuarum Virginum, consentanea titulis centum & pluribus annis post è tumulis erutis recensentur, ortus earū, patriæ, genus, agnationes, officia, virtutes & mores accuratè describuntur, vt non præterita narrare, sed præsentia quasi lectoris oculis subijcere videatur. Ibi Virgines non solum adspectabiles eum alloquuntur familiariter: sed & nomina sua pandunt, inuitant ad scribendum, materiā quandoq; & verba scribenti suggerunt, dubia passim occurrentia dissoluunt, caueat monitis, ne subrepat error, inuitū etiā ac renitentē ad pergendum mira suauitate cogunt, vt meritò fons quintus ab alijs distinctus debeat iudicari, triennio post lib. 1. Anno nimirū 1187. è cœlo deriuatus: de quo prolixè suo loco. Sed de ea, quā dixi familiaritate cum cœlitibus, & his sacris Virginibus, ne mira videatur, & inusitata, vitæ coæuū scriptorē audiamus, è quo discemus eum alia cōplura præter dicta ad cultū Vrsulanū augendū auxilio Virginum literis cōsignasse. *Nunc*, ait, *ad illas reuelationes mirabiles & iucundas, quas ipsum de B. Vrsula & comitibus eius habuisse cognouimus, manū cum animo pariter aduertamus, videbimusq; manifestè, quod etiā in cōtinuis tribulationibus iucunditatem & exsultationē thesaurizauerit super illū, & nomine æterno hereditauerit eū Dominus Deus noster. Tantū circa has Domini Virgines speciosas felix Ioseph affectū conceperat, vt illum signis euidentibus satis aperire non posset, tanta illis familiaritate, & animi puritate fuit connexus, vt multa per illas secreta cognosceret, & aliquæ illi sua nomina reuelarent, & in suis eum tribulationibus solarentur, vt ergò intimū circa has sacras Virgines affectū comprobaret, noui cantus historiā in illarū honorē componere cōstituit, cumq; admouisset dexteram ad scribendū, ecce vna Virginū ei euidenter apparuit, & stans corā illo, quid scripturus esset, benignissimè & familiarissimè informauit: Quin etiā columbā pulcherrimā super humerū suū residere conspexit, quæ rostrū suum dictantis auriculæ incessanter infixit, hanc quoq; vnā esse de numero sanctarū Virginū intellexit, vnde & postea totā illā sodalitatē, nec nō omnes Virgines Domino deuotas colūbellas vocare, quasi nomine vsitato cōsueuit: sed cū melodiā historiæ iam conscriptæ (quod maioris difficultatis erat) deberet componere, quotiescunq; ad hoc animū applicabat, nō paruū Virginū chorū super se in aëre audire cōsueuit, concinentē cum iucunditate cœlesti talē, quæ verbis cōscriptis cōpeteret melodiā. Hoc quoq; quia quorundā fidē cum difficultate merebitur, me ex ore ipsius (qui de se mentiri nō potuit) gaudeo audiuisse. Nam cum multo post tempore solus cum solo familiariter cōsedissem, cœpi quasi iocando præsumtuosum vocare, qui historiarū auderet componere melodias, quod etiā peritissimis artis musicæ difficile videretur, coactus mihi scandalū tollere, & sibi falso impositū præsumtionis vitiū excusare, celatā eatenus mihi aperuit veritatem. Non ego, inquit, hanc solus cōposui melodiā, sed sacræ mihi fuerūt auxilio columbellæ; & cū modū huius admirādæ reuelationis inquirerē; cū post dictamen, inquit, verborū historiæ solicitus de melodia meo me lectulo reclinassē, Chorus Virginū super me in aëre cōgregatus, ipsam mihi præcinuit melodiā: quā ego sicut ab ipsis didici, verbis subscriptis studui adnotare. Cui ego hoc inquā friuolū videtur & fictū, vt quisquā quanticunq; ingenij taliter auditā à cōcinentibus melodiā possit memoriæ, & postea scripto cōmendare. Ille verò volēs omnino satisfacere dubitāti, admirationē meā maiori admiratione dissoluit: ait n. quotiescunq; me illarū concentū cōtigit obliuisci, & mādare scripturæ notas alias, quā audierā, illæ super me iterū, & iterū, & multis vicib. redeūtes, illas notas, quas obliuioni tradiderā, tādiu, & toties repetere minimè destiterūt, donec meæ perfectè imprimerētur memoriæ, & meū errorē abraderē & scripto, quod ipsæ docuerāt, integrè cōmendarē. Solebat autē quædā verba eiusdem historiæ cū melodia sua nobis sæpiùs recitare, quæ cōcinendo doctrices suas dixit tāta alacritate cōmotas, hæc eas cū tanta hilaritate multoties asseruit repetijsse, vt & ipse nobis hæc referēs mira iucūditate, & oris & animi moueretur.* Raso cō firmat eadē, præfigit capiti talē titulū. *S. Vrsulā cū sodalib. sociā in ope habet.* Subnectit ista. *Et ne quid omitteret eorum, quæ*

Vita B. Herm. c. 29.

Virgines ei pandūt sua nomina.

Dictant scribenda.

Præcinunt melodiā.

Corrigunt errantem.

quæ ad Virginum pertinerent locum: voluit ante alias Virginum sacrarum principem venerari S. Vrsulam, vt de eius tropæis noua quædã excuderet carmina: coegit illum, vt fit amor, quod nec ars, nec natura præstare poterat: operis igitur difficultate pressos, sanctis conatibus nõ defuere inuocatæ Virgines, vna etenim præter ceteras venustate quadã egregia sese operi iunxit, & quod ille tam pectore conceperat, hæc melius suggessit, si quid humana, vt fit, obliuione memoriam fugeret, toties repetyt, donec ex sententia rem omnem confecisset, scriptoq; mandasset: numeros præterea aptauit materiæ Virgo sancta, ita vt iam frater noster notarij potius partes ageret, quàm dictantis. Item affirmat tractatus alter de vita eius succinctior, subiectus prolexiori à suppare conscriptus. *Sed neque hic ad præsens explicare propono, quantum dilexerit, quantum honorauerit Virgines sacras Vrsulam, & sodales eius, quantis reuelationibus earum fuerit consolatus, quomodo cùm ad laudem earum historiæ verba cõposuisset, ipsis docentibus, & præcinentibus totus penè historiæ melodiam didicerit, & quædam etiam Virginum nomina sua ipsi dignata fuerint reuelare.* Horum permulta cadunt in libri secundi reuelationem, vt legenti monstrabit Epilogus libri primi, quod simul exordium censeri debet libri secundi, cui præfigam, & huius libri caput 21. vbi suauissimè cum eo Virgines colloquuntur, nomina sua pandũt, & quædam scribenda dictant: vnde notarium se passim vocat, præcipuè tamen de iubilo eiusdẽ, qui incipit: *O vernantes Christi rosæ*, eiusque melodia, debet accipi, qui in libris & opusculis B. Hermanni diligenter adseruatur Steinfeldiæ: vulgatus post vitam eius à V. Abbate Chrysostomo: vocat ibidem SS. Virgines columbellas: fuitque Coloniæ sepulcro S. Vrsulæ à ducentis annis affixus, longè ante ortum Lansb. rgij, cui quidam errore iubilum hunc attribuerunt: quamuis eo non historiam Virginum: vt in reuelationum duobus libris facit: sed effectus teneros & pios complectatur. Idem Hermannus prosam seu sequentiam, vt vocant, pro sacro Missæ officio scripsit hoc initio: *Virginalis turma sexus*, in quem à ducentis annis quidam sunt cõmentati, & passim in sacro die S. Vrsulæ decantatur: contra quam moueri dubia tria possunt. Primò, cur sponsum Vrsulæ non vocet Aetherium, vt S. Elisabetha; vel Holofernem, vt in reuelationibus suis; sed Conanum cum Galfredo? Respõdeo: Sponsus trinomius erat: ante Baptismum nomine Conanus, agnomine Holofernes dictus à specie corporisque robore: maluit fonte renatus sacro Aetherius appellari: vox verò Conani metro seruiebat. At quomodo vult S. Vrsulam spreuisse curam hominũ: cum S. Elisabeth velit parentem ei de nautis prouidisse & viris, vt etiam addi malè videatur, *manum femineam rexisse naues.* Demus nautas adfuisse ferè ducentos: quid hi ad tantam Societatis multitudinẽ, magis diuino, quàm humano nixam auxilio in tanta teneritudine & nobilitate Virginum? Adde quod ipsos nautas Vrsula diuino nutu dirigebat, & applicabat operi tempore nauigationis: at triennio vigente naumachia, solæ Virgines nauticos labores exercebant, vt Cunibertina narrat historia. Sed quid Monasteria Romana designant à Virginibus adita dominantibus Romæ gentilibus? Respondeo, Monasteria vocat ædes sacras cultui diuino consecratas, in quibus aliqui Deo soli militabant: talia fuisse tempore Diocletiani Romæ ad 19. Octobris testatur Baronius: *Complures*, ait, *Monachos sub Maximino Martyrio coronatos esse, non tantum ex Martyrologijs expressum habes: sed apud Eusebium hist. lib. 8. Porrò ipsum Monachorum institutum nõ recens; sed ab initio nascentis Ecclesiæ viguisse, ex his, quæ Philo de Iessæis, & quæ habet Dionysius Ariopagita, & aly facilè colliges: licet nomen ipsum non adeò vetus fuerit: Vnde August. in Ioannem tract. 97 sic ait: Monasteria Xenodochia postea sunt appellata nouis nominibus, res autẽ ipsa ante sua nomina erãt.* Idem to. 2. Annal. An. 301. inquit, *Asceteæ tunc passi sunt: ergo erant tunc asceteria.* Romæ verò 29. post S. Vrsulam annis ascetas floruisse probat Bellarminus ex S. Dionysio Pontifice, qui antea *Monachus*, ait, *fuerat*: adeoq; erat è Monasterio vel asceterio prouectus ad Sedem Apostolicam. Sed iam tempore Apostolorum idem vigebat institutum. Philonis de Essenis (quos Serarius cum alijs in Monachis numerãt) verba sunt, *eos in qualibet habitatione habuisse ædiculam sacram: quod σεμνεῖον, vel μοναστήριον vocabant*, & n. 9 *quod nihil omnino cibi aut potus inferrent; sed legem tantum & Prophetarum oracula, hymnos q. & alia quædam pietatem promouendæ vtilia.* Therapeutas eos S. Dionysius nominat, quorum consecrationem tradit l. de Hierarch. Ecclesiastica, c. 6.

Iubilum de SS. Virginibus scribit.

Et prosam.

Obiectiones.

Sponsus S. Vrsulæ trinomius

2.

3. Monasteria Romæ eius tempore.

Baron. in notis ad 19. Octob.

Bellarm. to. 2. l. 2. c. 5.

Serarius in tr. hæresio l. 3 c. 16. n. 8

Adde quod B. Hermannus ea de titulis, memorijs & templis Romanis videatur accepisse, quorum tunc ostendam alibi, 40. extitisse: quæ visere Christianis publicè per Alexandrum Cæsarem, qui Christum quotidie colebat, & matrē eiusdem Mammæam Christianissimam feminam fusè probabo lib. 4. cap. 28.

Hactenus fontes Vrsulanæ historiæ sinceros & puros 20. monstrauimus, diuinis & humanis testificationibus confirmatos, è quibus cum S. R. Ecclesia tunc cum ritu duplici festum vndecim millium Virginum orbe toto perageretur, Lectiones horarias sumserit, Compendio totam rei gestæ seriem, ex his 20. fontibus delibatam enarrando, visum est eas recitare.

CAPVT XXVI.

S. R. Ecclesia recepit ante Annum 1560. Vrsulanam historiam, ex his 20. fontibus probatis delibatam, & inseruit horarijs Lectionibus, exemplo aliarum diœcesium, quæ eandem comprobarant.

FVit multo tempore ritu duplici toto terrarum orbe festum S. Vrsulæ celebratum: Lectiones etiam propriæ circa Annum 1550, Romæ Iulio Romano Pontifice prodierunt in Breuiario Romæ vulgato, cum hac epigraphe: *Breuiarium Romanum de Camera nouissimè impressum, optimè castigatum, & ita ordinatum, vt omnia suis in locis sint posita.*

In hoc prolixæ nouem Lectiones recitantur, quibus Cunibertina historia, non tantum confirmatur; sed etiam augetur & confirmatur, ac idea perfecta proponitur Vrsulani Martyrij suis omnibus numeris absoluta: quam ideò toto hoc operè defendendam suscepimus, & per octo libros copiosius exprimendam: decet enim huius sanctissimæ matris filios, insistere quoad licet maternis vestigijs, cui nouimus præ omnibus orbis Ecclesijs vni Spiritum sanctum præcipuo quodam modo semper adsistere.

De vita B. Vrsulæ & Sociarum eius Virginum.

LEctio prima: *Fuit in partibus Britanniæ Rex quidam, qui re & nomine vocabatur Deonotus, religiosus tam fide, quàm moribus. Hic vt Deo filios procrearet, secundùm spem, quam habebat Abraham; accepit vxorem, quæ erat valde nobilis, secundùm seculi dignitatem, virtutibus adornatam, orta parentibus Christianis. Cùm itaque Rex cum Regina filium à Deo expeterent, qui Regi successor deberet existere, dedit eis Deus filiam, quæ eis cœlestem patriam præpararet, sine fine permansuram, quam in Baptismate Vrsulam vocauerunt: quia Vrsum, id est, diabolum sufferre debebat. Hæc itaque Virgo cùm taliter educaretur, secundùm quod decebat Regis filiam enutriri, cœpit teneros ætatis suæ annos virtute præcedere, & in lege Domini die ac nocte meditari, diuinis & Euangelicis eruditi præceptis, & ad suum sponsum Christum toto corde suspirare, nec quidquam amabat in se, quod Christo suo sponso sciebat displicere.*

Lectio secunda: *Cum ergo tam nobilis Virginis fama longè personaret, ad aures peruenit Regis Angliæ potentissimi Gentilis tyranni, qui crudelitate sua, hinc inde regnabat. Qui cogitare cœpit in corde suo, si filius suus, filiam Deonoti Regis haberet in vxorem, suum regnum ampliaretur. Mittit igitur solennes nuncios ad patrem Virginis, magnis promissionibus, & beneficijs. Insuper & minas, & terrores ei vltimo ex parte Regis inferrent, vt qui blanditijs & donarijs nolit accquiescere deprecanti, ad minimum timore suæ potentiæ, suas preces efficaciter exaudiret. Auditis ergo nuncijs Regis, pater puellæ Rex pius cœpit valdè dubitare: tum quia Christi fide signatum, cultori idolorum tradere indignum reputabat: tum, quod ipsum nullatenus consentire cognosceret: tum quod Regis potentiam, & ferocitatem, formidabat: lacrymis perfusus se in oratione dedit, & de cælo auxilium postulauit.*

Le-

Lectio tertia: *Dum igitur Virgo Christi vultum patris tristem ac turbulentum deprehenderet, paterno dolori magis, quam sibi compatiens, se dedit in Orationem, nocte ac die lacrymis orans ad Dominum, vigilijs, & ieiunijs se affligens, pro sui patris liberatione, sicq; ea orante orante paululum obdormiuit: Tunc Christus per visionem reuelauit ei, de certamine vitæ suæ, & de numero Virginum, quæ cum ipsa passuræ erant: Habita igitur huiusmodi visione, accessit hilari vultu ad patrem, & ei persuasit, vt prædicto Regi ascensum præberet; ea tamen conditione proposita, vt decem Virgines nobiles, ac electissimas sibi ad solatium traderet. Nec non & tam sibi, quàm alijs mille Virgines adsignaret, & vndecim triremes benè præparatas. Dentur q; nobis tres anni induciarum, ad consecrationem & honorem nostræ virginitatis: baptizetur iuuenis, & in his tribus annis in fide instruatur. Sapientia & Consilio vsa est, vt, aut difficultate propositæ conditionis animum eorum ab hoc auerteret, aut hac opportunitate prædictas Virgines secum Deo dicaret.*

Lectio quarta: *His itaque auditis Legati Regis alacres facti, iter ceperunt qua venerant, citissimè ad suum Dominum reuertentes, pro tali legatione maximum à Rege præmium exspectantes. Cumq; Regi per ordinem omnia recitassent, lætatus est valdè, & iuuenis eius filius, cum alijs Principibus, & Baronibus, & vniuerso regno, præ amoris magnitudine gauisi sunt vltra, quam credi potest. Instinit igitur iuuenis ardentius Patri, vt omnia quæ petierat Virgo effectum haberent efficacem. Perfecto itaq; opere nauium, & completo numero Virginum: vna de Virginibus erat nomine Pinnosa, ceteris nobilior, pulcritudine, moribus, & virtutibus alias virgines præcellens. Hanc Pater amoris gratia Vrsulæ sociauit, & secunda post Vrsulam omnium Virginum exstitit Magistra.*

Lectio quinta: *Post hæc ordinata iam die, omnes simul ad reginam venerunt. Tunc Beata Virgo Vrsula cum multitudinē Virginum vidisset, quas diu desideranti animo exspectarat, hilari vultu & corde primum retulit gratias Creatori; post ea secretum suum, & propositum eis indicauit, & sanctis exhortationibus eas erudiuit: & in fide cor earum roborauit, & in nouam militiam ibidem omnes coniurant. Nam statim ibi belli præludia inchoant, modo currunt, modo discurrunt, modo fugiebant, modo bella ad inuicem facere simulabant. Omni enim genere ludorum erant exercitatæ, nil quod animo occurrebat, relinquebant, Et sic factebant per singulos dies, modo mane, modo meridie, modo vespere. Ad spectaculum Rex & omnis populus confluebant, omni gaudio & admiratione repleti.*

Lectio sexta: *Deinde sub spatio vnius diei & noctis Virgines ventum prosperum habentes, venerunt ad quendam portum, qui Tiele dicitur, & inde per fluuium, qui Rhenus appellatur, peruenerunt Coloniam, vbi Angelus Domini Beatæ Vrsulæ apparuit, & prædixit illas eo numero integro reuersuras, & coronas Martyrij percepturas. Simili modo admonitione Angeli, Romam tendentes, per Rhenum ad vrbem Basileam applicuerunt, quibus se iunxit Episcopus Basileensis cum S. Gerasina Regina Siciliæ sorore Mauritij Episcopi, & Dariæ matris sanctissimæ Vrsulæ cum quatuor filiabus suis Babylia, Iuliana, Victoria, & Aurea, & filio suo paruulo Adriano, qui amore sororum suarum vltro se peregrinationi ingessit. Hæ omnes relictis in Basilea nauibus Romam pedestres peruenerunt.*

Lectio septima: *Summus ergo Pontifex Cyriacus cùm esset de Britannia, & inter Virgines multas suas consanguineas conspiceret, gauisus est valdè ex earum aduentu, easq; cum omni Clero summo cum honore suscepit. In ipsa verò nocte Papæ reuelatur diuinitus, tum cum ipsis Virginibus fore Martyrij palmam percepturum, Quod apud se celans, mulieas ex ipsis, quæ nondum baptizatæ fuerant, baptizauit: Duo autem iniqui Principes Romanæ militiæ Maximus & Africanus videntes Virginum multitudinem, & quam multi, & multæ ad eas confluerent, timuere, ne per eas crescret Religio Christiana. Quapropter iter earū diligentius explorantes, nuncios miserunt ad Iulium suum cognatum, Principem gentis Hunnorum, vt educto exercitu contra eas, cùm venirent Coloniam, tanquam Christianas trucidarent.*

Lectio octaua: *Beatus igitur Cyriacus cum nobili illa Virginum multitudine de Vrbe egressus est, secutus q; est eum Vincentius Cardinalis, Iacobus de Britannia Archiepiscopus Antiochenus, Mauritius Lauicanæ Vrbis Episcopus Auunculus Babiliæ & Iulianæ, Foilanus Lucensis Episcopus, Aetherius verò sponsus B. Vrsulæ manens in Britannia, per*

visionem Angelicam admonetur, vt protinus surgens sponsæ suæ occurrat, & cum ea in Colonia Martyrij palmam accipiat. Nam pater eius primo anno, quo Christianus factus, mortuus est, eidem successit in regno. Aetherius igitur diuinis monitis acquiescens, matrem suam baptizari fecit, & cum sorore sua Florentina iam Christiana, Clemente Episcopo, Marculo Episcopo Græciæ, & nepte sua Constantia, filia Dorothei Regis Constantinopolitani, ad Martyrium sanctis Virginibus se iunxerunt.

Lectio nona: *Omnes igitur Virgines cum supradicta Comitiua Coloniam redierunt, & ipsam iam ab Hunnis obsessam inuenerunt. Quas barbari videntes, irruerunt super eas cum clamore nimio, & quasi lupi sæuientes in oues, totam illam multitudinem occiderunt. Cùm autem ad B. Vrsulam ceteris iugulatis venissent, videns Princeps eius mirabilem pulcritudinem, obstupuit, & consolans eam super necem Virginum, promisit, quod eam in coniugem sibi copularet; sed cùm ipsa hoc penitus respuisset, illeq́ se contemtum vidisset, directa sagitta eam transfixit, & hoc modo suum Martyrium consummauit. Consummata itaque barbara crudelitate in Virgines, dedit illos Deus in reprobum sensum, ita vt viderent contra se venientes armatos exercitus tot numero, quot Virgines occiderunt, qui eos fugauerunt, vsque ad barbaras nationes.*

Hactenus Breuiarij Romani Lectiones prolixiores: nam contractiores aliquot annis post vulgatas vltimo libro recitabo.

In quibus pars præcipua desumta est è Cunibertina historia: adinnctis multis personarum è titulis & reuelatione S. Elisabethæ petitis: vt conferenti hæc inter se patebit. Sed iam pridem ante complures diœceses, & Religiosi Ordines, præsertim Patres Dominicani & Franciscani, ex ijsdem fontibus 20 delibarant horarias Lectiones. Hæc quasi fax lucidissima in tantis huius Martyrij plusquam cimmerijs tenebris, viam mihi monstrauit ad fontes 20. latentis veritatis inueniendos: nec enim falletur, qui hoc in difficillimo negotio matrem nostram S. R. Ecclesiam cautè & prudenter granum sinceri tritici à paleis secernentem, sequi voluerit. Vnde huius statui sententiam non sequi tantum; sed etiam contra quosuis aduersarios reliquis libris vindicare.

CAPVT XXVII.

Historiæ Vrsulanæ ex his 20. fontibus deriuatæ probabilitas.

SAtis opinor hactenus claris argumentis est probatum, Cunibertinam historiam vndecim millium Virginum, eam iure fidem mereri, quam tot aliæ Sanctorum res gestæ, literis ab idoneis Scriptoribus proditæ apud omnes nationes habuerunt, non enim minus ab antiquitate, & veritate, quam quæuis alia, licet à coæuis sit consignata, commendatur: eam enim decem populorum certæ constantesque traditiones, & quadringentis annis ante, quam mandaretur scriptis cōseruarunt, & iam scriptam pariter confirmant: exstant toto peregrinationis Romanæ itinere præsertim Tilæ, Coloniæ, Argentinæ, Basileæ & locis cōfinibus impressa testatissima vestigia, nec ab hæreticis vnquam reprobata: quibus velut insculpta talis Martyrij perennat memoria. Et si hæc ipsa defuissent, solæ tot titulorum sepulcralium inscriptiones, in quibus etiam numeri Virginum, peregrinationis, & generis Martyrij Coloniæ tolerati, clara fit mentio, sufficerent ad historiā hanc ab æqualibus & coæuis testibus repetendam, & literis mandandam. Accedunt tot aliæ Virginum & Comitum eiusdem Sodalitatis res gestæ diuersis traditionibus, vestigijs & titulis conseruatæ varijs in locis, S. Cuneræ, Aureliæ, Christianæ & aliarū Sociarum alibi defunctarū, & posteris etiam vulgatæ literis: quæ cū S. Vrsulæ Martyrio conspirant in omnibus. Suffragatur temporis sacra & profana historia; consentiunt veteres & recentes Scriptores grauissimi; vetera Martyrologia Romana, Bedæ, Flori, Vsuardi, VVandelberti idem asseuerant: totus terrarum orbis eandem historiam, nec aliam multis annis imò seculis decantauit. Fidem præterea faciunt corporum ipsorum, tam multiplices inuentiones, eleuationes

Historia Vrsulana est antiquissima.

Coæuis testibus nititur.

Est solidissima.

nes & translationes, cultus idem orbe toto à mille & centum annis ijs piè religioseque à sanctissimis etiam viris exhibitus.

Nec diuina defuerunt cultum eundem attestantia miracula: Ipsæ etiam Virgines sæpissimè, dum nomina tumulosque suos indicarunt, Martyrij quandoque seriem exposuerunt: præter prolixiores illas S. Elisabethæ & scriptoris Anonymi, quem iure B. Hermannum Steinfeldensem vocamus, cœlitus datas reuelationes.

Mira consensio inter se omnium 20. fontium.

Hoc sanè permirum est, tot varia diuersis locis, temporibus, auctoribus, occasionibus prodita huius Vrsulani Martyrij fundamenta, siue coæuorum, siue posterioris æui testimonia, humana diuinaque, tanta varietate, multitudine, & prolixitate concepta, nihil quidquam continere, quod vel ab alijs fontibus allatis dissideat, vel temporis historijs, aut moribus & traditionibus Ecclesiasticis aduersetur: quinimò hos eosdem fontes se inuicem confirmare, augere & illustrare, vt ex tot minoribus facibus aptè inter se dispositis in ea temporis illius ob bustum Diocletianæum deperditis historijs, caliginosa nocte, lumen emicare clarum videatur: quo præcipuæ tam intricati Martyrij difficultates, & quædam cimmeriæ tenebræ solis velut exoriente luce discuti videantur, imò tam profana, quàm sacra temporis Vrsulani historia, velut in tabella graphicè depicta illustretur. Quam lucem post Dei Optimi Maximi Patris luminum innumera subsidia, variarum Ecclesiarum Rectores, Cœnobiorum Præsides, & omnis antiquitatis ac literarum amantes viri è latebris Bibliothecarum, tablinorum & sacrariorũ libentes volentesque contulerunt: precibus Deiparæ Virginis, & tot millium Virginum impetrantibus, vt ad minimam petitionem hęc vltrò tribuerent, & subministrarent, quæ vix humana potuissent industria obtineri, quibus omnibus, me obligatissimum libenter agnosco; sed cùm vnde vicem parem ijs beneficijs rependam non reperiam, ad cœlites confugio, vadesq; pro me sisto tot chiliadas Virginum: nam quæ tot alijs clientibus suis iam velut in naturam versa consuetudine, tam in vita, quàm morte solent succurrere: istorum certè hac de historia, quã optimè meritorum non obliuiscentur.

Ex horum itaque tam variorum fundamentorum diuinorum & humanorum; coæuorum & posterioris ætatis mira consonantia, quasi vocum diuersarum, neruorum & tibiarum, grata nascetur harmonia totius prolixioris octo libris enarrandæ historiæ: nihil enim ibi nouitium vel commentitium, nisi ex his 20. deriuatum probatis fontibus haurietur: ita quidem, vt ordo rerum gestarum ad Cunibertinam historiam accommodetur: quæ vbi defecerit, ex traditionibus, vestigijs, & alijs receptis historijs, cetera sufficientur: quod si tamen nonnihil reuelationes adijciant, non alienum à profanis & sacris Scriptoribus, non erit negligendum: ita tamen, vt si quæ incredibilia, vel prorsus inusitata videantur, similibus allatis profanis, & sacris Historijs fulciantur. Atque ita hoc spero consequemur, vt historia Vrsulana deinceps possit, non minus testata probataque, quàm aliæ Sanctorum Martyrum, licet à coæuis conscriptæ iudicari: quo populus fidelis perspecta Martyrij huius veritate, consideratisque in eo diuinæ maiestatis infinitæ sapientiæ, bonitatis & potentiæ relucentibus clarissimis argumentis, ad Deum in Sanctis suis laudandum & admirandum vehementius exstimuletur, tot millia Virginum religiosius colat, ardentius inuocet, studiosius imitetur, adeoque bonis innumeris cultum hunc consequentibus fruatur, qui vnicus est finis totius scriptionis.

R. P. Philippus Bebius optimè meritus de historia Vrsulana.

Verùm enimuero cum b.m. R. P. Philippus Bebius Societatis nostræ Sacerdos, optimè de Vrsulana historia, si quis alius meritus, primus in tantis tenebris lucem aperuerit, qua duce ad veritatem veniretur: ipsos etiam fontes quosdam præcipuos primus detexerit: præsertim verò cœperit Cunibertinam historiam, cum sacra profanaque temporis historia & reuelationibus titulisque aptè inter se conciliare, visum fuit, eius ex fontibus præcipuis delibatum Vrsulanum Martyrium, à doctissimis æui nostri viris Cornelio à Lapide, Costero, Rosueido & Gretzero lectum, approbatum, & laudatum attexere, velut compendium & ideam alteram historiæ prolixioris octo libris comprehensæ.

CA-

CAPVT XXVIII.

Vita & Martyrium S. Vrsulæ ex præcipuis fontibus indicatis à R. P. Philippo Bebio Societatis Iesu Sacerdote concinnatum.

Ortelius in eonatibus Geograp. & Syn. Gerdonus in Chronol. Salian. to. 6. Annal. Ptolomæus in Geograp. Gordonus in Chron. Beda Camdenus. Serarius in vita S. Kiliani. S. Elisabetha Schœnaug. Pitseus de Script.

Britannicarum insularum (quæ Romanis circa Iulij Cæsaris tempora, annis ante Christum natum 54. nota esse cœperunt) tres præcipuè partes numerantur, scilicet Anglia, Scotia, & Hibernia. Prima, quæ ad meridiem vergit, sub Seuero Imperatore dicta est Maior: *sicut altera, quæ ad Septentrionem flectit,* Minor *nominata est: Posterioribus seculis prima ab Anglis Germaniæ populis eam circa Annum Domini 449. inuadentibus, in hodiernum vsque diem Anglia appellata; sicut & secunda à Scotis exteris etiam populis in eam sese infundentibus Scotiæ appellationem sortita est. Tertia nomen antiquum tuerniæ, seu Hiberniæ etiamnum retinet, eaq; à nonnullis Scotia maior dici solet: Et quamuis vnaquæque harum trium partium S. Vrsulæ natales sibi vindicet, sicut olim de Homero septem Vrbes factitâsse tradunt: nihilominus verò similior eorum opinio esse videtur, qui illam Scotiæ maiori, siue Hiberniæ adiudicant. Quamquam non omnino improbabile sit, eam ex Britannia Matore, atque ex regno Cornubiæ (vbi postea veri Britones ab Anglis pulsi habitarunt, eam à Rege Cambro Cambriã appellantes) originem traxisse. Nobis enim satis est, origine eam Britannam fuisse. In hac ergò Britannia circa annum à natiuitate Domini 220. lucem adspexit Vrsula cognomento Cynosura. Quo tempore Romanum administrabat imperium Elogabalus, Pontificiam verò S. Petri Cathedram regebat in annum 18. Zephyrinus Papa. Patrem S. Vrsulæ vetus historia correctior appellat Dionetum* (non Deonotum) *cognomento Maurum: vti ex S. Elisabetha colligitur, Mater autem eius Daria vocabatur, quæ sororem habuit cuidam Sicilia Regi coniunctam. Ex his parentibus Christiana religione conspicuis, nata S. Vrsula, in omni virtute, ac literarum etiam studijs crescebat: septennio iunior sponso suo, cui ante mortem matrimony fœdere in terris est addicta: multo felicius post fusum pro Christi nomine, ac virginitatis, fideiq; integritate sanguinem, in cœlis sociandæ.*

Colligitur ex titulis sepulcralibus.

S. Elisabeth Schœnaugien. s. Extitulis sepulcralibus.

Cùm enim Holofernes (qui post Baptismum susceptum Aetherius est appellatus) alterius Regis nomine Agrippini in eadem Britannia filius, iam ad annum ætatis circiter 22. peruenisset, Pater eius idolorum cultui deditus, de S. Vrsulæ fama, eius mores ac sapientiam vbique vulgante inaudijsset, missis Legatis eam filio suo vxorem dari postulauit, multa promittendo, si propositum assequeretur; plura minando, si reijceretur.

Hoc modo S. Vrsulæ parens in magnam dubitationem adductus, inter spem & metum fluctuabat, cùm enim nollet filiam suam Catholicam Regi Ethnico sociare, è contrario tamen gentilis illius Regis potentiam atque ferociam quietis ipse amantior formidaret, Deus, cui rem ipse totam vna cum coniuge in hac difficultate commiserat, facillimam difficultates omnes euadendi viam suggessit; Misso enim ad S. Vrsulam quintum decimum agentem annum cœlesti nuncio reuelauit; suam voluntatem esse, vt Pater huic legationi assensum præberet, ex qua multorum millium vtriusque sexus salus, atque æterna felicitas in præsens penderet, & futurum in plura secula Christianis exemplum, se verò rem ita dispositurum, vt salua ipsius virginitate, Martyrium vna cum Sodalibus ipsoq; sponso passa feliciter, de hostibus omnibus suis læta, viuensq; in æternum triumpharet: hac q; occasione totum, & Martyrij sui futurum cursum, ob oculos illi posuit, vt eum quasi iam præsentem sibi cernere, atque eo ipso Martyrio lætari S. Vrsula videretur.

Ex tempore mortu. Vetus historia in Suvsto

Postridie itaque læta Patrem tristem admodum, ac de responso Legatis rem vrgentibus dando anxium accessit, eiq; vt assentiretur persuasit, ea tamen conditione, vt in triennium proximum differrentur nuptiæ, ac Rex vterque, sponsi scilicet & sponsæ parens iunctis opibus, atque consilijs vndena Virginum Sociarum millia procurarent, cum quibus Virginitatem suam proximo triennio consecraret, ipse q; sponsus Catholica sacra susciperet, quibus conditionibus per Legatos susceptis, atque ab Holoferne eius q; parente comproba-

tis,

tis, ad promissa Virginum millia colligenda ex varijs illarum præcipuè prouinciarum, ac vicinorum etiam regnorum familijs Virgines Catholicæ pariter atque Ethnicæ congregari cœptæ, simulq; vndenis quasi rectricibus designatis, vnicuiq; mille Virgines ad seruandum Ordinem, discendamq; ab ijs, quæ adhuc Ethnicæ forent Catholicæ religionis veritatem, constitutæ. Quod si cui fortasse dubium oriatur, vndenam tot millia Virginum tam cito colligi potuerint, is apud se consideret, regiones illas eo tempore valdè populosas fuisse, ac Christianæ religioni iam inde ab eiusdem propagationis exordio cumprimis addictas, siue fidem acceperint à S. Petro eius q; discipulis, siue à S. Paulo, siue à S. Ioseph ab Arimathia, quē primum in Britannia (in maiori saltem eius parte) Apostolum complures agnoscunt. Certè circa annum Domini 183. cum S. Lucij Regis in Britannia regnum integrum missis ab Eleutherio Romano Pontifice fidei prædicatoribus ad publicam Catholicæ religionis susceptionem traductum est, tantam fuisse Christiani populi multitudinem scribunt, vt vel in illo vnico regno 29. Episcopatus, ex Romani Pontificis (à quo præcones illi Euangelici missi fuerant) auctoritate cōstitui potuerint: quamquam vt ante innuebam, & veteres tradunt, neque totus hic comitatus ex solis Christianis, neque etiam ex Britannia sola (quamuis eo tempore populi multitudine, atque opibus quam maximè floreret) sed ex alijs insuper regnis ac populis, ad quos tantæ rei fama peruenerat, collectus atque congregatus fuisse memoretur: His igitur ita constitutis, dum conditiones futuro, vt multi putabant matrimonio præparantur, Virgines iam congregatæ honestissimæ, suæq; ætati, conditioni, ac sexui conuenientia exercitia sæpiùs vsurparunt, inter quæ non postremum erat, vt nauibus conscensis in sinu quodam maris cornubiam alluente sese recrearent, ac instrumento omni nautico per regem præparato, diuersa belli simulacra ad recreationem cierent: Parens enim S. Vrsulæ futuri ex filiæ reuelatione non ignarus, nauticam omnem turbam etiam ad nauigationem quantumuis longinquam ac periculosam, ita disposuerat, vt nihil ipsis ad futuros quosuis fortuitos casus deesse posset. Cùmitaque naualibus hisce exercitijs longo satis tempore ex proximo litore atque vrbe ipsa spectantibus sese recreassent, adulto iam vere Anno 237. in altum paulò longius prouectæ naues, coorto diuinitus vento, omnes vna ad oppositum Germanicum litus (infra locum, vbi Romanorum Armamentarium, quod Belgæ Brettenhuis vocant) conijcitur. Hic verò S. Vrsula futurorum omnium, vt ante dixi, conscia, Sodalibus suis paulatim Dei consilium aperire cœpit, (quod & postea Coloniæ perfectius præstitit) eas q; hortari: vt quoniam Deus diuino suo consilio cunctas à patria ipsa, atque parentibus abstraxisset, Romam vna omnes pietatis causa proficiscerentur, ac visitatis ibidem SS. Apostolorum liminibus, alijs q; SS. Martyrum sepulcris atque reliquijs consalutatis, in patriam denuo, si Deo ita cordi foret, reuerterentur. Ad quod cum tota Virginum societas Dei auxilio firmata sese promtissimam obtulisset, Romanum iter ætatis primordio cunctæ simul aggressæ sunt; In quo quidem adstruendo itinere, etsi multi diffidant, eò quod omnia ad vitæ humanæ leges ordinarias, quasi ad calculos nimis anxiè reuocent, tamen admisso aliquo extraordinario Dei auxilio (quale in hoc ipso itinere accidisse ex reuelationibus, de quarum auctoritate fusè satis alibi à nobis disputatum est) de eo dubitari nullo modo potest, præsertim cum tam multa exstent in historicis etiam à fide Catholica alienis (qualis fuit Christianus Vestisius, ac Rhenanus) eiusdem itineris vestigia, fundatis, etiam ad posteritatis memoriam templis, ac sacellis: de quibus omnibus vir clarissimus Dominus Smidelinus Episcopi Basileensis ante annos aliquot Cancellarius librum integrum pro Comitatu præsertim Rheinfeldensi promiserat, & alia alibi non pauca in libris manuscriptis, Inscriptionibus, Epitaphijs, vetera monumenta, quorum partem alibi dedimus, repertantur. Erat tunc imperium Romanum pacatissimum, administrante illud Alexandro Seuero, iuris naturalis amantissimo Principe, cuius mater Mammea fidem Christianam ab Origene didicisse perhibetur; & in eiusdem Imperatoris aula Christiani plurimi versabantur. Imperatore in religionem nostram ita propenso, vt Christi imaginem in lauario suo habuisse, ab Ethnicis scriptoribus perhibeatur, & eius imperium à Græcis ἀναίμακτον, id est, sanguinis effusione carens fuisse, tradatur. Quanquam peculiare Dei auxilium, ac tutelam in toto hoc itinere (imò & in hoc negotio vniuerso dirigendo) concurrisse neminī res tantas ac inusitatas consideranti dubium vllum omnino subesse possit. In hac ergo Imperij pace, Britannis toto Imperio notissimis, verò similior est huic

Arnoldus Marmannus Sabellicus lib 7. ex Tert. & Origene. Baron. to. 1. An 35. Theodoretus. Hieron. Baron to. 2. Beda lib. 1. c. 2 licet in annis varij dissentiant.

Vetus historia in Surio.

Tituli sepulcrales, libri veteres scripti & impressi de S. Vrsula. *S. Antoninus in Chronico. Ioannes Magnus in hist. Got. Adrianus Iunius in Batauia. Isaacus Pont. in discept. Geogr. S. Elisabeth. Bonfinius. Vrstisius in hist. Basil. Rhenanus lib. 3. Germ. rerum. Sacrarium Colonien se. Processus Card. Gurcensis. Lampridius. Eusebius lib. 6. c. 15. Lāpridius, Suidas, Herodianus.*

huic SS. Virginum Societati tanquam ex populo Romanis addicto venienti, iter tutum per Rhenum, Alpes ipsam q; adeò Germaniam, atq; Italiam patuisse. Nam necessarijs ad hoc iter in vrbe Tielæ comparatis, Coloniam primum, inde Basileam per Rheni alueum Germanici studio iam antea maioribus etiam nauibus peruium factum, ac constructis in eius litore frequentibus Castellis munitum nauigarunt, ibiq; humaniter à Rauracorum Episcopo Pantulo exceptæ, itinere illo, quod ad Romani exercitus deducendos per alpes ipsas habebant, circa Octodurum arrepto, in Italiam, atque adeò in ipsam vrbem Romam Christianis eas Angelico monitu toto itinere suscipientibus, ac necessaria omnia deferentibus vltro, peruenerunt.

Vetus historia. Franciscus Iren. & Cluuer. in Germania. S. Elisabeth Schœnaug. In itinerario Antonini duplex apparet. B. Herm. Steinfeld. Anastasius Bibliothec. Gordonus, Lapridius, Ita capio nomen Papa in titulo sepulcrali. S. Elisabeth. Petrus in Catalogo. Vincent. Bellnac. S. Antonin. Ioannes Magnus in Hist. Gothica Iulius Capitol & Lampridius. Baron. to. 2. Anno 226. ex Herodia. contra sentit Georgius Vicelius. Lapridius, Capitolin.

Hic inuenerunt S. Cyriacum ex Britannia oriundum, S. Pontiani Romani Pontificis (qui pro fidei Catholicæ veritate in exilium Imperatore Persicis bellis occupato vltra annum, ab vrbis præfecto agentibus Idolorũ sacrificulis in Sardiniæ Insulam Buccinami nomine electus fuerat) Vicarium, à quo & Virginum cœtus magna cum latitia susceptus est, & quam diu SS. Virgines, Romæ tum pietatis, tum perfectioris in Christiana lege institutionis gratia permanserunt, liberaliter per ipsum Pontificem, alios q; Christianos non minimum fuerunt recreatæ, quin & plurimæ ex hoc consortio sacri Baptismatis fonte nondum renatæ, ab eodem Pontificis Vicario magna cum ceremonia ac solennitate baptizatæ sunt. Imò verò & ipsi Cyriaco tantam gratiam concessit Deus, vt misso Angelo eum moneret, quo relicto supremi muneris (quod absente ordinario Pontifice tanquam Vicarius sustinebat) honore, Coloniam vna cum SS. Virginibus Martyrij palmam ibidem percepturus properaret. Apud quem tanti fuit diuina hac monitio, vt choro frequenti licet repugnante, cum alijs non paucis variorum locorum Episcopis, atque S. Romanæ Ecclesiæ Diaconis eum comitantibus, ad propositi Martyrij brauium suscipiendum sese contulerit. Atque vt Martyrij palmam, quam SS. Virginibus Deus ab æterno sua prædestinatione parauerat, opportuno iam tempore largiretur, permisit rebellionem quandam contra Romanum Imperium ab Alemannis Rheno vicinis excitari, ad quam sedandam cum Alexander Imperator & Iulium Maximum magni tum nominis Ducem, ex Illyrico euocasset, & ipse Moguntiacum Galliæ tunc oppidum vna cum matre Mammæa virilis animi; sed auaritiæ ac superbiæ nomine Romanis exosa femina accurrisset, à lixa quodam, Maximino (vt suspicio fuit) incentore, vna cum matre Mammæa occisus est, ipseq; Maximinus ab exercitu, qui aderat, sine vllo senatus Romani cõsensu acclamatus est Imperator: quibus Romam perlatis, senatus ita offensus est, vt statim Maximinum Imperij perduellem iudicarit: creatis contra illum, primum quidem Gordianis patre, ac filio: quos cum Africæ præfectus occidisset, Romana Respublica viginti & toto Senatu delectis viris commissa est: ex quibus postremo Maximum Pupienum, & Clodium Albinum Imperatores contra perduellem Maximinum dixerunt. Perscriptæ sunt & ad omnes Imperij Prouincias, atque Colonias literæ Senatus nomine, ad Proconsules, Præsides, alios q; Magistratus, vt Maximinum iam hostem ab Senatu iudicatum agnoscerent, eum q; Vrbibus suis, atque Prouincijs, quacunq; possent arte excluderent. Maximinus verò vt se quasi pro Imperatore ventilaret, Alemannos qui in Imperij fines irruperant, constructo apud Moguntiam ponte aliquamdiu obtentis aliquot victorijs persecutus, superbas admodum ad Senatum literas dedit, quibus & se ab exercitu Imperatorem electum significat, & Imperij hostes à se multis cladibus affectos gloriatur. Sed cum Senatum electioni suæ non assentiri intellexisset, vim subito adhibendam ratus, Vbiorum vrbem, quæ in Romani senatus fide permanebat, siue per se, siue per Iulium Romanorum militum ad Rhenum inferiorem Ducem obsidione cinxisse existimatur. Quo eodem tempore sacer SS. Virginum exercitus Roma rediens, iam numero auctior factus, fama vbique vulgante, adeò vt ex ipsa Sicilia atque Byzantio (quæ postmodum Constantinopolis dicta) nonnullæ Reginæ, siue Regulorum filiæ, vxores, nepotes q; illis sese adiungerent, puerulis etiam, ac viris alijs diuersi status, ac conditionis (quorum omnium reliquiæ hic apparent) non excluſis.

In vita S. Cunera. Ex Catalogo Tuitiensi & B. Herm.

Certè in vita S. Achaty, & Sociorum eius in postrema Surij recognitione typis excusa, ex Colonienſium traditione refertur, in hoc sacro cœtu facilè 14. millia SS. Martyrum vtriusque sexus, ac promiscuæ multitudinis exstitisse, quin & Angeli monitu, ductuq; designatus S. Vrsulæ sponsus (qui in patria remanserat) ex Britannia Moguntiam vna cum

22. Iunij apud Surium. S. Elisabeth & B. Herm.

Matre

Matre sua Demetria breuissimo tempore perductus est, ac paulò post veniente ad eandem vrbem per Alpes, atque Basileam cum exercitu Virginum Cyriaco, primum Baptismo, (assumto Aetherij nomine) initiatus est, deinde Matrimonij gratia vnà cum S. Vrsula coniunctus, vno aut altero die antequam Martyrij laurea cum toto Comitatu coronaretur.

Cùm enim vti dictum est, Maximinus Coloniam Romani Senatus nomine defensam ipse Reipublicæ hostis iam iudicatus obsideret, ab eo die 20. Octobris Paula & Martha cum alijs vno die sacrum cœtum (forsitan hospitij parandi causa) antecedentes occisæ sunt, ac die 21. eiusdem mensis Octobr. totus SS. Virginum Chorus à feris atque impijs Maximini Tyranni satellitibus est contrucidatus, qui Maximinus cum patre Gotho, matre Alana foret progenitus, inde factum est, vt nostræ Virgines ab Hunnis (qui ex eadem Gothorum gente, ex eadem Insula Scantzia, vel Scandinauia prodierunt) occisæ memorentur: quamquam & aliæ causæ adferri possint, illaq; præcipuè, quod circa tempora S. Cuniberti, (cum historia illa, quæ apud Surium exstat scriberetur) talis esset de Hunnis, qui iam ante omnia destruxerant, fama: vt quæcunque dirè ac crudeliter acta fuissent, ab Hunnis ipsis perpetrata fuisse dicerentur. Quamuis non desint, qui Sunicos potius huius cædis auctores tradant, atque à librarijs pro Sunicis, gente ipsis ignota, Hunnos, vti notiores, esse substitutos. Erant autem Sunici Germaniæ olim populi (sicut etiam Vby quondam fuerant) translati ad hanc Gallicam Rheni ripam, vt eam velut Romanorum amici contra Germanos Imperij hostes defenderent, licet enim Hubertus Thomas Leodius inter Bethasios, atque Batauos illos constituat; & Philippus Cluuerius inter Ruram & Mosam, vbi nunc est Falckenbergensis Comitatus; Procliuius tamen est cum Petro Diuæo credere, eos ab oppido Suns (quod à Sunicis sono non multum abludit) circa Rheni ripam fuisse dispersos, Principe eorum Iulio in oppido Rhenen, circa Insulæ Batauiæ caput, habitante. Idque fit credibilius, quod in vita S. Cuneræ, quæ fuit vna ex his sacris Virginibus, legatur, eam morti subductam aliquamdiu in oppido Rhenen, apud ipsum Iulium habitasse, donec vxor eius (quæ Regina Rheni ibidem dicitur) Zelotypia ducta, marito absente eandem Virginem vnius pedissequæ ope aduta, strangulauit, adhibito ad hoc facinus manutergio miri operis, prout testes fide digni, qui illud videre, testificantur. Ad hunc Iulium cognatum suum cum Maximus, & Africanus Romani Coss. Ethnici scripsissent, tantum apud illum promouerunt, vt Virgines Romam redeuntes, nefaria proditione trucidarit, Neque improbabile est, Iulium partibus Maximini in Italiam, vbi post eam perijt, abeuntis adhæsisse, eoq; nomine Vbiorum Coloniam in Senatus Romani fide constantem, collecto ex gente sibi subdita ingenti exercitu, diuersis incursionibus, ac direptionibus vexasse, pro vt Randonem Moguntinis ob Catholicam fidem infensum fecisse Ammianus Marcellinus narrat; quando in ipsa sacratissima Dominicæ Natiuitatis nocte impetu in ipsam vrbem facto, eandem Christianis ciuibus in Ecclesia congregatis vastauit, atque diripuit.

Martyrol. Rom. 20. Octobr.

Lampridius.

Iornandes de Gothis. Sigebertus, Bonfinius, Sigonius, & alij.

Serarius in Mogunt.

Philipp. Cluu. Plin. & Tacitus.

Lib. de Eburonibus. Lib. 2. Ger. cap. 19.

Diuæus in antiq. Bel. Molanus & Rosvvd. in vitis SS. Belgicè.

Anastas. Bibioth. Capitolinus.

Serarius li. 1. c. 7 de rebus Moguntinis.

Tempus autem certaminis SS. Virginum à Scriptoribus in libris plurimis, atque antiquissimis ad Annum 237. refertur, in ipsis autem sepulcris Annus 238. distinctè exprimitur, quod inde factum nonnulli existimant, quod Scriptores illi veteres annos Christi ab eius Natiuitate inchoando computarint, alij autem annos ab Incarnatione Domini (more apud Francos veteres, quibus Colonia tempore S. Cuniberti subiecta erat, usitato) scribere maluerunt. Tempus vitæ indicatur in S. Aetherio 25. annorum, ac 7. mensium; in S. Vrsula 17. annorum, & trium insuper mensium, &c.

Vincentius Belluacensis, S. Antoninus, Ioannes Magnus hist. antiqua Coloniensis impressa.

Sed à quocunque tandem sacræ Virgines occisæ fuerint, à Colonienſibus certè ab illo ipso tempore magno semper in honore habitæ, ac singulari cultu veneratione q; ab illis affectæ fuerunt. Nam hostibus ipsis (siue Hunni, siue Sunici illi fuerint) vnde discedentibus, à ciuibus vrbe egressis plurima SS. Virginum corpora sarcophagis (per S. Aquilinum Colonienſem Episcopum Angeli monitu antè aliquot tempus de tali futuro Martyrio certiorem factum) præparatis, imposita sunt, & sparsus hinc inde SS. Virginum Martyrum sanguis cum magna veneratione collectus est, partim q; in puteum (qui in templo SS. Machabæorũ visitur,) congregatus; partim etiam in eadem cum ipsis corporibus sepulcra vasis quibusdam adiunctis illatus. Imposita sunt etiam cum sacris Martyrum corporibus multorum nomina lapidibus quibusdam, seu cippis per lapicidas incisa, indicante cuiusque nomen, ac conditionem, S. Iacobo Antiocheno, qui à sæuientium hostium rabie in diem tertium (vt paulò

Heruartus in noua Chronol. c. 447. & 462.

Ex titulo sepulcrali.

S. Elisabeth Schœnau.

Post dicetur) ad postremum hunc tumuli honorem SS. Martyribus habendum, diuina gratia illum mirabiliter protegente, fuerat conseruatus.

Mart Ro. 21. Octob.

Nec pauca etiam corpora in vrbē ipsam, licet tunc valdè angustam, (vt in tabula Stephani Broelmanni typis expressa videri potest) illata sunt, & per diuersas, quæ tunc temporis habebantur, aut post modum vsque ad Annum 1136. erectæ sunt, Ecclesias diſpartita. Præcipuus tamen thesaurus mansit in eo tractu, qui à maioribus nostris agri Vrsulani nomenclaturam obtinuit; in cuius parte vna, tanquam sibi hereditaria, vir illustris Clematius multa sacra corpora suo sumtu sepelienda curauit: quibus & ipse post mortem etiam adiunctus est; ædificato tamen prius in honorem earundem sanctarum Virginum templo, quod cùm incendio, alysue belli casibus absumtum esset, Clematius quidam alius ex Oriente (vt ex inscriptione apud Surium, & alios posita colligi potest) cum vxore sua veniens (Alexandria fortassis, vbi Clematiorum familiam fuisse ostendit Ammianus, dum Clematium Senatorem Alexandrinum recenset) in bonis hereditario iure ad se pertinentibus denuò Ecclesiam restaurauit; multis tamen sanctorum Martyrum reliquys intra terræ viscera, vel in hodiernum vsque diem derelictis. Quamuis enim S. Cunibertus circa Ann. Domini 651. locum sepulturæ ipsius S. Vrsulæ in eius templo Deo reuelante per Columbam supra S. Virginis sepulcrum apparentem cognouisset; plurima tamen alia earundem Virginum corpora, hinc inde in hortis, ac vineis variorū ciuium, prout olim circa An. Domini 237. collocata fuerant, sine vllo honore, ac veneratione pleriſque omnibus ignota iacebant: donec tandem Deo, non pauca huius sanctæ congregationis lipsana, denuò varys occasionibus, atque temporibus patefacere visum est. Nam circa annum 1136. sub Arnoldo Archiepiscopo Colonienſi; cum quædam reliquiæ casu à fodientibus inuentæ fuissent, tantum excitatum est in multorum animis plures sanctorum reliquias acquirendi studium; vt nouem annis insequentibus, non pauci in hoc ipso perquirendi studio perseuerarent, constituto ab Archiepiscopis, (qui ferè in Italia cum Imperatore versabantur) Gerlaco Tuitienſi Abbate, qui tumbas Virginum aperiret, & cuncta diligenter examinaret, in quo opere dum versantur; reperta sunt in plurimis sarcophagis inscripta variorum sanctorum, quorum ibidem reliquiæ continebantur, nomina. Quæ res cum difficultates, ac dubitationes non paucas excitasset, missa sunt ex hiſce reliquys corpora duo in Schœnaugiam Treuirensis diœcesis, circa VVesaliam superiorem, Benedictini instituti Monasterium, in quo tunc spiritu prophetiæ florebat, S. Elisabeta Egberti primum Bonnensis Canonici, deinde in Monasterio S. Florini apud eandem Schœnaugiam Abbatis soror. Hæc varys per annum ferè integrum, diuerso ferè tempore reuelationibus acceptis, multa de hoc ipso sanctarum Virginum Choro Deo per S. Verenam, & S. Vrsulam ipsam manifestante, didicit, & à quo, vel quando hi ipsi, qui inueniebantur tituli conscripti, atque in sarcophagis fuissent repositi, intellexit. Dicit enim eo tempore, quo sacræ Virgines Romam redibant, fuisse cum eis Iacobum nomine Episcopum, qui diuinitus inspiratus, præcipua sanctarum Virginum, ac virorum etiam illustriorum nomina, statum, conditionem q; perquisierat, diligenter q; adnotarat. Hic cum sanctæ Virgines occiderentur, subduxit se in antrum quoddam, quod sub monticulo quopiam in eodem agro erat, ac hostibus Deo ita disponente abeuntibus, foras prodiens Colonienſibus, qui sacra corpora sepeliebant, nomina præcipuorum indicauit, vt ea lapidibus quibusdam incisa, in sarcophagis vna cum ipsis corporibus collocarentur, donec tandem die à communi Virginum cæde tertio, ab hostibus eisdem denuò aduenientibus, occisus est, dum in eo esset, vt suum titulum incidi curaret; vnde factum, vt in nominum Catalogo (per Gerlacum Abbatem ex ipsis titulis scripto, qui Tuitij etiamnum adseruatur) nihil aliud appareat, nisi nudum nomen Iacobus, *reliqua enim, quæ de eodem Sancto habentur, à S. Elisabetha Schœnaugiensi vna cum alijs plurimis prodita sunt. Quæ si vera sunt, vti verissima mihi esse persuadeo, propter causas in principio allatas, gloriari possumus, reliquias Colonienses inter certissimas merito numerandas esse, quippe quarum nomina, status, & cōditio, cum intra triduum à Sanctarum Virginum cæde ab eo, qui interfuit conscripta, atque inter ipsos sarcophagos, vt separari non possent, vna cum ipsis corporibus adseruata, atque Deo tandem reuelante anno, quē supra dixi, tandem inuenta fuerint.*

Ex S Elisabetha & Catalog. Tuitienſis.

S. Vrsula apud S. Elisabethā. Ex inscriptionibus M. SS. Colonien.

Ammianus lib. 14.

Surius 12. Nouemb. factus Episcopus An. 641. vt notat Haræus contra Baronium.

S. Elisabeth Schœnau.

Ioannes Trithem. in Chronico Hirsaug.

Ex libro Tuitienſi.

Trith. in Chron. Hirs.

Bruschius de Monas. Germ.

Trith. de Script.

Martyrol. Rom. & Wion 18. Iunij.

Io. Chappeauille de Episc.

Circa annum autem 1287. S. Odiliæ Virginis, ac Reginæ corpus ex horto quodam propè sanctum Gereonem, sub Siffrido Archiepiscopo ex propria ipsius reuelatione cuidam

Cru-

Crucigero facta, effossum est atque ad Huiense eiusdem Crucigerorum Ordinis Cœnobium (vbi totius Ordinis Generalis habitare solet) transmissum. Anno verò insequent 1288. sub eodem Siffrido corpus S. Cordulæ ex reuelatione Erentrudæ Saxoniæ Monali, & Ingebrando Ordinis S. Ioannis, intra Coloniam religiosæ facta, in horto Ioannitarum inuentum, & à B. Alberto M. Ratisbonensi Episcopo ingenti cum solennitate eleuatum, atque in ipsa eiusdem Monasterij Ecclesia ante Chorum cum magna veneratione est collocatum. Quin & paucis ab hinc annis, cùm domus quædam circa SS. Machabæos ædificaretur, inuentum est vnum corpus (ex quo sanctimoniales, quæ Coloniæ in Maiori Nazareth habitant, caput & nonnulla præterea ossa obtinuerunt) de quo cùm dubitaretur, esset ne alicuius ex SS. Virginibus corpus? ægræ cuidam admotum sanitatem ei restituit: prout ex authentico hac de re facto testimonio comprobari potest. Leod. t. 2. p. 315. Bannelius in vita S. Odiliæ. Vita B Alberti M. Surius 21. Octobr. In peristylio S. Io. Cord. Ann 1607. Per R. D. Tilm. Vosmerum SS. Theolog. Lic. S. Gereonis Canonicum. Earundē translationes.

Multæ autem reliquiæ SS. Virginum non tantum per Germaniam, & Galliam, sed etiam per Lusitaniam, Italiam, imò & per nouum orbem ita dispersæ sunt, vt ad eas omnes pro dignitate perscribendas, proprium librum, eumq; benè magnum conficere opus omninò fore, quicunque rectè senserit, iudicaturus sit: & forsan aliquando id fiet, si SS. Virginum cultores, quid reliquiarum ex hoc sacro cœtu habeant, & quomodo eas, aut vnde acceperint, huc (ad promouendum SS. Virginum cultum) perscribere non fuerint dedignati.

Inserta fuit hæc ipsa P. Philippi narratio Flori sanctorum Ribadeneiræ Coloniæ typis vulgata An. 1630. quā vellicare statim auctores aliqui: & in his Hibernus quidā subruere nisus est, impugnata Colonienſium traditione; eam dum vindicijs suis asserere doctè solideque nititur, ad præmia laborum euocatus, facem alteri præbuit, qua securè tantis in tenebris inoffenso pede progrederetur.

Iactis igitur hactenus Vrsulanæ prolixioris historiæ solidis, vt puto fundamentis; & operis futuri idea delineata, ne in decursu sæpiùs sit ob quæstiones controuersas diluendas rei series abrumpenda, nunc graviores primò difficultates ex ipso natas Martyrio, deinde alias ex fontibus ipsis præsertim reuelationibus ortas dissoluam, ex iactis hactenus principijs: nam quas aduersarij nobis lites intenderunt, eas commodius libro secundo prius auditis singulorum rationibus, diluemus.

CAPVT XXIX.

De peregrinatione Romana Sodalitatis Vrsulanæ, quam certa sit.

NEgant eam Galfredus, Velserus & pauci alij. Ratio: quia videtur incredibilis: ne que Gentilibus imperantibus à tam teneris suscipi Virginibus potuisse: præsertim cum Romæ non superent eius vestigia: nec auctores eius æui meminerint illius. Auctores qui eam negent. Fundamentum.

Dico tamen certum esse tot millia Virginum Romanam peregrinationem absoluisse: quòd præter Cunibertinā narrationem, probāt fontes historici coæui quatuor. Defendūr peregrinationem coæui fontes.

1. Vestigia, quæ superant eius profectionis Coloniæ ratione domus, ad quam diuertit S. Vrsula, similisque Basileæ & alia per totum Rhenanæ nauigationis tractum, monimenta: vnde Pantaleon, Stumphius, Vrstisius, heterodoxi solent eadem, vt testatissima, sic enumerare. *Commonstrantur)* Basileæ) *adhuc gradus à Martiniano templo nomen habentes, per quos cliuum illum ascendisse S. Vrsulam, quin etiam domus in antiquissimo vrbis vico statuam illius præferens, qua etiam diuertisse plebeo rumore accepimus.* Superant etiam reliquiæ SS. Apostolorum Roma delatæ per Virgines. Vestigia.

2. Eandem traditiones Colonienſium, Argentinenſium, Basileenſium, Rheinfeldenſium, & aliorum populorum, per quos peregrinæ Virgines, non sine miraculis editis transierunt, stabiliunt. Traditiones.

3. Tituli sepulcrales plurimi id apertè significant: S. Pantuli, qui *Basileâ Romam Virgines deduxit, vnde reuersus Coloniam peruenit.* S. Cyriaci, qui *Papa Romanus cum gaudio Virgines suscepit.* S. Marini *Mediolanensis Episcopi, qui veniebat de Roma cum Virginibus.* S. Luciæ, quæ *fuit ductrix Virginum à Basilea Romam vsque.* Tituli sepulcrales.

4. Testantur idem Virginum aliarum historiæ, & res gestæ, quæ in reditu peracta peregrinatione decesserunt: vt Cunegundis, V. Vibrandis, & Mechtundis, quæin Res gestæ Virginum alibi mortuarum.

Eichsel Constantiensis diœcesis tumulum obtinuerunt, defectu virium in via demortuæ: S. Christianæ, quæ propè Basileam obijt; S. Aureliæ, quam febris calida sustulit Argentinæ, quinque ante Martyrium Vrsulanum diebus: & trium eius Sodalium ibidem defunctarum. Denique S. Cuneræ Martyrium triennio post Romanã peregrinationẽ toleratũ: Atq; hæc à coœuis petita principijs historicis, reliqua sunt æui posterioris.

Oratio ante mille annos scripta.

Insinuat eam peregrinationem oratio Paranetica de Sodalitatis Vrsulanæ laudibus ante mille pluresque annos conscripta: probat eam Cunibertina historia: & octo Virginum res gestæ varijs temporibus, locis & auctoribus in lucem emissæ.

Cunibertina historia.

Eandem seculo duodecimo Sigebertus in Chronico, Richardus Præmonstratensis, Rogerius Cisterciensis, comprobarunt: item Gerlacus & Harbernus Abbates Tuitienses.

Seculi 12. auctores.

Seculo tertiodecimo Robertus Altisiodorensis, Albericus Cisterciensis, Martinus Polonus, Vincentius Belluacensis, Thomas Cantipratanus, Iacobus de Voragine.

Seculi 13.

Seculo quartodecimo, Augustinus Triumphus, Ioan. Andreæ, Albericus Rosate.

Seculi 14.

Seculo decimoquinto, Geminianus, S. Antoninus, Petrus Equilinus, Philippus Bergomas, Mombritius.

Seculo decimosexto, Bonfinius, Claudius à Rota, Crantzius, Sigonius, Canisius, Surius, Schultingius.

70. iurati testes.

Præterea eandem 70. iurati testes Basileæ Anno 1504. ex Maiorum traditione, loci vestigijs, & miraculis asseuerunt, idem Cardinale Gurcensi sua testificatione stabiliente. Adhæc toto terrarum orbe fuit eadem peregrinatio in horarijs Lectionibus officij proprij Romani, diu decantata: vt nec Hæretici, Panthaleon, Vrstisius, Stumphius, & alij potuerint illam inficiari, quorum omnium & multorum aliorum verba prolixè libro postremo recitabo.

Lectiones horariæ Romanæ, & omniũ aliarum diœcesiũ.

Quocirca cùm hæc quæstio facti sit, debeatq; testibus idoneis definiri: sintq; eorum ducentis plures, qui eam ante Ann. 1570. asseueranter defenderint: neque ante id tempus, quinque vel sex vetustiores ausi sint apertè repugnare, nemo rerum æquus æstimator non videt, quin hæc peregrinatio, tot historicis principijs æqualibus, & temporum sequentium fundata, iure certa dici, credique possit humana fide, licet deessent etiam S. Elisabethæ, & Anonymi prolixæ ea de re reuelationes: quibus non opus est hoc loco niti, cùm tam clara suppetunt historica fundamenta.

Hæretici consentiunt.

Collatio horum testimoniorum cum aduersariorum testibus

Nec obstat aduersariorum admiratio: quomodo Gentilibus Imperatoribus id fieri potuerit: nam impetrante id Mammæa matre Cæsaris, fauentibus Palatinis præcipuis Christianis, & permittente Alexandro Imperatore Christi cultore, facilè potuit iter istud, vt libro quarto prolixè probabo, suscipi per loca Romanis præsidijs vbique munita, Cæsaris clementia Britannis, vt socijs vel fœderatis, securum transitum liberaliter offerente.

Obiectioni occurritur.

CAPVT XXX.

Locus Vrsulani Martyrij non est alius, quàm Colonia Agrippina.

Aduersarij dissentiunt inter se.

PAuciores adhuc aduersarij, quam in superiori quæstione à nobis hic dissident, & præcipui eorum inter se omnes dissentiunt: Balæus locum cædis & tumulum Virginum in mari quærit:

Galfredus primus sine teste & ratione, lanienam eam factam, in ignotis quibusdam barbarorum insulis asserit:

Recentiorum quidam litora Germaniæ, Lugdunumque Batauorum pro Martyrij palæstra statuit:

Locus iste non displicet Velsero, dummodo Prætorium Agrippinæ nominetur, vt consulatur receptæ Germanorum traditioni, veteriq; Vrsulanæ historiæ, quæ putat apud Agrippinam cæsas esse Virgines. Singulorum rationes libro sequenti audientur. Itaque tam pauculi nobis aduersarij, nec inter se consentiunt.

Locus Martyrij Colonia.

Dico tamen firmis argumentis, & claris testimonijs etiam coœuorum probari, vndecim millia Virginum pro Christo Coloniæ trucidata, in ea ciuitatis parte, quæ spatijs

spatijs amplissimis circumscripta, & veterum murorum vestigijs prominentibus definita, campus Vrsulanus appellatur.

Rationibus defenditur. 1.

Principio res ipsa loquitur. Quis ambigere potest, quin ibi sanguinem pro Christo Sodalitas Vrsulana profuderit; vbi, & non alibi monstratur fluminis in morem cruor ille Virgineus certis vijs in Rhenum præterfluentem se magnam partem exonerasse? vbi, & non alibi, qui reliquus fuit sanguis coagulatus, in altum puteum effusus cum glebis purpureis adseruatur? vbi, & non alibi locus ipse veteri relicto montis Gricesbergensis nomine, nouum accepit, vt sedes Martyrij deinceps *Ager Vrsulanus*, & defluxus cruoris *platea sanguinis* diceretur? Fuit is ager olim suburbanus, nunc per 460. annos mœnibus vrbicis comprehensus, iam inde ab Attilana vastatione fossa muroque cinctus, ne barbarorum assultibus violaretur, eiusque extremos quatuor angulos (qui rhombi speciem referunt) totidem templa supra Virginum tumulos excitata, decorant. Exstat in horum vno Machabæorum pra altus puteus cylindro saxeo coopertus, adhuc cruore Virginum & rubricatis glebis venerandus. Rectius igitur Coloniæ, quam vel in nescio, quo ignoto maris litore, vel Lugduni Batauorum locus Martyrij Vrsulani constituendus erit: nullum enim Lugduni sanguinis illius Parthenici profusi vestigium, nomen monimentum; nulla memoria vetustatis in loci incolis de tali laniena; nulla illic vnquam similia reperta corpora cum titulis Vrsulanis: ipsi Lugdunenses non aliam agnoscunt cædis Vrsulanæ sedem, quàm Coloniam, nec vlli mortalium ante annum 1580. in mentem venit suspicari, aut scriptis prodere, Virgines Vrsulanas illic esse trucidatas. Olim Lugdunenses in templis cum Catholici essent, & tota Vltraiectina diœcesis, non aliâ, quàm Cunibertinam Vrsulæ historiam decantarunt. Recens dum hæc scribo, Amstelrodami celeberrimo Batauorum emporio procusa elegantissimis vernaculis versibus Vrsulana historia, quæ Coloniam solam agnoscit sedem Martyrij.

Signa & vestigia Martyrij.

Domus tamen Lugduni cæsas esse Virgines, vel in alio quouis maris litore: at quando, & à quibus supra vndecim corporum millia sunt delata Coloniam? Et cur tantis laboribus, impendijs, periculis supra 35. Germanica milliaria, vel ingenti classe aduerso Rheno, quem tunc hostes infestabant, vel curribus? at quibus vectoribus? qui si Christiani erant, cur nulla Lugduni, vbi fidem etiam Christi permulti profitebantur, imò ne puluiscul um reliquerunt? cur nulla locis intermedijs item fide Christiana institutis dimiserunt? Deerantne Batauis, agri, quibus ea conderent cadauera, cùm constet tempore Martyrij corpora Vrsulana non illata fuisse ciuitati; sed Romanorum legibus eadem fuisse per campi latissima spatia funerata, vt vna etiam foueâ trecenta vel quingenta corpora sepelirentur? non potuissent Batani similes agros horum exterorum sepulturæ designare? quid necesse erat mille & pluribus curribus multarum hebdomadarum spatio, per infesta hostibus loca, tot aliò cadauera transportare ad agrum aliquem suburbanum?

2. Ab incredibilibus.

Facianus tamen Coloniam tandem deuenisse, quis nomina mille & plura corporibus apposuit, & propria quidem cœlitum ipsorum attestatione vicies & sæpiùs confirmata? quis sanguinem plurimorum corporum ampulla excepit? quis cespites adhuc cruentatos, pectines, instrumenta necis, & alias res minutiores apud certos Martyres inuentas eorum sandapilis indidit, miraculis etiam approbatas? quis ordine tanto multis septimanis ante defunctorum corporum sine perturbatione, vel errore sepulcra distribuit, vt honoratissimæ quæque personæ officij & dignitatis habita ratione marmoreis etiam tumulis conderentur, reliquis in arena quidem funeratis, eo tamen situ, posituque membrorum, interuallo, religione, & honore, vt humanam superare solertiam in ea frequentia videretur, nisi contigisset eodem loci trucidari, discerni, tumulari?

3. A modo funerationis.

Venio ad testimonia æqualium & posterorum. Testimonia.

Coæuorum quatuor genera sunt. Primò vestigia satis iam inculcata. Coæuorum 1. vestigia.

Secundò, traditiones eorundem, qui capite superiore laudati sunt populorum. 2. Traditiones.

Tertio tituli sepulcrales, duos attulisse sufficiat. *S. Pantulus Virgines sacras cum gaudio susceptas Romam perduxit, vnde reuersus Coloniam peruenit, ibiq; cum eis martyrium* 3. Tituli.

rium ſuſcepit, & S. Foilanus Lucenſis Epiſcopus veniens ab Apoſtolica ſede miſſus, hoc in loco fuit occiſus, & cum iſtis ſacris Virginibus eſt ſepultus.

4. Res geſtæ Sodalium.

Quartò, Res geſtæ Sodalium Vrſulanarum alibi denatarum: Conſtat ex Virginibus tribus Eichſelenſibus, & S. Chriſtiana S. Vrſulam cum omni Sodalitate Baſileam Româ reducem pertigiſſe, & Argentorati 15. Octobris febrientem Aureliam reliquiſſe ad cœlos euolantem: Inde ex Vrſulano feſto patet ſex poſt S. Aureliæ mortem diebus (vt faſti Romani narrant) S. Vrſulam Martyrio laureatam; & ex S. Cuneræ Martyrio hanc ſolam communi lanienæ Colonienſi ſubductam eſſe; venerunt igitur reduces è Romana peregrinatione Virgines Coloniam; nec vltra deſcenderunt, vbi trucidatæ pro fide ſola S. Cunera Rhenam vſque abducta. Iam verò præter teſtes omnes præcedenti capite laudatos pto peregrinatione Romana, complures alij fontes hiſtorici palæſtram hanc Martyrij deſignant.

Alia vetuſtiſſima teſtimonia.

Inciſiones.

Primò mille & ducentorum ferè annorum lapidum inciſiones circa Attilana tempora exaratæ: vt illa, *ſi quis autem ſuper tantam maieſtatem huius Baſilicæ, vbi ſanctæ Virgines pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fuderunt, corpus alicuius depoſuerit, exceptis Virginibus, ſciat ſe ſempiternis tartari ignibus puniendum.*

1. Clematij.

2.

Alteri ſaxo carmen hoc fuit inſculptum:

Hic vbi Virgineum fudit manus impia ſanguen,
Clematius fuſo poſuit pro ſanguine templum.

Conſentit à mille & centum annis eorum de laudibus oratio parænetica his verbis:

Oratio antiquiſſima.

In hoc magnificè gloriamur, quod occurrente lictorum immanitate, hanc Agrippinæ Coloniæ terram non vt hoſpitam ſolum pratereundo ſalutarunt, ſed hic Martyry victoria coronatæ, eam vt propriam, effuſione ſui ſancti ſanguinis manendo decorauerunt, nobis q; in precioſis ſuis corporibus tantum contulerunt patrocinij, quantum tot millia dignè ſupplicantibus poſſunt impetrare remedij.

Vita S. Cuniberti.

Secundò præter hiſtoriam S. Cuniberti, eiuſdem vita à cœuo, vt putatur, conſcripta, hæc habet: *Quis non gauderet Cuniberti Angelicum vultum Pontificali Cathedra præſidentem, in ſacratiſſima Agrippinenſium ciuitate, qua deriuato vocabulo dicitur Colonia, & pro Chriſti nomine Martyrum ſanguine coruſcat: cum vndecim millium beatarum Virginum, & trecentorum decem & octo Martyrum mediante Gereone cum ſocijs ſuis: vbi non minima miracula Chriſtus quotidie pro eorum meritis dignatur operari?*

Martyrologia.

Tertiò conſentiunt Martyrologia Romana vetera & recentiora.

Inter vetera M. SS. duplex Zuifaltenſis Monaſterij: *12. Kalendas Nouembris Coloniæ paſſio Virginum vndecim millium.*

M. S. Monaſterij S. Martini Treuirenſis: *Coloniæ vndecim millium Virginum Martyrium.*

Bedæ Martyr. *in Colonia ſanctarum Virginum vndecim millium.*

V Vandelberti qui Ann. 850. vixit.

Tunc numeroſa ſimul Rheni per litora fulgent
Chriſto Virgineis erecta tropæa maniplis,
Agrippinæ vrbi, quarum furor impius olim
Millia mactauit ductricibus inclyta ſanctis.

Alia Martyrologia Flori, Vſuardi, Adonis, Maurolyci, Galeſini, vide libro vltimo.

Lectiones horariæ.

Quartò, idem cantatum orbe toto in horarijs Lectionibus ante annum 1570. & quidem in Romani officij, & plerarumque diœceſium antiphona ad canticum *Magnificat*, ſic legebatur. *O felix Germania, tam decoro germine Virginum ornata! beata Colonia, precioſo ſanguine Martyrum ditata: iure iuſtè tu lætaris, quæ theſauro ſuper aurum nobili ditaris.* Ibidem in Lectionibus Coloniæ toleratum Martyrium fusè recitatur.

Ducenti Auctores.

Quintò eandem ſententiam centum vel ducenti Auctores idonei, vel hiſtorici defenderunt: eos libro vltimo legere licet, cum contrariam ante annum 1580. opinionem vix quinque vel ſex apertè ſuſceperint propugnandam.

Sextò,

Sextò, Gloſſa ordinaria Iuris Canonici vetuſtior, cum 14. facilè Canonum interpretibus idem ducentis & quinquaginta annis tenuit. Gloſſa & Canonum Interpretes.

Septimò, Inuentiones corporum, vt liber ſeptimus docet, cum ſanguine, ceſpitibus cruentatis, foueis ſanguine refertis, inſtrumentis necis, & titulis apertè monſtrāt. Inuentiones.

Octauò, Tranſlationes Virginum Martyrum Vrſulanarum è ſola ciuitate ferè Colonienſi inſtitutæ: & atteſtationes earum à quingentis annis, etiam ante Galfredi vulgatam primam contrariam ſententiam idem aſſeuerant, quarum libro octauo, & vltimo complures recitabo. Tranſlationes.

Nonò, Cultus & peregrinationes Coloniam ad S. Vrſulam inſtitutæ: vt Papunij Regis Hiberniæ ſtatim poſt Martyrū; Clematij viri Conſularis exoriente & paulò poſt Attilanam vaſtitatem; S. Floriani Regis Galliæ circa Ann. 500. Miceſlai Regis Poloniæ poſt Ann. 1105. & aliorum ſignificant, non aliam ante id tempus Martyrij palæſtram, quam Coloniam eſſe exiſtimatam. Cultus.

Decimò, Cardinalis Raimundus in iudiciali proceſſu 70. teſtium, idem non ſemel cum alijs pluribus atteſtatur. 70. iurati teſtes.

Vndecimò, Aduerſarij reliqui extra Galfredi ſectatores, qui etiam peregrinationem Romanum inſidiantur, de loco tamen Colonienſi Martyrij non dubitant. Aduerſarij plerique.

Hector Boëtius ait, *Vrſula cum multis millibus Sodalibus ab Hunnis apud Coloniam Agrippinā pudicitiam tueri conatæ, felices Chriſti ſponſæ, ad vnum ſunt omnes interfectæ.*

Ioannes Maior *ſuper Tamaſiam flamen naues Virgines ingreſſæ, ſunt impetu venti per Rhenum iactatæ ad Coloniam deueniunt: cum quibus Conanus terræ Rex & eius frater Elga cum ſuis clientibus, rem habere volebant, quibus pro virili Virgines reſiſtebant, propterea à tyrannis occiſæ ſunt.* Ioannes Auentinus Hæreticus: *Eas vento in Germaniæ oram abreptas adorti cum omnibus, qui eaſdem ducebant, trucidant circa Coloniam Agrippinenſem vndecim millia, vt vulgo creduntur.* Hi tres præcipui ſunt poſt Galfredum noui commenti Auctores, quod complures poſtea ſunt Scriptores amplexi, vi tamen veritatis adacti, & communi totius orbis perſuaſione conuicti, locum non potuerunt Martyrij Coloniam inficiari: vt & ij, qui horum aliquem ſequuntur Aubertus Miræus, Ioannes Leſlæus, Petrus Lintrenſis, de quibus ſequenti libro diſſeretur.

Duodecimò, poſt ann. 1580. Recentiores grauiſſimi viri ſententiam contrariam orbi pubicatam multi Scriptores neglecta, tanti Scriptoris auctoritate firmiter traditioni Colonienſium adhærendum eſſe cenſuerunt. Recentiores.

Lindanus Epiſcopus Ruremundenſis. *Superioribus tantum obſtare videtur locus, qui agonis S. Vrſulæ palæſtra conſtanter ab vniuerſis in hunc vſque diem eſt habitus, is tunc temporis longiuſculè à Colonia Vbiorum erat diſſitus: nunc autem ex Francorū & Iudæorū incolatu ad flexum Rheni forma hemicycli extenſus longiuſculè. Hunc autem locum, vbi nunc viſitur S. Vrſulæ Collegium, nobilium Virginum fuiſſe certaminis arenam, inde pij videntur non imperitè adſtruere, quod templi area nullum ſuſcipit ſepeliendum:* & infrà. *Si ergò claſſis illa S. Vrſulæ fuit vi tempeſtatum ad VVahalim depulſa, nullo negotio nauclerus licuit, ad rectum Rheni curſum ex internatantibus paſſim inſulis naues dirigere, aut potius ventis dare, qui eos in manus Hunnorum (quod & Colonienſis habet hiſtoria) inuexerunt: hi enim apud Coloniam agebant.* Lindanus.

Lindano ſubſcribit nobilis Chriſti Martyr & Britannus Harpsfeldus: qui ciuem ſuum Galfredum eiuſdem opinionem ſecutos Velſerum & alios, his confutat verbis. *Qui huic ſententiæ* (Galfredi) *adhærent, nullum certum & probatum huius, de hoc matrimonio* (Virginum cum Armoricanis militibus ineundo) *narrationis auctorem laudant. Deinde quod in nullum adhuc ego, quantumcunque laborarim inciderim, qui haberet aliquot antiquitatis & fidei teſtimonium: ſolum vidi anonymum quendam Britannum à Galfredo aliquando in Latinum tranſuerſum, qui huiuſmodi quiddam narrat; ſed hominem planè cum alijs multis in rebus, tum vel in hac ipſa de Maximi rebus narratione non vno mendacio vaniſſimum: ſed aliud eſt tamen, quod me magis auocet, hoc eſt, omnium ferè auctorum, qui S. Vrſulæ hiſtoriam deſcribant, auctoritas, & B. Martyris reliquiæ in Agrippina Colonia ad hunc vſque diem religiosè cōſeruatæ. Credibile eſt S. Vrſulam cum Sodalibus naues ingreſſam vi tempeſtatis ex Oceano in Rhenum delatam, continentemq; poſt illam* Harpsfeldus Eccl. Anglic. hiſt. c. 22. ſex primorum ſeculorū.

illam iactationem ingressam in Hunnos, non ita procul à Colonia incidisse, atque ab eis cum vel fidem, vel castitatem prostituere recusarent, has Virgines immaniter cæsas.

Christophorus Brovverus, in Annal. Treu. Ann. 451.

Accedat Christophorus Brovverus: *Cùm igitur Gaufredus omnibus antiquæ historiæ præsidys exutus, plus etiam ad obscurandam, quàm ad illustrandam hanc Virginum historiam momenti adferat, non possumus omnino à Traditione immobili vestigio pedem reflectere, statuimusq; proximè Coloniam Agrippinensium eadem illam religionis & Virginitatis odio ab Hunnis patratam esse: cùm in omni secuta posterorum memoria alibi vsquam tolerati Martyrij nec vestigium, nec nota monstrata sit: frustraq; in litorum nescio quo profano, confusis vtique Coloniæ Agrippinæ lineamentis, aut ignotis marium lacunys hæc instaurari an deseri sacra postulemus,* & infra, *Atque huius profectò Basilicæ solum intemerata religione augustum pro Martyrij arena, addito, quod circa vicinum est spatium, coluere matores, præter auxilia & cœlestes instinctus ea quoque re confirmatores, quod templi area à mortuis intacta ceteris, ac puræ vni Virginum memoriæ sanctione inuiolata custodita sit.* Iterum paulò inferius, rationes congerit pro Martyrij loco. *Summa non solum auctoritate permotus vetustæ traditionis; sed tum vestigio certo loci, in quo postremum Martyres substitere, sepulti & inuenti sunt: tum eorum scriptorum literis, quibus ad hanc ætatem nemo repertus est fide, vel æuo superior. Et certè VVandelbertus antè annos plus minus septingentos, hanc omninò viam instituit, firmatq; de loco præsertim sententiam nostram, Hermannus eo nomine primus Archiepiscopus Colonienſis eo in diplomate, quo antè sexcentos annos Virginibus sacris Geritzhemium insolentibus, quod ab Hunnis vastata, exustaq; esset illarum sedes, & Ecclesiam, & Monasterium attribuit, vndecim millium Virginum. Rem totam quoque clarius aperiunt, seu quidam antiquitatis interpretes: Otto Frisingensis, Sigebertus, Rogerius, & Viterbius. Prætereo iam his ætate inferiores. Teneamus itaque ad incrementum famæ & sanctitate huius Vrbis* (Colonien-sis) *notum vnicè locum: vnde sanctarum Virginum, & Vrsulæ Sodalium æquè præsidia, atq; monimentorum quidquid exstat, in alias nationes & populos transijt.* Hæc Brovverus.

Diuina testimonia.

Omitto diuina quinque testimonia. Primum miraculorum, quorum innumera patrauit terra loci Virginei cruoris bibula, & ideò pro reliquijs per orbem totum distributa; & in sanguinem versa scribitur. Alterum particularibus personis factarum reuelationum. Fuit enim multo antè cœlitus indicatum S. Vrsulæ in patria; S. Sigillindi Coloniæ; S. Cyriaco Romæ; S. Foilano & Simplicio in itinere; S. Æthelredo in Britannia, quod ipsi pariter cum Vrsulana Sodalitate Coloniæ essent Martyrium subituri. Iterum S. Odilia Parisijs; & S. Cordula Coloniæ cum sua monstrarent sepulcra, Coloniæ se passas esse affirmarunt.

Omitto tertium, quartum & quintum, reuelationes dico prolixiores B. Elisabethæ & Anonymo hac super re factas: satis enim ad fidem faciendam euincunt, humanæ & historicæ testificationes.

Repetitio rationum & testiū.

Cùm igitur è 20. ferè fontibus nostris locus Martyrij clarè colligatur: superentque certa Martyrij Coloniæ tolerati vestigia, qualia nusquam terrarum inueniuntur: cùm etiam constet locum à tempore necis nomen variasse: & inde fuisse mutuatum: cùm idem tituli sepulcrales, traditiones populorum, res gestæ Virgnum Vrsulanarum alibi defunctarum, testificentur, cùm à mille iam annis inscriptiones saxorum, historici veteres & recentiores consentiant, non videtur facilè in re tam certa & testata recedendum (ob vnius Galfredi commentum, à quir gentis annis introductum) à loco Martyrij Vrsulani: præsertim cum ipse Illustrissimus Cardinalis Baronius lecto D. Fleien pro loco vulgato libello, dicatur sententiam suam reuocasse, mihiq; constet ex literis P. Costeri, per quem egit, ne à Brovvero nostro deinceps ob Vrsulanam historiam oppugnatam argueretur. Maior difficultas est de talis Martyrij tempore, quam multum minuet de Cyriaci Pontificatu controuersia: qui si probetur vna fuisse Martyrio coronatus, vtique non poterit aliud tempus adsignari, quàm illud, quo ipse putatur Romanæ sedi præfuisse.

CA-

CAPVT XXXI.

An Cyriacus Papa sit cum S. Vrsula Coloniæ trucidatus.

S. Cyriaci nomen, Pontificatus & Martyrium multos viros doctissimos ab hac historia defendenda deterruit: nec enim putarunt eius vllum exstare historicum & solidum fundamentum; sed è dubijs & incertis reuelationibus solis dimanasse. At stabilito Romano itinere, locoque Martyrij, non decerunt humanæ coæuorum attestationes, vnde certa possit & historica peti notitia: quam aperit titulus sepulcralis Anno 1155. à Gerlaco Abbate Tuitiensi, cum corpore in prægrandi sacrophago lapideo, qui superat hodiè in Vrsulana Ecclesia, repertus, his, vt Gerlacus testatur, verbis incisus saxo:

Historicũ fundamẽtum Pontificatus Cyriaci.

S. Cyriacus Papa Romanus, qui cum gaudio suscepit sacras Virgines, & cum ijsdem reuersus Martyrium suscepit.

De fide huius tituli non potest prudenter, quis dubitare: quia decies & sæpiùs diuersis locis, & personis Virgines apparuerunt, & sua nomina cum sepulcris manifestarunt, in quibus erutis eadẽ nomina iam ante significata lapidibus incisa fossores exhibuerunt, vt liber 7. & 8. passim de S. Cordula, Odilia, Cleomata, & alijs memorat, quo cœlesti viso, tam euidenti experientia confirmato, similium lapidum literatorum incisiones in proximis inuentæ sepulcris, etiam sunt approbatæ.

Titulus: Fides eius.

Fauet historia sacra temporis: omnes enim volunt circa id tempus, quo Martyrium Vrsulanum statuimus, Pontianum Pontificem Maximum in Insulam fuisse deportatum, cuius tunc vicem, vt fusè libro 4. cap. 22. probato, Cyriacus obtinebat.

Fauet historia sacra.

Vix erutus è terra titulus iste fuit, statim eius festum Coloniæ, Tuitij, varijsque in locis, quo sacrę S. Cyriaci reliquiæ sunt deportatæ, fuit solenniter celebratum: eodemque seculo eum titulum Gerlacus, & Egbertus Abbates Benedictini: S. Elisabeth Schœnaugiensis Virgo, B. Hermannus, & Richardus Præmonstratenses, ac Rogerius Cistercienses approbarunt: fuitque ad nostra vsque tempora cunctis seculis à viris grauissimis, vt certus iudicatus: hos in quatuor ego classes partiar Chronologorum, Episcoporum, Canonum peritorum, Hæreticorum & aliorum doctissimorum Scriptorum & historicorum.

Festum S. Cyriaci.

Scriptores qui eum titulum & S. Cyriaci Pontificatum receperint.

Gerlacus Abbas.

Egbertus.

S. Elisabeth.

B. Hermannus.

Richardus.

Rogerius.

Chronologorum primus sit Albericus, is sic ait: *Anno 237. Romæ post Pontianum Papam successit Cyriacus ille de Maiore Britannia, anno vno, & per vndecim hebdomadas. Anno 238. Romæ Cyriaco successit Antherus Papa, natione Græcus, ab ipso Cyriaco institutus, à B. Petro vicesimus. Maximinus imperat annis tribus: Passio sanctarum vndecim millium Virginum, apud Coloniam mirabiliter facta est, & quorundam aliorum, qui in eadem Societate fuerunt, Episcoporum, & militum, & ipsius Papæ Cyriaci memorati.*

Chronologi ad An. 237.

Albericus.

Robertus Altisiodorensis idem disertè probat: alibi verba recitabo.

Robertus Altisiodorensis.

Martinus Polonus Ordinis Prædicatorum Consentinus Archiepiscopus floruit Anno 1280.

Martinus Polonus.

Pontiano dicitur succèssisse Cyriacus Papa, & sedisse vno anno, & tribus mensibus; sed quia contra voluntatem Cleri cessit de Papatu, substituendo Antherum, & cum vndecim millibus Virginum, quas Romæ baptizauerat, Agrippinam descendendo, non est positus in Catalogo Pontificum.

Anonymus auctor Compilationis Chronologicæ, peruenit ad annum 1474. to. 1. illustrium scriptorum de rebus Germaniæ: *Pontianus Papa ordinatur, sedet annis 9. mensibus sex, passus est sub Iulio Maximino, & Alexandro Imperatoribus, Post Pontianum sedit Cyriacus Papa anno vno; sed non est in Catalogo Romanorum Pontificum, quia recessit à sede, & passus est sub Iulio, & Maximino Imperatoribus Ann. 239. in Colonia cum vndecim millibus Virginum, à Rege Hunnorum Iulio.*

Compilatio Chronologica.

Fasci-

Fasciculus temporum.

Fasciculus temporum V Verneri Carthusiani. *Nota quod in quibusdam Historijs habetur, quod Cyriacus successit Pontiano immediatè, & Papatum dimisit, vt cum Virginibus Martyrio coronaretur.*

Philippus Bergomas

Iacobus Philippus Bergomas in supplemento, impresso Ann. 1494. *Cyriacum q. Papam Pontiano huic successisse multi ferunt: sed quia contra Patrum voluntatem Papatu cessit, atque cum vndecim Virginum millibus, quas ferè omnes baptizauerat, Agrippinam vrbem concessit, in Pontificum Catalogo positus non est, cùm tamen & ipse Virgo existens cum Virginibus illis Martyrio sit coronatus.*

Chronicon Colonienſe.

Auctor Chronici Colonienſis, ad Ann. 238. *Post Pontianum Cyriacus, vti Historia vndecim millium Virginum memorat, Pontifex, fuit anno vno; sed quia inuito Clero vndecim millia Virginum, quas Romæ baptizarat, secutus Coloniam est, & cum ijs ibi Martyrio coronatus, non numeratur inter Pontifices.*

Genebrardus.

Genebrardus ad Annum 234. *Cyriacum Pontiani successorem aliqui faciunt, annum vnum, menses tres, dies tredecim, quem ideò sublatum narrant de Pontificum ordine, quod inuito Romano Clero Episcopatu cesserit, & cum exercitu vndecim millium Virginum Coloniam Agrippinam profectus sit, ibi Martyr cum ijs factus*: citatque pro hac sententia Fasciculum Temporum, Nauclerum, Bergomensem, & Henricum Erfordiensem, plures vide lib. 11. c. 18.

Episcopi complures admittunt eundem.

Alter ordo sit Archiepiscoporum, & Episcoporum, qui Cyriacum Pontificem ex sepulcrali titulo, vt legitimum receperunt.

Cantipratanus l. 2. c. 53.

Thomas Cantipratanus, circa An. Domini 1280. *Sancta verò Colonienſis Ecclesia ab illo glorioso Virginali Collegio (cuius numerum solius Dei scientia comprehendit) nosciſur triumphata: licet igitur vndecim millia Virginum, & multa millia virorum, mulierum, virginum nobilium, & ignobilium cum illis ineuntium, & redeuntium à Roma coniuncta, & cum ijs martyrizata sunt, vt merito ex profluuio sanguinis sancta, id est, sanguine tincta dicatur. Vnde quidam Cyriacus Papa, & multi Episcopi, Reges & Reginæ, quorum nomina cum corporibus, lapidibus inscripta, inter tumulos sacrarum Virginum reperta sunt & leuata.*

Probat verò hic Auctor Cyriacum Pontificem non è reuelationibus; sed titulis, quorum tunc veritas quotannis ferè nouo cœlesti viso præuio, & inuentione dicti nominis confirmabatur.

Iacobus de Voragine in hiſtor. Lõb. 21. Octob.

Iacobus de Voragine Archiepiscopus Genuensis, Anno Domini 1290. claruit. *Ad quarum aduentum Papa Cyriacus valdè gauisus, cum omni Clero ipsas cum summo honore suscepit: in ipsa nocte Papæ diuinitus reuelatur, eum cum ipsis Virginibus palmam Martyrij percepturum: quod apud se celans, multas ex ipsis baptizauit; verum cùm opportunum tempus videretur, & annum vnum, & vndecim hebdomadas post Petrum rexisset Ecclesiam decimus nonus, &c.*

S. Antoninus l. 8. de gestis Hunnorum.

S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus: *Quas omnes Papa Cyriacus & Clerus cum lætitia & honore recepit, et autem reuelatum est, quod Martyrij palmam cum ijs esset consecuturus.*

Petrus in Catalogo, l. 9. c. 87.

Accedit Petrus in Catalogo Episcopus Equilinus: *Quos Papa Cyriacus gaudenter suscepit, qui diuinam reuelationem in somnis accepit, vt cum ipsis relicto Pontificatu discederet, & cum eis coronam Martyrij acciperet, cùm anno & mensibus duobus rexisset Ecclesiam.*

Raymundus Cardinalis.

Raymundus S. R. E. & S. Mariæ nouæ Presbyter Cardinalis Gurcensis Legatus de Latere, in diplomate suo, auditis iam 40. iuratis testibus, ita ait: *Attendendum insuper, quod dictam S. Vrsulam plures Viduæ, Virgines, & aliæ vtriusque sexus Personæ, quas Spiritus S. inspiratio, ac reuelatio attraxerunt: inter quas fuisse legimus, S. Cyriacum Pontificem Summum, duos Cardinales, Episcopos de Anglia, &c.*

Breuiariũ Romanũ vetus anni 1550.

Denique Breuiarium Romanum, Anno 1550. vulgatum, in lectione 4. & 5. *Quas omnes Papa Cyriacus, & Clerus cum lætitia & honore suscepit: qui & ipse de Britannia erat, & consanguineas inter illas nonnullas habebat; huic, cùm & ipse Virgo existeret, reuelatum fuit, quod Martyrij palmam cum ijs esset consecuturus, & demum manifestans voluntatem suam coram omni Clero, Papatui renunciauit, cùm anno vno rexisset Eccle-*

siam,

fiam,& menſibus circiter tribus,nonus decimus poſt Petrum Apoſtolum.

Longè tamen his grauiora teſtimonia Cyriaci. 1.Pontificatus Romani, 2. reſignationis. 3.Martyrij, & in Canonem adſcriptionis IurisConſultorum primipili dedere: Ioannes Andreæ,Albericus Roſate,Turrecremata Cardinalis, Geminianus, Auguſtinus Triumphus, Luduicus Gometz, Flaminius Pariſius, Gonzales, Cuchius,Silueſter, Ioannes Burgundus, alijque plurimi:ita vt ſeculis aliquot S.Cyriaci Martyrium Gloſſa Iuris Canonici ordinaria,ac recepta comprobarit:& Dominicus à Geminiano,vt de Hiſtoria certa,& ſuo æuo cunctorum calculis probata,enucleatè ſit commentatus. Verba ſingulorum hoc libro c.41. & lib.11. cap.21. proferam, vbi apparebit conſtanter eos, præſertim S. Antoninum, Auguſtinum Triumphum, Luduicum Epiſcopum Sarnienſem, & alios affirmare, Cyriacum Sanctorum Catalogo adſcriptum eſſe: & quia nequit errare Eccleſia in ijs, quos ſolenni ceremonia Sanctis accenſet,eius,vt legitimè factam renunciationem approbaſſe: ego verò hoc deduco,multo minus errare potuiſſe;vt Sanctos vocet,& ita vocare tolerarit in recepta diu Iuris Canonici Gloſſa,Romanoque Breuiario, quos aduerſarij volunt euincere nunquam exſtitiſſe.

Canonũ interpretes præcipui.

Quartus poſſet ordo ſumi Theologorum, vel Hiſtoricorum aliorum,vt Vincentij Belluacenſis, Leonardi de Vtino Dominicanorum, Henrici Arnoldi,& Dionyſij Rickelij Carthuſianorũ,Philippi Bergomenſis Auguſtiniani, Petri Caniſij è Societate noſtra,Richardi Præmonſtratenſis, Vlrici Rogerij & Roberti Ciſtercienſium,Bonfinij,Maldonati&aliorum,quorum verba libro vndecimo recitabo. Vt malè quidam recentiorum ad Annum Chriſti 237.recentiores tantum faciat Cyriaci defenſores, quando eum Galfredi æuo poſt 1150. (quem ſolum ſequendum putat) Gerlacus Abbas Tuitienſis, Harbernus ſucceſſor in libro tunc ſcripto; Richardus item, Rogerius & Robertus defenderunt, ſequenti verò ſeculo Archiepiſcopi, & Epiſcopi complures receperunt: poſtea verò Iuris interpretes, ac Hiſtorici grauiſſimi cum Theologis ſeculo poſtero Cyriacum & Pontificem Romanum dixerunt,& in Sanctis numerarunt: Quare cum à quingentis iam propè annis, ex quo titulus eius ſepulcralis repertus eſt, nullo interrupto tempore fuerit à ſummis viris approbatus:non debet eius Pontificatus recentiorum inuentum appellari : Quod ſi verò ideò recentioribus eius defenſio tribuatur , quia nulli Catalogo vetuſto Pontificum nomen eius inſertum fuit,quid de S.Felice Papa dicemus , cuius etiam Catalogi nulli meminerunt, & tantum à 70. iam annis inuento eius in ſepulcro titulo, Cardinalem Baronium cum alijs accepit defenſorem? an ideò explodendus omninò erit , cum Cyriaci inuentio,iam à quingentis ferè annis facta, grauiſſimos ſemper habuerit propugnatores? Vnde non ex actis Vrſulanis,vt quidam vult;ſed ex titulo lapidi inciſo profluxit Cyriaci notitia, ſolido certè, hiſtorico, & vbique recepto fundamento, cui tot Epiſcopi,Doctores & Hiſtorici merito ſubſcripſere.

Theologi & Hiſtorici.

Satis ſit aduerſarijs.

Vnde profluxerit notitia prima S. Cyriaci.

Nolo in hac controuerſia laudare reuelationes; nam quæ eſt ſeculi noſtri penè dixerim inſania:ſi probatas & receptas ante confirment hiſtorias, ipſæ iam hiſtoriæ teſtatæ per ſe in dubium à multis reuocantur. Ita S.Cyriaco accidit, cùm eius Pontificatum Ann.1156. titulus ſarcophagi detexiſſet; conſulta de tituli veritate S.Eliſabetha,eundem cœlitus afflata comprobauit, ſolutis obiectis difficultatibus, quæ eidem opponebantur : eundem poſteà titulum B.Hermannus diuinitus hauſta confirmatione recepit,& latius explicauit : hinc ſuſpectus eſſe cœpit Cyriacus, quaſi Pontificatus eius ſolis reuelationibus niteretur.Ideone tituli fides ſolidum ante hiſtoricum principium vacillabit? quando Cantipratanus, vt vidimus, pro Cyriaco citat,non reuelationes,ſed lapidem ſepulcralem?

Confirmant eundem reuelationes.

Fateor quidem Vincentium Belluacenſem,S.Antoninum & Canonum interpretes probare à S.Eliſabetha factam tituli expoſitionẽ, & obiectorum ſolutionem velut cœlitus hauſtam; quam etiam ſuis ſcriptis inſeruerunt multi Archiepiſcopi,Epiſcopi & Theologi:an ideò tituli nutat veritas, quia tam graues viri eum, vt cœlitus etiam probatum,receperunt,eiusque expoſitionem à Deo factam iudicarunt?

Cùm igitur nullum ſit aduerſariorum, vel inane, ac ſeipſo fatiſcens négationis firma-

firmamentum, cum tot Historicorum nitamur, vel Episcoporum veterum testimonijs, tituli sepulcralis fultis veritate non dubia, quam decem pluresque tituli ibidem inuenti, & cœlestibus attestationibus, vt alibi docui, confirmant: videmur non temerè; sed solidiore freti historico fundamento, Cyriacum defendere; quā ij, qui sequuntur Gaufredum negant; qui, quę scripsit sine teste, & ratione ex cerebro suo commentus est: eo anno ferè, quo Cyriacus est repertus, cui sanè, qui cum eo vixêre, Gerlacus & Harbernus Abbates, Richardus & Rogerius, ac tot, qui statim secuti sunt Episcopi & Archiepiscopi, iure debent anteponi: quod Romani Breuiarij Lectiones confirmarunt.

CAPVT XXXII.

De Tempore.

IN hac controuersia totius maximam partem operis nostri cardo vertitur: vnde nobis erit prolixius & historicis tantum fundamentis ratio temporis stabilienda: & quia annum 237. exeuntem constituimus Martyrij tempus calculo Eusebiano, in confinio finis Imperij Alexandri, ac initij Maximini; vel potius cæsò paulò ante ad Rhenum Alexandro, eique suffecto Maximino, Pontiano quidem relegato, Antherio autem Vicarij munera Romæ obeunte, illud rationibus, & testibus est solidandum. Magnū lumen huic quæstioni præcedentes adferunt: vt enim veritas se ipsam stabilire solet, & pars parti congruere: sic prorsùs hic accidit, certitudo itineris Romani Pontificatum Cyriaci, & hic temporis indicat conuenientiam, quo enim tempore secundum communem Chronologorum, ac Historicorum sententiam, si fuit, Pontifex fuisse creditus hactenus est, eodem & vixisse S. Vrsulam rectè euincit Ioannes Magnus Archiepiscopus Vpsalensis: sed ad rem veniamus.

Prima & validissima ratio est, consensus locorum omnium, vbi fuerunt Virgines. Nam cùm inde peti vera debeat, & historia Virginum, & Chronologia; obseruo in locis omnibus id asseri circa annum 237. accidisse.

Traditio omnium locorum vbi Virgines fuerūt, statuit An. 237. Basileensium.

Constat SS. Virgines fuisse Basileæ; inde S. Pantulum cum ijs Romam, Româ venisse Coloniam: vt docet titulus eius sepulcralis: Cōsulantur iam Annales, Breuiaria, & vetustissima Basileensium literaria monimenta; audiatur populi traditio, quo putetur anno S. Pantulus Basileensi Cathedræ præsedisse: Nolò laudare testes Orthodoxos, ne ij videantur ex reuelationibus tempus id petijsse; quatuor adducam Hæreticos, diligentes tamen antiquitatum Basileensium scrutatores; qui vnanimi sententia, circa Annum 237. vixisse S. Pantulum, & Colonæ cum SS. Virginibus trucidatum asseuerant, laudant etiam diphtycha Pontificum, Chronica, traditiones.

Teste Stumphio l. 12. de Rauricis, c. 23.

Ioannes Stumphius ait: *Chronicon Episcoporum Basileensium nominat primum loci Episcopum S. Pantulum, qui Imperatore Maximino, & Pontifice Pontiano Ann. 237. rexit Ecclesiam, & vnà cum vndecim millibus Virginum Romam profectus, indeque reuersus in Germaniam, Coloniæ cum ipsis Martyrio affectus est: Vacauit post hunc sedes Basileensis quingentis annis, vsque ad V Valanum Episcopum Basileensem, Vnde historia Pantuli aliquid suspecta videtur, & egere firmiore testimonio*: Hæc ille, qui iuxta communem sententiam V Valanum facit Episcopum circa Annum 741. vt à Pantulo ad V Valanum vsque, rectè secundum Chronicon, & Traditionem loci receptam, ad quingentos fluxisse annos dixerit vacantis sedis, cuius rei infra ratio proferetur.

Munstero 3. Cosmo. c. 94.

Sebastianus Munsterus sic scribit: *In antiquissimis Concilijs reperimus, Episcopum Basileensem primitus vocatum fuisse Rauracensem, cœpisse Episcopalem dignitatem ante, quam Basilea ædificaretur. Alij malunt primum Basileensium fuisse S. Pantulum, circa tempora Martyrij vndecim millium Virginum: sed quia de hac historia aliqui dubitant, ego relinquo in medio.* Subdit deinde ordinem Episcoporum, & S. Pantulum collocat intra Annum 228. & 248. quo temporis interuallo S. Vrsula passa cum S. Pantulo est: licet ipsi non omnes anni intermedij debeantur.

Hen-

Henricus Pantaleon copiosius vitam S. Pantuli persequitur hoc modo: *S. Pantulus omni genere literarum, atque vitæ innocentia inter Christianos ripam Rheni incolentes conspicuus fuit: propterea cùm Christi doctrina passim in Gallia radices agere cœpisset, ipse quoque Rauracorum Præsul Basileæ à Bisontina Ecclesia ordinatus est, &c. Itaque Pantulus magno zelo ibidem Christum docuit, atque Ecclesiam iam prius cœptam in vera religione sua prædicatione confirmauit: id quod factum est Anno 235. Accidit autem, vt eodem tempore sancta Vrsula Virgo Britannica, vndecim millibus Virginum comitata, Religionis ergò Romam proficisceretur: ea cùm Basileam peruenissent, à Pantulo Episcopo liberaliter susceptæ, & in fide confirmatæ fuerunt. Exstant adhuc Basileæ eius profectionis de sancta Vrsula monimenta quædam, præsertim in earum hospitio circa salis turrim, vbi diuersatæ fuerunt. Has sanctus Pantalus postea Romam vsque comitatus est. Erat autem eo tempore Pontianus Romanæ Vrbis Episcopus, qui postea sub Maximino Martyrij coronam nactus est: is sanctum Pantulum cum honesto Virginum Choro magna reuerentia suscepit, & post mutuam in vera fide cohortationem in pace dimisit. Pantulus itaque cum ijs Basileam reuersus est, rebus etiam ibidem constitutis, easdem Virgines secundum tractum Rheni Coloniam vsque deduxit, vbi etiam Præfectis Romanorum sæuientibus, cum D. Vrsula, & decenti illa Virginum multitudine miserè trucidatus, & Martyribus adnumeratus fuit. Aliqui tamen hunc Pantulum multo iuniorem faciunt, atque Colonia ab Hunnis cum suo Virginum comitatu interfectum fuisse tradunt. Illud constat; quod ab eius tempore per annos ferè quingentos nullus Basileensium Episcoporum adnotatus fuerit, ad VVallanum vsque, qui sub Pipino Caroli Magni patre eandem Eccles[illegible]m gubernauit Anno 741. id quod proculdubio propter varias Hunnorum, VVandalorum, Burgundionum, Alemannorum, Francorum, Gothorum, & Auarorum irruptiones, qui omnes Rheni Prouincias miserè vastarunt, factum est:* Sigebertus, Ioannes Stumphius Hist. Ecclesiasticæ Cent. 5.

Pantaleon ad Annum 237.

Vrstisius ita ait: *Quod si etiam Pantuli tempus non fallit (quem Basileensem Πρωτοπόλιτα Anno 238. in vius exstitisse communis habet persuasio) dubium nemini relinquitur, constituendæ Ecclesiæ primordia sub Romanorum, eorumq; Præsidum imperio, qui partes has contra Alemannorum ferocitatem tutati sunt, & gentium superstitionibus addictissimi erant, facta fuisse. Ceterum de Pantuli tempore auctorum discrepantes esse sententias ante monui: vniuersi quidem eius pastoralem curam D. Vrsulæ peregrinationi coniungunt, eumq; simul accepisse Martyrij lauream referunt:* Et infrà. *Si ergo D. Pantuli Episcopalis cura in Annum 230. incidit, patet piorum hominum cœtus Christum sincerè colentium, gentiumq; dæmonia abominantium in hisce partibus, quemadmodum & alys exstitisse, dum Romani hisce terris imperitarent, vigeretq; publicè gentilismi idololatria.* Hactenus Vrstisius.

Vrstisius in epitome Basil. historiæ c. 7.

Ex his patet antiquissimam fuisse apud Rauracos, Basileenses, Rheinfeldenses & accolas eorum locorum traditionem, vbi quatuor Virgines nominatæ decessere, id circa Annum 238. vel 237. accidisse, sub Pontiano vel Cyriaco; quorum alter Ordinarius erat Pontifex, & per Vicarium S. Cyriacum excepit S. Pantulum cum Virginibus: (ita enim explicandus Pantaleon est, & auctores, è quibus ista depromsit) alter Vicarius Pontificis relegati: patet etiam loci constantem esse traditionem, seriē Episcoporum fuisse quingentis annis interruptam.

Iam verò si Basileâ Romam contendamus, ibidem non leuia reperiemus Chonologiæ nostræ firmamenta: primò enim siue Cyriacus fuerit, siue non, constat peregrinationem Romanam & Martyrium Virginum verè accidisse, & eo quidem tempore, quo Cyriacus à Chronologis, si fuit, fuisse Romæ scribitur: omnes autem eum Pontianum inter, & Antherum collocant: vt suprà vidimus, adeoque Anno 237. extremo: quod cùm initium Antheri Pontificatus fuerit, Cyriaci debet tempus Martyrij exstitisse. Cùm igitur S. Antoninus, Gometz, Triumphus, Turre cremata, & Raymundus Cardinalis audacter asseuerēt, eum ab Ecclesia Martyribus, & Vrsulanæ Sodalitati accensēri, non alio potuit id, quam dicto tempore contigisse.

Româ petitur temporis designatio.

Accedit, cum peregrinatio Romana satis probata sit, nemo tamē hactenus dixit, vel sub Leone tempore Attilano; vel sub Damaso (vt Recentiorum temporis ratio exigit) Romæ fuisse: & incredibile esset, tam doctos Pontifices, tot relictis literarijs monimentis claros, nullam tot, & talium Martyrum fecisse mentionem, si in eorum tempora ea incidisset, ita verosimilius apparet tempore Pontiani, & Antheti contigisse, quorum vterque, teste Euscbio, Baronio & alijs, tres intra menses occisus est, sæuiente tunc atrocissima in solos Præsules, & Doctores Maximini persecutione; eidem postea succedente Deciano, ac Diocletianæo busto librorum, & fastorum Ecclesiasticorum; vnde non mirum est, ea gesta, & peregrinationem, vel literis commendari non potuisse, vel si id factum esset, ea scripta cum reliquis Ecclesiæ Romanæ libris flammis periisse: adeoque nec hodie exstare posse tam aperta peregrinationis Romæ vestigia: cùm etiam ibidem Augustæ Martyrium nobile literis non fuerit proditum.

Ex alijs Italiæ locis.

Supereſt aliud in Italia Chronologiæ testimonium Lucæ in Hetruria, quæ ciuitas quartum suum Episcopum Foilanum miserat Coloniam, de quo Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad 21. Octobr. ita scribit. *Foilanus quartus Lucensis Episcopus eximia sanctitate refulsit, qui à Pontifice Romano cum Simplicio Episcopo Coloniam missus, ibi post multa incommoda, quæ passus est, demum Martyrio profidei defensione coronatus est 12. Kalendas Nouembres: qua die Vrsula Virgo cum Sociabus Virginibus ab Hunnis ibi Martyrium passa est.* Citat monumenta, & tabulas Ecclesiasticas Ecclesiæ Lucensis. Mirè se torquet Ferrarius in Adnotat. quomodo ad Recentiorum supputationem, annum scilicet 383. referat: ipsum audiamus: *Si Foilanus quartus Episcopus Lucensis fuit, & eodem tempore, quo sancta Vrsula passus est: illam Ecclesiam diu Episcopo caruisse, inter sanctum Paulinum primum Episcopum à sancto Petro Apostolo ordinatum, & Foilanum oportet; cum Vrsula Damaso Papa, Gratiano & Valentiniano Imperatoribus, circa Annum 383. passa referatur.* Nos negamus esse Pontificum tam interruptum ordinem: qui probauimus 146 annis citius, nempe Ann. 237. S. Vrsulam, & cum ea S. Foilanum Martyrio coronatum: porrò eum fuisse quartum Lucensem Episcopum, & Coloniæ profudisse sanguinem, testatur inscriptio sepulcralis, quam lib. 7. c. 19. profero.

Potest idem ex alijs repertis titulis, & diuersorum locorum Episcopis, vt Marculo Byzantino, Iacobo Zebenno Antiocheno, Marino Mediolanensium sexto post S. Barnabam monstrari; de quibus vide cap. 43. & 44.

Ex Batauia.

Ex Italia in Germaniam redeo, & Argentorati quidem in sanctæ Aureliæ morte, non leue reperitur temporis eiusdem argumentum: de quo libro 11. cap. 11. agetur fusius. Inde transita paulisper Coloniâ, secundo Rheno descendo Rhenam, vbi sancta Cunera post omnes vltima fuit Martyrio coronata: eius vitam, & res gestas breuiter persequitur Ioannes à Leidis Carmelita, non dubito, quin ex antiquissimis Vltraiectinæ Ecclesiæ monumentis: hic vult sanctam Cuneram *Anno 237. cum sancta Vrsula Romanam peregrinationem suscepisse, inuitatam literis S. Vrsulæ, in Orcadum Insulas destinatis, imperante Maximino*: reliqua de ea narrauit lib. 3. & 4. addamque multa lib. 11. test. 10.

Ioannes à Leidu l. 1. c. 4. Chron. Hollandiæ.

Colonia.

Venio tandem Coloniam, vbi cùm bis appulerint, reducesque sint Virgines omnes vna demta Martyrio decoratæ, eius præcipuè testimonium vti Basileense (cùm ibi toties etiam diuerterint) est audiendum. Dico igitur eam fuisse Colonienſium semper traditionem, Anno 238. vel 237. Virgines passas esse: id testatur sanctæ Odiliæ impressa translatio initio narrationis, his verbis. *Diuersi ad diuersa tempora passionem hanc reuocant, antiquissima Colonienſium traditio ad annum 237. vel 238.*

Bannelius in translatione.

Hanc communem Agrippinatium à multis seculis persuasionem indicant inscriptiones sepulcralium Lapidum, à quadringentis & pluribus annis exaratæ, quæ plurimæ superant in Basilica sanctæ Vrsulæ, & annum 238. exhibent vniuersæ: quod persuasissimum tunc esset inquilinis, non Attilano, vel Maximi tyranni tempore; sed

Ex sepulcralibus inscriptionibus.

circa

circa annum 238. Martyrium contigisse. Concludo primam rationem historicam. Si iure meritissimo petēda ratio temporis sit ex ijs locis, quæ constat Virgines peregrinatione, vel morte sua nobilitasse, cum eorū populorū traditiones, inscriptiones, historici consentiant de anno 237. vel sequenti, is meritò videtur aliorum opinioni præferendus.

Altera ratio, quia Cunibertina ceteris omnibus & ipsis reuelationibus antiquior historia, eundem in antiquis etiam M.SS. & editis, tam Latino, quàm vernaculo idiomate vulgatis libris annum exhibet, hac solenni clausula. *Passæ sunt SS. Virgines Anno Domini 238.* 2. Ratio clausula Vrsulanæ historiæ.

Tertia ratio, Fatentur aduersarij nostri, quotquot ante ducentos, trecentos, vel quadringentos etiam annos ad Attilam ideò Martyrium reuocarunt, quod non possent difficultates obiectas expedire, solennem hanc clausulam passim historiæ subijci. *Passæ dicuntur Anno 238.* sed tribus allatis rationibus temporis immutant rationem: *quia tunc Hunni non erant, & Sicilia ac Constantinopolis non habebat Reges.* Ita Ioannes de Voragine, Philippus Bergomensis, Gobelinus Persona, Petrus Equilinus, Mombritius, alij: quos plurimi sequuntur. Sed horum ipsorum confessio magnam arguit temporum istorum scriptorum, & orbis hac in re consensionem. 3. Aduersarij concedunt esse communē sententiā.

Quarta ratio, petitur è corporum inuentione & annis cognitis, quibus humata fuerint: sufficiat id ex Odiliæ elcuatione confirmare: quam extumulatam volunt Ioannes Presbyter, Chronicon Gemblacense, ac Brustemius circa annum 1285. quos laudat & sequitur Chapeauille, congruenter vetustissimis officij diuini Lectionibus, quæ ita referunt. *Hæc sacratissima Virgo in sarcophago marmoreo iuxta Ecclesiam S. Gereonis sepulta latuit in corde terræ per annos 1048. vsque ad annum Ioannis Flandrensis Episcopi Leodiensis tertium, qui fuit Anno Christi 1285.* E quo numero, si subduxeris annos sepulturæ, prouenit annus 237, circa quem annum Christi Martyr Odilia cum S. Vrsula Colonię occubuit. 4. Exinuētione corporum. *Chapeauille l. 2. de Episcopis Leod.*

Simile formo argumentum ex Basileensi S. Pantuli Protoepiscopi vitā. Persuasissimum Basilcensibus est, circa annum 741. VValanum rexisse Cathedram Basileensem, & inde ad Pantulum vsque primum Antistitem ferè quingentos fluxisse annos, hoc 1. tradit loci Chronicon, & Syllabus Episcoporum. 2. suffragatur ei traditio ciuitatis. 3. consentiunt historici Stumphius, vt ante vidimus, & Panthaleon, qui reiecto Attilano tempore subiungit. *Constat, quod ab eo tempore per annos ferè quingentos, nullus Basileensium Episcoporum adnotatus fuerit.* Quare si quingenti deducantur anni è numero 741. prodibit annus 241. & quia solum integras annorum centurias subtrahit, minutijs non nominatis, adiecta particula *ferè*: ipsum nostrum annum 237. innuit, quo S. Pantulus cum S. Vrsula visitatis ante SS. Apostolorum exuuijs, Coloniæ Martyrij palmam obtinuit.

Quinta ratio, petitur ex Vrsulana veteri historia, & Archæis Machabæiticis. Constat ex Cunibertina narratione, & ratio persuadet, tempore Martyrij talis Coloniam non fuisse expugnatam: nam visus infinitus exercitus, cuius ordines redanimatæ Virgines ducere credebantur, hostem à mœnibus reiecit; vt ciues obsidione liberati, funerationi Martyrum vacarent securius: neque enim hoste victore, & vrbe expilata, tantis impendijs potuissent incolæ tumulis lapideis curatis, magnam partem ea diligentia, & accuratione nominibus etiam Martyrum, adiectis sacris Virginibus parentare, nisi pace frtiti, fugatas esse præcipuas hostium copias comperissent. 5. Exactis Vrsulanis ob Coloniam non expugnatam.

Iam verò cum Attilæ furor Galliam peruaderet, manifestum est paulò ante Pascha Coloniam esse vastatam, direptam, incineratam vna cum Vrsulano templo, quod ciues ipso Martyrij anno cœperant ædificare: Non ergo ab Attila est cæsa sancta Vrsula, cuius ipse templum inflammauit: sed multo tempore ante.

Deinde decennio post Attilanam vastitatem Clematius opere magnifico templum Vrsulæ restaurauit, & Solinum Colonienſem Antistitem excitauit, vt alterum Oblitem decennio post Attilam motā

sacris Virginibus in colle Magdalenæo, quod nunc SS. Machabæorum vocamus, architectaretur, id tamen septingentorum annorum spatio non potuit consecrari, obnitentibus templi Clematiani Rectoribus, ne locus alter prærogatiuâ sedis Martyrij cum primaria S. Vrsulæ Basilica participaret: vnde decennio post Attilam cœpit ea lis intentari, tot posteà seculis ventilatâ de loco præcipuo Magdalenæ, quem pari sibi iure Magdalenææ Virgines, cum alterius templi Inquilinis vindicabant. Stulta profecto contentio, si decem annis ante contigisset: vixissent enim Vespillones, qui S. Vrsulæ reliquarumque Virginum inhumata reperta corpora tumulassent: Ideò nec commodè ad annum Galfredianum 383. referre licebit: nam nonagenarij senes superassent (quorum sat multos hæc loca ferunt) qui meminissent, qua in plaga pleraque Martyrum prostrata corpora pueri conspexissent: Rectius igitur ad annum 237. secuti vetustissimam Colonienſium traditionem transferimus Martyrium; iam enim anni 226. elapsi, inde à tempore cædis fluxerant, cùm prouectiores Agrippinatium ab atauorum memoria rem gestam ægrè repeterent. Hoc intra temporis interuallum cõmodè geri potuerunt, quæ contigisse circa templi Vrsulani instaurationem referuntur. Primò, dum staret Basilica S. Vrsulæ cultum sanctarum Virginum dudum viguisse. Secundò, combusta verò ea, memoriam penè obliteratam esse, vt habet sermo mille annis vetustior: *per quam* (vastationem) *factum est, vt earundem sanctarum Virginum memoria post incensum Sanctorum corporum custodem Ecclesiam, paulatim ab ore primum: deinde ab ipso pectore religiosi dudum populi laberetur*. Adde quod Attila non Autumnali, sed verno tempore Coloniam occuparit, constat autem sanctas Virgines Octobri mense esse trucidatas.

Ob Attilânam vastitatem verno tempore factam.

Sextò, Hoc tempus commodam adfert rationem, cur Angli Romanique Scriptores veteres, ac SS. Patres parum meminerint huius Virgineæ Sodalitatis: ea enim quę Angli nanciſci potuerunt monimenta tot interiectis vastationibus, quas Gildas & Beda deflent, temporis Vrsulani memoriam, & res alias gestas sustulerunt: quod si tamen Attilæ, vel Maximi tyranni æuo contigisset, non potuisset à Gilda ignorari: nec ij, qui res Maximi persequuntur, omisissent: exstaret etiam Romæ, si Damaso, Ambrosio & Hieronymo viuis Romana peregrinatio cõtigisset, memoria: nec enim tanti Virginitatis præcones se à talis Parthenicæ Sodalitatis præconio abstinuissent, & S. Seuerinus Coloniæ tunc Virginibus templum excitasset. Sed quia Britanniæ depopulationes scripta omnia priorum temporum, vt queritur Gildas, sustulerunt, & furor Diocletiani Romana & Italica volumina sacra passim incineravit, non nisi quinto seculo post reditum Clematij per Italiam in Orientem cœpit historia Vrsulana diuulgari, quam tamen Basileæ, Argentorati, Coloniæ, & Rhenæ fida maiorum traditione posteri non monimentis literarijs; sed tenaci memoria, constantique narratione conseruabant: & erant etiam Virgineis sepulcris permulta inscripta, quæ possent senescentem memoriam refricare: donec à S. Cuniberto Coloniæ post annum sexcentesimum; à S. VVillebrordo Rhenæ anno 700. repertis S. Vrsulæ & Cuneræ corporibus, testibus etiam fide dignis examinatis, literis historia fuit consignata.

6. Cur sero hæc historia sit scripta, & veteres pauci eius meminerint.

Septimò, Tam Ecclesiastica, quàm profana temporis historia, quàm optimè congruit cum Martyrio: habuit peregrinatio fauentẽ Christianis Principem Alexandrũ: habuit reditus Tyrannum & Busiridem longè immanissimum Maximinum, quem constat Octobri mense, circa Rhenum degisse in Germania, & bellum præcipuè Præsulibus Ecclesię mouisse, quorum hic ex orbe toto selectissimos habuit congregatos: vt si gentilibus imperantibus fingendum tempus videretur, non posset ad huius veritatem historiæ conuenientius reperiri.

7. Conspirat sacra & profana historia.

Octauò, S. Auctor Treuirensis eius nominis primus Episcopus, Anno 237. rexit eam Ecclesiam teste Brovvero, Claudio Roberti, & alijs; qui dicitur Hunnos occisis Coloniæ Virginibus Treuirensem ciuitatem obsidentes à mœnibus oratione depulisse. Et Scriptores Episcoporum Tungrensium in Metropolo, qui eodem anno 237. præfuit, tunc passam S. Vrsulam volunt, vt *Ioannes Stabulai* Monachus S. Laurentij Leodiensis, qui ex Ioanne Vltramosano syllabum Episcoporum contexuit, in Metropolo, inquit, *Tempore eius passæ sunt Virgines Coloniæ*. Alter verò eiusdem Monaste-

8. Aliorum Episcoporum res gestæ temporis huius meminerunt.

rij

rij M.S, Anno 1562. ex vetustiore transcriptus hæc in Metropolo narrat: *Tempore cuius passæ sunt Virgines Coloniæ, & cum eis Martyrium assumserunt, Foilanus Lucensis Episcopus, Sulpitius Episcopus Rauennensis, Marculus Episcopus Græciæ, Cyriacus Papa, Pantalus Episcopus Basileensis, Vincentius Presbyter Cardinalis, Mauritius Lauicanæ Vrbis Episcopus, in anno Domini* 230.

D. Fleien citat Harigerum his verbis de Metropolo: *Huius tempore facta est persecutio sexta sub Maximino Imperatore, qui bellum contra Germanos auxilio Regis Hunnorum feliciter consummauit: qui dum Coloniam obsedisset sanctæ Virgines Britannicæ, scilicet Vrsula Regina cum Sodalibus suis, à Roma reuertentes, & per Rhenum Coloniam descendentes, ab Hunnis sunt interfectæ, quarum numerus fuit vndecim millium Virginum, exceptis viris, & viduis, quorum numerus fuit* 30000. *Pontificante ibi Aquilino, 4. à B. Materno, qui eos in campo sepeliuit. Floruit sub Apostolicis Calixto 1. Pontiano, Cyriaco, & Antero.* verba hæc non reperi in Harigero: sed arbitror esse Placentini, vel alterius ævi recentioris.

Plures auctores huius sententiæ videri possunt in epitome Chronologica sub initiũ, Atque hæ quidem rationes, auctores, & monimenta licet euincant, nec Attila sæuiente, neque Maximi tyranni Romanum Imperium inuadentis tempore, cum Treuiris sedem sui dominatus stabiliret, factam esse Virginum lanienam, non leuis tamen oritur difficultas, quibus Consulibus, & vtrum anno 237. vel 238. contigerit: huic Maximus & Africanus, illi Seuerus & Quintianus Consules adscribuntur. Ac licet in epitome Chronologica sim fusè probaturus, nolle me certo anno, siue 235. 6. 7. 8. Christi nati sententiam meam iustis de causis; sed Coss. Seuero & Quintiano, ac morti Alexandri Cæsaris & Pontiani Martyrio tunc tolerato Virginum cædem alligare, & quoniam communior Euseb ij, Baronij, & aliorum sententia (dum melior aliquando Chronologia stabiliatur) ea pariter gesta salutis anno 237. tribuit, illi adhærere, hic tamen, quæ pro anni sequentis Consulibus Maximo & Africano facere videbuntur, in medium adferam. Difficultas inter Consules & annum 237. & 238.

Pro eo facit Pontificale Anastasij, quod innuit Pontianum esse, non nisi Seuero & Quintiano Coss. in Insulam deportatum: Ergo si post eius exilium Cyriacus quindecim mensibus Romanam Ecclesiam gubernauit, eius & S. Vrsulæ Martyrium in annũ sequentem incidit. Verba eius audiamus: *Pontianus sedit annos quinque, &c. Fuit temporibus Alexandri à Consulatu Pompeani & Feliciani. Eodem tempore Pontianus Episcopus & Hippolytus Presbyter exilio sunt deportati ab Alexandro in Insulam Bucinam, Seuero & Quintiano Coss. In eadem Insula defunctus est tertio Kalendas Nouembris, & in eius locum ordinatus est Anterus* XI. *Kalen. Decemb. Cessauit Episcopatus à depositione eius dies* 10. Argumenta pro anno 238. *Anastasius in Pontiano.*

Fauet S. Elisabeth, quæ auctores necis Virgineæ facit Maximum & Africanum vtique Consules Romanos eius temporis. Ideò dicitur ab Anastasio Anterus fuisse, Coss. Maximo & Africano. *S. Elisabeth.*

Hinc etiam, vt ante dictum est, tumulis, & historiæ veteri adscribitur annus 238. quem Albericus trium fontium Cœnobita tuetur: is licet initium Cyriaci Pontificatus constituat anno 237. Martyrium tamen anno 238. toleratum esse asseuerat. Inscriptiones sepulcrorum. *Albericus in Chronico.*

Sed longè firmior ratio nos ad annum priorem Seueri & Quintiani reuocat à consensu sacræ profanæque historiæ sæpiùs repetita: fauor enim, indulgentia, & in Christianos beneuola Cæsaris Alexandri voluntas, perfacilem efficit Romanam peregrinationem, cuius auctoritas Consules, Senatum, populumque Romanum à nece Virginibus inferenda retrahebat: quis verò credibile censeat anno sequenti, cùm Maximinus iam immanissimum Ecclesiæ præsulibus & Doctoribus bellum edictis publicis indixisset, ausas tot Virgines cum Episcopis tantum itineris per Italiam spretis Cæsareis legibus impunè conficere: nec Romæ à Maximo Vrbis Præfecto Pontificis Anteri interfectore: sed nec à Coss. Maximo & Africano præsentibus, ac sanguinis Christiani auidissimis trucidari? Rationes pro anno 237.

Nec Anastasius exilium; sed mortem Pontiani Coss. Seuero & Quintiano refert accidisse more suo, qui quoties in prioribus Pontificibus duo Consulum paria Responsio ad Anastasium.

recitat, alterum pro initio, pro fine alterum Pontificatus ideò recenſet, vt quod propoſitum ei erat, non ſolum ſeriem ſummorum Antiſtitum, & annos gubernationis ſed & tempus Conſulum, quoad eius fieri poſſet, adſignaret: Facit id in Lino, Cleto, Clemente, Anacleto, Euariſto, Alexandro, Sixto, Hygino, Aniceto, Sotere, Eleutherio, Victore, & Zephyrino, vnde quod de exilio interſerit, non ad ſequentes mortis, ſed priores more relatiuorum conſueto reuocat, vt clarius alius vetuſtior Anaſtaſio Catalogus Pontificum à Cuſpiniano citatus, à Bucherio editus, pro *eodem tempore*, habeat *eo tempore*: quod clarum eſt ad proximè nominatos ſpectare Conſules potius, quam ad ſequentes. Quamuis rectius de fluxu temporis intermedij poſſit quis interpretari.

Hinc inter vtrumque tempus hoc præter morem narrationis hiſtoriæ priorum interſerit, & inſinuat, tantum hoc certum haberi, eodem tempore vtrumque relegatum eſſe: ſed quo, non decidit, vt nec in reliquorum geſtis, ſolum ſolicitus circa initũ, & finem Pontificatus tempus definire. Scio pleraque exemplaria voci Conſulum punctum ſubijcere, & literam ſequentem facere maiuſculam: at punctum illud non tam interpunctionis eſt nota, quam abbreuiatæ voci Coſſ. iuxta leges orthographorum apponitur, licet errore factum videatur, vt librarij cum ſyllabis etiam integris vocem ſcriberent, per imperitiam punctum adiecta litera ſequente maiuſcula notarint. Itaque ſi diligenter ſtylus, & finis Anaſtaſij in reliquis hactenus obſeruatus, attendatur, & vox Conſulum integris ſyllabis ſcribenda ſit, ita notæ interpunctionis ſtatuentur. *Fuit temporibus Alexandri à conſulatu Pompeani & Feliciani. Eodem tempore Pontianus Epiſcopus & Hippolytus Presbyter exilio ſunt deportati ab Alexandro in Sardiniam in Inſulam Bucinam, Seuero & Quintiano Conſulibus in eadem Inſula defunctus eſt.* Atque ita more ſuo conſignat Anaſtaſius initium & finem Pontificatus Pontiani; parum enim laborat acta cetera definitis annis memorare.

Errores eius.

Adde, licet aſſererem malè notatas in Anaſtaſio interpunctiones, non vitio vertendum, cùm conſtet in paucos recitatos quinque verſus, iuxta diuerſa exemplaria maximam varietatem, & grauiſſimos errores etiam incurriſſe: ſeligo grauiores.

1. Anni Pontiani quinque numerantur: at in vetuſtiſſimo Colonienſi Metropolitano M. S. 8. ab alijs 4. adſignantur.

2. Anaſtaſij vulgatum exemplar Conſulem alterum initij Pontificatus vocat Felicianum, Colonienſe Petinianum, alia Pelignianum.

3. Loco Hippolyti Philippus ab alijs nominatur, loco Pontiani, alius Catalogus ſubſtituit Nepotianum.

4. Defunctus dicitur tertio Kalendas Nouembris: at Breuiarium & faſti Romani diem 13. Kalend. Nouembr. deſignant.

5. Anterus Pontiano dicitur ſubrogatus, cuius tamen vita eidem præponitur.

6. Pro decem diebus vacantis ſedis exemplaria quædam ponunt tredecim.

7. Si tamen tertio Kalendas Nouembris obijt, & alter ei XI. Kalendas Decembris eſt ſubrogatus, nonne dies minimum 21. interedunt?

Poſſem longè grauiores errores in paucioribus vitæ Anteri verſibus adnotare, ſi opus eſſet: vt hinc ſatis iam clareat, facilè puncti additionem ſuperuacaneam librariorum vitio incurrere potuiſſe: ſed cùm verborum ſenſus nihil officiat Vrſulanæ hiſtoriæ, interpunctionis autem dubia ſit nota, non ſatis habebit virium, ad Chronologiam eius ſummo cum incommodo euertendam.

Quocirca cum ex Anaſtaſio certum exilij tempus non poſſit apertè definiri, & Vrſulana hiſtoria ſatis inſinuet, anno ante Quintianum & Seuerum Coſſ. accidiſſe, Cyriaco quindenis menſibus Vicariam ſaltem Pontificiam Sedem obtinente, cuius anni Pontiani Pontificatui adnumerantur, rectè ſtatuimus Maximo & Vrbano Coſſ. Anno 236. relegato Pontiano, circa Maium exordium Cyriaci Præſulatus. Nec obſtat S. Eliſabeth, quæ nominat Maximum & Africanũ, non vt Conſules eius anni, ſed deſignatos in ſequentem annum. Inſcriptiones autem ſepulcrales ex æra diuerſa annum 238. poſuerunt.

Fueritne Conſulis Africani col ega Maximus, vel Maximinus potius.

De anni ſequentis primo Conſule Maximo dubitatur, quis ille ſit: plerique non

Maxi-

Maximum, sed Maximinum nominant. Ita leges & rescripta Cæsarea, quæ Augusti coniungunt titulum: ita & decretales Pontificum literæ Anteri & Fabiani successoris, vt videre est apud Marianum Scotum: nec aliter eum vocant fasti Cõsulares apud Cassiodorum, Anastasius in Antero & Fabiano: sed hoc vetustior Catalogus apud Cuspinianum & Bucherium licet in Antero Maximum, in Fabiano tamen vocat Maximinum; At cùm Maximinus Imperator etiam Maximus sit ab Heliogabalo apud Capitolinum nominatus, vtrumque nomen pro eo facit. *Capitolinus in Maximino.*

Si tamen iuxta alios Fastos Consulares potius Maximum legendum esse arbitremur, & diuersum etiam ab Augusto statuamus, anni initio renunciatum ordinarium Consulem, potuit Maximinus seipsum eodem anno, vt etiam alios, sufficere, vel ipse Maximus forte auctus eodem anno Vrbis præfectura, vel alia dignitate cessit Cæsari consulatum, si is eum susceperat, quod innuit vetustior Catalogus paulò post recitandus, quo mors Anteri sub initium Ianuarij Consule Maximo, at electio Fabiani Maximino Consule facta perhibetur.

Licuisse verò Imperatori sufficere Consulibus ordinarijs alios, docet vita Commodi, quo dominante primum 25. Cõsules eodem anno sunt renunciati. De Alexandro tempore S. Vrsulæ, refert Lampridius: *Cõsulatum ter iuit, tantum ordinarium, ac primo nundino sibi alios semper suffecit*, & infra: *Cõsules quoscunq; vel ordinarios, vel suffectos creauit, ex Senatus sententia nominauit.* De Adriano Spartianus: *Tertio Consul cum ipse ter fuisset, plurimos fecit, infinitos autem secundi Consulatus honore cumulauit, ipsum autem tertium Consulatum & quatuor mensibus tantum egit, & in eo sæpè ius dixit.* Vnde licebat Consulibus abire Magistratu, suffectis alijs; & Imperatori se, vel alios ordinarios, vel suffectos designare: vt clarius Dio de Cęsare refert. Suffecti Consules multi eodem anno. *Lampridius in Cõmodo. In Alexandro. Spartianus in Adriano. Dio, l. 43.*

Consulatum Cæsar continuo ante etiam, quam Vrbem intraret, accepit, non autem toto anno gessit; sed postquam in Vrbem venit, eo se abdicauit, Consules q; fecit, Q. Fabium ac C. Trebonium, Fabio q; extrema die Magistratus sui mortuo, C. Caninium substituit. Hac in re dupliciter præuaricatum est à Cæsare contra instituta maiorum, quod Consulatus non toto anno, neque omni reliquo anni tempore gestus est; sed ipse viuus, ac neque legibus patriæ, neque edicto quodam iussus, eo se abdicauit, aliumq; subrogauit. Deinde quod Caninius simul & Consul creatus, & gessit Magistratum, & deposuit. Verùm ab eo cœptum est, vt perpauci toto anno Consulatum gererent; sed alij pauciores, alij plures menses, dies q;, prout casus tulisset, eo Magistratu fungerentur, ac nostro quidem tempore (viuente S. Vrsula) *nemo neque ad integrum annum, neque amplius duobus mensibus ferè cum collega aliquo Consul est: in ceteris ab antiquo more nihil discrepamus: annorum autem numerus his, qui initio eius Consules fuerunt, adscribitur*: eadem potestas nominandi pro se aliũ Consulem fuit ordinario Consuli permissa, vt idem ait: *Equidem iam ante quoque nonnulli alijs in Consulatu substituti fuerant, neque mortuis, neque per ignominiam, aut alias eo depositis: verùm hi tamen ipsi ex arbitrio eorum, quibus Consulatus in totum annum mandatus fuerat, constituti.* Quamobrem cùm Maximinus ipse Consul anni sequentis fuisse videatur, nec is Romam Imperator viderit, non potuit Maximus Consul visis Romæ Virginibus ijs mortem machinari: potuit verò per commodè anno præcedente, quo designatus erat Consul, & auctoritate valebat plurimum: nam vt ex Cic. Verrina secunda, ex epistolis eiusdem ad Atticum, ex literis Gœlij ad Ciceronem constat, in fine Iulij vel initio Augusti Comitijs Centuriatis Coss. designabantur: qui quinque proximis mensibus priuati degebant, donec Kalendis Ianuarijs inirent Magistratum. Maximino & Africano Coss. non potuit esse Cyriacus occisus. *Ex Rosino lib. 6. Antiq. c. 12.*

Accedit quod Anterus mense Ianuario Coss. Maximo & Africano fuerit Martyrio coronatus, eique ijsdem Coss. Fabianus subrogatus, vt vetustissimus Catalogus Pontificum expressè docet: oportuit igitur anno præcedente Seuero & Quintiano Coss. Cyriacum cum S. Vrsula palmam eandem reportasse.

Operæpretium est ignoti Scriptoris longè Anastasio vetustioris, ex Cuspiniano & Bucherio nostro de Pontiano, Antero, & Fabiano verba recitare, quibus hactenus dicta confirmentur.

Pontianus annus quinque, &c. Fuit temporibus Alexandri à Consulatu Pompeani *Ex Catalogo. ann 354. Scripto.*

& Peligniani: Eo tempore Nepotianus Episcopus, & Hippolytus Presbyter exules sunt deportati in Insulam nociuam Sardiniam, Seuero & Quintiano Coss. in eadem Insula discinctus est, 4. Kalendas Octobris, & loco eius ordinatus est Anteros XI. *Kalendas Decemb. Coss. SS. Anteros mense vno, dies decem. Dormit 3. nonas Ianuarij, Maximo & Africano Coss. Fabianus annos 14. Fuit temporibus Maximini à Consulatu Maximini & Africani.*

In his quædam occurrunt obseruanda. *Primò*, quod per *τὸ eo tempore*, exilium potius ad tempus, quod fluit à Consulatu Pompeani & Feliciani numeret, quam ad posteriores reuocet. *Secundò*, quod expressè morti Pontiani tribuat, Consules Seuerum & Quintianum, vt etiam notat Cuspinianus: eosdemq; adscribat electioni Anteros. *Tertiò*, quod mortem Pontiani extremo Septembri constituat viuo Cyriaco, qui si mansisset Romę, velut ordinarius Pontifex eidem fuisset subrogatus. *Quartò*, quod mortem Anteri circa initium Consulatus Maximi & Africani collocet, adiuncta Fabiani ijsdem Coss. subrogatione, quamuis alterum Consulem vocet Maximinum. Vnde euidens est, si peregrinatio in Consulatum Maximini & Africani incidisset, non Cyriacus neque Anterus; sed ijs demortuis Fabianus fuisset Pontifex; quod idem satis Anastasius, & rescripta Fabiani declarant, ijsdem Coss. exarata.

Porrò huic Catalogo, quem ante Damasi mortem circa Annum 354. scriptum esse noster Bucherius non vanis ductus argumentis existimat, plurimum esse tribuendum nemo non videt: vt ideò non possit Cyriaci mors, nisi Coss. Seuero & Quintiano contigisse.

Consulatus Seueri & Quintiani cui anno salutis respondeat?

Horum Consulum annus, licet à quibusdam Anno 235. ab alijs 236. 237. 238. 239. vel 240. pro varia Chronologorum æra tribuatur. Ego communiorem hac vice Eusebij, Baronijque complexus, ad 237. potius reuocaui: idem ferè Hermannus Contractus, Gordonus, & alij tenent: vt probat operis huius extrema Epitome Chronologica.

Qui ad annum 237. reuocent.

Secutus sum non paucos, nec ignobiles auctores, qui disertis verbis ad annum 237. Martyrium retulerunt.

Vincen. Bel. Vincentius Beluacensis & S. Antoninus historiæ nostræ communem hanc sub-
S. Antonin. scribunt clausulam: *Passæ sunt autem Beatæ Virgines Anno 237.*

Robertus Altisiodor. in Chronico. Robertus Altisiodorensis: *Passum est autem sanctum Virginum Collegium iuxta præfatam narrationem, circa annum Incarnati Verbi 237.*

Ioannes Magnus, lib. 9. c. 6. Ioannes Magnus Archiepiscopus Vpsalensis. *Nam Virgines*, inquit, *passæ sunt, circa Annum Domini 237. tempore Antheros Papæ & Maximini Imperatoris.*

Basileenses. Breuiarium Rom. vetus. Eundem ferè annum recipiunt Chronicon Basileense, Stumphius, Pantaleon, Ioannes à Leidis supra recitati, Breuiaria variarum orbis diœcesium. Vnum Romanum anno 1550. Romæ typis expressum sit instar omnium: *Passæ sunt autem circa annum Domini 237. tempore Antheros Papæ, & Maximini Imperatoris.*

Atque ita satis ex dictis constat Seuero & Quintiano Coss. circa annum Domini 237. dominante tyranno Maximino, & sextam Ecclesiæ persecutionem ad Rhenum indicente, & orbe toto postea propagante, Martyrium Vrsulanum euenisse.

De mense, & die Martyrij.

De mense Octobri conuenit inter omnes, vnde non potuit accidere sub Attila: sed Maximino regente ad Rhenum, nec dies 21. quo S. Vrsula cum exercitu Parthenio penè omni morte gloriosa vicit, in dubium reuocatur: nonnullæ tamen Virgines pridie cum Martha & Saula præmissæ Coloniam, lauream eam ceteris præcerpserunt, non eripuerunt: & per octauam pauculi sunt eiusdem Sodalitatis trucidati.

Aduersariorum infirma fundamenta.

Possem eandem temporis nostri rationem præsidio reuelationis vtique munire; sed quia in id tempus incidimus, quo pluris historicorum venit his in quæstionibus auctoritas, quam visionum, cedo tempori: ac rationibus, traditionibus, Chronicis & historicis conuenio meos aduersarios, qui duplicis generis tantummodo ferè sunt: primi, sine ratione Duce solo Galfredo fidei nullius auctore, tempore Maximi circa annum 383. putant Virgines esse Martyrio coronatas: alij Duce Ottone Frising. nisi, vel Sigeberto ad Attilam reuocant, eo nixi fundamento, quod tunc veri Hunni Coloniam obsederint, non antea, quos capite sequenti confutabo, satisque

ratione

ratione quinta capitis huius refelluntur; cum Attila verno tempore, stantem iam Basilicam Vrsulanam incinerarit.

Pro nostra sententia facit Constans omnium locorum traditio, quæ Virgines peregrinatione, vel morte sua nobilitarunt: stant pro eadem sepulcrorum inscriptiones, & clausula vulgaris Vrsulanæ historiæ, iam inde à quingentis ferè annis apposita, vt aduersarij confitentur, fauent corporum inuentiones, ratio temporis, profana Cæsarum, sacra Romanorum Pontificum, & Episcoporum Treuirensium, Basileensium, Lucensium, & Traiectensium historia: eandem sententiam auctores grauissimi seculis multis defenderunt; licet eorum quidam magnas in ea latere difficultates agnoscerent, suis locis diuina adspirante gratia dissolutas, quas inter cum de Hunnis per-quã intricata sit, eam Virginum Sanctarum fulti patrocinio iam aggrediamur.

Soliditas assertæ sententiæ.

CAPVT XXXIII.

De Hunnis, auctoribus Vrsulani Martyrij.

HVnnos intulisse sacris Virginibus nostris necem, Fasti Romani, Cunibertina historia, reuelatio S. Elisabethæ, communisq; totius orbis habet persuasio. Hinc manauit opinio plurimorum, Ducibus Sigeberto, Ottone Frisingensi, & Vrspergensi seculo duodecimo, sub Attilæ dominatione Martyrium hoc contigisse. Negat id diserus his verbis Vincentius Belluacensis. *Harum vitam, quamuis longè ante passæ sint (vt in earum gestis legitur) hic placuit inserere: eò, quod in hoc Chronicorum loco Sigebertus de his mentionem facit, nescio qua de causa, nisi fortè, quia sub persecutione Hunnorum passæ sint, quæ maximè isto tempore videtur inualuisse:* Rectè Sigebertum corrigit: & erroris originem tangit: nam quia dominatus Attilæ fecit Hunnorum nomen orbe toto cladibus & cædibus illustre, quod obscurius in paucorum scriptis delitescebat: hinc accidit, vt quæ diuersis temporibus, locis, & Ducibus Hunni patrarant, Attilæ soli tribuerentur, mixtis inter se variorum seculorum historijs. Obseruauit hoc vitium Cicero in libris de natura Deorum, in varijs Scriptoribus: qui cùm, 20. aut 30. vixissent diuersis locis Iones; dum vni cunctorum gesta tribuerent, multa inter se pugnantia, dissonaque de Ioue, veteribus Annalibus memorarunt. In hac re satis obscura, sententijsque Scriptorum contrarijs implicata, quò facilius latens veritas eruatur. Primò, claris eumcam testimonijs, longè ante Martyrium Vrsulanum Hunnos exstitisse. Deinde quatuor, vel quinque eorum genera fuisse celebriora: Tertiò, quæ bella diu ante Attilã gesserint. Quartò, qui qualesque populi Hunnici Virgines Vrsulanas Imperatore Maximino trucidarint.

S. Vrsula cum Sodalibus occisa ab Hunnis.

Longè ante Attilã.

Origo cõtrarij erroris.

Propositio & diuisio dicendorum.

Claudius Ptolomæus Geographorum æui sui Princeps, Hadriano Cæsare centum ante S. Vrsulam vixit annis. Is nomen & sedes Hunnorum, seu Chunorum in Europa inter Boristenem & Amadocos montes, populosque, & alias barbaras gentes, his constituit verbis: *Inter Bastarnas autem, & Roxolanos sunt* CHVNI, *& sub proprys montibus Amadoci & Nauari.*

Hunni seculo ante S. Vrsulam. *Ptolomæus l. 3. Geogr. c. 5. V. tabulam 8. Europæ.*

Dionysius Alexandrinus, Augusti Cæsaris, Cosmographus, paulò ante Christi natales, eos collocat in Asia, Glacialem inter Oceanum, & Caspium mare, iunctis eis multis barbaris gentibus.

Ijdem tempore Christi. *Dionysius.*

Principio Scythicæ gentes Saturnia iuxta
Æquora, quam longè Caspi maris ostia tendunt,
Inde HVNNI *ventunt, sequitur quos Caspia pubes,*
Albaniq; truces bello, quique arua Caduſi,
Infæcunda domant cultu, Mardiq; propinqui,
Hyrcaniq;, Apyriq; trahit, qua flumine Mardus.

Sed his duobus longè vetustius monimentum Marcellinus Ammianus, tempore Valentis, ad annum ferè 375. protulit ex muris antiquissimis Chalcedonis, quam multis ante Christum seculis Megarenses in Bosphoro Thracio construxerunt, è regione

gione Byzantij. *Deniq; ait cùm Chalcedonos subuerterentur veteres muri: vt apud Constantinopolim ædificaretur lauacrum, ordine reuoluto saxorum, in quadrato lapide, qui structura latebat in media: hi Græci versus incisi reperti sunt, futura plenè pandentes:*

Ἀλλ' ὁπόταν νύμφαι δροσεραὶ κατὰ ἄστυ χοκείαις
Τερπόμεναι στροφόωνται ἐυστεφέας κατ' ἀγηὰς,
Καὶ τεῖχος λουτροῖο πολύστονον ἔσσεται ἄλκαρ·
Δὴ τότε ΟΥΝΙΑ φῦλα πολυσπέρμων ἀποροῦσι
Ἰστρου καμψιρόοιο πόρον περάοντα σὺν αἰχμῇ·
Καὶ Σκυθικὴν ὀλέσει χώρην, καὶ Μυσίδα γαίην
Παίονά θ' ἱπποβάτην σὺν Κέλταις μαινομένοισι
Ταυτὸν καὶ βιότοιο τέλος καὶ δῆριε ἐφέζει.

At quando plenæ roris vertentur ad vrbem
Per ductus nymphæ sinuosos, aggere latæ,
Atque eris angustum munimen mure lauacri:
Tunc gens multigena Hunnorum se effundet, & Istri
Transitus inflexi sæuis penetrabitur armis.
Hæc gens & Scythicas terras, & Mysiæ regna
Perdet; sed Celtæ furibundi prælia claudent.

Subdit Marcellinus Hunnorum mores, speciem, & efferam immanitatem, ita præfatus. *Hunnorum gens monimentis veteribus leuiter nota:* pauci enim de ea & perpauca, vt Dionysius & Ptolomæus tradiderunt: nec enim eam vult omnino ignotam fuisse; sed nomen non ita Romanis peruulgatum, licet mille trecentis & pluribus annis ante fuerint Hunni: nec tamen vnius generis, varias Hunnicæ diuersæ gentes, tam in Europa, quàm Asia sedes tenuerunt. Ordior ab Europa:

Hunni primi Europæi in Scãdia. *lib. 6. 25.*

Scandiam Insulam fœcundissimam matrem multarum nationum fuisse complures tradunt; eius penè vmbilicus Medelpadia, Ioanni Magno loci Archiepiscopo dicta, Hunnos, & vt videtur, primos protulit: quorum posteritas hodie superat, de qua sic ipse. *Commemorandum puto ex nostris Septentrionalibus haberi historijs: quomodo Suecorum Reges per mediam Russiam transeuntes, bella in Hunnos olim extenderunt: quamquam non desunt, qui dicant ipsos Hunnos à Septentrionali parte Scandiæ, vltra Helsingorum terras, ex Medelpadia primum erupisse, in qua etiam hodie plurimi præstantissimæ fortitudinis homines inueniuntur, qui Hunni proprio nomine appellantur, quique magna & præclara opera in tyrannos, qui patriæ libertatem vexauerant, peregerunt. Nostriq; temporis Principes, si tentauerint eos insolitis onerare tributis, citius vitam, quã teruncium ab eis inuitis extorquebunt, nisi fortasse sponte allecti, aliquid præstare voluerint.*

Supersunt hodiè.

Crantzius in præfat. in Saxoniam.

Consentit Crantzius: *Hunni*, ait, *gens antiqua ex Hunno Patre Tuisconis filio citra Tanaim nati in gente numerantur magnæ Germaniæ, quod neque Strabo, neque Ptolomæus, neque Mela, neque Tacitus commeminit: omnes enim refugiunt in vastam illam Asiæ solitudinem, & Scythiæ latitudinem, quoties ignotæ gentis originem requirunt. Inde falso producunt Gothos, & Hunnos, cùm sint notissimo omnium Borealium testimonio Gothi ex Suediæ regno: in quo etiam hodiè stirps gentis, cum nomine perseuerat.*

Gesta Normannorum.

Bella cum his Hunnis Augusti tempore paulò ante Natales Christi, commissa Saxo Grammaticus libro quinto recenset. In gestis Normannorum, in Francia ante septingentos & plures conscriptis annos, circa initium, horum Hunnorum fit talis mentio. *Northmanni procedentes de Scanzia Insula, quæ Northvvega dicitur, in qua habitant Gothi,* HVNI *atque Daci, cum 13. nauibus egressi sunt.*

Alij fuerunt Hunni Ptolomæi tempore cis Tanaim in Russia: *eam*, ait Pirckleimerus, *regionem inhabitarunt olim Massagetæ, qui & Alani, & Hamaxobij, ac per totum latus Mæotidis Iazyges, & Roxolani, nec non* CHVNI, *ad occasum versus Peucini Bastarnæ, Amadoci, Nauari, & Githones, cum alijs nationibus Gothicis; siquidem ex his regionibus*

emigra-

emigrarunt Gothi, Scyri, Alani, Gepridæ, Heruli, Taiphali, Carpi, & reliquæ cuncta gentes Gothicæ.

De his Helmoldus : *Litus Australe maris Balthici Slauorum incolunt nationes, quorum primi sunt Ruzi, deinde Poloni & Russia, seu Ruzia à Danis Ostrogard dicitur; eò quòd in Oriente posita, omnibus abundet bonis; hæc etiam Chunigard dicitur, eò quòd ibi sedes Hunnorum prius fuerit.* *Li. 1. Chron. Slauic. c. 50. & seq.*

De ijsdem Ausonius Epigram. 1. *Arma inter Chunos q̃ truces, furto q̃ nocentes Sauromatas*, & in precatione Consulari: *Qua vaga Sauromates sibi iunxerat agmina Chuni: Quaque Getes socijs Histrum assultabat Alanis.* Claudianus *Goth-Hunnorum* meminit, & eo vetustior Vopiscus in Probo. Tertij Asiatici Hunni.

In Asia variæ Hunnorum gentes diuersis in locis habitarunt : in quibus reliquas omnes humanitate, specie, prudentiaque superant Euthalitæ, quos ita describit Procopius. *Sunt Hunni, qui Euthalitæ vocantur, reliquis Hunnis nequaquam vicini; neque ad eos pertinentes; sed Persis propinqui Boream versus, quorum ciuitas Gorga nomine in Persicis confinibus; sæpè cũ Colonis de ipsis finibus pugnant: nec vt reliqui Hunni Nomades sunt, vitam agentes pastoralem; sed optimam iam pridem incolunt regionem, soli q̃ Hunnorum albi sunt, neque item fædi adspectu; neque ferarum modo, vt illi victitantes: sed sub vno degentes Principe, politicam agunt vitam inter se, & cum vicinis ius, fas q̃ colunt, æq̃ue ac Romani, & alij omnes.* Quæ fuerit ante regnum Attilæ tempore Theodosij Iunioris eorum potentia, & quæ bella gesserint, fusius Procopius, & Photius ex eo breuiter narrat. *Procopius l. 1. de bello Persico.* Albi seu Euthalitæ in finibus Persiæ.

Præter hos, sunt Asiaticorum Hunnorum diuersæ gentes vltra portam Caspiam, iam inde ab Alexandri Magni æuo celebres, quarum ferociam, & sedes ita Procopius reliquis accuratius describit. *Taurus*, ait *Cilicum mons per Cappadocas primum & Armenios se extendit, ac terram, quos vocant Persameniorum: de hinc per Albanos porrigitur & Iberos, & quascunque alias sui iuris gentes, quæ Persis dicto audientes, ys in locis habitant. Prætergresso verò Iberorum fines semita quædam occurrit, angustissima stadijs ferè 60. producta, quæ in abruptum quendam, penitus q̃ inuium desinit locum, vbi neque transitus apparet vllus, præterquam, tanquam porta manu constructa, quæ Caspia antiquitus dicta. Vltra eam portam campi sunt equitationi accommodi, & natiuis aquis referti, ac regio multa equis pascendis & plana, vbi Hunnorum ferè gentes omnes habitant, vsque ad Mœotidem pertinentes paludem. Hi, si quando per Caspiam portam in Persarum & Romanorum regionem tendunt, integris equis quam incitatissimo cursu feruntur. Nam 60. his duntaxat, quæ diximus stadijs, cum loci difficultate cõflictentur, quotquot ad Iberiæ fines penetrare volunt: cùm tamen per alios quosdam exitus profecti, magno labore ægrè aliquando in Persarum ac Romanorum oram perueniant. Quod vbi Alexander Philippi filius aliquando animaduertit, portas in dicto loco exædificauit, præsidio q̃ ibidem relicto muniuit: Id munimentum Anastasij Imperatoris temporibus Ambazures domo Hunnus, Anastasij amicus tenuit, qui & portas illas eidem Principi tradidit.* Quarti apud paludem Mœotidem. *Procop lib. 1. bel. Persici. Photius en Bib. Cod. 67.* Caspia porta. Alexander Magnus Hunnos reclusit.

Quam latè verò se extenderint Hunnorum sedes, circa Mœotidem Paludem, ita Procopius in Ponti Euxini descriptione narrat. *Supra Sagidas Hunnicæ variæ nationes sitæ sunt: dehinc autẽ Eulysia regio appellatur. Barbari autem eius incolæ, & in mediterraneis locis, & ad maris litora habitant, ad Mœotim vsque Paludem, & Tanaim fluuium: qui in eam paludem influit. Ea autem palus in Euxini ponti litus labitur. Eius autem regionis accolæ olim quidem Cimmerij nominabantur, nunc autem Vturguri: & supra eos ad Aquilonem Antorum Amera. Vocant autem incolæ Tanaim etiam illam eruptionem, quæ à Mœotide palude incipiens, ad Euxinum vsque Pontum pertinet, itinere, vt aiunt dierum 20.* Ita plerique sedes Hunnorum Asiaticorum inter maria Glaciale, Caspium, Pontum, Euxinum, & paludem Mœotidem definierunt : secuti Dionysium, & Marcellinum, qui ait : *Hunnorum gens vltra paludes Mœoticas, Glacialem Oceanum accolens, omnem modum feritatis excedit.* *Dionysius, Marcellinus.* Sedes Hunnorum.

S. Hieronymi situs Hunnorum non est omittendus. *Oriens*, inquit, *totus intremuit, ab vltima Mœotide inter glacialem Tanaim, & Massagetarum immanes populos, vbi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra prohibent erupisse Hunnorum exa-* *S. Hieron. epist. 30.*

mina,

mina, quæpernicibus equis huc illuc q; volitantia cadis pariter ac terroris cuncta complerent.

Quinto Gothi vocantur Hunni. S. Hier. l. c.

Idem Hunnorum nomine Gothos Asiaticos comprehendit, dum subdit. *Hanc gentem Herodotus refert, sub Dario Rege Medorum, viginti annos Orientem tenuisse captiuum, & ab Aegyptys, & Aethiopibus annuum exegisse vectigal.* Herodotus eos Scythas vocat: *Medi*, ait, *cum Scythis congressi, prælio q; fusi, Asiæ imperium amiserunt. Porrò Scythæ vniuersa Asia potiti, hinc recta in Aegyptum contendunt, quibus iam Syriam Palæstinam ingressis, Psammitichus occurrens Aegypti Rex, muneribus, precibus q; effecit, ne vlterius progrederentur.*

Subiugant sibi Asiam. Herodotus lib. 1.

Iterum libro quarto in Darij dominatu. *Etenim Scythæ duode triginta annos superiore Asiæ imperitauerunt: siquidem persequentes gentem Cimmeriam ingressi, Asiam, abrogarunt imperio Medos, qui ante ipsorum aduentum Asiam obtinuerunt.* Eosdem Scythas Herodotus Massagetas, S. Hieronymus Hunnos nuncupat: ijdem enim nunc Hunni, nunc Gothi, alias à deuictis & occupatis locis Cimmerij, Alani, Samagetæ, Massagetæque dicebantur, vt fusè docet Ioannes Archiepiscopus Vpsalensis lib. 1. cap. 23.

Lib. 4.

Herodotus Massagetas appellat.

Ex his demum Gothis paludis Mœotidis accolis Hunnorum famosissimi maiores Attilæ rel. quis omnibus gentibus feritate celebriores prodierunt: qui dum Gothi non illis angustijs caucasearum rupium intra Mœotidem paludem & mare Caspium arctari possent, sed inde fœcundissimas gentes Asiæ domitrices totum per Orientem distribuissent, paulatim & ipsi populum conflarunt, qui Gothis eiectis longo tempore Mœotidem oram coluerunt: horum origo nobis restat exquirenda.

Ex Gothis Hunni Asiatici maiores Attilæ prodierunt.

Ioannes M. l. 1. c. 14.

Bericus Gothorum Rex, sub annum à diluuio 836. (vt Ioannes Magnus supputat) egressus cum innumeris copijs, exteras Europæ terras quæsiturus, Vlmerugiam & V Vandaliæ partem armis occupauit. Ab hoc quintus: Philimerus Rex, cùm Scythia minore subacta Mœotidem paludem ponte iunxisset, fecit, vt media tantum parte secum transmissa, & ponte rupto à se tanta gentium multitudo diuideretur. Vnde pars Vestrogothorum, Ostrogothorum & Hunnorum cis Tanaim in Europa constitit, pars altera nominibus ijsdem Regis Philimeri ductu, Spalorum, & Cimmeriorum gente debellata à Tanai fluuio, ad Pontum vsque Euxinum sedes extenderunt: ita Herodotus narrat: Philimero successit Tanausius, anno post diluuium 995. ante Christum 1310. iuxta eiusdem calculum, cum Vexores, vel vt Diodoro Siculo placet, Sexoses Aegypto domi. aretur: quem Gothis & Hunnis bellum apparantem mira celeritate deleto, apud Phasidem eius exercitu feliciter superauit: mox totam Asiam velut turbo quidam peruadens, vectigalem sibi fecit: quando pars Gothorum & Hunnorum inuitata soli fertilitate, substitit in Parthia, regnum eius gentis auspicata; cum alij sedes priores amore vxorum viros reuocantium repeterent: sed iam antea iuxta paludem Mœotidem Philimerus comperto magicas quasdam feminas exercitum corrumpere, separatas à castris eijciendas curauit: eæ per deserta loca Scythis matrimonio fœderatæ, gentem Hunnorum, è quibus Attila prodijt, pepererunt, mille & trecentis circiter ante Christum natum annis: Hæc gens venationibus assueta & rapinis, cœpit vicinos populos infestare, Gothis iam maximam partem tota Asiæ varijs in regionibus dissiparis: & Cimmeriorum sedes inuolare, vt coæuus Attilæ Priscus his testatur verbis: *Hunnorum natio sæua in Mœotide palude vlteriorem ripam insedit, venatione tantum, nec alio labore experta, nisi quod postquam creuisset in populos, fraudibus & rapinis vicinam gentem conturbauit.* Hi quidem tantum Hunni videntur esse propterea nominati, quod feminarum istarum magicarum pars maior ex Hunnis Scanziæ Insulæ prodijsset. Vnde iam ante Alexandri Magni ætatem Hunni maiores Attilæ Mœotidis paludis oram & Cimmeriam regionem videntur habitasse: sed vt S. Hieronymus, Osorius, & Procopius volunt Caucasi montis claustra, tam Albanica, quàm Sarmatica porta, sic occlusit Alexander, vt nequirent inde se in Persidem vel Asiam minorem effundere: donec Cerua duce vado paludem transiuerunt: quod fusè Procopius narrat.

Egressus Gothorum & Hunnorum è Scãdia.

Transeunt in Asiam.

Eam occupant.

Eijciunt mulieres, matres Hunnorũ. Iornandes c. 24. Ioannes M. lib. 6. c. 24. Priscus apud Iornandem.

Ij insident vicina loca.

Bella Hunnorum Asiaticorum

Sed quinam Hunni maiores Attilæ transmissa palude Mœotica fecerint in Eu-

ropa

ropa & in ipsa Germania, Galliaque longè ante Attilæ vastitatem ex Iornande & alijs. *Nam mox ingentem illam paludem transiuêre, illico Alipzuros, Alcalzuros, Itamaros, Tunc assos, & Boiscos, qui ripæ istius Scythiæ insidebant, quasi quidam turbo gentium rapuêre.* Alanos quoque sibi pugnaces; sed humanitatis victu formaque dissimiles frequenti certamine fatigantes subiugauêre. Gothos deinde solo adspectu territos, & prælijs fatigatos subegerunt, licet aliquando aliorum Europæorum Hunnorum auxilijs victoriam obtinuissent. Ita coacti Visogothi Valenti se subdidêre. Hæc bella luget ita S. Ambrosius: *Quanta prælia, & quas opiniones accepimus præliorum? Hunni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Taifalos, & Sarmatas insurrexerunt: nos quoque in Illyrico exules paria Gothorum exilia fecerunt, & nondum est finis.* Attilam in Europa. Iornandes c. 24. S. Ambros. comment. in Luc. l. 9. c. 21.

Postea Romani sibi fœderatis Hunnis vsi sunt eorum opera, vt Iuthungos Rætias populantes inuaderent. id S. Ambrosius Treuiris Maximo Tyranno significauit. *Vide autem, quid interfit inter tuas minitationes, & Valentiniani pueri Augusti mansuetudinem, tu flagitabas, quod barbarorum stipatus agmimibus Italiæ te infunderes, Valentinianus Hunnos, atque Alanos appropinquantes Galliæ per Alemanniæ terras reflexit.* In hos videtur Hunnos Româ redux S. Seruatius incurrisse, ab ijs varijs molestijs afflictatus, & iquilæ beneficio liberatus, qui eodem anno decessit Traiecti, vt Aegidius Buchier cum alijs arbitratur. Sed iam Hunnos paulò ante Theodosius debellarat teste Victore. *Fuit*, inquit, *Theodosius propagator Reipublicæ atque defensor eximius: nam Hunnos & Gothos, qui eam sub Valente defatigassent, diuersis prælijs vicit.* Vt meruerit hoc Orosij præconium. *Theodosius afflictam Reipublicæ ra Dei, reparanda credidit misericordia illius, omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens, maximas illas Scythicas gentes, formidatas q. cunctis maioribus, Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeus Cornelius q. testati sunt, cuitatas, nunc autem extincto Romano, exercitu Romanis armis instructissimas, hoc est Alanos, Hunnos, & Gothos incunctanter aggressus, magnis, multis q. prælijs vicit. Vniuersæ Gothorum gentes, adspicientes virtutem, benignitatem q. Theodosij Romano sese Imperio dediderunt, ictum q. tunc fœdus est, quo vniuersus oriens vsque nunc tranquillissimè fruitur.* Subinde circa annum 395. Ruffinus ex Præfecto prætorio proditor, & perduellis Imperij, reseratis claustris siue Caspijs, siue Albanicis & Sarmaticis eos in Armeniam, Syriam, & alias Orientis regiones armauit. Vnde canit ita Claudianus: Theod. l. 2. Leod. c. 25 & 26. Victor in Theodosio. Vincuntur à Theodosio. Oros. l. 7. c. 34.

Claud. l. in Ruff. Inuadunt Orientem.

alij per Caspia claustra,
Armenias q. niues, inopino tramite ducti,
Inuadunt Orientis opes: iam pascua fumant
Cappadocum, volucrum q. parens Argæus equorum:
Iam rubet altus Alys, nec se defendit iniquo
Monte Cilix, Syriæ tractus vastantur amœni.

Clarius deuastata ab Hunnis loca S. Hieronymus lamentatur. *Ecce tibi anno præterito, ex vltimis Caucasi rupibus immissi in nos, non iam Arabiæ, sed Septentrionis lupi tantas breui prouincias percurrerunt, obsessa Antiochia, & vrbes reliquæ, quas Halys, Cydnus, Orontes, Euphrates q. praterfluunt, Arabia, Phœnice, Palæstina, Aegyptus timore captiuæ.* & alibi. *Oriens totus intremuit, ab vltima Mæotide erupisse Hunnorum examina, &c. Consonus inter omnes rumor, petere eos Hierosolymam, muri neglecti pacis incuria sarciebantur, Antiochia obsidebatur. Tunc & nos compulsi sumus parare naues.* S. Hieron. ep. 3. Ep. 30.

Eosdem Hieronymus ætate sua fidem Christi professos esse, ita prædicat. *De India, Perside, Aethiopia, Monachorum quotidie turmas suscipimus, deposuit pharetras Armenius, Hunni discunt psalterium, Scythiæ frigora feruent calore fidei.* Contulisse ad id videtur plurimum anno 402. Theotimus origine Scytha, de quo Sozomenus. *Eadem memoria Tomiensium & reliquæ Scythiæ Ecclesiam gubernabat Theotimus Scytha, quem ob virtutem admirati Hunni Istri accolæ, barbari Deum Romanorum appellabant: nam sanè diuinas in eo virtutes admirati fuerant, cùm autem crebris incursionibus Scythas infesta-* Conuertuntur. Ep. 7. ad Latam. Sozom. l. 7. c. 27. Humanitate Theotimus.

festarent Hunni, quamuis natura feri, tamen ad mansuetudinem conuertit; & conuiuij, tum muneribus eos libenter excipiens.

Seruant Romam.

Quadriennio, post cùm Rhadagaysus Rex cum ducentis Gothorum millibus Italiã ingressus, infestis signis Romam peteret, diuino sanè consilio fuit ab Hunnorum copijs interemtus, Auctore Marcellino. *Rhadagaysus Paganus natione Scytha cum ducentis millibus suorum totam Italiam inundauit: cum Huldin & Sarus Hunnorum Gothorumq; Reges, Rhadagaysum continuo confecerunt, ipsius capite amputato, captiuos eius singulis aureis distrahentes.* Rem gestam Fusius Orosius & S. Augustinus æquales memorant. Qui Orosius iam tum Burgundiones Germanos agnoscebat fideles: id beneficij collatum illis est occasione Hunnorum incursionis, vt operæ precium sit copiosius narrare: quomodo ante hæc tempora Germaniam Hunni sint depopulati. Socrates hoc modo narrat. *Est gens quadam barbara locum trans Rhenum fluuium incolens, quos vulgò Burgundiones vocant, Hunnorum gens crebro in eorum fines inuasionem faciens, agros depopulata est, & complures eorum non rarò trucidauit. Itaque illi non ad hominem vllum auxily petendi causa confugiunt; sed Dei alicuius potestati se totos committere in animos inducunt. Ac cum mente complecterentur, Romanorum Deum illis, qui illum metuunt & reuerentur firmum adferre præsidium, omnes communi consensu ad credendum in Christum se contulerunt, atque ad ciuitatem quandam Galliæ profecti, postulant ab Episcopo, vt Christianorum Baptismo donentur. Is cum illis septem dies præscripsisset ad ieiunandum, eosq; in fide erudijsset, octauo die lauacro baptismatis tinxit, & cum pace dimisit. Illi verò animo fidenti contra Tyrannos gradiuntur: nec spes illos fefellit. Quippe Vptaro Hunnorum Rege nocte cùm se cibo nimio ingurgitasset, medio disrupto, Burgundiones Hunnos Duce carentes adorti, pauci cum permultis* (tria enim millia contra decem millia impetum faciunt) *commisso prælio victoriam reportarunt.* Sabellicus putat hanc Hunnorum irruptionem anno 300. contigisse. *Hunni*, inquit, *Scythicum genus hominum sedes ab initio habuere Riphæis montibus propinquas; horum pars vna anno salutis humanæ circiter* 300. *vltrà Mæotidem per Orientem & Asiam longè euagata est: alij Mandulco & Subtaro Regibus Gothorum gentem bello adorti, qui circa Istrum habitabant multis fatigatos prælijs sibi vectigales fecere. Ceterum Mandulco defuncto, Subtarus Burgundijs bellum intulit: verùm Burgundij suis opibus diffisi ad diuina confugiunt. Fuit res Burgundica multò superior eo prælio, viceruntq; egregiè, qui vinci consueuerant. Hunni Subtaro cadente cum multa strage dissecti sunt. Qui prælio superfuêre, terram vnde profecti sunt, afflictæ sibi fortunæ conscij repetunt.* S. Paulinus in vita S. Martini etiam Hunnorum in Gallia irruptionem refert. *Cùm subitò pauefacta metu grauiore Auxiliatores pateretur Gallia Chunos.*

Occasionẽ dant conuersioni Burgundionum.

Anno 300. in Germania.

Socrates lib. 7. c. 30.

Sabel. Enn. 8. l. 1.

In Gallia.

Conciliatio sententiæ, de origine, & sedibus Hunnorum.

Hæc fuerunt fusius inuestiganda, vt veritas Vrsulanæ historiæ, Hunnorum origo sedesque & antiquitas cognosceretur, & dissonæ grauissimorum auctorum sententiæ in concordiam adducerentur: quod hac ratione consequemur, si dixerimus Hunnorum primas sedes & originem Scandiæ deberi, mille & pluribus ante Christum natum annis, eiusque meditullio Middelpadiæ. Deinde Hunni vnà cum Gothis Rege Berico Scythiam minorem cis Tanaim sensim occuparunt, & sedes inter Boristenem fluuium ac Amadocos montes habuerunt Ptolomæo teste, quos vna voce Claudianus videtur Gothunos appellasse, & Vopiscus Gauthunos.

Sed postea, quam Gothi & Hunni transita palude Mœotide totum iam per Orientem dissipati Cimmerias sedes magnam partem deseruissent, & ex abiectis Hunnicis, Gothicisque feminis, gens Hunnorum noua (longè ante Alexandri ætatem) prodijsset, illa Cimmeriam totam eiectis maioribus & parentibus suis Gothis & Hunnis occupauit: & hos videtur Dionysius Hunnos sub Augusto nominasse, qui postea transmissa palude, subactisque iam Alanis & Gothis regnum condidêre, quod Attila debellata Scythia tota, mirificè prouexit ad summam potentiam. Ita habemus mille annis S. Vrsula vetustiores Hunnos: & eorum bella etiam in Germania centum ante Attilam annis.

Restat

De Hunnis, qui fuerint in exercitu Romano.

Restat quarta capitis pars excutienda, quæ qualesq; Hunnorũ gentes Imperatore Maximino Virgines Vrsulanas Coloniæ trucidarint: id inde conficietur, si quæ diligenter Gentiles Scriptores de belli Cæsaris in Persas & Germanos apparatu, de militum armis, patria, delectu narrant, considerentur. Redierat è Persia victor anno præcedente Alexander, Herodiano teste, quam triplici infestarat exercitu, vnum ab ortu per Parthiæ fines immiserat; alterum à Septentrione per Armeniam, & Mediam; tertium ab ortu per Mesopotamiam: pugnandum cum barbaris fuerat, quorum bellandi genus ita describit idem: *Arcubus & equis non in prælio tantum more Romanorum vtuntur, sed à pueritia etiam enutriuntur vnà venatu inuigilantes, pharetratiq; semper, ac nunquam ex equis desilientes, siue bellum gerant, siue feras conficiant.* Vtebantur Romani præter Romanas & Illyricas legiones, mercenario milite, Syriaco, Aegyptio, Parthico: debellatis autem Persis (vt plerique contra Herodianum asserunt) hostilibus armis Romanos armauit milites, auxitque copias Asiaticis gentibus, quæ iaculandi peritia Germanos præcellebant. *Alexander*, ait Herodianus, *Mauros complures, ac vim ingentem sagittariorum, quos secum ex Oriente adduxerat, partim ex agro Osdroænorum* (circa Mesopotamiam) *partim è Parthia transfugas, pecuniaue illectos aduersus Germanos instruebat. Quippe huiusmodi milites maximè Germanos infestant, cumq; & Mauri longius iacula intorqueant, sintq; faciles ad incursus, recursusq;, vtpote leues, atque expediti, & sagittarij, vnde Germanorum capita prægrandiaq; illa corpora facilè eminus, veluti signum aliquod contingant.* Et lib. 7. *Collecto exercitu omni, ac ponte intrepidè transito, bellum Germanis intulit. Secuta illum magna vis mortalium, ac penè omnes barbarorum copiæ* (quorum in numero censentur Hunni) *Adhæc Mauritij iaculatores, sagittarijq; quamplurimi. Præterea Osdroæni quamplurimi, & Armeny, quorum hi Romanis subiecti, illi in amicitiam fuerant, societatemq; adsciti. Tum si qui ex Parthis aut pecunia conducti, aut transfugæ, aut item capti bello Romanis seruiebant. Hæc autem multitudo coacta ab Alexandro prius, aucta dein, atque exercitata à Maximino fuerat. Ceterum iaculatores, sagittarijq; gerendo aduersus Germanos bello magno idonei videntur, siquidem expediti hostem opprimunt incautum, facileq; in tutum se recipiunt.* Consentit Lampridius. *Sed omis apparatus militaris, qui postea est ductus in Germaniam à Maximino, Alexandri fuit, & potissimus quidem per Armenios, Osdroënos, & Parthos, & omnis generis hominum.* quibus verbis etiam Hunni veninnt, Gothi, & Alani. & Capitolinus. *Post hæc transijt in Germaniam, cum omni exercitu, & Mauris, & Osdroænis, & Parthis, & omnibus, quos secum Alexander ducebat ad bellum: & ob hoc potissimum Orientalia secum habebat auxilia, quod nulli magis contra Germanos, quam expediti sagittarij valent.* Duo vel maximè, tam Alexander, quàm Maximinus, ad domandam Persiam, & Germaniam requirebant in militibus, celeritatem & iaculandi peritiam: vtraque re præ ceteris gentibus Hunni, Gothi, Alani, Massagetæ, propinqui Parthis & Armenijs excellebant: erant hi gens vna, nominibus tamen & locis discretæ, paribus vtebantur armis. de Massagetis, seu Osthrogothis ita canit Dionysius.

Cùm è Persia victor rediret. *Lib. 6.*

Sagittarij maximè electi.

Lib. 7.

Vtiles cõtra Germanos. *Lampridius in Alexandro.*

Capitolinus in Maximino.

Tales Massagetæ seu Ostrogothi.

Inde ortum versus rapidi trans flumen Araxæ,
Massageta, celeres docti vibrare sagittas.
In quorum nec ego ipse manus, nec quisquis amicus
Incidat, hospitibus haud gens crudelior illa.

Eodem armorum genere præcellunt Parthi iuxta portas Caspias, quibus versus ortum propinquant Massagetæ, Hunni verò grauissimorum testium auctoritate iuxta easdem portas residunt, ita à Dionysio descriptas.

& Parthi propè portas Caspias.

Solis ad exortum portas super vsque remoti
Caspiacas, quæ consistunt sub rupibus altis,
Asiacæ claues terræ, qua se via duplex
In Boream austriq; domos tendentibus offert,
Altera in Hyrcanos, in Persidis altera montes
Caspiacas autem ad portas, pede degit in imo
Parthorum metuenda arcu mauortia pubes,

Omnigenæ callens pugnæ, queis cura frementes
Flectere equos pueris, & ſpicula tendere cornu.

Origine Gothi.

Sunt autem Parthi origine Oſtrogothi, ſeu Maſſagetæ mixti Hunnis, qui Taunaſio Rege cum Aſiam ſubegiſſent, Aſiæ delectati fertilitate non cum Gothis repetere Cimmerias ſedes, ſed ibi regnum auſpicari voluerunt, ab ipſis ideò Parthi quaſi fugaces, profugi vel exules nominati, vt etiam Iuſtinus lib. 41. ſignificat. Iornandes fuſius narrat: *Hodieq́*, ait Iornandes, *fugaces lingua Scythica, quod eſt Parthi dicuntur: ſuoq́ generi reſpondentes inter omnes penè Aſiæ nationes ſoli ſagittarij ſunt, & acerrimi bellatores.* Hos autem S. Hieronymus Hunnos vocat: Et quos Ruffinus in Imperium armauit Hunnos ex horum confinibus locis eduxit, vt ex Claudiano dixi.

Iuſtinus lib. 41. Cap. 6.

Vocantur Hunni à S. Hieron. *Claud. in Ruf.*

Quæ ferè via fuit Alexandri militis, dum Perſas inuaderet: & ex iſdem locis nouas colligeret copias. Dum verò Armenios conſcribit, ijs Perſiſque confines Ephtalitas Hunnos albos (qui videntur ijdem cum Georgianis eſſe) auctorauit, nam & ab his ſæpè Perſæ ſunt triumphati, & irrumpere facilè in regnum eorum poterant. Sed nulla tamen aptior gens, tam ad Perſas debellandos, quàm Germanos, Hunnicâ, quę Ponto vicina Cimmeriam obtinebat: nec adeò longè diſtabat ab Antiochia, quam Hieronymi tempore cinxerat obſidione: teſtatur autem Herodianus reducem à pugna Perſica Alexandrum Antiochiæ *copias inſtauraſſe, quaſi iterum in Perſas ductu-rus*. ibi commodè portis reſeratis, Albanicis & Sarmaticis euocare veros Hunnos Maximino licuit, & eos Romanæ militiæ ſuccenturiare: erant enim omnibus orbis nationibus & ipſis Gothis velociores, & iaculandi peritia feliciores, licet enim & forte rectè, Gothos dicat Ioannes Magnus vocatos eſſe *Scythas ab aſſidua ſagittandi exercitatione, quod lingua Gothica ſagittariæ artis peritum deſignat*, quos Iulius Pollux toxotas & ſagittarios nominauit, ea tamen præ ipſis laus Hunnis attribuitur, vnde de ipſis Sidonius:

Io. *Magnus lib. 1. c. 27.* *Pollux li. 8. de Athen. foris.*

Hunni peritiſſimi ſagittarij. *Sidonius lib. 9.*

Sed Scythicæ vaga turba plagæ feritatis abundans,
Dira, rapax, vehemens, ipſis quoque gentibus illic
Barbara barbaricis.
Hæc habet & teretes artus, & ſpicula cordi
Terribiles certáq́ manus, iaculisq́ ferenda
Motis fixa ſudes, & non peccante ſub ictu.

& perniciſſimi equites. *Cap. 50. & c. 24. Marcellinus l. 31.*

Iornandes licet Gothis promtiorem det vſum gladij: aliis alia: de Hunnis tamen affirmat *ſagitta præſumere*: natosque facit ad pernicitatem, & iaculationem. *Exigui quidem forma, ſed arguti, motibus expediti, & ad equitandum promtiſſimi, ſcapulis latis, & ad arcus ſagittaſq́ parati*, ab eadem pernicitate ſic eos Marcellinus cõmendat, ob pernicitatem *leues & repentini, & omnium acerrimi bellatores, qui procul miſſilibus telis, acutis oſſibus pro ſpiculorum acumine arte mira coagmentatis*, vehementer affligerẽt hoſtes. vocat eos *procellam ſubitam* & *turbinem*. Claudianus *volucres* dat eis *equos*. S. Hieronymus *pernices* & *volitantes*, quibus vecti *inſperati vbiq́ adeſſent, & famam celeritate vincerent*. Ipſi etiam Hunnorum Reges, vt Olympiodorus Orator ad eos miſſus tradit, iaculandi peritia maximè celebrabantur. Ità videtur Maximinus, cùm in Armenia eſſet Alexandri iuſſu gentem, etiam illam ad Perſas domandos aptiſſimam, & vicinam, auctoraſſe militiæ, & ſub ſignis in Germaniam duxiſſe, nulla enim inter dictas nationes ad configenda Germanorum vaſta corpora promtior, agilior, aptior: & cum periculum eſſet, ad id euadendum & recedendum pernicior: quã Hunicam gentem Herodianus primo loco ponit his verbis: *penè omnes barbarorum copiæ*: proximè eos locat *Mauros*, quos à ſimili pernicitate, iaculandiq́ue peritia celebrat. Lampridius his vocibus Hunnos indicat: *Omnis generis hominum*: clarius Capitolinus eoſdem ſic deſcribit: *& omnibus quos ſecum Alexander ducebat ad bellum: & ob hoc potiſſimũ Orientalia ſecum habebat auxilia, quod nulli magis contra Germanos, quã expediti ſagittarij valent*. Herodianus autẽ qui Mauris præmittit alias barbarorũ copias innominatas, & Mauris, & illis idem adſcribit, quod ſolis Hunnis dat Claudianus & Marcellinus: *Quippe*, ait hic, *huiuſmodi milites* (Hunni) *maximè Germanos infeſtant: cumq́ & Mauri longius iacula intorqueant, ſintq́ faciles ad incurſus, recurſusq́, vtpote*

Olympiod. apud Photiũ in Biblioth. cod. 80.

Numerant Scriptores eos inter gentes innominatas. *Herodianus. Lampridius. Capitolinus. Lib. 6.*

vtpote leues atque expediti, atque ſagittary. Quamuis igitur Hunnorum nomen, nec illi non exprimant nondum Latinis adeò peruulgatum: ita tamen aliorum barbarorum populorum nomine deſcribunt ipſos ab ijs, quæ Hunnis propria ferè ſunt, vt non poſſint alijs ea meliùs accommodari. Habemus igitur primò in exercitu Romano tempore Maximini veros Hunnos Aſiaticos: quos Dionyſius trans Tanaim locat, maiores Attila, ſuis notis ſatis expreſſos in Orientalibus auxilijs, & alijs innominatis barbaris gentibus: & ipſos confines Armeniæ, Perſiæque Euthalitas ſeu Georgianos. 1. Hunni Aſiatici adfuerunt.

Nec videntur ſecundo Europæi, quos Ptolomæus cis Tanaim inter Alanos, Gothosque ſtatuit, defuiſſe: quos longè ante bellum Perſicum Maximinus iuſſus erat Romanę militiæ rudimentis imbuere. Nouam confecerat legionem quartam tironũ Alexander, vel potius eius iuſſu Maximinus, patria Thrax, origine Gothus, & Alanus, quæ gentes eum mirificè diligebãt, inde nec inuiti eo tribuno recens ab Alexandro reuocato militabant, *ſub Macrino*, ait Capitolinus, *à militia deſijt, & in Thraciam in vico vbi genitus fuerat, poſſeſſiones comparauit, ac ſemper cum Gothis commercia exercuit: Amatus eſt autem vnicè à Getis: quaſi eorum ciuis, Alani quicunque ad ripam venerunt, amicum eum donis viciſſim recurrentibus approbabant.* 2. Europæi. *Capitol. in Maximino.*

Ex his ergò iuſſus multos Reipublicæ Romanæ optabiles Maximinos facere; item ex Hunnis in medio Gothorum & Alanorum ſitis, ipſos & Pannones, Thracesque ciues ſuos delegit tirones, quos ſibi per omnia pares redderet, & aptaret velut corporis cuſtodes: quorum etiam ſtudio poſtea cæſo Alexandro inuaſit Imperium. *Quapropter*, ait Herodianus, *adoleſcentes, quorum bona pars ex Pannonia erat, lati virtute Maximini obtrectabant Alexandro:* alios enim, vt dixi, finitimis è Gothis, Alanis & Hunnis ſelegerat: quibus omnibus inſtituendis Cæſar eum Tribunum dederat auctore eodem. *Hunc Maximinum ob rei militaris peritiam tirontbus vniuerſis Alexander præfecerat, quos ad militiæ munera exerceret, atque ad bellandum idoneos redderet.* Verba Cæſaris Capitolinus recenſet. *Statim illum Tribunum legionis quartæ ex tironibus, quam ipſe compoſuerat* (vox ambigua eſt ad Alexandrum & Maximinum poteſt pertinere, vel vtrumque hoc modo, quam iuſſu Cæſaris ipſe compoſuerat) *& eum in hæc verba prouexit. Veteres milites tibi Maximine mi cariſſime atque amantiſſime idcirco non credidi, quod veritus ſum, ne vitia illorum ſub alys inoleſcentia emendare non poſſes. Habes tirones, ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem eos fac militiam addiſcere: vt mihi multos Maximinos Reipublicæ optabiles ſolus efficias.* Taxat his verbis ignauiam totius exercitus effeminati nimium & corrupti Imperatore Heliogabalo mulieroſiſſimo: nec ſuccurrebat via commodior diſciplinam veterem caſtris reſtituendi, quam ſi Maximinus tirones è Pannonia, Thracia, Gothorum & confinium fortiſſimarum gentium ſtirpe genitos, indole, robore & ingenio Maximino ſimiles, etiam militari gloria pares efficeret: vt ita ceteri Tribuni, Romanæque legiones huius facinoribus præclaris ad eadem decora exſtimularentur. Non poterat Maximinus à Romanis, à quibus, vt barbarus ridebatur, ſperare gloriam: Alanos igitur, Hunnos, Gothos, Pannones, & Thraces laboris & diſciplinæ patientes, & ſibi deuinctos adlegit, è quibus nouos formaret Maximinos. Hunnos verò illos Europæos ſeculo ante ſanctam Vrſulam à Ptolomæo cis Tanaim conſtitutos, ſeculo ſequenti poſt ſanctam Vrſulam adhuc militari gloria floruiſſe argumento eſt, quod Vithimeri Regi Oſtrogothorum contra Aſiaticos Hunnos maiores Attilæ & alias barbaras gentes, teſte Marcellino, venerint auxilio: quorum virtute victor triumphauit: vt hinc reddatur veroſimillimum, præter Aſiaticos veros Hunnos, etiam Europæos Romanis militaſſe, incolas minoris Scythiæ: horum verò maiores è Scandia non adfuiſſe reor: niſi quis diceret illos cum Germanis antea Galliam eodem anno infeſtaſſe, & ijs deuictis ante Vrſulanum Martyrium, vt in Perſia contigerat, ex ijs bello captis in militiam recepiſſe: cum conſtet poſtea Maximino 40. millia Germanorum militaſſe. *Marcellinus l. 31.*

Accedit tertiò veros Hunnos adfuiſſe, quia Gothis, & Parthis inmixti ſemper fuerunt Hunni, qui Rege Berico cum Gothis è Scandia profecti Scythiam minorem occuparunt: & Rege Philimero media ſui parte relicta cis Tanaim, Mœotidem paludem 3. Cum Parthis Hunni fuerunt.

ludem transiuerunt: moxq; Rege Taunasio totam Asiam sibi submisere, quibusdam Gothis & Hunnis in Parthia relictis, noui regni cõditoribus: quos omnes Herodotus quidem Scythas, S. Hieronymus verò vocat Hunnos: vnde cum Parthi fuerint in exercitu Romano, qui necem intulit Virginibus Vrsulanis: ijque origine partim Hunni, partim Gothi sint, ab Hunnis rectè dicuntur interfectæ: horum similes videtur Vopiscus & Claudianus Gothunos nominasse, mixtos ex Gothis & Hunnis.

4. Maximinus Imperator Hunnus rectè dicitur.

Quartò, Maximinus genere paterno Gothus, Alanus origine materna, rectè potest Hunnus appellari: nam à Gothis, Hunni & Alani prodierunt: ijdem etiam Hunnorum nomine gloriabantur. Constat Gothos & Alanos origine Germanos fuisse è Scandia ortos: quod è vetustioribus, ita probat Irenicus. *Alani verissimi Germanorum è Scandia quoque emerserunt: Ptolomæus eos Scythis adscribit: grauior & verior sententia Gothos, Alanos dicere, iuxta Iornandis sententiam. Adde quod Procopius lingua Gothorum vsos dicit.* Consentit Birckheimerus: *VVandalos ex Gothorum ortos esse gente, quemadmodum & Sciros, Gepidas, Alanos, & reliquos nationis Gothicæ populos: inter quos nihil præter solam interfuit nomenclaturam: eisdem enim institutis, eademq; vtebantur lingua.*

Irenicus. Gothi & Alani eadem gens Germanica.

Birckheimerus in descript. Germ. mihi f. 700.

Sed iam Christi ævo docuit idem Dionysius:

Dionysius.

Densa virum soboles Mœotidis vsque sub ora
Germani, Samataq;, Getæ simul & Bastarnæ
Dacorumq; ingens tellus, & robur Alanum.

Ex Gothis verò & Hunnis commilitonibus Hunnos Asiaticos prodijsse, sæpiùs dixi, & apertè docent Priscus, Procopius, Iornandes, Ioannes M. & alij: vnde de his omnibus & multis alijs gentibus vniversè pronunciat ex alijs Irenicus. *Fuerunt multi gentium illarum, vt Iornandes, & Barnefridus inquiunt, nomine tantum discreti, ceterum vna gens.* Accidit verò vt cum populum aliquem deuicissent, ab eo, vel loco nomen mutuarent, vnde à montibus Alani, à gente Cimmeria victa, Cimmerij sunt appellati: Et cum ijs Rex Gothus origine præesset, Gothi: cum Hunnus Hunni communiter vocabantur. Ita cum sub Attila Reges Ostrogothorum, Alanorum, Gepidarum & alij ferè 30. militarent, totus exercitus Hunnorum est appellatus. Imò Gothi præcipuè Hunnorum, velut perhonorifico nomine gloriabantur auctore Iornande. *Ne verò*, inquit, *quis dicat, hoc nomen à lingua Gothica omninò peregrinum esse, nemo est, qui nesciat animaduerti, vsu pleraque nomina gentes amplecti, vt Romani Macedonum; Græci Romanorum; Sarmatæ Germanorum; Gothi plerumque mutuantur Hunnorum.* Erat orbi terrarum Hunnorum nomen, iam inde à Valentis tempore verendum & formidabile: ex quo deuicti ab alijs Alani, Gothique sub Hunnorum vmbra nomineque pace fruebantur: vnde cum Attila VValamiris Gothorum Regis consilio viribusque præcipuè niteretur, vt licet ad 30. Reges alios subiectos, in castris tantum Ducum & tribunorum munere dignaretur, VValamirem tamen regio coleret honore, cuius consilijs multum tribuebat: nihilominus cum Rege suo Gothi, tunc Hunnorum gaudebant nomine: quod postea magis sibi vindicarunt, cum primi defecissent ab Attilæ filijs, & reliquas gentes exemplo suo ab eorum societate dimouissent, mox enim duobus eosdem prælijs attritos, Hunnos in quosdam angulos Scythiæ depulerunt, eorum sibi gloria nomineque arrogato, quorum etiam se nouerant progenitores exstitisse. Atque ita iure potuit Maximinus origine Gothus & Alanus, Hunnus & Hunnorum Dux nominari: cum iam Alexandri ævo Massagetæ & Gothi teste S. Hieronymo eodem Hunnorum nomine venerint. Adde cum ipse ex gente Gothorum & Alanorum complures exercitui Romano milites auctorarit: ij sunt Hunni vocati, & ipse Iulius Maximus propriè Dux Hunnorum appellatus.

Irenicus l. 6. c. 2.

Victores Gothorũ ijs suum imposuerunt nomen. *Cap. 9.* Gothi gloriantur Hunnorũ nomine.

Vicerunt eos. *Iornandes. Ioannes M. l. 9. c. 9.*

5. Pannones potuerunt Hunni vocari.

Quintò, Tirones etiam Pannones, quos Maximinus artibus Romanæ militiæ erudiebat, non incongruè nomen Hunnorum habere potuerunt: constat enim Rege etiam Attila Hunnos, & postea genitos ex ipsis Auares in Pannonia sæpè resedisse: Longobardis verò Duce Amboino migrantibus inde in Italiam cùm Annum 560. quietas sedes summa voluntate discedentium obtinuisse, donec à Carolo Magno cæsa nobilitate sunt deleti, teste Eginhardo. *Barnefr. l. 2. c. 7.*

Maximum, inquit, *quæ ab illo gesta sunt bello-*

bellorum, præter Saxonicum huic bello succeßit, illud videlicet, quod contra Auares, siue Hunnos susceptum est. Quot prælia in eo gesta, quantum sanguinis effusum sit, testatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus, in quo regia Cagani erat desertus, vt ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat. Tota in eo bello nobilitas Hunnorum periit, tota gloria decidit, omnis pecunia, & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt, vt merito credi posset, hoc Francos Hunnis iustè eripuisse, quod Hunni prius alys gentibus iniustè eripuerant. Hactenus Eginhardus. Quare cum Maximinus ad necem Alexandro, & Virginibus inferendam adhibuerit legiones Pannonicas: eædem postea sunt Hunnicæ nominatæ à S. Cuniberto eo iure, quo sacer codex gesta priora ciuitatis Dan, vel Hierosolymæ recenset sub eodem nomine, quod seculis multis post ab exteris colonis & aduenis obtinuit: & velut Francis tribuimus, quæ Galli longè antè Francorum aduentum effecerunt.

Sextò denique, quoniam Attilanorum, Hunnorum effera barbaries omnium gentium crudelitatem longissimè superauit, calamitatesque priorum temporum ab alijs illatas ferè obliterauit, factum est, vt multis in locis clades ingentes VVandalorum, Francorumque sint Hunnis & Attilæ tributæ, licet longè ante, vel post eius etiam interitum euenerint: sicut contra in quibusdam Galliæ locis accidit, vbi VVandalorum vastatio fuit immanior, in his ipsa clades Attilana fuit VVandalica nominata, mira nominum, temporum, & rerum gestarum perturbatione. Hunc errorem in Flodoardo, & Hincmaro veteribus Remensis Ecclesiæ Scriptoribus eruditè corrigit hoc modo Chiffletius. *Nec mirum*, ait, *erratum in hac parte ab ijs, qui nostrorum p. 2. Vesunt. in Antidio. 11. institutum ordinem instituerunt, atque Antidium ferè in Attilæ tempora reiectum, cùm nihil sit frequentius apud Scriptores, qui res per ea tempora gestas prodidere, quam vt eas Galliarum clades, quæ frequentes fuere à Stiliconis temporibus ad Attilam* (ab Anno 406. ad 453.) *inter se confundant, easq; generali VVandalicæ persecutionis nomine designent. Flodoardus hist. Rom. l. 1. c. 6. S. Nicasium Remensem asserit passum à VVandalis tempore Amani Aurelianensis, & Lupi Tricassini: quos certum est Attila in Gallys grassante floruisse, sed eum VVandalos ab Hunnis nec nomine, nec tempore distinxisse perspicuum est, tum ex eo, quod habet ipso initio capitis octaui,* Sub eadē VVandalorū, vel Hunnorū persecutione, quidā Dei seruus, *&c. Quasi Hunni VVandali sint: tum etiam, quod de hac Galliarum vastitate, S. Hieronymum agere dicit ep. ad Ageruchiam, qui certè cùm obierit Anno 420. scribere non potuit de Attilæ clade, quæ contigit Anno 451. & sequentibus: sed de illa agit, quæ propriè VVandalica dicitur, quæque Anno maximè 407. Gallias penalè habuit, in qua etiam occubuisse cum socys S. Nicasium Remensem Episcopum* (non autem vt plerique dixerunt sub Attila) *vero similius putamus cum Baronio Anno 407. num. 42.* 6. Hunnis ob immanitatem multa tribuuntur, quæ ab alijs facta sunt. Idem cum Wandalis confunduntur.

Quod verò Hincmarus, qui octingentis circiter ab hinc annis eandem Remensem Ecclesiam rexit, c. 17. cuiusdam suæ epistolæ dicit, eodem tempore S. Amanum Aurelianensem, & Lupum Trecensem VVandalis restitisse, quo Nicasius Remorum Archipræsul, non obscurè significat se populos omnes Aquilonares, Hunnos, Sueuos, Alanos, Burgundiones, Francos, Gothos, Gepidas, Sarmatas, alios q;, qui annis fermè 50. prænotatis, miserè Gallias vastarunt, vno VVandalorum nomine comprehendere, omnesq; irruptiones illorum, quod exiguis discretæ fuerint interuallis, quasi pro vnica censere. Idem Chiffletius in contio fol. 97. ait: *Quin & Monasterium in summo Dianæ colle erexisse, quod postea destructum à VVandalis VVandalorum nomine Hunnos Attila Rege, circa Annum 451. aut 453. per Gallias effusos hic intelligi puto, quod frequens esse apud Historicos, monui in Antidio.* Vix semel æuo Hieronymi Hunnicam crudelitatem circa Annum ferè 395. Romani experti fuerunt, & multa priorum ac posteriorum temporum ipsis auctoribus adscripserunt. In vita S. Seruatij crebra Hunnorum fit mentio: multi ea temporibus Attilanis errore tribuerunt; id luculenter ostendunt recentiores Tungrensium rerum Scriptores. Aegidius Buchier ita tradit. *Omninò statuendū est, Hunnos, vtpote truculentißimos, & vulgò tum maximè cognitos, ac formidabiles, pro cetera barbarie in Gallus etiā irruptura nominari, vt cum pro genere specie, aut pro obscuriore celebrius vsurpato Scriptoribus sacris q; Prophetis more ponitur. Atque hoc eodem accipiendum sensu* p. 2. in Leontio f. 97. Buchier. 5. disp. hist. f. 34.

moneo, quidquid ab antiquis rerum nostrarum Scriptoribus de vrbium, aut regionis alicuius excidio refertur, videbis eos passim omnia populatori Attilæ adscribere, etsi pedem ille nunquam in illas oras intulerit: & infrà. *Quæ à VVandalis Francisq; stragem acceperunt, ea solis Hunnis Attilæq; tribuuntur*: *seu quod maximè celebres & sæui* Repetit & cõfirmat Bucherij dicta Fisen. *Hunni*, ait, *præceteris celebrati sunt, quia reliquis immaniores, magis formidabiles, ita non rarò pro obscuriori celebrius ponitur. Hoc sensu monet accipiendum Bucherius, quidquid ab antiquis rerum Scriptoribus, de vrbibus euersis vastatisq; regionibus refertur, Attilæ passim tribuunt: etsi pedem ille nunquam in illas terras intulerit, & longè antea atrociore nimirum, diuturnioreq; VVandalorum, aut Francorum populatione corruisse debuerit, quidquid vsquam erat splendidius.* Idem ante hos circa vastationes Francorum post Attilana tempora secutas obseruauit Beatus Rhenanus. *Post Attilam*, inquit, *in interiorem Galliam digressum, quidquid supererat, quod ille non perdidisset, in proximis Rheno prouincys, hoc est, in Germania prima, & secunda Franci, & Alemanni Hunnum statim secuti prorsus euerterunt: nihilominus tota vastatio populatori Attilæ tribuitur.* Congruenter his Serarius noster ea verba Sigebrandi *Passi sunt sancti Martyres Aureus & Iustina cum socys, sub Attila Hunnorum Rege, anno post partum Virginis 454.* ita interpretatur. *Sub Attila propriè facta hæc non sunt: cum à Gallia tam procul in suas sedes iam fugisset, mortemq; tum oppeteret, eius tamen facta temporibus dici possunt.*

Fisen. lib. 2. Ann. 384.

Post Attilam gesta ei tribuuntur. *Rhen. l. 1.*

lib. 2. Meg. c. 17.

Iam verò sicut S. Hieronymi tempore, quo primum Hunni fœdè Romanum Imperium (de quo quidem Scriptores Latini passim meminerunt) lacerarunt 20 annis ante, vel post gesta ijs sunt attributa: ita cum S. Seruatij tempore fermè circa annum 383. & vita eius, & S. Ambrosius æqualis eorum feciſſet mentionem; alibi 20. annis ante populationes quædam Galliæ varijs à gentibus illatæ, sub Hunnis dicuntur contigisse. Vita S. Huberti memorat castrum Ambra, sub annum 363. ab Hunnis subrutum, inde post 337. annos vastum, & incultum mansisse, donec à Plectrude, quæ anno 700. floruit, charta de cœlo lapsa fuit instauratum. Exstat in Andainensi Monasterio Cantatorium, vt vocant, ante sexcentos conscriptum annos, in quo hæc leguntur. *In pago Arduennensi quoddam castrum Ambra dicebatur, eò quod Amberlacensis Fisci caput haberetur, quod funditus euersum Hunnis vastantibus Gallia per annos ferè 337. desertum ad nihilum deuenerat.* De eodem ita Chronicon Belgij: *Iste* (VValcandus) *in Ardenna Andagium cœnobium construxit; hæc est Abbatia S. Huberti de Ardenna. Andagium verò fundauit quidem S. Beregisus, sub Pipino Principe, & eius vxore Plectrude, per literas cœlitus destinatas, & ab ipsa Plectrude susceptas, in quo loco fuit castrum Ambra caput Amberlaci Fisci: quod castrum ab Hunnis fuit ex toto destructum, ante 337. annos: & Ecclesia S. Petri in eodem castro omninò diruta.* Clades verò temporis notati 363. & 15. sequentium, gentesque, quę Gallias afflixerunt post Iulianum, æqualis describit Marcellinus.

Anno 363. Hunni dicuntur Gallias vastasse.

Vita S. Huberti q. 8. f. 455. Chron. M. Belg. in VValcando f. 51.

Idem seculo priore S. Vrsulæ tempore contigit: nam triginta tribus circiter annis Colonia, vicinaque loca, & exterorum direptiones, & ciuiles motus varijs sub tyrannis experta, plurimis iactata procellis est. Vix Vrsulanæ Virgines attigerant Basileam, cum ora Rhenana & Galliæ propinquiora loca Germanorum fortè & Hunnorum è Scandia vastationes subijt.

Circa Vrsulana tẽpora miræ Tyrannorum vicissitudines Coloniæ.

Successit Maximini Cæsaris obsidium Colonienſe, laniena Virginum, & præsidiorum Romanorum occupatio contra Senatus auctoritatem. Postea sub Galieno, tyranni Coloniam sedem Imperij sibi delegerunt: in ea Posthumius interfecto prius ibidem Salonino Galieni filio, septem annis imperauit, Posthumio Iuniore Cæsare nominato: sed idem ob insanam libidinem Coloniæ trucidatus cum filio, cessit tyrannidem Victorino, filioque, qui pariter necati, sepulcrum propè Agrippinam cum marmore meruerunt, hac inscriptione: *Hic duo Victorini Tyranni siti sunt.* Alterius auia, Victorina, Mater castrorum appellata, diu Romanum Imperium contra Germanorum assultus tutata est, quæ velut Augusta Cæsares quinque nominauit, quorum postremi duo fuerunt Tetrici, Senior quidem Galliæ Præses ab Aureliano postea debellatus: Hæ tam variæ tot tyrannorum ambitiones, prælia, neces, magnam

Trebellius Pollio in 30. Tyrannu.

Victorini alterius mater.

his

his locis bonorum direptionem, cædem, & vastitatem attulerunt, vt Hunnicis cladibus potuerint, æquiparari: præsertim quam Maximinus ad Rhenum paucis ante martyriũ Vrsulanum diebus auspicatus est in familiã Alexandri Cæsaris immanitatem exercere, cùm ad quatuor millia cruciamentis exquisitissimis interemit, tunc enim ipsas Busiridis aras, Phalaridis tauros, equos Diomedis, & Procrustis torcularia longè superauit. Vnde quo iure Romani teste Capitolino Maximinum Cyclopem, Busiridem, Scyronem, Phalaridem, Typhonem, & Gygem, pari milites eius Parthos, Pannones, Gothos, Armenios, Osdroenos & Mauros licuit Hunnos ab æuo posteriore nominari: cùm Maximinus Attilam: & milites eius Hunnos crudelitate in Virgines exercita vel æquarint, si non superarint. Atque ita S. Cunibertus auctor, vt putatur, veteris Vrsulanæ historiæ, potuit eos ipsos tot Virginum tam immanes interfectores, Hunnos à feritate sola nominare.

Capitolinus in Maximino.

Hunni Coloniæ SS. Virgines occiderunt.

Hinc manifestè colligitur profanis Scriptoribus non repugnare, Hunnos oram Rhenanam percursasse tempore martyrij Vrsulani: qui licet eos non apertè nominent, vtpote vix Romanis scriptis tunc celebratos, ita tamen notis suis claris locorum, armorumque exprimunt, sub aliarum barbarum gentium nomenclatione, vt eæ vix alijs commodius accommodentur. Adde quod Gothorum, Parthorum, Pannonumque nomine ijdem veniant, vt fusè declaraui, ne sit opus ad Attilana tempora differre sine causa martyrium: præsertim cùm tunc directa ciuitas sit, & quidem verno tempore, Virgines autem Octobri mense, cùm Maximinus propè Rhenum fureret contra Christi fideles, sint interemtæ E Sacris etiam historijs, idem alibi probaui, cum libro primo docui, S. Auctorem primum Archiepiscopum Treuirensem, Anno 237 precibus suis eosdem Hunnos peracta Coloniæ cæde Parthenica ab vrbis Treuirensis inuasione depulisse. Atque ita sacris gentilibusque auctoribus consentaneum est, à veris Hunnis S. Vrsulam cum Virginibus martyrium toleraſſe: vt firma maneat Romani Martyrologij, Cuniberti næ historiæ, & vetustissimæ Colonien sis traditionis narratio, cædis illius auctores Hunnos extitisse, non Attilanos, sed eorum maiores, è Gothis & Hunnis Europæis oriundos, qui Cæsari Maximino tam materno, quàm paterno sanguine ex eadem gente Gothunica nato, propè Rhenum militarunt.

CAPVT XXXIV.

Quæ fides sit habenda reuelationibus Vrsulanæ historiæ.

NEmo in dubium vocat eas reuelationes, quæ viuis quibusdam factæ à Virginibus, vel alio diuino ostento perhibentur, quando indicatis suis nominibus monstrauerunt sepulcri locum, vt quæ S. Cuniberto indicio Columbæ, S. Norberto oranti: & Ioanni de Eppa, quam B. Albertus M. accuratè examinauit; nam nomine eodem in sepulcris monstratis reperto cum corpore eodem loci, euidentem ex euentu, visi demonstrauit veritatem.

Duæ, quarum altera B. Elisabethæ, altera B. Hermanno fuit cœlitus manifestata, in dubium reuocantur. non repeto, quæ fusè sunt à me ea de re disputata.

Sed cùm iam historia Vrsulana, vt quinque his ostendi quæstionibus, etiam sine ijs stet suis connexa membris quasi ansulis; firmata rationibus; fundata in ipsis locorum vestigijs; stabilita diuersorum populorum traditionibus; congruens profanæ, sacræque temporis historiæ, ita quidem, vt si omni vaticinationum adminiculo destitueretur, per se tamen plus soliditatis historicæ retineret, quàm ea quam Galfredus confinxit, Hector ornauit, recentiores pigmentis quibusdam colorarunt; quæri tamen iam iure merito potest, an ijs positis historicis fundamentis, oraculis, quæ eandem confirmant veritatem, & ab ijs profecta sunt, quos Ecclesia, vel consensus bonorum omnium sanctitate illustres declarauit, sine temeritatis nota fides possit

perogari?

derogari? præsertim cùm nihil absonũ, nihil ab Historia antiqua alienũ (quod aliqui falsò re malè expensa, præpropera censura definierunt) contineant; cum omnia, quæ referunt, temporis historiæ profanæ, sacræque quam aptissimè respondeant? Ego sanè non video, cur homines Ecclesiæ iudicio virtutis, & sanctitatis eximiæ, ac summorum Theologorum sententiâ, donatos à Deo spiritu Prophetico arguere quis meritò possit, vel confictæ mendaciter reuelationis, vel temeritatis imprudentis, dum profitentur ea cœlitus à se hausta esse, quæ afflatus humani fallente autore didicerunt: quãdo præsertim multi Archiepiscopi, & Episcopi, Theologique præstantissimi ipsam de S. Vrsulâ narrationem eorum, vt cœlitus haustam approbarunt, ipsæque Romani Breuiarij lectiones ex ijs collectæ existimantur.

Sanctorũ virorum reuelationes si nil absurdi cõtineant, non sunt reijciendę.

Qualis B. Hermanni.

§. 2. Enimuerò vt de S. Elisabethæ titulorum expositione nihil dicam, cum eam cõstet Ecclesię auctoritate Sanctis adnumerari, de solâ B. Hermanni reuelatione pauca attingam. Quæ posset autem emotissimæ mentis maior dementia reperiri, cùm nõdum omnes detectæ reliquiæ essent, & diu post supra mille reperta corpora sint, multa etiam nominibus suis insignita, scribere audere Virginum præcipuarum peregrina nomina, originem, parentes, sorores, officia ac dignitates: addere patriã, Duces, & Comites, ac multitudinem Comitatus? Deus verò, vt huius reuelationis veritatem euidenter demonstraret, centum & pluribus annis post fecit plurima è tumulis educi corpora ijsdem nominibus, cognationibus, officijs, lapidibus incisis, quæ tantoante B. Hermannus Orbi vulgarat.

Ab experientia probata.

Nam cum is anno 1183. sua literis consignaret responsa cœlitus accepta, statimque in Anglia essent publicata per Richardum Præmonstratensem; ac in ijs duarum Cordularum meminisset, & altera quidem sub Gerlaco reperta esset, altera non nisi seculo sequenti exeunte anno 1278. annis 95. post inuenta est magnis prodigijs: at verò S. Odilia, quam c. 6. B. Hermannus octauam facit Ghiliarcharum centum annis post, scilicet anno 1285, vel 1287. effossa est, quæ ipsa non semel se Chiliarcham, dum appareret, nominauit.

Idem c. 6. Benedictam, quam septimam facit Chiliracharum, magni Principis filiam vocat, additque eidem sorores 4. Cornulam, Prudentiam, Sapientiam, Illustrem. Ecce tibi anno 1325. centum quadraginta tribus annis post eam vulgatam vaticinationem, quatuor hæ sorores Principis filiæ è terra cum suis nominibus, cognatione & dignitatis titulo educuntur, Benedicta, Cornula, Prudentia & Sapientia, de sorore quinta Illustri non fit mentio, fortè sine titulo reperta est.

Idem eodem capite cognatam S. Vrsulæ Florentiam vel Florentinam nominat, Ducis Aegidij filiam, quartam earum Principum Virginum, quæ cum S. Vrsula & chiliarchis toti exercitui præerant; eam eodem tempore eduxerunt ijsdem titulis insignitam, & Aegidij Ducis filiam appellatam. Plura possem adferre similia, nisi fastidium Lectoris metuerem, quæ etiam satis ex libro 7. & 8. colliguntur.

§. 3. Hanc cum mecum expendo satis euidentem veritatem B. Hermanni vaticinationum, ipso euentu tot annis comprobatam, quam nullus Hæreticorum inficiari poterit, si tantum historica veritate ei probetur anno 1183. scriptam hanc in Germania admirabilem genealogiam, statimque in Anglia vulgatam, & tam ante eam exaratam 24. annis, quàm post eam 143. annis, inuenta eadem nomina adiectis natalibus, officio & dignitate cum titulis plũrimis: nequeo satis mirari viros etiam Catholicos, tantas mouere lites, & non nisi commentitia vocare acta, quæ claris, diuinis etiam stabiliuntur testimonijs. Indulgeamus concertationibus in rebus Philosophicis, ac Theologicis quæstionibus, perutilis, imò necessaria est ea concertatio, cos vera ingeniorum, vt conuellantur errores Heterodoxorum: at in materia sacrarum reliquiarum, & certorum Sanctorum, quos coluit antiquitas; certa traditio populi comprobauit; grauissimi Doctores defenderunt, litem mouere sine solido fundamento, & id agere, vt ex albo Sanctorum expungantur, non video quid conferat emolumenti: nec scio an satis prudenter fiat, vt homines iudicio Ecclesiæ, & sanctitate & prophetiæ spiritu illustres, sine iusta causa commentorum & somniorum propolæ traducantur, data Hæreticis ansa cauillandi.

Multæ

Multæ circa Reliquias & graues proponuntur quæstiones: & intricatæ mouentur difficultates, quas nobis opponunt Hæretici, cur non vnanimes ijs obstruimus ora? cur ipsos Catholicos inter se committimus? Communis Doctorum & vera sententia tenet, non facilè damnandas, vel suspectas esse censendas sacras exuuias, quas longa retro ætas piè veneratur: stabili nixa fundamento. Cur hic præcipuam partem reliquiarū suspectam reddimus? Cur S. Aetherium sponsum, S. Cyriacum Vicarium, siue Papam, tot Reges & Episcopos abijcimus quingentis ferè annis summa veneratione rectè cultos, ideò, quia nomina eorum sepulcralibus indita titulis indicarunt, quomodo se Sodalitati Vrsulanæ adiunxissent, ipsa vulnera cranijs, & alijs excepta locis cum telis martyrium loquebantur: homines sanctitate illustres Ecclesiæ iudicio, tunc diuinitus afflati edixerunt eos in Martyribus numerandos? cur reuelationes talium erroris arguimus, quando vestigijs locorum testatissimis, populorum traditionibus, & antiquæ historiæ apprimè consentiunt? quando nihil ab historiâ Ecclesiasticâ, vel profanâ, nihil à moribus, & fide dicunt alienum? Vitandæ circa reliquias altercationes.

Hic decet Catholicos consentione pari conniti pro Sanctis ab Ecclesia in Canonem relatis, & eorum sacris reliquijs propugnandis, quas non temerè veneranda Maiorum ætas à multis seculis suscepit honorandas.

Nec conuenit vni vel alteri viro nimis tenaciter ad hærere: potuit is labi, vt ego in pluribus, is in vna, & illa quidem historiâ, cuius mediam partem, M. SS. subsidiorum non habuit, quæ postea reperta sunt, & hactenus in varijs archiuis, sacrarijs & bibliothecis horum locorum latuerunt, vix hucusque comperta fuerunt exteris vestigia Romani itineris, quæ Basileæ, vicinisque in locis exstant, iuratis testibus confirmata: nec series hactenus inuentorum titulorum Vrsulanorum lucem vidit, S. Aureliæ, Sigillindis, Cuneræ, Christianæ & Sodalium gestæ res abditæ tenebris delituerunt: quæ si contigissent eruditissimos viros aduersæ partis vidisse, mutaturos fuisse sententiam existimo: vt confidam cultores harum SS. Virginum excussa semel & approbata historiæ Vrsulanæ veritate, acturos, vt quæ mutata paucorum consilio sunt in Martyrologio Romano, Iurisque Canonici glossa, postliminio in integrum restituantur.

CAPVT XXXV.

An teneri debeat fuisse vndecim millia Virginum incorruptarum in exercitu Vrsulano.

FVisse tot millia prius è fontibus coæuis, & alijs historicis, ac diuinis confirmabo: deinde fieri facilè potuisse docebo, similibus sacris, profanisque historijs. Confirmatur is numerus traditionibus.

Ac primò, Traditiones locorum, per quæ contigit S. Vrsulam peregrinari semper, ita tenaces fuerunt huius numeri, vt iter earum, festum, & historia fuerit tantummodo vndecim millium Virginum nominata. Ita Basileæ, Argentinæ, Coloniæ, Rhenæ à mille & amplius retrò annis, longè etiam antè, quàm corpore S. Vrsulæ reperto huius orbi nomen opera S. Cuniberti vulgaretur, *Festum sanctarum Virginum vndecim millium* dicebatur, & sermone vernaculo vetustiore templa ijsdem dicata, sermones ijs inscripti, festiuitas earundem eilff tausendt Mägde nuncupantur: ipsa Colonienſis ijs consecrata Basilica, paulò pòst martyrium eodem nomine fuit insignita, quod retinuit etiam cum à Clematio fuisset instaurata, vt ex eo tempore, quæ superant, cõmonstrant diplomata, priuilegia, donationes, & contractus eiusdem Ecclesiæ centeni aliquot celebrati, quæ videre licet lib. 9. à c. 8. & lib. 11. c. 19. Vox etiam barbara & contracta, qua nunc etiam vtimur Sanctenuilgen / si rectè iuxta diplomata templi discutiatur, quæ id breuiter sanctarum Virginum, alias sanctarum Virginum vndecim millium nominant, inueniemus literis corruptis, & mollius pronunciatis ex Sanctarumirgen / seu sanctarum Virginum, iam r asperiore consonante in l conuersa, vocem illam barbaram dimanasse.

è titulis. 2. Traditionibus coæui tituli suffragantur. Tres sufficiat adducere, è quibus numerus idē manifestè colligatur. *S. Albina Brittannica vna ex vndecim, quarum qualibet mille adduxit Virgines.* Huic respondent quatuor similes SS. Essentiæ, Baragiæ, Panafretæ, & Tismæ, quibus eadem hæc adiecta inscriptio, *vna de illis vndetim Virginibus:* sed id clarius in S. Ortmariæ titulo sic exprimitur, *quæ attulit S. Vrsulæ de Scotia mille Virgines.* Vnde si nominatæ vndecim fuerunt Virgines, quę duxerunt ordines, & mille Virginibus præfectæ fuerunt, vndecim constat millia Virginum adfuisse.

è gestis Sodalium S. Vrsulæ. 3. His adde SS. Cuneræ, Aureliæ, Christianæ, & Sodalium res gestas proprijs diuersorum populorum traditionibus, M.SS. & historijs comprehensas, quæ summo consensu numerum eundem semper expressērunt.

Sermone antiquissimo. 4. In manuscriptis vetustissimis eminet ante mille & centum annos sermo conscriptus hoc titulo, *in Natali sanctarum Virginum vndecim millium*, is numerum eundem probaturus ait, *possibile autem, & omninò facilè fuit illi, qui credentibus etiam omnia possibilia fore & promisit, & dedit, & hoc quoque modo in solis Virginibus, si vellet mirabilis cunctis gentibus & populis innotescere: Nam humanitatis fragilitate circumdatus plusquam duodecim legiones Angelorum exhibendas sibi à Patre potuit obtinere, regnans in eiusdem carnis æterna maiestate, cum Patre ad sequendum se agnum immaculatum minus, quàm duodecim millia Virginum non potuit exhibere?*

Cunibertina historia. 5. Eundem numerum S. Cunibertus post annum 600. historiæ suæ inseruit, & imperatum S. Vrsulæ cœlitus his asserit verbis. *vt tu Pater & iuuenis, qui me in amorem suum allicit, decem primæuæ ætatis Virgines, & forma, & genere lectissimas, perquiratis, & tam mihi, quàm singulis harum mille Virgines subscribatis.* Numerum hunc completum fuisse testatur sæpius. Cap. 8. *Concordi igitur duorum regnorum studio, iuxta regalem magnificentiam mirificè perfecta classe, completo q. lectissimarum Virginum dispositio diuinitus* Cap. 12. *numero.* iterum: *Scito filia, quod multum concupieras in protectione Dei cœli, cum dulcissimo hoc sororum tuarum contubernio Romam peruenies, peractis q. votis integro comitum tuarum numero iterum reuerteris huc in pace.*

Vita S. Cuniberti. Vita S. Cuniberti à coæuo, vt putatur, scriptà numero subscribit. *Colonia pro Christi nomine Martyrum coruscat sanguine, cum vndecim millium beatarum Virginum, & trecentorum aliorum, & octo Martyrum mediante S. Gereone, cum Socijs suis.*

Consentiunt Martyrologia. 6. Adstipulantur vetustissima Martyrologia.

Beda in Martyrologio: *In Colonia sanctarum Virginum vndecim millium.*

Florus: *Passio vndecim millium Virginum.*

Alia vetustissima M.SS. habent: *in Colonia passio sanctarū vndecim millia Virginum.* Romani etiam veteres fasti numerum eundem conseruarunt: vt, & complures variorum locorum, quos vide lib. vlt.

Lectiones horariæ. 7. Præterea Lectiones horariæ fere totius orbis ante annum 1580. numeri semper eiusdem meminerunt: videri plurimæ earum extremo libro possunt.

Romanum Breuiarium anno 1550. Pontificia auctoritate correctum, titulum festo hunc præfert: *In festo vndecim millium Virginum.*

Collectam hanc subijcit: qua Patres Dominicani vsi pridem fuerunt in officio proprio: *Deus gloria Virginum, & amator earum, qui B. Vrsulæ in palma martyrij contulisti vndecim millium Virginum comitatum, concede nobis famulis tuis earum multiplici interuentu petitionum efficaciam, fidei constantiam, & operis puritatem.* In Antiphona ad Magnificat dicitur: *Virgo Vrsula simul cum vndenis millibus ingeminat.* In hymnis proprijs frequens vndecim millium ibidem mentio, & in Lectionibus numerus semel indicatur. Postea Parisijs recusum officium Romanum contractis Lectionibus bis in eis numeri mēminit. Incipiunt enim. *Passionem vndecim millium Virginum S. Vrsulæ cum socijs,* & in fine Lectionis septimæ dicitur. *& Vrsula cum Cyriaco Papa, & vndecim millibus Virginibus simul applicuerunt.*

Additur alia collecta numeri memor hoc modo. *Deus, qui ad imitandum Passionis tuæ exemplum vndecim millia Virginum, & Martyrum mortis supplicium subire fecisti, concede propitius: vt qui earum passionem constituti veneramur in terris, passionis tuæ remedia consequamur in cœlis.*

Accedunt

8.

Accedunt vetustissima templi Vrsulani Diplomata, loci Archiepiscopi, & Scriptores omnium penè sequentium seculorum. Hermannus Archiepiscopus An. 922. ita in dotatione loci ait. *Ad laudationem Dei, & S. Mariæ, ac ipsarum vndecim millium Virginum.* Et infra: *Iram Dei Omnipotentis, ac S. Mariæ, atque earundem sanctarum vndecim millium Virginum incurrat, & à liminibus ipsius sancti loci excommunicatus appareat.* Diplomata templi anni 922.

Successor eius Wichfridus in vnione Ecclesiæ S. Mariæ, quam cessit Basilicæ S. Vrsulæ An. 927. sic habet: *Propter amorem Domini Saluatoris, propterq; reuerentiam vndecim millium Virginum inibi requiescentium.* an. 927.

Idem in Diplomate circa bona in Engelstadt, ita cõcludit. *Actum publicè in præfata XI. milleVirginum Ecclesia 9. Calen. Decemb. An. gloriosissimi Regis Ottonis sexto, Indict. 14.* an. 940. circiter.

Sequenti seculo Canonica loci literis in Archæo contentis hoc subscribit modo: *Anno Domini 1047. sub Hermanno Bezecha vltima Ancillarum Christi in congregatione SS. vndecim millium Virginũ per manum Aduocati mei Christiani pro remedio animæ meæ.* a. 1047.

Eodem seculo Poëta Germanicis rhythmis vitam S. Annonis Archipræsulis complexus, dum enumerat Colonienses Martyres, ita canit: Poëta Germanicus. an. 1070.

Dadir reſtit ein ſulich menige van Santi,
Mauricyn herige, vnt eilf tuſent megide.
Hic Thebæa cohors, hîc Mauri cæde necati,
Hic & amore Dei ſuadente vndena ſagittis
Millia Parthenici cœtûs cecidere perempta.

Vita B. Irmgardis, quæ circa An. 1080. floruit. *Comportarat ſecum particulam reliquiarum ſocietatis vndecim millium, & tranſtulit ſe ad locum ſepulturæ vndecim millium Virginum, proſtrauitq; ſe humiliter, ſumens partem terræ ſepulturæ Virginum prædictarum.* Vita S. Irmgardis

An. 1110. Sigebertus in Chronico. *Omnibus bellis famoſius fuit bellum, quod candidatus vndecim millium Virginum exercitus bellauit duce S. Vrſula.* Sigebert.

An. 1130. Otto Friſingenſis. *Hic etiam dum vbique terrarum diſcurrit, vndecim millia Virginum apud Coloniam Agrippinam coronauit.* Otto Friſingenſis.

Dodechinus Abbas de pugna cui Ann. 1147. interfuit: *Victoria tamen obtenta eſt feſto Virginum vndecim millium.* Dodechinus.

Theodoricus Tuitiensis in Chronico M. S. *qui inter cetera ſua flagitia exercitum vndecim millium Virginum, dum Coloniam obſiderent, cum omnibus, qui cum ipſis erant, extinxit, floruit An. 1163.* Theodoricus.

Rogerius Cistercienſis circa An. 1181. ſcripſit librum hoc titulo: *De vndecim millibus Virginum occiſarum.* Rogerius.

Gotfridus Viterbienſis A. 1185. *Idem Attila vndecim millia Virginum ſimul coronauit.* Viterbien.

Robertus Altiſiodorenſis circa A. 1185. *Cyriacus cum vndecim millibus Virginum diſcedens ſedem ſuam reliquit.* Robertus.

Hermannus Steinfeldenſis in proſa. *Vndena demũ millia, ſponſæ tranſmittit Virginũ.* Hermãn.

Anonymus Scriptor coæuus de eo in MS. Steinfeldenſi. *Hermannus hic circa glorioſum exercitum SS. vndecim milliũ Virg. & Martyrũ magnũ deuotionis affectũ conceperat.*

Poſt Annum 1220. Cæſarius. *Cùm in ſtratis & hortis Ciuitatis Coloniæ Beatarum Virginum vndecim millium paſſim oſſa inueniantur.* (gratiæ Deo referantur. Cæſarius. *lib. 8. c. 88.*

S. Gertrudis Saxonica ſcribit: *In feſto XI. millium Virginum,* quo fructu pro Sanctis S. Gertrudis Saxonica

Vincentius Bellouacensis: *Ea conditione, vt decẽ virgines genere, forma, & ætate electas ſibi traderet, & tam ſibi, quàm ſingulis earum mille virgines ſubſcriberet; cuncta, quæ Virgo petierat, impetrauit.* *lib. 4. c. 56.* Vinc. Bell.

Thomas Cantipratan. *Licet igitur vndecim millia Virginum, & multa millia virorum, mulierum, virginum nobilium & ignobilium cum illis euntium & redeuntium Româ coniuncta & cum eis martyrizata ſunt.* Th. Cãtipr. *l. 2. Ap. c. 53.*

Iacobus de Voragine. *Vndecim millium Virginum paſſio hoc ordine fuit celebrata.* Iacobus de Voragine.

Martin. Polonus. *Cyriacus cum vndecim millibus Virginũ, quas Romæ baptizauerat, Co-* Mart. Pol.

Albericus: *Paſſio XI. milliũ Virginũ apud Coloniã mirabiliter facta eſt. (loniam deſcẽdit.* Albericus.

Boëmundus Archiepiscopus Treuirensis in Diplomate indulgentiarum dato Monasterio S. Maximini A. 1292. *Omnibus verè pœnitentibus & contritis, qui ad ipſum Monaſterium in feſto vndecim millium Virginum cauſa deuotionis acceſſerint.* Boëmũd.

Documentum autenticum Metropolitani Capituli Colonienſis anni 1294. *Oſſa plurimorum corporum Sanctarum vndecim millium Virginum ibidem decollatarum effodiſſ.*

Poſt annum 1300 Vndecim Archiepiſcopi vel Epiſcopi. Weſtmonaſterienſis

Poſt annum 1300. An. 1316. datæ eidem S. Maximini Colonienſi cœnobio indulgentiæ à 12. Archiepiſcopis, vel Epiſcopis Ioanni 22. Auenione adſiſtentibus: *Pro feſto vndecim millium Virginum, & per octauam.*

Chronicon Anonymi cuiuſdam domeſtici ſummi Pontificis Anno 1370. floruit. *Cum vndecim millibus virginibus Colonia paſſus eſt.*

Weſtmonaſterienſis: *Vndecim quoque millia Virginum, quæ apud Coloniam paſſa leguntur, ab hac clade inciderunt in nefandum exercitum Vanij Regis Hunnorum.*

Centum ferè alia huius vnius ſeculi teſtimonia ex documentis autenticis lector libro vlt. c. 19. reperiet.

Poſt An. 1400. Gobelinus.

Poſt An. 1400. Gobelinus Perſona. *Huius temporibus paſſa creduntur vndecim millia Virginum apud Coloniam.*

Videri poſſunt libro vltimo teſtimonia ex Chronico Magno Belgico, Colonienſi, Ex compilatione Chronologica. Ex Philippo Bergomate, Iordano, Parato, Dionyſ. Carthuſ. Pelpardo, S. Antonino, Equilino, Arnoldo de Aluedia, Mombritio & alijs.

Poſt An. 1500. teſtimonia ſine numero ſunt: omnes enim orbis totius nationes eo ſeculo cum ritu duplici feſtum illud celebrarent, non ferè alio nomine, quam *vndecim millium Virginum* præeunte Romana Eccleſia nominarunt.

Gloſſæ & Canonum Interpretes.

9. Celebrem hunc numerum etiam gloſſa vetus ordinaria cum Iuris primi ſubſelij interpretibus poſt annum 1300. fecit. eum enim exprimunt Ioannes Andreæ, Auguſtinus Triumphus, Albericus de Roſate, Dominicus à Geminiano, Turrecremata, Ludouicus Gomes, & alij libro vlt. c. 20.

Inuentiones Virginum.

10. Huc accedunt inuentiones Virginum, eleuationes & tranſlationes varijs ſeculis factæ & conſcriptæ; item inſcriptiones numeri Virginum Altaribus, quibus earũ reliquiæ continentur, eadẽ numeri impoſitio facta eſt tẽplis earũ honori cõſecratis, iam inde ab A. 1100. Martyrologia item omnium gentium, quæ tranſlationes harum reliquiarum complectuntur, ipſaq; autentica documẽta, quibus earum veritas confirmatur, videri ea lib. 7. 8. & 11. poſſunt, cùm vbique numerus hic inculcetur.

Cultus Vrſulan⁹ ſub eo numero.

11. Eundẽ probat numerũ cultus ſacris Virginibus à quadringẽtis & ampliùs annis Orbe toto frequẽtatus, quo vndecies millies oratio Dominica recitatur: quã pietatẽ, vt libro 9. fusè doceo, & Virgines ſæpiùs clientibus ſuis ſuaſerunt, & ijſdem magna cęleſtia dona præſertim in morte obtinuerunt; poteſtq; Roſariũ Vrſulanũ nominari.

12. Proceſſus item iudicialis 70. iuratis teſtibus confirmatus, eundem numerum paſſim approbat & recenſet.

Diuina teſtimonia. Miracula.

Quod ad diuina attinet teſtimonia, quina numero ſimul huic ſuffragantur.

1. Miracula, quorum à quadringentis annis quamplurima contigerunt, quibus Deus Orbi declarauit, quàm ſibi gratum ſit, ſi Virgines Vrſulanæ ad numerum ſingularum inuocentur. lib. 9. c. 68. 69.

Virginum aſſertiones.

2. Crebræ S. Vrſulæ, & aliarum etiam Virginum ibidem viſiones, quibus præſidium in morte & poſt eam ijs omnibus pollicentur, qui in gratia mortui, dum viuerent, ſertum illud Virginibus appenderunt.

S. Eliſabeth.

3. S. Eliſabeth c. 19. narrat SS. Virginum Viſionem, *die feſto*, vt ipſa ait, *paſſionis earundem ſanctarum Virginum vndecim millium.*

Anonymi reuelatio.

4. Anonymus Scriptor in vtroque vaticinio creberrimè numeri meminit, & in altero quidem ſigillatim exprimit, quæ chiliades, centuriæ, & ferè decuriæ, vnde, quibus dirigentibus, ducentibus, ſeligentibus, qua occaſione, numero, commoditate miſſæ ſint: teſtaturq; cœlitus ſibi ſignificatum, omnes incorruptas aureolam caſtitatis meruiſſe.

Paulus 5.

Denique multi Summi Pontifices eundem numerum in erigendis ſodalitijs expreſſerunt: ita Paulus V. An. 1611. Coloniæ congregationem *S. Vrſulæ & vndecim millium Virginum* inſtituit, & confirmauit, Bullam libro 9. c. 51. totam recito.

Maneat igitur ex 20. fontibus noſtris certus & indubitatus vndecim millium Virginum numerus, tot titulis, traditionibus, omnium ſeculorum & gentium conſenſu,

diui-

diuinis,& humanis atteſtationibus firmis:maneant & ipſæ Virgines iam inde à mille & pluribus annis in poſſeſſione quieta tum numeri, tum virginitatis ipſis per ſingula ſecula ſemper integrè & incorruptè conſeruatæ.

Probabilitas huius numeri.

Nec incredibilis is numerus ei videbitur,qui legerit ea,quæ lib.3. c.16. de exercitibus è ſolis virginibus conflatis regnorum & virorum domitoribus diſſeram : vel quod de Thaleſtre vel Minothæa Amazonum regina Iuſtini vetuſtiora exemplaria,& ex eo Pineda in Salomonem, Raderus in Curtium , & alij tradiderunt eam, cum Alexander Magnus Hircaniam Mardoſque ſubegiſſet, fama Regis excitam cum trecentis millibus mulierum ei occurriſſe, viginti quinque aut 35. dierum curriculo inter infeſtiſſimas gentes confecto ex Rege liberos quæſituram. *Ibi*, ait Iuſtinus, *ei occurrit Thaleſtris Amazonum Regina cum 300. millibus mulierum, 35. dierum inter infeſtiſſimas gentes itinere confecto, cuius conſpectus adſpectuſq; admirationi omnibus fuit, propter inſolitum feminis habitum, & expetitum concubitum.* Nemo tamen nec tunc, neque modo multitudinem illarum (quas conſtabat Aſiam olim imperio ſuo ſubieciſſe) neque robur animi,tantas itineris moleſtias , & pericula inter infeſtiſſimas gentes menſis ſolius ſpatio ſuperantium mirabatur. Quas inter multa virginum fuiſſe millia nemo dubitabit. Sed mittamus Gentilium ſcripta,quę fidem apud multos repercrunt.

Ex Thaleſtris comitatu.

Pineda in Salom. c.14 n.38.& 46.

Raderus in Curtium. Iuſtin.li.12.

Conſtat circa vel paulo poſt tempora S. Vrſulæ in Ægypti vna ciuitate Oxirynchо viginti Virginum millia teſte Euagrio & Baronio Deo voto virginitatis obſtricta degiſſe, & ſanè permultæ ſunt hodie Ciuitates Europæ, quæ ſupra 12. virginum &innuptarum puellarum numerent: id ſi vna in vrbe poteſt contingere,quis neget è tot Britanniæ totius regnis , item è Belgio, Saxonia, Dania, Sicilia, & penè Orbis Chriſtiani præcipuis regionibus ſocietatem tot Virginum triennio coire potuiſſe?

Oxirynchi vna in ciuitate 20. millia Sanctimonialium.

Sed maiorem dubitandi rationem adfert oraculum Anonymi,quo dicitur ſacras virgines omnes incorruptas aureolam caſtitatis meruiſſe: quod ita diſertis exprimit verbis.

Vndecim millia fuiſſe incorrupta. c.23.

Adhæc ſanè quibuſdam non minimum ambiguitatis ſcrupulum generat, quod tanta multitudo vndecim millium Virginum dicatur, & non aliqua earum ſaltem in domo patris ſui ſub habitu virginali ſit corrupta. Dum die quadam harum notarius ſtans ſuper his mente reuolueret; ecce cœlitùs cogitationi eius reſpondetur : quod non eſt ita,vt tu putas; nam integer numerus vndecim millium Virginum erat : cui & alia virgo illuſtris de earum numero interrogata dicebat. Erant in terra earum natiua, vt tu exiſtimas, in quarundam domo paterna tres aut quatuor iuuenculæ,quarum aliqua ex his fuit corrupta,& nudo capite,ac virginali habitu incedens, diſſimulabat ſe fuiſſe corruptam : ſed cùm ad id fuiſſet ventum , vt Virgines eligerentur, ad B.Vrſulam mittendæ, ac corruptæ in domo paterna relinquerentur. Vnde accidit, vt plenus vndecim millium Virginum ſacrarum numerus atque integer foret,ac perfectus. Ecce quale & quantum miraculum,ac ſatis ſuper earum electione admirandum: quod ſic tantus numerus Virginum,abſque corruptarum intermixtione eligi potuit atque diſcerni.

Simile diſcrimen à Deo factũ.

Hactenus B.Hermannus: cui ſimile quoddam diuortium Virginum, interpretibus pueris , legitur Deus feciſſe publicè apud Raymundum in vita S. Catharinæ Senenſis, qui Magiſter Ordinis Prædicatorij Generalis,& virginum duarum ſecretus conſcientiæ arbiter hoc ſuo tempore factum eſſe aſſeuerat. *Fuit*, ait, *Catharinæ diuinitùs reuelatum , ipſam parem in cœleſti gloria futuram ſorori Agneti de monte Politiano,* præfuerat S. Agnes Monaſterio montis Politiani, cui etiam à Confeſſionibus idem fuerat Raymundus, de cuius morte hæc addit. *Poſt obitum virgineum corpus eius multis annis remanſit incorruptum , & cùm loci illius incolæ vellent illud balſamo condire, ex eius membris & pedibus liquor pretioſiſſimus diſtillauit : iſq; per ſorores in vas vitreum collectus adſeruatus eſt , balſami colorem præſeferens : ea autem hora , qua Chriſto ſpiritum reddidit , quæ fuit intempeſtæ noctis , vtriuſque ſexûs infantes apud parentes ſuos cubantes exclamabant : Soror Agnes iam migrat à corpore, & eſt Sancta in cœlis. Atque poſtero mane ingens multitudo virgunculorum ſolo Deo inſtigante confluxit , nullam admittens , quæ virgo non eſſet , & cum candelis ardentibus inſtituta quadam proceſſione ad eius Monaſterium acceſſit, virgineam oblationem Virgini exhibens.* Idem qui has integras,

Surius 29. Aprilis.

castas,& inuiolatas,& nostras è varijs regnis prorsus incorruptas euocauit,&contaminatas ab intactis segregauit,minore tamen prodigio, quam apud S. Agnetem factum diximus,vbi singulis de virginea supplicatione diuinitus datum erat, violatas agnoscere:eas enim & digito notabant omnes, & à cœtu suo Parthenio procul amandabant.

Concludo responso Consulis cuiusdam Colonienſis peracuto, quod is Patrum memoria Principi viro ex Electorali Saxonica familia dedit: hunc Senatus excepérat epulo magnificè:sed cùm is inter pocula contra Catholicos varia congereret dicteria,ac ioculariter perstringeret Colonienses,quod crederẽt vndecim millia Virginum,nec vnam quidem reliquas inter corruptam, falsè regessit Consul: *Iure Colonienses maiorum nixos firma & constanti traditione,tenere & venerari hactenus tot millia virginum,si tamen Celsitudo sua corruptam ex ijs vnam demonstraret, ilico eam è Virginum numero à Colonienſibus segregandam.* Simile responsum nostra memoria tulit in ipsa S. Vrsulæ basilica Comes Mauritius archistrategus Hollandorum,Reginam Angliæ desponsam Palatino Comiti Coloniam comitatus,iussus & ipse monstrare, quam violatam ex omnibus existimaret,vt mihi retulit oculata &aurita testis hæretica femina.Est sanè iuris conforme legibus, vt tamdiu mille & quadringentis annis possessores virginitatis in iure suo defendantur, donec Actor probet contrarium.

Argutè respondetur aduersarijs.

Nec tamen inficiamur,præter tot virginum millia, Virorum, maritatarum, & viduarum ingentem multitudinem accessisse: mansit tamen à nobiliori parte denominatio,cuius causa reliqui omnes eandem coierant societatem.

CAPVT XXXVI.

An superstitiosum sit,recitata quotidie vndecies Oratione Dominica,& salutatione Angelica, sperare SS.Virginum in morte præsidium.

Dici vix potest,quam sæpè Religionis honesto tectæ pallio vanæ superstitiones irrepserint:ideò iure Theologi numerum omnem suspectum habent,nisi certo mysterio,vel manifesta causa stabiliatur: præsertim cum aliquorum persuasio vi solius numeri tribuit euentum rei minimè dubium. vnde nemo sani iudicij liberabit eum superstitione,qui huic præcisè quotidianæ precationi tantum tribueret,vt crederet fieri nõ posse,vt talis morte mala defungeretur:nusquã enim huic orationi factam certam promissionem comperi. Verè Suarez: *Licet seclusa omni superstitione sanctum & religiosum sit,reliquias Sanctorum ad collum suspensas deferre;vel Euangelium, v. g.initium S.Ioannis in pectore scriptum portare,& similia bona fide sperando per modum impetrationis peculiarem Dei protectionem & Sanctorum intercessionem;nihilominus id tamquam omnino certum sperare,non minus,quam si esset à Deo promissum, nõ careat superstitione,si non falsi cultus,saltem superflui:& præterea ibi interuenire potest Dei tentatio,si ob eam confidentiam nimiam temerè se homo periculis exponat.*

Suarez l.2. de superstitione c.15. n 10. Quid superstitiosum esse possit in deportatione reliquiarum.

Rectè tamen Sanctorum quidam pro certis à Deo beneficijs obtinendis inuocántur,non tantùm,vt morbi depellantur; sed etiã, vt in mortis periculo nobis cœleste præsidium exhibeatur,nec tunc reprehendendi sunt, qui preces definito numero,vel ob mysterij cuiusdam memoriam,vel alia pia;sed rationi cõsentanea causa consueuerunt fundere. Hoc pacto laudat hunc ipsum, de quo disputamus ritum colendi Virgines Vrsulanas Sanchez: *Non tamen damnatur certus Missarum, aut candelarum numerus in memoria alicuius mysterij:vt 12. in honorem 12. Apostolorum,vndecim in honorem* vndecim millium Virginum: *dummodo non illi numero certo fidatur,vt nec augere, nec minuere licitum, & vtile futurum existimetur; sed is numerus in eius mysterij honorem ac memoriam retineatur.* De eodẽ numero precum Sanctis persoluendo, disputat eruditissimè Ioan. Roberti q.9. Gratum igitur Sanctis Virginibus præstat obsequiũ,qui vndecies quotidie orationem Dominicã & salutationem Angelicã ad

Sanchez l.2 Operis Moralis c.40. n.40.

Ioan. Rober. in vita S. Huberti q 9.

earum

earum honorem recitarit, dummodo non ingratum ijsdem fore arbitretur, si precationem vnam dominicam adijciat quandoque, siue ad S. Vrsulæ, siue aliorum etiam Martyrum honorem, qui extra virgines eodem loco & tempore occubuerunt: cum enim is numerus ideò sit institutus, vt certo temporis spatio virgines singulæ semel saltem salutentur, & inuocentur, augere quotidie licet numerum, vt suus singulis honor citius habeatur, minuere non conuenit, ne is vel differatur nimium, vel aliqua de eadem sodalitate non salutata prætereatur.

Piè iampridem moribus in Vrsulana sodalitate Colonienſi receptus est certus hic precum numerus, eoque fine quotidie stato penso persoluitur, vt speratum in mortis agone præsidium (quod alijs suis clientibus tunc etiam adspectabili quandoque formâ exhibuerunt) sodalibus illis Vrsulanis in tali discrimine præstare non dedignẽtur: dummodo illis precibus nixa fiducia certa, talis patrocinij fauorisque, quauis etiam in vita flagitiosa non oriatur, congruenter dictis Suarez: *Quamquam quando opus aliquod per se redolet pietatem, & fouet illam, nihilq; falsum aut malum præse fert, nihil noceat, alicui Sancto credere factam esse talem gratiam, propter tale opus; neque etiam oberit imitari illum, in tali opere, aut deuotione; si forte Deus simile beneficium concedere dignetur: non quia creditur infallibiliter futurum ex promissione: id enim superstitiosum est; sed quia impetratio à Deo per opera pietatis semper potest sperari.* Vide plura apud laudatos auctores: quibus adde, quæ Delrio obseruauit. Num. 27. Delrio in Disq. Mag. l. 3. p. 2. q. 4. s 6.

Præter hanc aliæ quædam mouentur Theologicæ difficultates occasione reuelationum, quas ordine percurremus ante, quam historicas alias dissoluamus.

CAPVT XXXVII.

Ex reuelationibus oritur prima difficultas, an aliquis nondum natus, Martyr esse possit.

§. 1. Occasio quæstionis.

CVm ab An. salutis 1155. corpora sanctarum Virginum 9. ipsis annis è terra eruerentur, & B. Elisabetha multas circa titulos natas controuersias dissoluisset, eiusque non ita multò post secutâ morte plurima tamen ambigua restarent enodanda, DEVS annis circiter 28. post, B. Hermannum excitauit & cœlesti afflauit spiritu, pro reliquis huius historiæ dubijs explicandis. Inuenta fuerant eo tempore corpuscula tenera trium, aut quatuor mensium in maternis vteris. Vnde primò sodalium virginitas in controuersiam vocabatur: quam tamen contra Aduersarios c. 35. asseruimus; deindè doctissimi viri litem intentabant, an ea corpuscula tenella, Martyrum honore digna censerentur.

§. 2. Definitio per reuelationem facta.

Primam quæstionem S. Vrsula c. 22. his verbis expediuit. *Matronarum aliquæ inter nos exstiterunt, quarum quædam cum de terra nostra egrederemur, fuere prægnantes, nouiterque in vtero concipientes, amore Christi nihilominus & ipsæ, spe cœlestis regni nos secutæ, nobiscum pariter occubuerunt interemtæ.* Hæ tamen extra numerum vndecim millium Virginum auxerant sodalitatem, licet maritatæ. Ad alterum verò dubium hoc responsi dat. *Harum Infantes quicunque in matris vtero spiritum vitæ habebant animam viuentem, cum matres occiderentur, licet gladius eos non attingeret, in morte tamen matrum & martyrio, atq; in illarũ sanguine baptizati, absque dubio ab Angelis vna cum matribus ad regna cœlestia perducebantur. & hæc est ratio verissima paruulorũ, qui cum ceteris inueniuntur robustioribus.* Obijcit hic B. Herman. Christi dictũ ex Theologorum quorundam sententia hoc modo: *Huic capitulo inueniuntur refragari prætendentes illã Domini sentẽtiam dicentis. Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spir. S. nõ potest saluari.* His ipse respondet: *Plures autem Abbatum, & literatorum pietatem Domini, ac matrum fidem, atque in Deo dilectionem, puramque cõfessionem ad martyrium pro Christo properantium cõmendant dicentes, eosdem infantes in confessione matrum, & sanguine baptizatos.* Addit sibi cœlitus responsum, cum aduersariorum obiecta legeret: *Pro certo scias, quod si infantes in matrum vtero moriuntur, damnantur: sed pia illorum erit damnatio; sed benè scias, quod si*

mater pro Christo occidatur, puer in vtero matris confessione, & sanguine plenè cum matre saluatur. Non attendas inquit, quid Magistri super hoc loquantur, nusquam enim diuina seueritas habet in ys, vt damnentur: quia sicut diuina seueritas vbiq; se extendit, vt feriens corrigat, ita diuina pietas vbique se dilatat, vbi saluans subueniat. Hucusque B. Herm.

§. 3. Richardus primus hãc excussit difficultatem. *in 3. dist. 4. a. 2. q. 2.*

Hæc ad Theologorum normam expendenda sunt: pauci Doctorum in specie meminerunt infantium horum vtero materno concluforum, & cum matre Martyre peremtorum: primus, quem reperi Richardus de Mediauilla Franciscanus, hanc quæstionem circa An. 1290. centum & pluribus annis post celebrem corporum inuentionem tractauit. Affirmat autem baptismum sanguinis adhuc vtero conclusis prodesse, quibus baptismus aquæ conferre nihil potest. Ratio est, licet enim vterque baptismus vim, & energiam suam à Christi perpessione hauriat, ei tamen homo per baptismum tantum in signo; per Martyrium autem reipsa conformatur. Vnde excellentius est baptisma sanguinis; quem enim aqua contingere non potest, potest à labe originali sanguis expurgare, qui attingere infantem in vtero potest. Citari pro eâdem sententia solet Scotus: S. Augustinus idem insinuat his verbis. *Quicunq; non percepto regenerationis lauacro pro Christi confessione moriuntur, tantum ys valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur fonte baptismatis.* Richardo subscribit Henriquez: *Baptismus sanguinis, ait, excellit, vt solus prodesse possit infantibus nondum natis, si mater cum prole occidatur in odium Christi, & quia Christiana est, quamuis nulla memoria prolis habeatur: proles enim, quæ adhuc vnum cum matre reputatur, particeps sit eiusdem martyrij: nam vtile vulnus, aut percussio potest infantem Martyrem attingere, quem tangere aqua baptismi non potest, ac subinde intra vterum latens, & nondum natus renasci ex aquâ non potest.*

Decidit pro reuelatione. *Scotus dist. 4. q. 3.* S. *Aug l. 13. de C. D. c. 7.* *Henriquez lib. 2. ca. 18. n. 2.*

Idem alibi ait: *Soli Martyrio, quo prægnans simul cum prole occiditur in odium Christi, & fidei, dedit Christus priuilegium, vt prosit puero etiam intra vterum matris, quia baptismus sanguinis attingit infantem in vtero, quem non attingit baptismus aquæ; solum vero martyrium in pueris includit baptismum, non in voto proprio, sed in voto Ecclesiæ, & in virtute, & priuilegio Christi, quod votum non supplent parentum preces & oblationes.*

Cap. 22.

Consentit Reginaldus: *aduerte* ait *etiam infantem in vtero matris omnino clausum, etiamsi non sit capax baptismi fluminis, esse tamen tum baptismum flaminis, & sanguinis, vt si mater pro Christi fide occidatur, aut pro iustitia, etsi enim intentio Occisoris tantum feratur in matrem, tamen de se extenditur ad infantem, quem illa gestat in vtero, cuius mors sequitur ex illius morte.*

Reginaldus l. 27. n. 18.

Suffragatur Coningh Filliucius, Bonacina.

Coningh q. 66. a. 2. d. 1. n. 123. *Filliucius tract. 1. c. 1. q. 5. n. 10.* *Bonacina, disp. 2. de sacram. q. 1. n. 7.*

Si opponas, natum nondum infantem renasci non posse, &c. Ex aqua renasci non posse, iuxta Christi pronunciatum: quia contingere talem aqua non potest, posse ex sanguine ob percussionem, qua ipse contingitur. Adde quod nasci latius sumatur quandoque pro concipi.

§. 4. Obiectioni satisfit.

Nec dicas baptismum verum id non posse, multo minus Vicarium Martyrium. Lepidè Henriquez reponit quædam Vicario delegatâ potestate committi posse ex priuilegio, quæ Episcopo ipsi non competant ordinariè: præsertim cum hic sanguinis baptismus expressius in homine repræsentet Christi perpessionem fontem illum meritorum, & gratiæ, quam fluminis.

Ex quibus colligitur B. Hermanni reuelationem S. Vrsulæ oraculo editam conformem esse communi Doctorum sententiæ.

CAPVT XXXVIII.

An lactentes Martyres esse potuerint.

§. 1. *Lib. 1. c. 23.*

MOuet hanc & soluit quæstionem B. Hermannus his verbis. *Puellæ siquidem parulæ, quæ inter illas fuerunt, & lactentes, quæ cum virginibus pariter sunt iugulatæ, licet inter Sanctos Innocentes non maneant, qui sub Herodianâ persecutione sunt interemtæ, præmium tamen innocentiæ, & beatitudinis æternæ cum illis fortiuntur.*

Ean-

Eandem tractat Angelicus Doctor & affirmat, quem sequitur Richardus loco citato, Scotus, Gabriel, Soto, Caiet. D. Bonau. Suares alijque recentiores. Probatur primo exemplo Innocẽtum sub Herode occisorum, de quibus ita S. Cyprianus: *Tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere, quos occidit, melioris vitæ statum ijs procurat.* & infra. *Ecce paruuli isti, quos inauditæ crudelitatis monstrum occidit Herodes, subito sunt Martyres.*

Decisio Doctorũ. *S. Tho. 2. 2. q. 124. a. 1. ad 1. Bonauentura. Richardus. Scotus. Gabriel. Soto. Caiet. Suares. S. Cyprian. ser. de stella & Mag. Suarez to. 3. in 3. p. d. 29. sect. 1.*

Ratio est, quia occisi sunt omnes à bimatu & infra; etiam recens nati, qui nondum erant circumcisi: nam ante octauum vitæ diem non circumcidebantur: Ecclesia verò colit omnes, vt Martyres, etiam hos nondum circumcisionis beneficio gratiam consecutos, quia sola sanguinis effusione, & vi martyrij gratiam, & gloriam meruerunt.

Colligit rectè ex hoc singulari facto Franciscus Suarez, id verum esse de omnibus infantibus Christi causa trucidatis, quia eadem est ratio, & in causa priuilegij in ceteris infantibus, quæ fuit in illis innocentibus, mors scilicet pro Christo obita: hi enim eandem mortis pro Christo obitæ causam habuerunt, ergo & eodem martyrij priuilegio gloriaque potiuntur. Hinc præclarè sæpè laudatus Cyprianus ait: *sufficit causa testimonio, licet nondum eloquio distinguantur.*

§. 2. Obiectio soluitur.

Nec obstat, quod Martyrium actus virtutis fortitudinis nobilissimus nominetur, qui in infantes cadere nullo modo potest. demus formale martyrium (vt Scholastici loquuntur) seu virtutis actum ijs defuisse, mors certè actualis pro Christo obita non defuit, quam rectè ijdem obiectiuè quantum ad gloriam, martyrium nominare cõsueuerunt. de qua re plura loco citato Suarez.

CAPVT XXXVIIII.

An Virgines octo quæ circa Basileam vel Argentorati antę Martyrium decessere, verè colendæ sint vt Martyres.

Octo virgines ante martyriũ mortuæ.

CÆpius dictum est circa Basileam 4. Virgines virium defectu decessisse, & Argentorati febri S. Aureliam mortuam, cum tribus Sodalibus, quas ad eius solatium S. Vrsula morienti reliquerat, omnes quidem incensâ animi cupiditate ad martyrium adspirasse, licet Deo aliter visum fuerit. Quæstio non leuis oritur, an eæ virgines ritu Martyrum possint honorari. Argentoratenses virgines sanctimoniales in S. Aurelia, ritu virginis non martyris S. Aureliæ festum celebrant, contra, quam in Basileensi confinio factum reperio circa alias.

Alibi coluntur vt martyres.

§. 2. *Martinus Paris. in libru Ethic.* Exigit ad martyriũ solum cõtemtum mortis, nõ mortem. Consentit Raymun. Card. Orator Franciscanus. Rationes.

Martinus Parisiensis non requirit ad martyrij aureolam nisi mortis sustinendæ propositum, licet reapse mors ipsa non consequatur: *Etsi*, ait, *ad martyrium exigatur actualis contemtus semel à ratione imperatus; non tamen ad rationem martyrij exigitur vniuersaliter tolerantia actualis mortis.* Quæ citat, & sequitur Cardinalis Raymundus Gurcensis Legatus de latere in Bulla de Eleuatione Corporum trium virginum An. 1504. edita. dum ait: *has quidem virgines Sacram cohortem ab vrbe secutas, & amore martyrij allectas, cum intellexerant S. Vrsulam ex reuelatione diuinâ martyrium subituram cum suâ societate, non dubitamus scilicet martyres esse.* Addit, *& ne nouum alicui videri queat, Sancta Mater Ecclesia plures Martyres colit, qui tamen non gladio, sed zelo martyrij ducti diem clauserunt extremum.*

Exstat & cuiusdam Franciscani de obseruantia SS. Theologiæ, & Iuris Canonici Doctoris Oratio, quâ id multis conatur rationibus stabilire. Prima: *Ad Martyrium non exigitur vniuersaliter tolerantia actualis mortis, licet exigatur actualis contemtus mortis à ratione imperatus.* Secunda: *Eas constat fuisse de hac sacra societate summo desiderio martyrium desiderante, & pro hac causâ longam viam cum alijs sacris virginibus per difficilia itinera ambulasse, & Ecclesia illam sacram societatem canonizauit pro martyribus.* Tertia: *Quia secundum S. Thomam & Bonauent. sufficit ad aureolam martyrij mortem accelerari*

præcedentibus cruciatibus. Hinc de S. Martino Turonensi, Hilario Pictauiensi, & Francisco Assisiate canit Ecclesia. O felix Anima, quam si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen Martyrij non amisit. adeò vt de S. Martino olim S. Romana Ecclesia fecerit de Martyre, licet aliæ de eo vt Cõfessore. Ideò & de SS. Pontiano, Marcello, Martino & Benedicto 5. summis Pontificibus Baron. to. 1. ad An. 966. dicit eos Martyres, quia in exilio iniustè illato obierunt.

Pro octo dictis virginibus.

Quod si obijcias nullã hic præcessisse fidei publicam professionã, in cuius odium mors vel intentata etiã videatur. Respondeti potest, virgines oẽs publice fidẽ professas, cum in orbis Theatro Romæ Martyrum obirent sepulcra; quæ causa etiam fuit, vt ijs iam tum Romæ martyrium decerneretur alibi subeundum, ad quem locum virgines omnes iam de martyrio Coloniæ faciendo præmonitæ, tanto affectu, & desiderio properabant, vt 5. saltem itineris fractæ molestijs, succubuerint ante, quam mors eis decreta irrogaretur. Ita & hic verum illud Christi esse potuit Matth. 10. *Omnis* qui *confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.* Hinc æuo S. Cypriani Martyres designati dicebantur, qui ob fidem in carcere detinebantur.

Matt. 10.

Hæc sunt, quæ probabiliter suadeant illas 5. Virgines ritu Martyrum posse honorari: ita in processu Iudiciali Cardinalis An. 1504. tam Dominicanæ, quam Franciscanæ familiæ præsentes Theologi videntur decidisse, vt ideò circa Basileam 4. Virgines ritu Martyrum sint honoratæ.

Verior opposita sententia.

Nihilominus tamen communior Doctorum sententia neminem censet Martyribus accensendum, nisi vel sanguinem profuderit, vel letalibus acceptis vulneribus pro fide, postea decesserit. Et ideò rectè S. Aurelia, cuius 15. Octobris in Martyrologio Romano memoria recolitur, ritu virginis, nõ Martyris Argentorati colitur. Nec tamen factum Cardinalis improbandum censeo, secuti probabilem sententiam consultis antè multis præsentibus Theologis. Nec illud incommodum hic accidit, quod Caietanus opponit Martino Parisiensi, ideò quoduis martyrij propositum Martyrem effecturum contra communem Ecclesiæ, & Doctorum sententiã, cum hic præter martyrij propositum publica fuerit inter infideles professio fidei, & ex eâ in odium fidei latâ etiam mortis sententia, & quia cœlitus eam decretam sibi norant, libenter omnes acceptarunt, & ad eam subeundam incensis animis pariter Virgines proficiscebantur.

CAPVT XXXX.

An Seraphini & Cherubini S. Vrsulæ & sodalitatis martyrio interfuerint?

§. 1. Lib. 1. c. 1.

B. Hermannus ait hæc à S. Vrsulâ cœlitus esse reuelata; *Vniuersi ordinum chori tam Angelorum, quam reliquorum Sanctorum plura nobis obuiam millia miserunt, præter Thronos, qui paucos in occursum nostrum direxerunt. Throni namq; in Dei præsentia sunt confirmati, vt facilè ab eo separari non possint. Sed cum ab Angelis in cælũ deferremur, ipsiq; nobis vbiq; latantes occurrerent, propius ad nos accesserunt Sanctarum Virginum multitudines, & cum iam apertis cœlis ab Angelis, ceterisq; Sanctis, qui nobis gaudentes occurrerant, cum ingenti tripudio introduceremur; vniuersi fermè sancti, qui in cælo remanserant, cum summo nobis gaudio occurrerunt.*

Negat S. Tho. Angelos adsistentes à Deo mitti. 1. p. q. 112. art. 2. & 3.

Duo mouentur hic dubia, Primum, vtrum ex supremâ Hierarchia Seraphini, vel Cherubini quandoque mittantur à Deo. Alterum, cur Thronorum dicantur missi paucissimi.

S. Dionys. li. 2. Hierar. c. 7.

De primo duplex est Theologorum sententia. Prima Doctoris Angelici. Nunquam Angelos, quos adsistentes vocat (qualis suprema Hierarchia est) mitti extra cœlestem curiam: quem sequuntur Caietanus, Capreolus, Albertus, Bonauentura, Richardus, Ægidius, ij omnes in hoc conueniunt, tres supremos Choros Seraphim, Cherubim, & Thronorum mitti nunquã immediatè: fundamentũ est huius sententiæ S. Dionysij autoritas. Opposita

Oppoſita ſententia eſt grauium etiam tam veterum, quam recentiorum Theologorum, miſſos quandoque eſſe etiam Seraphinos, Cherubinos, atque Thronos. Eã tenent Alenſis, Scotus, Durandus, Argẽtina, Marſilius, Maluvius, Moli. Valent. Hackerus; indicat eam S. Athanaſius ſerm. 3. contra Arianos, dum ait, *Ad miniſteriũ autem non vnus; ſed ex omnibus plures ad manus præſto ſunt, quos Dominus, ſi velit, amandet; multi enim Archangeli, multi Throni, multæ Dominationes & poteſtates, millies millia, & decies millies centena millia miniſtrorum adſiſtunt, & apparent, qui ſe promtos offerunt vt emittantur.* Fundatur hæc ſentẽtia in eo Heb. 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi.* Sic Iſaiæ 6. Seraphinus ad Iſaiam ablegatus dicitur, ac Geneſ. 3. Cherub cum igneo gladio propè Paradiſum collocatur. Apud Ezech. c. 10. leguntur alia Sanctorum Cherubim miniſteria. Præterea ſæpè Michaël, & Gabriel, qui de ſupremis ſunt, dicuntur legati; Gabrielem S. Bernard. ſerm. 1. *ſuper Miſſus eſt* ad nobiliſſimum myſterium annunciandum de ſupremis ſpiritibus vult exſtitiſſe. Raphaël etiam ad Tobiam deſtinatus, vnum ſe vocat ex ſeptem adſiſtentibus.

Contrariæ ſent. Autores.

S. Athanaſius ſer. 3. cõtra Arianos.

S. Ber. ſer. 1. ſuper Miſſus.

Vaſquez vtramque harum ſententiarum æquè facit probabilem, cum eo facit Præpoſitus, nec in quæſtione facti, ſubſcribit vlli. Franc. Suarez probat potuiſſe diſpenſare Deum in ordinariâ lege, mittendo quoſdam ex ſupremis: ac confutando contrarium fundamentum, ita ſuam ſtabilit opinionem: *In ipſo ordine gratiæ ſolet etiam Deus quædam priuilegia, & exemtiones concedere à communi lege, vt oſtendat ſancto alicui peculiarem fauorem, & honorem: ſicut probabile eſt quandoque Chriſtum, vel B. Virginem deſcendiſſe in terram ob alicuius Sancti viri conſolationem: ergo etiam Angelos ſupremæ Hierarchiæ ad talem peculiarem fauorem ſignificandũ mittere potuit, & forte voluit.* Secundò *Ordo vnionis Hypoſtaticæ altior eſt ordine gratiæ, ergo ob illam probabile eſt miſſum eſſe Gabrielem ſummum, vel ex ſupremis Seraphinis.* Addit *diſpenſationem videri factam in ſolennibus opportunitatibus, vt die natiuitatis Domini, poſt tentationem in deſerto victo Lucifero: in horto ſub Agoniâ, & præcipuè in iudicio, de quo* Matth. 25. *Cum venerit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, & omnes Angeli eius cum eo, quod etiam factum videtur in aſcenſione Domini ex eo* Act. 1. *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum.* & in reſurrectione Hebr. 1. *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli eius.* Idem aſſerit piè credi factum in aſſumtione Deiparæ; *nam ſi, vt piè creditur & SS. Patres ſentiunt, ipſe Chriſtus in occurſum matri aſcendenti deſcendit, ſinè dubio credendum eſt nullum fuiſſe Angelum, qui cum eo non deſcenderit.* Ita Suarez. S. Chryſoſtomus id de Natiuitate Domini affirmat in Pſal. 8. in principio cum ait: *Superiorum Chororum Cherubim, & Seraphim hoc eſt munus, Deum aſſiduè laudare, & hymnis celebrare: ex his Choris etiam in terra apparuerunt, cum vigilantibus Paſtoribus cantantes.* Adhæret Suareſio Tannerus, qui cum verba dicta laudaſſet, *In huiuſmodi*, ſubdit, *occaſionibus mihi pro indubitato eſt, adſiſtentes Angelos deſcendere, ac proinde mitti: quia non veniunt niſi ex imperio, & voluntate Dei.* Hæc probant veritati conſentanea eſſe, quæ in hac hiſtoria ſæpè de B. Virginis cum Virginibus familiaritate dicta ſunt, & de vltima ad cœlum aſſumtione; quæ ſanè non poteſt per imaginariam aliquam viſionem explicari, cum iam beatæ illæ animæ corpore ſolutæ, Dei adſpectu fruerentur; nec error aliquis narranti obrepere, cum B. Vrſula nongentis poſt eam annis id reuelarit: Conſtat igitur Deum ſolere quandoque modis extraordinarijs vti, certoſq; Sanctos peculiaribus proſequi fauoribus: id fieri conueniebat in hac ſodalitate, cum poſt Chriſti, & Deiparæ aſſumtionem nunquam tot millia caſtiſſimarum Virginum, cum tot Regibus, ac Principibus, Epiſcopiſque martyrio coronata ſimul ad cœlos euolarint.

Vtramque ſententiã probabilẽ facit *Vaſquez, Præpoſitus.*

Lege extraordinaria à Deo mitti etiã Seraphinos docet. *Suarez l. 6. cap. 10. à n. 45.*

S. Chryſoſt.

Tannerus diſp. 1. q. 6. d. 8. n. 10.

Ita cõformia ſunt ea verba S. Vrſulę Theologorum ſententijs: *Vniuerſos SS. Angelorũ, & aliorum Beatorũ ordines multa miſiſſe millia obuiam ſodalitati Vrſulanæ:* de Thronis tamen ſcrupulus iniectus eximendus eſt: quem his verbis tollit eadem Virgo: *Præter Thronos, qui paucos de ſuo agmine in occurſum noſtrum miſerunt; Throni namq; in Dei præſentiâ ſunt confirmati, vt facilè ab eo ſeparari nõ poſſint.* Seraphinorũ miſſi ſunt multi ſpiritus, vtiq; nobiliores, cur Thronorum tam pauculi? fateor difficulter huius rei ſolidum dari è ſcriptura vel SS. Patribus diuerſitatis fundamẽtum, aliqua ſaltẽ affulget con-

Cur Throni dicãtur reliquis pauciores adfuiſſe.

coniectura: missos lego sacris in codicibus Seraphim, & Cherubim: Thronos missos nunquam reperio: fauet nominis ipsius Etymon, quod stabilitatem regiæ, diuinæq; maiestatis indicat, quæ cum in cœlis gloriosè perpetuò refulgeat, in his quasi regijs sedibus conquiescit.

Vnde licet ipsi etiam Throni ad Christi ortum, resurrectionem & ascensionem, & Deiparæ assumtionem relictis iussu diuino cœlis occurrerint, & rectè S. Chrysostomus dixerit *fuisse cœlum euacuatum*; pauci tamen & vix à Deo mitti videntur, in quibus diuina Maiestas gloriosè præcipua quadam ratione noscitur residere: Redeo ad Cyriacum.

CAPVT XXXXI.

An Cyriacus potuerit renunciare Pontificatui, vel Vicariatui, & quid de eo senserint Canonum Interpretes.

Potest Papa renunciare Pontificatui.

NEmo iam potest Catholicorum in dubium reuocare, num summus Pontifex possit abire Pontificatu: nam Cœlestinus Quintus cum ea dignitate se abdicasset, in Canonem Sanctorum relatus est: quod factum Bonifacius 8. c. *quoniam, Titulo de renuntiatione in 6.* constitutione sua comprobauit. Tunc enim multi, teste Bonifacio, in dubium id reuocabant, allatis decem rationibus, quas accuratè dissoluit Ioannes Andreæ glossa in caput citatum: præcipuas Azorius breuiter discutit, fusissimè verò & exactissimè Augustinus Triumphus.

Augustin. Triumphus l. de Eccles. potest. q. 4. ar. 8.
Azor to. 2. l. 4. c. 6.

Difficile adsignatu est, in cuius manibus ea fieri possit renuntiatio. Licet alij velint in Cardinalium, alij in manibus Dei, vt superioris; ego potius Azorio adstipulor, & sufficere, puto si coram Clero se sponte abdicet; nam cum quis habet in terris superiorem, in eius fieri manibus debet: eo si careat, sufficit, si coram ijs abeat dignitate, quibus ius eligendi competit, facta ijs potestate alium nominandi.

Coră Clero spõte se abdicãdo. Dummodo causæ iustæ sint.

Porrò iustas esse causas oportere nemo est, qui dubitet; vnam Bonifacius Papa insinuat, si se ad onera ferenda vniuersalis Ecclesiæ gubernationis non satis idoneum deprehendat.

4. Exẽpla proferuntur. Ab Augustiño Triumpho.

Solent idipsum Canonum interpretes pluribus exemplis confirmare. Augustinus Triumphus, qui circa Annum Domini 1280. floruit, quatuor adfert his verbis. 82. *Dicendum quod Canones, & gesta Sanctorum quatuor summos Pontifices narrant renuntiasse Papatui, Clementem, Cyriacum, Marcellinum, & Cœlestinum, non tamen ex eodem fonte, nec ex eadem radice eorum renuntiatio processit.* & paulo infra. *Cyriacus vero resignauit prpter Martyrij coronationem; nam sicut notatur in legenda vndecim millium Virginum, quando S. Vrsula cum alijs decem millibus Virginum Romam venit, tunc Cyriacus Vrbis Romæ Episcopus angelica visione monitus, quod cum illis virginibus simul deberet esse coronam martyrij recepturus, statim congregatis Cardinalibus, eis reclamantibus, & renitentibus Papatui renuntiauit.* Concludit, cum causas horum 4. attigisset, his verbis: *Cum ergo omnium horum supradictorum Pontificum renuntiationem Ecclesia habuerit ratam, & acceptam, cuius signum est, quia omnes canonizauit, & scripsit in Catalogo Sanctorum, auctoritate Ecclesiæ est satis manifestum, quod Papa potest renunciare.* Testimonium istud eo pluris facio. *Primò*, quia is ipse An. 1320. eum librum Ioanni 22. Pontifici inscripsit *Secundò*, quia Greg. 13. auctorem istum maximi fecit, suoque nomine denuo videre lucem voluit, vltimo Pontificatus sui anno, repurgato iam ante iure Canonico. Vnde in dedicatoria Epistola rectè ita affatur Pontificem is, qui denuo prælo subiecit *Ac mihi quidem Pater Beatissime nihil necesse est plura dicere de Augustino nostro, præsertim apud sanctitatem vestram, quæ huic scriptori, atque adeo huic libro, suo peracri iudicio tribuere plurimum solita est.* Exstat eiusdem Pontificis Greg. 13. breue, quo potestatem facit librum imprimendi, *ad communem omnium Christi fidelium vtilitatem & salutem.* Non dixisset id Pontifex, si quidquam in eo Apocryphum, vel emendatione dignum, siu-

Hunc laudat, & recudi voluit Greg. 13. correcto iã iure Canonico.

ipſi

ipse Gregorius libri non inassiduus lector, siue censores alij deprehendissent; vt iure existimem, cùm hic liber Ann. 1584. iussu Gregorij Romæ sit editus, & biennio ferè ante ius Canonicum emendatum prodijsset, omissa additione de Cyriaco; solius aduersariæ partis studio & suasu id effectum esse; quomodo enim idem Pontifex biennio post idipsum tam claris verbis permisisset publicari, è cuius libris & Ioannis Andreæ illa videtur additio profluxisse? *Tertiò*, hoc pluris faciendum hunc Augustinum censeo, quòd eum sæpiùs laudent Ioannes Andreæ, S. Antoninus, Turrecremata, Felinus, Decius, Martinus Nauarrus, Couarruuias, alijque primi subsellij Canonum interpretes.

Seculo eodem Ioannes Andreæ Glossæ hanc additionem inseruit: (quam hic non vt glossam receptam, cùm erasa sit, allego; sed vt priuati Autoris opinionem) *Datur certum exemplum de Cyriaco Papa, de quo legitur, quòd cum Vrsula & vndecim millibus Virginum martyrizatus est, scribitur enim de ipso, quod sibi quondam reuelatum est, quòd esset cum illis Virginibus palmam martyrij recepturus. Tunc congregatis Clero & Cardinalibus omnibus inuitis; sed præcipuè Cardinalibus, coram ipsis renunciauit dignitati & officio. Sed iste Cyriacus in Catalogo Romanorum Pontificum non denominatur: quare creditum fuit per Cardinales, quòd non propter deuotionem; sed propter oblectamenta Virginum Papatum dimisisset.* Ita lego in antiquissimis Ioannis Andreæ, etiam extra corpus iuris editis exemplaribus, quæ verba iam tum etiam seculo decimo quarto exeunte corpori iuris inserta fuisse scio: cùm Dominicus à Geminiano seculo sequente An. 1440. in eam ipsam ita sit commentatus. Consentit Ioannes Andreæ.

Vltra exempla hic posita, datur aliud exemplum de Cyriaco Papa, qui martyrizatus est cum Vrsula & vndecim millibus Virginum; de quo scribitur, cùm nocte quadam sibi fuisset reuelatum, quòd esset recepturus palmam martyrij cum illis Virginibus, tunc congregato Clero & Cardinalibus, omnibus inuitis, præcipuè Cardinalibus, coram ipsis renunciauit dignitati & officio; Sed iste Cyriacus in Catalogo Romanorum Pontificum non denominatur, quia creditum fuit per Cardinales, quod non propter deuotionem, sed propter delectamentum Virginum Papatum dimiserit. Hactenus Geminianus. Tria in hoc testimonio obseruat quidam Iuris Consultissimus. *Primò*, quòd in Glossam hanc de Cyriaco disserat enucleatissimè. *Secundò*, quòd exemplum de Cyriaco cum alijs in Canone positis exemplis conferat. *Tertio*, quòd Glossam de Cyriaco ne verbo quidem in dubium ab aliquo legali Scriptore vocari ipse meminit: ideo dari præter allata exempla, aliud de Cyriaco, ait, vt communem sui temporis Doctorum sententiam profiteatur, de qua eo tempore nemo ambigeret. Id verum esse, autoritate sua confirmat, qui tunc viuebat S. Antoninus; magnus & ipse interpres Canonum, tum alibi varijs locis; tum 3. part. citat & sequitur laudatum Augustinum Triumphum. *De quatuor quidem Romanis Pontificibus in gestis Sanctorum legimus renunciasse Papatui: scilicet Clementem, Cyriacum, Marcellinum & Cœlestinum, non tamen ex eodem hoc fonte & causa processit ista renunciatio: nam Clemens renunciauit propter mali exempli in posteris vitationem, cùm fuerit institutus à S. Petro, ne quid simile attentaretur à Successoribus. Cyriacus verò propter martyrij coronationem, associans se vndecim millibus Virginum, S. Vrsulæ & sociabus ex reuelatione Angelicâ. Marcellinus verò renunciauit propter Idololatricam operationem, ponens thura Idolis, vnde pœnitens in Concilio iudicauit se deponendum. Sed Cœlestinus renunciauit Papatui propter insufficientiæ suæ recognitionem, consilio ductus, vt creditur, Spiritus Sancti. Hos omnes Canonizauit Ecclesia, & adscripsit Catalogo Sanctorum.* Geminian. S. Antonin. 3. p. tit. 22. c. 4.

Mansit idipsum sequenti seculo apud Canonum Doctores ad Baronij vsque ætatem certum: duobus contentus ero testibus, qui & alios pro se laudant.

Ludouicus Gomes Hispanus, Episcopus Sarnensis, Auditor Rotæ, in Commentario in Regulas Cancellariæ, sic ait. *Nam scribit Ioannes Burgundus antiquus Doctor in Tractatu de renunciatione Papæ, plures Pontifices Papatui renunciasse. Primo Petrum, cui successit Linus, de quibus loquitur textus in c. si Petrus 8. q. 1. Cyriacus tertio loco renunciasse fertur, cui successit Antherus, vt Fr. Iacobus de Voragine attestatur in illa peruetusta Historia, quæ Lombardica appellatur. tit. de vndecim millibus Virginum; Vbi de renunciatione* Ludou. Gomes Episc. Sarnensis tit. de infirmu resignãtib. q. 3. locis Burgū;

tione Cyriaci, & Martyrio eius habetur : & ideo non ponitur in Catalogo Pontificum, quia vt ibi dicitur, Clerus eum de Catalogo abrasit, propterea, quia eis inuitis & reclamantibus cessit, & vndecim millia Virginum secutus fuerat. Sic S. Cornelius Papa cedere Papatui voluit, nisi persuasus à Cypriano desitisset. Marcellinus quoque loco cessit, & Liberius etiam Papatui resignauit, cui Felix successit, & iterum Liberio cedente assumtus fuit Leo IX. & omnes prædicti Pontifices Sancti fuere, excepto Liberio, vt patet ex Chronico. Hactenus Gomes Auditor Rotæ, qui scire potuit & debuit, quos Pontifices, vt in album Sanctorum relatos, veneretur Ecclesia.

Flaminius Parisius l. 2. q. 1. n. 4

Secundus. Flaminius Parisius lib. de resignatione beneficiorum. *Cyriacus verò* (renunciauit Papatui) *vt coronam Martyrij consequeretur, S.R.E. Cardinalibus eis renitentibus. Archiepisc. Florentinus 3. p. t. 23. & de renunciatione in 6. vbi subdit hunc non denominari in Catalogo Romanorum Pontificum, quia creditum fuit non renunciasse propter deuotionem.* Hæc Parisius.

Testimonia aliorum, Alberici Rosate, Ioannis de Turrecremata, Siluestri Prieratis, Bartholomæi Fumi, Hieronymi Gonzales, Lælij Zecchij. vide lib. 11. c. 20.

Ex his patet seculo decimo quarto, quinto & sexto, statim post factã Cœlestini 5. resignationem, & Bonifacij 8. conditam circa An. 1300. vel paulò ante constitutionem capitis *Quoniam*, celebrem fuisse semper ad annum vsq; 1580. Iurisconsultorũ præcipuorum S. Cyriaci de eius renunciatione, & perhonorificam mentionem, ac communi suffragio iudicatum, eum Sanctorum Catalogo adscriptum esse : atque Patrum æuo Glossam, Geminiani tempore ac S. Antonini certam ac vsu receptam: aduersariorum, vt creditur, suasu erasam esse, quod nihil sanè derogat sanctitati S. Cyriaci, quando Gregorius 13. auctor emendationis Iuris Canonici biennio post Augustinum Triumphum approbauit, & edi sua etiam autoritate voluit, in quo eadem recitantur, & Cyriacus Diuorum Catalogo adscriptus perhibetur, vt liceat hanc priuatorum Doctorum opinionem recensere; qui cùm eundem Sanctis adnumerent, vti & Romani olim Breuiarij lectiones; certè de eo, an fuerit vnquam, non poterit dubitari; aliàs non minùs de S. Vrsula ambigi posset, prope quam & sarcophagus Cyriaci Pontificis; & titulus eius insignis repertus est, qui breui compendio iter, & Martyrium eius in Sodalitate Vrsulana testabatur.

Difficultati occurritur.

Pro Aduersarijs facit, quòd, si Cyriacus, vt dicimus, Vicarius tantùm fuit, rectè nomen è Glossa sublatum videatur; vt cuius exemplum nihil ad Canonem propositum conferat. Resp. Canonum Interpretes citatos eum pro ordinario Pontifice, qui defuncto Pontiano ante Antherum Ecclesiam gubernauit, agnouisse. Fauet illis Anastasij liber, qui successori Anthero 12. tribuit annos, cui Cardinalis Baronius nec totidem tribuit septimanas, vt certum sit, fuisse temporis illius historiam perturbatam; illisque Antheri annis vel Pontiani, quibus multi 9. dant annos, Cyriaci tempus includi potuisse. Fauent & lectiones Breuiarij Romani, quæ Martyrium Vrsulanum Anthero Pontifice volunt contigisse.

Ego, qui nihil volui circa Catalogum Pontificum immutatum, malui eum Vicarium tantùm appellare: cuius fundamentum iacit Catalogus, qui relegatum posuerat Pontianum, vt Vicario fuerit opus : Nec minùs de Vicario, quàm de Ordinario quæri Pontifice potest, an; & qua de causa, tam difficili tempore, relegato Papa, inuitoque Clero potuerit abire dignitate: itaque sicut datur Clementis exemplum, se abdicantis postea, quàm à S. Petro Pontifex esset designatus; ac Cœlestini post officij ipsius administrationem, ita & Cyriaci Vicarij post officij satis diuturnam functionem, quando ijdem defuncto Pontifice relegato plerumque ordinaria potestate sufficiebantur.

Erasa etiã Glossa Ioannis Andreæ è corpore Iuris retinet auctoritatẽ priuati Doctoris.

Extremum hoc moueri contra Ioannis Andreæ laudatam sententiam potest, eam, cùm è glossa Iuris à M. Sacri Palatij erasa sit, nec priuati quidem Doctoris mereri auctoritatem.

Hac super re à me consultus Romanæ Vrbis Aduocatorum lumen Petrus Marionus, ita respondit. *Non crederem Glossam Ioannis Andreæ ideirco minimè allegari posse, quod è corpore Iuris Canonici erasa fuerit, cum minimè appareat Summi Pontificis auctori-*

ctoritate fuisse improbatam. Nam Greg. 13. in priori constitutione, quæ in ipso Decreti à Gratiano compilati vestibulo occurrit, his verbis vtitur. Dudum ob huius rei exsecutionem adhibitis nonnullis ex FF. nostris S.R.E. Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate insignium virorum studio Decretum Gratiani nuncupatum cũ Decretalibus Greg. Papæ noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extravagantibus, non modo cum veteribus Glossarum autoribus: quibus, cum viri pij & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorẽ in illis: vel quia nondum pleraq; à Sacris Concilijs definita fuerunt, liberius locuti sunt. Verum etiam cum ijs, quæ ab impijs scriptoribus, tam extra in marginibus, quam etiam intra adsperſa fuerunt Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus: *Ex quibus verbis apparet, non fuisse intentionem summi Pontificis, vt Glossæ Catholicorum virorum, quamuis erroneum aliquid continentes de medio tollerentur: cum satis esset breui aliqua nota apposita lectorem de recta sentẽtia admonere, id quod videmus in pluribus locis Decreti tam respectu Glossæ, quam ipsius Gratiani, sicubi non rectè sensit, factum fuisse. Verum vt concedamus ab illis censoribus appellari posse, & Ioannem Andream in locum, vnde fortasse nimis rigidè deiectus fuerat, esse reponendum: habebit tamen eius glossa non eandem vim, & efficaciam, quam reliqua eius scripta obtinent; quæ de aliqua iuris Pontificij quæstione tractãt, maximam scilicet, apud omnes, quemadmodum scribit Ancor. in Præfat. suorũ comment. super 6. non longè post Princip. & Cardin. in Proœmio Clement. dicens eius commentario hanc singularem prærogatiuam fuisse cõcessam, vt textui fuerit annexum Abb. in c. de quarta. n. 13. circa medium de præscript. Euerard. Qui pluribus eius laudes prosequitur, & 3. loco post Innoc. & Host. collocat ex topica Legal. in loco ab autoritate nu. 18. v. tertio occurrit. Sed eam habebit auctoritatẽ, quam habẽt Iurisconsulti de aliena professione tractantes, qualis est historiarum cognitio, quæ pro temporum conditione non potuit ad Ioannem Andreæ, nec ad ceteros eiusdẽ ætatis exacta peruenire.* Hactenus Doctor Marion.

CAPVT XLII.

De origine Cardinalium, & an potuerint Vrsulano Martyrio interesse.

PRÆTER Episcopos adfuisse Cyriaco Cardinalitia dignitate eminentes viros tituli sepulcrales prodiderunt, Oracula S. Elisabethæ ac B. Herman. reddita confirmarunt: sed temporis ratio sæpè stabilita putatur refragari: Quocirca Cardinalium S.R.E. origo videtur altius esse repetenda; Tres præcipuas reperio sententias de muneris illius initio. Difficultas.

Prima Illustris. Cardin. Baronij, qui putat à 7 Diaconis Pontifici adsistentibus officium dimanasse, cum enim ad A. 112 è Pontificali hæc præmisisset: Euaristum Papam 7. Diaconos ordinasse, subdit n. 7. *Quæ nõ sic accipias, vt ab Euaristo primum in Romana Ecclesia fuerint Diaconi ordinati: nam S. Ignatij testimonio superius vidimus Linũ Paulo, Clementem & Cletum Petro ministrasse Diaconos: sed Euaristi opus videtur fuisse, vt Diaconis munus iniungeret adsistendi Episcopo prædicanti,* & §. 9. Perseuerauit per multa secula, vt more illius primitus factæ ab Apostolis Diaconorum ordinationis, 7. *tantũ in Ecclesia Rom. Diaconi ministrarent. Ceterum, sicut Euaristus id illis iniunxit muneris, vt etiã Episcopo Euangeliũ prædicanti adsisterent; ita & Fabianus addidit, vt ijdẽ. 14. Regionib. vrbis præesset, vt pauperũ in eis degentiũ curam agerent: vnde est nomen ex munere inditũ, vt ijdẽ Diaconi Regionarij dicerẽtur, qui etiã in Concil. Roma. sub Siluestro nominati reperiuntur Diaconi Cardinales, q̃ licet diuersis in locis agerẽt, vnius tamen Ecclesiæ eiusdemq; primariæ cardine cõtinerentur.* Hæc Card. Baron. nam licet, vt subdit, *aliarũ in vrbe Ecclesiarũ etiã duo Diaconi essent;* eo tamẽ nomine nõ vtebantur. Subscribit Baronio Henriquez, qui hoc munus adsistendi Pontifici ait *fluxisse à temporib. Apostolorũ; nec enim illa dignitas inuenta est A. 1023. àS. Benedicto, vt vult Volaterranus, & alij: cũ nota fuerit tẽpore Pontiani. A. 231. Euaristi, Siluestri, Damasi, & Marcelli An. 302; sub quo leguntur erecti 15. Cardinales propter Baptismi, & sepulturarum curam.* ita Henriquez. Baron. to. 2. A. 112. n. 8. & 9. 1. Sentent. Baronij originem Cardinalium ab officio ducit. Lib. 10. cap. 27.

Altera sententia putat nomen id à loco fuisse Presbyteris, & Diaconis inditũ, cui præsidebant. ita Bellarminus: *Existimo,* inquit, *nomen Cardinalis primo impositũ esse loco, & à loco deriuatum ad personas: dicebantur enim tituli Cardinales quædã Ecclesiæ principales, vbi Baptisma conferebatur, ad differentiam aliorum locorum minus principalium;* 2. Sentent. Bellarm. à loco. tom. 1. li. 1. de Clericis c. 16.

inde autem Presbyter: qui Ecclesiam regebat, dicebatur Presbyter Cardinalis; pari ratione Diaconiæ Cardinales erant loca, quædam principalia in vrbe distincta, iuxta numerum regionum, & qui in eis residebant, Diaconi Cardinales dicebantur ab Ecclesia Cardinali, quam tenebant: sic etiam postmodum dicti sunt Episcopatus Cardinales, & inde Episcopi Cardinales sex illi, qui ad eligendum Romanum Pontificem conuenerant, & eidem Pontifici à consilijs erant, præter ceteros Christiani orbis Episcopos. Idem cum tria Cardinaliū officia distinxisset: vt 1. officium Diaconi, Presbyteri vel Episcopi tali in loco exercere. 2. Pontificem eligere. 3. Eidem consilio & industria adsistere; subijcit eorum antiquitatem.

Antiquitas officij eorum.

Hoc loco obseruandum, omnia tria officia antiquissima, & ab ipso Apostolorum tempore inchoata: sed tamen non esse æque antiquum, vt Cardinales duobus officijs posterioribus fungantur; primum autem negari non potest, quin sit antiquissimum.

3. Sententia Onuphrij à gradu dignitatis. *Rib. 26. Oldob. fol. 510 Onuph. l. 1. de 7. Vniuers. Ecclesiæ c. 29*

Tertia Sententia vult Presbyteris id primum nomen fuisse attributum, non tam à loco, quàm gradu: vt qui ceteris eius Ecclesiæ præesset Presbyteris, is Presbyter Cardinalis diceretur. Hanc innuit Rebadeneira in flore Sanctorum, cum de S. Euaristo ita loquitur: *Fuit homo magnæ sanctitatis, & multæ doctrinæ, primus, qui parochias vrbis in Presbyteros diuisit, à quibus postea suos titulos mutuati sunt Cardinales.* Rem istam Onuphrius explicat ita accidisse: *Cletus Presbyteros ad 25. numerum redegit; Euaristus vero, ne Presbyterorum istorum administratio in promiscuo esset, titulos primo seu parochias diuisit Presbyteris, vt singuli à se inuicem secreti in sua vrbis regione titulo vel parochia confusionis vitandæ caussa, populo sacramenta ministrarent: sed haud ita multo post Hyginus Papa decimus, cum vnus Presbyter tot credentibus non sufficeret, plures in vnoquoq; titulo Clericos, & Presbyteros esse voluit, quod his verbis in vita eius ex Damaso innuit Anastasius. Hic Clerum composuit, & distribuit gradus; hinc Presbyterorum Cardinalium manasse nomen crediderim: vt is scilicet esset Presbyter Cardinalis, id est, principalis, qui ceteris Presbyteris eiusdem tituli ab Hygino adiunctus præesset. Satis enim constat aliquot annis post, etiam antè S. Siluestri tempora Cardinalis nomen in Romana Ecclesia vsurpari cœptum fuisse, quod non nisi ex Hygini Papa instituto oriri potuit.* Ita Onuphrius. Fauent omnes allatæ sententiæ, laudatiq; Auctores historiæ nostræ: nam siuè nomen ab adsistendi officio, siue à loco, vel gradu, dimanarit: cum id officij longè ante Vrsulæ tempora viguerit in Ecclesia: cumque Pontiano superstite floruerint vt qui maximè, (quando sodalitas Vrsulana Martyrium fecit) Romę Presbyteri, & Diaconi Cardinales: stabilitum communi doctissimorum virorum suffragio titulorum sepulcralium veritas: licet insignia dignitatis, purpura & prærogatiua quædam muneris multis post seculis fuerit introducta.

Qui & quot Cardinales in Sodal. S. Vrsulæ.

Varij porro reperti tituli sunt: in quibus alij *Episcopi Cardinales*, alij *Presbyteri* nominantur: tres etiam inuenti sunt, in quibus nulla gradus, vel loci facta expressione solum *Cardinalis* nomen adiungitur. vt *S. Corimius Cardinalis. S. Polimius Cardinalis. S. Firminus Cardin.* hos arbitror fuisse ex 7. Diaconis Cardinalibus, qui Pontifici facienti, vel etiam in concionem adscendenti adsistebant: vnus repertus Presbyter Vincentius, cuius hæc inscriptio, *Vincentius Presbyter Cardinalis*, quem titulū approbat S. Elisabetha: duo inuenti Episcopi Cardinales. *S. Pontius Cardinalis & Episcopus*: quèm recipit B. Hermannus, tueturq; S. Elisabethæ eam omittentis auctoritatem his verbis. *Felicis memoriæ Virgo Elisabeth scribit Cyriacum Papam cum Cardinali Vincentio interfuisse cœtui & sodalitati; nos & scribimus eundem Papam cum duobus Cardinalibus Pontio, & Petro, atque cum pluribus adhuc personis, qui eũ sequebantur, interfuisse.* Alterius hæc fuit inscriptio. *S. Maromius Cardinalis & Episcopus Nouarienſis*: hic videtur vnus ex eorum fuisse numero, qui Pontifici à consilijs erant, & ad Noui Pontificis electionem conueniebant, quorum Bellarminus facit supra mentionem. Erat autem Nouaria regionis Transpadanæ municipium, cuius ciues Plinio teste iure Quiritium gaudebant, & gerendi Romæ Magistratus.

B Herm. c. 25.

CAPVT

CAPVT XXXXIII.

De Patriarcharum origine, Iacobo Patriarcha Antiocheno & Marculo Byzantino.

QVamuis neq; S. Iacobi, neq; S. Marculi nomini fuerit Patriarchalis adiecta dignitas, quia tamen ijs locis præsederunt, quæ Patriarchalibus insignibus decorantur, opportunè nomen, & origo nobis est breuiter inuestiganda: quam licet nonnulli referant ad Concil. Nicen. canone 6. vel ad Calcedonense act. 16. duo tamen Patrũ Purpuratorum lumina Baronius, & Bellarmin. longè faciunt antiquiorem, & ad A. 112 reuocant: *Leguntur* (ait de Anacleto Baronius) *eius titulo epistolæ tres, in quarum vltima, quod trium sedium Petriarchalium series ponatur, tum nomen Patriarcharum, tum res ipsa displicet Nouatoribus: nomen quidem antiquissimum est, tum à Iudæis, tum à Gentilibus usurpatum; quod sicut alia multa feliciter in Ecclesia transijt: non tantum enim Iudæi, sed & Aegyptij vtebantur eò nomine, atq; primaria dignitate: nam & Herodotus cum agit de sacris Aegyptiorum, Patriarchas illos nominat, qui principem locum in sacris tenent, insuper vsus est eo nomine Hadrianus imperator Traiani successor in Epistola ad Seruianum Consulem de Aegyptiorum inconstantia.* Bellarminus verò ait Prærogatiua 26 est, *quod solæ illæ Ecclesiæ semper sint habitæ patriarchales, & primas (Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam) patet ex epistola 3. Anacleti.* De his tribus ita S. Gregorius. *Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorũ principis sedes in autoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiã quiescere & præsentẽ vitam finire dignatus est. Ipse decorauit sedem, in quam Euangelistam discipulum misit. Ipse firmauit sedem, in qua septem annis quamuis discessurus sedit:* quomodo postea Constantinopolitana, & Hierosolymitana sedes æuo posteriore sint ad eandem euectæ amplitudinem fusè explicat Bellarminus.

Concil. Nicen. c. 6. Cõcil. Calc. act. 16. Patriarchę An. 112. Baron. to. 2. A. 112.

Bellarm. in 26. prærogatiua S. Petri. Vnde dicti. S. Greg. ad Eulogiũ l. 6. Epist. 37.

Duos inuenio in Catalogis autenticis Patriarchalium sedium antistites Vrsulanę Sodalitati interfuisse, Antiochenum & Byzantinum. Antiochenus quidem Iacobus in titulo, sicut & à S. Elisabetha nominatur: de cuius Sacerdotio, munijs in Sodalitate obitis, & Martyrij dilatione, quæ habemus, vni, fateor, S. Elisabethę responso cœlesti accepta referimus; quod cum nunquam hactenus nos fefellerit: non debemus hic ei fidem abrogare: De eo S. Virgo diuinitus ista hausit. 1. Eum genere nobilem, natione Britannum, Antiochiam abijsse (fortè locis sacris Palæstinæ obitis) vbi virtutis fama eum ad sedem euexit Patriarchalem, quam 7 annos rexit. 2. Is, comperto Cyriacum Britannum Romæ supremum Sacerdotium obtinuisse, conuenire eum voluit. 3. Iamque salutato Cyriaco cum Antiochiam repeteret, & bidui itinere abesset Roma, confestim reuocatur, Britannasq; Virgines, & in his neptes suas expectare præsentiam intelligit. 4. Romam igitur reuertit, iungit se Sodalitati, vt Martyrio coronetur. 5. Monitus à Cyriaco, literis vt nomina principum personarum totius Congretationis consignaret, ea post communem lanienam biduo, superstes lapidibus incisa condidit sarcophegis; & ipse extremam se stitit hostiam barbaris. Hic idem Iacobus videtur esse, quem Veteres, & recentiores omnes in Antiochenis Patriarchis Zebennium vel Zebenum nominarunt: consonat tempus Pontificatus: septem illi annos cum S. Elisabetha, Eusebius Marianus Scotus, Hermannus Contractus, alijque tribuerunt: horum annorum extremus apud Eusebium finitur ipso tempore, quo Alexander Imperator dolo Maximini paucis ante Martyrium Vrsulanum diebus est interemtus. Scio Nicephorũ velle ipsum Vrbano Pontifice floruisse: demus eum duos fermè annos Vrbano & 5. reliquos Pontiano Papa præfuisse, nihil sequitur incommodi. Sed quid ijs faciemus Chronologis, qui decenium Zebenno tribuunt, voluntque Babylam ei non nisi An. 241 successisse? An cum septimo præsulatus anno Romam abijt, non nisi triennio post eius cognita mors est, vt ita circa An. 241 suffectus ei sit Babylas? vel dici potest ea, quæ nos voluimus anno 237 contigisse: quidam aliã secuti æram, ad annũ 241 distulerunt: nec tamen martyrium eius alibi, quam Coloniæ cognitum fuisse puto: vt mirum non fit, tam Græcos,

S. Iacobus Patriarcha Antiochenus.

Eius gesta.

Obiectionibus respõdetur.

quàm Latinos scriptores id latuisse; quamuis nec Colonienses eius ob temporum intercapedinem meminissent, nisi S. Elisabethâ cælitus adspiratâ didicisset.

S. Marcul⁹ Episcopus Byzantinus.

Erat quidem Antiochiæ iam tunc, cum ei S. Iacob⁹ præsideret, sedes Patriarchalis, nondum tamen Byzantiũ Primatus apicem obtinebat, cuius itẽ loci Antistes Marculus, siue Marcus cum tota Societate pro fide Christi occubuit. Sepulcralis inscriptio vocat eum *Episcopũ in Græcia* vel Thracia, finitimę enim sunt, & habent linguæ Græcæ cõmunionẽ. Fuit is septimus decimus Episcoporũ, quem Nicephorus Marcũ nominat, præfuitque annis omnino 13: quod si huius Pontificatus anni cum priorũ, quos Nicephorus, & Beyerlinck numerant, componantur, stabile Chronologię nostræ firmamentum accedet: nam Polycarpus secundus A. 148 sedem reliquit Athenodoro annis 4: cui 16 annis successit Euzoius; eum excepit Sacerdotiũ Laurẽtij annis 11 mẽsibus sex: cui suffectus Alypius an. 13 & semestri: hunc secutus Pertinax annis 19 mensibus 20 diebus 5. Subrogatus ei Olympius vndecim annis, quem Marcus vel Marculus noster excepit tredecim: his annis si 148. coniunxeris, 237 conficietur quo S. Vrsula cum S. Marco fuit interfecta. Ita sicut Zebenni Patriarchatus, Foilani Lucensis, Pantuli Basileensis, sic & Marci Byzantinus Episcopat⁹ pro nostra faciunt Chronologia: de hoc cœlitus hæc S. Elisabetha didicit. 1. Fratrem fuisse Firmindina Dorothei Thraciæ Regis coniugis. 2. fuisse & auunculum & tutorem Constantia Regum dictorum filiæ. 3. præsediſſe Byzantio Præsulem, quod euersum à Septimio Seuero, Constantinus M. restaurauit, & à se voluit Constantinopolim appellare.

Beyerlinck in Magn. theatro V. Episc.

Tempus Pontificatus.

Ordo loci Episcoporum.

CAPVT XXXXIV.

Qui fuerint An. 237. Episcopi Mediolanensis, Rauennensis, Lucensis, Meldensis, & Iuranus.

ET horum locorum è tumulis educti sunt Episcopi: quorum titulos tuetur S. Elisabetha: cui his suffragatur verbis B. Hermannus: *Porro Virgo Elisabeth docet, plures Episcoporum sacris Virginibus in eodem itinere fuisse associatos, quod nos satis approbamus.* Primus occurrit Mediolanensis, cuius hunc è Sandapila Gerlacus eduxit titulum: *Hic iacet S. Marinus Mediolanensis sextus, qui veniebat de Roma cum sacris Virginibus & S. Verasia Virg.* Atqui Monas sextus habetur loci Episcopus, isque scribitur anni omnino 50 Eleutherio, Victore & Pontiano Pontificib⁹ præfuisse: sed familiare est scriptoribus prætermittere in fastis Episcoporũ Apostolum, & primum Pontificat fundatorẽ; præsertim cũ is altero sibi subrogato ad alia profectus loca decesſit alibi: ita S. Barnabas fundata Mediolani Ecclesia præfecit ei Anatolium, & in Cypro (incertũ, quo anno, vt vult Baronius) Martyrio fuit coronatus, ita nec S. Marcus Aquileię; sed quẽ is præfecit Hermagoras, Proto-Episcop. nominatur: nec etiã S. Petrus, & Paulus tot locorum Episcopis designatis inter loci Antistites numerantur. Sit igitur primus S. Anatolius. 2. S. Caius, 3. S. Castritian⁹: 4. Calomerius. 5. S. Monas qui ind ab Eleutherij Pontificatu ad Pontianum vsque 50 rexit Ecclesiam annis: post quem diu vacauit sedes. Cur non Mediolanenses hiatum illum adiectione Marini Martyris sexti Episcopi suppleri patiuntur, præsertim cum gesta S. Victoris Martyris eo seculo Marinum quendam nominent eius sedis eadem ætate Pontificem?

Ordo 6. primorum Mediolanensium Episcop.

Alter Episcopor. Simplicius: locus sedis ei⁹ variè, & 4. ferè modis enuntiatur. 1. *Rauanensis. 2. Rauellẽsis. 3. Rauenensis. 4. Rauẽnensis* appellatur. Equidẽ licet *Rauellẽsem* censeri posse existimẽ sub archiepiscopatu vel Salernitano apud Gualteriũ fol. 22. huius tamẽ loci, vt nec Rauanensiũ integer à me haberi Catalog⁹ potuit, vt necesse fuerit ad Rauennenses confugere; quos cõstat à S. Petro, misso Rauennam S. Apollinare fidem Christi recepisse: Episcopos loci Rubeus enumerat; sed de erroribus varijs Baronio, vt in Annalib. & Martyrologio ipse conqueritur, admonitus, eos tamen n emendauit; nam Agapetum posthabuit Seuero; cum exploratissimum sit, Agapetum An. 337. Romano Concilio interfuisse; Seuerum contra Sardicensi Synodo An. 34 subscripsisse. Idẽ quoſdã addit, ab alijs prætermissos, vt sequendus potius sit Claud Roberti syllabus à Baronio collectus, & approbatus: is nonũ Rauennensiũ Pontifi cem Liberiũ vocat circa A. 185. de quo Baronius in Martyrol. 30. Decem. Decimus

Et Rauennensium.

fac

facit Marcellinum An. 232. 5. Octobris non adiecto annorum numero. Vndecimum vero S. Agapitum, qui A. 337. Romano interfuit Cõcilio teste Baronio. Duodecimũ S. Seuerũ Sardicensi Cõcilio subscribentẽ A. 347. V. Baron. 1. Febr. Quã commodè Marcellinũ inter & Agapitũ S. Simplicius in illo centũ annor. interuallo collocatur? *Baron. tõ. Marty.*

Tertius Lucensiũ Episcopus Foilanus in titulo sepulcrali: & in Ferrario Follanus appellatur, qui ad 21. Octob. hæc de eo scribit: *Follanus 4. Episcopus Lucensis eximia sanctitate refulsit, qui à Pontifice Romano cum Simplicio Episcopo Coloniam Agrippinã missus, ibi post multa incommoda, quæ passus est, demum Martyrio pro fidei defensione coronatus est. 12. Kalend. Nouembris, quo die S. Vrsula virgo cum Sociabus Virginibus ab Hunnis martyrium ibidem passa est: Ex monimentis & tabulis Ecclesiæ Lucensis.* Hunc cum Lucenses quartum agnoscant, adeoq; nostram stabiliant Chronologiam, non est, quod diutius hic hæreamus: Mauriſum huic adnectamus, quem S. Elisabetha facit biennio Episcopum in via Lauicana; nam Lauici in Latio præfuit: *Est Lauicum* (ait Ferrarius in lexico geographico) *vrbs olim Episcopalis Latij: nunc est oppidum ducatus titulo honoratum, medium inter Tusculum, & Anagnam: in Boream 12. millia passuum ab vrbe Roma, ab ipsa autem vrbe populi dicuntur Lauici; vnde Virgilius. 7. Aeneidos:*

Et Sactanæ acies, & picti scuta Lauici.

S Foilanus Lucensiũ Episcopus. *Ferrarius in SS. Italia.*

S Mauriſus Lauicanus.

Hinc via Lauicana dicta, quæ ab vrbe Roma Lauicum versus porrigebatur: describit eam Strabo lib. 5 & Liuius, qui eam facit Romanorum Coloniam, ait enim *Senatus censuit Coloniam Lauicos deducendam*: id An. V. C. 337. factum & Cicero pro Cn. Plancio facit municipium: de eodem V. quæ S. Elisabeth c. 10 memorat. *Liuius li. 4.*

Repertus alius à Gerlaco titulus hac epigraphe. *S. Iouinius Eborensis Episcopus frater S. Pantuli*: de loco potest esse controuersia ob librariorum diuersas scriptiones; alibi enim Eboracensis; alibi Ebroicensis inuenis notatum: sed tribus hisce in sedibus locum reperit Vrsulani martyrij tempore. Si enim Eboracensem in Anglia præsulem faciamus, fauet nobilis eius & Pantuli è Britannia prosapia, & locus ei vacat inter Samsonẽ, qui Eleutherio Papa A. 178 præfuit, & Taurinũ secundũ, qui Cõstantio Chloro circa A. 304 imperante floruit. Sin Ebroicensibus eum adnumeremus, & ibi seculorũ aliquot lacuna visitur: cũ inter Taurinũ à Clemente A. 95 eo missũ, & Mauriſum, qui A. 507 præfuit, vnus tãtum Gaudus, alijs Thuanus interponatur, sine certo tẽporis spatio: vnde & huic aptè censui inseretur: sic & Eborenses inter locũ commodum reperit. 1. Mancius sacris ibi præfuit vnus 70. Discipulorũ; alter Quintianus Constantino M. Cæsare floruit; quantũ hic interuallum pro Iouinio intercipitur?

S. Iouinius Eborensis.

Eboracensis.

Vel Ebroicensis.

Alius Gerlaci titulus hanc præfert inscriptionem: *S. Vrsmarus* (alias Viſmarus) *Episcopus de monte Iurano.* Iura mons Galliæ Narbonensis est Ortelio, in cuius descensu versus Germaniam, Ioannes Stumphius ponit Auenticum, sedem Episcopalem eã, quæ A. 590 Losannam translata est, vt ait Claudius Roberti: nunc autem Losanna ab hæreticis tenetur, & Episcopatus Friburgi in Nuitlandia Heluetiorum sedes est constituta. Subscribit Miræus: *Auenticum Gal. Auences, Germanice Auantzij aut VVifflisburg vrbs olim Episcopalis apud Heluetios, cuius quidem sedes inde Losannã A. 598. translata est.* Vocat autem Franciscus Guilimanus: *Auenticum antiquiſſimum, & ex antiquis* (in Heluetia) *primum & vnum*; imò & *Romanorum Coloniam* plerique: Euersum est illa cõmuni Romani Imperij, & Galliarum strage, quæ sub Valentiniano 3. & Martiano Imperatore contigit; alij sub Constantino per Alemannos factum nolunt. Postea Viuilo Comes ex ruderibus supra eum collem vbi vrbis Capitolium fuerat, castrum firmauit, Viuelsburg nominatum: Nec mirum videri debet, eò ipsò ferè tempore in exiguo locorum interuallo Basileæ, Octoduri, Seduni, Vindoniſſæ & Auentici sedes fuisse Pontificias: eorum enim temporum præsules martyrium anhelantes, animas hominum, non dominia, vel principatus ambiebant: vt malè neget ideò Franciscus Godwinus S. Lucij Regis Britanniæ ætate circa Eleutherij Papæ tempora ibi 28 Episcopatus fuisse constitutos.

Vrsmarus de monte Iurano seu Auenticẽsis. *In Syno. Greg. 2. Stumphi li. 1. Heluet. c. 3. Rob. in Gallia Christ. Lib. 1. Heluet. c. 3.*

Lib. de Episcopis Angliæ.

Nec tacẽdus S. Cæsarius, q. Meldensiũ Episc. perhibetur. Nouẽ Episcoporũ (qui vltra 370 an. gubernarũt) nomina sũt, nec nisi vni ann. mortis habetur adnotatus; hęc eorũ series est. 1. S. Sãctin⁹ Discipul⁹ S. Dionysij Areopag. obijt an. 118. 2. S. Antonius vel Antonin⁹ 3. Manſuet⁹. 4. Modest⁹. 5. Achireus vel Acherus. 6. Riolus. 7. Prome⁹ vel

Series Meldensiũ Episcoporum.

vel Promerus. 8. Primitus vel Primatus. 9. Principius. Inſcre huic ordini, vbicunque voles, tempore, quo currebat annus 237 non addiro ſedis initæ, nec mortis definito tempore S. Cæſarium Martyrem, pari, vel meliori iure ſedem ſibi vindicat, quam alij: cum titulus eum approbet ſepulcralis, caput Steinfeldiæ diu fuerit honoratum, & B. Hermanno Deus c. 16. prolixum reddiderit de eo oraculum.

Vltimus ſupereſt Iwanus, quem B. Herman. facit S. Dariæ matris S. Vrſulæ auunculum, & oppidò longæuum. An igitur idem eſt à multis dictus Eluanus, miſſus cum Meduino Britanno, nomine Lucij Regis Legatus ad Papam Eleutherium, oratum præcones fidei, quando Fugatius & Damianus eò Roma amandati Regem, & Britanniam fidei Chriſtianæ rudimentis initiarunt? ita Baronius tradit: potuit is paulò poſt Epiſcopus eſſe conſecratus, vt martyrij tempore 50 Pontificatus annos cõpleuerit: non erat id ea tempeſtate nouum & inuſitatum: cum S. Policarpus ab Apoſtolis Smyrnenſis Epiſcopus initiatus, teſte Irenæo ad 169 peruenerit Chriſti annum vt ad 70 videatur annos cum S. Remigio Cathedræ ſuæ præſediſſe.

Baron ad An. 183.

Longæui Epiſcopi Annorum 70. & 68.

S. Ioannes Euangeliſta 68. annis Epiſcopum egit, An. 101. ſi Baronio credimus, demortuus. S. Dionyſius verò Areopagita ad 64 annos partim Athenienſi, partim Pariſienſi præſedit Cathedræ. S. Claudius à tempore conſecrationis in Veſuntinum Archiepiſcopum 62. compleuit annos ante, quàm decederet, de quo Martyrol Gallic. 6. Iunij, & prolixius in Veſontione Chiffletius.

Mart. Gallic. 9. Octob. Chifflet. in Veſontione.

Deſiderius autem tertius Lingonenſium Epiſcoporum ſupra 60 annos teſti Claudio Roberti præfuit: totidem Ioannes Mileti Pariſienſem diœceſin guberna uit apud eundem: qui etiam S. Hugonem Gratianopolitanum, & S. Lupum Trecenſem 52 annis facit antiſtites; Calocerum autem Mediolanenſem 53; Leontium Senonenſem annis 58; Monam Mediolanenſem annis 59: huic alij 50 tantum tribuunt. Quos tamen multum temporis diuturnitate in Pontificatu ſuperauit S Memmius primus Epiſcopus Catalaunenſis, quem Martyrol. Gallic. vult 80 anni egiſſe præſulem. Claudius autem Roberti teſtatur S. Exuperij ſucceſſorem Renobertum ætatis anno 120 Epiſcopatus autem 90 deceſſiſſe, quam ætatem S. Simeoi 1. Solymorum Epiſcopus exæquauit, at S. Maclouius alias Machutes, primus Epiſcopus Alathenſis in Armorica tredecim annis ſuperauit, ætatis An. 133 demortuus Quæ hoc in loco congerere volui, ne alibi cum nauſea repetere cogar, nec quis miretur, ſi multis Epiſcoporum Colonienſium primis, 40 annos Pontificatus ſim attributurus: de quorum Antiſtite quarto, quem S. Eliſabeth vocat Aquilinum, oritu difficultas iam diſcutienda.

Claudius Roberti in Gallia Chriſtiana.

Epiſc. 80. annis, imò 90.

CAPVT XXXXV.

De primis Epiſcopis Colonienſibus, & duobus Maternis & Aquilinis.

EXploratum apud omnes eſt, primum Agrippinenſium præſulem S. Maternum fuiſſe, illum S. Petri Diſcipulum, cuius pedo ipſe denatus in Alſatia vitæ fuit reſtitutus. Quis ei ſucceſſerit, controuertitur. Tres hac de re pugnant ſententiæ, qua ad An. ſalutis 131 ita recenſet magnum Belgij Chronicon: *Poſt eius (Materni) diſceſſum, non inuenitur in ſcripturis autenticis aliquis alius in cathedra ei ſucceſſiſſe vſq; ad tempora B. Seuerini, qui eidem ſucceſſit poſt 214 annos, de qua quidem longa vacatione varij ſunt apud varios coniecturæ; vt quia vel Ciuitas Colonienſis in paganiſmum relapſa, nullos habuit Pontifices, vel ſi qui forſan ibi præfuerunt, latebant occultè propter perſecutionem fidei Chriſtianæ temporibus illis crudeliter ſæuientem; vel certè ſicut B. Maternus ſic ſucceſſores eius cum Treuirenſi Colonienſem regebant Eccleſiam: ſed quid horum potiſſimum eligendum ſit, lector videat. Hæc ex Chronico Colonienſium Epiſcoporum collegimus.* Primam tuetur harum opinionem Petrus Merſæus Cratepolius exigua laude Colonienſium, et repugnant, verſus iſti in templis decantatiſſimi.

Tres ſententiæ.

Cratepol in Catalogo Epiſcoporum Colonienſ.

Can

Gaude fœlix Agrippina, Sanctaq; Colonia,
Ex quo fidem suscepisti, recidiua non fuisti,
Sed in fide stabilis.

Tertiam sententiam, ab eodem præsule Treuirensem, Colonien-sem, & Tungrensem Ecclesias esse ducentis annis gubernatas, multi tenent recentiorum; ego licerijs fortè dedero, tertium Colonien-sem Episcopum S. Marcellum ijsdem præesse potuisse, cum is etiam Coloniæ, non item S. Nauitus & alij quidam colantur, & cõmodè interseri inter Paulinum & Aquilinum potuerit, id tamen duobus seculis totis factum esse ægrè mihi persuadeo. Potuit primus fundator Pontificatus & loci Apostolus paucis admodum Christo aggregatis tot simul locis intendere: aliud cum ijs est, qui centum vel ducentos post annos aucta maximis incrementis Ecclesia successerunt: ità vidimus memoria Patrum in Indijs vsu veniſse; quæ rémotissima loca ab initio Pastoris vnius laboribus excolebantur, ea nostra ætate fuisse in multas diœceses diuidenda. Faciamus tamen primis seculis ab vno fuisse loca tria Pontifice gubernata; Sed quo tandem seculo fuêre tres diœcetæ diuisis territorijs nominati? Constat S. Valentinum nonum Tungrensium Antistitem, S. Seruatium, Agricolaum, & posteriores, non simul Colonien-sibus, & Treuirensibus præfuisse: imò Euphratem & S. Seuerinum tunc rexisse Aggrippinates: à quibus credemus factam eam successionem? Harigerus certè Abbas in S. Materno c. 17. vbi Tungrenses octo Episcopos simul præficit Treuirensibus: nullam facit Aggrippinæ mentionem, non taciturus, si vllo teste, vel ratione stabilire id potuisset. Denique sat frequens erat Agrippinæ oppidum, munimentum Romanorum contra Germanorum assultus firmissimum, sat copiosi Vbij, confineſque populi Christiani, quibus solis regendis perneceſſarius Episcopus videbatur, quando superiore capite vidimus, circa Basileã vicinissima loca fuisse à diuersis Pontificibus gubernata, præsertim cum totum ferè oppidum fidem Christi recipisse argumento sit, quod nunquam legatur populus, vel magistratus (vt Treuiris & plerisque in locis accidit) in Christi fideles sæuijsse: & tot Virginibus Vrsulanis erecta Mausolea, quæ superant, satis indicent, communibus, & magnis ciuium impendijs tam breui tempore tot millia Martyrum & esse funerata, & statim ijs opere magnifico templum excitatum.

Me tamen præcipuè S. Elisabethæ conuincit oraculum, quo quartus Agrippinensibus proprius, & à Tungrensium, ac Treuirensium antistite diuersus præficitur, Aquilinus appellatus: nec opus est plures duobus hunc inter & primum Pontifices interesse: quando eum inter, & Metropolim quartum Tungrensium præsulem (sub quo B. Vrsula fuit coronata) totidem tantum secundum aliquos interiecti numerantur. Adhæc Coloniæ non deerant Materni Discipuli, qui ipso demortuo plebem ad omnem virtutem erudirent, & fidem etiam sanguine suo consignarunt. Vnius Ægidius in Harigero Lobiensi Abbate meminit Paulini, cuius sacros cineres eo loci, vbi postea Basilica S. Cæciliæ honori fuit dedicata, repertos, cum de S. Materno loquitur, his testatur verbis: *Duas principales Ecclesias cum alijs Sanctorum diuersis Oratorijs, vnam in honorem Domini nostri, quæ nunc dicitur S. Cæciliæ, aliam S. Petri, quæ nunc dicitur S. Victoris, ædificauit. In dicta verò Ecclesia S. Cæciliæ nouissimis temporibus repertum est corpus gloriosum B. Paulini Martyris, discipuli S. Materni, qui propter prædicationem, & fidem Christi in dicta ciuitate Colonia martyrio meruit coronari.* Hæc Ægidius de sui temporis re gesta. Est autem longè diuersus Paulinus hic à Paulino Constantinopolitano malleis iconomachorum interemto: licet & hunc Coloniam translatum multi putent.

4. Colonien-sis Episcopus Aquilinus.

To. 1. Episcoporũ Leodien. fol. 17. c. 13.

S. Paulin. Martyr discipulus S. Materni, 1. Episcopus.

Quod si quis contenderet S. Paulinum fuisse S. Materni in Pontificatu successorem, vt S. Euergisius S. Seuerini; eumq; gliscente Antonini, & Commodi persecutione circa An. Domini 169. vel 179. fuisse interemtum tunc; cum ea tempestas atrocissimè Gallias afflgeret, non magnopere repugnaro; Supersunt literæ Viennenses, & Lugdunenses tam ad Asiæ, Phrygiæque Ecclesias, quam ad Pontificem Maximum Anicetum luculenter scriptæ de grauissimis tormentis, & quæstionibus, quibus Christi fideles Lugdunensis maximè ciuitatis tunc subdebantur Photino Episcopo

Quando passus videatur.

Duo Anonymi Episcopi inserendi Catalogo vt ordo totus constet.

copo Octogenario paulo post crudeliter pro fide trucidato ; vt perfacilè sit Paulinum inter & Aquilinum anonymum Episcopum per 20 aut 30 annos statuere , vel etiam S. Marcellum, quem colunt Vbij : sic & inter Aquilinum breui post Vrsulanũ Martyriũ denatum, ac Maternum secundũ, (de quo paulo post recurret dicendi locus) alter Anonymus sufficit, qui forte Lewoldus dictus est, Subdiac. Diacon⁹ S. Aquilini: vt totus Præsulum Agrippinensiũ ordo sine inter-Pontificijs coagmẽtetur.

Perijsse nomina Episcoporũ, traduntur.

Adeoque secunda sententia videtur virisimilior, quæ nunquam vult Agrippinensibus proprium Episcopum de fuisse, licet eorum nomina , vel res gestas, vetustatis, & temporum iniuria, vel Tyrannorum maleuolentia , ac potissimum Deocletiani sacrorum codicum bustum obliterarit, primis tantum locorum Apostolis tenaci posterorum memoria conseruatis: vt ex capire præcedente colligere licuit.

Vulgata hæc nationum ferè omnium querela est, iam inde à septingentis prope annis continuata; paucos è multis auctores delibabo.

Flodoardus lib. 1. c. 5.

Flodoardus, qui A. 950 vixit, hæc lib. 1. de Remensibus primis Episcopis queritur: *Frequentibus igitur persecutionum procellis intonantibus , Ecclesiæ puppis nostræ iactata, diuersisq; oppressa fluctibus, quoniam caput vix attollere poterat , quanto sedes ipsa tempore rectore vacua digno resederit, haud facilè panditur ; adeò vt post præmissos nostræ fidei Patres beatum Sixtum, atque Sinicium vnum duntaxat præsulem inueniamus Amansium , ad imperium vsque Constantini , sub quo Betansius reperitur , qui cum primogenito Diacone suo primus ex hac Belgica prouincia legitur Arelatensi primæ interfuisse Synodo.*

Harigerus lib. 1. Episc. Leod. c. 17.

Deplorat idem Harigerus pene suppar Flodoardo c. 17 cum nuda successorum nomina S. Materni in Tungrensi cathedra recitasset: *Post eius decessum*, ait, *in Pontificio sibi per ordinem successerunt Nauitus, Marcellus, Metropolus, Seuerinus, Florentius, Maximinus, Valentinus; & hi quorum imperatorum, vel consulum floruerint tempore, vel quos vita singulorum habuerit exitus, quotque annis administrarint singuli officium Pontificatus, vel quis illorum sepulturæ sit locus, nullius à nobis requirat exactio , cum Ecclesiarum totius Galliæ memoriam aboleuerit facta ab Hunnis subuersio.*

Iacob. Manlius.

Et Iacobus Manlius in Chronico Constantiensi cum ait: *In tertio capite mens erat omnium tam Vindonensium, quam Constantiensium Episcoporum Catalogum cum annorum, & historiarum insertione conscribere; sed quia post longam mei, & prædecessorum meorum in diuersis Monasteriorum, aliorumq; locorum literis , tabulis , ac libris inquirendi diligentiã, non omnium historias reperire quiuimus, ideò vbi huiusmodi in præsenti catalogo abesse cernuntur, non meæ, sed priscorum duntaxat negligentiæ imputandum venit, quia ea, quæ reperi , accuratissima quidem opera , hoc vt sequitur stylo conscribere curaui.*

Claudius Roberti.

Concinit his Claudius Roberti accuratissimus Pontificum indagator, qui in cathedra Rotomagensi, Senonensi, Turonensi & alijs, hanc iterat cantilenam : *Post quem sedes diutissimè vacauit propter acerbas persecutiones, aut saltem successorum aliquot nomina obliuioni sunt tradita, quod & alias accidisse monuimus.*

Andr. Saussaius in Martyrol. Gallic. apparet c. 14.

Copiosius reliquis hanc recantat neniam Andreas Saussaius: *Antiquissimas*, ait, *esse Galliarum Ecclesias ipse Tertull. libro aduersus hæreticos prædicat, & tamen post singulorum Episcopatuum autores, qui in singulis populis fidei patres exstitere , vix vlla est ex primæua eiusmodi fundatione sedes, quæ seriem suæ Pontificiæ successionis haud interruptam ostendat; cum à primò Præsule, vel secundo vacuus appareat diuturno temporum cursu Pontificalis consessus, vel si Episcopus aliquis fractis vicibus comparet, solo censeatur nomine , actorum eius vel modica expressione suppressa: hinc nonnulli ansam suspicandi arripuerunt , sedium Gallicanarum origines, quæ ab antiquissimo stemmate passim commendantur , non tantæ vetustatis esse, quantæ prædicantur ; sed fallantur : nam interpontificia, quæ in tabulis Ecclesiasticis passim apparent, longè ab alia, quàm putant, manarunt occasione , nimirum à persecutorum immanitate , qui diabolica perciti maleuolentia, post necatos primos Christianæ religionis parentes apud Gallos , eorum nomina obliterare & memoriam supprimere omnibus modis contendebant. Accessit Diocletiani feralis sanctio, qua mandauit omnes Christianorum religiosos codices cremari anno Imperij sui 18 mense Martio : quam librorum sacrorum conflagrationem suis quàm adspexit oculis, deflet Eusebius. Tunc enim temporis in tanto Christianorũ scriptorum naufragio perpaucæ remanserunt tabulæ, eademque etiam mutilæ, quæ superstant.*

Hæc

Hæc Sausaius. Ita gentium ferè omnium literis constat, singulos fere orbis Episcopatus, si non iacturam nominum, certè gestorum fecisse naufragium; vt nouum videri nequeat, si census Colonienſium Episcoporum interruptus appareat, licet constet fidem semel receptam Christianam nunquam Agrippinates abiecisse.

Enimverò cum ea Colonienſibus gloria præcipua tribuatur, quod à S. Materno fidem traditam, inviolatam ad hunc vsque diem conseruarint, non videntur vnquã idoneis caruisse Præsulibus, qui sedi præficerentur: Ornauit hac eos superiori seculo laude Cardinalis Hosius, præses concilij Tridentini, dum inter cetera ait: *Ac quo semel est imbuta recens odore S. Euangelij, quod à D. Materno D. Petri discipulo, qui primus vobis odorem notitiæ Christi manifestauit, sibi per manus traditum accepit, eam mille quadringentis & amplius annis retinet, &c. Reuera estis illa virgo casta, quàm posteaquam vni viro despondit exhibere Christo Apostolus ille vester Petri discipulus Maternus, virginitatem vestram integram, & incorruptam semper seruastis: nec ab eo, cui semel spirituali coniugio per eum estis copulati, vos vnquam deuelli sustinuistis: quod ab initio didicistis, in eo constanter adhuc permanetis: in qua fide ille vos Christo virginem castam despondit, eam integram in hanc diem, & inviolatam conseruastis. Quamobrem laudo vos, quod per omnia Materni vestri, qui fuit Petri Discipulus memores estis; & sicut ille tradidit vobis, eius præcepta tenetis, nec ea vel in minimo violari permittitis, verum quæ Petrus per Maternum, & per successores eius legitimos in hunc vsque diem credenda vobis, & retinenda tradidit, omnia sarta tecta, quod aiunt, summo studio seruare studetis.* Quibus extremis verbis innuit Cardinalis, seriem Episcoporum iam inde à S. Materno nunquam interruptam. Prædicat eandem in fide constantiam ex vetustissimo sermone Browerus noster legi, ait, *in Treuiris Golfeheri Cœnobita, qui gesta Treuirorum contexuit, sermonem de S. Materno, quo inter alia Coloniam Agrippinam tanquam felicem extollit, postquam sacrilegis erroribus nuncio remisso, & squalore gentilitatis absterso fidem, potentiam, & dignitatẽ S. Materni exploratam habuit; quippè omnes illos Sanctorum numeros, & sacros Martyrum manipulos S. Gereonis, & S. Vrsulæ sodalitio claros, huius Materni tanquam matris partũ existere: & sicut Christus Dei filius pro fide B. Petri ne deficeret, aut vllo vnquam tempore læsieret preces adhibuit; sic etiam Petrum orando suorum discipulorum fouisse præcordia; ne quod satum in aliorum pectoribus, verbi diuini semen natum exaresceret, aut represso fœtu excideret.*

Constantia Colon. in fide.

Hosius in literis ad eos datis.

Lib. 2. Annal. Treuir. An. 126.

Porrò memoriam primorum Agrippinensium Episcoporum vetustate fuisse obteratam demonstrat Maternus 2 sedis illius antistes diuersus à Treuirensi & Trajectensi temporis illius Præsule, cuius licet loci inquilini, & series Episcoporum nihil neminerint: eius tamen & Africani, & Asiatici scriptores ob res præclarè gestas cum laude faciunt mentionem. De eo coæui eius scribunt Eusebius, & ipse, qui eius nonnunquam opera vtebatur Constantinus Imperator in rescriptis; Optatus Mileuitanus, & S. Augustinus: quem etiam velut Galliæ Pontificum oraculum Romã legauit Imperator, vt in concilio causam Cæciliani cognosceret: quam rem cum potrè, & diserte referat Browerus noster, verbis ipsius commemorabo.

Certũ est perijsse gesta primorum Episcopor. Colonien. sium. *Ex Materno 2.*

Lib. 3. Annal. Treuir. An 313.

Florebat eximia per hosce dies, cum integritatis, tum sapientiæ laude in vicina Treuiris Agrippinensium Colonia Maternus Episcopus, vt admiratione non careat, tantum, tamq; præstantem Episcopum indice publico, seu quadam obliuionis iniuria disjunctum, cuius certè non Eusebio duntaxat, & Optato, sed etiam Constantini rescriptis celebratum nomen. Et honorificum sanè Imperator de hoc Materno iudiciũ in causa Cæciliani Carthaginiẽsis cognoscenda fecit: Narrata deindè Cæciliani Carthaginensis Ecclesiæ Diaconi causa subdit. *Constantinus etsi primo detestari visus in clero pertinax illud contentionis genus, cum rescriberet.* Petitis à me in seculo iudicium, cum ego ipse iudicium Christi exspectem: *Tamen quod satis rei euentus arguit, cognitionem accepit; & libellorum, literarumq; exempla, quæ ex Africa huc perlata, mox ad Maternum Agrippinensium, Rheticium Augustoduni, & Marinum Arelatensem excellenti virtute tum Galliæ duces misit, atq; eos cognita, & diligenter inspecta causa Romã, vna cum ceteris Italiæ Episcopis adjsse. Vnde disertis verbis Optatus lib. 1.* Ad Vrbem Romam ventum est ab tribus Gallis, & à quindecim Italis, conuenerunt in Domum Faustæ in Laterano, Constantino 3. & Licinio Coss. 6. non.

Laus eius eximia.

non, Octobris : *Considentibus Episcopis causa Donati, & Cæciliani in medium reuocata. Cæcilianus omnium Episcoporum sententijs innocens pronunciatur. Miltiades etiam, cuius in hoc iudicio summa fuit autoritas, Cæcilianum in Ecclesiasticæ Communionis integro statu merito retinendum censuit. Hæc quia ad Materni partim memoriam conseruandam, partim ad Belgicæ Ecclesiæ statum, cui Agrippinenses & Tungri impliciti, exponendum magno vsui, quæ præscriberentur literis digna sumus arbitrati; quo leuiore momento rudis illorum opinio frangitur, qui iam inde à primò, & Apostolico Materno vsque ad Euphratem, populum Agrippinensem tradunt, aut nullos habuisse Pastores, aut eosdem, quos Tungri, Treuiriq;, aut denique in cultu degenerem abiectis & repudiatis, quæ semel imbiberant religionis sanctissimæ præceptis, abysse in consuetudinem pristini erroris.* Hactenus Browerus, qui subdit Maternum hunc *ob virtutis singularis, & sapientiæ famam in hac causa legatione Ecclesiarum vtriusq; Germaniæ, & Belgicæ perfunctum esse, non sine Episcoporum approbatione munus id ei deferentium.* vt minus iam mirum esse debeat Aquilini quarti Agrippinensiũ antistitis nomen intercidisse, quando rebus gestis: & sapientiæ laude tam celebris Episcopi (qui 80 annis post floruit pacatis Ecclesiæ temporibus) memoriam Coloniæ sepultam ipsi Africani, Asiatici, & Itali scriptores conseruarunt: non enim huius ætatem Constantino catholico dominante tales persecutiones exceperunt, quales Decius, & Diocletianus post Aquilini Pontificatum mouerunt, qua posteriore sacri etiam codices & diphtycha Episcoporum flammis absumebantur: eiusdem Materni meminit Baronius & in Annalibus, & in Martyrologio, Lindanus apud Baron. Claudius Roberti, & alij.

Baron. to. 3. An. 313.

a. *Ex Euphrata historia.*

Accedit quod multi velint primum à S. Materno Catholicum Episcopum præsediſse S. Seuerinum; Euphratem autem Arianis dominantibus in sedem Agrippinensem intrusum, cum huic tamen in Oecumenico Concilio Sardicensi Ann. 347. celebrato is honos delatus ab omnibus sit, vt Vincentio Episcopo Capuano viro clarissimo, & in concilio Nicæno ob perfunctam tunc Apostolicæ sedis legationem magna laude versato, comes adiunctus sit legationis ad Constantium Imperatorẽ: sed quas vir ille ob castimoniæ laudem passus ab Arianis iniurias sit, ex coæuo teste incorruptissimo S. Athanasio audiamus.

Athanas. epist. ad solitar.

Missis ait *à S. Concilio in legationem Episcopis Capuæ, quæ Metropolis est Campaniæ, & Euphrata Agrippinæ, quæ est Metropolis superioris Galliæ, vt pro Synodi decretis Imperator Constantius Episcopos, quos ipse eiecerat in suas sedes reuerti pateretur: & in eam sententiam à Constante pientissimo ad fratrem suum literis datis, quibus Episcopos illi commendabat: viri isti mirifici ad quoduis facinus promti, cum legatos istos Antiochiæ vidissent, in commune quidem cõsilium ineunt; sed ita tamen, vt Stephanus (hic erat Episcopus Antiochiæ Arianus)*

Laudat eius Castitatis amorem.

fabulam iniiti consilij peragendam susciperet, vtpotè ad eiusmodi res longè aptissimus. Suscepto, negotio conducit ille publicam meretricem in ipsis feriis sanctissimi paschatis: eamq; nudã per tenebras immittunt in ædes Euphratæ Episcopi; meritrix autem principio, quia credebat iuuenem esse à quo accerseretur, promtè sequebatur: postquam autem ita destituta ab illis hominem dormientem, ignarum omnium intueretur, diligentiusque considerans senis vultum, & Episcopi speciem animaduerteret, statim clamorem edit, ac vim queritatur. illi contra illã orare, vt taceret, & falsum crimen Episcopo concinnaret. Die igitur illucescente enunciatur facinus, & vniuersa ciuitas concurrit, & qui in palatio rei admiratione commouebantur: neque eam silentio tradi volebant, itur ad iudicium: leno prodit eos, qui meretricem accersierant; illiq; deinde autorem illius rei Stephanum esse ostendunt, erant enim eius Clerici, qui conuenerant. Stephanus igitur Episcopali dignitate exuitur, & in locum eius sufficitur Leontius ille castratus, nõ ob aliud, quàm vt non deesset hæreseos propugnator. Imperator verò Constantius, paulisper compunctus ad se redyt: coniecturaq; ex ijs, quæ aduersus Euphratã designauerant facta, consimiles esse eorum in alios calumnias arbitratus, relegatos ex Alexandria Armeniæ Presbyteros, & Diaconos è vestigio redire iubet, & differè Alexandriam scribit, ne vlterius Athanasij aut Clericos aut laicos persequerentur. Hæc ex S. Athanasio Baronius.

Baron. An. Christi 348

Pari ratione nomen Aquilini, qui cum S. Vrsula vixit gliscente in Germania, Gallia, Asia, & Romæ Maximini persecutione penitus est obliteratum, sicut & reliquorum

rum duorum, qui ipsum inter, & Protoepiscopum S. Maternum intercesserunt: Quapropter S. Elisabethæ cœlitus datum responsum operæ pretium erit memorare: quæ temporis Vrsulani Martyrij Pontificem Agrippinēsem his describit verbis: *Fuit Coloniæ in tempore illo quidam sacer Pontifex plenus Spiritu sancto, qui quartus post B. Maternum Ecclesiam Dei illic gubernabat nomine Aquilinus: hic cum essemus regressuræ à Roma, iamq. ad reuersionem præpararemur, videt, demonstrante sibi Deo vniuersam multitudinem nostram, ac totum ordinem passionis nostræ, quam eramus susceptura perspexit, audiuit etiam vocem dicentem sibi, vt ad sepelienda corpora nostra præparatus esset, & cuncta, quæ necessaria essent, humationi nostræ cum festinatione conquireret.* Quibus verbis manifestè docet *primò* ad S. Vrsulæ tempora vsque proprijs fuisse Præsulibus gubernatos Agrippinenses; *Secundò* nec eos omnes cum Tungrensibus, & Treuirensibus communes fuisse, cum ea tempestate Metropolus ipsis præsideret. Hinc quidā (alius tamen ab Harigero) apud D. Fleien in historia Vrsulana fol. 880. cum Martyrium descripsisset, eius, & Metropoli tempus ita consignauit: *Sanctæ Virgines per Rhenum Coloniam descendentes ab Hunnis sunt interfectæ, Pontificante ibi Aquilino 4 à B. Materno, qui eos in campo sepeliuit. Floruit sub Apostolicis Calixto I. Vrbano I. Pontiano, Cyriaco & Antero.* Eundem recepit ante secula aliquot Albericus trium fontium Monachus in Chronico cum ad An. 237. ait *de quarum Sanctarum tempore, & de reuelatione huius historiæ omnes vsque ad tempus istius Elisabeth errabant historiarum scriptores, & Chronographi. in ijsdem etiam visionibus continetur, quis in hoc anno Episcopus fuerit, nempe Aquilinus.* Eiusdem Aquilini Pontificatum probat Wesalienſis v. lib. vlt. cap. 20. test. 4.

Auctores qui Aquilinum admittunt. S. Elisab. c. 20.

Harigeri interpolatoris.

Wesalienſis.

Solent multi Aquilinum hunc eundem facere cum Solino, vt S. Elisabethę reuelationes tueantur: quas hac ratione penitus eucrtunt. Demus vt isti volunt Attilę tempore Martyrium Vrsulanum contigisse, quomodo post Attilana tempora 20. annis, anno scilicet 475 floruit Aquilinus, cum S. Elisabeth eum faciat peracto funerationis officio statim demortuum, & Solini tempore Clematius Coloniam venerit, vt Ecclesiam olim à ciuibus post ipsum Martyrium excitatam postea flammis exustam, sepulta iam penè virginum memoria restauraret?

Diuersus à Solino est.

Confutatur communis error.

Præter hunc S. Aquilinum alius fuit eiusdem nominis, & vrbis Episcopus postea designatus, qui fuga dum Sacerdotium declinat, laurea Martyrij Mediolani decoratur: de quo ad 29. Ian. Ferrarius.

De alio S. Aquilino designato Coloniensi Episc. *Ferr. in sanctis Italiæ.*

CAPVT XXXXVI.

Incredibilia quædam circa Cyriaci Pontificatum, Iacobum Antiochenum, Marinum Mediolanensem, Foilanum Lucensem, & aliarum sedium antistites obiecta diluuntur.

LICET aduersariorum argumenta contraria reiecerim in alterum librum: malui tamen, quæ Episcopis obijciuntur hic post eorum sedes stabilitas claritatis gratia proponere. Et sane ab amico quodam viro æui nostri eruditissimo, multis libris editis claro difficiliora circa hos, quam aduersariorum vllo hactenus opponuntur, quæ vulgare volui: tanto enim veritas magis emicat, quanto fortius oppugnatur, is sic obijcit: *Cyriacus siue Papa, siue relegato Pontifice Vicarius Papæ, tempore periculosissimo cum Ecclesia tum vniuersalis, tum Romana eius maximè egeret opera, deserit curam sui gregis, renunciat muneri, omnibus pene ex Clero reclamantibus, ac factum sui Episcopi siue realis, siue titularis detestantibus. Respondetur, Angelo reuelante acceperat se fore Martyrem: cui hoc fidem facit? Deus non hac ratione euocat è suis sedibus, à suis sponsis Ecclesijs Episcopos desponsatos; Nec tam amans est Martyrij in vno capite, vt propterea velit totum gregem deseri, & in capitis discrimen adduci. Fingamus hoc tempore simile quid attentare non Papam, non Episcopum, sed vel vnum aliquem ordinis religiosi Præpositum, aut Vicarium, omnium calculis*

Difficultates. 1 Cyriaci renunciationem.

calculis condemnabitur, si tueatur se prætextu reuelationis, dicetur hominem fuisse illusum malo genio, aut aberrante phantasia deceptum.

2. Incredibile fuisse Britannũ.

2. Incredibile videtur Cyriacum siue Papam, siue Papæ Vicarium fuisse Britannum, habuisse in sodalitate Vrsulana notas, cognatas, neptes, aut nominetur vllus, qui primis illis temporibus sederit in Cathedra Petri, aut fuerit in Clero Romano nominatus gente vltramontanus.

3. De S. Iacobo Patriarcha Antiocheno.

3. Iacobum quendam fuisse Patriarcham Antiochenum, natione Britannum; cui hoc credibile ante Chrysostomi tempora, cum Græcia abundaret viris doctissimis & sanctissimis & electio esset penes Clerum & populum (vt non singatur illum nominatum Episcopum, et missum à Cyriaco, vt Britannum à Britanno) hominem externum, & Græcis barbarum, ad illam sedem euectum esse, cum illius nulla sit apud Græcos mẽtio, nec simile exstet exemplum in illa gente? Deinde eiusdem Iacobi Antiocheni mors, & quæ circa illam, vt quod petierit nomen suum sculpi, & similia figmentum sapere videntur.

4. De Legatis Apostolicis. an primis seculis fuerint.

4. Lucensis & Rauennas Episcopi fuerunt Coloniæ tempore Martyrij Vrsulani: vt insolens narratio colorem habeat, dicuntur fuisse Nuncij sedis Apostolicæ: hoc risum fortasse moueret aduersario quærenti, an vnus fuerit ordinarius, alter extraordinarius? Quid fecerint Coloniæ? An ibi coactum aliquod concilium? an noua instituta Cleri reformatio? An quid simile? An eo tempore ob alias causas, quam concilij missi fuerint sacerdotes à Papa? An etiam Episcopi deserto grege ex Italia missi fuerint trans Alpes Nunciorum titulo? A quo missi fuerint? Denique quærenti simile exemplum ex historia minimè fictitia primorum illorum seculorum, quid respondendum?

5. de S. Marino Mediolanensium antistite.

5. Marini Mediolanensis Episcopi Acta, cum non reperiantur in tabulis illius Ecclesiæ nomen autem illius expressum sit in sepulcrali aliquo cippo Coloniæ; respondetur, videri Acta Mediolanensis Ecclesiæ intercidisse in persecutione Deciana, vel Diocletianea. Quasi cum Acta præcedentium Episcoporum, & subsequentium ad posteritatem peruenerint, hæc sola interierint. Deinde longissima probatio texitur, quod Imperatores isti libros Christianorum cumburi iusserint. Thesis est verissima, ex qua non sequitur hypothesis, ergo & istos: quæ est plane voluntaria, nisi aliunde probetur.

Multa sunt, quæ singulis punctis circa prima nascentis & adolescentis Ecclesiæ tempora postulantur: breuiter omnibus conabor ex receptis primorum seculorum moribus satisfacere.

Responsio ad primũ.

Ad primum de Cyriaco R. Licere Romano Pontifici summo abire Magistratu decretum esse *in 6. tit. 7. c. quoniam*: nec potest hoc amplius in dubium, & controuersiam reuocari. Deinde licuit Cyriaco tempore periculosissimo, cum SS. Anteru & Fabianus in Clero Romano censerentur, viri summo Pontificatu dignissimi quod euentus docuit, & quos se digniores, & huic aptiores officio poterat iudicare sola etiam extra omnem cœlitus datam reuelationem inductus animi demissione exemplo S. Petri, qui Clementi; ac Clementis etiam, qui Lino Cletoque cessit Romanam sedem, vt Damasus vel Anastasius, & glossa cum Canonum peritissimi docent; & tunc etiam, cum ardor persecutionis sæuiret atrocius.

Licita renunciatio Papæ.

Tempore persecutionis.

Tertio potuit etiam inuito Clero & Cardinalium collegio, quorum imperio nõ subiacebat. Potuit id amore martyrij, vel alterius virtutis eadem procella permanente: quod postea Marcellinus cum eum Sinuessanum concilium nollet iudicare sponte fecit; tunc enim cum Ecclesia tyrannorum furore maxime concuteretur, se stitit vltro persecutoribus. Nec ambigendum, quin etiam cœlesti viso monitus debuerit id facere: quod insolens non esse S. Petri Martyrium ostendit: id ipse declinaturus, cum Roma discederet, comperto, & audito Christo *Vado Romam crucifigi*, reuertit ad lauream sibi cœlitus præparatam. Horum facta laudauit Ecclesia, sicut Cyriaci renunciationem celebrant interpretes Canonum, loco citato *c. Quoniam.*

Inuito Clero.

Causâ Martyrij.

Ex reuelatione diuina.

Fingamus etiam hodie Papam, Episcopum, Generalem, vel Religiosum etiam (vt factum nostra ætate scimus à Marcello Mastrillo Societatis IESV nobilissimo martyre) qui prætextu reuelationis tueatur se, vel ad iter Iaponicum suscipiendum vel laureolam ambiendam martyrij, nemo prudens improbabit. Fecit hoc laudabiliter S. Franciscus sine reuelatione profectus ad Saracenos: fecit & Iordanus Generalis

alis Patrum Dominicanorum in Syriam contendens,& naufragio facto portũ cœleſtis patriæ feliciter inuenit,innumeris coruſcus miraculis. Quot alij Pontifices, vt S. Bonifacius,S. Adalbertus & Hiberni plurimi,de quibus ſeq. capite & libro 4. dicam,eandem lauream deſerto grege &ſede ſua apud barbaras gentes laudatè quæſierunt?& ita ſponſas ſuas Eccleſias magis nobilitarunt,fidem Chriſto ſponſæq; datam ſanguine conſignando, quam ſi in ſedibus ſuis magna cum gloria deceſſiſſent?

Ad 2.& 3.miror,priorẽ Epiſcopum Romanum&Antiochenum peti natione Britannum Cyriaco & Iacobo,quaſi nõ debeat in quauis Cathedra primus aliquis cuiuſuis nationis fuiſſe,quo non fuerit alter prior:alias euincam Damaſum non fuiſſe Romanum Pontificem,neque Anacletum:quia illo prior nullus Hiſpanus,nec hoc prior Græcorum aliquis rexit Romanum Pontificatum. Ad 2.

Imò creditum à nonnullis fuit,S. Linum primum & Vicarium Romanæ ſedis, & poſt S. Petrum etiam Pontificem gente vel affinitate ſaltem Britannum fuiſſe. Neque hoc hæreticis etiam viſum eſt incredibile. Vſſerij enim verba ſunt: *Claudia Britanna vxor Pudentis,& mater Lini Epiſcopi Romani.* Et ſanè S. Paulus tres hos; vt aliqua ratione iunctos copulat, *Salutat te Pudens, Linus, Claudia:* ac coæuus eius *S. Clemens*, matrem S. Lini vocat Claudiam. S. Linus creditus fuit originẽ Britannus ex matre. *Vſſerius l. Antiq. Brit. cap 1. 2 Timoth. 4 Clemens l 7 Conſtit. Apoſt. c. 47.*

Nolo periculo meo dictum eſſe, S. Linum verè gente fuiſſe Britannũ: habuiſſe tamen in Britannia notas, cognatas, neptes vel affines mihi veroſimile: cum Romani, Hetruſci, Itali ſedẽ ſæpius ibi figerent, vt libro 3. c. 6. fusè declarabo: & cum Britannis connubia cõtraherent, quod etiam euincunt Epigrammata Martialis. Clericos etiam ſanguine Britannos eſt perfacile nominare. Idem Vſſerius filium Pudentis & Claudiæ Britannæ facit Timotheum à S. Petro Pauloque fidei myſterijs informatum, qui centum ferè annis Clero Romano fuit adſcriptus,& circa An. 166 Martyrio coronatus. Celebris huius apud Græcos, etiã S. Irenæũ & Euſebiũ eſt memoria. Timothe⁹ centũ ferè annis Clericus Romanus.

Quod ſi Romæ iam initio naſcentis Eccleſiæ, cum ſecundum aliquos in Claudiæ Britannæ & Pudentis domo fides oriretur,& domus ea inter primos vrbis titulos & Eccleſias eſt conſecrata, potuerint ex ea familia ſanguine Britanni multi in Clerum cooptari, quã facilè fuit eorum aliquos ſatis idoneos à Lino, vel Clemente Græciæ Eccleſijs præfici, vel Antiochiæ, cuius primorũ Præſulum patriæ nuſquã inueniuntur accuratè literis cõſignatæ: hinc difficilius erit aduerſario monſtrare nullum Antiochiæ, vel in Græciæ ciuitatibus primis ſeculis fuiſſe Præſulem origine Britannum, quam mihi docere Britannos in oriente & tota Europa paſſim ob peregrinationes ad Chriſti veſtigijs inſignita loca inſtitutas notos, plurimis nationibus Epiſcopali dignitate præfuiſſe. Nam vt ſileam Belgiũ, Franciam, Germaniam, ab ijs ſanctiſs. Præſules, Apoſtolicos prædicatores, Monaſticæ vitæ fundatores ſine numero accepiſſe, Italiæ multæ ciuitates, vt libro 4. c. 6. confirmabo, ſecundo etiã & tertio ſeculo Pontifices ſanguine Hibernos habuerunt. Eorũ quidã, vt S. Donatus, dum Feſulanã intraret ciuitatẽ orbatã Epiſcopo, pulſatis ilicò diuinitus cãpanis omnibus, vel alio miraculo electi, coacti ſunt admittere Pontificatũ: S. Cataldus etiã poſtea Tarentinus Epiſcop. creatus eſt, & alij ſeculo ſecundo Solymam contendẽtes, alijs in locis, quos ſanctitatis & miraculorum fama celebres vbique fecit: vt facilè tunc quis etiam ſimili prodigio potuerit in Oriente & Syria ad infulas rapi, cum parua ratio patrij ſoli, præcipua ſanctitatis haberetur: Quin & longè antè, Apoſtolorum æuo Cæſareę in Palæſtina Cornelius gente Hiſpanus præteritis Iudæis, Syris & Græcis ex Italicę legionis centurione conſtitutus eſt Epiſcopus: Neque verò minus quam Hiſpani, Britanni fuerunt moribus imbuti Romanis, & religione tunc, eruditione Græca Latinaq; ac peregrinationibus celebres: in Romanam etiam adlecti militiam: vt credibile fiat aliquos etiam Orienti primis ſeculis dediſſe Pontifices: licet Dyphticha Epiſcoporum patrias eorum non adnotarint. Hiberni dant omnib. nationibus Epiſcopos.

Sed de morte S. Iacobi, quod incidi petierit nomen ſuum lapidi, non eſt quod quis admiretur, quando viri ſanctiſſimi ſuum ſibi epitaphium ſuperſtites conſcripſerunt: Exſtat S. Damaſi ſex verſibus à ſe comprehenſum in Roma ſubterranea lib. 3. c. 13. Scriptores proprij Epitaphij, S. Damaſus,

Qui gradiens pelagi fluctus compreſſit amaros
Viuere, qui præſtat morientia ſemina terræ;
Soluere qui potuit Lazaro ſua vincula mortis,

Post tenebras fratrem, post tertia lumina solis
Ad superos iterum Mariæ donare sorori,
Post cineres Damasum faciet quia surgere credo.

S. Carol. Borom.

Et Patrum memoria S. Carolus Boromæus hoc sibi moriens insculpi voluit monimento: vt tabulis testamentarijs insertum heredes obligasse vita tradit.

Carolus Cardinalis titulo S. Praxedis Archiepisc. Mediolani, frequentioribus Cleri, populiq; ac deuoti feminei sexus precib. cõmendatum se cupiens, hoc loco sibi monimentũ viuens elegit.

In quarto puncto præcipuè quæritur, num primis seculis fuerit vsitatum, vt Romanus Pontifex ad exteras nationes legaret Episcopos, vel sacerdotes alterius rei quam Concilij cogendi causa. Respondeo certissimum id esse, nec tãtum à S. Petro,

S. Clemẽs mittit S. Philippũ vt Legatũ in Hispanias.

qui per totum terrarũ orbem, vt alibi dicã, verbi diuini præcones & Pontifices varijs de causis destinabat, frequentatum: sed etiam à S. Clemene crebrius factitatum: S. Philippũ alias Philotheũ dictũ, domo Mediolanensem ab eo Legati nomine missum in Hispaniã vetustissimi scriptores, & quidam proximi seculo Vrsulano literis tradiderunt. S. Braulio in additionibus ad M. Maximum ait: *Memoria celebris habetur & in Gallia, & in Hispania S. Philippi, quem præmisit S. Clemens ante Eugenium in Hispanias & Gallias*, & infra; *Hic S. Philippus, qui Diaconus erat, comesque Leonis, reuersus est Roman. adhuc viuente Petro anno 67, & interfuit eius Paulique martyrio. Secutus S. Clementem vt Magistrum, ab illo effectus est Episcopus, & postea missus est Legatus in Hispanias.*

S. Braulio in addit. ad Maximum.

Narrat idem de eo Dexter in Chronico ad annum Christi 91: *Philippus cognomento Philotheus, qui prius corpora Sanctorum Martyrum Geruasij & Prothasij Mediolani sepeliuerat, conuersusque in campo Laminitano à S. Paulo illum secutus adhæsit Clementi, à quo Legatus missus in Hispanias Toleti, Barcinonæ, Cæsaraugustæ, Hispali, Valentiæ, & in multis vrbibus prædicat.* Hæc ipsa Dextri verba circa annum 1110 Hugo Portugallensis Episcopus ita laudat: *De prima Legatia ad Hispanias missi à B. Clemente, sic Dexter Paciani filius in historia ad Orosium: Philippus &c.* quibus recitatis subiungit, de alijs legationibus, multa idem Dexter, & Maximus Cæsaraugustanus Episcopus. Sed quia fidem Dextro multi abrogant: ex coæuo S. Vrsulæ Methodio, totum legationis officium ei commissum referam: *Porrò S. Clemens sub id tempus Philippum quendam Hispanis Episcopum præfecerat, eandemque potestatem, quam ipse diuinus Clemens à Petro accepit, ipsi dederat dicens Profectus in Occidentales plagas Euangelium regni cælorum prædicato, ligandi etiam soluendiq; potestas tibi esto: vt Christi Euangelium per te quoque longè lateq; diffundatur.*

Dexter Anno 91. Chronici.

Apud Biuarium in prolegomenis ad Dextrum.

Methodius in vita S. Dionysij.

Nec insolens erat duos etiam Episcopos à sedibus suis auulsos ad res Ecclesiarum inspiciendas, dissidia componenda, hæreses eliminandas, Episcopos instituẽdos extra Concilia mitti primis seculis à sede Apostolica: ita Lucifer Calaritanus, & Eusebius Vercellensis circa A. 362 Roma missi diu res Ecclesiasticas orientis composuerunt, & prior ijs Hosius A. 318 ante Nicænum Concilium legatione Siluestri Papæ functus causas Meletianorum & Arianorum cognouit, Alexandri & Arij controuersias conatus est dirimere.

Baronius t. 4. ad eos annos.

Quocirca Foilanus, qui à sede Apostolica legatus dicitur missus (à Cyriaco proculdubio) simili de causa profectus videtur, & forte in comitatu Mammææ & exercitu Alexandri descendit, vt res Christianorum apud Rhenum stabiliret: cui deinde Comes accessit Sulpitius: eum tamẽ Legatum fuisse pariter, nec titulus indicat, neque S. Elisabetha tituli interpres significat: vt nulla maneat in puncti propositi quarti varijs quæsitis difficultas.

Ad 5. Acta Mediolanensium Episcoporum vitiosa.

Ad 5. de S. Marino nr. Acta Mediolanensium Episcopor. tam eorũ, qui ante S. Vrsulã, quã qui ea superstite, & post eã vixerunt, pleraq; interciderunt tẽporibꝰ, quã diu rexerint perperã adnotatis. Ea varij variè conati sunt ex aliquorũ SS. Episcopor. vulgatis historijs cõfarcinare, & nominib. Episcoporũ multis notis: sed ita mẽdose & vitiosè, vt sæpè res gestæ ducentorũ annorũ eidẽ tribuantur. Nouissimè S. Carolus Boromæus per se, & alios conatus est defectus supplere; sed frustra: lacunæ manent permultæ: quarũ vnam explent tituli sepulcrales, Marinum sextum Episcopũ nominando, quale nomẽ testatur Ripamontius in actis Victoris Martyris eodẽ Vrsulano

seculo

:culo Episcopi Mediolanensis reperiri. Probo dicta testibus & exemplis. Protoe-
iscopum Mediolanensium quidam ex traditione statuunt S. Barnabam, respuunt
um alij: anni Pontificatus eius ignorantur. Successori eius S. Anathaloni dant an-
ios, alij 10. quidam 13. alij 14. Excepit eum Caius, cuius vita tribuit ei tredecim an-
ios, Panuinus 22, Ferrarius longè plures. Post hunc Castilianus iuxta Panuinum, &
Galesinum sedit annis 41, iuxta alios 12. Secutus Calimirus: hunc nonnulli faciunt
Martyrem dominante Adriano, quidam annis 50 post sub Seuero. Subrogatus ei
Monas floruit circa initium vitæ S. Vrsulæ: & quod mireris, hic interpontificium est
:entum annorum: commodè igitur inseritur duplex Marinus, alter, quem titulus
:epulcralis accensuit Vrsulanis martyribus, alter, quē Victoris acta (dummodo sin-
:era sint) apud Ripamontium nominant, vt ordo cum reliquis continuetur.

Postea à nonnullis Arsacius post S. Ambrosium statuitur: eum non agnoscunt a-
ij. Protasio deinde centum & 20 annorum: ac Eustorgio secundo ducentorum an-
norum acta tribuuntur. Hæc videre licet apud Ferrarium in sanctis Italiæ, in Gale-
sino, Panuino, Catalogo S. Caroli Boromæi & alijs. Horum errorum causas Itali,
Galli, Germani scriptores in bustum Diocletianæum referunt, præsertim Baronius
& Claudius Roberti: mihi non liceat Duces tales sequi?

Attexam huic libro septem aliorum Episcoporum extra Diœceses suas peregri-
nationem cum alijs, in qua quamplurima reperiuntur Vrsulanæ peregrinationi, na-
vigationi, & sustentationi prodigiosæ similia, nec nisi sexcentis annis postea, quàm
contigissent è vestigijs & traditionibus à S. Anselmo literis commendata.

CAPVT XLVII.

Gemina Vrsulanæ peregrinatio & martyrium Guigneri, 7. Episcoporum & 770. Hibernorum Sociorum, quod S. Anselmus ab historicis prætermissum, è loci traditionibus & vestigijs primus concinnauit.

NEc Gildas penè coævus, nec Beda, vel vllus Angliæ scriptorum nobilem hanc peregrinationem & triumphum attigit, quem fida tãtum posterorum memoria conseruatum, & è vestigijs eruit primus S. Anselmus, multa in hoc fronte prima incredibilia occurrunt, gemina sæpè Vrsulanis; sed ob auctoris sanctitatem ausus est nemo hactenus in dubium reuocare: quædam seligam, quæ huc faciunt: & præfatio quidem tota Vrsulanæ præfigi historiæ potuisset, sic autem se habet:

In passionem D. Guigneri, & Sociorum eius præfatio F. Ioannis Picardi Ecclesiæ S. Victoris Parisiensis Canonici Regularis.

Etsi vastissimam illam rei literariæ cladem, quæ non solum tot egregia veterum monimenta, vel corrupit, vel detruncauit; sed etiam innumeros, eosque præclaros scriptores totos absorbuit, nemo non ægerrimè ferat, si Licinios, & Philonidas exceperis, eam tamen longè iniquiori patietur animo in deperditione historiarum sanctarum, ob præstantissima, quæ ex ijs hauriuntur virtutis, & fidei Christianæ documenta. Igitur de Rep. Christiana optimè fuerit meritus, qui ad alicuius Martyris aut Sancti historiolam scribendam appulerit animum & manum. Licet enim alio arcu pauloque remissiori, non tamen alij iaculatur scopo scilicet Martyrum gloriæ, quorum honor, vt asserit D. Hieronymus, redundat ad Dominum, qui ait, qui vos suscipit, me suscipit. Quamobrem

Deplorãda iactura historiarũ sacrarum.

Vtilitas earum. S. Hier. to. 2 ep. ad Riparium.

Hoc martyrium à nullo conscriptũ antè S. Anselmum.

obrem Catholicus quilibet se Anselmo plurimum debere fateatur necessum est, ob victoriam non vnius; sed 778 Martyrum à se posteris relictam. (& S. Cuniberto ob historian vndecim millium ab interitu vindicatam:) *Quam tanto hilarius suscipere oportet, qu pauciores meminerunt, imo nulli eorum, qui Hagiologia, Martyrologia, aut Britanniæ histo rias scripsere. Sed nec id silentij veritati rerum gestarum aliquid detrahit: contra plurimun addit scriptoris sanctitas, eruditioque, nec non designatæ vniuersæ speciales circumstanti locorum, personarum, rerum, styli Anselmiani nota facilitas, simplicitas, nominis subscri ptio, & narratio contexta ex maiorum traditionibus, locorum monimentis residuis, consigna taque literis memoria. Quibus argumentis si peruicax aliquis minimè credat, iure censeu indignum, cui non credatur etiam vera dicenti. Hanc autem historiam è scripti Codicis nostr tenebris nunc primum erutam, Lector religiosè tibi damus: quam si forte rideant segrege hodierni, rideant.*

Auctoritas eius.

Eruitur è traditionibus & vestigijs.

Quadrant hæc in Vrsulanũ martyrium maximã partem. Exordiũ S. Anselmi est huiusmodi. *Poscis fideliter satis (carissime) Martyris sacri Guigneri sociorumque eius admi rabilem vitam, quam prius breuibus notulis retinebas, victoriæq; triumphum latiori tibi ex plicari sermone. Cupio sane tuæ deuotioni parere deuotus: etsi non dignè, vt gestorum fortiun deposcunt magnalia, tamen pro ingenij facultate sanctorũ laudibus occupabor intentus. Quo niam laus militis gloria est Imperatoris: & dum Sanctorum virtutes narrantur, Christi glo ria prædicatur. Spondet ergo deuotio, quod negat scientia, & Sanctorum fides, quod non pro mittit facultas, totum eorum præsumam de meritis. Nec de eloquij paupertate cõfundar; quo niam pro certo non in nitore sermonis consistere regnum Dei monstrauit, qui ad sui glorian prædicandam idiotas & piscatores elegit.*

Præfatio S. Anselmi

Christi gloria prędicatur in Sanctorũ virtutib⁹.

Licet mihi multo verius hac vti in Vrsulanis præfatione, nec ideo stylum politè li mare studui. Narrat deinde S. Patricij in Hiberniam Angelico iussu ingressum, oc cursum septem Regum; Euangelicæ legis publicationem, quam cum Reges aspernarentur, Clitonis Regis filius Fingar seu Guignerus solus assurrexit, suam S. Patri cio cessit sedem, ideoq; à Parente exheredatus, ac proscriptus, exul cum nobilitati flore profectus in Aremoricam à Iudice loci perhumaniter exceptus, & agris siluesque amplissimis donatus, dũ in venatione ceruũ transfigit, & venabulo terræ infixo quærit aquam, improuiso fons è terra scaturiuit: quod prodigiũ eum ad solitudinis & vitæ sanctioris amorẽ inflammauit, nec ad socios reuersus glande ibidem victitauit, donec ab ijs deprehensus, à Iudice & Duce terræ locũ ad Deo religiosius seruiendũ exorauit: vbi cum corpore ieiunijs, vigilijsq; emaciato, multo tempore, diuinitus in patriã regredi iuberetur, eamq; S. Patricij cõcionibus Christi fidẽ amplexã esse cõperisset, & à subditis (Clitone parẽte mortuo) Regni successor ambiretur, isq; sorori Pialæ cederet vltro ius successionis regni: obtẽdit illa votũ castitatis Deo nũcupatũ, sociã se offert peregrinationis: sed à pio sororis responso verba *S.* Anselmi ordiamur.

Cõpendio refertur conuersio & prima peregrinatio S. Guigneri.

Pialæ castitatis amor.

Quibus ait *illa tota in amore Christi fundata respondit. Sponsus meus Christus est, qui me per suam gratiam regni sui elegit consortem. Huic fidem promisi, quam violare non debeo, & ideo alium sponsum præter ipsum non possum suscipere. Regni huius gloriã contemno, qua non debet dici gloria, quia non potest carere miseria, & ad regnum, quod promittit D. Iesus Chri stus suspiro; vbi non est dolor, vel tristitia, sed perpetua iucunditas, & lætitia sempiterna. Cer nens autem S. Virginis intentionem in Christi solidatam amore, ita, vt nulla posset ratione ad consensum coniugij flecti, ait. Sinite eam fratres: nolite contra Dei beneplacitum niti, ipse sic voluit, & sic futurũ prouidit. Regnum istud Dei prouidentia committamus, ipse secundũ suã voluntatẽ prouidebit tutorẽ at defensorẽ. Et omnib. valedicens parabat profectionem. Secuti sunt eũ septingenti septuaginta viri, & 7 Episcopi, quos S. Patricius per aquam incorruptionis Christo genuerat. Pleni Deo, & diuina lege instructi cupientes beatæ peregrinationis eius esse consortes in Domino. Inter quos fuit supradicta virgo Piala, soror B. Guigneri. Sancto igitur consortio omnes adunati in Domino, simul cum Patrono ad litus vsque procedunt. Re pertoque pro voto nauigio, nauem omnes vna conscendunt. Paululum iam altius nauigando à terra discesserant, cum ecce virgo quædam nomine Hya nobili sanguine procreata peruenit ad litus felici Sanctorum cupiens adunari collegio; cernensq; procul à litore iam remotos, ni mio anxiabatur dolore, & fixis in terra genibus, manus & oculos ad sublimia erigens, mente*

Peregrinatio 778. hominum in his 7. Episcopi. S. Piala.

S. Hyę prodigiosa nauigatio.

consilium

nsilium è cœlo flagitabat deuota. Et modicum inferius relaxans obtutum, contemplatur per aquas folium paruum, & protensa virga, quam manu gestabat, tangens illud, vo-bat probare, an mergeretur: & ecce sub oculis eius cœpit crescere, & dilatari, ita vt du-itare non posset, à Deo sibi illud obsequium missum. Et fide fortis, folium audacter conscen-lens, mirabiliter Dei virtute prolata, ad socios præuenit ad litus. Hæsitandum non est de operi-bus Dei. Nam qui transituro populo mare rubrum potenter diuisit, & Italiæ Iordanem ape-uit, & Petrum super aquas currere fecit, ipse quomodo voluit virginem suam trans-vexit. Confirmatur similibus miraculis.

Socij verò datis velis, æquoreos fluctus secantes, prospero cursu applicuere Cornubiam ad ortum, qui vocatur Heul, vbi iam præuenerat eos sacra virgo Hya potentia Dei transvecta, & descendentes de naui quoddam habitaculum non longè à litore inuenerunt, in quo virgo quædam sancta manebat inclusa, & nolens S. Guignerus eam inquietare, salutata Virgine ad alium locum transiere pransuri: vbi cum aquam deesse cerneret Sanctus, plena de IESV CHRISTO fiducia præsumens, oratione præmissa baculum in terra fixit, & confestim limpidissima aqua Sanctorum prosiliuit in haustum. Post cibum verò proficiscentes inde ad villam quandam, quæ vocatur Conetconia peruenerunt. Vbi quædam mulier fidelis & timens Dominum, nomine Coruria, non minimam eis exhibuit benignitatem. Nam cum omnes habitacula eius capere non possent, nec haberet stramen, in quo omnes possent pausare, de tectis domuum culmum, quo operiebantur in Sanctorum cubitum commodauit. Vaccam vnam eis mulier caritate plena in cibum dedit, Qua occisa, & eius carnibus prout oportuit diligenter paratis, pariter comederunt; Denique cœna in gratiarum actione completa, iussit S. Fingar nudata carnibus ossa omnia congregari in vnum, & desuper eiusdem vaccæ pelli eem deponi. Tum Confessores Christi omnes, qui cum eo erant, ad orationem inuitat dicens. Oremus Fratres vt Deus, pro cuius amore mulier officiosissimè nobis istam seruiuit vaccam, ei restituat. Et ratione completa sub omnium oculis stans pulcrior, quam ante fuerat vacca apparuit. Deinde de lacte eius sibi offerri mandauit. Quo hausto simpliciter deprecatus est Deum, vt vena lactis vberior, quam in alijs vaccis triplicaretur in illa. Quod non solum in ea: sed in omnibus, quæ ex ea processerunt, factum esse narratur. Mane autem facto cum iam iter agere vellent, respicientes viderunt omnia habitacula retecta & reparata, ita ac si nunquam discooperta fuissent. Tunc fideles, qui præuio S. Guignero Christi vestigia sequebantur, per singula loca cernentes multiplicari mirabilia Dei, magis magisq; confortabantur, & in fide & amore Christi confirmabantur. Et bene Christus debuit talibus consolationibus suos confirmare testes, quos per palmam martyrij in proximo disposuerat coronare. Mane autem facto pergentes gradiebantur per loca quædam siluestria, Sonuerat iam per vulgante fama in auribus Theodorici Regis Cornubiæ in terra scilicet sua Christianam multitudinem peruenisse, & timens odibilis Deo tyrannus, ne populum suum ad fidem Christi vellent conuertere, conglobatis militibus ad locum, vbi Sanctos esse cognouit, truculentior fera cucurrit. Non exspectat causam, rationem non quærit, non vult audire sermonem; sed veniens improuiso à tergo subito oues Christi leo cruentus aggrediens perimit, trucidat atque prosternit. Cæduntur Sancti, truncantur, dilaniantur, & alij amputatis capitibus, alij confossi gladijs inhumanè, alij trucidati, omnes vna die Christi Martyres effecti sacri mortis compendio perennis vitæ brauium perceperunt. Paululum S. Fingar tunc forte separatus à suis in valle quadam residens, operiebatur sequentes, vbi cum solo baculum, quem manu gestabat, fixisset, mox ad se sambucam retraxit, fons è terra fœcundus erupit: qui vltrimque duplici saxo decenter inclusus, vsque in hodiernum diem copiosa vena fluitare non cessat. Et subito audiens murmur in Comitatu exsurgere, miratus quid esset, festinans ad sanctos regreditur. Cernensque passim immolari hostias Christi, & hostilem gladium per Sanctorum membra discurrere, paucis qui cum eo erant, ait, Ecce Fratres hic est locus pausationis nostræ, hic prouidit Deus finem dare laboribus nostris. Venite ergo Fratres, & libenter immolemur pro eo, qui animam suam dedit redemtionem pro multis. Non timeamus illos, qui corpus occidunt: sed illum potius, qui potestatem habet & corpus, & animam mittere in gehennã. Facis inquit fili Diaboli opera patris tui, & Tyrannus ad eũ Tu inquit, manus meas non euades, non effugies gladium. Tunc sanctus in hilaritate offerens acceptabile sacrificium Deo, baculo, quem manu gestabat, ex latere fixo, ceruicem prætendit, Exscendũt è naui. Fons diuinitus excitatur. Hospitalitas mulieris. Compensatur prodigiosè. Redanimatur vacca. Triplicatur lactis eius copia. Occasio Martyrij. Cædes. Fons miraculosus. S. Guignerus animat socios.

Martyriũ eius.

Leuat caput & ambulat.

Mira pœna litigantium.

Baculus eius fr̃odet.

Monet de sepultura curanda.

Canes & Cerui venerantur sacra ossa.

Sepeliuntur.

vt ictum exciperet ferientis. Immaniſſimus verò tyrannus erepto mucronè fortiter nudam ceruicem percutiens, amputato capite Chriſti martyrem fecit. Et cõfeſtim ſacri corporis truncus caput de terra collegit, & in montem, qui non longè diſtat à loco proprijs manibus poplite firmo incedens, portauit. Erat villa quædam in eiuſdem latere montis ſita, in qua cum mulieres litigarent, litem loco imprecatur æternam: vt inibi habitantes interſe litigantes nunquam deſiſterent; Vnde vt fertur terra licet fructifera, manet tamen inhabitabilis, in vno fœcunditatis gratiam retinet, in altero ſancti maledictioni ſubiecta. Sanctus igitur Martyr volens pro tumultu in loco repauſare, reſumto iterum capite, aliumvectitauit ad locum, vbi ipſum deponens caput diligenter lauit, in quo loco gratiſſimus fons iugi riuo vſque hodie emanare non ceſſat, lauatumq; diligenter reſumens, portauit iterum in alium locum, qui locus ab eo, in quo ſancti Martyres paſſi fuerant, interiecto paruo ſpatio cuiuſdam ſaltus diſparatur. Locus, qui de corpore ſancti venam ſanguinis refluentem ſuſcepit, apertus continuo fontem edidit fœcundum, qui vſque hodie monſtratur cernentibus. Vnus autem ex militibus, cum S. Martyris baculum ab eo loco, in quo eum proximus paſſioni defixerat, rapere vellet, cernit bifurco ramo iam duplicem erupiſſe in frondem, & tanto tremefactus miraculo, non eſt auſus eum contingere.

Cernitur vſque hodie in teſtimonium ſancti excelſa, vt dicitur arbor ex baculo, virtute Dei exaucta; ſed cuius ſit generis ignoratur. Sanctorum adhuc corpora per campum inhumata iacebant: & ecce nocte quadam teſtis Chriſti eodem ſchemate, quo ſuper montem in vlnis proprium caput detulerat, cuidam viro Gur nomine tertio in viſu apparens, vt ſe ſepelires monebat. Expergefactus homo vxori viſionem per ordinem narrabat, quomodo videlicet de ſepultura eſſet perſuaſus à Sancto. Mulier autem diſſuadebat fieri, ne forte Regis iram incurreret. In craſtinum verò cum canibus in campum venaturus egreditur, ceruum reperit, qui canum pernicitate inſectatus fugiens ad S. Martyris glebam procumbit, tanquam eius flagitaturus ſanctitatis præſidium. Deſinunt canes latrare ac perſequi ceruum, & omni feritate laxata pariter cum ceruo quaſi ſanctum venerantes decumbunt.

Contemplatur homo grande ſpectaculum, & repercuſſa mente in ſe reuerſus, quæ viderat noctu recogitans, diuino illuc nutu ſe reputauit adductum: & accipiens corpus Sanctiſſimi Martyris veneratione qua potuit tumulauit. Deinde SS. Martyrum corpora ſtudiosè per campum requirens ſicuti iacebant in campo ſepeliuit. Subiungit multa miracula ad tumulum patrata, & auctorem ſe Martyrij his confitetur verbis. *Hæc ego ſeruus Chriſti Ieſu Anſelmus de paſſione ſanctorum & virtutibus Martyris pretioſi Guigneri iuxta fidem narrantium breui ſtylo digeſſi, vt habeant fideles, qui eius ſpirituali titulo gloriantur, quibus ſe lectionibus occupent, & patroni proprij fortia geſta cognoſcant, & ob hoc nomen meum in fine ſubiunxi, vt per meritum Martyris, & orationem fidelium miſericordiam merear Redemtoris Ieſu Chriſti Domini noſtri &c.*

Eſt hic peregrinatio regiarum etiam prolium & puellarum, Epiſcoporum deſertis ſuis ſedibus, nauigatio, ſuſtentatio per viam, corporum poſt mortem ambulatio, & ſepultura velut in Vrſulanis, prodigioſa: teſtis eius ante S. Anſelmum ſcriptorum nemo: ſola veſtigia & narratio conſtans populi apud tantum virum & omnes rectè ſentientes fidem meruit: cur non etiam in Vrſulanis? ſed fontibus iam hiſtoriæ 20. ſtabilitis, & præcipuis difficultatibus expeditis. Seriem attexam integram Epiſcoporum Colonienſium ex Vrſulanis actis circa initium ordinatam.

CAPVT

CAPVT XLVII.

Series Episcoporum, Archiepiscoporum, & Electorum Colonienſium integra ſine lacunis.

NON minimus geſtorum Vrſulanorum fructus eſt, quod lacunoſum & pluri-mis ſpatijs interruptum catalogum Epiſcoporum Colonienſium expleat, & ontinuet, euincatque diœceſim hanc primis ſeculis à S. Materno fidem hauſtam ncorruptam conſeruaſſe, nec in veteres gentilitiæ ſuperſtitionis errores degene-aſſe: eorum hic nomina percenſebo, & veroſimile tempus mortis: nam in hoc fru-ra quis claras & euidentes probationes requiret: nec mihi ipſi legem hoc capite mpiternam figo, quin liceat ab ea poſtea diſcedere circa finem vel initium quo-undam Pontificatus.

S. Maternus diſcipulns S. Petri cum 40 ſediſcet annis ſanctè obijt circa An. 128. vel 130. 14 Septembr.

S. Paulinus Martyr diſcipulus S. Materni: qui videtur in perſecutione Antoni-ni & Lucij veri circa A. 170. capite mallio contrito triumphaſſe tunc, cum fi-dem Coloniæ Gentilibus prædicaret: hic alius eſt ab eo qui Conſtantinopoli fuit ab iconoclaſtis pro fide multis ſeculis poſt trucidatus, & vt quidā putant, etiam tranſlatus Coloniam.

Anonymus primus: ad annum ferè 200 pertigit: niſi quis hunc malit B. Marcel-lum nominare Tungrenſium item & Treuirenſium Epiſcopum, nam cum his Colonienſes eum colunt 4 Sept. non tamen Nauitum & Metropolum, quos cum ipſis communes non habuerunt.

B. Aquilinus, qui S. Vrſulæ ſodalitatem hoſpitio recepit, & reducem è peregri-natione Romana Coloniæ Martyrio coronatam funerauit: deceſſit circa An. 238. teſte S. Eliſabetha c. 21. 29 Ian.

Anonymus ſecundus: ſediſſe videtur ad 280 vſque. Commendantur à S. Eliſa-betha vndecim Clerici Colonienſes & in his S. Lewoldus Subdiaconus re-pertus eſt, qui funerandis Virginibus operam ſuam impenderunt: horum è numero videtur aliquis ſuffectus Aquilino ſi Lewoldum eum dicere velis, donec nomen eius certius exploretur, per me licet.

Maternus ſecundus ſub Conſtantino Magno. is circa A. 313 Romano, & A. 314 ſubſcripſit Concilio Arelatenſi. Hunc Bucherius cum alijs facit primum Ar-chiepiſcopum Colonienſem, obijt circa A. 315.

Euphrata primo Orthodoxus ſubſcripſit Concilio Sardicenſi A. 347. ſequenti anno functus legatione ad Conſtantium Imperatorem: redux lapſus in hære-ſin Arianam depoſitus eſt à Concilio Agrippinenſi circa An. 349 anno quarto poſt conſulatum Albini & Amantij: vt rectè primus obſeruauit Buchirius.

S. Seuerinus circiter annis 53 præfuit: Burdegalæ mortuus circa A. 403. 23 Oct.

S. Euergiſlus Martyr ſub annum 440. 24 Octobr.

Solinus ſub Attila, cinxit agrum Vrſulanum foſſa circa An. 473. ſeptennio fe-rè poſt defunctus.

Simoneus ſub Clodoueo capta à Francis Colonia floruit ad annum vſque 520.

Domitianus A. 535. Aruernenſi ſynodo ſubſcripſit apud Sirmondum & Binij: peruenit ferè ad A. 560. Cognonimes habuit plures in Gallijs Epiſcopos coæ-uos, hinc error natus, vt à quibuſdam ei locus ſedis alterius in ſubſcriptione tribueretur.

Carentinus, cuius laudes Venantius celebrat: circa 580 exceſſit.

Ebregiſilus, cum eo S. Gregor. Turon. l. 10. c. 15 ſcribit ſe cognouiſſe cauſam Monaſterij Pictauienſis, attigit ferè A. 600.

Remedius circa A. 620 deceſſiſſe videtur.

16. S. Cunibertus, ſub Dagoberto & Sigeberto, rexit annis 40. ſcripſit Vrſulanam hiſtoriam : eleuauit caput S. Vrſulæ. eo ſuperſtite S. Viuentia Pipini filia, S Gertrudis ſoror tumulata in S. Vrſulæ templo, ter eiecta , ſublimius obtinui marmoreum ibi mauſoleum. obijt 12 Nouemb.
17. Bocaldus ſub Clodoueo 2. & Theodorico ſedit ad annum circiter 680.
18. Stephanus Theodorico Rege floruit A. 690. 12. Febr.
19. Aldewinus: huius in vita S. Suiberti mentio An. 695.
20. Giſo ad A. 708 perucnit, eius ferè tempore Plectrudis Capitolinum Parthenonem inchoauit, & Vrſulanis reliquijs exornauit.
21. Anno primus meminit eius vita S. Suiberti 710. 24 Dec.
22. Pharamundus An. 714.
23. S. Agilolphus primus Martyr. occiſus 9. Iulij An. 716.
24. Raginfredus: A. 745.
25. S. Bonifacius biennio & paulo amplius Archiepiſcopus fuit Colonienſis, ſed circa An. 747. factus eſt Moguntinenſis Epiſcopus.
26. Agilolphus ſecundus ſub Zacharia: quem aliqui primum Archiepiſcopum faciunt. An. 750.
27. S. Hildegerus Martyr teſte S. Ludgero: An. 755. alijs 757. alijs ad An. 762 peruenisſe videtur. 8. Aug.
28. Barthelinus. 765 alijs 772. 5 Febr.
29. Richolphus. 787.
30. Hildeboldus ſanctitate clarus Carolo Magno à libellis circa An. 821. 3 Sept
31. Hagebaldus 851. vel paulò citius.
32. Guntharius. Eccleſiæ S. Vrſulæ lumen donauit perpetuum An. 870 mortuus ſeptennio ante depoſitus, vacante ſede.
33. Willibertus, conſecrauit ſummum templum. 890. 11 Sept.
34. Hermannus primus tranſtulit Geritzheimenſes Virgines ad S. Vrſulam, quam egregia dote auxit, prima tunc loci antiſtita Langswinda fuit appellata. 923. 11 Aprilis.
35. Wichfridus: multis incrementis auxit dotem eiuſdem Baſilicæ. 953. 9 Iulij.
36. S. Bruno I. Ottonis M. frater: eidem Legatum teſtamento reliquit 965. 11. Octobr.
37. Volmarus 972. 18 Iulij.
38. S. Gero miraculis clarus 976. 28 Iunij.
39. Warinus noualium decimas contulit Eccleſiæ 985. 21. Sept.
40. Euergerus: 997. 11 Iunij.
41. S. Heribertus primus Elector S. Adelheidem ex Vrſulana Canonica & præfecta Vilecenſis Monaſterij præfecit Capitolio: Reliquias XI. millium Virginum ſacello & altari S. Stephani intulit. 1021. 16 Martij.
42. Piligrimus auctor fuit Richezæ Reginæ Poloniæ , vt ſe Sanctis Virginibus mancipio conſecraret. 1036. 25 Auguſti.
43. Hermannus ſecundus frater Richezæ ſubſcripſit donationi factæ eidem loco 1055. 11. Febr.
44. S. Anno ſecundus nocte frequentare ſolitus Baſilicam Sanctarum Virginum 1076. 4 Decembr.
45. Hildulphus 1079. 20 Iulij.
46. Sigunus: auxit noualium decimis eandem Eccleſiam 1089. 31 Maij.
47. Hermannus tertius 1099. 21. Nouembr.
48. Fridericus I. S. Norbertum donauit Vrſulanis reliquijs, iura defendit Eccleſiæ 1131. 25 Aug.
49. Bruno II. ex Comitibus de Altena. Conſecrauit altare S. Cordulæ: familiaris SS. Bernardo & Norberto 1137. 29 Maij.
50. Hugo ex Comitibus Spanheimenſibus. 1137. decem menſibus præfuit.
51. Arnoldus I. ex Comitibus Geldriæ 1151. 30 Aprilis.

52. Arnol-

52. Arnoldus II. ex Comitibus de Altena 1157. 14. Maij.
53. Fridericus II. 1159. 24. Sept.
54. Reinoldus ex Comitibus de Daſſele tranſtulit SS. Tres Reges Mediolano Coloniam, cum SS. Machabæis. obijt A. 1167. 14 Aug. eius ſoror Gepa antiſtita S. Vrſulæ mirificè collegium ornauit, auxit & dotauit.
55. Philippus ab Heinſberg Agrum Vrſulanum incluſit mœnibus vrbicis : varia donauit Eccleſiæ. A. 1191. 13 Aug.
56. Bruno III. abijt Pontificatu, Monachum induit in Monte veteri, quo tranſtuliſſe videtur mille corpora Vrſulana. A. 1193. 23. Aprilis
57. Adolphus depoſitus à ſede Apoſtolica. A. 1205.
58. Bruno IV. de Seien. A. 1208. 2. Nouemb.
59. Theodoricus A. 1214. depoſitus.
60. S. Engelbertus Martyr Comes de Monte. A. 1225. 7 Nou. Choro auxit templum Machabæorum: ceſſit Hagenſes Cerocenſuales Collegio S. Vrſulæ.
61. Henricus de Molenarck. componit litem inter Vrſulanum collegium & templum Magdalenæum, quod à SS. Machabæis nominauit A. 1237. 26 Martij.
62. Conradus ab Hoënſteden inchoauit ſtructuram ſummi templi, perfecit Eccleſiam S. Cuniberti, multa largitus eſt Vrſulano collegio A. 1261. pridiem S. Michaelis 28. Sept.
63. Engelbertus II. à Falckenberg. eius tempore S. Vrſula cum Sodalibus, Mauris & Thebæis Coloniam obſidione liberauit A. 1272. 17. Nouembr.
64. Sifridus à Weſterburg ſub eo SS. Cordula, Odilia & aliæ Virgines ſæpius viſæ nomina cum ſepulcris indicarunt A. 1298. 25 Martij.
65. Wichboldus ab Holten obijt 3 Aprilis in vigilia Paſchæ A. 1303. vacauit ſedes ferè per annum.
66. Henricus II. Comes à Virnenburg A. 1331. ſecundum Lewoldum circa Epiphaniam. Alij A. 1334. mortuum volunt: ego circa annum 1333. arbitror 7 Ian. ex ſucceſſoris tempore certiore.
67. Walramus filius Comitis Iuliacenſis A. 1349. 14 Aug.
68. Wilhelmus à Gennep A. 1362. 15 Sept. vacauit ſedes menſes 10. nam Ioannem Virneburgium A. 1363. electum à laicis, idcoque ab Vrbano 5 repudiatum, Epiſcopis non cenſeo adnumerandum. (cauit A. 1364.
69. Adolphus Comes à Marcka ex Monaſterienſi adminiſtratore: poſtea ſe abdi-
70. Engelbertus III. Comes à Marcka Adolphi Patruus ex Epiſcopo Leodienſi: A. 1368. 21 Aug.
71. Cuno à Falckenſtein Archiepiſc. Treuirenſis adminiſtrauit biennio ad A. 1370. donec Fridericum ſubſtituiſſet.
72. Fridericus à Sarwerden Cunonis ex Sorore Nepos, Comes de Moërs rexit annis 44. A. 1414. 8 Aprilis.
73. Theodoricus Comes à Moërs 48 præfuit annis A. 1463. idibus Febr.
74. Rupertus filius Comitis Palatini & Ducis Bauariæ A. 1480. 16 Iulij.
75. Hermannus IV. Landgrauius Haſſiæ A. 1508. 20. Octobris.
76. Philippus II. Comes ab Oberſtein A. 1515. 3 Aug. (ranam ceſſit A. 1547.
77. Herman. V. Comes de Weda, exauctoratus & depoſitus ob hæreſin Luthe-
78. Adolphus Comes à Schawenburg interfuit Concil. Trid. A. 1556. 20 Sept.
79. Antonius à Schawenburg frater Adolphi A. 1558. 18 Iunij.
80. Ioannes Gebhardus Comes à Mansfeldt A. 1562. 2 Nouembr.
81. Frideric. IV. Comes a Weda A. 1567. in Decemb. vltro ſe abdicat obijt A. 1568.
82. Salentinus Comes ab Iſenburg A. 1577. reſignauit.
83. Gebhardus Truchſes Baro de Walpurg. ob hæreſin depoſitus A. 1583.
84. Erneſtus Bauariæ Dux A. 1612. 17. Febr. vel 17.
85. Ferdinandus Bauariæ Dux.
Epiſcopus 85. Archiepiſcop. ſecundum quoſdam 80, Elector 46. Inſtituit feſtum S. Vrſulæ vacuum à laboribus.
86. Maximilianus Henricus Coadiutor Dux Bauariæ. LIBER II.

VINDICIARVM VRSVLANARVM LIBER SECVNDVS,

Quo ADVERSARII CVM RATIONIBVS suis confutantur.

CAPVT PRIMVM.

Quanto tempore mànserit integra & incorrupta historia Vrsulana, & cur ante eius fusiorem narrationem aduersarij sint refellendi.

2. *Machab.* 2. v. 30. Historiographus cõparatur architecto

APrè secundus Machabæorum liber Historiæ scriptorem cõparat *nouæ domus architecto, cui de vniuersa structura curãdum est* Nam qui parat Regi magnificum palatium excitare, maxim solet vtilitatis, iucunditatis & securitatis habere rationem: vtilitatis quidem simul, & necessitatis, ac commoditatis; vt loc salubri, peramplo, & opportuno, regia triclinia, thalami, aulæ, cubicula, locaque cetera digerantur; & palatinorũ, ephe-

Ei tria necessaria in erigendo regis palatio. 1. borum, & famulorum habitationes cõgruant; nec desint sta-

2. bulandis iumentis equilia: præterea recreationi prouidet, viuarijs alendis piscibus opportunis; leporarijs, arbustis, & omnis generis hortis excitatis, in quibus arte Topiaria distributis areolis, florum, aromatum, & herbarum quæuis amœnitates & de-

3. liciæ vigeant: denique seruit securitati non solùm fundamentis altissimis & solidissimis iactis, ne structuræ parietes sensim fatiscant, & ruinam minitentur; sed belli etiam tempore, vt arx omnis tàm natura loci, quam arte, à tergo, & lateribus, fossis, aggeribus & propugnaculis, omniq́ue bellico instrumento sic muniatur, vt contra quos suis hostiles assultus tutum præstet belli pacisque tempore perfugium.

Similis structura Cuniberti-næ narrationis. Similis mihi videtur facies fuisse Martyrij Vrsulani ante mille annos, siue à S. Cuniberto, siue eius iussu à coæuo iuxta leges historicas architectonicè digesti & concinnati, nisi quod magis tempore pacis, quam belli (non clarè prolatis testificationibus, quas tunc fideles non magnopere exigebant maiorum contenti traditione) confectum sit, in quo verè, ornatè, & probabiliter tota series rei gestæ sic exponitur,

Dispositio eius. vt in ea breuitate narrationis nihil aptius exquiri posse videatur. Natales enim & educationem S. Vrsulæ, sponsalia, peregrinationẽ, Martyrium, & quæ id sunt consecuta, verè probabiliterq; persequitur, quæ tot nituntur diuinis, humanisq; testimonijs, & solidis fundamentis, ac munitionibus, vt facilè quorumuis aduersariorum arietationes, vi veritatis ipsius nouẽ seculis eliserint: quamuis ob vltimã grauissimã oppugnationẽ, & pene euersionẽ, nunc sint solidius instauranda, firmiusq; hoc bellicoso tempore munienda: Iam vero ipse rerum tractãdarum ordo, partium historiæ proportio, & symmetria, verborum proprietas, styli claritas, grauitas, & quædam

Elocutio. maiestas in illa rerum tam admirabilium, & gratarum narratione recreat, & distinct

lectorem,

ctorem,vt merito possit ea historia regio cuidam palatio rebus omnibus necessa- Prima oppugnatio.
js instructo comparari,præsertim quingentis primis annis, quibus nullus vnquam
e rei gestę,&narrationis fide dubitauit,donec anno 1150 Gaufridus quidam Brito
ommentitiam de Vrsula rem inuexit in Britanniam:quam eius coæui,& posterio-
es eiusdem etiam regionis ciues exploserunt.

Ac licet subinde pauculi sint eidē suffragati,stetit tamē inconcussa fides,& aucto-
itas eiusdē historiæ toto terrarū orbe receptæ,& scriptis omniū nationū celebratę,
ā diu, dum ab annis fere 60,quorundā opinionib.cōcuti,& vehemēter eius veritas
isputari cœpit:ita quidē, vt quæ decennio antè florere maximè videbatur, cū non
olū iuris canonici glossę,& lectionib.horarijs officij Rom.inserta per oēs orbis Ec-
lesias cātaretur ; ac à Surio typis vulgata eo ipso tēpore legeretur auidè: à Molano
rimaria historia diceretur;sed etiam à sacris,profanisq; scriptoribꝰ,&ipsis hæreticis
biq; gentiūm,velut quęuis alterius Sancti probata historia,imò quasi palatium for-
issimum,pulcherrimū,ornatissimumq;laudaretur:at vix iam elapsis à prima oppu-
natione viginti annis,hæc subruta ferè,& ruinis oppressa videtur,viuarijs,&hortis
lueſcentibus;&post 60 annos in solitudinem penè versa,vt vix rudera quædam & Vltima grauissima
æmenta monstret veteris magnificentiæ: quando doctissimi multi viri hac ætate
ostra cōmentitiam eā vocant narrationem,ab omni veritatis ratione remotā, sup-
ressis sensim & erasis varijs in locis multis eius & præcipuis fundamentis ; quæ nisi
naturè occurratur,cū omnibus,quæ superant vestigijs, obliuione breui sepeliētur.
Vnde maximo labore fuerunt fontes 20 perueſtigandi,&nitori suo restituēdi.Mihi
erò nunc idem videtur,quod arcis nouæ fabricatori curandum,qui in veteris stru- Auctoris Consiliū.
turæ loco satis idoneo,molitur ampliorē Regis domum,ab hortis,&munitionibus
nstructissimam:nam operis ideâ delineatâ;dimensis etiam tricliniorum & cubicu-
orum singulorum spatijs;descriptis hortorum,arbustorum,& viuariorum locis; di-
positis propugnaculorū interuallis;prius siluā excaudicare ; ferarum latibula sub-
uertere,veteris ædificij rudera subruere conatur:vt omnib. æquatis solo:& aduer-
ariorum vicinis etiam molitionibus,quæ officere luminibus possunt, & ædificatio-
nem impedire,complanatis,à fundamentis ipsis fabricam auspicetur:sic ego, qui li- Finis libri primi, positio fundamenti.
bro primo fundamenta totius ædificij ieci;ideas adumbraui,&quæstionum difficil-
imarum,quæ tam circa res ipsas gestas,quam circa fontes moueri potuerunt, velut
siluam densam,asperam,& inuiā exstirpatis arboribus virgultis,& fruticetis,excidi,
viamq; aperui,nunc aduersariorum proximis in locis exstructas munitiones incipiā Finis libri secundi cōfutatio apuersariorum.
demoliri ante,quam nouum opus è terra educatur:cum enim huius historiæ veritas
pene ruinis oppressa delituerit, annis 60 doctissimis æui nostriviris aduersę parti fa-
uentibus,*& tantum opinio præiudicata possit,vt etiam sine ratione valeat auctoritas*;Ideò Necessitas huius. *Cic. lib. 1. de natura Deorum.*
primò stabilitā Cunibertinæ narrationis veritate multis seculis recepta,iā singulo-
rum aduersariorum inuenta,rationes,& fundamenta sunt sigillatim inspicienda &
cum nostris 20 antea stabilitis conferenda;quæ si fictitia nulliusq; roboris esse vide-
buntur;tunc cōplanatis omnium aduersis & infestis molitionibus, & à fronte benè
noui operis munitionibus firmatis,operis structura sine impedimētis exsurget faci-
lius. Neq;enim in tanta temporis nostri 60 annis acerrimè ventilata controuersia,in
qua quidquid hactenus pro aduersarijs adferri potuit in mediū, & in lucē iam pro-
latum esse constat,temerè,vel noua sententia publicāda est, vel vetus oppressa cō-
firmanda,nisi lectoris intellectus claris rationib.conuincatur,errorē in aduersario-
rum opinionē incurrisse:digito simul in fontē & originem lapsus intento:tunc enim
præiudicio remoto,facilius intendet lector propositæ veritati,quam obnubilata ra-
tione propter aduersariorum auctoritatem,antea purè sincereq; non poterat perui- Vtilitas.
dere;tunc ad reliqua legenda nascetur auiditas, & sitis inexhausta cognoscēdi tam
multa variaq; gesta:congregationem tot chiliadum Parthenicarum , earum patriā,
statum,conditionem,& præcipuarum nomina,virtutes , & actæ vitæ rationem , le-
uationes earundem,translationes,cultum & prodigia toto orbe ad earum inuoca- Cur octo libri solius historiæ scribendi.
tionē,vel cōtactū reliquiarū perpetrata,de quib.nulla ferè in Cunibertina historia,
vel breuissima fit mentio:quæ vel postea peracta sunt, vel cōperta tam è titulis, quā
diuinis

Architectonica distributio totius operis.

diuinis serius editis testificationibus: ob quæ necesse fuit, non solum veterem narrationem fulcire & firmare; sed nouam etiam prolixiorem adiunctis omnib. illustrare, libris octo comprehensam, quorum quatuor vitam, & quasi structuram ipsam complectantur, quatuor sequentes honores ijs habitos contineant, & deseruiant recreationi, vt primi necessitati; reliqui verò tam duo priores vindiciarum, quã extremus testimoniorum à fronte & tergo muniant arcem, & ab hostium assultibus liberam, tutamque præstent: nam quæ minores difficultates circa rerum gestarum facilitatem, aut temporis rationem, in ipsa serie quasi sub manu nascuntur, & suspectam reddere possent fidem narrationis, eæ strictim in decursu commodius expediuntur.

CAPVT II.

Quando & à quibus sit deformata & oppugnata; & quæ præcipuæ difficultates eidem obijciantur.

Hæretici deprauant acta Martyrum. *Arnobius lib. 1. aduersus gentes.*

VEterum est Patrum querela, Martyrum res gestas ab hæreticis esse depraua tas, vt ijs ipsis historijs ad stabiliendos suos errores nequiter abuterentur, ne sine afflatu & instinctu dæmonũ, vt docet Arnobi⁹, *Si qua* inquit, *sint literis scriptionibusq; mandata, maleuolentia dæmonũ, quorum cura & studiũ est hanc intercipere veritatẽ & consimiliũ his hominũ interpolata quædã, & addita, partim mutata, atq; detracta, verbis, syllabis, literis, vt credentiũ tardarent fidẽ, & gestorũ corrumperẽt auctoritate.* Nec opus hic est vetera cõsectari; quã Ecclesiasticam historiã vitiarint Magdeburgici centuriatores, vel cũ veritatis vi cõuicti subruere nõ valerent, vellicare tamẽ & arrodere tentarint passim dialogi Alani Copi, & Cardinalis Baronij testantur Annales: vt mirũ videri non debeat, hoc etiam Martyrium longè nobilissimum dentes eorum liuidos nõ euasisse. Vnde duce Balæo, Christianæ religionis, & religiosę vitæ apostata, totã hanc Vrsulanam congregationem marinis fluctibus obruerunt: Alij ne fuisse quidem eã sodalitatem Parthenicam impudenter affirmarunt. Vnum dolẽdum, primam huius excellentiss. martyrij deformationẽ ab Orthodoxo quodã nationę Britanno. Gal-

Prim⁹ corruptor historiæ huius Galfredus.

fredo Asaphensi Episc. circa A. D. 1150. profluxisse. Inciderat is in Merlini fabulas (iam ab Ecclesia damnatas) & alium quendã Anonymũ, vt ipsi fatentur Angli, mẽdaciorum & fabularum architectum, quem Galfredus Latinum fecit, auxitq;, & ex eo hanc fabulam de S. Vrsula Latino sermone primus vulgauit in hanc sententiam Maximo Tyranno imperium inuadente, S. Vrsulam cum 11. millibus Virginum nobilium, & 60 millibus de plebe, vt militibus matrimonio iungeretur, soluisse ex Britannia, & tẽpestate iactatam eam classem partim naufragio perijsse, partim ad Barbarorum insulas eiectam esse, & ibi Virgines fuisse trucidatas, puduit vel ipsos Anglos tantarum fabularum. Vnde eadem ferè tempestate Richardus Præmonstratẽsis, & Rogerius Cistercienses Angli, S. Elisabethæ & B. Hermanni reuelationes Vrsulanas cupidè recepernnt, donec A. 1490 Pontificus Virunnius Italus in gratiã Badoëræ familiæ claræ apud Venetos, è Britannis oriundę è 10. Galfredi libris 6 priores recisis portentosis fabulis, in compendium redegit; vtinam & hanc de S. Vrsula præterijsset, quam eandem ijsdem Galfredi verbis Trithemius postea memorauit. Dici non potest, quàm auidè figmentum hoc hæretici arripuerint; Ioan. Balæus imprimis apostata, qui hoc de suo affingit, virgines omnes naufragio perijsse, inde quasi triumphum caneret, hoc infami conuitio rogat Colonienses, ex quonam pelagi gurgite, ac barathro has ipsas, quas tantopere iactant sanctarum virginum reliquias, corraserint?

Quem Angli reijciunt, sequũtur tamẽ Ponticus Virunnius,

Trithemius,

Ioannes Balæus.

Cẽturatores Magdeburgici.

Balæo libenter subscripsere centuriatores Magdeburgici Lutherani, acerbior his omnibus Molinæus, qui nec fuisse quidẽ fingit. Benignior Auentinus Lutheri assecla, qui locum certaminis non eripit Colonienses; is præter virgines cogit vim magnam vxorum, liberorum, & amicorum, Tyranni Maximi, ad quem dum Treuiros contendunt, vt læsæ Maiestatis rei, à Valentiniani militibus obtruncantur.

Molinæi sententia, Auentini. Miræus sectator Auentini.

Auentin.

Auentini commentum non improbat Miræus, qui per Frisiæ oppidum Veronam Treuiros perijsse ait, & à Gratiano in via interemtas.

Iam verò vti Angli sibi S. Vrsulam vindicant, ita Scoti Ioannes Maior Lesłæus, & Hector Boëthius Scotis attribuunt: quod tolerandum videretur, si non ipsam historiam suis fabulis deformassent. Certè Hector Boëthius Galfredi commento multa assuit figmenta, non sine labe infamiæ S. Vrsulæ; facit eam professione monacham, sed exsultabundam, quod deserta religione posset iungi Matrimonio. Scotorum opinio. Boëthij.

Eandem Galfredi narrationem obuijs accepêre manibus quidam recentiores, nisi quod litora Germaniæ, vel Lugdunum Batauorum locum Martyrij constituunt, hoc Velserus multique secuti sunt. Contra quos scripsit Hermannus Fleien S. Cuniberti Decanus, qui acriter defendit locum Martyrij Coloniam, is tamen hoc errore captus est, quod Hectoris secutus figmenta, veterem historiam multis seculis in ecclesia decantatam exploserit, reuelationes omnes, vt aniles fabulas rejecerit. Velseri. Hermanni Fleien.

Atque vt Lector videat nullam me subterfugere hac in Historia difficultatem, cum pleraque, quæ obijci ei possint, in vnum quasi fascem collegerit Gobelinus & Meibomius, ex iis difficultates præcipuas clarè proponemus, Henricus Meibomius homo dicax ac bonorum (vt ex parodijs Horatianis nimis quam notum est) insectator, superioribus annis Francofurti edendum curauit Gobelini Personæ Cosmidromium, in quo non vna temporis, aut loci controuersia, sed omnes ferè totius historiæ partes in dubitationem, aut apertum etiam contemtum adducuntur. Futiles eius rationes suis locis dissoluentur. Sic ergo Gobelinus loquitur. *Pontianus natione Romanus, sedit annos quinque, hic tempore Alexandri Imperatoris exilio deportatus in Sardiniam insulam ibidem in exilio mortuus est: sed à Fabiano, qui postea factus est Papa, reductus est Romam, & ibidem sepultus. Sed quidam nescio quibus fabulis intenti, dicunt ei succesisse Cyriacum quendam, & nomen illius esse deletum de catalogo Romanorum Pontificum, propterea quod cum XI. millibus virginum ab vrbe Roma discedens, Papatum reliquerit, Cardinalibus, & Clero inuitis, & deinde apud Agrippinam Coloniam cum ijsdem Virginibus martyrium pertulerit: sed error istorum patet ex multis: nam Hieronymus petijt à Damaso Papa, vt colligeret sibi nomina Romanorum Pontificum, & qui ex ijs fuissent martyrio coronati, diligentius adnotaret. Vnde Damasus Papa collegit quendum librum, de prædictis, quem Hieronymo, tunc ad partes transmarinas, vbi tunc idem degit, destinauit. In quo quidem libro scribit Pontiano succesisse Antherum, & nullum ponit in eodem libro Cyriacum; & Damasus non prætermisisset illum, maximè cum fuisset Martyrio coronatus. Nec potest dici, quod Damasus nomen eius ignorasset, cum vix annis CXXX. eum in Papatu præcessisset, nec dicendum est, quod nomen eius fuerit mutatum: quia nondum erat consuetudo mutare nomina summorum Pontificum, prout infra patebit. Item Eusebius Cæsariensis Episcopus, qui non longè post hæc tempora, in Chronica sua post Pontianum ponit Antherum, & nullibi ponit aliquem nomine Cyriacum.* Narratio Gobelini Personæ *etate. 6. c. 14 f. 149.* Obiectiones præcipuæ sex contra historiã Vrsulanam. 1. contra cyriacum. Damasus eius non meminit. Nec Eusebius.

Item, quia vt legitur de XI. millibus Viginum, Hunni occiderunt eas, qui nondum tunc isto tempore egressi fuerunt Mæotides paludes: nec nomen Hunnorum mundo adhuc cognitum erat. Item illi, qui dicunt istum Cyriacum cum dictis virginibus profectum, dicunt quod pater B. Vrsulæ fuerit Rex Britanniæ, & pater sponsi eius Rex Angliæ, sed regnũ Angliæ nondum ortum erat, ac etiam Sicilia adhuc regnum erat; nec erat adhuc aliqua ciuitas Constantinopolis appellata, de quibus omnibus prædicti fabulãtur, aliquot homines, vel feminas, in virginum prædictarum comitatu fuisse asseuerant, & finaliter non est verisimile Christianos istis temporibus Vrbem Romam potuisse visitasse in tanta comitiua, cum nec dum solitum erat, eandem vrbem, paucas adhuc habentem Ecclesias, pro indulgentiis visitari, nec etiam aliquis Imperator fidem Christi adhuc susceperat, prout hæc omnia per supra & infrascripta lucidius apparent. Sed error iste surrexit de quadam femina, nescio, an inclusa, an monacha; quæ erat apud Scõnaugiam temporibus Friderici primi, circa An. Domini M. CLVI, quæ asseruit talia, & multa alia sibi reuelationibus diuinis patefacta, cuiusmodi reuelationes assertas, ego perlegi, & in multis contrariantur libris Chronicis, & Historiis; vnde quædam ad pugnandum, seu verius ad elucidari prouocandum huiusmodi erroris caliginem, 2. Hunni tunc non erant. 3. Nec Angliæ & Siciliæ Regnum. 4. Peregrinationes non erant vsitatæ. 5. Contra reuelationes S. Elisabethæ.

collegi, quæ Coloniam examinanda destinaui, & licet plures viri solennes, & magnæ reputationis illa perlegerunt, tamen solutionem eorum, quæ contra supradictas reuelationes in quantum historiam Virginum prædictarum contingunt, allegaui, obtinere non valebam.

6. Cur Cōsules Romæ non occiderint Virgines.

Antherus natione Græcus, sedit mensem, dies 25. & eo tempore Maximus, & Africanus Romæ Coss. fuerunt, vt patet in epistola, quam ipse Antherus Toletanæ Prouinciæ Episcopis direxit, & in assertis reuelationibus prædictis, femina supradicta dicit, quod Maximus & Africanus Coss. supradicti, Scripserunt ad quendam Iulium cognatum suum tum principem Hunnorum, vt XI. millia Virginum morti traderet, quando ad partes Germaniæ redirent: sed Coss. illi habuissent potestatem virgines illas, Romæ occidendi cum eo tempore persecutio in vrbe feruebat, ita quod ipse Antherus Papa pro fide Christi occisus est, vt scribit Damasus Papa in libro suo: nec etiam gens Hunnorum adhuc cognita fuit partibus Germaniæ & Italiæ. Hactenus Gobelinus. Ad cuius obiectiones Henricus Meibomius hanc appendicem attexuit: *Fabulam de XI. millibus virginum Gobelinus rationibus nequaquam refutat leuibus: plures si operæ pretium esset, adduci possent. Nam & de S. Vrsulæ (quam ducem harum virginum faciunt) Parente variant fabulatores, aliis eum Scotiæ, aliis Britanniæ regem facientibus. Nec de anno inter eos satis constat. Taceo apud scriptores horum temporum expeditionem istam Amazonicam reticeri, quod factum minimè fuisset, si tale quid euenisset. Balæus centuria 1. c. 38. ex Scriptoribus Britannicis, veram de S. Vrsula recenset historiam. Scilicet quod genere fuerit Britanna, Dionoti Cornubiensium ducis filia, ingenio & eruditione clara, cum autem post subactas à Maximo Britannorum rege Romanoque Cæsare, Aremoricas terras (quas minorem Britanniam hodie vocant) Gallicarum mulierum adspernati connubia Britanni, vxores ex sua petebant gente. Factum est, vt frequens mulierum numerus illuc ex Insula nauigare statuerit, & inter illas Vrsula Conani ducis, eorum designata Coniunx: sed cum vndecies, vtriusque sexus millibus, vi tempestatum perijt, ceteris ad litora contrariarum factionum tyrannis cæsis. Quæ de monacha Schönaugiensi eiusque reuelationibus Gobelinus addit, intelligimus de Elisabetha illius loci Abbatissa, cuius & miracula & reuelationes diuersæ recitantur. Scripsit peculiarem librum de vndecim millibus virginum Colonienſium. Obiit Anno 1162.* Ita sex præcipuæ difficultates à Gobelino mouentur. Primam dissolui l. 1. c. 31. & 41. Secundam. c. 33. Tertiam confutabo hoc libro c. 22. & 23. quartam lib. 4. c. 4. quintam l. 1. c. 23. & l. 2. c. 18. sextam lib. 1. cap. 32. Appendici Meibonij satisfit lib. 3. cap. 3. item lib. 1. cap. 2. & cap. 32.

Meibomij obiectiones.

1. De Parēte S. Vrsulæ.
2. De tempore.
3. De silentio autorū.

Refutatio.

Atque hi quidem Scriptores sunt, qui præcipuas quasque huius Historiæ difficultates, fusius persequuntur; reliquos qui easdem alia quauis occasione, vel breuiter & cursim attigerunt, vel etiam vberius pertractarunt, aut ad alia tempora reiecerunt, suo loco inferius pro re nata indicabo.

Hinc colligitur non tantum ab hæreticis scriptoribus; sed etiam à Catholicis nonnihil accepisse detrimenti historiam Vrsulanam, licet enim Orthodoxi contra Sectarios S. Vrsulam & Virginem agnoscant, & Martyrem venerentur: causam tamen martyrij multi tam dubiam fecere, vt hæreticis obtrectandi materiam copiosè suppeditarint. Hinc nata subinde grauia sunt offendicula Reipublicæ Catholicæ, quibus simplicium hominum sæpè fuerunt mentes magnoperè perturbatæ. Vnum attexere placuit, quod die solemnitatis huius accidit. Refert Ecclesiasticus quidā se superstite & præsente eodem die, tres pro Concione ex eadē Cathedra de S. Vrsula ad populum verba fecisse; primus Historiam veterem iuncta Colonienſium traditione ac locorum vestigiis explicauit: alter repudiata vetere Historia, Galfredi narrationem collaudauit: tertius vtramque ex dictis condemnauit: Hectorem verò Boëthium audiendum & approbandum esse pronuntiauit, qua re vehementer orthodoxorum animi fuerunt perturbati: quæ res ne manaret latius, & Maiorum traditio detrimentum pateretur, constat duos posteriores Ecclesiastes commonitos, vt aut auitam narrationem, more Patrum explicarent, vel S. Vrsulæ historia prorsus omissa, proferrent aliquid in medium ad

Triū Concionatorum eodem die dissensio.

mores

nores conformandos, ne hæreticis iustæ offensionis ansam porrigerent. Quæ ratio nunc eò magis vrget, cum post defensorum Galfredi orbi vulgatam sententiam, & magno recentiorum applausu receptam, ausi sunt hæretici duce Molinæo, nostro tempore phantasticam & imaginariam appellare sodalitatem.

Quare operæ pretium facturus videor, si ad S. Vrsulæ honorem defendendum, reiectis recentiorum opinionibus, veteris historiæ patrocinium suscipiam, quæ iam tum, cum Galfredus commentum nouum procuderet, vel saltem Latio donaret, antiqua dicebatur, vt aliquando, quæcunque ab vllis hactenus auctoribus, qui ad notitiam nostram deuenerunt, contra eam allata sunt, solido fundamento dissoluantur. Sed ne aduersarios inaudita causa condemnasse videamur: ordine singulos allatis eorum rationibus, ipsisque verbis audiemus.

Primigenia S. Vrsulæ historia defendenda.

CAPVT III.

An fuerit S. Vrsula contra Molinæum Caluinistam, qui eam imaginariam appellat Martyrem.

REctè duce Aristotele censent philosophi, 1. in omni disceptatione quærendum esse, An sit: Id Catholicis hac in historia opus non erat, cùm S. Vrsulam non fuisse tantum, sed & Virginem & Martyrem habendam, Ecclesiæ auctoritas (quæ hac in decisione falli non potest) multis iam seculis agnouerit, nisi æuo nostro Petrus Molinæus apud Sedanenses in Lotharingia Caluiniani erroris præco, B. Vrsulam imaginariam sanctam appellasset, ita verum hodieque apud hæterodoxos est, quod olim apud philosophos iactabatur. Nihil adeo absonum fingi posse, quin hoc ipsum aliquis philosophorum (verius dixeris hæreticorum) asseruisset: ipsum, si placet, verbis loquentem proprijs audiamus, sic enim in libro, quem Caluinistæ Cliuenses ex Gallico idiomate in Germanicum transiatum edendum Cliuis curarunt Anno 1620. sub titulo Glaubens Schild lib. 1. loquitur.

Caluinianorum ingenium.

l. 1. Scuti fidei sect. 16. f. 413.

Die Bilder solten der Vnwissenden oder Leybibelen seyn/wer aber vnwissend ist/der bleibe wohl jhrenthalben vnwissend. Ja man hat viel Bilder solcher Heiligen/die niemahls Menschen gewesen seind/welche Heilige seyn müssen/da sie doch niemahls Menschen gewesen/als da seind die H. Drey-König/S. Longinus, S. Vrsula, S. Catharina, S. Margareta, S. Martialis, S. Georgius, S. Christoffel/die eilfftausent Jungfrawen/&c. Ist ein Götz das Bild eines dings/das nicht ist/so seind die Bilder gewißlich Götzen/vnd derowegen die jenigen Götzendiener die jhnen dienen. fol. 413. lin. 14. vsque ad medium. Iterum libro, cuius titulus de nouitate Papatus contra Cardinalem Baronium: **Was wöllen wir von S. Vrsula**

Molinæi calumniæ contra Sanctos.

Et vndecim millia Virginum.

Lib. de nouitate Papatus.

sula sagen/ welche der Vrsuliner Patrona/ vnd eines Kö-
nigs Tochter in Engeland soll gewesen seyn: Sie soll drey-
hundert Jahr nach deß HErren Geburt gelebt haben / zu
welcher Zeit doch noch kein König in Engelandt gewesen/
Es mag zwar etwa dazumalen ein barbarischer Schlech-
zum König in selbiger Insel nachmitternachtwarts/ oder
an der Nordt seiten gehabt haben/ aber es ist kein Christē-
mensch gewesen. Man sagt auch dieselbige Vrsula habe
eilfftausent Jungfrawen auff eine Walfahrt nacher Rom
geführt / vnd daß jhre etliche Rotten von den Hunnis in
Teutschlandt begegnet; die haben dieselbige nothzüchtigen
wollen/ weil sie sich aber geweigert/ weren sie alle von den
Hunnis erschlagen worden/ aber zur selbigen Zeit waren
noch keine Hunni in Teutschlandt kommen/ vnd wo vnd
welcher gestalt solte Vrsula diese eilfftausent jungfrawen
zusammen gebracht? zudem so seyn die Walfahrten nach
Rom/ allererst ein geraume zeit hernach auffkommen.

Donemus ea verba Latio. *Imagines deberent esse libri idiotarum, seu biblia ignorantium; at qui idiota est, per imagines ignorantiam non deponet, quinimò plurimæ circumferuntur imagines talium Sanctorum, qui homines nunquam fuerunt, ij tamen Sancti esse cogun-
tur, licet homines nunquam fuerint. Cuiusmodi sunt SS. Tres Reges, S. Longinus, S. Vrsula
S. Catharina, S. Margareta, S. Martialis, S. Georgius, S. Christophorus, vndecim millia Vir-
ginum, &c. Si igitur idolum est imago rei, quæ non est, huiusmodi profectò imagines idoli
erunt, ideoque illi idololatræ censendi, qui eas colunt.* Posterioris loci hic sensus est.

Cõtra Vrsulana gesta. Obiectio. 1. *Ecquid de S. Vrsula dicemus, quæ Vrsulanarum Virginum, vel sanctimonialium patrona est;
diciturque fuisse filia cuiusdam Regis ex Anglia: & vixisse trecentis annis post Christum
natum; quo tempore nullus Rex in Anglia fuit. Potuit equidem illo tempore fuisse, barbarus
quidam atq; sarmentitius Regulus in Aquilonaribus illius Insulæ partibus, certè Christianus
non fuit, narratur item eadem Vrsula congregasse vndecim millia Virginum, quas proces-
sionis ritu Romam deduxerit,* 2. *quarum aliquæ in Germania inciderint, in turmas quasdã Hun-
norum, qui cum illis vitium offerre pararent, illæ verò constanter recusarent, ab illis occisæ
sunt:* 3. *verum eo tempore nulli adhuc Hunni in Germaniam aduenerant, & verò vnde tunc,
& qua ratione hæc vndecim millia virginum Vrsula collegisset? adhæc peregrinationes
Romanæ sat longo post hoc tempus interuallo vsurpari cœptæ.* 4. Denique idem Molinæus in indice libri posterioris *(de nouitate papatus)* in verbo Vrsula adiungit, *Vrsula sancta imaginaria, & quæ nunquam in mundo fuit:* quod Germanus interpres sic transtulit. Vrsula ist nur eine erträumete Heylige / vnnd hat niemahls in der Welt gelebt. fol. 536. Hisce duobus locis varia suo more coaceruat Molinæus; sed cum ea, quæ Sanctis aliis opponuntur, Serarius solidè refutarit in litaneutico: Solum illud, quod S. Vrsulæ (quam hæretici ceteri intactam reliquerunt) obijcit, videamus: nam de SS. Tribus Regibus Deo dante in alio volumine eum fusius conueniam.

Serar. in litaneutico, 2. à q 15. ad 25.

Molinæus, vt se Germanum Caluini discipulum, hoc est impium cælitum derisorem ostenderet, in hoc publico mundi theatro D. Vrsulam, in quam impudentiæ laxaret frena, sibi præcipuè videtur delegisse, dum *eam sanctam imaginariam* nominauit.

Calui-

Caluinus Sanctos per ludibrium appellat: *mortuos, vmbras, laruas, monstra, colluuiem, carnifices, bestias*: honorifica sanè nomina dignique tituli, quos Ioannes Reinoldus tali magistro dignus discipulus, explicat, vt *laruæ*, dicantur, quod nunquam in rerum natura exstiterint, docilis eiusdem magistri discipulus Molinæus, nouum excogitauit titulum, dum *Sanctam* vocat *imaginariam*: quæ nunquam vixerit. At proba si potes Molinæe: proba sanctam Vrsulam, quam totus orbis, vt Martyrem veneratur à mille annis, nunquam exstitisse? Euicit olim M. Tullius Iouem vixisse, verumque fuisse hominem, ex eo quod sepulcrum eius ætate sua apud Cretenses ostenderetur: veni Coloniam Molinæe, adspice non diuæ tantum Vrsulæ, sed & sponsi Ætherij plurimorumque tam fortissimorum Martyrum, quam castissimarum Virginum monimẽta lapidea, quorum reperti tituli sepulcrales, & nunc ipsis inscripti tumulis exhibentur: adspice Martyris caput, brachium, ossa, annulum & sagittam, qua transfixa perhibetur: sed quid ego te Coloniã inuito? vix in Belgio, Franciaque locus tam abstrusus est, in quo non sacri talium Virginũ cineres habeantur: Nec tamen angustis Germaniæ, Galliæque finibus exuuiæ sacræ Parthenicæ coarctãtur, quæ Italiam, Hispaniam, Lusitaniam, ac nouum tam eoum, quam occiduum orbem, ita sacris ossibus & nominis sui fama compleuerunt, vt plurima Lusitaniæ, & Indiarum loca non minore veneratione, cultuque quam Germania, & ipsa Colonia sodalitatem Vrsulanam prosequantur: id oculatus vtriusque celebritatis testis, An. 1616. 20. Octob. hic Nicolaus Trigaultius confirmauit, & ego fusè L. 8. & 9. sum probaturus.

Blasphemiæ Caluini in Sanctos.

Confutatio Molinæi.

Vixit quia sepulcrum exstat.

Sacra ossa supersunt.

Et ausus est Molinæus omnium populorum, regnorum ac nationum, adeoque communem totius orbis consensum, quo S. Vrsulæ vitam Martyriumque multis retro seculis approbauit, ore importunissimo & mendacissimo reprobare, gentes omnes stultitiæ condemnare, quasi tot seculis imaginarias Martyres venerentur? & hoc sine ratione, sine teste, sola mentis insanissimæ inductione? vide quæso Molinæe, quantum tibi soli arroges? totus Christianus orbis non agnoscit tantum fuisse Vrsulam, & Sodales; sed earum corpora exhibet, quæ vt Martyrum ossa piè veneratur, Deo prodigiis eam pietatem confirmante: cultus iste & communis orthodoxorum sententia a millenis & pluribus annis diuersissimarum nationum consensu, traditione & certis testibus comprobatur. Nullus hactenus non Catholicorum dico, nec tuæ farinæ hominum, nec aliorum sectariorum id inficiari ausus est, non Caluinus, non Beza, non alii contra tam testatam omnium seculorum & nationum assertionem: solus tu, & primus, vt mille aliarum stropharum, sic & huius architectus, vitam ei eripis, quam imaginariam appellasti: an testimoniis penè innumeris historicorum grauissimorum, qui S. Vrsulæ Martyris meminerunt, os tibi oppilabo?

A consensu omniũ nationum orbis.

Ac omniũ seculorum

Etiã Hæreticorum

Si quis (inquit Serarius) Moysen, aut S. Petrum, imò si Priamum aut Æneam in hominibus aliquando fuisse ambigeret: hoc ei opinor probaretur, si boni, ac idonei (qui fuisse affirmant) laudarentur testes: profert deinde 28. testimonia eorum, qui S. Georgij Martyris honorificè meminerunt: ita demonstrat vixisse S. Georgium.

Mihi perfacilè centurias aliquot testium recitare, qui S. Vrsulam Martyrem nominarunt, quando posteriorum seculorum omnia Martyrologia, Missalia, libri rituales, historiæ Sanctorum, plerique scriptores Ecclesiastici, plurimi sacri profanique Historici, Chronologi, Canonum interpretes, & Theologi S. Vrsulæ sodalium-que fortitudinem, & inuictam animi constantiam deprædicant, quorum supra 200. lib. 11. laudabo, verbis eorum recitatis. Quod si eorum quidam de tempore, Romano itinere, vel aliis adiunctis dubitent, omnes tamen sodalitatis Vrsulanæ Martyrium aliquando contigisse persuasissimum habent: ipsi etiam quos toto hoc libro heterodoxos adducam, & alibi, si vnum Molinæum exceperis, vixisse inter homines S. Vrsulam profitentur; vt Caluinus optimè similibus Molinæi quæstionibus respondisse videatur: *Quæstionem*, ait, *mouere audent quidam nebulones, fueritne vnquam aliquis Moyses*: & subdit, *Si quis in dubium reuocet, fuerintne vnquam vel Plato aliquis, vel Aristoteles, vel Cicero, quis non colaphis, aut flagellis castigandam talem insaniam dicat?*

A testibus innumerus.

Calu. l. 1. instit. c. 8. §. 9.

Obiectio Molinæi. confutata à Serar. li tan. 2. q. 16.

Obstepit Molinæus ideo fuisse negare se, quia vita eius tota fabulosa est. Non hoc (excipit contra similes Serarius noster) tantæ rei satis idoneum argumentum: eodem liceret modo concludere, nunquam in rerum natura exstitisse omnes illos vel Deos, vel Heroas, de quibus tam multa Poëtæ fabulantur: sic nulla erunt familiarum plurimarum, nulla gentium, aut vrbium primordia; cum de his nugarum plurimum, veri parum, aut omnino nihil sit. Apud Plutarchum dicit Polycrates Iudæorum res fabularum esse similes: an ideò illæ veræ nunquam exstiterunt? aliud est, nõ exstitisse Sanctos illos, aliud non exstitisse cum his, aut illis adiunctis, quæ quibusdam falsò illis afficta sunt. Deus non est prout à gentibus traditur; vel prout à Iudæis, vel Turcis: addo & Caluinistis intelligitur, ideone non est omnino? certè isto concludendi modo, quis euinceret, se non esse, dum falsis aut laudibus extollitur, aut contumeliis deprimitur: nec Molinæus esset, aut fuisset, dum supra modum à gregalibus in Cœlum laudibus effertur, negantibus eius contra Catholicos allatas rationes posse confutari: sed tales Forerum consulant: & idolum metis suæ corrigant: mihi profecto certius est S. Vrsulam cum sodalitate sua Martyrij coronatam, quam vixisse Molinæum: contra quem nobis satis sit, nos aliquot millena corpora Virginum tot seculis possedisse, titulis sepulcralibus indicata, diuinis testimonijs ac miraculis confirmata, ac Ecclesiæ totius assensu recepta, vixisse vt euincamus. Iterum obstrepit Molinæus, multa in Vrsulanis dubia, & falsa contineri. An ideo nec vixit quidem Vrsula? ideone non vixit Moyses: quia tam multa falsa Iudæi & Talmudistæ de eo mentiuntur? apage Molinæe ad Caluini colaphos & flagella cum tali ratiocinatione: quamuis & ea etiam vera esse, hæreticis autoribus constanti Basilienſium, Argentoratensium, Rhenensium, & Coloniensium traditione alias demonstrabo, quas verò attexit idem obiectiones 4. iam quadringentis annis à Iacobo de Voragine, aliisq; Catholicis ideo propositas; quo tempus aliud Martyrio adsignarent, nos alibi copiosè refutabimus, vt de Regibus Angliæ l. 2. c. 22. de Hunnis l. 1. c. 33. de numero vndecim millium Virginum l. 1. c. 35. de consuetudine Romanæ peregrinationis l. 4. c. 7. quibus è locis colligant sese quaces Molinæi, eius in sacra profanaque historia infantiam.

Plut. l. 4. Sympos. q. 5.

CAPVT IV.

Contra Ioannem Balæum Caluinistam, qui Virgines omnes fluctibus haustas asserit.

VItam Caluinista Gallus S. Vrsulæ, sacrisq; Virginibus eripuit, quam iis Caluinista Anglus Balæus & largitur, & miris etiam S. Vrsulam celebrat encomiis, vt eius gloriæ claritate suam illustret patriam: Martyrij tamen aureola spoliat, dum vult ita classem Vrsulanam iactatam tempestate, vt fluctibus hausta penitus sit, nec possint eius reliquiæ supersse, verba ipsius ex libro de Scriptoribus fideliter adnumeremus.

Balæi narratio lib. de Scriptor. Laus S. Vrsulæ.

Vrsula Cornubia, genere Britanna (sunt qui Cynosuram cognominent) Christiani principis Dionethi Connubiensium Ducis filia florentissima, liberaliter instituta bonis artibus, se (musis non renitentibus) immiscuit, ingenium habebat felix, ac seriis negotiis accommodum: hæc inclyta & laudabilis pudicitiæ femina, vt plerique propalant Chronicorum fabricatores, magnoperè nihilominus dissentit vnus ab altero, exteri ab intraneis, & domesticis, in rerum illius gestarum commemoratione. Non enim sinunt præstigiosi sophistæ apud proprios, & oculatos historiæ scriptores manere veritatem; sed omnia pro suo ventre, & fœdissimo illo eorum cœlibatu (qui tot prodigiosarum venerum, & exsecrabilium libidinum peperit monstra) mendaciis impudentissimis commaculant. Affirmant autores Britannici, quod post subactas à Maximo eorum Rege Romanoq; Cæsare Aremonicas terras (minorem Britanniam nunc vocant) Gallicarum mulierum aspernati connubia Britanni, vxores ex sua petebant natione. Quo factum, vt mulierum frequens ex insula numerus illuc nauigare statuerit, & interea S. Vrsula carissima illorum Ducis Conani vxor designata, quæ cum vndecim

Inuehitur in Cœlibatum.

decim vtriusque sexus millibus vi tempestatis perijt: ceteris ad litus à contrariarum factionum tyrannis interemtis. Vnde nunc ergo hauriunt mendaciorum Magistri, & immundissimi Papæ gomoriones superstitiosam tot squalidarum virginum ad Romam vsque peregrinationem per Rhenum? aut quibus collectionibus gaudet iam Aggrippina Colonia earum ossibus ex ponti seu furentis oceani fundo transportatis? & infra, *Claruit Vrsula anno in carnem venientis Messiæ 390. Gratiano apud Britannos regnante.*

Hæc est Balæi furiosa (vt eam alibi Gretserus appellat) pro sua sententia oratio: ex quâ paucula seligam, quæ castigatione digna videbuntur, primò vult historiam Vrsulanam circa annum 390. contigisse, & veritatem eius apud proprios, & oculatos testes, quos ipse sequitur, permanere. Quos tu nobis obtrudes Balæe scriptores Anglos anno 390. spectatores rerum gestarum & testes? excitabis opinor vnum aliquem, qui cum S. Vrsula vectus eadem naui naufragium fecerit? qui solus superstes cunctorum interitum conspexerit? An potius ex Albione confinges autorem, qui tunc res gestas sui temporis est persecutus? at Gildas sapiens (qui Bellarmino floruit anno 495. & Doctori Pitzeo Anno 589.) fatetur æuo suo nullas Sanctorum historias in Anglia superfuisse; sed eas ex transmarinis partibus, Gallia, Germania, & Italia fuisse accersendas. Confinge sodes Balæe, prome, quem laudes temporis istius testem oculatum, qui Vrsulam viderit, de facie norit, eius gesta conscripserit? Collocat Balæus in centuriis suis S. Vrsulam n. 34. Pitseus n. 36. fuerint sanè ante S. Vrsulam scriptores ibidem, siue veri, siue ficti 38. quis eorum Vrsulanæ historiæ testis & spectator viuus & præsens? imò quis eorum, vel nominis meminit? quod si Galfredum obtruseris: at cum is an. 1150. floruerit, quomodo eorum, quæ an. 390. gesta sunt fuit testis oculatus? Contra nos tibi narrationis nostræ paulò post testes producemus præsentes & spectatores, imò consortes eiusdem martyrij. Alter Balæi error est, quod S. Vrsulam velit cum vndecim millibus fluctibus perijsse: vnde igitur tot millena earum corpora sunt, quæ partim Coloniæ, partim toto terrarum orbe, vetere, nouoq; tanto honore conseruantur, prodierunt? quod si supposititia dixeris: at dicere audeo paucas in orbe sodalitatis vnius reliquias, Vrsulanas certitudine superare: nam dum pro Christo mactarentur, supra millena nomina laterculis incisa, & sarcophagis earum indita, vtique à coæuis sunt, qui virgines viuas norant, & circa An. 1156. reperta cum corporibus, quibus ipsarum dignitas, agnationes & peregrinatio declarantur, Deo cœlestibus visis populorum & corporum veritatem attestante: quæ quomodo tam operosè fieri, & tamen fingi potuerint, non video: Accedit oraculum duplex cœleste de ijsdem, postea vulgatum: horum alterum S. Iacobum Antiochenum facit in itinere nomina Virginum adnotantem, & laterculis per se vel alios vndecim clericos, laicosque complures incidentem, adeoque triduo post virgines superstitem, vt de veritate titulorum & corporum æquus rerum arbiter non debeat dubitare, nobisque liceat ex vero gloriari, nostram sententiam ab oculato teste & scriptore Iacobo dimanasse: quando Iacobus pars magna rei gestæ fuit. Tertiò Balæus credi dicit à Catholicis Vrsulanam narrationem ob cœlibatum, eumque portentosis mendaciis, & cauillis hæreticorum more calumniatur. Habet nimirum pessimè Balæum, illique similes pudicos gancones, ministros Veneris, quod merito suo Catholica Ecclesia Martyrum istarum castitatem inuictam vbiq; gentium prædicet, cum eam impendio vellent memoriam erasam, ne dum seruari castimoniam nullo pacto posse iactitant, tot millium exemplo luculento confutentur: si enim tot millia virginum illibatam virginitatem mortis proposito periculo conseruarunt, viri pacis tempore non possent? Harpsfeldius libro, qui Alano Copo inscribitur, ita depingit Balæum; vt cæcus videat, nihil ipsi in parthenia nostra historia fidei tribuendum esse: præmiserat nonnulla de Nicolao diacono, & impuris aliis Britanniæ sacerdotibus. Subdit Balæi morum viuam imaginem. *At Balæus huiusmodi Nicolaitas quasi sus volutabrum in deliciis habet*: additur in margine. *Balæus Veneris Mystes, & Epicuri de grege porcus*, & infra: *fuit ille iudicio suo Episcopus: sed meo Apostopus: tum quod sycophanta esset impudentissimus, tum quod spurcissimus apostata: dignior*

Confutatio.

Quis potuerit esse testis oculatus historiæ.

Non perierunt fluctibus.

Ob cœlibatum historiã Vrsulanã Balæus insectatur.

Vitæ eius turpitudo. *Alanus Copus Dialogus 5. f. 681.*

ſanè qui lupanari potius, quam qui Eccleſiæ præficeretur: vtpote cui multos iam per annos ni-hil aliud cordi fuiſſe videtur æquè, vt turpem ipſe contra religioſum caſtitatis votum, Ver-rem exercens, obſcœnitate verborum, omnes lenones & meretrices ſuperaret, conuitiorum plauſtra in optimos quoſque tum viuos, tum mortuos congereret, horrēda mendacia, partim à ſe ficta, partim aliunde emendicata, impuro ore eructaret; ac in ſingulas centuriarum ſu-rum, aliorumque librorum ſuorum paginas, ſed ferè etiam lineas infarciret. Confert de-inde Balæum cum alio nominis eiuſdem homine infami, cuius in Chalcedonēſi i-nodo mentio fit, vt meritò Browerus eum ob contemtum illum peregrinationum & caſtitatis tam proteruum, *petulantiſſimum ſcurram nominarit:* ſimilia de eodem Ioannes Pitſeus profert ſex integris paginis: & hæc in reliquis. *S. Bonifacio Germa-niæ Apoſtolo improperat, quod coniugia ſacerdotum, & monachorum condemnarit, mortu-rum oſſa, fœtida cadauera, putidos pulueres in veneratione habuerit, peregrinationes appro-barit.* An aliter ſenſit, & locutus, de Sanctorum reliquiis eſt Vigilantius? quid ita miramur Balæum, tam impudenti mendacio Martyrium Vrſulanum adſperſiſſe, cum in eo ſanctorum reliquiæ, continentia, & peregrinatione celebrentur?

Bouverus Anno 451. An Trenir. Pitſeus fol. 87.

CAPVT V.

Contra Lutheranos Magdeburgenſes Balæi aſſeclas.

MIrum eſt commento huic mendaciſſimo Patronos non defuiſſe: hanc enim Balæi narrationem Vrſulanam, vt è tripode prolatum oraculum venerantur Centuriatores Magdeburgici, vt pro eo nec audiendos velint Sigebertum, Bonnium, Crantzium, Sigonium, alios. Duobus in locis Vrſulani Martyrij meminerūt. cent. 5. c. 3. coll. 52. ſic ſcribunt. *Sub Theodoſio Attila, cum vaſtaret vtrumq; imperium, non parum etiam paſſim turbaret Eccleſias, narrant enim Scriptores ſub iſta Hunnorum pe-terras diſcurſatione apud Coloniam Agrippinam nouies mille Virgines Martyrio coronatas refert & Otto Friſinus lib. 4. c. 24. & Antoni tit. 11. c. 8. Nauclerus gen. 16. dicit eſſe, q' prædictarum Virginum Martyrium ponunt ſub An. Dn. 218. ac mirum haud immerito vi-deri poſſit, num hæ S S. Martyres ſint eædem cum ijs, quæ in comitatu S. Vrſulæ fuerunt, qui vndecies mille fuiſſe, & itidem apud Coloniam ab Hunnis ſub Attila interfectæ ſcribunt à Bergomenſi & Sigeberto, quod ipſum tamen vterque ſub Martiani Imperatoris initiis commemorat.* Iidem eadem cent. c. 12. coll. 1473. *Petrus de Natalibus, Sigebertus in Chronico, Bonfinius, & alij Chronographi non modo fabuloſam; ſed apertè falſam Vrſula & vndecies mille virginum exercitu prope Coloniam ab Hunnis cæſo ob religionem Chriſtianam narrationem texunt. Nam Cyriacus Pontifex Romanus, qui cum iis Roma abijſſe dicitur, ante ducentos annos obijt, vt teſtatur Crantzius in Metropoli, & patet e ſuperioribus centuriis: nec aliæ circumſtantiæ cum harmonia hiſtoriæ huius ſeculi congruunt: præterea nullus ex iis, qui hoc ſeculo vixit & ſcripſit, aut paulò poſt, eius in eum modum meminit: Balæus veram è ſcriptoribus Britannicis de Vrſula recenſet hiſtoriam: quo genere Britanna fuerit, Dionoti Cornubienſium Ducis filia, quæ ſub Maximo in Ar-monicam tendens, naufragio perijt, &c.* Recitant hic de verbo ad verbum Balæi ſu-prà allatam narrationem, dignum ſanè patella operculum: ita mulus mulum ſcabit, ſimileſq; habent labra lactucas: qualis enim in Anglia Balæus nouarum hæ-reſum teterrimus architectus, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ vaferrimus calumniator, totius antiquitatis petulantiſſimus deriſor, tales in Germania noſtra Centuriatores Mag-deburgici, quatuor-viri verbi Lutherani miniſtri, & gregales, Mathias Flaccus Illyricus, Ioannes Vigandus, Mathæus Iudex, & Baſilius Faber, *nihil vnū vni tam ſimile tam par* (ait alibi Cicero) *quam omnes iſti inter ſe ipſos ſunt.* Et hi quidem tredecim cē-turias ſuas omni mendaciorum genere refertas Baſileæ apud Oporinum ediderunt An. Dn. 1574. de quibus ita Poſſeuinus. *Matthias Flaccus Illyricus anteſignanus eorum*

Cent. 5. c. 12. coll. 52.

Cent. 3. cap. 12. col. 1473

Centuriatores ſequuntur Balæi narrationem.

Confutatio.

Cic. de Legibus. Poſſeu. Lib 16. Biblioth. Sele ct. ſect. 4. de Hiſtoricis c. 8.

q

qui centurias Magdeburgi collegerunt, glorioſum titulum præfixit monſtro, quod Eccleſiaſticæ hiſtoriæ nomine velauit, aduerſus quod monſtrum ſcripſerunt Conradus Brunus, Petrus Caniſius in opere de Sancte Ioanne & B. Virgine, Franciſcus Turrianus de Epiſtolis Pontificum, Genebrardus lib. 4. Chron. ad An. 1551. Robertus Bellarminus paſſim & Baronius Cardinalis, qui in Tom. 8. veſtibulo ad Philippum Nerium vocat eas centurias Sathanæ. Sic Nicolaus Harpsfeldius Martyr Anglus eaſdem mendaciorum centurias nominat, tum ſermone ad Magdeburgum (vnde infames illæ chartæ prodierunt) conuerſo, ait, *vtinam nobilis illa ciuitas orbi Chriſtiano oſtenderet ſe tam impudentibus iſtorum, & contumelioſis in Chriſtum, & Chriſti crucem eiuſque Eccleſiam ac Eccleſiæ Patres mendacijs non fauere: qui quantumuis pietatem ſimulent, ipſa re veterum Patrum Scripta non meliore loco habent, quàm Ouidij Metamorphoſin, aut veras Luciani narrationes, neque exiſtimet præclara illa ciuitas vllam vnquam futuram in Secta iſta concordiam, aut vllam illius ſpem in alia, quam in Catholica Religione ponendam.* Quæ viri ſanctiſſimi & fortiſſimi Martyris admonitio, quia tot annis fructu caruit, ob impudentiſſima fanaticorum hominum à ciuitate comprobata mendacia & alia ſcelera Magdeburgenſium atrocia, vindice tandem numinis dextra An. 1631. 10. Maij, ab inclyto Heroe Comite Tillio Cæſarijs auſpicijs armata manu occupata, tota paucis ſeruatis ædibus, infra 24. horas incendio deflagrauit, triginta ferè hominum millibus ferro flammaque trucidatis; cùm biennio ante S. Norberti defenſoris Vrbis reliquiæ Pragam eſſent tranſportatæ.

Apud Alanum Copum.

CAPVT VI.

Contra Ioannem Auentinum Lutheranum, qui euocatas Treuiros Sanctas Virgines à Maximo facit, in itinere à Saxonibus interemtas.

SVccenturiatur Gallo Caluiniſtæ, Anglo Puritano & centuriatoribus Lutheranis Ioannes Auentinus, Lutheranæ item farinæ Scriptor, qui vixit Anno 1530. homo audaciſſimus, qui nullo nixus fundamento, nullo teſte, nulla probatione, ſola mentiendi libidine, quæ vult deprauat, affirmat, negat, aut mutat quadrata rotundis, non in Bauaria ſolum, quam 6. deſcribendam libris ſumſerat; ſed in vniuerſali etiam Eccleſiæ totius hiſtoria, in Romanæ Sedis ſummorum Pontificum rebus geſtis, quas ita deformauit, ut quæſitores Hiſpani cum ſex paginis errores, qui corrigi poſſe videbantur, indicaſſent, deſperata tot mendaciorum emendatione hanc clauſulam adiecerint. *Meminerit lector plus nimio fauentem Schiſmaticis, parum integra fide res Romanorum Pontificum prodere, vt difficile ſit, omnia in hoc genere expunxiſſe, proinde cautè legendum*: idem notauit Raderus noſter, in Henrico II. Imperatore, gente Bauaro. Neque in ſacris tantum rebus, in profanis etiam fidem eius deſiderat M. Velſerus: ſi quid enim affirmet, negetue, ſuos ſtatim appellat annales, nullius fidei, nullius auctoritatis. Velſerum audiamus. *Sub eo, qui ſucceſſit Caio Caligulæ nihil de rebus Ræticis quod ad noſtram cognitionem venerit literis conſignatum: etſi enim Auentinus Fabianum neſcio quẽ Tiberij & Caij temporibus Vindelicorum rectorem, ex patrijs annalibus, quos faciles nimis & obſequentes habere ſolet, eruit, aſſenſum ſuſtineo, ſiquidem annales illi antiquiſſimi vt ſint, ante aliquot centum annos; non adeo multos ab imperitis hominibus conſcripti ſunt, neque nos alia, ad commentandum prior cauſſa impulit, quam vt eorum rubiginem & ſitum detergeremus; adde ſæpenumerò quædam ex curioſis iſtis obſcuriorum autorum ſcriptis à nonnullis audacius, quam conſideratius colligi; quæ tantum ab ipſorum ſententia, quam ipſi à veritate abſcedant:* hactenus Velſerus, cui hanc Poſſeuinus noſter laudem tribuit, quod multorum Hiſtoricorum (maximè Ioannis Auentini) errores detexerit.

Auentini fides.

Iudicio inquiſitionis Hiſpanicæ.

Raderi Tom. 3. Bauaria S. Et M. Velſeri lib. 6. de rebus Auguſtæ Vindelicorum.

His de fide autoris præmiſſis, dico, eum ſine teſte, ſine ratione hanc è cerebro ſuo commentum eſſe narrationem. *Iuſſerat Maximus aliquot millia Virgi-*

Narratio eius.

Virginum, quæ in Galliis distribueret, Treuiros, ex Britannia transuehi, Hunni & Saxones, atque Picti, ducibus Vannio & Melga, eas vento in Germaniæ oram abreptas, adorti, cum omnibus, qui easdem ducebant, trucidant circa Coloniam Agrippinensem; vndecim millia vt vulgo creduntur; aliis 71. millia fuisse narratur. Nouitium hoc figmentum est, 1. quia veteres, recentioresque quidam tantum Hunnorum, & Pictorum; nemo Saxonum meminit. 2. Ceteri volunt Conanum ipsiusque militem postulasse tot millia à Dionetho Rege, alijsque Britanniæ rectoribus, vt in Aremoricam velificarent. Auentinus fingit à Maximo Treuiros esse euocata. 3. Vel Auentinus Aremoricani regni nouum exordium agnoscit, & ea quæ fusè capitibus sequentibus contra Galfredum & Boëthium adferentur, Auentinum euertent; vel non agnoscit, & euinco 1. ipsum nullo iure & ratione nouam cudisse fabulam. 2. sibi ipsi repugnare: si enim recta Treuiros ad Maximum virgines è Britannia contendebant, cur eas vult *vento in oram Germaniæ abreptas*, cum eam peterent, vt via proxima & compendiaria Treuiros peruenirent? Sed id quàm stulto consilio? ad Rheni litora, & oram Germaniæ pergere, vbi scire poterant, vel debebant copias Gratiani contra Maximum inuasorem imperij excubare? 3. quo teste & autore contra veterem Sanctæ Vrsulæ historiam; contra 30. Romani itineris vestigia, decem populorum diuersorum traditiones; centum plureſque autores grauissimos affirmare audet, non Romam virgines religionis causa; sed Treuiros ad inuasorem imperij anathemate fulminatum contendisse: vt ita crimine læsæ maiestatis reæ, per summam iniuriam condemnentur martyrij causa labefactata?

Confutatio.

CAPVT VII.

De D. Auberto Miræo Auentini Defensore.

HActenus cum hostibus fidei certamen fuit: non minus nunc vrget cum Catholicis, & iis primo, qui suffragantur Auentino. Doleo Aubertum Miræum Decanum Antwerpianum, Ecclesiasticæ historiæ peritissimum, in hunc scopum inclinasse, nihil enim affirmatè concludit, coniecturam tantum facit: Eius tamen disquisitione de Virginibus Colonienſibus Antwerpiæ, Parisijs, & alibi vulgata alius est narratio.

Miræi coniectura.

Cum Maximus sedem Imperij Treuiris collocasset, turba ingens mulierum, viduarum, Virginum sexus vtriusque ad maritos, parentes, ac consanguineos suos, relicta Britannia properans, nauigijs ad Batauicum siue Frisicum litus est delata, quod quidem agmen inde per Veronam Frisiæ oppidum recta Coloniam Agrippinam, aduersisque Rheno, ac Mosa Treuiros tendens, in Hunnos Gratiano Imperatori, aduersus Maximum militantes apud Coloniam Agrippinam incidit, atque ab iis crudeliter cæsum est. Itaque conijcere licet fortasse turbam illam fuisse cœtum istum Virginum, quas inter S. Vrsula & agminis Dux & Princeps emicuit. Pro hac coniectura facit, quod multa etiam puerorum, vt audio, capita Coloniæ inter cetera puellarum ossa hodieque spectentur. Hæc Miræus.

Tria mox Zetemata dissoluit. 1. cur de illis S. Ambrosius, Gildas, Beda, non meminerint. Respondet, quia Maximo toties à sancto Ambrosio, & S. Martino Turonensi reprehenso adhæserant, licet innocentes, nec de iure belli solicitæ. 2. cur sanctæ habeantur? Respondet, quod pro fide Christiana, quam profitebantur, ac pro virginitatis constantia sint interemtæ, miraculisque postea fulserint. 3. cur vocentur virgines, cum etiam adfuerint viduæ, coniuges, pueri. Respondet à maiore, & nobiliore parte sumtam esse denominationem. Hæc sententia repugnat veteri SS. Virginum historiæ; aduersatur diuinis de ea redditis oraculis; euertit locorum diuersorum traditiones, vestigia, tituloſque sepulcrales à pleriſque historicis abhorret: nullum Auentino vetustiorem autorem habet, ideò probari à me neutiquam potest; duo tamen in Miræo laudo: 1. quod Ecclesiæ iudicio se subijciat, & SS. Virginũ honorẽ, quantũ potest, tueri conetur; 2. quod eam

Eius confutatio.

non vt certam historiam, sed verosimilem coniecturam proponat; tum ex monitione S. Augustini, quam præfigit disquisitioni; tum ex M. Velseri responso, qui ait *hanc sibi sententiam non admodum improbari, dum coniecturæ locum tueatur, & pro re comperta, testataque haberi non velit.* Quod si Miræus pensiculatius euoluat, quæ prolixè lib. 1. de tempore Martyrij, deque Romana peregrinatione protuli, confido nostræ sententiæ, potius accedet cum primis, contra allatam coniecturam, quæ nullo vt dixi nisi Auentino nititur, vnde facilius ita pro nostra sententia ad Zetemata respondemus. Patres illi nullam (extra Bedam) mentionem Vrsulæ fecêre, quia procul ab ipsis in Britannia, vel Italia degentibus, in Germania multo ante tempore Martyrium fecerant SS. Virgines: ante S. Ambrosium centum, ante Gildam plus quam ducentis, ante Bedam quingentis annis ante. Nec mouere Adriani Iunij, & Suffridi Petri debet autoritas, quos allegat: errarunt illi lapsu memoriæ, dum credunt Veronam in Vrsulano Martyrio nominari, cuius in SS. Cassij, Florentij & Mallusij Thebæorum historia legerant expressam fieri mentionem. legat, cui otium, Sigebertum, Belluacensem, & centum alios lib. XI. qui Vrsulana gesta persequuntur, nullus eorum Bonnæ, nec Veronæ, nec Frisiæ meminit. Deinde Suffridus Petri olim Iurisconsultus, & Frisiæ Historicus, postea SS. Apostolorum Canonicus errore lapsus, ait quidem Scriptores Vrsulanæ Historiæ similitudine nomine deceptos, pro Verona (Frongast) Bonnam substituisse, & veram historiam sua insciția suspectam reddidisse, sed admonitus, agnouit erratum, & autorem protulit Hadrianum Iunium, quem ducem incautè secutus, aberrarat: is enim in sua Batauia scribit se à Nicolao Forstio iurisconsulto Colonienſi didicisse, in vndecim millium Virginum actis haberi, eas dum è Britannia soluerent, tempestate iactatas Veronam appulisse, quod de Verona Frisica vult accipiendum esse; mox petulanter concionatores Catholicos condemnat insciție, ipse iure reprehendendus. Quod epistolæ iurisconsulti futili persuasus auctoritate, falsoque nixus fundamento, tam imprudenter inuehatur in Catholicos, vt dicat *Triuiale Concionatorum genus, cum de Verona Frisica ne per somnium inaudisset, pro Verona Bonnam nugatoriè, ne dicam falso, interpretatos esse.* Sed quid opus multis Veronam hanc confutare, ad quam mihi exploratissimum est, nunquam virgines appulisse.

Causæ cur SS. Patres nō meminerint S. Vrsulæ.

l. 1. de origine Frisiæ c. 9.

CAPVT VIII.

De Bartholomæo Petri Auberti propugnatore.

HANC Auberti Miræi disquisitionem laudat D. Bartholomæus Petri, & tribus adiectis punctis roborat, de numero, de Cyriaco, de Virginum innocentia. Numerum vult poni certum pro incerto, quod familiare Oratoribus: idque probat ex vita S. Cuniberti; ex Wandelberto Prumiensi; ex Thoma Cantiprat. lib. 2. c. 53. p. 6. & 7. Vbi non exprimitur definitus numerus. Fateor vsu scriptorum receptum esse, vt certi pro incertis vsurpentur numeri; sic sexcentos sæpè nominamus, vel aliquot centena millia; si tamen id cupias multitudini cuiuis applicare, euertes omnem antiquitatis Historiam, in omni semper licebit excipere certum numerum pro incerto esse nominatum; nec est quod pro se alleget Romanos Martyrum fastos 22. Iunij de 10. millibus in crucem actis; quando huius numeri certa ratio datur in Historia: cū enim nouē Chiliades antea cū S. Achatio paterentur; accessu S. Theodori cum sua chiliade myrias fuit absoluta; sic constat ex Vrsulano Martyrio myriadem cum chiliade virginum completam fuisse: nam 1. pactis dotalibus ab Angelo præscriptis includebatur; vt vndecim millia Virginum cogerentur cum vndecim triremibus. 2. his pactis vtriusque sponsi parentes subscripserunt.

D. Bartholomæi Petri sententia.

Refutatio de numero complet o virginū.

pſcrunt. 3. hunc numerum confectum fuiſſe ante, quam è patria ſoluerent, auctor eſt vetus Hiſtoria, S. Eliſabethæ, & B. Hermanni oracula cœlitus accepta: de quo numero fusè lib. 1. c. 35. diſſerui.

De Cyriaco. Porro de Cyriaco tria adſtruit Doctor Bartholomæus, 1. communem eſſe errorem, adfuiſſe Cyriacum: 2. eundem fuiſſe tantum Epiſcopum. 3. plures Hiſtorias in vnam coaluiſſe. Ad 1. Reſp. Cyriacum fuiſſe non error; ſed aperta veritas: ſupereſt corpus ipſius, ſepulcrum, & titulus funeralis, ante quingentos prope annos: eum vt Canoni adſcriptum ipſæ Romani breuiarij lectiones olim teſtabantur, receperunt eum, & Sanctis adnumerarunt plurimi Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Canonum interpretes, Theologi, Chronologi, & Hiſtorici, quos idere eſt lib. I. & XI. vt taceam S. Eliſabethæ & B. Hermanno cœlitus oracula reddita.

Eius Pontificatu. Ad 2. Reſp. non inficias eo nomen Papæ fuiſſe quondam Epiſcopis attributum; titulus tamen ſepulcralis, & reſponſa diuina Papam eum Romanum appellant; & ex vſu iam in Eccleſia recepto vel Pontifex Maximus, vel eius Vicarius eo tantum nomine multis retro ſeculis deſignatur; vt enim Felix ſecundus Liberio Papa relegato, quia Vicarius pontificalia adminiſtrabat, & à Conſtantio Ariano profligatus occiſus eſt, tam in ſepulcrali titulo, quam in Romanis factis Papæ, Martyriſque nomen obtinuit, ſimillimè dicimus Pontiano relegato Cyriacum anno & 15. ſeptennis Vicario munere functum eſſe; cui ob fidem occiſo rectè gloſſa iuris canonici & lectiones Romani breuiarij, cum titulo funerali nomē Papæ tribuerunt; licet id olim, quia Vicarium tantum egit munus, nomen eius in catalogo Pontificum non legatur: nam eandem ob cauſam nomen Felicis 2. ab Optato & à S. Auguſtino pertermittitur, vt rectè Baronius adnotauit: quia tempus Felicis, annis Liberij Pontificis, vti tempus Cyriaci, annis Pontiani Papæ relegati continetur.

Optatus Libr. 1. S. Auguſti. epiſt. 165.

Ad 3. malè probari hic plures de Cyriaco Hiſtorias miſtas eſſe, remiſſo Lectore ad 4. Maij Martyrologij, & Tom. 4. Baronij Anno 363. n. 29. vbi narratur Anconitanæ ſedis Epiſcopum Cyriacum ſub Iuliano martyrio coronatum eſſe. Quis illa conſecutio? Cyriacus Anconitanæ vrbis paſſus Hieroſolymis eſt Anno 363. & alius Coloniæ cum S. Vrſula Anno 237. cæſus eſt, ergo vtriuſque Cyriaci acta in vnam Hiſtoriam coaluerunt? contendo ego contra, Cyriacum noſtrum tam ſepulcrali inſcriptione, quam B. Eliſabethæ oraculo diuerſum; & Pontianum ac Anicium inter Romanos Pontifices inſerendum eſſe, quæ Cyriaco Anconitano non poſſunt conuenire.

De innocentia totius Vrſulanæ Sodalitatis. Ad innocentiam Virginum defendendam Miræus & Bartholomæus Petri hæc adferunt, *quod de iure belli pro more ſexus non multum ſolicitæ fuerint.* Demus pueros & virgines innocentes cenſendos, quorum non eſt de belli iuſtitia arbitrari: idene culpa vacabunt tot Epiſcopi, viri principes & Reges, quos è titulis conſtat eidem ſodalitati interfuiſſe? quomodo tales læſæ maieſtatis crimine abſoluentur, qui Maximi Tyranni inuadentis imperium iam anathemate fulminati cauſam ſua præſentia fouerunt, iuuerunt, approbarunt? Nec eſt, quod opus in noſtra ſententia ſit virgines ab iniuſtitia vindicare; ortum bellum erat Anno 237. inter Alexandrum Imperatorem, & Germanos; neutri parti virgines adhæſerunt; ſed à Maximini militibus poſtea, quam is Alexandrum Imperatorem inſigni ſcelere ſuſtuliſſet, tunc Coloniam obſidentibus pro fide, & tutela caſtitatis ſunt trucidatæ. Adducit Bartholomæus Petri exemplum B. Petri de Luxenburgo, vt Virginum innocentiam tueatur: Sed huius rei geſtæ hiſtoriam ex Browero noſtro inſpiciamus: tum cauſæ, & conditionis diſparem rationem perueſtigabimus. Anno 1355. *Schiſmate gliſcente inter Vrbanum verum Romanum Pontificem, & Clementem: hic Auenione Petrum Luxeburgicum Epiſcopum Mediomatricum creauit Cardinalem; ſed breui is curriculo mittendus ad metam: quippe penitus animo in celſioris virtutis, & diuinæ conſuetudinis curriculo defixum, immatura mors oppreſſit, vel potius raptum ab iſta temporum labe puriſſimi beatorum mentium cœtui cōſociauit: multa de huius adoleſcentis eximijs vitæ actionibus tradiderunt maiores, quas perſequi vix hæc noſtra ſcribendi ratio patitur; coluiſſe profecto omnes vir-*

Brouu. lib. 18. Annal Treuir. ad an. 1385. B. Petri Luxenburgenſis vita.

tutis

ntes memorant, dignas homine, qui Christi militiæ esset, & sacro sacerdotio desponsus, udicitiam illibatam dies noctesque precandi ardorem, promtam, & omnibus obuiam egenis benignè faciendi voluntatem, refugisse, quæ prima ducunt ceteri mortales, quibusque præsertim ea ætas capi solet, & allici voluptatum blandimenta: Auenione iacens ex graui ægritudine mortiiam vicinus, id negotij familiaribus dat, vt se ex ergastulo corporis solutum postbabita funeris ambitione communi pauperum sepulcro abstrudant; sed amicis aliud deinde visum, qui Cœlestinorum in æde, Sacello D. Michaëlis tumulare voluerunt: vbi mox sanctitas eius tot tantisque illustribus miraculorum argumentis patefacta: vt eorum longè lateque per Narbonensem Galliam diffusa fama, magnam hominum multitudinem, tum ad eius frequentandum sepulcrum, tum opem sanitati poscendam concitarent, atque vtinam quidem non tam Clementi obsequium, quam Deo pietatem præstare potuisset, ad publicam innocentiæ testificationem: neque Ecclesiæ Iudicium, neque Pontificis auctoritatem Ecclesia fortè desideraſſet; vt eius sanctitatis operibus extrema, vt ita loquar, manus accessisset: sed quia nõ vitio deprauatæ voluntatis: sed errore facti Clementis partes secutus est, & ab Antipapa data purpura enituit, eum solenni ritu Ecclesia Sanctis non adscripsit. Miracula.

Hæc Browerus: In quo Petro tria sunt, quæ errorem excusent: 1. Consilij & ætatis infirmitas, pro tanta re diiudicãda, nam duodevicennis excessit. 2. voluntatis ab his dignitatibus auersæ, demonstratio, vt testatur Molanus. 3. temporis in his contra voluntatem etiam acceptandis, & retinendis breuitas; *Placens enim Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores (in schismate publico) translatus est; raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius:* quid horum dici de Episcopis, & Regibus posset, si tyranni crudelissimi à cœtu fidelium exturbati partibus adhæsissent? Sap. 4.

CAPVT IX.

Contra Galfredum Arthurum Britonem, quid de eius historia Britannici scriptores Angli veteres & recentiores senserint.

HIc ille Galfredus est, qui pessimè omnium Catholicos inter de S. Vrsulæ historia meritus est: hic primus fabulam, vel commẽtus ipse est, vel donauit Latio pro antiqua veraq; Vrsulana historia, iam tum in Anglia, Germaniaque peruulgata, cuius vnius autoritate nixi Recentiores, antiquissimam historiam in Ecclesijs vbique decantatam, apud omnes ferè nationes in dubium reuocarunt, figmento Galfredi ei substituto, de quo appositè in Vrsulana sua disquisitione P. Stephanus Vitus è Societate nostra Theologus: *Baronius si nouisset hominem, nunquam in animum induxisset suum, vt illi etiam vera loquenti (quod rarò facit) fidem haberet, nedum mentienti, & vel ex crassa inscitiâ, vel malitia probatas veterum historias plurimas euertenti, quod etiam in reuelatione de rebus gestis S. Vrsulæ, & sodalium abundè conatur. Viuebat Galfredus, & historiam Britonum suorum popularium primus euulgarat circa An. salutis 1150. Vix lucem adspexerat, cum Deo, & bonis omnibus lectoribus, etiam ipsis Galfredi familiaribus, ciuibusque exosi essent libri, siue historiæ ipsius, tanquam penus portentosarum fabularum, nugarum, mendaciorum, nullaque aut arte, aut ingenio, aut fide bona fultarum narrationum innumerabilium, quæ aduersa fronte euersum ibant, quascunque fermè probabiles historias priscas, cum Ethnicorum de re Romana, & Britannica scribentium, vt Iulij Cæsaris, Taciti, Eutropij, Ammiani, Vopisci, Suetonij, Spartiani, & similium; tum etiam Christianorum scriptorum, vt Bedæ, Gildæ &c.* Sed ne Hibernus ille nationis odio rem exaggerasse videatur nimium, coæuos Anglos, aut Britones, quorum laudes ijs libris celebrat, audiamus, qui hominem, vt ciuem suum de facie norant. Iudicium P. Stephani Viti.

Primus eius Synchronus Siluester Giraldus Cambrensis, Ioan. Regis Angliæ, & filij Henrici II. Galfredo noti pædotriba vniuersim de libris eius ita pronunciat, *fabulosa Galfredi Arthuri mẽtitur historia.* & alibi narrat *Meilero* (siue energumeno, siue *Coaui Siluestri Giraldi c. 7 descriptionu Cãbriæ.*

Lib.1.Itinerarij cãbriæ c.5.

familiarissimo,vt fama erat,dæmonibus, cui sæpius varijs figuris apparebant (*a quando insultantibus spiritib. immundis,cum Euangelium S.Ioannis in eius gremio ponetur,spiritus tamq; aues auolantes omnes penitus euanuerunt. quo*(Euangelio) *sublato posth. & historiæ Britonum à Galfredo Arthuro tractata experiundi causa loco eiusdem Euangel. subrogata,non solum corpori istius Meileri toti ; sed etiam libro superpositò longè solito cubrius & tædiosius insederunt.* Nam hoc fœtu suo fabulosissimo mendaciorum pa-

Dæmones his fabulis delectantur.

mus pater dæmon maximè delectabatur. Vixit eadẽ tempestate cũ Galfredo Gulielmus Neubrigensis,is præfationẽ librorum quinque de rebus Anglicis sui tẽpo s totam consumit in Galfredi vituperatione : nam cum duæ res eum ad scriptionẽ impulissent. 1. vt illud Porphyrij dictum confutaret:*Britones neque in bello esse fort. neque in pace fideles.* 2. vt vindicaret se de Anglo-Saxonibus, à quibus Britones

Censura *Neubrigensis.*

Wálliam sunt relegati, ideò *Neubrigensis* post Bedæ, & Gildæ laudationem,qi idem in Britonibus reprehendunt,subdit: *At contra quidam*(Galfredus) *nostris temporibus pro expiandis his Britonum maculis scriptor,emersit , ridicula de ijsdem figmenta contexens,eosque longè supra virtutem Macedonum & Romanorũ impudenti vanitate extollens ,qui fabulas de Arthuro ex priscis Britannorum figmentis sumtas atque à proprio actas,honesto historiæ nomine palliauit,& Merlini diuinationes fallacissimas , tamquam autoritates autenticas,aut immobili veritate subnixas euulgauit :* & infra,*præterea in libro quem Britonum historiam vocat,quam petulanter & impudenter per omnia mentiatur , nemo nisi veterum historiarum ignarus ambigere sinitur. Omitto quæcunque in laudibus Britonum contra fidem historicæ veritatis delirauit,à tempore Iulij Cæsaris (sub quo Britones Romanæ ditionis esse cæperunt,vsque ad tempus Honorij,sub quo Romani à Britannia propter vrgentiora reipub.negotia sponte recesserunt*(intra quod spatium S.Vrsulæ narrationem comprehendit.) *ipsum Arthurum facit præclarum,& spectabilem super omnes homines;adeò,vt de Anglis, Pictis & Scotis ad libitum triumphet,imò & de Hibernis, Gothis,Gallis,Danis:deinde profusiore mentiendi licentia, facit aduersus Arthurum conuenire cum Romanis,Reges magnos orbis terrarum,scilicet Græciæ, Africæ, Hispaniæ, Parthorum, Medorum,Itureorum,Lybiæ,Aegypti,Babyloniæ,Bithyniæ,Phrygiæ, Syriæ, Bæotiæ, Creti, omnesque refert vno prælio ab eo deuictos, & in concione ad suos habita gloriatur triginta alios Reges à se vno subactos,esse:at non inueniet fabulator tot regna in orbe nostro,præter regna memorata,quæ vbiq; ille nondum subegerat.* Sed colligamus in fascẽ epitheta,quibus Galfredum eiusq; librũ ornat: vocat eum *ridiculum, figmentis refertum, impudentem,vanum,fabulosum,fallacissimum,audacem,petulantem,mendacem,somniatorem, adulatorem , delirantem , indiscretum ,* atque hi de facie hominem viuentem nouerant.

Epithetà Galfredi.

Nicolai Harpsfeldij Dialogo 5. c.19.aduersus Magdeburgenses.

Alanus Copus seu potius Nicolaus Harpsfeldius , Anglus Martyr, vt respondeat hæreticis Galfredi auctoritatem vane obiectantibus, ait, *iste*(Galfredus) *poetica quadam facilitate,hoc est,inclinatione multa figendi præditus(vnde Aristoteles in Metaphysicis dixit; Ψεύδονται, πολλὰ ποιοῦσι) id est,mentiuntur multa Poëtæ, ea primus Latinè scripsit de rebus Britannorum,quæ meritò inter Ouidij,aut Luciani fabulas referri debent : incidit in librum quendam Britannicum,ab homine,cuius adhuc nomen ignoratur,conscriptum, spurcissimis mendacijs scatentem,quem ille Latinum fecit:* subdit multas eius Lucianicas historias,quas vix quispiam sine risu legere possit.

Camdeni iudicium.

Accedat Guilielmus Camdenus Londinensis : *Nullius fidem imminui,ne Galfredi quidem ; cuius historia inter omnes eruditos habetur suspectior.*& pag.507.& 8. *Galfredum Arthurum Britannicæ historicæ consarcinatorem, alumnum,iactat Monomuthia , virum vt videtur nõ antiqua fide,tot millesias nugas passim ex suo ingenio interserit.* Subscribit huic

Polydori Virgilij.

Polydorus Virgilius Italus,*fidẽ Galfredi nihili facio: quem recẽseo inter eos,qui apud vulgus maioris sunt nominis,quam eorum cura,& fides patiatur;qui vt quasdam Britonum suarum maculas elueret,hosce historiarum libros nugarum plenos euulgauit.* Nunc videamus quomodo excusari à nonnullis soleat.

Quomodo excusari soleat à quibusdã. à Pitseo.

Pitseus de eo ait : *Quod si in historia Britonum* (in qua de Vrsulæ Martyrio agit) *ficta nonnunquam factis,falsa veris,fabulosa sinceris,miscuisse videatur; id ei vitio vertendum non est;nam historiam illam iste non composuit : sed ex Britannico in Latinum sermone*

nem transtulit, interpres fidus, vt scribit Matthæus Paris ad A. 1151. Hoc enim erat antiquorum plurium vitium, vel potius quædã sine Iudicio simplicitas, vt scribit Matthæus Paris, in clarorum virorum gestis scribendis se minus existimarent elegantes, nisi ad ornamentum, vt putabant, sermonis, poëticas fictiones, vel quid simile admiscerent; Rectiùs tamen de hac interpretatione iudicat his verbis Ioannes Picardus Belluacensis: *Quanquam Galfredus asserat se non condidisse Britonum historiam: sed tantum conditam lingua Britannica in Latinum vertisse, æqualis tamen dixerim esse criminis mendacium excogitare, & excogitatum publicare. Haud faciles sanè sunt nostri Gvvilielmi rationes, quibus ostendit vanitatem historiæ Galfredi, & ne pili factæ à viris doctis, & Genebrardus etiam Gallus Galfredum vocat anilem, fabulosum, vanum, mendacem.*

In notis ad procœmium Neubrigensis.

Tres autem ob causis non vacat culpa Galfredus: 1. quod cum Caleno Oxoniensi Archidiacono (vt Posseuinus & Simlerus eum vocant) coniurarit in annalibus Britannicis ab excidio Troiæ ad Christi A. 689 conscribendis, quorum Gildas, Beda, vel alius nemo vnquam meminerit. 2. ipse multa adiecerit operi, quod initio 4. librorum erat, postea enim ipsius opera ad 8: denique ad 12. libros excreuit. 3. quod fabulis vulgatis doctissimis postea viris, vt dicam, errandi dederit occasionẽ.

Cur excusari nõ potest.

His iactis, fundamenti loco, censuris Anglorum, de Galfredi autoritate: narrationem eius audiamus.

CAPVT X.

Galfredi fabula de S. Vrsulâ examinatur.

DIxerat lib. 5. c. 6. Galfredus, Constantium Chlorum ducta Helena Coëli reguli filia Constantinum M. ex ea genuisse, qui è Britannia contra Maxentium profectus, tres Auunculos: Leoninum, Trahernum, & Marium secum Romam duxerit, eosque in senatum adlegerit. Traherno autem, victo Rege Wisseorum, per insidias occiso, reliquerat Octauio vacuam Britanniam, Maximus verò Leonini filius Constantini Nepos, primò quidem Octauij filiam, quam Conanus affectabat, vnà cum Regno Britanniæ acceperit. Mox ad Romani Imperij fastigium adspirans mari transito, Aremoricisque subactis minoris Britanniæ regnũ constituerit, ac Conano ex ducibus suis supremo ibidem relicto, cum 30. millibus militum, & 100. millibus Britannorum plebeorum, Treuiris imperij sedem collocârit. Conanus autẽ, vt nouum regnum Britannis repleret, nuncios ad Dionethum Cornubiæ Regem S. Vrsulæ patrem misit, petijtque, vti suis militibus Britannis reliquis vxores ex Britannia mitteret: *Dionethus viso nuncio collegit per diuersas prouincias nobiliũ filias numero vndecim millia, de ceteris ex infima plebe creatis 60. millia, & omnes intra vrbem Londoniæ cõuenire præcepit. Naues quoque ex diuersis litoribus iussit adduci, quibus ad prædictos coniuges transfretarent*, & infrà. *Parato autem nauigio ingrediuntur mulieres naues; & per Tamasin fluuium maria petunt. Postremo cum vela versus Aremoricanos diuertissent, contrarij venti in classem insurrexerunt, & in breui totam societatem dissipant. Perichtabantur ergo naues intra maria in maiori parte submersæ, quæ verò totũ periculum euasere, appulsæ in barbaras insulas, & ab ignota gente, siue trucidatæ, siue mancipatæ. Inciderant siquidem in nefarium exercitum Guanij, & Melgæ, qui iussu Gratiani nationes maritimorum, & Germaniæ dirâ clade opprimebant. Erat autem Guanius Rex Hunnorum, Melga verò Pictorum, quos adsciuerat sibi Gratianus, miseratq; in Germaniam, vt eos qui Maximo fauerent, inquietarent. Per maritima ergo sæuientes obuiarunt prædictis puellis, in partes illas appulsis. Inspicientes igitur earum pulchritudinem, lasciuire cum eis voluerunt: sed cum abnegauissent puellæ, in eas Ambrones irruerunt, maximamq; partem sine pietate trucidauerunt.*

Lib. 5. c. 6. Præambula. *Cap. 8.* *Cap. 9.* *Cap. 12.* *Cap. 14.* *Narratio Galfredi, cap. 15.*

Hoc est commentum Galfredi circa An. 1150. excogitatum, in quo 4. enucleatius hic examinabo, reliqua sequenti capite aliorum iudicio discussurus. 1. de genere Maximi. 2. de tempore huius historiæ. 3. de regni Aremoricani initio. 4. de minore Britannia, an ea hoc tempore nomen illud obtinuerit.

Genus Maximi, Alij Britãnũ faciunt Cõst. M.

Principio genus Maximi Galfredus, & eum secuti recentiores, multi deducunt ab Helenâ Constantini M. matre, quam facit Coëli regis Britannici filiam, sororẽ

Leonini, Traherni, & Marij, quos Constantinus in Senatum Romanum cooptau
nam Maximum putant à Leonino descendisse, vnde Constantini M. nepotem eu
nominant. Contra Iustus Lipsius contendit Constantinum non Britannum gent
sed in Bithyniâ genitum in oppido Drepano, quod ab alijs Tarsus vel Tarsis diceb
tur, idque factum eo tempore, quo Constantius ad Persas legatus mittebatur prin
vice, 30. fere antè mortem annis. *Moueri potest.* 1. Helena in actis S. Siluestri d
citur Bithynica: subscribit ijs Nicephorus, qui vult *Constantium Patrem, cum ad Pers*
legatus iret, Drepanum Bithyniæ venisse, hospitis sui filiam nouisse, ac Constantinum genu
se. 2. Iulius Firmicus, ætate cum Constantino coniunctus, ipsum apud Tharsum, se
Drepanum genitum testificatur, id varijs confirmat Lipsius argumentis, vt cor
futet solidè, quæ contra Firmici autoritatem vir quidam eruditus obiecerat. 3. c
affectu Constantini natalis huius soli sui: nam Drepanum à curuaturâ litoris ita n
minatum illic ædificato templo Helenopolim appellauit: & Helepontum, qui oli
Pontus Polemoniacus dicebatur, vt apud Ortelium videre licet. 4. euincit id Co
stantini ætas, imperium anno ætatis 30. adeuntis: nam eam ætatem bella, quæ cor
tra Maxentium ilicò mouit, exigunt: cum ex Galfredi calculo vndecennis morier
te patre suscepisset imperium. Accedit quod *S. Ambrosius*, & *Eutropius* ætati Cõstan
tini propinquiores, Helenam dum stabulariam vocant, Drepanitidem, humili, &
obscuro loco natam prædicent. Aries hic aduersariorum præcipuus est ille Pane
gyrici scriptoris locus, qui cum Constantini virtutes cum patris gloriâ contendere
Liberauit ille, inquit, *Britannias seruitute, tu etiam nobiles illic oriendo fecisti.* Ecce Cor
stantinum apertè facit ortum in Britanniâ. Sed iam olim exceperat, & hunc ariet
ictum retuderat Hubert. Giphanius Iurisconsultus: dum ait. *Plerique putant Constan*
tinum in Britanniâ natum eius matrem Helenam, nescio cuius Coëli Regis Britannorum
filiam comminiscuntur: ignari scil. ortum, & natalẽ Cæsarum duplicem esse, vnum huius lu
cis & vitæ, alterum imperij, & hunc Britanniæ potest imputare Constantinus: clarè enim C
rator idem ante dixerat, *Constantine oriens Imperator*, & alius, qui Treuiris eum lau
dauit; *ô fortunata* ajebat, *& nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum Cæ*
sarem prima vidisti. Confirmat idem Aurelius Victor, quitait: *In Galliâ Cõstantinus de*
signatus est Cæsar, aliquot mensibus ante Constantij mortem, atque in Britanniâ Imperato
Sed retineant etiam Angli ciuem Helenam & Constantinum, per me licet.

Alterum erat Maximum primo in Gallias aduentu nouũ in Aremoricis regnũ cõ
stituisse, ad q̃ Britannicis implendum incolis nouas ex Albione colonias deducer
opus fuit. Noua sanè & cõmentitia coloniæ triumuiro Galfredo deductio, quand
nulla sub A. salutis 383. facta est Aremoricorũ euersio, nec mutatio quidẽ. Probati
fusè Browerus noster i. Nemo vnus ante Galfredum hoc vnq̃ docuit, qui tam flux
fidei est, vt soli credendũ tantâ in re nõ videatur. 2. causa Maximo defuit conturbã
di eos populos, qui secundis fermè Galliarũ animis, leuiq̃ motu sit receptus in Bel
gicã, Treuirisq̃ sedẽ Imperij collocârit. Ita Zosimus cum dixisset, Maximum in Bri
tanniâ ab exercitu salutatũ Imperatorẽ: subiungit, *confestimq̃ transmisso nauib. Ocean*
ad Rheni ostia appulerunt, exercitibus, qui erant in Germaniâ, ceterisq̃ secundum hãc regio
nibus summâ cum beneuolentiâ hanc designationẽ approbantibus. Ecce Galfredi vanitatẽ
& fallaciam: vt enim ab eo hic regnum Aremoricorum cõstitutum esse persuadeat
fingit eum nõ in Belgicam, vt veteres oẽs tradiderunt, summâ beneuolentiâ omnii
profectum esse; sed infestis armis Aremoricorum terras ingressum, eo cõsilio, vt no
uum illic regnum vni suorum ducum Conano stabiliret, & supra 70. Virginũ milli
pro nouâ sobole hoc in regno suscitandâ congregaret. Quid sanè à Maximi rationi
bus excogitari tam alienum potuit, quam in medio armorum procinctu, dubiâ bel
li aleâ: nec confirmato sibi imperio, Theodosio tanto duce, & Gratiano imperanti
bus, fortissimos Aremoricæ populos irritare, & iuuentæ Britannicæ robora, quibu
contra Romanos Imperatores opus quàm maximè erat, contra omnem Romanæ
& diuinæ militiæ disciplinam, curis vxorijs illigare?

Quin etiã Galfredus adstruit, à Maximo populos Aremoricos sedibus suis extur
batos vacuã possessionem Britannis militibus cõcessisse, à quibus cum gente nom

sit

Lipsius lib. 4. de magnitudine Rom. c. 11. 1. Ratio.

Alij Bithynum.

Apud Metaphrasten Acta S. Helenæ. Nic. lib. 7. hist. c. 8.

Iulius Firmicus. 2 Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

S. Ambros. in funere Theod. Eutrop. lib. 10. Panegyr. qui incipit, Dixerint licet.

Obiectio ex Panegyri.

Giphan. de Imperio Fl. in Iustinia. Panegyr. qui incipit, Facerem.

Tempore Maximi nulla in Aremoricis facta mutatio.

Brouuerus in Cõmentarijs ad Fortunatũ, & annalibus Treuirensibus. Zosimus lib. 4.

Deut. 20. 1. Machab. 3.

Diu post Maximũ integris reb. floruerunt.

sit in Gallias transportatum. Sed age Galfrede, supputemus tempora, rationem ineamus annalium, litemque vniuersam contestemur: siquidem finiri quæstio hæc aliter non potest. Constat Maximum An. 382. ab exercitu Augustum salutatum, in Galliam sequenti anno admissum, in eodem occiso Gratiano, & Treuiris sede Imperij collocata Gratianum insidijs sustulisse: inde mouisse in Italiam, & Aquileiæ à Theodosianis esse trucidatum An. 388. Atqui testes grauissimi temporibus eius proximi profitentur, post eius etiam necem Aremoricos suis in sedibus imperasse.

Diu post Maximũ integris rebus floruerunt.

Primus Claudius Rutilius, Præfectus prætorio, Christianis infestus: in itinerario circa An. 417. conscripto Palladium adolescentem laudaturus, ita canit Aremoricorum pacem & tranquillitatem:

Autore *Claudio Rutilio A.* 417.

Cuius Aremoricas pater Exuperantius oras
Nunc postliminium pacis amore docet.
Leges restituit, libertatemq; reducit,
Et seruos famulis non sinit esse suis.

Ergò cum Præfecturæ dignitatem sustineret Exuperantius Palladij pater, perstitit respublica Aremoricanorũ, licet nonnihil de eorum libertate detritũ esset: tunc reor, cum Gothi A. 412. Rege Ataulpho ex Italiâ Gallias inundarent, & vehemẽter, vt Saluianus Prosperq; docet, affligerent. Eodẽ seculo vixit Cõstantius scriptor vitę S. Germani Antisiodorensis Episcopi, de quo iuxta Baronij calculum A. 435. ait post secundam ad Britannos ratione Pelagianæ hæresis legationẽ susceptã, obitamque, cum Aremoricani populi Aëtij ducis imperia grauatè susciperent, & is Alemannis seu Alanis gentis illius vltionem demandasset, & iam Rege Eocharich vis barbarorũ infesta finibus Aremoricæ immineret: ilico trepidi ad S. Germanũ legatos miserunt, vt pacẽ, & veniã supplicib. impetraret: nec mora, it obuiã proficiscẽtium hostiũ agmini senex, & inter ipsos barbarorum, equorumq; fremitus incedens, ad Regem penetrat; atq; hic per interpretem Aremoricis pacem, salutemq; supplex orans, vbi cunctantem vidit Eocharichum, asperiùs compellat, ac iniectâ manu freno incredibili quadam cælestiq; virtute totum cum Rege ipso velut obhærens vestigio stitit agmẽ. vbi mox in admirationẽ & reuerentiam vertit ira, rexq; ad preces Episcopi inflexus, posità ferociâ Germanum veneratus est, reiq; totius arbitrio ad Aëtium relegato, hostilia signa retro conuertit, atque ita vastitas Aremoricæ tanto fuit depulsa prodigio: stetit ergo respublica, nec stetit tantum: sed ita floruit, vt Romanorum iugum excuteret.

Sarrio in vita li. 2. c. 5.

S. Germanus sistit exercitum hostiũ solus.

Aëtio Romanorum duci successit Litorius, de eo Sidonius Apollinaris contra Aremoricanos pugnante sic canit:

Sidonius in Auito.

Litorius Schyticos equites tunc fortè subacto
Celsus Aremorico, Geticum rapiebat in agmen,
In terras Aruerne tuas, qui proxima quæque
Discursu, flammis, ferro, feritate, rapinis,
Delebant, pacis fallentes nomen inane.

Sæpius enim ij populi signa Romanis, & rebellionis ostendebãt, vnde Sirmundo autore crebro sunt ab ijsdẽ bello impetiti: non vt patriæ cederent: sed vt honestè in cõmuni Galliarũ fœdere, aduersus externã vim incolumi patriâ ceterorũ more Romanis parerẽt: vt sole clari⁹ sit, post Maximi cædẽ Aremoricos suis in sedib. floruisse.

Sirmundus ad Sidonianũ Panegyricũ Maioriani.

Restat discutiendum, quo tandẽ anno videatur in Britanniâ inferiore regnum inchoatum. Galfredus audacter cõtendit sub Maximo: *Vt ergo*, ait, *ex Britanniâ transfretauit*, Maximus, *adiuit primitus Aremoricum regnũ* (quod nunc Britannia dicitur) *& populũ Gallicum, qui inerat, debellare incepit: at in maiori parte periclitati fugã inierunt: ceciderat enim Dux Iuballus & 15. armatorũ millia, qui ex omni illo regno cõuenerant. Hic Maximus vocato extra turmas Conano paulisper subridens ait. Ecce vnũ ex priorib. Galliæ regnis subiugauimus: ecce spẽ ad cetera habere possumus: nõ hæsito, quin totã Galliam potestati nostræ subdemus: ne pigeat te igitur mihi regnũ Britanniæ cessisse, licet possidendi eã spẽ habuisses, ga quidqd in eâ habuisti, tibi in hac patriâ restaurabo: promouebo te enim in regẽ huius regni, & erit hæc altera Britannia: vt eã ex genere nostro expulsis indigenis impleamus. Ad hæc inclinato*

Regni Aremoricani initiũ. Ex sentẽtiâ Galfredi.

nato capite grates egit Conanus, promisitq; se fidelẽ in obsequio eius mansurum donec viuer
Hæc ad famam fortitudinis Britannis conciliandam iactat, & ostentat insolentis
Galfredus, cum Aremoricos An. 437. in sedibus suis permansisse testibus coæuis d-
monstrarim. At quando tandem cœpit Britannia nominari? Gallus quidam apu
Browerum nostrum ita censet: *Aremorica cur tandem Britannia minor dici cœperit, nu-
dum cuiquam adhuc compertum esse.* Hic coniecturis opus, quas ex varijs Gothorum, c
Britannorum actis duci non absre erit: *Gothi enim* (Prosper & Saluianus ait) *ex Itaq*
Prosper Saluianus. Beda. *reduces fessis tum vltimorum malorum experimentis Gallijs, in Aquitanniam recepti sun,
non sine maximâ vicinarum gentium iacturâ.* Compertum etiam est, longè ante Bed
tempora Britones in Gallijs resedisse, à quibus Angliæ populos putat nomen m-
tuatos: *Hæc insula,* inquit, *in primis Britones incolas habuit, à quibus nomen accepit, qui e
tractu Aremoricano Britanniam aduecti Australes sibi partes illius vindicarunt.* Et audt
Galfredus comminisci à Maximo Aremorico nomen Britanniæ inditum, cum co-
tendat Beda ab horum incolis nomen Anglos esse mutuatos? Plinius etiam Brita-
*Gemma Frisius Lib. de orbis diuisione cap. 3. Comment. in 3. Edyllium Aus-
zij.* nos quosdam in Gallijs collocauit, de quibus ita Gemma Frisius, *Britanniæ hu
Gallicæ, in qua est Turonia, meminit Plinius. Elias autem Venetus Britannos continen
seu Galliæ, duplices facit, vnos Galliæ Belgicæ, alios Celticæ: De Celticis, qui ad occasum cir
Ambianis, Bellouacis, Morinis habitant, loquitur Plinius, & in aduersam insulam ingre
putantur, quæ cum Albion ante diceretur, Britannia ab illis trans nominata est, & vicinæ
iam huic insulæ Britannicæ cognominatæ sunt.*

Quinto seculo. Cũ Saxones Angliã occupassent. Porrò quinto seculo Britanniæ insulares omnibus calamitatibus attriti in opp-
sitam ripam concesserunt, Aremoricis partim sponte cedentibus, partim fractis-
nimo, vnde ijs, vt olim, amicis; & legum iurisque Romani societate deuinctis, a-
quid loci tribuerunt, vt videantur paulatim tractum illum totum occupas-
sent. Factum id reor cum Deus Britanniam lue Pelagianâ infectam Pictis, & Scotis vlt-
ribus, & inuasoribus diripiendam tradidisset: varijs enim frustra literis, quæ apu
Bedam, & Gildam exstant, Romanis auxilio vocatis, cum Anglos, Vitas, & Sax-
nes pecuniâ cõduxissent, ij postea, quam fideles biennio hostes attriuisset: tum pe-
spectâ Britonum ignauiâ, pactis cum hoste fœderibus immanes, & ingrati, eos a
suam potestatem redegerunt: ita subacti vel Pictorum, vel Anglorum, Saxonum;
Lib. 4. c. 28. se dominio subiecerunt: Pars tertia sedes sibi alias in Galliâ apud Aremoricos qu-
siuit: hinc nata minor est Britannia, vt vetus testatur autor apud Aimonium his ve-
Britanni migrarunt in Aremoricum. bis: *Cum ab Anglis, Saxonibusq; Britannia fuisset olim incensa, magna pars incolarum eis
mare traijciens, in vltimis Galliæ finibus Venetorum, & Cerosolitarum regiones occuparu,
is populus à Regibus Francorum subactus, & tributarius factus, impositum sibi vectigal, lic
inuitus soluebat &c.* Rex ille à quo subacti, victique sunt, videtur multis fuisse Cl-
doueus; nam Principes traductæ gentis in Galliam initio regum insignia more p-
Apud Sidon. Apollin. lib. 1. ep. 7. trio vsurparunt: Francis postea subiecti, Comitum titulo contenti esse debuerun.
Certè sub An. 483. regnante iam Clodoueo, Britanni exules nondum erant in Ar-
morici penetralia admissi; cum Aruandus Galliarum præfectus accusaretur, quc
literis ad Regem Gothorum missis, *pacem Græcorum Imperatori dissuasisset*, eò quc
Britannos super Ligerim sitos impugnari oporteret. Clodoueo autem circa An. 511. vel 1.
Lib. 5. mortuo, crescente Britonum potẽtiâ, cum posteri Clodouei ciuilibus bellis se lac-
rarent, Aremorici facti sunt Britonibus obnoxij iniuriæ; vt necesse fuerit à regib
Franciæ Britonum limites dilatari, vt scribit Gregor. Turon.

De morte Maximi. Postremo insigni vanitate Galfredus Maximum facit Romæ ab amicis Gratia i
interemtum: quasi hoc tyranno huic laudi vertat, quod arcem Imperij Romam v-
ctor occuparit, & insidijs hostium perierit. Alij verò historici contra memorar,
cum Aquileiæ captum à Theodosianis, lictoris manu obtruncatum esse, ita de e
Zosimus. Zosimus: *Maximus*, Aquileiâ captâ, *solio Imperatorio detrudebatur, cum iam pecuniam
in suos partiri milites cœpisset; habitu Imperatorio exutus, ad Theodosium deducitur, is pau
quæcunque contra rempublicam deliquisset, quasi exprobationis loco recensitis, hominem ca-
nifici tradit meritam pœnam luiturum.*

Omitto in hac ipsâ fabulâ plurimâ, vt de matrimonio illo penitùs confict o, cuis
nemo

nemo ante Galfredum meminit. Omitto improbabilē narrationem eius 70. milliū puellarā ferè inuitarum, renitētibus parentibus, ſine tumultu, per ſummam iniuriā, & barbaram crudelitatem exportari è patria in exteras regiones potuiſſe, ac deniq; labefactatam omnem cauſam martyrij, ſi dum velut perduellibus imperij matrimonio iungendæ nauigarent, cæſaria ſunt poteſtate trucidatæ: quæ quoniam ab alijs accuratius excutiuntur, eos etiam operæprecium eſt auſcultare.

CAPVT XI.

Quorundam aliorum cenſura de Galfredi fabula Vrſulana.

CVm Galfredus vnus orbis Chriſtiani lumina deduxerit à via, non abs re erit, aliorum etiam temporis noſtri Scriptorum iudicium hac in difficili controuerſia conſulere, qui fibras omnes huius fabuloſæ narrationis diligenter excuſſerunt. Quos inter eminet Chriſtophorus Browerus: cuius omiſſis permultis alijs in hanc etiam rem facientibus, quibus Galfredi fidem vehementer eleuat; de expulſis à Maximo violenter populis Aremoricis ita conuellit: *Sed vt penitius etiam pictam ab illo ceu in bono lumine tabulam inſpicias, vide ſodes, vt hæreant illa Galfredi pigmenta, & ad mores ſeriemq; temporum aptè congruant? Cum Maximus proximas Gallias occupaſſet, ac vicinos Aremoricos ſedibus expuliſſet, vacuam prouinciam, vberes glebas, Britannicis militibus condendæ nouæ Coloniæ tribuit, vnde & eidem prouinciæ comparatum nomen, vt minor Britannia diceretur. Inauditum certè narrat Maximi facinus, & amorem rariſſimi in militem exempli, qui in procinctu tot certaminum, quæ nouus Imperator, imò Tyrannus nō Galliarum modo; ſed Hiſpaniæ & Italiæ dominatum animo complexus, viuo & incolumi vindice Theodoſio haud dubiè voluebat animo, qui inquam hoc rerum articulo, necdum imperij ſecurus, certus hoſtium, legionibus velut emeritæ militiæ veteranis præmia, non modo fertilioris glebæ, ſed nuptiales quoque tabulas conficeret, & tanquam exhauſta iam omni non dico belli materia; ſed coniugijs Gallia procul in ocio indulgenter non ſub vexillis; ſed nuptiarum tædis nouo & illis temporibus prorſus inſolito genere miſſiones haberet. Omitto Virginum hæc lectiſſimarum præpropera vota, & pudicitiæ tam inimica vincula, queis puellas Deo ſponſas, & coronis, quam de martyrio purpuratis, tam de virginitate candidis, veterum ſenſu redimitas, ſoboli militum gignendæ: Narrationis huius auctores ex Britannia deducunt: ſunt enim hæc omnia ſane à veteris hiſtoriæ ſenſu, vſuque alieniſſima, & ſi paulo accuratius Maximi ingreſſum expenderes, fortè incredibilia: quippe quem primo conſtat quo tempore imperium inuaſit, ſecundis fermè Gallorum animis, leuiq; motu in Belgica receptum. Rurſum claſſe veniētem ex Britannia longè infra Aremoricos Geſſoriaci portu litore Bononienſi cum exercitu receptum. At nullæ interibi cauſæ non dico lædendi; ſed laceſcendi Aremoricos. Etenim Romanorum paſſim præſidijs, ſtationibuſq; limitaneis Germaniæ, Belgicæq; vel tranſitione, vel metu nouum imperatorem accipientibus, reliqua quoque Gallia cæſo Gratiano ſponte ad eius partes accedente, quid adferas Maximo fuiſſe cauſæ, vt Aremoricos exſilijs fatigaret, adeoq; profligatis incolis hac noua militari ſtirpe obſereret? An fortè vel ex altera parte Maximo fidus & veteranus miles Britanniam inſulam è longinquo cuſtodiret? Quaſi verò Britannia vel imprimis Maximo fauens, & limite vſquequaq; tum pacato vxorijs ijs cuſtodibus oceanus egeret. Quin potius tam longè Britannicum omne nomen ab hiſce regionibus abfuit, vt à Maximi tyrannide in multa poſt tempora patria immota libertate auito ſuo nomine & robore, circumfuſis vndique etiam barbaris manſerint Aremorici.* Incipit hic fuſam diſputationem, quam diu Aremoricorum nomen, & regnum ijs locis & populis manſerit integrum: & quod nonniſi ſubacta à Saxonibus Britannia, exſules in Galliam delati loci nomen commutarint. Hac diſcuſſa controuerſia redit ad Virgines: *Neque hic repeto, quam abſonè à Galfredo ſtatuatur, tot vndique collecta cuiuſque generis puellarum agmina, vel ſponte veniſſe in thalamorum & connubij ſpem, aut ſi inuitæ è parentum, & natalis ſoli gremio ad militum contubernia raptæ; ecquæ maior vnquam tyrannis in orbe Romano, & libero populo, vel fando audita, vel propagata literis ad memoriam poſteritatis? Et hanc inſuper*

Maximus an Colonias deduxerit.

Zoſimus lib. 4.

à repugnā-tibus.

Nota ad Fort. Venāt. lib. 3.

Aremorici veteres nec à Maximo pulſi, nec à Britannis occupati.

Virgines an ſelectæ pro militibus.

Vrſula & ſociæ an inuitæ deſponſę militibus?

Maximi tam curiosam & infelicem propagationem veteres siluisse? & qui ad hominis inuidiam facta omnia illius exquisitè discussere, & ab vsque eius in Galliam aduentu ad illum Aquileiensem fœdissimum exitum cuncta literis persecuti sunt accuratè, rem tam nouam & inusitatam silentio pressisse? At inquiunt Sanctarum Virginum ac Martyrum veteres idcircò non meminisse, quia Maximi tyranni partes essent secutæ, vel earum historia reuerentia Gratiani serius sit in literas relata. Sed tam inclyti gloria martyrij qui ab inuidia superari potuit? Aut quomodo sequioris ætatis auctores respectus hic attigit? Et Bedam tacuisse? Sed ne Gildam quidem, qui Maximi discessu spoliatam iuuentutis robore Britanniam, & obiectam irruptionibus barbarorum insulam tantopere deplorat meminisse eius rei locorum vspiam? Sic etiam Gildas, quod ad rem præsentem hic repetendum ducimus. Thronum iniquissimi imperij apud Treuiros statuens tanta insania Maximus in dominos debachatus est, vt duos Imperatores legitimos vnum Româ, alterum religiosissima vita pelleret, Mox exin Britannia omni armato milite, militaribus copijs, rectoribus licet inmanibus ingenti iuuentute spoliata, quæ comitata vestigia supradicti tyranni domum nusquam vltra redijt, & omnis belli vsu penitus ignara, duabus primum gentibus transmarinis vehementer sæuis Scotorum à circio, Pictorum ab aquilone calcabilis multos stupet, gemitque annos: *Hæc ille seculo Christi quinto, nõ scriptis vsus Britanniæ monimentis, quæ tum omnia quidem, aut ignibus hostium tradit abolita, aut indigenarum exterrium classe longius etiam exportata; sed ex transmarina relatione literis memoriæq; mandabat.*

Gildas de excidio Brit.

Nihilo magis, quæ de Melga Pictorum, & Gauno Hunnorum piratis, ait Galfredus, explicata sunt; Hunnis ea ætate, quod obseruatione temporum & rerum accurata liquet, nunquam in Britanniam vel insulam mare transgressis. Nam quod de Hunnorum piratica, & bello ab isdem insulæ mediterraneis illata narratur, nullius idonei veteris scriptoris aut fide, aut historia sustentatur. Neque enim in omni memoria temerè post Maximi discessum hostes exortos alios ex Gilda, Bedaque, Constantio, & alijs clarissimè discas, quam domi quidem Pictos & Scotos, foris verò Saxones & Anglos, qui Hunnis terrestria persequentibus, piratica, & rei maritimæ vsu vel imprimis fuere metuendi. Vt taceam, quam id frigidum sit, atque dilutum de duabus à Maximo in Britanniam Gratiano etiam tum superstite, legionibus remissis, quæ Scotorum Hunnorumq; incursu insulam liberarint, cum militem à Maximo transportatum nunquam reflexisse deinceps in patriam constet, eaque re scriptores consentiant, Britanniam Maximo Remp. inuadente primo quietam, post tandem infractam, Scotorum atque Pictorum iniurijs magis etiam atque magis indies factam opportunitatem.

Quod igitur apud Sigebertum de Melga legitur, & Gauno belli ducibus, id cum parum aptè conuenit in rem præsentem, tum ex ijsdem Britonum commentis trahi sat apparet, queis tanquam fontibus hortos suos irrigauit Galfredus, rectèq; factum & prudenter à Sigeberto, vt cum de Melgæ & Gauni expeditione verba faceret, causam tamen Virginum ab hisce piratis secerneret. Vnde qui illum velut pro Galfredo facientem seu testem idoneum sustinet, nihil est, quod conuenienter veterum traditioni de sacris hisce virginibus narrantem reijciat. Et verò Hunni, vt olim expediuimus, qui Gratiani & Valentiniani imperio in Subalpinis emersere, post quam regione trans Istrum occupata incurrissent in Alanos, visi quidem in Rætijs, seu mediterraneis Illyrici, & Alpium locis: sed vt B. Ambrosius disertè prodidit, per Alemanniam retrò pulsos procul haberi Valentinianus iussit, accersitos etiam addit, non Maximi causa, quod vnum Galfredo patrocinari poterat; sed vt Iuthungos, qui ex vicinia Rætias populabantur ijs regionibus propellerent: Et hos tamen ait Galliæ modo appropinquantes Valentiniani iunioris studio per Alemanniæ terras procul auersos. Cum itaque Galfredus omnibus antiquæ historiæ præsidijs exutus, quibus ille superior triumphasse de ceteris adhuc videbatur, quantum equidem intelligo nudo iam latere palpitet, plus etiam ad obscurandam, quã illustrandam hanc virginum historiam momenti adferat, non possumus omnino à traditionis immobili vestigio pedẽ reflectere. Quin cum de fundo, moribus, vt in veterum formula erat, non deducamur, obnixius & stabiliore gradu, ne vis fiat, nunc illũ prehendimus: statuimusq; proximè Agrippinam cædem eam religionis & virginitatis odio ab Hunnis patratam. Hactenus Browerus eleganter & neruosè Galfredianæ fictionis omnes fibras elidit, traditionis Colonienſis ſolidiore nixus fundamento; ſatisque monſtrat nihil ei in

vllo

illo veterum, neque in S. Ambrosio, vel Sigeberto superesse præsidij. Audiamus & horum aliorum Societatis nostræ grauissimorum virorum censuram, Stephani Viti Hiberni, Theologiæ multis annis professoris, & Heriberti Roswcidi, qui Stephani prolixiorem disceptationem paucis complexus est.

§. 1. De fide & auctoritate Galfredi.

Cur Hæretici laudent Galfredum.

Magdeburgenses alijque Hæretici: Balæus, Foxius, & similes, vt incommodent Ecclesiasticæ historiæ Catholicorum, multa decerpunt ex Galfredo, quem prolixè laudant. Baronius si nouisset hominem, & quæ de ipso narrant, qui eum nouerunt, libros qúe legerunt, nunquam in animum induxisset, vt illi etiam vera loquenti (quod rarò facit) fidem haberet, nedum mentienti, & vel ex crassa insciția, vel malitia probatas veterum historias plurimas euertenti (quod etiam in relatione de rebus gestis S. Vrsulæ & Sodalium abundè conatur) & infra:

Scopus scriptionis Galfredi.

Duo videntur Galfredum incitasse ad scribendum suã Britonum gentis historiã fabulosam: alterum, vt si qua via posset, elueret maculam, ac notam olim inustam ab vniuersa penè Europa, Britonibus, & loco prouerbij iactatam à Porphyrio Iuliani Cæsaris familiari, qui aiebat: Britanni neq; sunt in bello fortes: neq; in pace fideles. *Alterum erat, vt ipse cum Britto esset, siue ex posteris veterum Britannorum, indulgeret odio suo aduersus gentem Anglo Saxonum, qui Britones olim sedibus patrijs exuerant, concepto, vt scribit Alanus Copus. Ante verò quam euertam nugas Galfredi apertissimis argumentis de rebus gestis S. Vrsulæ, & Sodalium, subijciam oculo Lectoris, quam pessimè apud non imperitos veterum historiarum auctores stent libri, fides, & artes Galfredi:* Hic fusè recẽsitis auctorib. Britannis, Italis, Gallis, & Belgis, alibi productis proponit disputanda: *Ex multis pauca iudicabo potius, quã prolixè persequar, eo consilio, vt Bisciola, Spondanus, Gordonus, alij, qui in historia SS. Vrsulæ & Sociarum assequenda Baronio bona fide à Galfredi fabellis decepto nixi sunt, tandem se deceptos intelligant, & Galfredi fidem historicam tanquam nullam contemnant.*

§. 2. Maximum cum legionibus Britannicis non traiecisse, non inuasisse, non armis subiecisse, non indigenis exhausisse, aut læsisse, non tribuisse legionibus incolendam Aremoricam, nec ab his mutatum loci nomen.

Traiectus Maximi.

Nihil his certius, si quid in historijs veterum certi. Maximus, quo tempore imperium inuasit aduersus Gratianum, discedens è Britannia cum copijs ea parte traiecit, qua portus Gessoriacus (Morinorum in Belgio nauale) obiacet: aut si credimus æquæuo Maximi Zosimo lib. 4. & Carolo Sigonio, rectà venit classis illius è Britannia ad ostia Rheni, quæ tunc (nam hodie alio loco visuntur) erant prope antiquam arcem Britannicam in Belgio, siue iuxta oppidum Batauorum hodie Gattvvieck op See dictum, A Gessoriaco autem aut ostijs Rheni distat promontorium Aremoricæ plusquam 300. aut 400. millibus passuum Occidentem versus.

Ad ostia Rheni.

Nõ inuasit Aremoricam.

At quocunque Maximus è Britannia appulerit, Aremoricam postea cum suis legionarijs petijt, inuasit, vicit. Quis primus ante te Galfrede dixit? Ciuis tuus S. Gildas sapiens 600. te annis prior, & proximus æuo Maximi, ita de ipso scribit. Ad Gallias *(quarum pars tunc fuit tota Belgica)* magna comitate satellitum caterua Maximum, Imperatorijs insignibus non legitimè, sed ritu tyrannico initiatum, mittit Britannia insula omnem suum militem. Ille callida primum arte potius, quam virtute finitimos quosque pagos & prouincias *(inter quas & Aremorica)* retia periurij mendacijq; sui facinoroso regno adnectens, & thronum iniquissimi imperij apud Treuiros statuens, tanta insania in Dominos debachatus est, vt duos Imperatores legitimos vnum Româ, alterum religiosissima vita expelleret: *Vides Maximum, quo tempore imperium inuasit, secundis ferè Galliarum omnium animis, leuiq; motu in eas receptum, Treuiros sedem imperij locasse, nullo prius exserto aduersus Aremoricos ense: quos vt alios Gallorum populos arte potius, quam virtute suos fecit. Taceo quam alienum istud à rationibus Maximi excogitatum foret, Tyrannum medio scilicet in procinctu armorum, crudis adhuc & acerbis rebus suis, irritare fortissimos Aremorici populos, & iuuentæ Britannicæ robora, quibus aduersus Gratianum eiusq; vindices quam maximè opus erat. Num verò Aremorici post traiectum Maximi è Britannia vindices Gratiani esse voluerunt? Nonne Sigonius lib. 8. occidentis imperij ex fide antiqua scribit, statim atque appulit Maximus ad oras Galliæ, primum armis vicisse Alanos, quos Gratianus conduxerat ad resistendum Tyranno: moxq; Maximum eundem cum copijs totis petijsse Parisios,*

à Gallis omnib⁹ amicè receptus.

Sigonius lib. 8.

sios, vbi hærebat Gratianus, quem deseruit tota pene Gallia, quæ Maximo sponte adhærere voluit, quod intelligens Gratianus, fuga se proripiens Lugdunum, quo illum est insecutus, occidit Maximus. Armoricorũ nomen diu post integrum mãsit.

Quid igitur Armoricos somnias armis fuisse Maximi pulsatos, etiam & perditos? Quin antiquorum literæ suppetunt & hoc tempore, & in posterum quoque Armoricos integros, intactosque prisina sua libertate vixisse, quando barbarorum illuuies Gallijs infusa perniciem illam attulerat fermè cunctis. Constat sub Honorio, Theodosio Iuniore, Valentiniano 3. vixisse S. Germanum Episcopum Altisiodorensem, qui nactus est vitæ suæ scriptorem egregium, pium & penè oculatum testem omnium, quæ recenset Constantium laudatum à Sidonio Apollinari & Isidoro. Hic Constantius in ea vita refert Armoricos adhuc Aëtio Patricio rerum in Gallijs sub Valentiniano (mortuo circa Ann. 457.) potiente, sedium suarum, & auitæ libertatis degisse propè securos, adeò, vt altitudo animi, & secundarum rerum nimia copia ijs sanè tum obesset, atque in periculum etiam adduxisset, nisi S. Germanus (qui obijt Anno 453.) id sanctitatis opinione auertisset: nam cum cetera Galliarum Prouinciæ iam crebris exterorum irruptionibus sæpius solicitatæ, vnum ferè Aëtium respicerent, in eiusque tutelam volentes se conferrent, ausi eum repudiare sunt Armorici; qua sui contemtione ita exarsit Aëtius, vt accito in intimam Galliam Alemannorum agmine, prorsus iam pararet Armoricum inclinandum barbaro, nisi S. Germanus interces sisset. Eundem Germanum pro pace Armoricanæ gentis è Gallia in Italiam concessisse anno salutis 453. scribit Beda: vt vel hinc videas somniasse Galfredum, qui à legionarijs Maximi scribit Armoricam nomen minoris Britanniæ induisse, expulsis extinctisque veteribus indigenis. Armorica cur tandem Britannia minor dici ceperit, nondum esse cuiquam copertum scribit, *I. C. Gallus eruditus, vel si fides Genebrardo ad An. salutis 470.* Armorica Britannia dicta à Britannis, quos ex insula fugientes ab Anglis Gildas describit, & Armoricorum in se miserationem concitasse potius quam vi & bello cum ipsis coisse credendum sit. *Priscos autem Aremoricæ indigenas, idem Britones esse dictos à Strabone & Plinio multis ante Maximum tyrannum seculis: Atque si credimus Petro Galesino, Armorica dicta est minor Britannia à brutis alendis, quod sit vbique pascuus ager illius regionis: vel si mihi liceret coniectari, dicerem, quod Beda, ipsam Britanniam insulam sic dictam, à Colonia Britonum, qui ex tractu Gallicanæ Armoricæ ad sedes illi ibi figendas multo ante Christi aduentum traiecerunt. Idem indicat Pomponius Lætus. Itaque Galfredus nihil, quod consentaneum sit veterum aut aliorum verosimilibus historijs narrat. Quæ illius verba de Maximi legionibus Armoricam occupantibus, & indigenas veteribus sedibus exuentibus, nouumq; Britanniæ minoris nomen induẽtibus regioni cum legisset Velserus, hanc glossam adiecit.* Meam fidem hic non interposuerim.

Armoricorũ nomen diu post integrum mãsit.

Beda li. 1. c. 21. *ad finẽ.*

Britones ante Maximũ in Gallijs.

Galesin. 8. idus Ian.

Beda lib. 1. cap. 1.

§. 3. Causam profectionis Vrsulæ cum Sodalibus non fuisse vt coniugia inirent cum militibus.

Hoc satis intelligitur se habere: si quæ paulò ante attulimus sunt vera: finge verò Maximum armis subegisse Armoricos; sed etiam fuit, vt Beda ex Orosio, & alijs scribit: Vir strenuus, probus, ac Augusto dignus, nisi cõtra sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Britannia, inuitus propemodum creatus est ab exercitu Imperator: *Quam verò alienum foret à strenuo, ab educato, exercitatoque in disciplina Romanæ militiæ, à rationibus etiam Maximi ducentis in Gratianum, vt rebus suis adhuc acerbis & crudis legiones suas, quas magna ex parte ex robore iuuentæ Britannicæ collegerat, & quibus aduersus Gratianum opus maximè habebat, curis prius illigare vxorijs, contra militiæ Romanæ disciplinam? Quam præterea ridiculè fingitur intempestiua, & priscis omnibus tacita literis Maximi cura posteritatis propagandæ, & ceu Galliæ (quam ergà se deuotam fuerat expertus, vt Hispanus (vnde Maximus ortum habuit) quæ vniuersa libenter in illius aduersus Gratianum transierat partes) feminas procreare desijssent; petere eum, adeoq; cogere trans mare legionarijs suis vxores?*

Beda lib. 1. cap. 9.

à repugnantibus.

Inter quos legionarios frequens fuit miles Romanus, Hispanus, Gallus, qui in Britannia fuit tyranno aduersus Gratianum, quem ante agnoscebat Dominum. Et quod caput est, fidem quæ meam superat, hæc tot vndique à parentum & natalis soli complexu auulsa quidem, sed sit puellarum agmina, in thalamorum & coniugij spe, consilioue, tueri non modo martyrij decus, sed & pudicitiæ propositum. Sanè quæcunq; tandem fuerit Vrsulæ & sodaliũ eius patria,

à Virginũ pudicitia.

aut

aut quocunque tempore, seu Maximi, seu anteriore, seu sequiore dicas virgines subijsse pro virginitate tuenda martyrium, negari non posse videtur, ipsas omnes à coniugio abhorruisse, & propositum perpetuæ virginitatis conseruandæ obfirmatis animis concepisse. Sed esto tot virgines animum nubendi non omnino deposuerint: verosimile nihilominus non videtur, tantam multitudinem à Maximo fuisse collectam è Britannia: nisi voluisset illam in solitudinem redigere, quæ summo eum studio prosequebatur, vt etiam vicissim carissima tyranno fuerit: sic enim ex Gilda scribunt Beda & alij. Exin Britannia omni armato milite, militaribus copijs vniuersis, tota floridæ iuuentutis alacritate spoliata, quę tyrannorum temeritate abducta, nunquam vltra domũ redijt, prædæ tantum patuit, vtpote omnis bellici vsus prorsus ignara: *Si statim ab illa Maximi traiectione in Gallias denuo fuerunt coactæ tot virginum myriades discedere ex insula eadem Britannia paulo ante exhausta omni milite, copijs, iuuentute; quid ni voluisset Maximus eam in solitudinem redigere vacuam viris & feminis? nonne Gildas, Beda, alij, qui nõ siluerunt Maximi temeritatẽ spoliantis insulã tot virorum myriadibus, præterijssent nouam temeritatẽ exhauriẽtis eam feminis?*

§. 4. Vrsulam cum suis nauigantem è patria ad ostia Rheni nullos ibi Hunnos vel Pictos reperisse.

Constat vniuersam Galliam Belgicam cum ostijs Rheni fauisse & paruisse Maximo contra Gratianum, & si Sigonio, & Zosimo credimus, Maximus appulit, atque amicè exceptus est à Romano, alioq; fœderato milite, qui ad ostia Rheni excubabat. Nullus aduersus eum Gratianus conduxit classiarium militem, cum vniuersæ Galliæ & Germaniæ proxima litora occupasset: aut amica habuisset Maximus, qui & instructissimam classem tunc habebat teste S. Ambrosio, Aurelio Victore, Pomponio Læto, Sigonio, & alijs. A Gratiano cõtra aduersarium solos conductos Alanos, vt venirent in Mediterranea Galliarum, ad expellendum inde Tyrannum, quo tamen non venerunt, quod in itinere iussi essent subsistere at pugnare, contra Iuthungos Ratiæ Germaniæ conductos à Maximo contra Gratianum. Scio aduersus Maximũ conductos esse Hunnos, sed à Valentiniano, occiso Gratiano, vt citati auctores diserte aiunt. Hos tamen Hunnos fuisse carnifices agminis Vrsulani, nemo hactenus dixit, ne Galfredus quidem: cum præsertim conducti isti neque viderint ostia Rheni. Noua verò fictio fuit Galfredi fallentis Baronium, quod conducti à Gratiano Hunni & Picti (demus ita esse) peracta cæde virginum nauigauerint in Britanniam, eoq; appulisse (demus ita esse) fuisse quamprimum repulsos à duabus legionibus ex Gallia eo missis à Maximo. Hoc vt antè monebam est vnum ex multis specimẽ artis Galfredi de industria conantis euertere, quam legerat historiam Gildæ & Bedæ scribentium: quod nunq; vltra in Britanniã redierint, *quas inde semel Maximus legiones duxerat. Miror verò præter reliqua incommoda nõ aduertisse multa Baroniũ quæ cum Romano Martyrologio non videntur cohærere: ait enim Apud Coloniam Natalis SS. Vrsulæ, & Sodalium &c. at sic credendum sit Galfredo ita emendandum erit. Apud ostia Rheni siue litora maris Germaniæ natalis S. Vrsulæ &c. ab Hunnis interfectæ, adde & Pictis. Si Hunni illi fuerunt conducti à Gratiano pio Principe contra Maximum, sub cuius ditione essent Vrsula cum sociijs; posset quis non imprudenter coniectare, Hunnos sæuijsse in Virgines, vt hostes Gratiani, & partem populi Maximo adhærentem, non vt inferrent dedecus Christiano nomini, & in dedecus Christiani Gratiani, à quo mercedem accipiebant: sed vt compescerent tyrannidem Maximi. Vnde igitur nobis constaret Vrsulam cum sodalibus Martyriũ potius subijsse, quam pœnam sustinuisse, quod Tyranno Maximo adhærere & parere voluerint aduersus legitimum Cæsarem Gratianũ? Quomodo item potuerit Vrsula, quam constat cæsam esse 21. Octobris, martyrium pati ab Hunnis Gratiani interfecti à Maximo mense Augusto vt scribit Marcellinus Comes, & expressit Baronius. Abeat proinde Galfredus de Maximo & Vrsula cum suis nugis historicis.* Hactenus Stephanus Vitus.

Gratianus non cõduxit Hunnos cõtra Maximũ. Sed Alanos.

Valẽtinianus aluit Hunnos.

Hi nõ occiderunt Virgines.

Galfredi strophæ.

Martyrij causa periclitatur.

Ita fundamento fabulæ, & regni Aremoricani initijs Maximi tempore subrutis, & euersis, tota superædificata ficti coniugij moles per se corruat necesse est: non enim opus, vel militibus ad regni commentitij defensionem, vel Conano, eiusque præsidiarijs, vxoribus, pro regno, quod Galfredus ex suo cerebro in vtopiâ præclarus totius operis Dædalus est architectatus. Ex his liquet Christophorum Browerum & Stephanum Vitum optimè meritos de Vrsulano martyrio qui primi cõmentorum omnium consequentium vnicum fundamentum, Aremoricani regni tẽpore Maximi initium, solidè, feliciter, & funditus euerterunt.

CAPVT

CAPVT XII.

De Sententia Recentiorum Galfredi Patronorum.

GRande rebus publicis ſemper malum adulterinæ monetæ autores attulerun qui non tantum quoad viuunt: ſed etiam quamdiu nummi ſuperant, noce communitati, ſimile flagitium ij conſciſcunt, qui fontem vrbis publicum inficiun ex quo commune malum in totam ſolet ciuitatem redundare. Multum nocēt m daces hiſtorici, quoad viuunt bonis, quos læſerunt: plus etiam obſunt mortui ſu relictis poſteritati monimentis, dum incauti lectores virus hauriunt ex ipſis, quo ipſi primi, tum eorum opinione multi alij venenantur. In horum ego numerū Ga fredum referam? iure quidem meritiſſimo, multū æuo ſuo cum ſacra Virginum co porum millena aliquot eleuarentur, Vrſulanæ hiſtoriæ incommodauit; ſed cum r pente ab ipſis ciuibus eius, qui hominem de facie norant vanitas, & fabulæ detego rentur, minus oberat: plus ſeculis ſequentibus: ſed plurimum ætate noſtrâ, quan in eandem ſententiam traxit orbis terrarum lumina, & omnis Eccleſiaſticę hiſtori profanæque peritiſſimos. Quorum virorum autoritatem, & famam nominis ſemp ternam cum contemplor animo, vix mihi poſſum imperare, vt calamo manum ac moueam, & eorum opinionem pro veritate manifeſtâ oppugnem. Vnum me hac cauſa conſolatur, quod nulla animi praua inductione, vel perturbatione incitatu ſed ſuperiorum voluntate ad hanc ſcriptionem deſcenderim, vt patrocinium ſuſc piam veritatis, eaq; vitentur deinceps offendicula tam Catholicorum, quam Ac tholicorum, quæ ex illo tot ſententiarum pugnantium conflictu oriuntur; ne cau Martyrij Vrſulani, vt hactenus aduerſariorum opinione cœpit, in animis piorum liquid detrimenti patiatur.

CAPVT XIII.

Quomodo Recentiores quidam ſecuti ſint Galfredum, quidq; in eius narratione mutarint.

REctè P. Stephanus Vitus de Auctore grauiſſimo, qui poſt A. 1580. Galfredi p trocinium in Vrſulana hiſtoria ſuſcepit, cum Galfredi mendacia fabulaſqu fuſius detexiſſet, concludit: *Quocirca ſi cuius fidei fuerit Galfredus, & quod de ipſo vi graues cenſuerint, nouiſſet Recentiorum quidam, tanti illum feciſſet, quanti meretur, neq ſcripſiſſet ſibi ex optato euenisse, & obuijs vlnis excepisse, & veritati conſentientem nouiſſ quam de SS. Vrſula & Sodalibus acceperat vice hiſtoriæ fabellam, hiſtoricis erroribus ſcate tem, exploratæ veritati de Romanis, & Britannicis antiquitatibus contradicentem; fide veterum, & veracium, & grauiſſimorum ſcriptorum ſubruentem; nugas meras vendenten* Hactenus ille. Nec ipſe diffitetur Auctor aduerſæ partis à Galfredo ſcribi fabuloſ nam de eo ait, *licet multa de alijs autor ille* (Galfredus) *habeat fabuloſa.* ideò timidè ad modum eum ſequitur, neque audet ſuis ipſum verbis recitare, ne prorſus incredibi lia lectori videantur; adhæc multa demit ex eo, quædam addit, nonnulla mutat: n cum Galfredus 71. millia Virginum collecta memoraſſet, ne ſupra fidem id videre tur, numerum omittit: naufragium ſilet, addit litus Germanicum, ad quod appule runt; locumq; martyrij primus omniū contra veterū, & recentiorum autoritatē ſin autore collocat circa Lugdunum Batauorum: vt hinc apertum ſit, tantorum Gal fredi abſurdorum figmentorum ipſos aduerſarios ſuppuduiſſe. Quorum vnus d ſcriptoribus huius hiſtoriæ ſic loquitur.

De ijſdem (S. Vrſula & ſociabus) *Beda, VVandelbertus, & alij recentiores hac die. Haru Sanctarum Virginum hiſtoriam diuerſimodè à diuerſis autoribus ſcriptam reperimus; ſu à Rogerio Ciſtercienſi: ſiue à Richardo Præmonſtratenſi, aut ab incertis autoribus, q*

qua

quæ descripsit Mombricius tomo 2. Petrus in Catalago lib.9.c.87. Claudius Rota c.154. Bonfinius de rebus Hungaricis lib. 5. decade 1. aut quæ vberiùs recitat Surius tomo 5. Hi quidem omnes in eadem conueniunt sententiâ, Vrsulam vnâ cum socijs Romam peregrinationem suscepisse, ac in itinere incidisse in Hunnos, ab ijsdemque sæuissimè trucidatas, idque accidisse Anno Domini 453. testatur Sigebertus in Chronico: addunt & de quodam Romano Pontifice Cyriaco nomine, qui easdem fuerit comitatus. Ita nostros fontes indicat, & autores omnes lib.11. verbis ipsorum adferendos, qui, si vocem Attilæ, & tempus quorundam mutâris, nobiscum faciunt, & nemo eorum est, cuius autoritas non pluris, quàm Galfredi sit facienda. Audi reliqua. *Accidit in his quidem, vt deperditâ verâ germanâq; earum Virginum historiâ, quisquis vt libuit, siue quæ ab aliis leui quodam vulgi rumore acceperit, scripturæ monimentis commendârit, non sine magno veritatis detrimento, cum grauissimam historiam penè commentitiam reddiderint.* Demus multis in historijs Sanctorum simile quiddam euenisse: nego cadere in Martyrium Vrsulanum, cuius memoriam fida maiorum traditio octo pluribúsque diuersis in locis conseruauit: vestigia diuersis in Germaniæ partibus ad 30. impressa refricuerunt continuò: tituli sepulcrales ante quingentos annos è terrâ eruti confirmârunt: quibus testibus luculentissimis consentit in omnibus vetus S. Cuniberti historia, quæ Anno 640. circiter emanauit, & Anno 1183. *vetus passio S. Vrsula dicebatur:* adstipulantur ijsdem diuina quinque oracula: suffragantur autores classici supra centum: confirmant idem testes iurati 70. & omnium penè Ecclesiarum consensus vnanimis, vt vix mihi post diuinos codices decem historias protuleris, quæ tot diuinis, humanisque testificationibus comprobari videantur, id librum vltimum vel inspicienti apparebit: non igitur commentitia est, prout è vestigiis, traditionibus, & titulis repetitur; sed prout à Galfredo memoratur, quem testem suum sic citat Auctor contra Centurias testium nostrorum.

Eius corruptione.

Confutatio.

Nunquam periit vera S. Vrsulæ historia.

Fundamentis historicis nititur.

Autores eam secuti

Eius certitudo.

Ego quidem cum in huius rei veritate inuestigandâ plurimum laboris insumsissem, ex optato euenit, vt inuenerim tandem Codicem Vaticanum peruetustum, in quo tractatus erat inscriptus de rebus Britannicis autore Galfredo Episcopo Asaphensi sub notâ num. 944. in quo agens autor de rebus Maximi tyranni, qui temporibus Gratiani Imperatoris inuasit imperium, de Vrsulâ quoque perbreuem contexit historiam. Postea subdit.

Hæc quidem quæ ex prædicto autore descripsimus, nobis quidem longè magis probantur, quam alia prædictorum figmenta ab omni etiam verisimili ratione submota.

Alibi verò ita testem suum vnicum laudat. *Hæc quidem Gaufredus tradit, at licet multa de aliis autor habeat fabulosa, quæ veris nonnihil fidei detrahant, vt magno delectu sit liber iste legendus, cum tamen eo loco constituta res sit, vt inter apocryphorum quisquilias considentes, quæ magis verisimilia comprobentur, ea iure deligenda putemus, obuiis accepimus manibus, quæ ab eodem autore narrantur, quod eadem pluribus fulciantur verisimilibus coniecturis: reliqua verò quæ edita habentur acta, plurimis constet cuique prudenti referta esse figmentis.* Hactenus ille.

Stupeo consilium: contra se pro nobis allegat Bedam, Wandelbertum, Sigebertum, omnes Galfredo vetustiores: iungit Synchronos Galfredi Rogerium, & Richardum, tum quinque alios recentiores apponit: omnes decem, vt fatetur, in capitibus historiæ vnanimes, præsertim circa peregrinationem, & martyrium in reditu, cum in Hunnos incidissent Coloniæ, vt omnes scribunt. Horum tamen narrationem vocat *commentitiam penè, figmenta ab omni etiam verisimili ratione remota: & acta, quæ cuique prudenti constet plurimis referta esse figmentis.* Qua obsecro ratione, quo teste, quo fundamento? nulla nec coniectura profertur. Itane verò nullâ nec minimâ allatâ probatione tot talésque decem autores erroris, & vanitatis accusantur, decem traditiones populorum repudiantur, vestigia eraduntur, septuaginta iurati testes periurij insimulantur, nullo vel leuissimo allato argumento, nullo teste, & autore alio? Imo ais testem his omnibus Galfredum opponit: huius vnius autoritas omnes elidit rationes. Quem tu mihi Galfredum contra Bedam, Wandelbertum, Sigebertum statuis? hominem omnium Britannorum gentilium eius, & exterorum iudicio mendacissimum? audi quas ei laudes idem Scriptor tribuat: *fabulosa* cum

multa habere ait, *quæ veris fidem detrahant: magno delectu eundem legendum, se arbitru*
consîdere, vt ex eius quiſquiliis apocryphorum, quæ magis veriſimilia comprobet, ea putet in
re eſſe deligenda. Hoc ſcilicet iudicium eius de Galfredo. An quis vnquam tar
abiectè vel autor ipſe, de 10. teſtibus noſtris locutus eſt? & tamen ſolus ille præ tc
aliis auditur? eius veriſimiles coniecturæ, præ omnibus approbantur; quas ant
A. 1580. nemo vnus ex profeſſo auſus eſt apertè laudare, & ſtabilire, licet Virūniu
Polydorus, & Trithemius recitare Galfredi ſententiā antea magis, quàm cōfutat
aliorū narratione confirmare auſi ſint. Itáne verò tantis opus incedere lætitiis, ho
vno reperto teſte fabuloſo, vt *ex optato dicatur euenisse, quod is repertus sit, vt obuiis ac*
cepta dicantur manibus, quæ ab eodem narrantur? Nolo iam contendere noſtram vide
ri narrationem veriſimiliorem, quod 9. penè totis ſequentibus libris fa ciam: ſatis e
hic indicaſſe, quæ vis argumentorum inſit verbis allatis contra traditionem Co
lonienſem, & communem veterum ſententiam.

Ipſam nūc Autoris narrationē aduertamus, qui dum ſenſum, nō verba Galfrec
refert, multa, vt dixi, incredibilia præterijt, alia mutauit, vel addidit, ſic verò alit
narrat: *Inter hæc autem cū Maximus tranſiens in Gallias cum Britannis Armoricos è ſedibu*
eieciſſet, atque vberē; ſed habitatoribus vacuā regionem ijſdē Britannis militibus tribuiſſe,
Noua narratio Martyrij Vrſulani. *quo nouam Coloniam in poſteros propagaret, Conani Britanni Reguli, quem Britannorū du*
habebat in exercitu, conſilio, è Britannia nouis Colonis ſingulas Virgines ſingulis mīlitibu
coniugio fœderandas, miſſa legatione ad Cornubiæ in Britannia Regem expetijt. Nihil v
ſum eſt negari debere nouo Imperatori, quem in Britannia exortum ijdem Britanniæ Regu
omni ſtudio confouiſſent; cum præſertim non niſi gentilibus ſuis, ijſdemq; donatis noua Pr
uincia, prædiuitibus ſuas ipſorum Filias matrimonio honeſtiſſimè coniungendas fore, certu
haberent. Duabus igitur legionibus Britannicis, pro numero militum, qui tunc in eis reper
fuerunt, totidem delectæ ſunt Virgines, omnes numero vndecim mille, quarum principē loc
tenebat Vrſula Cornubiæ Regis nomine Dionoci Filia, deſponſa Conano Duci exercitus Br
tannorum. Cunctæ Londini collectæ, impoſitæq; inuitæ ſunt nauigiis, dumque nautæ ſoluun
Armoricorum regionem verſus, à ſæua procella impelluntur ad Germanicum litus, vbi du
eſſent Melga Pictorum, & Gaunus Hunnorum piratæ, qui pro Gratiano aduerſus Maximu
mare illud incurſabant, eas nacti, in ipſas irruentes, vt hoſtium feminas, ſæuitia pugnarun
atque libidine. Sed cum hortante Vrſula mortem pati potius delegiſſent, quam Virgin
pudoris ferre diſpendium; barbarico illi in eas incenſi furore, quod properarent alio, nec eſſ
otium eas demulcere blanditiis, in ipſas armis, vt in hoſtes inſiliunt, trucidantque ſingula
quas duplici auctas corona Martyrij ſcilicet, atque Virginitatis cælum excepit. Hæc Gal
Ad 21. Octobr. *fredus.* Eadem in notis habentur phraſi tamen alia, & quibuſdam mutatis, vbi cor
tinuat ita narrationem. *Sparſa in finitimis regionibus fama de glorioſa Virginum nec*
quod vitæ potiùs, quam pudicitiæ diſpendium pati ſuſtinuiſſent, à vicinorum locorum accol
ſacra cadauera cum honore ſunt ſublata, atque Coloniam Agrippinam delata, debito Sanct
Martyribus cultu celebrata ſunt. Hæc quidem, quæ ex prædicto autore deſcripſimus, nob
longè magis probantur, quam alia prædictorum figmenta, ab omni etiam veriſimili ration
remota. Hactenus ille.

Quā multa mutarit in Galfredi cōmento. Confer obſecro amice Lector hanc cum Galfredi narratione c. 10. recitatam
Principio Galfredus vult l. 5. c. 12. & 14. à Maximo omnem armatum militer
Britanniæ collectum in Gallias tranſportatum, poſtea & centum millia de pleb
fuiſſe eodem euocata: cum 30. millibus militum *Fecit* ait *edictum, vt centum millia*
plebe in Britannia inſula colligerētur, qui ad eū venirent, præterea 30. millia militū, qui ipſ
intra patriā, qua manſuri erant, ab hoſtili irruptione tuerentur: cumq; omnia perpetraſſet, di
ſtribuit eos per vniuerſas Armorici regni nationes; fecitq; alteram Britanniam & eam Co
nano donauit: pro quibus c. 16. ait, *collegit per diuerſas Prouincias nobilium filias numer*
XI. millia, de ceteris ex infima gente creatis 60. millia. At territus hic autor incredibi
multitudine militum commentitiorum, duas tantum facit Britannicas Legiones i
Galliā tranſmiſſas, ac pro iis 11. ſolum millia collecta Virginū. 2. Hic ſcriptor omne
inuitas facit, Galf. multas ppēſas dicit, hoc modo: *q̄ licet multis in tāto cætu placuiſſe*
tamē plurib. diſplicebat. 3. Galf. naues pleraſq; ſubmerſas ait, quaſdā & ad ignota litor

appu

appuliſſe, *periclitabantur inquit ergò naues intra maria in maiori parte ſubmerſæ; quæ verò tantum periculum euaſerunt, appulſæ ſunt in barbaras inſulas, & ab ignota gente ſiue trucidatæ, ſiue mancipatæ.* Contra recens auctor omnes ſaluas naues aſſerit; diuinatque litora Batauica, ad quæ primus ſcriptorum omnium Virgines vult applicaſſe. *Quartò*, Galfredus parum de martyrio Virginum ſolicitus, quaſdam tantum vult caſtitatis amore peremtas, alias mancipatas: Patronus verò eius hic copioſior S. Vrſulam facit hortatricem caſtitatis, hoſtes alio feſtinantes, ſingulas trucidatas pro Fide, & Caſtitate. Addit famam vulgatam tanti martyrij, & ab accolis inde ſublata corpora Coloniam delata eſſe: quorum omnium nullam facit Galfredus mentionem.

Nec ſubdere veretur: *hæc quæ deſcripſimus ex prædicto auctore.* Quis non videt longè diuerſam eſſe, adeoque nouam omnino recentioris ab ipſo primum inuentam narrationem, quam ante ipſum nemo vnus, ne Galfredus quidem nec Britannorũ, aut exterorum attulit: nam Virumnius vel Trithemius aſſeclæ Galfredi, numerum Galfredi 71. millium, & adiuncta cetera retinent: & earum partem hauſtam fluctibus, partem cæſam, partem ſeruituti mancipatam aſſerunt. Vnus poſt annum 1580. cœpit vndecim tantum facere millia, ſingulas Martyres, & pro fide, ac caſtitate trucidatas; & Lugduni quidem Batauorum, vel in litore Germanico, dum ad connubia pergerent: quæ cum omnino noua ſit, nec vnquam ab vllo tradita; cumque ratione, fundamento, & omni teſte careat; non poteſt probatis diuerſorum locorum traditionibus, veſtigijs, titulis, & tot teſtibus præiudicare.

Ne tamen carere Auctoribus ipſe videatur, hæc in notis adijcit: *Hæc ex his etiam fiunt firmiora; quæ ſcribit S. Ambroſius in relatione ad Valentinianum de ſua legatione ad Maximum, vbi agit de Hunnorum copiis à Gratiano concitatis, & accerſitis contra Maximũ; quas Valentinianus poſt Gratiani obitum pacis cupidus intra terminos conſiſtere mandauit, vbi oſtendit Gratianum pro virili conatum eſſe exterorum auxilio Maximi vires infringere: rurſus autem de eadem incurſione Gauni Hunnorum, & Melgæ Pictorum Ducum ſcribit etiam Sigebertus ad Annum 389. Nec omittimus dicere ex Saluiani Maſſilienſis ſententia lib. 4. & 7. de recto iudicio & prouidentia Dei, Hunnorum gentem fuiſſe præceteris in Venerem ſoluti ſſimam.* ℞ ad 1. de S. Ambroſio, eum nec in negotiis cum Maximo tranſigendis; nec in duplici ad illum legatione, nec in operibus ſuis poſtea conſcriptis, vllam vndecim millium Virginum facere mentionem, non taciturus tantus encomiaſtes virginitatis, ſi ætate ſua paulo ante, quam Treuiros veniſſet 70. Virginũ millia Martyrio fuiſſent coronata: negat etiam Hunnos, vt Galfredus, & auctor recens narrãt, ad litus maris Germanici conſediſſe; ipſe quodã loco ita S. Ambroſij verba recitat ad Maximum: *Tu flagitabas, quod Barbarorum ſtipatus agminibus Italiæ te infunderes; Valentinianus Hunnos, atq; Alanos appropinquantes Galliæ per Alemanniæ terras reflexit;* excuſat tamen non contra Maximum accitos eſſe; *ſed contra Iuthungos Rætias populantes*, quam autoris huius confeſſionem eos circa Rætias ſubſtitiſſe, ego ſupra defendi fuſius, quantum Rætici fines abſunt à Lugduno Batauorum? quomodo vult ergo ab his Hunnis, & Alanis in litore maris Germanici teſte S. Ambroſio Virgines occubuiſſe? an ij iidem qui Picti ſunt? & quos piraticam feciſſe memorat? Do tamen feciſſe eos piraticam, vt pro Gratiano hoſtes imperij trucidarent, ideone Virgines hæ Martyres exiſtimandæ ſunt, quæ ne ſobole propagarent perduelles Imperii, dũ ex hoſtili ad hoſtilem terram contenderent, iuſſu Cæſario ſunt trucidatæ? & virginitatis dicentur lauream ad vnam omnes meruiſſe, quæ ad connubia nauigabant? vt omittam iure dubitari poſſe, num omnes fuerint baptiſmo initiatę. In noſtra verò ſententia conſtat omnes baptiſmo renatas ad martyrium è patria, non ad nuptias contendiſſe, & à barbaris pro fide, & religione trucidatas eſſe, idque diuinis, & humanis teſtimoniis ducẽtis ſuo loco demonſtrabo. Ad Sigebertum quod attinet, negãt multi, & in his Miræus id in primogenio quod conſuluit exemplari reperiri: reperiatur verò, nec ſit, vti multi volunt ex Galfredo aſſumentum, certè ſexennio poſt cæſas iuxta Galfredum Virgines; ſub annum 389. Gauni Melgæque meminit: non autem Virginum: quomodo ab his ergo dicemus occiſas eſſe? ita tota Auctoris

Confirmat eam *Ex S. Ambroſio.*

Ex Sigeberto & Saluiano l. 4. & 7.

Confutatio.

Epiſt. 27.

Hunni cõductitij in Rætiis cõſederunt.

Cauſa Martyrij ex hac ſententia nutat.

confirmatio corruit: præsertim cum Sigebertus necē Vrsulæ referat ad Attilæ tempora, & nostram in ceteris tueatur sententiam.

Alium idem Patronum suæ sententiæ ita laudat: *Hæc nostra cum recognosceret Reuerendissimus Lindanus Episcopus Ruremundensis, simulque probaret, de loco Martyrij tantū excepit:* Scilicet clarissima monimenta, & vestigia locorum præsens inspexerat, audierat constantem maiorum traditionem, vt apertè cōtra ipsam ibidem palæstram Martyrij Coloniam faciat; ita enim ait: *Superioribus obstare videtur locus, qui agoni S. Vrsulæ palæstra constanter ab vniuersis in hunc vsque diem est habitus: is tunc temporis longiuscule à Colonia Vbiorum erat dissitus, extra antiquæ Vrbis mœnia scilicet. Hunc locum vbi nunc visitur S. Vrsulæ Collegium fuisse certaminis arenam, inde pij colligunt, quod ea terra nullum aliud corpus suscipiat, aut retineat:* vt parum sit in Lindano præsidij: Hinc aperte colligo, nullum vnquam scriptorem ante 1580. annum ita Martyrium Vrsulanum narrasse, nec vllum narrationis huius vel testem, vel autorem exstitisse, ne quidem commentum Galfredi, nam ei recentioris sententia plerisque in adiunctis contradicit, vnde nec hic quidē potest pro ea sententia laudari testis, vt mirum sit hāc rem non obseruasse viros tot grauissimos, qui ouium instar maximo numero hac in historia vnum sibi Auctorem sequēdum putauerunt. Aduertit hoc idem hac in recētioris sententia Vsserius hæreticus: is cum Galfredi fabulatoris (vt eum, in indice vocat) commentum recitasset, subdit de Recentiore: *Hanc narrationem* (Galfredi) *auidè arripuit quidam, & quasi rarum quid, & nemini adhuc perspectum in lucem protulisset, pro thesauro Carbones istos nobis ita venditauit.* Ego quidem &c. *vide supra perbreuem contexit historiam: quam tamen non ex ipso Galfredo, vt videri voluit & doctissimo Velsero persuasit: sed ex nupero illo ni fallor auctore, ex quo idem Lucij act. alio in loco expressit, descriptum nobis hic exhibuit. Sigeberti quoque ad Galfredi fidem suffulciendam adiuncto testimonio, qui de eadem incursione Gauni Hunnorum, & Melg. Pictorum Ducum ad annum 389. meminerit. Verum Sigeberti nequaquam est ista, sed ex ipso Galfredo, vt alia multa in illius Chronicon esse intrusa scimus: & huius de Armoricis Maximo sedibus suis expulsis, & deductis illius è Britannia colonijs virorum ac feminarum (quod Galfredianæ narrationis est fundamentū,) figmēti vanitas à Brouvero ita est detecta vt amplius quid addere nihil sit necesse.* Hæc Vsserius Britannus: in hoc reprehendendus, quod immerito Recentioris hanc impingat calumniam, quasi S. Lucij & S. Vrsulæ gesta è Centurijs Magdeburgensibus transcripserit: Nam hi cum Balæo subscribāt, omnes Virgines fluctibus obrutas perijsse; quid amabo similitudinis habent cū ista narratione, quæ cæsas in litore cunctas pro fide & castitate memorat

Vnū & solum autorem narrationis huius nouæ plerique iam sequuntur. *Vsserius c. 8 de prim. Ecclesiarū Brit. f. 201.*

CAPVT XIV.

Quid aduersariorum studio mutatum sit in Martyrologio circa Vrsulanam historiam, & quid ipsi de Cyriaco Papa senserint.

VEtus D. Fleien & Colonienſium contra Defensores Galfredi est querela, ipsis autoribus, & suasoribus textum vetustissimum Martyrologij Romani cum aliquo Sanctarum Virginum, & Colonienſis Ecclesiæ præiudicio immutatum esse addunt nonnulli eorundem autoritate è glossa Iuris Canonici S. Cyriacum erasum esse.

Certum est ante correctionem in M. SS. & expressis typo Romanis Martyrologijs ita ad 21. Octob. festum illud fuisse adnotatū: *In ciuitate Colonia natale BB. Virginum vndecim millium:* vel *Eodem die apud Coloniā SS. vndecim millium Virginū & Martyrum:* vel *ciuitate Colonia passio. SS. vndecim millium Virginum.* Talia ad 12. diuersa misit Coloniam Ioannes Bolandus Antverpiâ, quæ adseruo. Tribus autem nonnulla apponuntur. Bellinus de Padua Augustinianus, Martyrologium secundum Romanæ Curiæ morem anno 1498. Venetijs, & anno 1521. Parisijs edidit; is textum his concepit verbis: *Eodem die ciuitate Colonia natale SS. vndecim millium Virginum, qua*

Bellinus de Padua.

pro

prò virginitatis constantia vitam consummarunt. Eadem Franciscus Maurolycus habet, nisi quod adijciat interfectas *ab Hunnis sub Attila militantibus*, optimè tamen Petrus Galesinus Protonotarius Apostolicus in Martyrologio S. R. E. vsui accommodato, ita loquitur. *Coloniæ SS. vndecim millium Virginum, quæ pro Christi religione, & virginitate tuenda ab Hunnis necatæ, quarum principem locum tenuit Vrsula, ad duplicatæ coronæ præmium abierunt.* Fuit is Synchronus Baronij, & 20. ante Baronium vulgauit annis, sed origo correctionis est inuestiganda. *Franciscus Maurolycus Petrus Galesinus.*

Gregorius XIII. æternæ memoriæ Pontifex Maximus, Anno 1584. Calendario iam emendato *Martyrologium per Viros eruditos* (vt ipse in Breui Apostolico loquitur) *ad fidem historiæ, quæ rerum gestarum, personarum, locorum, temporum varietate continetur*, corrigendum curauit; sed fatis sublatus, cum Sixto V. sedem vacantem reliquisset, Anno 1586. ei iam emendatum, typisque vulgatum dedicatum est. Hac in correctione cui Iulius Sanctorius Cardinalis, & alij præfuerunt, adnitente vno, prior de S. Vrsulæ festo textus fuit immutatus, qui è Galfredo suam opinionem iam antea collegerat, ideo putant aliqui omnem mouisse lapidem, vt correctores in eãdem secum sententiam pertraheret, quod simili declarant argumento. Origo correctionis Martyrologij.

Anno 357. gliscente vehementer Ariana perfidia Liberius Romanus Pontifex diu constanterq; pro fide orthodoxa decertauit, vt ipso relegato Diaconus Felix I. eidem sufficeretur, qui Felix licet initio nonnihil Sectariis adhæsisset, postea tamen pro Ecclesia stetit, Constantio Imperatori Ariano viriliter restitit, eum contumacem anathemate fulminauit, cuius etiam iussu Martyrio fuit coronatus: Liberius contra fractus exilij diuturni molestijs, cessit Arianis, & S. Athanasij condemnationem approbauit, vt Sedis Apostolicæ possessionem recuperaret. Ergo cum Gregorij XIII. tempore de correctione Martyrologij disceptatur, ac in controuersiam Liberij, & Felicis I. causa vocaretur, vnus qui in consilium adhibebatur, omne studium, & operam contulit, vt Felicis I. nomen è Martyrologij tabulis eraderetur. Stabat pro Felice Iulius Sanctorius Cardinalis, & Martyris causam feliciter tuebatur: nam diuino etiam miraculo, teste auctore contrariæ sententiæ, nomen eius in Fastis fuit conseruatum, ipsa eiusdem attexam verba, quibus se à Felice victum feliciter gloriatur. *Quamobrem cum ingressus Felicis absque controuersia à Maioribus fuerit existimatus iniquus, & de exitu eius eadem inter se pugnantia scripta nutent, inde & accidit, vt temporibus Pontificatus Gregorij XIII. dum de emendatione Romani Martyrologij à viris eruditis ad hoc delectis frequenter haberentur conuentus, & de Felice non leuis controuersia incidisset, expungenduſne esset ob vitiosum ingressum eius, vel absque Martyrij titulo relinquendus, deq; his diu, multumq; altercatum esset, & ego in eam sententiam pedibus irem, vt Felicis nomen expungendum esset, eoq; argumento volumen haud breue scripsissem, cui fauerent, adstipularenturq; complures viri eruditi in Vrbe tunc existentes, accidit planè veluti diuino miraculo, vt cum in Diaconia SS. Martyrum Cosmæ, & Damiani in foro ad Templum Pacis posita quidam male consulti, sed non sine diuina prouidentia clam altare vnum à dextris positum suffoderent, vt thesaurum inuenirent, quem acceperãt nescio quo reuelante, ibi esse repositum, in marmoriam arcam inciderent, in cuius altero latere tabulæ lapideæ interstitio ab altero distincto repositæ inuenirentur reliquiæ SS. Martyrũ Marci, Marcelliani, & Tranquilini, in altero verò arce latere corpus S. Felicis, de quo agimus, vnà cum lapideo laterculo ibidem intus posito hisce literis exarato: Corpus S. Felicis Papæ, & Martyris, qui damnauit Constantium; quod accidit pridie eius diei, quo eiusdem S. Felicis in Ecclesia dies natalis agi consueuit, quarto Kal. Augusti Anno 1582. cum de eius meritis disceptatio magna esset, iamque penè ob innumeras contrarias assertiones causa cadere videretur. Quando opportunè ipsemet Felix, visus est admiratione omnium rediuiuus comparuisse, per se suam ipse causam acturus, cum iam valdè stylo contradicentium esset oppressus. Tantæ rei nonnihil tunc ipse vnà cum aliis admiratione perculsus, adinuentisque postea recitatis superius Liberij literis de inita ad tempus communicatione cum Arianis, accedenteque ad hæc omnia (quod maioris ponderis apud me erat) ipsa de ea re sententia Romani Pontificis, stylum modestia Christiana repressi, quem Zelo veritatis acueram, vincique à Felice felicissimè accidisse putaui, cedereque Illustrissimo, ac Reuerendissimo D. Iulio Sanctorio S. R. E.* *Bellarm. l. 4 de Pontif. c. 4.* Historia de Pontificatu Felicis I. quem quidam erasum volebat è Martyrologio. Cõtra Defensorem S. Felicis Cardinalẽ Sanctoriũ. Inuenitur prodigiosè corpus. Cum titulo sepulcrali. Retractatur sententia contra Felicem.

amplissimo Cardinali, simulque disertissimo viro, qui egregiè pro Felice susceperat patrocinium, me cum ipso triumphum magna gloria agere existimaui, ipsa veritate in vtroq; vincente. Subdit de tempore quo sedit; *sed potius sedisse* (Felicem) *annum tantum ac tres menses totidemq; dies, ob breuitatem igitur temporis sedis ipsius, quod & habetur inclusum Pontificatu Liberij, vel ex eo, quod ingressus Felicis fuerit vitiosus, inde factum reor, vt cũ ab Optato Milcuitano, tum etiam à S. Augustino, cum recensent seriem Romanorum Pontificum, post Liberium Damasum, omisso Felice successisse tradant: obiter enim cum illa tractent, atq; cursim expediant, eam sedis vnius Pontificis, nempe Liberij factam iterationem, & sedis Felicis temporis distinctionem consulto prætermisisse visi sunt.* Hactenus Auctor ille candidè & disertè.

Cur nomẽ Felicis in Catalogo Pontificũ non habeatur. *Opt. l. 2. contra Parmen. Aug. ep. 165*

Eadem ratione & eodem ipso anno, quo de S. Felice disceptabatur, de S. Cyriaco è glossa iuris Canonici eradendo: & de mutando Martyrologij textu S. Vrsulæ fuit agitatum; iam quidã aduersæ partis aliam sententiam conceperat, quis dubitet eum non omnes industriæ neruos intendisse, vt & socios emendationis Martyrologij, & S. Palatij Magistrum induceret, vt pro sententia sua iudicarent, & corrigerent: ne tam manifestis duobus Ecclesiæ testimoniis sua Vrsulana narratio condẽnata videretur? ita factum pleriq; suspicantur vnius consilio, vt deinceps in Martyrologio Romano sic legeretur ad 21. Octob. *Natalis SS. Vrsulæ, & Sociarum eius, quæ pro Christiana religione, & virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ, Martyrio vitam consummarunt, & plurima earum corpora Coloniæ condita sunt;* quasi non Martyrio, sed sepultura tantum Coloniæ sint decorata, vt ipse contra veteres omnes propugnat. Si tamen demus ab aliis etiam correctoribus ita fuisse priora verba cõmutata, parũ hæc ipsa causæ Colonienſiũ officient: rectè enim *apud Coloniam*, seu in suburbio *natalis* dieſq; mortis S. Vrsulæ & Sociarũ agitur, causaq; Martyrij gemina *Fidei pariter & virginitatis* apponitur, auctoribus necis *Hunnis* adiunctis, locus etiam sepulturæ *Colonia* ciuitas nominatur, in quam non quidem Anno 237. quo sunt in agris passim tumulata, desuper vno in loco erecta Basilica, nam more Romanorum, & Coloniarum ex 12. tabularum legibus corpora mortuorum præsertim supra 14. millia nõ poterant tantillo in oppido sepeliri; sed circa Annum 1156. & sequentes, Vrbe postea quintuplũ ampliore reddita, sunt per vrbis Ecclesias honorificè distributa. Atq; ita quidem cum notis editione prima Romana, & Veneta textus est publicatus, postea verò iure Decanus Fleien conqueritur hæc ipsa verba contra mentem correctionis Sociorum plurimum fuisse variata prælo Lugdunensi, in quo hæc habentur: *Apud Coloniam Agrippinam natalis SS. Vrsulæ, & Sociarum eius, quæ pro virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ, Martyrio vitam consummarunt, & plurima earum corpora Coloniam delata fuerunt.* Hic duplex discrimen apparet: nam prima editio veram, & principem causam fidei adstruebat hoc loco prætermissam; deinde Coloniæ *condita* dicebat corpora, non *eo delata*. Optabat auctor verba Martyrologij suis aptare Notis, quibus hæc inseruntur: *sparsa in finitimis regionibus fama de gloriosa Virginum nece (quod vitæ potius, quam pudicitiæ dispendium pati sustinuissent) à vicinorum locorum accolis sacra cadauera cum honore sunt sublata, atq; Coloniam Agrippinam delata.* Quibus verbis cum non fidei causam; sed pudicitiæ tantum agnoscat, aliamq; palæstram certaminis, cũ notis Martyrologium (contra priorem editionem Sixto V. dedicatam) est attemperatum: si tamen hæc altera verborum immutatio doceatur à Sede Apostolica, vel aliis etiam correctoribus esse probata, libenter amplectimur; & pro Colonienſiũ traditione sic explicamus: Corpora Virginũ, quæ extra pomerium Vrbis condita quiescebãt, A. 1156. intra Vrbem translata ad varias fuisse Ecclesias eius trãsportata.

Confertur Pontificatus Felicis cum Cyriaci historia.

Noui Martyrologij textus de S. Vrsula.

Explicatio verborũ.

Mutatio altera textus.

Venio ad S. Cyriacum Papam, cui idem autor 1. titulum Pontificis, vel Vicarij, 2. Martyrij mordicus aufert & abrogat, ideoq; egisse creditur, & peregisse, vt è iure Canonico memoria illius cũ nomine expungeretur. Prius his verbis cõtendit acerrimè, *At nõ audiendi penitus recẽtiores quidã, qui post Pontianũ introducũt Cyriacũ quendã Rom. Pontificẽ, cuius nulla prorsus exstat mentio in serie Romanorum Pontificum à Latinis descripta, vel apud Optatum Mileuitanum, vel Augustinum, aut Crescõnium, aliosue indices Vaticanos, nec apud Græcos, vt Eusebium, Nicephorum Chronographum, & alios: adeo, vt nẽ digna quidem sit, quæ pluribus confutetur sententia; quippè quæ nulla penitus nitatur*

Argumẽta contra Cyriacum.

rationes

ratione, vel testimonio antiquorum, ex commentitijs tantum Actis illis Martyrij SS. Vrsulæ, & Sociarum petita, quæ in nostris notationibus refutauimus; ex ea namque historia de Cyriaco Papa, qui ibi nominatur, falsa hæc opinio fluxisse videtur. Sed nec illa licet adulterina Acta suffragantur, quibus sub Attila Cyriacus ille introducitur. Hactenus ille verbis grauissimis, rationibus tamen infirmis Pontificatum, & Martyrium ereptum Cyriaco: quia recentiores dicunt; quia Catalogus Pontificum apud Latinos & Græcos eius non meminit; quia caret ratione & teste vetustiore; quia ex solis commentitijs Actis Vrsulanis prodijt; quia hæc ipsa Acta Cyriaci, Pontificatum euertunt. Singulas has rationes cum alibi fusius persequar, hic breuiter tantum illuam: *Recentiores ait introducunt*; imò vt alios taceam, ipsi testi Galfredo, quem unum, & solum habet, & sequi videri vult autor, ac *peruetustum* scriptorem nominat, ipsi inquam Galfredo testes coæuos octo profero libro vndecimo, omnes pietate, integritate, fideq; illo maiores: In his S. Benedicti familiam professos 6, Gerlacū & Harbernū Abbates, Galfredo viuo Electoris Colon. Archiepiscopi absentis Vicarios, Egbertum Schönaugiensem Abbatem, cum sorore Elisabetha Antistitā sanctis adscripta, ac Theodoricum Æduuum cœnobitam Tuitiensem, qui Cyriaci inuentionem cultumq;, Gerlaci & Harberni nomine literis cōsignauit, B. item Hermannum & Richardum Præmonstratenſis, ac Rogerium Cistercienſis Ord. Religiosos, qui omnes coæui Galfredi, Cyriaci Papæ vel in suis scriptis, vel ijs, quæ aliorum imperio scripsēre, faciunt cum laude mentionem: verba singulorum lib. vlt. recitabo. Proximo à Galfredi seculo eundem Pontificem Max. agnouerunt Martinus Polonus Consentinus, Iacob. de Voragine Genuensis Archiepiscopi, Robertus Alisiodorensis, Albericus Trifontanus, Vincent. Belluacensis, Thomas Cātipratanus Proepiscopus, Sequenti. seculo Canonum interpretum primipili Ioannes Andreæ, Albericus Rosate, Augustin. Triumphus, & ipsa Glossa Iur. Can. recepit, vt postero seculo Geminianus, S. Antoninus Archiepisc. Florētinus, Turrecremata Cardinalis, aliiq; omnium ferè nationum Archiepiscopi, & verum Vrbis Rom. Pontificē, & Martyrem Cyriacum sunt veneratī; quæ cum li. 1. & vlt. fusè demonstrentur, nolo hic esse longior, interim hoc iterum vrgeo, neminem mortalium, nec Galfredum quidem, aut tres eius asseclas Polydorum Virumnium, & Trithemium ante autorem hunc cum ipso in Vrsulana narratione consensisse.

1. 2. 3. 4. 5.

Refutatur prima ratio.

Cyriaci defēsores antiqui. 8. Coæui Galfredo.

Archiepiscopi & Episcopi. Canonum periti.

Altera eiusdem ratio, *quia Catalogi Pontificum Græci, & Latini, Cyriaci non meminerunt*, atqui vt antea prolixè recitaui, Felicis Papæ, & Martyris neque Optatus, neq; S. Augustin. mentionem facit, quia viuo Liberio relegato præsedit; de quo ita alibi: *Totum illud biennium, quo sedit cum Liberius Beroæ exularet, nequaquam in numerum Annorum (Felicis) computandum. Quod si etiam velimus accedente confessione Liberij ipsum Romanæ Ecclesiæ præfuisse, certè non Episcopus, sed Chorepiscopus dicendus fuit, cum viueret adhuc Liberius legitimus Ecclesiæ Pontifex: dicebantur autem Chorepiscopi Vicarij Episcoporum, qui tamen erant Episcopi consecrati, conferreq; Ordines sacros poterant.* hæc de Felice, quæ ego Cyriaco Pontificis Pontiani Vicario possum accommodare, cuius cum administratio exulis, & superstitis Pontiani annis includatur, ideò cum Felice eum nec Optatus, nec Augustinus; sed Pontianum tantū, & Liberium nominant, repeto verba: *Felicem sedisse annum, & tres menses*, (vti Cyriacus) *ob breuitatem igitur temporis sedes eius, quod & habetur inclusum Pontificatui Liberij, inde factum reor, vt cum Optatus Mileuitanus li. 2. tum etiam Augustinus cum recensent seriem Romanor. Pontif. post Liberiū Damasum (omisso Felice) successisse tradant.* Idem cadit in Pontianum, qui ante Cyriacum sedere cœpit, & post eius mortem diebus 29, vt pluribus placet superstes mansit, vnde huius Pontificatui tantillum Cyriaci temporis includitur.

Confutatio 2.

Negat tertiò idem scriptor Cyriaci Pontificatum, & Martyrium ratione, vel testimonio antiquorum stabiliri: de testimonijs antiquorū, & æqualium Galfredi iām dictū est, alibi ad 40. vetustos satis adferā. Ratio tam clara Cyriacū probat Papā, & Martyrem, quam Felicem. Cōtra Felicem, vt vidimus, volumen scriptum, inspecto Felicis Papæ, & Martyris titulo sepulcrali suppressū est, *Stylusq;*, vt piè fatetur, *Christiana modestia repressus, quem Zelus veritatis acuerat*, vt se *vna* ait *cum ipso triumphū agere existimarit autor, vinciq; se à Felice felicissimè putauerit.* Simile cedo titulum sepulcrale

Et 3. Rationis.

Ratio pro Cyriaco.

S. Cyriaci Papæ Martyris, nõ iam recens; sed à quingentis annis è terra erutum. An. 1155. eo ipso tẽpore, cum Galfredus contra Martyrium Vrsulanum, & Cyriacũ figmentum publicaret, æq; opportunè, cuius hæc fuit epigraphe: *Cyriacus Papa Roman. qui cum gaudio suscepit sanctas Virgines, & cum eis Coloniam reuersus Martyrium suscepit.* Hunc titulũ à plurimis Cardinalibus, Archiepiscopis, Canonum Doctoribus, Chronologis, Theologis, & Historicis iam inde à Galfredi æuo ad A. 1580. vsque, & tam à glossa Iuris Can. quàm in lectionibus Romani Breuiarij de S. Vrsula proprijs receptum prolixè alibi demonstraui; imò & diuinis varijs oraculis certis approbatũ ostẽdi, vt testatior huius, quam ipsius S. Felicis tituli veritas debeat existimari: quem titulum si vidisset Auctor, non dubito sententiam Christiana modestia retractasset & stylum repressisset, ne quarto loco tam abiectè de Actis S. Vrsulæ loqueretur, eaque *commentitia & adulterina* diceret, sine antiquorum testimonio. Qui enim attentè, si nihil aliud libeat, solum librum nostrum vltimum euoluerit, si vndecim populorum traditiones, 30. locorũ vestigia, tot inscriptiones tumulorũ inspexerit, si testes Galfredo ipso septingentis annis vetustiores legerit, si antiquissimam S. Vrsulæ historiã à S. Cuniberto circa An. 640. vt putatur scriptã (quam exploratissimũ est æuo Galfredi antiquam Passionem S. Vrsulæ fuisse nominatam) nunquam in animum inducet suum, vt ea acta tot firmamentis solidis, humanis, diuinis, & iuratis stabilita vocet *adulterina & commentitia.*

Refutatio 4. rationis.

Deniq; non *inter se pugnant ea Acta*; non vetus S. Cuniberti historia, non S. Elisabethæ, & B. Hermanni oracula diuina; non Vincent. Belluacensis, non S. Antonius (qui gesta S. Vrsulæ casta, sincera, & germana vulgarunt) volunt Attilæ tẽpore; sed longè antè Pontiano Pontifice A. 237. contigisse, quibus traditiones Basileensium, Argentinensium, Colonienſium, & Rhenensium suffragantur, vnde potuit, & debuit S. Cyriacus Papa, non nisi Pontianum inter & Anterum collocari, quæ omnia suis locis accuratè discutientur. Quocirca, vt modestè dicam, quod sentio de tanti viri sententia (cuius alias vitæ integritatem amo medullitus, & eruditionẽ suspicio vehementer) amore veritatis, quã & ipsum in cœlis credo agnoscere, & vt testatior fiat mundo peroptare; dico nimium videri locutum dum ait: *Adeo vt ne digna quidē sit, quæ pluribus confutetur sententia* (de Cyriaco) *quippè quæ nulla penitus nitatur ratione, nec antiquorum testimonijs, ex commentitijs tantum Actis illis Martyrij S. Vrsulæ & Sociarum petita, quæ in nostris notationibus refutauimus.* Sed huic refutationi abundè spero satisfactum esse.

Responsio ad 5.

Grauior cẽsura Auctoris est de Vrsulanis actis quã moriantur.

Vna restat contra eundem querela, quod vti Martyrologij Romani correctionẽ ipse ad suam voluerat sententiã accommodari, ita apud Magistrũ Sacri Palatij pervrsisse videatur, vt glossa Ioan. Andreæ, quæ ducentis & quinquaginta prope annis corpori Iur. Canon. inserta, Martyrium, & Pontificatum Cyriaci tuebatur, in noua editione fuerit prætermissa. Quod sanè vulnus grauissimum iudico gestis Vrsulanis inflictum: vt qui salua Iuris glossa Pontificatum Cyriaci legitimũ, & ordinariũ defendere cum multis potuissem, iam cogar ad Vicariatum confugere, relegato Pontiano: Cõfido tamen fore aliquando; vt si causæ æquitas pro S. Cyriaco, & gestis Vrsulanis litibus hactenus motis compositis, & sedatis æqua lance suis momentis expendatur, cuncta sint in integrum, quoad Martyrologium, & juris Canon. glossam, restituenda: quem multi volunt in extrema senecta à se dicta contra historiam Vrsulanam reuocasse, vt Sacrarium Colonienſe etiam insinuat.

CAPVT XV.

Marci Velseri opinio: is Martyrij locum vocat Prætorium Agrippinæ.

POst A. 1580. vulgata noua sententia contra Vrsulanam veterem historiam, eam amplexus est M. Velserus, de quo dictus Auctor. *Quibus accedent, quæ vir nobilis, & cumprimis diſertus M. Velserus in fragmentis itinerariæ antiquæ tabulæ ſumma peritia illuſtratis, haud pridem edidit: vbi agit de Prætorio Agrippinæ ad mare ſito; cuius ſententiæ antiquorum monimentorum fide certâ teſtatæ, haud inuiti ſubſcribimus: tu velim ipſum conſulas:* Consului sanè, nec dubitaui præter Galfredum vetustissimos quosque testes à Velsero excitandos, qui adstipularentur: nec

rium quidem in prolixa,& disertissima oratione reperiri , nec minimum quidem firmamenti accessisse , quo prior sententia solidetur : quatuor tantum debiles coniecturas obseruaui orationi copiosissimæ , & ornatissimæ illigatas , vt me ipsum prima verborum grauissimorum lectio perculerit : quam vt ad Dialecticorum ratiocinationes reuocaui , verborum tantum amplissimorum collectionem deprehendi , quæ circa vocem Prætorij Agrippinæ occupatur. Et sanè si eam vim eius rationibus inesse credidit , cur more suo , non aliquot earum libro suo inseruit , vti totam Lindani narrationem suis scriptis illigauit ? vel saltem momenta earum præcipua insinuasset : Ego totam viri disertissimi orationem recitabo , ne quid audacius , quam verius dixisse videar,inuitus tamen cogor rationes tanti viri infirmare:sola defendendæ gloriæ cœlitum inductus ratione.

Prætorij Agrippinę quis conditor. Putatur Agripina. Coniecturæ.

Prætorium Agrippinæ Tacitus Annal. 12. Agrippina quo vim suam socijs quoque nationibus ostentaret, in oppido vbiorum, in quo genita erat , Veteranos Coloniamque deduci impetrat , cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. Ego eandem ambitionem in Coloniæ , & huius prætorij nomine valuisse sentio: neque enim valde ambigo Prætorium etiam id Agrippinam Germanici filiam pertinere. Certo fortassis consilio Batauiam ostentationi delegit imperiosa , & sagax mulier , quo apud illam gentem venerationem augeret ; ex qua Augustorum, Augustarumque corporis custodes. Reliquiæ in Romæoburgo supereſſe videntur,situs conuenit,& nomen Romanam antiquitatem præfert. Iunius cap. 18. Batauicæ historiæ ostendit ante annos 80. refossis fundamentis varia antiquitatis monimenta id loci fuisse. Præter imbrices literatos,& figlina opera,etiam ærea signa,atque argentea numismata;quin & prægrandem gemmam,quæ omnia fidem faciunt,aliquid supra militare præsidium ibi stetisse.

Caret veterum testimonio. Locꝰ Martyrij Vrsulani iuxta Velserum.

Adde Cornelium Aurelium: is è Romanis Scholam addiscendis Latinis literis ibidem constitutam scripsit. Cuius etiam Bonauentura Vulcanius meminit: Etsi ego sine graui , & antiqui autoris testimonio nihil huius assertum velim meo periculo : ab alijs telonium Romanum dictum animaduerto. Ad hoc Prætorium reuocanda est cædes Virginum Britannicarum,quam ab Hunnis Coloniæ Agrippinæ patratam fama ex nominis errore orta proditum. Id Gaufredi Asaphensis vetusti Scriptoris fragmentum suadet , quod Cæsar Baronius omnis antiquitatis peritissimus , & restituendæ præcipuè Ecclesiasticæ historiæ natus , ex Vaticana Bibliotheca dedit,nos huc transferimus. Cum Maximus &c. Pergit hic verbis c. 13.allatis narrationem Vrsulanam recensere , qui si verba Galfredi attulisset, toto diuersam cœlo obseruasset. Sisto hic gradum , vt primæ coniecturæ vis intelligatur,hoc argumẽto comprehensa.Prætorium Agrippinæ fuit aliquando circa mare, vt tabula itineraria Peutingeri docet;sed cædes Virginum facta est circa mare , vt Galfredus narrat : ergo facta est circa Prætorium Agrippinæ:sed clarum est quomodocunque formetur ratio , consecutionem hanc similemve Dialecticis improbari. Negas Velserum adeò ieiunè stricteque argumentari. Fateor: sed cum rei veritas ad lydium expenditur lapidem,verborum inuolucris & integumentis est exuenda,ne lector circumueniatur. nam vt rectè Velserus hoc eodem loci notat,*diserti homines dicendo efficiunt,vt res incertas,dubias,falsas etiam & temerè confictas eleganti-bus verborum coloribus circumvestitas pro certis & firmis persuadeant.* Demus tamen Velsero,cum tabula itineraria scriberetur, locum aliquem ad mare fuisse Prætoriũ Agrippinæ nominatum:at quodnam illud sit , quo tempore vel auctore constitutum controuertitur. Nego tamen Anno 237. quo nos S. Vrsulam occisam dicimus, aut A.383.quo Galfredus,& Velserus,ibidem id exstitisse:licet enim audacter Velserus conijciat ab Agrippina fuisse conditum,vt vidimus: rectè tamen subdit: *Certo fortassis consilio Batauiam delegit : &, Ego sine graui , & antiqui autoris testimonio nihil huius meo periculo assertũ velim.* Itaq; cum nec audeat asseuerãter id ipse suo periculo primus dicere,nec se vetustiorẽ laudare valeat testem; ideò Philippus Cluuerius , licet initio propendisset in eandem sententiam ratione nominis prætorij, subdit tamen: *Ambiguus est, & incertus huius prætorij conditor:nam si alterutra Agrippinarum,siue Claudij,siue Neronis vxor hoc prætorium condiderit , miror sanè nullam apud Tacitum in rebellione Batauica per Brinionem excitata fieri mentionem. Nam & hoc haud*

Vis primæ rationis infirma.

Tempore S. Vrsulæ nullum in Batauia prætoritũ Agrippinæ.

Phil. Cluuer. l. 2. de Germ. c. 36. & lib. de alueis Rheni c. 16.

haud dubiè Batani, Caninefatesque expugnassent, vt bina castra infra sita, aut Romani incendissent, vt duo castella iuxta castra posita. Quapropter mihi magna oritur dubitatio, an vlla prædictarum Agrippinarum condiderit. Nec tamen disputo: vnde nomen id post eas acceptum sit, nisi forte aliæ quoque post Neronis vxorem fuerint Agrippinæ.

Quando putetur conditum *Scriuer. in tabulario antiquitatũ, f. 231. p. 269. Iunius.*

Potuit sanè posterioribus seculis ab alio restitui. Sic Petrus Scriuerius autor est, Engistum seu Hengistum Principem horum populorum, qui à Vertigerno vocati, in Britanniam transierunt, Lugduni Batauorum media ferè vrbe Pyrgum seu arcem ædificasse (incolæ Burgum vocant) quod non pauci Romanum opus esse crediderunt, cum tantum fuerit An. 450. excitatum, vt explicat in Batauia sua Hadrianus Iunius. Potuit & post hæc ipsa tempora tale prætorium condi, quod vulgus sine scriptoris alicuius autoritate Romanum opus nominauit. Quid si dicamus, cum nemo vnus autorum veterum eius prætorij meminerit, potueritne, vt centum alia nomina manu recentiore in tabulam incurrere? Quid si via prætoria, vel regia significetur, ea voce, quæ ad prætorium, (quod tunc stetit Coloniæ Agrippinæ) extendebatur à mari, qua legiones Romanæ ducebantur? nam in castris ad vsum militarem rudi opere fuit ea tabula concinnata.

Coloniæ stetit prætorium Agrippinæ. *Suet. c. 8. in Vitellio.*

Conſtat autem in ipsa ciuitate Colonienſi tam ante, quam post hoc martyrium celeberrimum fuisse prætorium, æqualium testimoniis laudatum, de eo sic loquitur in Vitellio Suetonius. *Imperator est salutatus (Agrippinæ) circumlatusq; per celeberrimos vicos strictum Diui Iulij gladium tenens, detractum delubro Martis, nec ante in PRAETORIVM redijt, quam flagrante triclinio, &c.*

Ante & post S. Vrsulam.

In hoc Agrippinæ prætorio Præsides ius dicebant: id post S. Vrsulæ tempora collapsum, restituit Aequitius, vt hæc aræ recens inuenta monstrat inscripito.

Collapsum restituit Aequitius:

DIS CONSER
VATORIBVS. T. AE
QVITIVS CATV
VS LEG. AVG. CVIVS
CVRA PRÆTOR
IVM IN RVINAM
CONLAPSVM AD NO
VAM EA CIEM
RESTITVTVM

Hoc prætorium viginti ante Vitellij dominatum annis deducta Agrippinã Romanorum Colonia videtur cũ aliis quibusdã publicis ædificijs, portis & munimẽtis Agrippinæ iussu splendidè fuisse exædificatũ. Ad hoc frequẽs erat recursus Prouincialiũ 2. Germaniæ ad Præsidẽ, Proconsulẽ, Legatũ vel Ducẽ Agrippinensem. Habemus igitur coæuis testibus Prætorium Agrippinæ non in Batauia: sed Coloniæ: prope q; agnoscimus Virgines necatas. Demus tamen simile in Batauia fuisse, quale opus Velserus optat, & A. 383. eo loci stetisse: ideo Virgines nostras ibi cęsas cõuincetur? quo teste obsecro? Galfredo: bello sanè homine, ad cuius vnius vocem omnes conticescant: cuius cum fabulas detexerimus; nõ est, quod telam eandem retexamus: quamuis nec ipse Germanici, vel Batauici litoris vllam faciat mentionem, solus id & primus contendit recentior auctor post An. 1580. nullo nixus scriptore, nulla probatione. Sed prosequamur copiosam Velseri orationem: nam recentioris oratione decursa subdit. *Habes narrationem illustrem, quæ multorum friuolis coniecturis hactenus miserè lancinata est: nam quod diserti homines dicendo efficiunt, vt res incertas, dubias, falsas etiam, & temerè confictas elegantibus verborum coloribus circumuestitas, pro certis & firmis persuadeant, eius in his ipsis, & in multis præterea Martyrum actis quorundam Scriptorum infantiâ, & inscitiâ contrarium accidit, cum temporum rationem, hominum, locorum, dignitatum nomina permutent, pleraque inepta ex vulgi rumusculis hausta assuant, fit, vt grauissimas historias lectorum ludibrio exponant, & in fabularũ opinionem traducant.* Hæc Velserus grauiter & copiosè; quæ à recentiore paucis comprehensa verbis iam confutata sunt; reliqua persequitur. *Non negauerim Virgi-*

Velseri acrior, quã verior cẽsura de Actis Vrsulanis. *V. c. 13. in confutatione prima Recentioris autoris sub initium.*

virginum historiæ id quoque incommodi accidisse, quod Gratiani reuerentiâ, cui Melga, & Launus militarunt, diu pressa sero in literas relata sunt. Imperitè autem quisquis autor fuit, quod Hunnorum, & Agrippinæ nomen inaudisset, ad Attilam, & Coloniam Agrippinæ retulit, magno temporum, & locorum errore. Ad tempus quod attinet, Gratiani, & Maximi ævum perspicuè ex Galfredo intelligimus: ad locum, Germanicum situs. Lindanus apud Baronium æstuaria Germanica ad Rheni ostia me approbante interpretatur: Sed ea Coloniam vsque pertingere cui fidem faciat? Profectò qui schedas nostras inspexerit, Prætorium Agrippinæ longè rectius accipi fateatur necesse est. Etsi iam 2. Ratio Velseri. *nunc temporis Romæoburgum à Prouincialibus vocabatur (quod quidem non valdè affirmo, verum tamen esse nihil impedit) probabilis erit coniectura, hinc opinionem de Romæ peregrinatione natam.*

Cur serius literis Vrsulanum martyrium sit consignatum, non Gratiani reuerentiæ; sed temporum iniuriæ, Scriptorum Germanicorum, & Gallicorum inopiæ; errarum istarum vastationi toties repetitæ iure tribuimus l. 1. c. 2. interim à mille, & ducentis, ac ante Galfredum septingentis annis vetustiores testes libro vltimo damus, vt eorum respectu Galfredus nouitius sit autor existimandus: & licet imperitè Attilæ tempori, quod rectè obseruat Velserus, à deceptis voce Hunnorum tribuatur: peritè tamen palæstra Colonia nominatur: testes enim coæuos Attilæ laudo, qui Martyrium Coloniæ subiisse, sine dubitatione asseuerant: vt rectius Lindanus, quam Velserus traditionem secutus, ad Agrippinam Coloniam, quam Agrippinæ Prætorium (quod tunc extra Coloniam in Vtopia rectius quam Batauia requisieris) putarit esse referendum. Sed in fine leuius contra nos intenditur telum: d strictius ad leges Dialecticorum sic intorqueo. Non procul à Prætorio Agrippinæ uit Romæoburgum: ergo inde Romana Virginum peregrinatio fuit excogitata. Huius antecedens tam dubium, ipse facit Velserus, vt de eo pronunciet: *Quod quidem non valde affirmo, verum tamen esse nihil impedit.* Id igitur nec autor quisquam Velsero vetustior docuit; nec ipse audet adstruere. Quid mirum friuolam inde consecutionem, & coniecturam duci? Rectè *non valdè affirmat* Velserus: nam & quid voce Romæoburgi veniat, nimis quam controuertunt Historici, & Geographi recentiores, ij tres in classes diuiduntur. 1. cum Philippo Cluuerio profitentur Romæoburgum idem cum Armamentario esse, eo, quod Cornelius Aurelius putet eo loci Septimij Seueri erutam inscriptionem, & propè id fuisse à Romanis Scholam iuuentuti Batauicæ erudiendæ excitaram, qua de nimis gloriatur Aurelius, vt Bonauenturam Vulcanium Patronum erroris (de schola) fecerit.

Confutatio.

Quid & vbi Romæoburgum. 1. Sententia cũ armamentario cõfundit.

Alij cum Hadriano Iunio & Petro Scriuerio armamentarium confundunt, cum arce Britannica (vulgò *Brittenburgh*, vel *t' huus te britten* vocant) ijsdem moti rationibus, quibus ductus Aurelius Romæoburgo eadem imperitè attribuerat: Stat enim pro arce Britannica potius inscriptio Septimij ex arce Britannica sublata, & Schola seu gymnasium illud militaribus potius meditationibus, & tirociniis, quam literariis tribuebatur, vt rectè Scriuerius adnotauit. Sunt, qui adiocularem Caij Caligulæ expeditionem referant, in qua ridiculus Imperator conchas marinas, tãquam Oceani spolia colligi ab exercitu imperauit: quasi ibidem Pharum, seu turrim altam excitarit, quam lapsu temporis vetustate fatiscentem Septimius Seuerus reparauit: eam hac forma Scriuerius repræsentat. IMP. CÆS. L. SEPTIMIVS SEVERVS AVG. ET M. ANTONIVS CÆS. COS. XV. VOL. ARMAMENTARIVM VETVSTATE COLLAPSVM RESTITVERVNT SVB VAL. PVDENTE LEG. PR. PR. CVRANTE CÆCIL. BATONE PRÆ.

2. Sent. *In tabulario antiq. Batau. à pag. 220. & seq. p. 176. 182. & 193.*

Addunt nonnulli verba septem alia, quæ videntur alteri fuisse literato lapidi insculpta.

Tertia

Tertia classis medij æui historicos continet Sigebertum, & Hermannum Contractum: ij pro Romæoburgo videntur Rinoburgum vsurpare: Quæ si ita sint: cum tam dubia sit Romæoburgi explicatio, & situs apud omnes, ipso nutante fundamenti architecto Velsero, dum ait *non valde affirmo*: cur fidem tam leui coniecturæ tribuamus? at *veruntamen* ait *esse nihil impedit*. Imò verò multum impedit, si antiquissima S. Vrsulæ historia aliquot centuriis testium confirmata, futili coniectura, commentitioque Romæoburgo conuellatur. Quasi quia Romæoburgum aliquod dubium sit, peregrinatio Romana 70. iuratis firmata testibus sit exsibilanda. Sed absoluamus argumenta reliqua æque tenuia.

3. Velseri ratio.

Nam Bonna ex Veronæ nomine fluxit, cum Virgines Veronam primum appulisse antiqua historia narret. Et Verona in hoc litore Vrbs opulenta, & florens steterit, quod Hadrianus Iunius atque Suffridus obseruauêre. An & Basilea à Prætorio? (nam Basileam vsque Vrsulam aduerso Rheno nauigasse volunt) non affirmatè dixerim.

Confutatur.

Tertia ratio. *Verona est apud Frisios: Virgines appulerunt Veronæ, vt vetus habet historia, ergò apud Frisios.* Do Iunio, & Suffrido Veronam esse apud Frisios. Nego & pernego veterem historiam, vel è ducentis quos lib. vlt. recensebo aliquem Bonnæ vel Veronæ in Vrsulana historia meminisse, doleo Velserum virum sanè doctissimum in hunc errorem, non consultis fontibus, ab Acatholicis Hadriano Iunio, & Vorstio inductum incidisse: cum trium tantum locorũ transalpinorum historia vetus Vrsulana meminerit. 1. *Tielæ* oppidi ad Wahalim siti, quem Geldriæ portum Lindanus vocat, ibi Virgines itineri necessaria facta exscensione coëmerunt 2. *Coloniæ Agrippinæ*, vbi pernoctarunt, & S. Vrsulæ diuersorium supereſt: sicut & *Basileæ*, qui *tertius locus*, in quo relictis nauibus pedites iter Romanum sunt auspicatæ: nullus hoc in Martyrio, vel peregrinatione Bonnæ, vel Veronæ, facit mentionem, vt alibi dixi.

4. Rationi satis fit.

Quarta ratio, quæ Achilles esse debuit, reliquis infirmior est. *Prætorium Agrippinæ opus fuit regium Græcè βασιλικὸν: ergo profluxit inde Virginum nauigatio Basilean versus:* timidè tamen Velserus concludit, *non affirmatè dixerim*: & cautè. Si enim vel fuisse ea tempestate Prætorium ibidem loci controuersum sit, dubiam coniectura facit illationem. Nobis verò Basileæ fuisse Virgines indubitata demonstrant quæ ibi hodie visuntur impressa peregrinationis vestigia, & 70. iurati testes, qui à maioribus loci inquilinis acceptam traditionem iurisiurandi religione confirmarunt. Clausulam nunc Velserianam audiamus. *Vnum Agrippinensibus libenter largimur, pleraque Virginum cadauera ad illorum Vrbem, quæ inprimis ampla, & potens, atq; cum reliqua Gallia in Maximi potestate esset, venerationis causa delata.*

Hoc quam incredibile sit libro primo discussi: Ego nunquam adducar, vt credam vndecim millia Virginum, & cum reliqua turba supra 14. vel 30. millia, vel vt Galfredus 71. millia numerat, ita cum sanguine, & puluisculo omni per 36. milliaria Germanica summis impendiis: hoste à Gratiano conducto omnia infestante, ad Agrippinam Maximo studiosam vrbem delata esse: in agris tamen tantummodo condita, vt ne vestigium quidem istius Martyrij, nec officulum tot millium ibi remanserit; & necesse fuerit omnes Vrsulanarum Martyrum reliquias Colonia petere? Repeto nunc quæ de his rationibus recentior auctor dicit pro suæ sententiæ firmamento. *Quibus accedent, quæ Velserus edidit: vbi agit de Prætorio Agrippinæ ad mare sito, cuius sententiæ antiquorum monimentorum fide certa testata, haud inuiti subscribimus; tu velim ipsum consulas:* ego sanè nullum nec antiquum, nec recentiorem, Velserum extra, testem video, qui tempore Martyrij huius dixerit affirmatè, ad mare illud Agrippinæ prætorium fuisse collocatum: constat autem æqualibus ferè scriptoribus Coloniæ fuisse. Fateor inuito & reluctante calamo hæc me contra tantos viros solius amore veritatis scribere debuisse.

Velseri opinio & rationes nihil iuuant Recẽtioris sententiã.

* * *

CAPVT

CAPVT XVI.

Contra Scotiæ historicum Ioannem Maiorem.

INsulæ Britannicæ tribus potissimum regnis dispertiuntur, Albionis seu Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ: singula S. Vrsulam sibi, & vndecim millia Virginum vindicant. hactenus Galfredum Britonem pro Cornubia Angliæ regno audiuimus. cotos nunc, Maiorem, Hectorem, Leslæum auscultemus, quibus D. Fleien dstipulatur: ij non veteri Scotiæ (quam hodie Hiberniam dicimus) sed ouæ, quæ nomen adhuc retinet, origine, vel sanguine attribuunt, duce Ioanne Maiore, qui circa Ann. 1530. vixit, cuius talis est narratio; *Anno Domini 225. Vrsula, & vndecim millia Virginum, cum ea in Aremoricam duci debebat, vt viros illic haberent, quia tempestate illa Aremorici Francas mulieres recusarunt. Super Tamasiam lumen naues virgines ingressæ sunt, impetu venti per Rhenum iactatæ ad Coloniam deuenerunt, cum quibus Conanus terræ Rex, & eius frater Elga cum suis clientibus rem habere volebant, quibus pro virili virgines resistebant, propterea à tyrannis occisæ sunt. Hæc S. Vrsula filia fuit Dionethi Britanniæ Rectoris, & Scotorum regis ex sorore neptis. Post hoc tandem exercitum Conanus, & eius frater Elga colligunt, vt harum Virginum patriam perderent: Britanniam ingressi, Vrbes, arces, & potissimum Ecclesias (quia infideles erant) euerterunt, & Christianos passim in ore gladij percusserunt. Tunc S. Albanus passus est. Tandem quidam Romanus in Britanniam veniens, Conanum fugat, & Britonum coronam sibi vindicauit: qui tandem ob demerita à Britonibus occisus est. Quo occiso in Britanniam iterato Conanus rediit, & plus solito nocuit. Tunc regem Armoricorum, hoc est paruæ Britanniæ Alâregum nomine Britones adierunt, eius opem imploraturi, qui proprium fratrem Constantium in Britanniam mittit, qui Conanum occidit, & omnes infideles trucidat. Quo facto Constantius rex Britonum effectus est, hoc est illius plagæ terræ in insulâ, quam Britones primi occuparunt.* Hæc est Ioannis Maioris Rhapsodia figmentorum, & portentorum, quæ tam inter se, quam cum plerisque Britanniæ scriptoribus pugnat: conflaturque ex quatuor ferè dissonis opinionibus, parte singularum decerptâ: nam in quibusdam, vt tempore, noui commenti autor est. Galfredus Anno 83. vult accidisse; Hector, & communior sententia circa annũ 453. nostra sententia An. 237. cui tamen propius accedit Ioannes Maior, qui A. 225. factum id existimat, errore lapsus, quia legerat Alexandro Seuero imperante vel recens occiso Virgines martyrium subijsse, qui circa hunc annum, vel paulò citius imperij suscepit gubernationem:

Lib. 1. de gestis Scotorũ cap. 14. Narratio Ioannis Maioris. Censura. Miscet 4. opiniones. Tempus commentitium.

Causam profectionis decerpsit ex Galfredo, ac Boëthio, ducis tamen nomen supprimit, qui Romanum imperium violenter inuaserit; hunc Galfredus Maximum; Hector Maximianum nominauit. Causa è Galfredo est petita.

Tertiò causam euocationis mulierum è Britannia, nec clarè satis explicat, nec satis verè. Clarius Galfredus, & Hector, non pro Aremoricanis inquilinis, sed præsidiarijs Britannis, qui terram inuaserant, petitas volunt, vt ijs coniugio fœderarentur. Verius etiam videtur à Britannis Francas mulieres non esse repudiatas, quando Francorum nomen tunc imperio Romano ferè ignotum, Probo tandem Imperatore cœpit Latinorum scriptis inclarescere, vt aniles sint fabulæ, quæ ex Hunibaldi, aut Ioannis Viterbiensis quisquilijs obtruduntur. De quibus consule lib. 2. cap. 31. Francorũ origo.

Quartò in nauigationis exordio ab eo dissentio: vult enim cum Galfredo è

Tamesi soluisse: ego malo ex Hibernia classem deducere: nec ei assentior, vel v
lus alius, dum iactatas per Rhenum vult tempestate.

Quintò regem hactenus incompertum circa Coloniam (quam Romani pra
sidio tenebant) locat, & Conanum appellat, nullo teste: suum Conanu
regem in Aremoricam transfert Galfredus. Ego sponsum etiamcam ante Bapti
mum hoc nomine nuncupatum: Alterum regem ei iungit Elgam, hunc Ga
fredus Melgam nominat, eumque Hunnis præficit, non Vbijs & finitimis p
pulis.

Sextò Scotis S. Vrsulam asserit non originis sed sanguinis propinquitate. It
rum sine teste.

Septimò Conanum scribit cum fratre Britanniam ingressos, fœdum in mo
rem cuncta deuastasse: qui à Romanorum duce profligati, eo demortuo rursu
insulam occuparint. Poterant hæc cadere fortè in abitum Maximi è Britannia, po
quem variè vexati & attriti ab hostibus, à Romanis sæpius conatu semper irrito fla
gitarunt auxilium, vt non sine lacrymis describit Gildas, & conqueritur Beda: at su
Alexãdro A. 225. per sequentes annos decem, Lampridio teste, Romani sic armis v
guerunt in Britannia, vt longè vltra murum à Seuero & alijs erectum in terras ho
stiles excurrerent, sedesque sibi nouas quærerent, postea præsertim, quam Alexan
der edicto promulgauit, vt quidquid soli ex hostico Romani duces, & milite
occuparent, id omne possent hereditario iure ad posteros suos transmittere.

Gil. libello de excid. Angl. p. 4. Beda l. 1. c. 12. hist. Eccles.

Octauò, malè coniungit Maior S. Albani martyrium cum Vrsulano, vt in ap
pendice fusius declarabo: nam omnium consensu tempore Diocletiani coronati
ille scribitur.

Malè iungit S. Albani martyriũ Vrsulano.

Nonò verosimile non videtur, quod Maior addit, Britannos auxilio à rege A
remoricorum impetrato Constantium regis eiusdem fratrem, Conano socijsqu
eius infidelibus occisis Regem accepisse, qui Britanniam insulam iam hostibu
liberatam habitauit: & hæc quidem nullo teste vetustiore laudato, Roman
vbique dominantibus: id tamen si factum velimus, haud sanè potuit esse diutur
num, si vera Camdenus in sua Britannia folio 46. scripserit, Romanas legiones cir
ca Annum Christi 446. ex Britannia in Galliam profectas, eò nunquam rediisse
sed Saxones cum socijs in auxilium vocatos breui in eos, qui vocauerant pace cu
hostibus inita conuertisse arma: donec oppressis, & eiectis Britonibus, terris diuisi
Heptarchiam inter aduenas constituerent, quam nunc in Monarchiam conuersan
adiecta Hibernia, & Scotia cernimus à magnæ Britanniæ rege pacificè possideri.

CAPVT XVII.

Narratio Hectoris Boëtij, & Leslæi Scotorum: docuit ille Parisiis circa An. 1521.

HECTOR Boëthius floruit An. 1525. orator disertus: sed *infidus*, ait Stanihurstus, *historicus*, nouæ de S. Vrsulæ martyrio fabulæ architectus, S. Vrsulam vult Fergusij Scotorum Regis sororis, & Dioneti Cambrorum Regis filiam fuisse, fa cit is in capitibus cum Galfredo, temporis tamen, loci, & Tyranni, qui inuasit imperium adiuncta mirè sic variat: *Cassio* ait *Romanorum duce in bello contra Dionetum eiusque socios Scotos & Pictos deuicto, Maximianum Valentiniani tertij Imperatoris necessarium ab Aëtio Romanorum in Gallia id temporis Duce fortissimo, in Britanniam cum militum supplemento missum, atque à maioribus insulæ cum gaudio susceptum, prælio cum Dionetho socijsque gesto victoriam reportasse. Audita autem Bonifacij in Africa, & Francorum in Gallijs rebellione, commotus, pace cum Dionetho socijsque*

Fabula Hectoris.

ctiſque ſancita, Othiliam eius filiam matrimonio ſibi copulauit, atque Eugenio Scotorum ege poſt Ferguſij ſecundi mortem in patris locum Anno 430. ſuccedente, fœdere etiam cum cotis Pictiſque inito purpuram ſumſit, eſtque Auguſtus ab ipſo exercitu appellatus. Poſt æc Britannia Dionethō commiſſa, Aremoricos ſtatim inuaſit, qui a Valentiniano deſerti, n eius poteſtatem initio conceſſere; ſed illo bellis impedito, Aëtij pollicitationibus erecti, æſis præſidijs, quæ Maximinianus ad terræ à ſe occupatæ tutelam reliquerat, in libertatem eſe vindicarunt. Qua rebellione iratus Maximianus, expugnatis Rledonibus, eodem euertit, Aremoricos, ne pueris quidem & mulieribus parcendo, ita deleuit, vt ne terra rorſus vacua (dum alia bella proſequitur) remaneret, neceſſe fuerit, nouos incolas (centum millia fuiſſe nonnulli ſcribunt) è Britannia accerſere, quibus Conanum nobilem Britannum, Dionethiqúe neceſſarum regem præfecit, prouinciamqúe Britanniam à nouis incolis appellauit. Sic Aremorici & nomen & patriam amiſere. Conanus verò Rex, ne regnum recens onditum ſine ſpe prolis interiret, feminas, pro ſe ſuiſque ex Britannia mitti per Legatos oſulauit. Miſſa eſt cum alijs plurimis Vrſula Chriſti ſacerdos, ſingularem ob pietatem omibus venerabilis, cœnobio vbi perpetuæ virginitati vltro addicta, ſacris miniſterijs inſtebat, extracta vi, nauim conſcendere eſt coacta, ne Dionethi, regis propago deficeret (nam Othilia Maximiani coniunx, altera Dionethi filia, abſque liberis dudum fatis conceſſerat) vt viro matrimonio copularetur. Secutus traiectus eſt, etſi Britonibus parum acceptus, Vrſulæ tamen & permultis, quæ cum ea vehebantur Virginibus gratus. Eumuerò aduerſo flatu cum in Aremoricam tenderent, in Rheni oſtia non ſine vitæ diſrimine omnes, qui in claſſe erant ſunt compulſi. Vbi feminæ in continentem expoitæ, quoniam maris ſæuitiem ferre nequiuiſſent, Aremoricam terreſtri itinere proſecturæ, ſeu Romam (vt alij ſcribunt) Vrſula videlicet cum multis Virginibus ſodalibus ſuis connubia illa religionis cauſa auerſante, & propterea profectionem in Aremoricam deuitante; ab Hunnis mox Galliam Attila duce terribili aſſultu infeſtaturis apud Coloniam Agrippinam pudicitiam tueri conatæ, felices Chriſti ſponſæ ad vnam omnes ſunt interfectæ. Effecta eſt harum tam SS. Virginum, (poſt annos pluſculos) fama tam celebris per orbem, ad poſteritatem, vt in earum memoriam Chriſtiani ſacra ſolennibus ceremonijs quotannis peragant. Hæc eſt Hectoris Boëthij narratio diſertior, quam verior.

Principio nouitius hic autor, centum abhinc annis cum Pariſijs profiteretur, iam tum fluxæ fidei coæuis habebatur. Eius enim de Scotiæ origine, & nomine ſententiam cum ex Georgio Buchanano, & Humfrido Richardus Stanihurſtus velut Poëtriæ cuiuſdam fabulam reiecíſſet, ſubdit hoc ſuum de tota eius ſcriptione iudicium: *Etſi verò Hector Boëthius huius ſeu rei fictæ, ſeu fabulæ non eſt architectus, tamen totam narrationem mendaciunculis more ſuo perſpergit: Magna quidem ambitione ſcriptor ille de gentis ſuæ gloria laborauit; in quo ſanè conatu, & patriæ dignitati, & ſuæ exiſtimationi parum conſulit: hoc enim iam apud doctos eſt aſſecutus, vt cum veritatis gratia ſcripſiſſe omnia videri velit, nihil ferè verum arbitrentur, quod ille ſcripſit*: addit in margine hanc notam: *Hector Boëthius infidus ſcriptor.* Quod ſi ergò nec Patriæ res notas ſcribenti fidem tribuendam docti coæui eius cenſuerunt, quid ponderis, & momēti habebit narratio, qua refert ea ſine teſte, quæ mille & trecentos ante annos in locis exteris, & diſſitis contigerunt?

Confutatio.

Fidē eius deſiderāt ſcriptores.

Stanihurſtus.

Docti alij.

Laudat Hector autores peruetuſtos, à quibus vult ea, quæ ſcribit hauſta eſſe, & in epiſtola ad Iacobum Scotiæ regem, & cum initia Romanæ Vrbis Imperatorum perſequitur, qui Britannias Imperio ſubiecerunt: In his verò Strabonem, Tacitum, Suetonium, alioſque nonnullos enumerat, quorum qui libros inſpexerit, videbit perpauca ſanè, nec niſi generalia quædam eos de rebus Britannicis potius delibaſſe, quàm ſcriptis eſſe perſecutos. Quod ſi res anceps, & controuerſa narranti incidat, in cuius deciſione Hector abit ab aliorum ſententijs in diuerſa: nullis teſtibus, vel argumentis propoſitis, ne coniecturis quidem, ſuo rem omnem definit arbitratu: Id ex hac qua de agi-

Hector infideliter citat autores.

mus Maximiani (prout à Clemente Maximo distinguitur) contra Aremoricos expeditione (quam ad Attilana reuocat tẽpora) colligere licet. Laudat in præfatione Lampridium, Herodianum, Claudianum; qui nec nominis quidem Maximiani meminerunt. Iactat Galfredum, Paulum Diaconum, Sabellicum: at illi omnes ad Maximum, & Gratiani tempora referunt Aremoricanam expeditionem; quam verè, vidimus alibi. Restant ergò soli libri, quos ex Iona insula se accepisse magnifice gloriatur: id cuiusmodi sit, penitius inspiciamus.

Lamentatur in dicta præfatione ad regem Scotiæ, Eduardi primi (quem Polydorus Virgilius Anno 1278. regem vulteſſe Angliæ renunciatum) funestam sanctionem, qua decreuit vetera Scotiæ monimenta flammis abolere: fusius id lib. 14. folio 298. exsequitur; *quem laborasse* ait, *ne vllum deletis historijs regni vestigium remaneret, exceptis ijs; quæ in Iona insula condita latuerunt.* De quibus in præfatione inquit. *Quamobrem nisi Iona eos* (libros) *nobis seruasset, omnis prorsus originis nostræ, ac tantarum rerum gestarum memoria inuidia quorundam, aut temporum edacitate obliuione obruta iacuisset.* Atqui idem lib. 7. fol. 114. conqueritur è cista, quam Fergusio Alaricus rex Româ vastatâ donarat, ad se perlatos libros, nulli vsui esse potuisse, nec palmæ magnitudinẽ superasse, in quibus nec decimum legi verbum possit: *Tandem* ait, *obtinuimus vt antiqui Codices, qui quinque illic Romanis characteribus essent exarati, ad nos fideli nuncio Aberdoniam deferrentur: Ergo anno Christiano quinto supra millesimum quingentesimum ac vicesimum, vetustissima quædam Codicum, ac pauscula fragmenta, quorum vix aliquod palmæ superabat magnitudinem, dura, & inflexibili pene membrana mira arte, ac diligentia, vti ex characterum elegantia facilè dignoscitur conscripta vetustate, vel custodum potius incuria adeò erosa, vt vix decimum quodque verbum legere possis, recepi:* an ex his, vt iactat, fragmentis, originem Scotorum, & gesta concinnauit is, qui subdit *Romano more, Romanis de rebus conscriptos libros fuisse?*

Contradicit sibiipsi.

Lib. 7. fol. 114.

Iactat etiam Hector Turgotum Dundinensem Decanum (quem Simlerus An. 1098. vult claruisse) & Veremundum supparem illi; ac Ioannem Campumbellum, qui A. 1260. floruit: sed cum toties lamentetur Eduardi regis opera Scotiæ monimenta deflagrasse An. 1274. quomodo ex his incineratis collegit historiam? Sed demus scripta ipsorum fuisse conseruata, cum tamen eorum ætas septingẽtis, vel nongentis annis ab expeditione Aremoricana seiungatur, nulla commentis istorum fides est adhibenda, si nouum quendam Maximianum à Clemente Maximo diuersum introducant, cuius eo tempore nullus scriptorum meminerit. Atque ita Boëthianæ narrationis ruit fundamentum, nullo veterum historicorum autoritate nixum, quod frustra Aremoricanum extinguit populum, quem docui capite nono longo post tempore sedes auitas possedisse.

Quæ primus commẽtus sit.

Sed vnde didicit Boëthius, Maximianũ Valentiniani imperatoris, vt credit necessarium, in Anglia fuisse ab exercitu Augustum salutatum? cuius hominis in vetustis historijs obscurissimi neque natales, neque contra Scotos, Pictosque gestum bellum, imperij inuasi successus, & Aremoricæ vastationis progressus, nec mortem ipsam, qui ea primus commentus est euoluit Boëthius: mirumq; Gildam huic tempori propinquum hæc ignorasse.

Malè defenditur à D. Fleinio.

Frustra clypeum obtendit huic telo Hermannus Fleius, pro suæ opinationis, & Boëthiani figmenti defensione: dum hunc Maximianum eundem suspicatur esse, qui Petronius Maximus nominatur, & post Aëtiũ, & Valentinianum occisos, inuasit imperium; sed insidijs Eudoxiæ Valentiniani vxoris ab Hunerico tyranno Africæ Romam occupante fuit interemtus. Inanis hæc est sine fundamento coniectura. Nam Procopius lib. 1. Maximum Petroniũ è Maximi tyranni (qui Gratiano occiso A. 383. occupauit Imperium) familia deducit, & tantum Vrbis Romanæ facit senatorem: hiccine ille est, qui iuxta Boëthium Valentiniani necessarius est? qui in Britannia diu multumque Romanis præfuit legionibus? qui è Britannia soluens afflixit Galliam, & Aremoricanos sibi populos subiugauit, quorum neque Procopius, neq; alius quisquam in rebus Petronij Maximi meminit? Similiter in Chronologia Boëthius hallucinatur: facit is lib. 7. fol. 122. Eugenium 2. Fergusij item secundi Patris

Error Chronologię Boëthianæ.

is sui an. 430. successorem : quem vult tertio dominatus anno. cæsâ iam S. Vrsula, tali necessitati succubuisse : atqui folio sequenti 123. Attilam inducit Sodalitatis rsulanæ interfectorem, quem historici omnes secuti, Sigebertum nonnisi post anum 450. in occidentem scribunt aduenisse, hic viginti circiter annis ab orbita derrat, secutus incautè recentiores, qui pariter ad Attilam ferè martyrium istud reocarunt; vt ab Hunnis occisæ virgines dicerentur: quorum sequi sententiam videi voluit, licet vicenorum annorum prochronismum inuexerit.

Vnum minimè ferendũ existimo, quod grauem sacrilegij labem adeoq; infamiã & iniuriam S. Vrsulæ nefandam inferat primus, quam facit Deo votis adstrictam, & tamen exsultabundam, quod voti violandi daretur occasio : primum fol. 122. is narrat verbis: *Ergo vt Britanniæ regnum sibi (Maximianus) stabiliret, Dionethi fiam maiorem natu, geminam enim illa feminei sexus prolem, virilis nullam ex Fergusij sore susceperat, Othiliam, & Vrsulam, ad quam ius regni attinere credebatur : cunctis Britoum maioribus probantibus, matrimonio sibi deuinxit; Vrsulam, vt ei perpetua virginitate em partus adimeret ; sacrarum virginum collegio addixit. Honorificum enim erat apud ritannos, virgines summo loco natas Deo Optimo Maximo ministras capi, nefarium autem itiatas ad matrimonium anhelare.* Ita S. Vrsulam primò facit monialem, deinde voifragam: dum enim videret se è penetralibus Asceterij, in quo virginitatis voto se Deo consecrarat, educi, & ad sacrilegos hymenæos rapi, temerè gestientem introucit, cui traiectus in Aremoricam gratus accideret: *Vrsula*, inquit, *Christi tum sacerros, singularem ob pietatem omnibus venerabilis, cœnobio vbi perpetuæ virginitati addicta icris ministerijs insistebat extracta.* Et infrà: *Secutus est traiectus etsi Britonibus parum aceptus, Vrsulæ tamen & permultis, quæ cum ea vehebantur, acceptus.* Ergò pertæsa votum, & vitam religiosam, quod nefarium esse dixerat, ad connubia iam adspirabat? & hãc icemus coli ab Ecclesia Martyrem, quæ pro virginitate conseruandâ vitam prodegerit? Scio Hectorem post iactationem maris Vrsulam quorundam sententia facere connubia penitus auersantem, & Romam ideò contendentem : quænam isthæc animi inconstantia est, prius ambire ; & sacrilegè ad naues properare, vt recta petas Aremoricam, postea aliò concedere? sed quia alteram coniungit eorum sententiã, qui volunt Virgines itinere terrestri versus Aremoricam contendisse, potius huic videtur subscripsisse; ita sacrilegos facit regem, & ministros, qui vi sine voti relaxatione Deo dicatam Virginem extraxerunt: ipsam etiam fœdifragam, quæ sibi gratum ostenderet, quod ad illicitum coniugium prudens, volensq; raperetur. Vtrumque nec absque graui piorum offendiculo fieri, nec ab ipsâ permitti cum gaudio potuit: pessimum verò si in eâ voluntate sacrilegâ vitam posuisset.

S. Vrsula monialis fingitur.

Et infamiâ notatur.

Accedit quod eadem Hectoris narratio præcipuas Sodalitati Vrsulanæ personas eripiat. nam Aetherius sponsus (quem Hector Conanum vocat) cuius caput summâ religione Coloniæ colitur, supposititius est Hectori, qui in Aremoricanis terris substitit, & per legatos ad Dionethum Cambrorum regem missos Vrsulæ connubium exorauit; nec potuit Vrsulanæ, neque nauigationi, neque Coloniam versus pedestri profectioni interesse, dum ad nouas venturas sponsas nouo in regno cuncta appararet. Idem sacras Cyriaci Papæ, Pantulique Basileensis Episcopi, tot aliorum Pontificum, Regum, & Principum virorum exuuias eripit, quia in itinere Coloniæ sunt obtruncatæ ante, quàm Basileam, vel Romam attigissent: vt non potuerit societas Vrsulana tanta Italorum, Græcorum, & Germanorum Episcoporum accessione ante certamen augmentari. Quod quidem damnum Sodalitatis illius reliquijs inferunt vniuersi, qui Galfredo, Auentino & Hectori adstipulantur; ideoque omnes ij tam veterem S. Cuniberti narrationem Vrsulanam, quàm Traditiones, & vestigia tot locorum subruunt: titulos sepulcrales euertunt, & religionem maiorum, qui sacras istas reliquias, vt talium virorum piè sunt venerati, imprudentiæ, nimiæque simplicitatis condemnant. Cum deceat maiorum vsum in sacris Sanctorum cineribus honorandis, vbi non aperta veritas aduersatur defen-

Maxima pars reliquiarum nominatarum eripitur.

dere, si quæ dubia vel obscura fortassis occurrant, explicare benevolè, ac conquisitis etiam argumentis propugnare.

Leslæi Rossensis Episc de S Vrsula opinio.

De Lesslæo Rossensi Episcopo Scotiæ nihil attinet magnoperè adiungere. In tempore conspirat cum Hectore; addit & S. Vrsulæ sororem Othiliam: vo tisfragam tamen non facit: nec Rhetoricis pigmentis, Hectoris more, confici adiunctis colorat fabulam: Vnde quæ contra Hectorem dicta in prioribus sunt, & cõtra Lesslæum faciunt; longè tamen leniori censurâ dignus est: locum autem Martyrij nobiscum agnoscit Coloniam his verbis: *Circa hæc tempora memoriæ proditum est Vrsulam, & vndecim millia Virginum tempestate ad Rheni ostia delatas, apud Coloniam Agrippinam Hunnorum connubia constantissimè respuentes martyrij coronis fuisse decoratas.*

CAPVT XVIII.

Examinatur sententia D. Hermanni Fleien Hectoris assecla.

D Fleien defensor loci martyrij.

VIx Cæsar Baronius nondum S. R. E. Cardinalis tam Martyrologium Romanum, quam Annales Ecclesiasticos circa Ann. 1588. publicarat, cùm nouitati cupidi verbi diuini præcones commentum Galfredi è pulpitis nouarum velut mercium propolæ vendere passim auditoribus inceperunt. Displicuit ea res Patronorum tutelarium Colonienſis vrbis cultoribus, præsertim quod labefactata martyri causa, vel mari submersa, vel in barbarorum insulis, aut propè litus Germanicum pro virginitate solâ, non pro fide dicerentur occubuisse. Erat eo tempore Hermannus Fleien SS. Theologiæ Doctor, S. Cuniberti Decanus, etiam SS. Virginum collega: is pro S. Vrsulæ defensione contra Defensores Galfredi Hyperaspistes apologiam concinnauit: & locum quidem martyrij tuitus est diligenter; sed in narrationis serie desciuit à veritatis orbitâ, conatus antiquam Colonienſium traditionem, & vetustissimam S. Vrsulæ historiam euertere, reuelationes suspectas reddere: abductus à viâ lenocinantis eloquentiæ flosculis, quibus Hecto Boëthius suam respersérat Vrsulanam narrationem, ea 60. annis antè lucem adspexerat: quem vnicum sibi sequendum statuit: cui cum traditio Coloniensis, & oracula cœlitus data malè congruerent, *merias phantasias* appellauit. Vnde quæ capite superiore dicta contra Hectorem sunt, huc etiam spectant: sed nolo regerere: nouis tantum erroribus examinatis contentus ero.

Seductus ab Hectore.

Fallit citatione Bedæ. *Lib. 1. c. 15.*

Secunda statim pagella quæ in tomis Lippoloo mihi numero 756. insignitur, Lector citatione Bedæ seducitur à via, quasi loquatur is circa annum Domini 449. de regno Aremoricano à Britannis occupato, cùm nullo possit idoneo confirmari teste, vllum eâ tempestate nouum regnum in Aremoricano tractu fuisse inchoatum: nec ibi Aremoricæ Beda meminit; solas deflet calamitates à Pictis, & Scotis illatas Britanniæ: imò constanter ille tuetur à Britonibus Gallicanis nomen insulæ Britannicæ profluxisse, quidquid Galfredus, vel Hector in expeditione Maximi, vel Maximiani secus opinentur: verba Bedæ recitemus: *Hæc insula Britones solum, à quibus nomen accepit, incolas habuit qui de tractu Armoricano, vt fertur, Britanniam aduecti, australes sibi illius partes vindicarunt.* Porrò nec Gildas sapiens, nec Beda in Ecclesiastica historia meminit S. Vrsulæ: quia seriùs vulgari cœpit eius historia: in Ephemeridibus tamen hic eius martyrium adnotauit potiùs, quàm enarrauit.

Lib. 1. Hist. Eccl. c. 1.

Putat è reuelationibus manasse Vrsulanam historiã.

Deinde folio 759. hæc abhorrent à veritate: *Item incertus autor, Coloniæ ante complures annos excusus, & nostro tempore à Surio tomo 5. ex antiquo MS. exemplari ite-*

jum descriptus, ex quo lectiones Breuiarij Colonienſis poſtea deſumtæ ſunt; reuelationes vt præmiſit) *ſecutus eſt. Ex iiſdem reuelationibus eadem quoque hiſtoria paſſim hic in templis Coloniæ, religioſis domibus, & alibi depicta conſpicitur.* Certum eſt 1. Hiſtoriam illam Vrſulanam veterem, quam Surius edidit omnibus reuelationibus eſſe vetuſtiorem, quia vtraque reuelatio ter quaterue hanc ipſam laudat, defendit, & ſequitur narrationem, verbis ipſius allegatis, & altera quidem Anonymi vocat eandem *antiquam paſſionem S. Vrſulæ.* 2. Certum etiam, non è Surij libro; ſed ex vetuſtiſſimis membranis longè ante reuelationes exaratis lectiones dimanaſſe. Vidi variis in Eccleſiis, Cœnobiis, Collegiis, Lectionaria, vt vocant, vetuſtiſſima; Legi illud idem, quo ante ſecula aliquot Virgines illuſtres Coloniæ vtebatur: & è Weingartenſi, aliiſque Bibliothecis Germaniæ, Belgijque miſſa ſunt eius exemplaria in antiquiſſimis volumnibus Cœnobiorum conſcripta, vt nec à Surij editione, nec à reuelationibus, quæ eius hiſtoriæ meminerunt, potuerint dimanare. 3. Mihi certum eſt, ex hac multis ſeculis vetuſtiore, quam omnes reuelationes ſint, picturas olim prodiiſſe: non negarim tamen recentiores quaſdam imagines multa ex reuelationibus continere, præſertim quæ in periſtylio S. Cordulæ adſeruantur. Cõfutatur

Poſtea fol. 772. congerit autores pro ſe multos, quorum plerique ab eo in capitibus hiſtoriæ diſſentiunt. *Aſſertores* ait *tertiæ opinionis* (de tempore) *ſunt Sigebertus in Chronicis ad Annum 453. Otto Friſingenſis lib. 4. c. 2. Gotfridus Viterbienſis p. 16. Chronici ad tempora Martini & Valentiniani. VVernerus Rõleuinck in faſciculo temporum ad Annum 434. Sabellicus Enneade 8. lib. 2. Bonfinius de rebus Hungaricis dec. 1. l. 5. Carolus Sigonius, & quos paulò antè nominaui Hector Boëthius, & Ioannes Leſlæus: qui omnes etſi in Chronologiâ non idem ſentiant, tamen in eo conſentiunt vniuerſi, ad tempora Attilæ hiſtoriam noſtram referendam eſſe, quam opinionem & ego approbandam eſſe cenſeo, quia à pluribus hiſtoricis celebratur.* 1. Neſcio quid magis inter ſe pugnet in ratione temporis definiendâ, quàm dicere, hos omnes in tempore Attilæ conuenire, in Chronologiâ diſſentire; nam cùm Chronologia vi nominis ſit temporis deſignatio: quod ſi in Attilano tempore definiendo conueniant, vtique non diſcrepabunt in Chronologia. Deinde nemo Autorum iſtorum præter Hectorem vocat S. Vrſulam monialem, nemo facit fœdifragam, nemo expreſsè dicit S. Vrſulam primo acceſſu Coloniam occiſam eſſe, imò nobiſcum in reditu, viſitatis SS. Apoſtolorum liminibus, factum diſertè aſſerunt Sigebertus, Bonfinius, & Sigonius: ſingulorum inſpice teſtimonia libro vltimo, quæ hîc breuitatis causâ prætermitto. Pugnat ſecum.

Interim Sigebertus qui 50. ante reuelationes omnes vixit, & ſcripſit annos, clarè contra mentem D. Fleien euincit, hiſtoriam Vrſulanam à Surio poſtea vulgatam, cuius ipſe compendium recitat, non è reuelationibus promanaſſe.

Sed quoniam reuelationum incidit mentio, nihil æquè in Vrſulanis actis, vt eas deteſtatur, nec veretur illarum ſe hoſtem capitalem profiteri. Porrò cum de ijs congerat, omnia quæ poſſunt controuerti, verbis eius recitatis, ad ſingula reſpondebo. Ita autem mihi à pag. 761. ait: *Ex quibus manifeſtiſſimum eſt, doctiſſimum virum, & in Eccleſiaſticis rebus diu multumque felicisſimè verſatum omnes illos, qui reuelatinnes, de quibus ſuprà diximus in Virginum deſcribendâ hiſtoria ſequuntur repudiare, neque vllam illis fidem attribuere; quomodo & plerique ante ipſum, vt Melchior Canus Epiſcopus Canarienſis lib. 11. de locis Theologicis in obiectione 13. item Crantzius in metropoli; Trithemius Abbas in epitome hiſtoriæ Francorum: & his antiquior Gobelinus, & nullam, vel certè paruam iiſdem reuelationibus, & viſionibus fidem hactenus adhibuerunt. Et ad me quod attinet, liberè, & ingenuè profiteor, mihi reuelationes iſtas ſemper fuiſſe ſuſpectas. Nec verò ſine causâ: multa enim in reuelationibus iſtis proferuntur abſurda, inter ſe pugnantia, & à veritate prorſus aliena.* Reuelationes inſectatur.

Pergit deinde 1. ex S. Eliſabetha, tum ex B. Hermãno quædã adferre, quæ inter ſe pugnare videantur. 2. Baroniũ nullo loco, quem ego quidẽ legerim, reuelationũ; Eæ defenduntur.

Baronius laudat S. Elisabethã

nusquam S. Elisabethæ, cum Vrsulana tractat, meminisse: licet in genere SS. Virginum gesta in commentitijs habeat, imò S. Elisabethæ sanctitatem in Martyrologio celebrat, laudatque eius encomiasten Trithemiũ ad 16. Iunij: à quo diuina eius oracula plurimum commendantur vt lib. 1. cap. 23. vidimus, qui testatur eam diuino afflatu titulos sepulcrales Sodalitatis Vrsulanæ explicasse, vt lib. 7. c. 17. verbi

Et Trithemius.

autoris demonstrabo: & hi tamen eius reuelationum asseruntur reprehensores. Sanè longè de eâ aliter Baron. & Trith. quàm D. Fleien, judicant; qui de sanct

Cani iudicium de Sanctorũ historiis.

Canoni Diuorum adscripta tam abiectè cum Gobelino & sentit; & loquitur. Quod ad Canum attinet, licet is in obiectione 13. sibi obijciat, in quibusdam Sanctorum historiis quædam ridiculè, falsóque memorari, quas inter etiam ea collocat, quæ de vndecim millibus Virginibus circumferuntur, nusquam tamen ille reuelationum mentionem fecit: sed vitas Sanctorum quorundam tantum insectatur; tantumq; abest, vt eas reijciat vniuersè (nec enim hoc Catholici, nedum Theologi judicium esse potest) vt fateatur in responsione de gestis Sanctorum. *Quamquam nonnulla ex his incerta sunt, apocrypha, leuia, & falsa; nam & pleraque credibilia, & vera sunt, quædam etiam certa.*

Gobelinus minus piè loquitur de S. Elisabetha.

Neque Crantzius etiam insectatur vspiam Vrsulanas vel S. Elisabethæ præsensiones; qui contra aduersarios peregrinationem Romanam Virginum nititur varijs similibus historijs eius temporis illustrare, vt libro vltimo ostendetur.

Solus Gobelinus è Catholicis, quem hic D. Fleien sequitur, S. Virginis oraculo eleuat, & arguit, cùm hæc tam abiecta de sanctissimâ Antistita profert. *Error ille* (de S. Vrsula) *surrexit à quadam femina nescio, an inclusa, vel monacha, quæ fuit apud Schönaugium temporibus Friderici primi circa an. Domini 1156.* cui Gobelino vt maiorem pariat Fleien autoritatem, centum eum facit annis, quam sit, vetustiorem, ut enim ait: *Et si eius libri autor fuit Gobelinus Alemannus Carmelita, qui vixisse scribitur anno 1305. non nostro seculo tantum, sed à multo tempore reuelationes istas in dubium fuisse reuocatas.* Certè Gobelinus Persona Officialis Paderbornensis autor Colmidromij, cùm ad annum vsq; 1418. id perduxerit, tædio, vt fatetur, coactus cessat propter nimias temporis sui calamitates, tam eum Macrobium fuisse non existimem. Nunc absurda, & inter se pugnantia quæ recitat, videamus.

Argumẽta cõtra eius reuelationes:

Elisabetha statim in principio suarum reuelationum narrat Virgines nostras sine honore sub pedibus hominum, & iumentorum ad vsque annum 1156. iacuisse; quod à verosimile alienum esse multis modis postea patebit. Patrem S. Vrsulæ Maurum nominatum ait, qui
1. 2. *dictus fuit Dionethus, ex quo incertus autor apud Surium fecit Deo notus. Cyriacum Papam administrasse per annum integrum & vndecim hebdomadas, eidemque substitutum*
3. *Anterum eadem contendit: sed falsò, vt ex Ecclesiasticâ historiâ infrà docebitur.*
4. *Sponsum S. Vrsulæ regem fuisse in Britannia Anglica affirmat, quem ipsa Aetherium*
5. *Frater T. Holofernem dictum somniant: Maximino (quem Maximum ipsa appellat) & Africano Consulibus, Virgines nostras martyrio affectas primum affirmat, &*
6. *mox sui oblita, tempore Aquilini Archiepiscopi Colonienſis 4. post Maternum idem accidisse asseuerat. His similibusque somniis plura alia adiecit Frater T. quæ nunc omnia colligere non libet. Quoniam autem nullâ nituntur veritate, vti postea intelligetur, meritò non tantum reuelationes istas habui hactenus suspectas, sed & historiam Virginum ex ijsdem conscriptam.*

Responsio ad singula.

Ad primum. Rectè S. Elisabetha tradit *per multa tempora*, id est, 919. annis sacras reliquias sine honore *sub pedibus iumentorum* delituisse, cùm passim ex agris ciuiũ domibus, aut cellis penuarijs, vt l. 7. & 8. videbimus, effoderentur ea corpora nec enim 14. vel 30. millia cadauera templi vnius nõ adeò magni spatijs potuêre cõtineri; nihil etiã huic contrariũ vllo loco infra probauit Fleien. Cõstat corpora Virginum ante an. 1155. nunquam magno fuisse numero eleuata; à Solino tumulis fuerunt lapideis quædã condita, & à S. Cuniberto S. Vrsulæ caput tantũ, publico honori expositum, paucula etiam obsidione finita an. 1106. reperta, & aliò transportata; sed quantulus ille numerus, si cum eorum multitudine cõferantur; quę cõstat

Gerlaci

Gerlaci tempore millenis multis effosis ex agris educta, solennique cæremoniâ lelata ad Ecclesias esse, quibus intra 30. annos Germania tota cum Belgio fuit lopletata, tot igitur seculis tam multa Virginum millia iacuerunt in agris ingloria c inhonorata. Quin etiam vt libro 8. videbimus, centum annis postea ex vna prærandi fouea quingenta Martyrum corpora sunt eruta, quæ Margareta Comes toâ Flandriâ distribuit: de quibus meritò dixit S. Elisabeth, *ea sine honore sub pedibus umentorum iacuisse.*

Ad 2. 14. Patrem S. Vrsulæ binomium fuisse, & Dionethum Maurum, seu Dionethum Magnum vel Epiphanem dictum esse. 2.

Ad 3. 14. Cyriacum fuisse Pontiani tunc secundum omnes Ecclesiasticos scritores relegati, Vicarium: hoccine videtur incredibile? 3.

Ad 4. 14. Sponsum ante Baptismum Conanum nomine proprio dictum esse ognomine Holofernem: qui postea in Baptismo Aetherius fuit nominatus: an hoc nusitatum? cum idem orator summus dictus sit M. T. Cicero. 4.

Ad 5. Circa Anno 237. passas Virgines, cum candidati saltem, imò designati Coss. essent Maximus, & Africanus sequentis anni Consules ordinarij. 5.

Ad 6. Eodem anno rectè à S. Elisabetha Pontificem dici Colonien sem S. Aquinum, quem spisso errore plures hactenus cum Solino confuderunt, vt lib. 1. c. 45. demonstrabo. Hinc malè S. Seuerinus 2. & Solinus 4. dicitur Colonien sium Anistes, quos Maternus 2. & Euphrata legitimi multo tempore loci Præsules antecesserunt: quæ singula cum alibi fusè confirmarim, hic prætermitto. 6.

Hæc fuerunt necessariò pro traditione Agrippinensium; & retinenda veneratione certissimarum reliquiarum, contra D. Flcien sententiam, præter etiam animi nei in virum beneuola propensione indicanda, vt Germanorum, & Anglorum quidam, tenacius eius opinioni adhærentes ab errore liberentur: & Lector sibi persuadeat, non satis considerate contra Sanctæ Virginis Diuorum adscriptæ Canoni euelationes (quas laudant ad 18. Iunij Molanus, Baron: & Trith.) hanc protulisse censuram fol. 1761. *Et ad me quod attinet liberè & ingenuè profiteor, mihi reuelationes istas semper fuisse suspectas: multa enim in istis proferuntur absurda, inter se pugnantia, & à veritate prorsus aliena. His similibus somnijs aliam adijcit, &c. Quoniam autem nulla nituntur veritate, meritò non tantum reuelationes istas hactenus habui suspectas, sed & historiam Virginum ex ijsdem conscriptam.* Quod si ex hac maiore propositione quis subsumat hãc ex fol. 1759. minorem, at *ex ijsdem reuelationibus eadẽ historia passim hic Coloniæ in templis, religiosis domibus, & alibi depicta conspicitur*: quid inde consequetur, nisi historiam Vrsulanam suspectã videri, somnia continere, nulla niti veritate. Hæc minus cauta Hyperaspistæ contra heterodoxos ratiocinatio: quid in rem hæreticorũ concludi aptius potest: qui non vt pingitur tantũ; sed vt scribitur, & gestum est vniuersum martyrium Vrsulanum euersum eunt, dum imaginariam vocant istam sodalitatem? Rectius sanè faciunt ij, qui à maioribus acceptas S. Cyriaci Pontificis, Ætherij sponsi, Pantulique Basileensis Episcopi iam inde à quingentis annis reliquias, quæsitis etiam rationibus tuentur, & Sanctorum Canoni adscriptorum præsensiones cœlestes contra inania quorundam obiecta, defendunt, ac cum profana temporis, sacraque historia conciliant, magno quidem labore, fructu tamen non pœnitendo: norint, qui tali in re operam conferunt, ijs c. 21. S. Elisabethæ hanc factam cœlitus promissionem. *Ei, qui renouauerit passionem nostram, reddat Deus mercedem operis sui in seculum seculi.*

AMEN.

Grauis & falsa censura reuelationum.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Judicium aliorum de eadem Sententia.

MIsit ad me Anno 1638. P. Bollandus censuram, P. Stephani Viti & Heriberti Rosweidi de sententia D. Fleinij, quam quia secuti ferè sunt pauculis immutatis Haræus & Lippeloo, earum etiam opinionem accuratè examinat.

Judicium Stephani Viti & Heriberti Rosweidi de sententia R. D. Fleinij, Harei & Lippeloo.

Hanc historiam de S. Vrsula, & Sodalibus conscriptam ex ea, quæ est per R. I. Hermannum Fleinium S. Cuniberti Decanum, sanctarumque Virginum Coloniæ Canonicum, tanquam narrationem fidelem laudat Lippelous, & Haræus; tutam probabilemque amplectitur: sed an mereatur fidem, hic videndum est, In quibus conueniat D. Fleien cum Galfredo. iudicio eruditi lectoris definiendum. In multis consentit, in multis dissentit, is Hermanni ab ista Galfredi historia fabulosa: vterque vult S. Vrsulam, & Socias mnes fuisse Patria Britones; vtraque Vrsulam fuisse filiam Regis Dionethi Briton: vnamq; causam profectionis Vrsulani agminis fuisse, vt traijcerent in Aremorica Galliæ, ad connubia ineunda cum legione Romanorum ac Britannorum; quæ Insula eò migrarat, & nouum Regnum Britanniæ minoris firmare cœperat Re designato nescio quo Conano Britanno.

Hæc omnia esse excogitata contra fidem & sinceras historias veterum iam sa aduersus Galfredum demonstratum est, & vberius constabit ex ijs, quæ mox sul ijcientur.

In quibus dissentiat. Dissentit autem à Galfredo & Baronio Fleinius, Lippelous & Haræus, impr mis, quod Martyrium Vrsulæ contigerit non temporibus Maximi, & Gratiani; s 60. vel amplius annis post, videlicet circa annum salutis 451. aut 453. quo tempo Attila Rex Hunnorum vastabat Europam, à quibus Hunnis fuit Vrsula cum omn

Lippeloi sententia de nauigatione. bus suis cæsa apud Vrbem Coloniam, *quam tunc Hunni*, inquit, *vel obsidione adh cingebant, vel quod verisimilius est, iam tunc occupauerant*: in eam autem vrbem V sula cum omni suo comitatu venit post longos errores & pericula maris, & terr quod Lippelous interpretatur Vrsulam cum suis soluentem è Britannia vento, tempestate agitatam, propulsam fuisse non ad ostia Rheni, aut litora Germani (hoc enim falsum esse multis conatur Lippelous ostendere contra Baronium) se in mare vsque mediterraneum; vnde egressa cum agmine, transgressa est alpes, pe uenit ad Rhenum, easque vrbes Basileam, Argentinam, Moguntiam: indeque to eius caterua appulit Coloniam; vt inde vel pedestri itinere pergerent in Aremoric vel redirent in patriam, omnia verò hæc fuisse peracta, inquit, quo tempore ge Anglorum, inuaserat & occuparat Insulam Britanniæ, partim cæsis, partim in se uitutem coactis, partim ad specus, & montana compulsis, partim in exilium ad e teras nationes coactis exire indigenis Britonibus, viris, feminis, omnis status, sexu conditionis innumeris.

Auctor eius narrationis nouitius. Quis concinnarit hanc, quæ apud Fleinium recens inuenta est histori (si non ipse fecerit) non proditur. Illud constat, vel fuisse diebus nostris con positam, vel saltem 1000. & amplius annis à Martyrio S. Vrsulæ; nam illa

illa expressa fit mentio Archiepiscopi Colonienſis Hermanni (qui Anno ſalutis 922. dotauit cœnobium SS. Virginum Coloniæ) & ſucceſſorum eius, qui amplis reditibus auxerunt ſacra loca in honorem S. Vrſulæ conſtructa: idem etiam concinnator Hiſtoriæ hinc inde accipit fruſtilla ſententiarum Bedæ, & ex Hectore Boëthio, ſcriptore rerum Scoticarum, qui mortuus eſt Anno 1531. non ſemel etiam hæſitat auctor, qui & ſubinde affectat obſcurè loqui; certè quicunque fuit, videtur fuiſſe veteris Hiſtoriæ, temporum Vrſulæ parum peritus; & miſcuiſſe non pauca incredibilia, vt mox exponam. Mitto imprimis, quod nullo veteri teſte, vel colore ſcribit ſolus Lippelous, Vrſulam cum tot millibus Virginũ viventorũ tempeſtatiſq; propulſas ab oris Britanniæ, & circumnauigaſſe Galliam, & Hiſpaniã, intraſſe mare mediterraneũ, quod etiam emenſæ ſunt vſque ad Italiam, quo appulerunt: hæc recitaſſe eſt refutaſſe, conſtat à proximo litore Inſulæ Britanniæ vſq; ad Aremoricam, (quo vt volunt aduerſarii, tẽdebat claſſis Vrſulana) vix tantum ſpatij interiectum eſſe, quod non poſſit nauigando confici intra ſex ſeptemue horas, vt proinde non ſit opus illo tendentibus è portu proximo Inſulæ Britannicæ ſibi de multorum dierum commeatu proſpicerent, quot verò diebus per mare neceſſe fuit erraſſe Vrſulam, antequam circumnauigata Gallia, & Hiſpania appelleret in Italiam? quanto commeatu opus erat Virginibus, nautis, aliis, naues cum Virginibus ingreſſis, ne fame perirent, antequam in Italiam per tantos errores peruenirent? Mitto deinde, quæ Fleinij hiſtoria indicat, alia incredibilia, tam fatuas fuiſſe tot Virginum Sanctarum Myriades cum ipſarum aliis comitibus, & cuſtodibus atque viæ ductoribus credam, vt omnes ſimul, ſponteque petierint vnam Vrbem Coloniam, *quam tunc Hunni* (vtique non ignorantibus, aut de fama aliquid ea de re audientibus Vrſulanis) *vel obſidione adhuc cingebant, vel quod veriſimilius eſt*, inquit, *iam occupauerant*, nauigiis per Rhenum ſint ingreſſæ.

Nauigatio Lippeloi fictitia eſt.

Credam ad vnam paruam vrbem (conſtat enim Coloniam Agrippinam ſextuplo maiorem eſſe hodie, quam fuerit Hunnorum diebus) appuliſſe tot millia Virginum exterarum, præter alios multos ipſarum comites? Nec meminit auctor hiſtoriæ Coloniam & ceteras vrbes, quæ ad Gallicam Rheni ripam ſitæ erant, fuiſſe funditus ab Attila euerſas circa tempus Paſchale, vt notarunt ferè quotquot priſci Scriptores de Hunnorum Attilæ geſtis meminerunt, vt Sidonius, Paulus Diaconus, alii, quos Sigonius, & Baronius ſequuntur: cum tamen Vrſula, & Sodales fuerint interfectæ menſe Octobri.

Ceterum hoc non diſſimulem: ſi Martyrium Vrſulæ in Attilæ tempora inciderit, & Anglorum inuadentium Britanniam Inſulam, indigenaſque eius Britones; non poſſe cohærere ſecum Fleinij hiſtoriam; vel cum Beda, quem vult credi à ſe ſtare, vel cum aliis priſcis Scriptoribus; ſed cum omnibus pugnare. Ait Fleinius Vrſulam, & ſocias deſtinatas nuptui cum legione Britannica, quæ paucis annis ante, videlicet circa Annum ſalutis 430. 435. aut 440. cœperat firmare regnum in Aremorica, acceleraſſe ſuum è patria diſceſſum, ne incideret in manus Anglo-Saxonum, tunc ferro, & flamma vaſtantium Inſulam vniuerſam à mari ad mare; nulli parcentium ſexui, ſtatui, honori, aut homini Britoni. Inprimis præter migrationem multitudinis Britannorum, quæ Maximum Tyrannum aduerſus Gratianum comitata eſt, *& nunquam vltra eſt reuerſa in patriam*, (de qua migratione Gildas, & Beda,) fingit auctor hiſtoriæ apud Fleinium repertæ duas alias migrationes Britannorum intra 60. ferè annos à morte Maximi; videlicet alteram, quando circa Annum ſalutis 430. vel 435. legio Britannorum, quæ ſub Romano neſcio quo Duce Maximiano militans rediit in Britanniam, vt inde exigeret Scotos & Pictos, Inſulam incurſantes, & vaſtantes; quibus partim cæſis, reliquis extra fines Britanniæ fugatis, reuerſa eſt legio, & traiecit in Armoricam, vbi Iuballum Regem reſiſtentem deuicit, & eius regnum legioni Britannicæ tunc ceſſit, & cœpit à nouis colonis tunc dici Britannia minor: Alteram migrationem Britonum feminarum, quæ cum Vrſula iam voto virginitatis

Narratio Fleinij repugnat tẽpori Attilano.

Contradicit Gildæ & Bedæ.

& cœ-

& cœnobiticæ professionis adstricta (ita ait Hector Boëthius, ex quo totam videtur Fleinius, aut alius auctor anonymus hausisse hanc historiam) voluerunt in Armoricam traijcere ad nuptias ineundas cum popularibus, qui nouum regnum inibi fixerunt: sanè se occidi prius passa esset Vrsula monialis, quam tradi marito. Ceterum duas illas migrationes esse figmenta, (vt etiam de nescio quo Iuballo cæso Rege, aut de legione Britannica aliaue statuente temporibus Theodosij Iunioris nouum regnum in Armorica) diserte testantur Gildas & Beda lib. 1. ca. 9. 11. 12. 13. 14. & sequentibus, dicentes à diebus Maximi Tyranni, qui purpuram assumsit & occidit Gratianum Cæsarem Anno salutis circiter 383. & à diebus alterius Tyranni Constantini, qui imperium inuasit, & Anno salutis circiter 409. interfectus est *Britanniam Insulam deinceps* (vsque ad subactionem, amissionemque libertatis indigenarum eius peractam ab Anglo-Saxonibus circa Annum 456.) *fuisse omnis bellicosus prorsus ignaram, & gentem indigenam ignauam, trepidam, imbellem, & segnem, qui vt agnos lupi, segetem maturam messores sternebant per plurimos annos Picti & Scoti:* ad quorum infestationem repellendam cum ipsi *pauperculi* (ita vocat Beda) *& miseri Britones* per se non sufficerent, supplices miserunt Romam pro auxilio, quod bis quidem impetrarunt: verum nullas legiones Britannorum (cum vix vllus esset eo tempore Britannus *nisi imbellis, & iners, & expers militaris disciplinæ*) sed Romanorum quas iam secundo victis & cæsis Scotis, Pictisque grassantibus, ait Gildas cum Beda *redyisse domum* (quæ procul dubio non potuit esse Britannia) *cum triumpho, & gaudio magno*, expressere, ijdem scriptores. Cumque tertiò Britones Romam supplicatum misissent pro auxilio aduersus nouas vastationes Scotorum, Pictorumque reuersorum post reditum Romanæ legionis, nec quidquam ijdem Britones opis impetrassent, implorarunt auxilium Anglo-Saxonum Germaniæ, qui venientes exuerunt Britones, è patrijs sedibus, ac libertate eo ferè ipso tempore, quo Atila vastabat Europam.

Sententia eorum.

Hæc sincera historia Gildæ, & Bedæ cohærere nequit cum fabulis istis Fleinij, de legionibus Britannorum tempore Theodosij Iunioris inuadentibus, nouumque regnum figentibus in Aremorico: neque cohæret cum duabus illis Britannorum, & Britannarum Vrsulanarum sponsarum migrationibus.

S. Vrsula nõ potuit esse Britãna Anglicana.

Quin etiam Fleinius, vel alius quispiam ex Beda cum Gilda & ex tempore, quo Vrsula cum suis est passa Martyrium, facilè potest colligere Vrsulæ natale solum non Britanniam Insulam: nam omnes credunt patriam Vrsulæ, quo tempore ipsa passa fuit, moribus & religione Christiana fuisse florentem: vtpote ex qua patria prodierint vno tempore tot millia florum virginitatis, & puellarum, quæ pro Christiana religione, atque virginitatis constantia colla libentes præbuêre Hunnis, cum tamen testibus Gilda, & Beda à diebus Diocletiani, aut Cõstantini Magni vsque ad excidium & exilium gentis indigenæ Britannicæ Insulæ, vix vnquam auditum sit de natione Christiano nomine notata, quæ vel in moribus fædior, vel in religione inconstantior esset, quam fuerint toto illo tempore Britones, qui ob immanitatem, & multitudinem, & diuturnam illorum obstinatiam in sceleribus, pœnas tandem luerunt amissione patriæ, & auitæ libertatis per manus Anglo-Saxonum. De ea enim natione scribit ex Gilda, Beda l. 1. c. 8. dicens: *Mansit hæc* (sinceræ Christi fidei à diebus Diocletiani) *in Ecclesiis, quæ erant in Britannia pax vsque ad tempora Arianæ vesaniæ, quæ corrupto orbe toto hanc etiam Insulam extra orbem tam longè remotam, veneno sui infecit erroris: & hac quasi via pestilentiæ trans Oceanum calefacta, non mora, omnis se lues hæresios cuiusque Insulæ noui aliquid semper audire gaudenti, & nihil firmiter obtinenti infudit.*

Ob hæresin Pelagianam.

Non multo post necem Maximi Tyranni apud Aquileiam circa Annum salutis 394. hæresiarcha Pelagius in Britannia natus, prius suam patriam, quam regiones exteras infecit, qua lue Pelagiana adeò corrupta est gens Britonum, vt antequam ob huiusmodi scelus Hæresios, & alia horrenda redigeretur in captiuitatem Anglo-Saxonum, ter esset ab eadem lue liberata (per S. Cœlestinum, alios que Romanos Pontifices, mittentes in Britanniam B. Germanum, alios que Sanctos Episcopos)

toties

dies iterum ter sit Insula relapsa in dementiam Pelagianam, in qua etiam pe-
ransit, cum vastaretur ab Anglis alienigenis.

De moribus autem aliis eiusdem Gentis Britonũ annis aliquot ante, & post ex- Et mores
dium adeo monstrosa narrant prędicti auctores, vt nisi tantæ fidei essent, vix apud corruptos
lum fidem inuenirent, quæ scribunt. Inter alia sic Gildas ipsorum Propheta la-
entans ait. *Ita degenerauerat tunc vinea illa olim bona in amaritudinem, vti rarò*
cundum Prophetam videretur quasi post tergum vindemiatorum aut messorum racemus
el spicæ, & multò antè, *Quieuit parumper inimicorum* (Scotorum & Pictorum) *auda-*
a, nec tamen nostrorum malitia: recesserant hostes à ciuibus, nec tamen ciues à suis scelcri-
us: moris namque continui gentis erat, sicut & nunc est, (ita scribebat Gildas circa An-
um salutis 530.) *vt infirma esset ad retundenda hostium tela: & fortis esset ad ciuilia bel-*
, & peccatorum onera sustinenda, infirma inquam ad exsequenda pacis & veritatis insi-
nia, & fortis ad scelera, & mendacia, & statim Gildas cum Beda recensent capita
celerum eiusdem gentis tot, tamque atrocia, & inhumana, non solum passim à ple-
e, & Regibus; sed etiam ab Ecclesiasticis sacerdotibus ceteris admissa; tanta cum
npudentia, & obstinatione, vt vix legi possint absque grandi horrore. In summa
lam istis, & aliis epithetis ornant, *Gens peecatrix, scelerata, crudelis, monstrosis luxuriis*
edita, osor veri, amans mendacij, ebriosa, litigiosa, inuida, aspernatrix Christiani iugi suae-
is, improba, diuinæ vltioni idonea, & parata. Et vel hinc satis apparet S. Vrsulam
cum tot milenis pijssimarum puellarum suarum, & aliorum plurium comitum non
uisse natas, educatas, aut profectas alio terrarum ex hac Britonum istius æui gen-
e. Quamuis etiam ex prædictis Gilda, & Beda nouum argumentum ad idem
probandum suppetat, nimirum Anglo-Saxones illis diebus tales de Britonibus ex-
egisse pœnas, quales olim Caldæi de Iudæis, Saxone videlicet furente, & victore
mpio ab orientali vsque ad occidentale mare vrbes agrosque depopulante, nemi-
ne prohibente; sed illo totum propè Insulæ pereuntis superficiem obtegente; pas-
sim trucidando Britones Præsules cum populis sine vllo respectu honoris, ætatis,
aut sexus; *ex reliquiis* autem *Britonum* non absumtis *nonnulli latitabant in montium*
rupiumque cauernis, alij transmarinas regiones dolentes petebant, & vt ait Gildas, cum
vlulatu magno seu celeusmatis voce hoc modo sub velorum sinibus cantantes. Dedisti nos
tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos.

Certè si ex istis, qui tunc petebant transmarinas regiones fuerunt Vrsula cum
suo tanto agmine (vt Fleinius, Lippolous & Haræus fuisse volunt) verosimile vi-
detur, omnes illas in vno portu collectas, & per dies aliquot tanta, vt oportebat
multitudine subsistente, vt pararent nauigia & commeatus, à sæuiente Anglo-Sa-
xone per totam vbique Britanniam ad necem quærente indigenas, omnes inquam
Vrsulanas deuenturas fuisse in manus hostiles, ac proinde Virginum profectionem
è patria omnino impeditum iri: vt taceam illas, si tunc in Armoricam ad ineundas
nuptias traijcere cupiebant, nõ dolentes, sed gaudentes pro more nubentium è *pa-*
tria ad sponsos transnauigare voluisse. Hactenus Stephanus Vitus. Hãc impugnationẽ
præterire non debui, quia multos tam in Germania, quam Anglia D. Fleinij asse-
clas neruosè confutat. Patriam S. Vrsulæ Hiberniam nobiscum tuetur, ostenditq;
minimè temporis, locorumq; historiæ conuenire, si Virgines Attilano
tempore ex ipsa Anglia educantur, quod recentiores
quidam Angli pro comperto te-
nuerunt.

CAPVT XX.

Censura Opinionum, hactenus contra veram S. Vrsulæ historiam allatarum.

PAVCA restarent confutatis iam omnibus aduersarijs dissoluenda; quæ ob ijciuntur de Regibus Angliæ, Thraciæ, Siciliæ, quæ Beatus Rhenanu mouet de Francis, alij de origine Basileæ: sed ea paulò post discutiemus; nunc quo in mari naufragoso, turbido cælo, procellis inhorrescentibus, iactati inter scopulo obluctantibus ventis, facere solent nautæ postea, quam malacia redeunte lenis, & secũdus adspirat ventus; oriente iam Cynosuræ propitio sidere, nobis agendum es gaudent ij dum recensent pericula, quæ euasêre; dum numerant scopulos, scylla Charybdes, in quas ni Deus succurrisset, naufraga nauis, vel impulsa, vel illapsa pe rijsset; ita & nos iactati tot capitibus prioribus & Hæreticorum, & Catholicorum contrariis turbinibus rationum; Deo tamen auspice, non sine lectoris & scriptor in salso hoc mari nausea, respiremus aliquando: & eluctati è scruposis cotibus pro cellas illas, singularum pondus, & momentum vnum sub adspectum collo cemus.

Hæreticorum sentẽtia de S. Vrsula.

Nemo Orthodoxorum est, qui Caluini asseclas Balæum, & Molinæum cen seat audiendos, cum SS. Virginum Martyrium Sanctæ Ecclesiæ auctoritate (quæ hac in quæstione falli non potest) approbatum, prorsus inficientur: Hic fuiss Sanctæ Vrsulæ Societatem negat: ille negat martyrio coronatam, quam in ma fluctibus obruit. Balæo cum suffragentur Magdeburgenses, eandem censura meruerunt. Galfredus verò præ aliis peccauit, quod nullo teste & fundamento n xus, ex cerebro suo nouam procuderit fabellam, vel saltem, ab alio nullius fidei, & nominis anilium nugarum architecto confictam, donarit Latio; adeoq; in SS. Vi gines iniuriosus, latius figmentum illud propagarit, quo Martyrij causa, gloriaqu Virginum in dubium reuocatur; offertur interim Acatholicis deridendi Cathol cos materia; quod eos in Martyribus numerent, qui perduelli & hosti imperij cen suris ab Ecclesia fulminato adhæserint.

Et Catholicorum, 1. Galfredi.

Et Velseri.

Traxit Galfredus in errorem lumen alterum Ecclesiasticæ, alterum profanæ hi storiæ, qui solo nixi Galfredo, plus etiam auctoritate sua historiæ incommodarun nam narrationem illam ita colorarunt, vt aliqua Martyrij constaret causa, ac sepul cra Virginum cum reliquijs defenderentur; de quo parum Galfredus laborarat Faciunt igitur nullo laudato teste circa Lugdunum Batauorum appulsas, ibiqu virginitatis amore trucidatas, & Coloniam allatas, vt honorificè terræ Martyre mandarentur.

2. Auẽtini Sequaciũ opinio.

Altera opinio ex Auentini Lutherani cerebro conficta, hoc molestior, quo viros doctissimos Aubertum Miræum, & Bartholomæum Petri in errorem traxe rit: conflat is Sodalitatem Vrsulanam ex vxoribus, viduis, liberis, & consanguinei qui Treuiros ad parentes, maritos, & agnatos properabant: vt Martyrij laurean eis eripiat: hanc ægrè tueri possunt Aubertus Miræus, & Bartholomæus Petri quas vt hostes imperij iussu cæsario volunt omnes Coloniæ interemtas.

3. Hectoris & D. Fleiẽ

Tertia fabella Hectoris est, quam D. Fleien pigmentis nouis colorauit: h contra votum eductam è Monasterio; sed volentem, sed gaudentem S. Vrsulan iungunt matrimonio Conano cuidam: at affictorum adiunctorum suorum prorsu inauditorum, imò sacrilegij nullum laudant testem: non parum in castam Marty rem iniurij, quam votifragam censuerunt. Potius sanè repudiatis hactenus alla tis figmentis communi opinioni adhærendum esset, quæ admisso etiam Roman itinere, Hunnorum nomine traducta in errorem, ad Attilam Martyrium reuoca uit, inde sola temporis nota auctores illi qui plurimi sunt, à nobis diuiduntur, se quæ nos rationes conuincant ab his etiam dissidere, eæ sunt suo loco pertractatæ

4. Cõmunis quæ ad Attilam reuocat.

Vide

Vides amice lector, cum præcipui nostri aduersarij ad tres vel quatuor classes reuocentur; singulæque opiniones figmentis vtantur nouis, quorum nullum apud antiquiorem auctorem vestigium reperiatur, cur iure ab iis discedendum esse iudicemus: quando fabularum istarum Galfredi, quæ vetustissima est, 500. tantum annos originis suæ repetit; cum tamen eo ipso Galfredi æuo nostra S. Vrsulæ historia vetus, diceretur; nunc inquirendum in causas est, quæ historiæ Ecclesiasticæ, & profanæ lumina in hos errores induxerunt.

CAPVT XXI.

Cur Historia Vrsulana non sit petenda ex Britanniæ scriptoribus, & quare Gildas nunquam, Beda verò bis tantum S. Vrsulæ meminerit.

CAVSA erroris omnium recentiorum est, quod petendum inde putarint Vrsulanum martyrium, vnde sumi, nec potuit, nec verò etiam debuit. Duplex scribendæ historiæ modus est, vt certa temporis ratio gestorum habeatur; Primus, quo tempore parentes, maiores, & agnati eius, cuius res & facta persequeris, vixerint, si ex loci illius annalibus, aut Patriæ vetustissimorum historicorum testimonijs, vel M. SS. eruatur. Alter est, si talium locorum annales & antiquissima monimenta perierint, quæ gentis illius, familiæque gesta complectebantur (sicut interisse in Britannia, Britannorum probatissimorum testimonio post paulò demonstrabo) consulat, qui de ijs scripturus est, omnia locorum vestigia, vbi vitam degisse talis memoratur; attendat populorum istorum constantem, & concordem inter se traditionem; videat quo tempore præsules ij, notæque sanctitatis viri vixerint, quib. vsus familiariter perhibetur. Priorem viâ ingressus est Velserus, Herman. Fleien, & alij: ille Anglam credidit S. Vrsulam, & Anglum vel saltem Britonẽ Angliæ scriptorem quingentorum annorũ; sed fabulosum secutus est, hic cum origine Scotam arbitraretur, Scotiæ recentiorem testem consuluit meliorem Rhetorem, quam historicum, Hectorem Boëthium; vterq; deceptus est; cum nec Britanni ipsi hac in historia Britannos esse audiendos existiment; alteram ego & tutiorem ingredi viam volui. Iustraui per me, vel inquilinos missis literis omnia locorum vestigia, per quæ putantur Virgines peregrinatæ, consului populorum istorum traditiones; Chronica, picturas, inscriptiones, breuiaria, & M. SS. quæ haberi potuerunt, & Deo propitio, fauentibus Sanctis Virginibus; hominibus vbiq; promptissimis, & scitu necessaria liberaliter transmittentibus, puto me adiumenta veritatis historicæ accepisse, spe & opinione mea plura, certiora & luculentiora quam vllus, Dei benignitate homines vbique permouente ad hunc pium conatum promouendum: quæ quidem omnia è diuersis diœcesibus: Basileensi, Constantiensi, Argentoratensi, Coloniensi, Vltraiectina, alijsque remotioribus locis Belgij, Italiæ, & Lusitaniæ conquisita cuncta reperi conformia inter se, vt in ijs solida, stabilis Chronologiæ & authenticæ Historiæ fundamenta reperiantur; quæ cum Ecclesiastica, profana que temporis illius historia mirificè congruunt, ita tandem in certam temporis Vrsulani Martyrij cognitionem (quæ præcipua difficultas erat) deueni. verti hic me ad scriptores Britanniæ: nihil in Gilda sapiente de Alexandri Seueri tempore reperi, sub cuius exitum vitæ S. Vrsula palla scribitur, nihil in Beda, qui vno fatentur ore gesta temporis illius ob vastationes plurimas, & Diocletiani furorem in tenebris iacuisse, ita quidem omnibus veterum libris sublatis, vt ea ipsa, quæ scribebant, ex transmarinorum monimentis aduentitijs, & externis, non autem è patrijs Britanniæ potuerint eruere.

Duplex scribendæ historiæ modus.

Primus à maiorum cõditione.

Alter à vestigiis locorum, in quibus fuit.

Ab ijsdem Historia Vrsulana petenda. Et traditionibus.

Quæ omnia inter se conueniũt

Gildas & Beda eam historiam non attingunt.

Quæ Britãnici Annales perierunt.

Vndè nec nominis quidem fama ad Gildam peruenit; peruenisset autem, Maximo vel Attila dominantibus vixisset, cum horum temporum res gestas sicu & Beda, satis accuratè, licet breuiter exsequatur, & quia seculo septimo sub S. Cu niberto columbæ volantis indicio, detecto S. Vrsulæ monimento cum nomin inscriptione vulgari cœpit Vrsulana historia: multoque magis seculo sequenti, cui

Beda facit S Vrsulæ mentionẽ.

à S. Willebrordo Britanno coæuo Bedæ, S. Cuneræ (Sodalis S. Vrsulæ) corpus in uentum esset, is primus Anglorum, memoriam Britannicarum, & Colonienſium Virginum ætate sua in ephemerides & Martyrologium coniecit: earum tamen i historia Britannica non meminit; quia tempus Attilæ, Maximique Virginea ca des antecesserat: nihil autem in Britanniæ monimentis (toties vt vterque conquer tur, vastata patria, sic vt ne memoria quidem priorum temporum inueniatur potuit reperire.

Cur in hac historia nõ sint soli scriptores Britannici consulẽdi.

Quocirca non prudenter satis Hermannus Fleien in libello suo de S. Vrsul conscripto ponit hoc quasi compertũ & exploratum: *Historiam istam, quoniam de Vi ginibus Britannicis est, à Scriptoribus Britanniæ accersendam esse,* profertque solum He ctorem Boëthium rerum Scoticarum scriptorem, cui vni res patriæ suæ describen potiori iure, quam aliis exteris de rebus ignotis testantibus fides habenda videatur. In hoc ego magnopere dissentio, nec leuibus adductus argumentis. Principio e nim cum in Britannicis Insulis singula regna Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Sacrur hunc sibi cœtum vindicent, dubium erit, an Scoti sint Anglis, & Hibernis scriptor bus anteferendi. Deinde demus, res eas, quæ dum in patria degerent, Virginibu acciderunt, ex Britanniæ scriptoribus & locorum peritis esse repetendas: quæ ta men tempore peregrinationis in exteris terris contigerunt, quis neget vbi gest sunt, inde tutius esse perquirenda? Nam si de S. Gereonis n orte, sociorumqu Thebæorum, & Maurorum historia quis vestigare voluerit, an eam ex Aegyptio rum annalibus, vel Mauritaniæ Scriptoribus repetet, qui forte vix fando quidquar de ea vnquam audierunt? nonne potius Colonienſibus fides ex maiorum narra tione tribuenda, qui locum Martyrij, columnam, cruentosque cespites eorur sanguine purpuratos demonstrant, indices mortis Christi causa toleratæ? Qu nesciat in exteris sæpè regionibus sanctitate Martyrijque laurea celeberrimos ex stitisse, quorum in patria nulla nec nominis quidem fama, vel maiorum celebretu duobus id horum locorum exemplis confirmabo.

Gesta extra Patriã à loci Inquilinis petenda.

P. Antonius Vasconcellus lib. de Regibus Lusitaniæ rarum Bonnensis cuiu dam militis Martyrium & miracula luculentà memorat, cuius ante eius editionem libri Bonnenses nostri nihil, ne fama quidem acceperant: ipsum audiamus.

Henricus Bonnensis egregius Christi Martyr. Miraculis claret.

Eques insignis Henricus Germanus natus Bonauillæ (rectius Bonnæ) *quatuor à Co lonia Agrippina abest leucis oppidum aduerso Rheno; conditum fuit de mortui corpus in tem plo S. Vincentij, Lusitanis immixtum, non suis, qui in templo S. Mariæ à Martyribus sepeli bantur; siue id viuus adhuc Henricus posiularit, vt ex animo cum Lusitanis initam testa rentur amicitiam, siue id postea curantibus Lusitanis viri sanctitate illectis. Neque di cœlum hominis sanctitatem celauit, miris in sepulcro eiusdem editis operibus, vt demortu virtus miraculis patefieret. Prius verò miraculum illud fuit, quod in duobus adolescen tibus Henrici eiusdem classiariis visum est: horum alter surdus, mutus alter; à natalibus vter que, ad Martyris sepulcrum ambo procumbentes opem subnixè precabantur. Ecce tibi gra somno opprimuntur, & in somnis Henricum hilari, ac facili oris habitu vident eosdem bland intuitum, & sic paucis hortantem.* Gaudete, & lætamini, loquimini, & audite: me ritis siquidem horum Martyrum, qui hoc sub tumulo requiescimus, hoc vobis be neficium confert cœlum. *Hæc cum diceret, homines deseruit, atque subito excuti somn surdus, qui fuerat, mutum antea loquentem audit, non maiori ad inuicem gaudio, quam eo rum, qui nouerant ex re insolita stupore. Nec longo postea elapso tempore Henricus iden seniori cuidam Ecclesiæ ministro ter apparuit, cui iussit suum propè sepulcrum collocaret fide lem seruum, cuius opera fuerat vsus inter viuos; vt qui eodem pro Christo amore occubueran eodem simul loco de mortui accubarent.*

Apparet & sanat surdũ, aliũq; mutum.

Vult sepeliri secum famulum.

Illud verò manifestius sanctissimi equitis gloriam indicauit, quod eius è sepulcro palma pulcherrima exorta fuerit, miro frondium virore comata, quæ illarum speciem referebat, quas ætate illa manu solebant gestare, qui Ierosolymæ sepulcrum precabundi inuisum ibant: huius è foliis remedium quærebant præsentissimum ægritudine aliqua laborantes; vel tantillum, collo appendentes, vel comminutum in puluerem epotantes, vt vires affecti corporis de integro resarcirent. Ob tanta tamque insignia rerum miracula Alphonsus Lusitaniæ Rex primus, mirum equitis Henrici sociorumque amorem piè colebat, vt si aliqua corporis tentaretur ægritudine, eorum statim procumberet ad sepulcrum, vbi præsentem sibi opem de fuisse nunquam precibus sentiebat. Hactenus Vasconcellus.

Palma è sepulcro eius nascitur.

Iterum vrgeo: cui hactenus Bonnensium constitit hunc Henricum tam generosum Christi pugilem, miraculis & celebri Martyrio venerandum summo in honore Lusitanis esse, vel si cognouit, nunquid à Lusitanis historicis didicit? & tamen si ad normam regulamque veritatis historicæ D. Fleien, huius res gestas expendamus, à solis Bonnensibus scriptoribus, apud quos natus est, eius memoria nobis esset repetenda.

Hic Bonnensib. innotuit solis è scriptis exterorum.

Veniamus ad Colonienses: Petrus Maffeus rerum Indicarum scriptor cumprimis elegans & accuratus, Ioannis cuiusdam Colonienſis ciuis filij Martyrium à Colonienſibus hactenus ignoratum, his verbis memorat: *Præterea misti varijs è nationibus ad eum desertores, ac transfugæ, nec non schismatici ventitabant. Abassini, Armenij, Georgiani: & ex Europa non pauci; quos ille per summam lenitatem ereptis opinionum erroribus, solemni ritu piatos restituebat Ecclesiæ. Ex ijs vnus Ioannes nomine in ipso conatu Casparis adeundi præclarum Martyrij decus tulit. Germanus erat genere, in vrbe Colonia natus, patre admodum locuplete, annumque iam decimum in oppido Turcarum Califa non longè ab Armuzianis finibus pro Mahometano se gerebat, tormentarij pulueris artifex; atque ob id ipsum genti percarus: is audito Casparis nomine, rebusque ijs, quæ Armuziæ gerebantur, ab impio ministerio ad famulatum Christi, si Caspar adiuuaret, quamprimum redire constituit. Id quo sine arbitris fieret, in atramenti librarij difficultate sulphureum diluit puluerem; ex eo diluto literas ad Casparem vna eademque sententia Latino, Belgico, Francoque sermone conscribit, vehementer optare se, modò apud Lusitanos tuto liceat commorari, & à Caspare fidem accipiat, Armuziam venire, & Christo Domino per sacramentum pœnitentiæ satisfacere: eo nuncio latus Caspar extemplo rescribit, fidenter accedat, sibi, ac Lusitanis aduentum ipsius gratissimum fore. Hæc epistola incertum cuius fraude, qui perferendam acceperat, an alio quo casu ab Califano præfecto intercepta, Ioannis consilium prodidit: Confestim à Turcis de ipsius religione quæsitum: ille verò sese intrepidè Christianum fateri, atque ad omnia tormenta, necemque pro Christi nomine promtum ostendere; Inde furentibus Mahometanis fœdè laniatus atque dissectus, ad vltimum vsque spiritum in veræ fidei confessione permansit. Caput abscissum, & prælongo infixum hastili Turcæ in arcis mœnibus posuere. Haud ita multo post Lusitana classis Armuziam tenuit: millia duo circiter hominum ea classe vehebantur: eius turbæ totius animorum sordes Caspar eluit solus, quod sacerdotes per eos dies omnes in morbum incidissent. Inde placato Deo Lusitanus ardentior ad Califanum litus accessit, ac repentina exscensione oppidum cepit atque diripuit. Inter direptionem Casparis epistola apud Præfectum reperta eo argumento de Ioannis nece cognitum est; refixum extemplò caput, Armuziamque accuratè transmissum, Caspar cum Psalmodia, & laudatione perhonorificè condidit.*

Vt Colonienſis quidam Martyr.

à Turcis ob fidem occisus.

De hoc etiam Martyre nihil Colonienses nostri, apud quos lucem adspexit primam, nisi ex Indicarum rerum scriptoribus cognouissent, quia Martyrium illius alibi patratum est, vnde rei gestæ series est repetenda. Idipsum nos de Sanctis Virginibus ducimus esse faciendum: vt ea, quæ acciderunt in Hibernia, ex eius monimentis, si quæ supersint: ea verò, quæ gesta sunt alibi, non ab Hibernis; sed loci Inquilinis petenda esse pronunciemus.

Ab Hibernis & Britannis peti nõ possunt transponenda, quæ ibi contigerunt.

Quanquam non parua difficultas erit, si illa etiam, quæ Hibernorum, vel Britannorum deberent esse propria: ab ipsis Britannis perquiramus, propter defectum historicorum, qui res eorum temporum complexi sunt monimentis, : adeò, vt recentiores, qui eorum siue Annales, siue res gestas scribunt; communia tantum vulgent, quæ ex Romanæ Reip. vel Ecclesiasticæ historiæ exteris auctoribus hinc inde conquisierunt. Quod inde factum suspicor, vel quod Britannis eo tempore proprij Christianique Scriptores defuerint; vel si qui fortè exstiterint de Christi fidelium rebus concinnati libri, ij siue Diocletiani furore, siue alijs barbarorum irruptionibus atque iniurijs temporum perierunt.

Ob vastationes & veterã monimẽta literaria perdita.

Vt cõqueritur *Gildas. Lib. de excidio Britã.*

Hoc singillatim de patria sua testatur Gildas sapiens: sic enim in epistola de excidio Britanniæ loquitur: *Illa tantum proferre conabor in medium, quæ temporibus Imperatorum Romanorum passa est mala, quantum tamen potuero, non tam ex scriptis Patriæ, scriptorumque monimentis (quippè quæ vel siqua fuerint, vel ignibus hostium exusta, aut ciuium exulum classe longius deportata non compareant) quam transmarina relatione, quæ crebris interrupta intercapedinibus haud satis claret.*

Pitseus l. de scriptor. Britannia.

Quem patriæ suæ monimentorum defectum, & intimè agnouit; & aperte confessus est Ioannes Pitseus natione Anglus, libro, quem de illustribus Britanniæ scriptoribus collegit: *Prima*, inquit, *ætas, post Christum paucos admodum in Britannia nostra dedit Doctores Christianos, & ex ipsa gente puto nullos, ætatis primæ plusquam dimidia pars transierat, antequam in Britanniam veniret Ioseph ab Arimathia, & qui licet cum socijs sine dubio quosdam conuerterit, & baptizauerit, quinam tamen illi, & quantus eorum fuerit numerus, nullus hactenus nobis certus datus est index; sicut & pleraque, quæ priscis illis temporibus in Britannia gerebantur, nobis in dubio sunt, & in obscuro.* Con-

Goduin. lib. de Præsulibus Anglia.

sentit Goduinus cum de Eboracensibus agit Episcopis: *Nobis*, inquit, *fatendum est primorum Ecclesiæ Britanniæ Rectorum memoriam sanè perexilem superesse*: cuius rei duas causas attingit, *siue quod à natura comparatum sit, vt omnium rerum initia sint obscura plerumque; siue quod Ecclesiasticorum illorum temporum historiam tyrannorum, & persecutorum rabies deleuerit, atque absumserit.*

His tribus auctoribus testatum satis relinquitur, Vrsulani temporis historiam è Britannia peti neutiquam posse, cum seculorum primorum memoriam deleuerit obliuio, monimentis literarijs amissis, vel incineratis: vnde quæ sub initium libri sequentis de Britannorum conuersione differentur, & fidelium multitudine, qui primis Ecclesiæ nascentis temporibus ibi floruerunt, ea non è Britannicis; sed Græcis, & Latinis scriptoribus hauriemus, vt mirum non sit Velserum, Hermannum Fleien & alios, adductos in errorem esse, dum è solis Britannorum scriptis hanc historiam censuerunt esse delibandam; neglecta vel etiam contemta traditione Colonienſi, reliquorumque populorum, quos peregrinatione, morte vel martyrio suo reddiderunt illustriores.

Ego verò declinatis adulterinis fontibus, monstratisque præcipuis aduersariorum nostrorum fundamentis & dirutis, causaque & radice erroris satis indicata, prius quam ipsam vno filo contexam historiam, nonnulla obiectorum capita de Regibus, Ducibus, & Comitibus Vrsulani temporis diluam: vt eradicatis omnium contrariarum opinionum fibris, gratior exsurgat historiæ sequentis narratio.

CAPVT XXII.

Inter obiectiones ab aduersarijs quibusdam motas prima est: An Reges fuerint sub Imperio Romano tempore martyrij Vrsulani.

Difficultates de Regibus Vrsulanis.

COmmento similior, quã historiæ videtur esse ea B. Hermanni c. 11. tot Regũ, & Reginarũ Martyrũ enumeratio. Rerum tunc vbiq; ferè Romani potiebãtur: qui regium

gium exsecrabantur nomen: hinc istæ Iudæorum voces ad Pilatum: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, omnis enim, qui se Regē facit, contradicit Cæsari:* nec verosimile videtur, tot eo tempore Reges fuisse Christianæ fidei rudimentis institutos, præsertim cum Principum & Regum catalogi nullam in ijs locis faciant eorum nominum mentionem. Io. 19.

Non inficias eo, florente Romanorum libera Rep. Regibus semel exturbatis nolentem istud Quirites æquis auribus audire non potuisse: hinc tanta contentione animorum contra Tarquinij Superbi filios pro libertate dimicarunt; licet exteris in regionibus à se deuictis, & redactis in prouinciam, Massanissam in Mauritania, Hieronem in Sicilia, Ptolomæum in Ægypto tolerarint.

Oppressa verò Cæsaris & Augusti dominatu Reip. libertate, credebant Imperatores hoc se potentiores, quo plures subiectarum gentium Reges vectigales & beneficiarios sibi fœderarent, quod exemplo Iudææ sic declarat Cardinalis Baronius: *Nec mireris, redacta iam Britannia in prouinciam Regibus extinctis, vt auctor est Suetonius in Claudio c. 17. & Tacitus lib. 12. iterum in Britannia Lucium regnare audias: nam & alijs sæpè prouincijs id fuisse concessum inuenies. Iudæa enim post quam redacta est in prouinciam habuit Reges ac Tetrarchas: Armenia etiā concessione Hadriani Regem habuit, vt tradit Spartianus in Hadriano. Quin & ipsam Britanniam iam redactam in prouinciam, inuenies tempore Neronis habuisse Regulum.* Is erat Præsutagus, de quo Tacitus Annal. 14. Cæsares passi sunt Reges. Baron. ad 26. May. Tacit. Annal. l. 14.

Obseruat Lorinus noster Herodem Agrippam, illum Herodis magni nepotem licet Tetrarcham, à S. Paulo tamen, & Luca, nec non Festo Romano Præside tam priuatim, quam publicè facilè decies in Actis Regem c. 25. & 26. nominari: Vnde Iudæorum iste clamor ad Pilatum de ijs est intelligendus, qui sibi contra Cæsaris & Romani Senatus auctoritatem regium honorem arrogarunt: patet id sole clarius in Regibus ex Asamæorum & Herodis sola familia proseminatis intra 100. & 28. annos, ab expugnata Pompei Magni viribus Hierosolyma, ad excidium eiusdem sub Vespasiano: cum enim tanto tempore triginta duarum olympiadum decursu Romanorum iugo Iudæa premeretur, Reges tamen Ducesque proprios beneficio Romanorum retinuit. Act. 25. & 26. Ioseph. 10. antiq. 8. In Iudæa sub Romanis 128. annis.

Primò Gabinius bis bello petijt Alexandrum Aristobuli fratrem, ne Iudæam recuperaret, successor Gabinij M. Crassus Solymam ingressus, ærarium expilauit. 1. bel. Iud. 6.

2. Bello Alexandrino sub Iulio Cæsare fuit Antipater Iudææ totius procurator olim à Pompeo M. designatus, is filios duos duces nominauit, Iudææ Phasaëlum, at Galilææ Herodem, cum Hircanus solum Principis nomen sibi vindicaret. 1. bel. 7. 14. ant. 9. 6.

3. Bello ciuili gliscente, Cassius vim magnam argenti Iudæis extorsit ad bellum prosequendum. 1. bel. 9. 14. antiq. 8.

4. Triumuiratu verò constituto, profectus Antonius in Asiam, Iosephum cum fratre Tetrarchas nominauit. 14. antiq. sub finem. 1. bel. 11. 15.

5. Occasione ciuilis belli Parthi Iudæam inuaserant, Regem Antigonum renunciarant exturbato Herode cliente Romanorum: ad quos ipse oratum auxilium confugit. antiq. 2.

6. Herodes ab Octauiano, Antonio, & Senatu Iudææ Rex declaratur. antiq. 14. 16. 1.

7. Ventidio contra Parthos misso imperatum est: vt pacatam Herodi traderet regni possessionem. 1. bel. 12.

8. Herodes auxilijs Sosij Regem Antigonum cepit, quo capto, & Hircano à Parthis abducto, Asamæorum, seu Machabæorum finitur principatus, cum annis 125. præfuissent. Vnde concludo manifestè, iam inde ab olympiade 178. Iudæos, licet Romanis parerent, Reges tamen & Duces suos ad Herodis vsque regnum retinuisse. 17. antiq. 8.

Vrbe verò rursus expugnata, sublatoque iam Antigono, Rex Herodes annis 37. imperauit, quamuis cum subiectis populis vectigalis esset Romanis, vt clarè, quæ dicturus sum, euincunt. Ab ijs Herodes Rex creatus. Ioseph. 1. bel. 17. 15. antiq 10.

Primò, cum ad Actium Antonio debellato regno timeret, posito diademate conuenit Herodes Augustum Rhodi, donec id ab eodem recuperaret. 2. Sa-

2. Saturnino Syriæ Præside Iudæa censa est, omnesque tam Augusto, quàm Herodi coacti sunt iureiurando fidem obligare, multatis Pharisæis, quod imperium detrectassent.

3. Herodi per Romanos non licuit iusto bello vicinos Reges lacessere, nec de proprijs filijs sumere supplicium: Ideo Romam opus fuit proficisci, reos apud Augustum agere, cuius auctoritate potestas Parenti facta est, eos, vt insidiarum reos occidendi.

4. Nec Herodi licuit heredem testamento, quem vellet, scribere; sed eo iam condito, magnam partem Augustus id irritum declarauit, vt pars tantum filijs, nepotibusque cederet, Archelao Iudæa, Herodi Antipæ Galilæa, Philippo regio Trachonitidis.

Ios. 18. antiq. 3. l. 2. vel 3. Dio l. 55. 20. Antiq. vlt. 2 Bel. 10.

5. Sed nec his frui regnis perpetuò datum est: nam breui Archelaus iussus est Iudæa cedere, Antipæ & Herodiadi Galilæa relicta; sed Herodi Agrippæ Philippi regiones à Cæsare sunt attributæ, cui Claudius adiecit Iudæam & Samariam: ea lege ne tali donatione ius Romanorum minueretur. Ideò Cæsar Agrippa denato, regni successione filium spoliauit.

Clarius hæc omnia licebit ex vna Herodis familia cognoscere, si Reges & Duces ex ea genitos, & à Romanis institutos numeremus.

Et posteri eius centũ annis.

1. Antipater à Pompeo M. Iudææ prócurator è Cypro coniuge quatuor suscepit liberos:

1. Phasaëlum Iudææ Ducem. 2. Herodem Magnum, Ducem primo Galilææ, mox Tetrarcham, denique Romanorum beneficio Regem. 3. Pherorum. Iosephum Tetrarcham ab Antonio designatum. Filia fuit ei vnica Salome.

Vxores Herodi fuerunt decem: earum octaua consobrina, & nona fratris filia: liberis caruerunt: è ceteris filij vndecim, & decim filiæ prodierunt.

Herodis filij 16 filiæ vndecim.

Filiorum ista sunt nomina. 1. ex Doride natus est Antipater. 2. ex Mariamne tres filij geniti Alexander, Aristobulus & Herodes Romæ mortuus, ac filiæ duæ Salamsio & Cyprus. Ex 3. Malthace duo filij Archelaus & Antipas, filia Olympias. Ex 4. Cleopatra, Herodes & Philippus. Ex 5. Pallade Phasaëlus. Ex 6. Phædra filia. Roxane. Ex 7. Elpide Salome. Ex 10. Mariamne Herodes tetrarcha Galileæ: Horum liberorum quatuor Antipater, Herodes, Roxane, & Salome sine prolibus excesserunt. Superant nepotes 8. filiorum, & trium filiarum.

Nepotes Reges.

Nepotes 1. ex Alexandro nati Tigranes duo, primus Armeniæ Rex, caruit liberis: alterum etiam Armeniæ Regem Nero nominauit. Vespasianus verò Ciliciæ Regem Alexandrum creauit. Aristobulus tres genuit filios, Herodem Agrippam Regem, qui S. Iacobum interemit, Aristobulum & Herodem cum filia Herodiade.

Abnepotes.

Agrippa Magnus duos suscepit filios, Agrippam iuniorem, Regem Chalcidis: Claudio renunciatum: vixit is ad tertium vsque Traiani annum: 2. Drusum impuberem mortuum cum Berenice desponsa Herodi patruo, quæ Regina nominatur. Mariamne verò nupsit Iulio Archelao Chelsiæ filio: vti Drusilla Epiphani filio Regis Camagenorum desponsa, nupsit tamen Felici Præsidi. Ex Aristobulo Aristobuli filio, & Olympiade nati sunt Herodes, & Aristobulus, sicut ex altera coniuge Bernice Hircanus & Bernicianus: Herodes tertius Aristobuli filius priuatus vixit cum Emesorum Regis filia, ex qua suscepit Iotapam.

Herodias autem Aristobuli filia primo Herodi tetrarchæ Salomen saltatricem Euangelicam peperit, adhæsit postea Philippo: mox & contra legem Herodi tetrarchæ Galilææ conuixit turpiter, cuius consilio S. Ioannes Baptista fuit decollatus.

Hæc satis demonstrant Romanos, Iudæa licet in prouinciam cum regnis confinibus redacta, multos passim Reges, Duces & Principes sibi vectigales vbique retinuisse. Agrippam certè iuniorem Augustus adoptarat cum Tiberio: quem ob suspiciones Tiberius diu vinculis adstrinxit, Rex tamen Tetrarchiæ Philippi creatus, *Lib. 8. c. 8.* Claudio regnum insuper Chalcidis obtinuit.

Postea

Postea Nero quatuor eidem vrbes & toparchias Abilam, Iuliadem, Tarichæas, & Tiberiadem attribuit, qui postremus Herodiadarum Regum, si Photio credimus, Traiani ætatem attigit. Vnde non tam Iudæi Pilato regiam dignitatem, quam eius, inuitis Romanis, vsurpationem opposuerunt. 2. bel. 12. Photius in Bibl.

Quod de Iudæa dictum est, idem Imperatores in ceteris Imperij Romani prouincijs permiserunt. Suetonius ait de Augusto: *Regna, quibus potitus est, aut ijsdem præter pauca, quibus ademerat, reddidit, aut alienis contribuit, Reges socios etiam inter semetipsos mutuis necessitudinibus iunxit, ijsdem cum Augusto Reges certabant officijs. Reges,* uti idem alibi, *amici & socij in suo quisque regno vrbes Cæsareas condiderunt; Romæ & prouincias peragranti quotidiana officia, sine insigni regio, præstiterunt.* Iterum: *pluribus de regno certantibus, non nisi ab ipso electum, comprobarunt.* Similia Dio Cassius in Augusto memorat, *Augustum Aretæ Regi infensum fuisse, & quod per se regnum arripuisset, quasi Reges* (ait in Maximiano Panegyricus) *tunc demum integra auctoritate regnarent, si Imperatorem Romanum placassent.* Claudio Cæsare Cheruscí Germani Regem teste Tacito petiere: *Eodem* inquit *anno Cheruscorum gens Regem Roma petiuit, amissis per interna bella nobilibus, & vno reliquo stirpis regiæ, qui apud vrbem habebatur, nomine Italus. Paternum huic genus è Flauio patre Arminij, mater ex Cattumero Chattorum principe erat, ipse forma decorus & armis, equisque in patrium nostrumque morem exercitus. Igitur Cæsar auctum pecunia, additis stipatoribus, hortatur genuile decus magno animo capessere.* Reges sub Romanis in alijs orbis partib. Suet. c. 40. Sub Augusto. Cap. 60. Cap. 20. Maximiano. Claudio. Tacit. li. 11.

Et ante eum Tiberius: *Reges suspectos minis & querelis non vi repressit, alios blanditijs ad se attractos non remittit ad suos, vt Marobanum Germanum, Trasipolim Thracem, & Ardelaum Cappadocem.* Tiberio. Suet. c. 37.

Postea Nero: *Tiriditati Regi cum in vrbem venisset diadema* publicè imposuit. his vt Dio testatur verbis: *Quæ neque pater tuus, neque fratres, qui dederant, conseruarunt, ea trado tibi in manus, & Regem Armeniæ facio: vt & tu, & illi discant me & regna auferre, & donare posse.* Sic Traianus: *cum Armeniorum Rege bellum gessit, quod regni diadema non à se: sed à Parthorum Rege suscepisset.* Nerone. Traiano.

Venio ad propinquiora S. Vrsulæ tempora, de Antonino Pio scribit Capitolinus: *Pharasmanes Rex ad eum Romam venit, plusque illi, quam Adriano detulit. Pacorum Regem Ledis dedit, Parthorum Regem ab Armenorum expugnatione solis literis repulit: Abagarum Regem ex Orientis partibus sola auctoritate deduxit, causas regales terminauit, sellam regiam Parthorum regi repetenti, quam Traianus ceperat, pernegauit; Rimetsaloëm in regnum Bosphoranum (audito inter ipsum & curatorem negotio) remisit, Olpio[litis contra Tauroholytas in Pontum auxilia misit.* Capitolinus in Antonino. Antonino Pio.

De Lucio successore subdit: *Confecto intra quadriennium per Duces suos bello Parthico, regna Regibus, prouincias verò comitibus regendas dedit.* Lucio Vero.

Viuente S. Vrsula Lampridius de Alexandro ait: *Cum enim Alexandro fur quidam præsentatus fuisset, iussus est à Regibus audiri, ac re probata damnatus est; & cum quæreretur à Regibus, quid apud eos paterentur fures? illi respondissent crucem, ad eorum responsionem in crucem sublatus est.* Commentatur in hæc verba sic Casaubonus: *Videntur in aula Imperatoris tum fuisse Reges aliqui, aut Regum filij, plures enim sub Imperio Romano etiam tum Reges erant.* Quocirca non potest veteris historiæ penitus dubitare, quin non is, qui Rex auctoritate Romanorum creabatur; *sed qui seipsum Regem facit, contradicat Cæsari.* Alexãdro.

Sed an tantam Regum turbam Vrsulano tempore credamus iam fuisse fidei Christianæ mysterijs initiatam? Nec hoc incredibile videri debet, is enim, qui vix natus primitias gentium tres Reges ex Oriente solo nutu ad sua deduxit incunabula, ducentis iam & triginta annis euolutis, plures Ecclesiæ suæ prouidit defensores, cui promiserat: *Et erunt Reges nutricij tui, & mammilla Legum lactaberis.* Ita iam tum Apostolorum æuo à SS. Thoma, Matthæo, An Reges tot Christiani. Isai. 60.

& Bar-

& Bartholomæo fidei doctrinam Reges susceperunt, Abdia teste: sed quamuis demus initio congregationis tantæ Sodalitatis nondum Reges omnes Christum agnouisse, post ea tamen peregrinationis tempore melius instituti, ante martyrium ritè sunt aquis genitalibus Christo regenerati.

CAPVT XXIII.

Regesne fuerint An. 237. in Thracia, Sicilia, VVallia, Anglia, Hibernia & Hispania.

DE Constantia Thracis Regis filia, quam aliqui vocant Constantinopolitanam imperatricem: de Rege Walliæ, qui locus eo tunc carebat nomine, item de regulis Siciliæ & Hispanię: maior est difficultas: priorem paucis expedio. Licet nomine Constantinopolis Byzantium tunc nondum fuerit insignitum, quam Christi tempore Strabo ciuitatem illustrissimam, nominauit: licet etiam Walliæ regnum à Cambro Rege Cambriæ diceretur; nihilominus in Thracia Byzantini quidam reguli: & similes in Cambria beneficio Romanorum gubernabant.

Siciliam Insulam certum est vetustissimis temporibus ante, quam à Romanis in Prouinciam redigeretur, Reges habuisse, Phalarim Dionysium, Agathoclem, alios; at Getrinuncijs de quodam agro certantibus, Athenienses pariter & Lacedæmonij, vt opem ferrent aduocati, ad dominatum insulæ studijs æqualibus adspirarunt: Tentarunt idem Carthaginenses, qui anno citius, quam à Romanis subacta penitus est, pactis cum ipsis fœderibus exesse Sicilia iussi sunt: & anno sequenti, licet in prouinciam redigeretur, Hieronis tamen regnum saluũ & integrum est reseruatum. De Regulis eorum Liuius cum refert Græcos Coss. Camillo & M. Valerio Coruo classe in ruti[illegible]e in Italiam, subdit: *Cuius autem populi ea, cuiusque gentis classis fuit, nihil certi est, credo maximè Siciliæ fuisse tyrannos.* Et apud Florum in epitome: *Mamertinis Siciliæ populis Romanorum socijs à Romanis auxilia decreta sunt contra Hieronem Regem Siracusanorum*, is Regulorum seu tyrannorum Siciliæ potentissimus habebatur: de quo videri Ciceronis Verrina 3. potest.

Sicilię Reges.

Liuius li. 7.

Florus in Epito.

Sub Romanis.

Vbi verò post V. C. anno circiter 540. Romanis parere cœpit, ita se in clientelam eorum Siculi contulerunt: vt teste Cic. Verrina tertia: *eodem iure essent, quo fuissent, eadem conditione Romanis parerent, qua suis antea paruissent.* Vnde non fuerunt Siculorum Reguli suis exuti sedibus, & auitis bonis; sed sub Romanorum tutela suis frui possessionibus iussi. Nam Liuius lib. 24. scribit de Hieronymo Rege Siculorum: *quod sub Romano Imperio in Sicilia vixerit, & de ejciendis Sicilia Romanis consilia cœperit, eaq; de causa Legatos Carthaginem miserit ad fœdus ex societate cum Hannibale faciendum: pactoq; conuentum, vt cum Romanos Sicilia eiecisset, Himera amnis, qui fermè Insulam diuidit, finis regni Syracusani ac Punici imperij esset.* Quod si Romani tam potentem Regem, qui bellum ijs mouit, non solio deiecerunt, an credibile Regulos & Dynastas suis toparchijs exuisse? Quorum etiam monimenta salua semper posteris conseruarunt, donec Verris auaritia sunt spoliata, quam notat in eo Cicero procemio primæ actionis: *Idem iste præter monimenta antiquissima partim Regum locupletissimorum, quæ illi ornamento Vrbibus esse voluerunt, spoliauit, nudauitq;.* Iterum Verrina tertia: *Ita decumas Lege Hieronica semper vendendas censuerunt* (Siculi) *vt ijs iucundior esset muneris illius functio, si eius Regis, qui Siculis carissimus fuit, non solum instituta commutato Imperio, verum etiam nomen maneret.* Videntur autē Ciceronis ætate multi Regij sanguinis superfuisse: quos ille passim in Verrinis *locupletissimos, nobilissimos & primos* prouinciæ Siciliæ nominat: ita Verri vehemēter exprobrat, quod Philarcho Centuripino homini locupleti phaleras pulcherrimè factas, quæ Regis Hieronis fuisse dicebātur, abstulerit. Quid si Philarchus iure successionis, sanguinis aut affinitatis ea Regia creuisset cum hereditate ornamenta ad tanti Regis tum Siculis clari memoriam multis seculis in eadē familia custodita? Secunda Verrina narratur de Dione

Tempore Cicero.

Verrina 4.

Hele-

Telesino, cuius filio à suo propinquo Apollodoro Laphirone opima venerat hereditas, eum Verri decies, vel vt tertia Verrina corrigit, vndecies centena millia seu 7. circiter aureorum millia numerasse, pro causa, in qua ne tenuissima quidem esse posset dubitatio, Verre cognoscente, obtinenda: subdit ibidem *Dioni Greges nobilissimarum equarum abactos: argenti, vestisque stragulæ domi quod fuit, esse direptum.* Quæ Dionis & Apollodori diuitiæ: tanti greges equarum, & ornamenta domestica, Reguli potentis opes indicant.

Causam huius Dionis egerat Sextus Pompeus Chlorus ob virtutem Romana donatus ciuitate. Vocat eum Cicero: *Honestissimum hominem, omnium Siculorũ primum & nobilissimum*, vt is iure possit Regulorum Siciliæ Maximus existimari: obuia sunt in Verrinis; Liuio, ceteriscque similia virorum locupletissimorum Siciliæ exempla, quæ satis ostendunt; post eadem tempora sub Romanorum dominatu toparchas & Regulos ibidem permansisse: nec tempore subsequente ad Martyrium vsque S. Vrsulæ desijsse: semper enim præsumitur, quod nullam inducit mutationem. Hugo Grot. de iure belli lib. 3. cap. 20. n. 12. Quinetiam magis auctos & numero multiplicatos, esse verosimile videtur: quando regia magnificentia sublata, liberiora reddebantur connubia: poterantque facilius alijs familijs iura dominiaque sua transcribere: quod perfacilè fuit in Insula fœcundissima, quæ Romanorum horreum dicebatur. Multa horum de Siculorum Regibus erudita collegit Ioan. à Crane Legatus Cæsarius. Porrò fidem orthodoxam combibisse à S. Paulo docet Actorum ca. vlt. *Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo*: nec defuit Siculis, vt alibi monstro, cum Deipara literis etiam scriptis, consuetudo & familiaritas: sed gesta tam S. Petri quam S. Pauli in Sicilia, & gentis ad fidei conuersionem, vide prolixè apud Cornelium à Lapide in citatum caput Actuum.

Ad Martyriũ vsq; S. Vrsulæ.

Conuersio ab Apostolis.

Huius verò gentis cum Britannis commercia iam Hieronis tempore viguerunt; is enim autore Athenæo nauim ædificauit ea magnitudine & artis præstantia, vt miraculo fuerit adspicientibus, eminebat in ea malus ingens, qui difficulter in Britanniæ montibus repertus à Philea Tauromenite in Siciliam deductus est, eadem via Gerasina cum filiabus nauigare in Britanniam potuit.

Athen. l. 7. cap. 8.

Quæ licet tam amplum quam Hiero, regnum non obtinuerit; potuit tamen Romanorum beneficio ditiones quasdã minores possidere: vti & filius eius Dorotheus Thraciæ nonnullas vrbes & ipsum Byzantium dicitur tenuisse; cliens & ipse Romanorum: quæ ciuitas licet anno 197. vel sequenti fuerit à Seuero penè euersa: cum homo præcipitis iracundiæ candidatum imperij Albinum persequeretur: vbi tamẽ factus placatior est, ab eodem fuit restaurata.

Rex Byzantinus.

Vocat quidem B. Hermannus Constantiam Dorothei Imperatoris Constantinopolitani filiam: sed ex præcepto C. Iulij Cæsaris: *vti voluit verbis præsentibus*, & anno 1183. cum scriberet visitatis. Ne si Byzantinam appellasset, imperitus eam Bisontinam fuisse credidisset.

Sic neque Cambria Britonum regio, cuius regis filia nomen dedit sodalitati Vrsulanæ, tunc Wallia dicebatur: ducentis annis post ita fuit appellata, cum Saxones eiectis Britonibus eos in hunc angulum insulæ montuosum depulissent: at quia eo tempore, quo scribebat B. Hermannus vulgo Wallia nuncupabatur, ea velut notiore voce istius loci toparcham Regem Walliæ appellauit: quod etiam de vocibus Ducis Brabantini, Flandrensis, Louanensis & similibus, quibus auctor idem vtitur, est intelligendum, nam toparchas istorum locorum, licet olim alijs nominibus designarentur: claritatis causa receptis ætate sua titulis & vocibus compellat. Sed quoniam æuo nostro multi credunt, ante Romanorum in Britannia dominatum, monarchiam, qualis modo est, fuisse, insula verò iam in prouinciam redacta, circa S. Vrsulæ ætatem, Seuero præsertim ibidem extremis annis sedem imperij statuente, nullos omnino Reges imperasse: ideoque non arbitrantur verosimile videri, tot Reges, Principes, & Reginas ex eadem Insula Sodalitatem Vrsulanam præsentia sua & Martyrio honestare potuisse, dicam hic nonnulla de Regibus & Principibus qui post Iulij Cæsaris aduentum ibidem imperarunt: Ipse fatetur Cæsar Bri-

Walliæ Regni origo.

Eo tẽpore nõ fuit in Britannia monarchia.

Cæsar li. 4. & 5. de bello Gallico.

Cæsar Britannos diuersis,&multis Regibus paruisse:cum enim gentem illam initio prælijs aliquot attriuisset,ea maioribus collecta copijs, summam Imperij Cassiuellauno Regi permisit : cum quo superioribus annis ciuitates & Reges alij continua bella gesserant,qui etiam Manuentium Regem Trinobantum interfecerat, Mandubratij filij eiusdem exercitu fugato,& dissipato:quatuor eidem alij Reges Cingetorix, Caruilius, Taximagulus,& Segonax victi vectigales erant. Sed cum à Trebonio primum, deinde à Cæsare fusus fugatusque esset, & quatuor ei subiecti Reges infeliciter castra naualia oppugnassent: missis legatis,& datis obsidibus ac imperato vectigali retento regno pacem exorauit. quæ fusè Cæsar persequitur. Sed quoties à Romanis vel exteris hostibus Britanniæ pax & securitas affulgebat, ipsi se mutuis armis Reges impetebant regni fines extendendi libidine,teste Mela: *Causas bellorum & bella contrahunt,ac sic frequenter inuicem infestant,maximè imperandi cupidine studioque,quæ possident.* Diuidebatur ea tempestate varios in populos Britannia;vt ex tabul a 1. Geographica libri tertij videre licet,quorum singulis singuli ferè Reges auctore Tacito imperabant:Regulos eos nominat Strabo, qui tamen velut clientes Augusto dona pendebant : *Nostra,*inquit, *ætate Regulorum quidam Britannicorum legationibus, & officijs amicitiam Augusti Cæsaris consecuti, donaria in Capitolio dedicarunt,familiaremq; Romanis totam penè insulam redegerunt.*

Sub Iulio Cæsare quinque Reges ibidem.

Inter se dissidentes.

Mela lib. 3. cap. 3.

Tacitus in vita Agricola

Strabo li 4.

Augusto munera deferunt.

Multitudo eorum regulorũ.

Erat ætate Taciti tanta Regulorum istorum copia ; quos Principes ipse nominat,vt vix duabus aut tribus ciuitatibus imperarent : & quoniam singuli debiliores,quam vt Romanorum potentiæ resisterent, & vix adduci possent, vt ad hostem exterum propulsandum communibus armis & viribus decernerent,iugo Romanorum facilius premebantur:vnde nec ipsis Romani Principes aut Regulos auferebant,sed beneficio suo regere,& in fide Cæsarum perstare cupiebant. Insinuat id Tacitus: *Olim,*ait, *Regibus parebant,nunc per Principes factionibus, & studijs trahuntur. Nec aliud aduersus validissimas gentes pro nobis vtilius,quam quod in commune non consulunt : rarus duabus tribusque ciuitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus. Ita dum singuli pugnant,vniuersi vincuntur.* Fouebant etiam Reges istos Romani, vt quos fidos esse magis vsu compererant : eos pluribus etiam debellatis ciuitatibus donarent,licet Insulam in prouinciam redegissent, eodem teste: *Redacta,*inquit,*paulatim in formam prouinciæ,proxima pars Britanniæ : addita insuper veteranorum Colonia : quædam ciuitates Cogiduno Regi donatæ. Is ad nostram vsque memoriam mansit fidissimus, vetere iam pridem recepta populi Romani consuetudine, vt haberet instrumenta seruitutis ; & Reges.* Iam tum Romani non tantum Reges suis sedibus non exturbabant: sed & eo nomine magnificè gloriabantur ; quod eorum esset regna Regibus dare,& parta conseruare : Sed & infidis tollere. Vnde quicunq; Regum sedes sibi posterisque stabilire,desiderabant,vltro in clientelam Cæsaris se recipiebant. Cæsarem etiam tabulis testamentarijs heredem nominando, quod sperarent ea beneuolentiæ significatione prouocatum, quam optimè posteris sociorum cõsulturum: *Rex Icenorum,*ait Tacitus,*Prasutagus longa opulentia clarus Cæsarem heredem,duasque filias scripserat,tali obsequio ratus, regnum & domum suam procul iniuria fore.*

Occasio seruitutis.

Ideò Romani fouebãt Reges Britãnos.

Et hi Cæsares quãdoq; heredes scribebãt.

Tacitus li. 14. An. fol. 312.

Manserè deinde Reges & Duces Britannici:nam circa Vespasiani & Domitiani ætatem Aruiragus Rex Iuuenalis carminibus celebratus,floruit,Duces etiam Galgacus & Couinarius eminuerunt. Aruirago Regi Marius filius subrogatur, is Britonum Rex,Rodericum Pictorum Regem profligauit, deuotis tamen eius copijs vltro cessit borealem Albaniæ partem, quibus Bermgarius imperauit. Postea sub Lucio Vero S.Lucius Rex Britannię magnam partem Christianis submisit legibus,vt fatentur omnes, scribunt etiam Gentiles, Lucium Verum Cæsarem confecto bello Parthico *regna regibus,Prouincias verò comitibus suis regendas dedisse.*

Reges alij in Britannia subRomanis.

Vide Vsseriũ a. 15 f. 583.

Capitolinus in Vero

Qui tantũ mediã insulæ partẽ occupauit.

Dio l. 77. in Caracalla.

At licet Seuerus Imperator in Britannia vixerit, ibique decesserit , non potuit tamen Insulam sibi penitus subiugare: Caledonijs cum Mæatis ab eo sub vitæ finem deficientibus:sed ea pertæsus bella filius eius Caracalla: *Diremit,*ait Dio,*bellum cum hostibus,ac munita loca deseruit.* Vnde vocati penè in libertatem Britanni iugo fermè Romano-

Romanorum liberi, facilius proprijs sub Regibus, Principibus, & Ducibus viuere quietè potuerunt, etiam ijs locis, vbi Romani prius fuerant dominati. Nam cum Senonus triennio in Britannia quinquaginta millia Romanorum perdidisset, media vi insulæ parte subiugata, ea tamen sine defectionibus frui pacata non licuisset; ductis à filio præsidijs, in fide quidem Romanorum; illic degentium, suis tamen ibus & Ducibus vel Regibus diu quietè deinceps ad Vrsulana vsque tempora, vltra vixerunt: sed ob neglectas eo Romanorum multis annis deinceps ad Diocletianum vsque expeditiones; gesta Britannorum Gentilium literis obscura reliquerunt.

Caracalla munitiones deseruit.

Dio lib. 76.

Quare nihil prorsus à Britanniæ moribus alienum tradit Vrsulana historia; quæ vult eam varijs Regibus, Ducibus & Principibus paruisse, vt etiam clarius è lib. 3. c. 2 & 3. apparebit, ad conuincendam Molinæi in historia veteri imperitiam. Idem de Hibernia Tacitus affirmat, cuius socer *Agricola vnum ex Regulis gentis expulsum seditione domestica exceperat, ac specie amicitiæ in occasionem retinebat*: ea tunc etiam cum Cataldus eam conuerteret, non vni videtur Regi paruisse: is enim nonnisi loca Lucatus Meltridis exiguam Hiberniæ portionem, non verò totam Insulam Episcopis distribuit, quamuis illius sanctitatis opinio; fideleſque ab eo conuersi tota fuerint Hibernia deinceps dissipati: totius tamen Hiberniæ conuersio S. Patricio fuit reseruata, quo viuo fuit Insula multis item subiecta Regulis: nam sextum decimum ætatis annum cum attigisset, à priuatis captus Regulo Milchioni Gentili, parti acuilonari insulæ dominanti, venditus, seruituti mancipatus est. Deinde cum rediret Roma iam Episcopus designatus in Hiberniam, septem insulæ Reges eidem occurrerunt, teste S. Anselmo in vita Guigneri, quorum præcipui potentioriſque Milchonis filius Fingar, assurrexit viro Sancto, suamque ei sedem cessit. De his 7. Hiberniæ Regibus fit his verbis mentio in vita S. Frigidiani: *In hac Insula septem Reges vna cum Almogit Rege Scotorum S. Patricius sacro baptismatis fonte purificauit.* Adde quod vnius sæpè Regis filij plures in sex, septem, vel 12. etiam portiones diuiso regno suis singulis subiectis populis imperarint, cuius in vita S. Patricij mentio: *duodecim* ait Iocelinus *Fratres patre defuncto, qui dominabatur in Dalredia, ad hereditatem inter se diuidendam conuenerunt, suumque germanum minimum nomine Fergusium habentes despectui, à portione; quæ eum contingebat exsortem, & inanem dimiserunt. Adolescens igitur ille precabatur S. Patricium, vt se sucrum obtentu precum efficeret paternæ hereditatis participem: promittens se daturum Ecclesiæ construendæ atque dilatandæ suæ portionis partem potiorem: Pontifice verò sancto pro eo exorante, atque negotium eius perorante, fratribus suis adnumeratus Fergusius, competentem sibi paternæ possessionis portionem percepit, cuius medietatem meliorem Sanctissimo præsuli ad ædificandam Ecclesiam obtulit. Sanctus verò Patricius prædictum benedixit Fergusium, & voce prophetica dixit ad illum. Licet hodie videaris humilis & despectus in conspectu fratrum tuorum: eris in breui Princeps illorum omnium. De te optimi Reges egredientur, qui non solum in terra propria, sed etiam in regione longinqua & peregrina principabuntur.* Oraculo respondit euentus: nam eius posteri capta Albania, Scotiam eam à se nominatam diu regia potestate gubernarunt.

Hibernia in varios secta Regulos.

Tacitus in vita Agricolæ.

Iocelinus c. 13

Septẽ eorum tempore S. Patricij.

S. Anselm. in vita S. Guigneri. Lect. 1.

Postea duodecim.

Iocelin. ca. 137.

Fergusium hunc, ait Vsserius: *Deducunt à Chonare illo, qui circa annum Domini 215. summum Hiberniæ principatum tenuit*: Sed iam duodecim annis ante huius dominatum Victore Pontifice Romano fidem iterum Orthodoxam Hibernia receperat: quando & Donaldus Albaniæ Rex eandem amplexus est, & multi scriptores volunt circa eadem ferè tempora, vel paulo post, Amphibalum Principis Cambriæ filium Romam cum flore nobilitatis profectum à Zephyrino Pontifice Maximo fonte genitali renatum esse, & in Clerum adoptatum: quam narrationem cum fabulis quibusdam adspergant, prætermitto: satis enim Gentilium etiam testium fide constat, Britanniã totam, etiam cũ à Romanis in prouinciam redacta esset, varijs Regibus, Ducibus & Principibus paruisse: præsertim cum

Vsser. ca. 15. fol 611.

Rex Hiberniæ circa Vrsulana tẽpora.

paulò antè Sanctæ Vrsulæ ætatem munitiones Romani iussu Caracallæ dimisi sent, indigenæ veteres possessiones & terras multis locis recuperarunt: Roma
Lampрid in Alexand. tamen loca quædam gubernarunt, cum Alexander Imperator limitaneis Du cibus & militibus donauit ex hostico fundos & sola, quæ armis sibi subdi dissent.

Atque ita potuêre tam ex Hibernia, quam Albione Reges aliquot ornare Sc dalitatem Vrsulanam: imò & eo quasi nomine maiorem securitatem ei præstare quod velut Romanis vectigales, munera (Regulorum istorum instar; qui Augu stum per se vel Legatos donis honorarunt) Alexandro Cæsari vel Augustæ mat venirent oblaturi.

Restat de Catholicis Hispaniæ Regibus eius temporis difficultas: non enim tantum in Basilica S. Vrsulæ repertus est Valerius; sed & alius in S. Maximino Hi spaniæ Rex cum magno comitatu:

Hispaniæ primi Reges Christiani. Certum mihi est, reliquas intergentes, cum primis fidem Hispanos ac cepisse: hanc primus eis S. Iacobus publicauit, vt Vindiciæ Hispanicæ a Erycio Puteano Latio donatæ demonstrant: postea à 7. eius discipulis excul sunt. Accessere 7. alij Episcopi à S. Petro, & Paulo consecrati, vt eam gen tem plenius informarent. Ipse etiam S. Paulus Apostolus (si fastis Romani Martyrum ad 22. Martij credimus) Hispanos fidei luce collustrauit, vnde tot penè Regio; & reguli etiam permulti virique Principes Christi se iugo submisere. I Antonius Vasconcellus in Regibus Lusitaniæ autor est, à S. Iacobo præcone fid in Lusitania fundatam Bracharensem Ecclesiam, cui Petrum quendam præfec Episcopum, vt Sanctus Athanasius Episcopus Cæsaraugustanus S. etiam Iacobi di cipulus scripsit, testatus eum ipsum Petrum vita functum, ad vitam à S. Ia cobo reuocatum esse: rem gestam fusè Biuarius ad dictum Ann. 37. Dextri re citat. Hic autem Petrus cum Reginam eiusque filiam prius lepra corporis, po
Regina Lusitaniæ baptizata. stea & animi genitali fonte liberasset; ab ipso Rege Braccharensi Anno saluti 44. (vt eum Breuiarium loci; & vetustissima monimenta nominant) fuit inter emtus. Pari ratione in Hispanijs grauissimi autores volunt Apostolorum æu
Philothrus Rex. Regem aliquem Christum professum esse, vt docet oratio Bartholomæi à Castr Ann. 1625. nomine Philippi IV. Hispaniarum Regis ad Vrbanum VIII. Romæ ha bita: vocatque illum Philothrum: Regem illum fuisse probat Iacobus Fabe
Vvald li de prærogat. Hisp. c. 11. n. 3. in commentarijs Epistolæ S. Pauli ad Romanos; subscribit Iacobus Waldesius qui addit Lupariam Reginam visis miraculis à S. Iacobi discipulis in sacri corpori translatione patratis, conuersam domum regiam pro templo Sancto Iacobo con struendo obtulisse, qua de re ita Equilinus: *Ingressi ergò discipuli ad Reginam re, & nomine verè Lupam, eidem dixerunt: qualiter Christus ipsi corpus Apostoli sui mi serat, vt quem noluerat suscipere viuum, exciperet vel defunctum. Regina autem do losè eos ad Regem Hispaniæ destinauit, vt super hoc eius assensum requirerent: qui eos cæpit & in carcerem clusit; sed cum discumberet, Angelus Domini eos exsoluit, & libero*
Compertis miraculis Christo credit. *eos abire permisit: Quod Rex audiens, post eos milites, qui eos occiderent, destinauit: sed dum milites pontem pertransirent, fracto ponte omnes in flumine submersi sunt. Quod Rex audiens, & sibi ac suis metuens, discipulos Apostoli pacificè reuocauit, & ab eis vnà cum*
Et Lupa Regina. *populo fidem Christi suscepit.* Subdit de Regina Lupa: *Boues autem sine alicuius regimine corpus in medium palatij Lupæ detulerunt: quod illa videns credidit, & Christiana effecta est, Palatium S. corpori in Ecclesiam dedicauit, & mirificè dotauit, vbi quiescit infinitis & maximis miraculis coruscans.*

Biuarius ad A. Dextri 42. Consentiunt huic narrationi vetustissima Ecclesiarum Hispaniæ Breuiaria & autores plurimi, quos apud Biuarium videre est ad ann. Dextri 42. Conchenses certè Antiphonæ ita consonant: *A Rege locus petitur in quo sepeliatur, cæmento ponitur, dissoluitur, & turba flagellatur. Tauri fortes donantur, fera matrona vincitur, & loca consecrantur: visis tantis miraculis matrona baptizatur.*

Ex

Ex huius sanè Philothei posteris (quem Cornelius à Lapide Philotheum appellit) potuit descendere is, qui Coloniæ occubuit.

Narrat Ioannes Vasæus Xantippen cum viro Probo Principe Hispano à S. Paulo fuisse Baptismo initiatum; Probum verò adhæsisse S. Paulo, dum vxor castè & sanctè viuit, cuius menologia Græcorum diem natalem 25. Septembr. adscribunt. Nec obstat, quod Morales obijcit Hispaniam tunc Romanis Imperatoribus paruisse: nam vt Waldesius l. c. ait: *Potuerunt Reges esse sub Romanis Imperatoribus, sicut nunc Rex Bohemiæ, & Hungariæ Romano Imperio subijcitur*; & olim longè plures fuberant, licet potestatem Regiam in suos subditos exercerent.

Nec ij Reges desiere: de S. Encratia Breuiarium Salmantinum ait: *Fuisse filiam Reguli cuiusdam Portugalliæ, quodq; à parentibus nuptui tradenda Marchioni Rhodani ducebatur à Lupercio auunculo, & alijs 17 viris primarijs, cæsa flagellis à Daciano est, quod blasphemasset sacratissimos Imperatores.* vide Biuarium. *Breuiarium Salmantic.* *Biuarius fol 339.*

Seguntinum Palentinum & alia Hispaniæ Breuiaria circa an. Dom. 136 alterius Regis meminerunt: is Catellius à Flauio Dextro nominatur, mira de eo his verbis narrant: *Fuit Rex nobilis inter finitimos Occidentis nomine Catellius, qui nobilem vxorem Cassiam nomine sortitus est: accidit autem diuina permissione, vt præfata Regina multiplici sobole fœcunda, vna die 9 filias peperisset: quod cum compertum esset, Regina maximo pudore acta, inhumano ausu omnes interficere cogitabat? obstetrix Dei amore commota quærens idoneas nutrices, singulas puellas singulis tradidit nutriendas, quæ ipsas suscipientes, sacri fontis lauacro regenerari fecerunt: cumq; postea exorta esset à Romanis persecutio, satellites beatas istas sorores in illo vico reperientes, ante Regis Patris sui conspectum crudeliter attraxerunt, post multas autem interrogationes Gennibera respondit. Si genus quæris, filiæ tuæ sumus; si conditionem, Christi famulæ. Non sine magno stupore Reginæ vxoris suæ confessione ipsas filias suas esse Rex cognoscens, blandis eas verbis commouens, vt à Christi cultura reuocaret, datis inducijs vt sibi assentirent, admonitæ ab Angelo omnes fugerunt, & cõsolantes se alterutrũ, & orantes simul, & flentes discesserunt ab inuicem: quæ omnes per diuersa loca à persecutoribus comprehensæ, martyrium consummarunt.* Harum sororum vna fuit Wilgefortis, de qua Rom. Martyr. ad 20 Iulij ait: *In Lusitania S. VVilgefortis Virginis & Martyris, quæ pro Christiana fide ac pudicitia decertans, in cruce meruit obtinere gloriosum triumphum.* Regis Catellij 9. filiæ Martyres. In his S. Wilgefortis.

Satis opinor probatum est in Hispania à Romanis subiugata Reges ab Apostolorũ temporibus ad Hadriani & Diocletiani ætatem perstitisse; quosdam etiam ex his Christum professos esse, quales duo siue Reges, (siue Regulos malis dicere) in Britanniam amicam Insulam inuitati, ad nuptias regias ob sanguinis propinquitatem vel affinitatem, vt de Regina Siciliæ dixi, cohonestandas venerint; & siue prima nauigatione cum S. Vrsula Romam contenderint, siue altera appulerint Coloniæ in sponsi Aetherij comitatu. Vult enim Nannius, Stanihurstus alijque scriptores, veteres Scotos ante, quam in Hiberniam transmitterent, aliquamdiu in Hispania substitisse: vt hinc verosimile Lectori fieri possit, & Reges ea tempestate in Thracia, Sicilia, Cambria, seu Wallia, Hibernia & Hispania imperasse, & literis S. Vrsulæ (quæ secundum scriptores Britannos librum vnum epistolarum composuit, quibus ad nuptias diuersos inuitauit) euocatos, triennio potuisse in Britanniam contendere: tandemque martyrio cum illa coronari, vt tituli testantur, cœlitus diuersis oraculis approbati; quando vt alios taceam, Martialis Dux Hispaniæ naufragis in mari, & nomen, & sepulturæ locum aperuit; cuius concretum sanguinem & carnem deficcatam sæpius in S. Maximino Coloniæ sum veneratus: præsertim cum Regis Hispaniæ, & aliorum corporum eleuationem Deus eodem die luculento prodigio decorarit, vt alibi dixi.

CAPVT XXIV.

Fueritne S. Odilia famosi Regis Britanniæ filia.

Occasio quæstionis.

DE S. Odiliæ natalibus litem nobis grauem intendit Hibernus quidam: cuius vt rationes clarè confutemus: eius inuentionis modus altius est repetendus. Rei seriem ita Chapeauille ex vetustissimis monimentis & Breuiarijs recitat: *Erat in Parisiensi Cœnobio FF. Crucigerorum, Fr. Conuersus quidam dictus Ioannes de Eppa simplex & illiteratus; sed iustus & timens Deum: huic nocte quadam quiescenti, quasi in extasi posito, apparuit regia quædã virgo, vultu venerabilis, schemate redimita splendidissimo signaculo S. Crucis insignita, quæ & admirante & obstupescentem ita affata est. Ego sum inquit de B. Vrsulæ consortio, vna clarissima de decẽ generosis illius nobilis Britannicarũ exercitus Virginum ductricibus; rectricibusq; denaria, & præpositiua, habẽs millenas Virgines sub mea militia, quas & Domino dedicaui, & ad Martyrium simul incitaui: fuiq́ue natione Britannica Maromei tum temporis famosi Regis filia, & Regis Angliæ ex sorore eius Patris videlicet Aetherij B. Vrsulæ sponsi consobrina, nomen habens Odilia, ad solatium sanctissimæ castissimæq́ue Virginis Vrsulæ tradita, olim cum eadem pluribusq́ue alijs elegantissimis Deo destinatis Virginibus commartyrizata. Surge igitur Fr. acquiesce visioni, aperi festinanter monimentum meum; quod certis tibi indicijs demonstrabo. Vade ad Vrbem Agrippinam Colonium, inquirens iuxta S. Gereonis Ecclesiam ciuis opulenti nempe Arnulphi domum, in suo etenim viridario subtus pyrum tamerea domus, quæ contiguam in tumba subterranea & marmorea, ossa mea reperies; & quia amatrix crucis in vita semper exstiti, idcirco assume tecum corpusculum meum, & in primario S. Crucis Cœnobio iuxta Huyum oppidum transferas; quod est omnium tui ordinis caput conuentuum; quæ omnia simplex suo Priori expedit fuit; & tandem obtenta ab eo licentia, S. Virginis monita, etsi cum difficultate maxima complenit. Inuenta est cum sacro corpore ollula quædam; in qua chartula erat continens eiusdem Virginis & genus, & martyrium: redijtq́ue prædictus Frater cum sacris reliquijs & chirographo, ac literis D. Sifridi Colonienſis Archiepiscopi, gestorum fidem pandentibus.*

Chapeauille to 2. Ep. Leod. fo. 315. Narratio inuentionis S. Odiliæ.

Obiectiones.

Contra hanc narrationem tria sic obijcit. Hic audis viuente Vrsula & eius gente Britannica, exstitisse in mundo aliquam gentem Anglicam, & Angliæ Regem, & Aetherium sponsum Vrsulæ natione Anglum, filium Regis Angliæ, regionis diuersæ à Britannia patria. 2. Cuius Rex erat famosus Maromeus (nullius famæ aut nominis, apud nullum historicum Britannicarum rerum, cum de Maromeo in historijs nulla sit mentio) 3. Hinc conijcias merito me ante monuisse, tanquam fabulas explodendas esse historias Gildæ, & Bedæ, de regione, rebus, gente Anglorum, de Britannia &c. si pro legitimis historijs habendæ sint Vrsulanæ reuelationes integræ illæ, quæ adscribuntur Schonaugiensi, & Ioanni de Eppa, aliæque similes aliæ.

1.

2.

3.

Respõsio.

Resp. Principio videtur aduersarius iste falsò assumere in reperta ollula chartæ inscriptum fuisse nomen Angliæ, quasi dum titulus imponeretur tumulo certa pars Britanniæ fuerit Anglia nominata: nusquam id insinuat narratio: deinde verba S. Odiliæ, à reliqua scriptoris narratione merito sunt discernenda. Nam incipit Sanctæ Odiliæ oratio verbis istis *Ego sum* quibus genus suum, patriam, & dignitatem *verbis præsentibus* explicat, siue vsitatis eo tempore, quo rudi homini loquebatur: ideò Britanniam maiorem siue Albionem vocat Angliam; eiusque Regem, & filium Regis Angliæ, licet S. Vrsulæ tempore diceretur Albion. Miror sanè admirationẽ viri huius doctissimi

S. Vrsulæ

Vrſulæ ætate Angliam fuiſſe à Britannia diſiunctam : Imò verò præter maria, corum ingens erat interuallum: tunc enim Angli, Saxones, & Iutæ magnam Germaniam habitabant: teſte Ptolomæo & Tacito, Sueuis adnumerati: vt videre licet bro ſequenti in tabula 1. Britanniæ: qui ducentis poſt annis deuictis & eiectis Britonibus: à ſe Inſulam Angliam & Angloſaxoniam nominarunt : quibus vocibus o tempore (quo S. Odilia ſuum tumulum manifeſtauit) viſitatis, ſuam & Aetherij bonſi patriam indicauit: ſuam igitur patriam vocat Britanniam, & Hiberniam forè inſinuat, quæ S. Vrſulæ æuo minor Britannia dicebatur (vt ex Ptolomæo & lijs vetuſtiſſimis autoribus alibi docebo) fuerit ſanè Pater Odiliæ vnus quinque el ſex Regum Hiberniæ, vel Orcadum inſularum, quæ etiam Britanniæ nomine eniebant: duxerit ſororem Agrippini Angliæ Regis ſeu Albionis, nil video, quid oſſit hac in narratione reprehendi.

At Maromeus famoſus ille Rex, nullius Scriptoris literis celebratur. Ideone ommentitius eſt? Quis vnquam credidit, nullum Aſiæ, Africæ, Europæ vel Americæ Regem ætate ſua toto licet orbe notum & pervulgatum exſtitiſſe, cuius non es geſtæ, & nomen literis exſtet conſignatum? Faciamus Deum internuncio nobis Angelo Regum Germaniæ celeberrimorum iam inde à cataclyſmo huc vſque imerantium nomina, cum rebus præclarè geſtis enarrare : quis ideo cenſeat eorum omina reijcienda, quorum nullus autorum fecit mentionem?

Addit hiſtoriam S. Vrſulæ; reuelationem S. Eliſabethæ Scõnaugienſis, & ſimies, Gildæ, Bedæque hiſtorijs repugnare. Nego vel verbulo aduerſari: neuter in hiſtoria Anglicana meminit S. Vrſulæ, vel martyrij eius. Cauſam libro primo dedi. Quaſi verò Gildas, & Beda quidquid à Caij Iulij Cæſaris ad Diocletianum vſque memoria dignum in Britannia contigit, trecentis pluribuſque annis, ſcriptis ſint proſecuti: quando neuter chartæ folium illorum trecentorum annorum geſtis rebus impleuerit. Cedo quæ pagella illa contineat, quæ S. Eliſabethæ euertant reuelationes? Vt potius S. Odiliæ cum Chriſto regnanti, & temporis ſui res geſtas commemoranti credendum videatur, quam coniecturis mortalium petitis ex autoritate negataiua : cum exploratiſſimum ſit milleſimam eorum partem literis non eſſe conſignatam, quæ memorabilia in orbe terrarum à Chriſto natò contigerunt. Quamuis & hoc libens dedero, quem Ioannes Eppa parentem Regem nominauit, eum ab alio ſcriptore famoſum eſſe dictum; à Bannelio tandem Imperatorem etiam fuiſſe appellatum : cum fortè parens eius Maromeus non niſi Regis filius fuerit, quales & olim & modo Reges nuncupantur : eum autem Comitem potentiſſimum vocat B. Hermannus: quia Regis iſte filius regiam dignitatem non obtinebat : ideo Fratres Dionethi, licet Regum eſſent filij, à B. Hermanno Principes vel Duces nominantur: qui fortè ob dotales ampliſſimas poſſeſſiones ducalem titulum merebantur.

CAPVT XXV.

De Regina VVandalorum, Suauorum, Normannorum, ac Flandrenſium.

REges & Reginas Martyres alibi recenſui: hic tantum ea attingam, quæ difficultatem pariunt.

Hodierna Regina Noruendorum ſeu Wandalorum ſeptentrionalium appellatur: eorum bella libris 14. complectitur Crantzius: is vult terras eorum latiſſimè patuiſſe: nunc verò (vt in præfationis fine dicit) inter Saxones ſub vocabulo *VVenden* latent circa litus Germanicum in Holſatia, ſiue *Oldenburg*. Vide li. 3. tabu-

Wandalorum ſedes *Crantius l. 2. cap. 2.*

lam Britanniæ in qua inter Albis & Eidoræ ostia collocantur. Principio à Ducibus
Reges. postea & Regibus fuerunt gubernati, quorum celeberrimi fuere Hunericus & Gei-
sericus Ariani, qui diu Africam oppresserunt: Ex his Stilico genitus tempore su
Romani fuit Imperij munimentum: ex ijsdem Visna, Valisda, Libussa viragines pro
diêre, quæ cum virorum exercitibus, de victoria conflixerunt. Ita potuit ex ijsden
locis Hodierna Regina Parthenijs se castris adiungere, pro gentis innata in femini
etiam bellica fortitudine, & viriliter pro fide occumbere: & facilis erat ex Wanda
lia in Britanniam traiectus, vt ostendit laudata tabula Geographica.

Alia Suauorum Regina appellatur Benedicta, quæ duabus stipata prolibus Hia-
Sueuiæ situs. cintha, & Sophia sodalitatem auxit. Sueuis imperabat, ita iam olim Romanis, &
Tacitus de mor. Germ. modo Latinè nominantur: *Sueuia*, ait Tacitus, *maiorem Germaniæ partem obtinuit, in
qua diuersi populi nationibus, nominibusque discreti, quamquam in commune Sueui vocen
tur. Hi incolebant terras ab Albi ac Sala Chalusoque amnibus ad Vistulam flumen vsque, in
ter Occasum, Ortumque; Inter Meridiem verò, & Septentriones, à Danubio amne vsque ad o
ceanum glacialem extensi.* His Sueuis tam Ptolomæus quam Tacitus, Anglos accen-
sent circa Slesvvicum: vbi Beda eosdem collocauit: de quibus hic videtur esse sermo.
Amplitudo. In ea Nam Sueuia posterior, diu post Taciti ætatem, ac S. Vrsulæ martyrium, cum alia
Quadi & Marco- sibi sedes delegissent, nomen recepit. Intra eorum fines Aethicus 55. diuersos popu-
manni. los constituit; ijsque Cluuerius, & Martinus Crusius (repugnante Crantzio) Mar
Reges eorum. comannos, Quadosque accensent: Reges ibi fuisse ex Tacito colligitur: qui ai
Lazius li. 8. de migrat. gentium. *Marcomannis, Quadisque vsque ad nostram memoriam Reges manserunt, ex sua ipso
rum gente: nam & externos patiuntur.* His Wolffgangus Lazius attribuit Ario-
uistum, Cymerium, Ingeuonem, Wannium, Iubillium, Sidonem, Wara
bertum sub M. Antonino: quorum Cæsar Tacitus, & scriptores alij meminerunt
ex quorum sanguine videtur Benedicta descendisse, nam eodem æuo ex Sue-
uis Reges sunt procreati Hildemundus, & Hardomundus sub Galieno, Huldega-
stes sub Aureliano, sequenti verò Erocus sub Constantino, Vindicatius sub Gratia-
no: alij subalijs Imperatoribus, vt ex historia Augusta colligitur.

Arthuri multi Reges Britãnici. 3. Filia Arthuri de Britannia nominatur. Scio multos in Britannia Reges ec
fuisse nomine insignitos: præsertim is, à quo Galfredus ob commenta vanissima
cognomen Arthuri tulit, vt Genebrardus, & Pitseus asserunt. is Anno 516. regnasse
scribitur: Polydorus tamen eum annis 46. seniorem facit. Alter Arthurus Henrici
7. filius, natus est ann. 1486. decessit an. 1500. Alius ab his, & longè vetustior noster
est, cuius filia martyrium fecit: nec mirum est eum in indice Regum apud Polydo-
dorum & Vitum non apparere, qui eum ex fabulis Galfredi concinnarunt: quæ
pleriſq; in rebus veteribus scriptoribus Romanis aduersantur. Prudentius sanè Gil-
das, & Beda testantur pariter, libros historiarum Britannicarum perijsse: & ma-
num à fingendo indice nouo Regum abstinuerunt: ita nec mirum etiam est, nomen
Agrippini, & Aetherij Regum in istis catalogis nusquam reperiri: nos interim cre-
damus diuino oraculo, titulis etiam sepulcralibus confirmato: quando nihil alie-
num narrant à probatis eorum temporum historijs.

4. Dorothea dicitur filia Regis Normannorum, nunc Comitum, addit B. Her-
mannus. Nomen Normanni vniuersè pro quauis septentrionali gente à quibusdã,
teste Crantzio sumitur: *Gallici*, ait *Scriptores non discernentes inter regnorum populos, o-
mnes ab Aquilone aduigantes appellant Normannos.* In specie verò pro regno Norwe-
giæ Daniæque vsurpatur, è quo Dorothea videtur prodijsse: vnde in vita Caroli M.
Normãni seu Norvvegi. Eginardus ait: *Dani siquidem & Sueones, quos Normannos vocamus & septentrionale li-
tus, & omnes in eo insulas tenent:* adijcitur modò Comitum gaudere titulis, quia Nor-
manni, qui hisce in locis ann. 1183. vbi scribebat reuelationem B. Herman. in regno
Galliæ siti, nomen illud vsurpabant, & à Norwegis descenderant, circa Rothoma-
gum à Comitibus regebantur: ea enim lege sedes eis pacificæ sunt attributæ iã inde
ab anno 860. & regio Normandiæ nomen obtinuit, vt sublatis Regum titulis &
insignibus Comites dicerentur: in aliis tamen regionibus etiam extra Norwegiam,
& duces & Reges, vt in Apulia Siciliaque, imò & Imperatorem vnum habuerunt:

Tacitus

Tacitus Norwegos, Suionum nomine vocat, & Reges iis tribuit. *Est* ait *& apud illopibus honos: eoque vnus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure pandi.*

5. Theodora Flandrensium Regis vxor, cum Lucia eiusdem Regis filia: etiam fuit Rectè Maginus docet Flandriam generatim accipi pro 17. prouinciis Regis Hispaniarum, quæ passim per Europam simul Flandriæ nomine censentur. Singillatim solum Flandriæ Comitatum orbis penè pulcherrimum significat. De hac regione ait B. Herm. Regis *Flandrensium vxor, nunc Comitis*: more suo statum, quem Vrsulæ & suo Scriptoris æuo habuit, satis indicat. Primis autem temporibus habuisse Reges ex bellis colligo maximis, quæ regio apparatu contra Romanos excibant, vt hoc eorum sit apud Cæsarem gentis elogium: *Gallorum fortissimi Belgæ.* Ij contra Cæsarem exercitum 272 millium collegerunt: Bellouaci 62 millia; Suessones 50 millia; totidem Neruij; Attrebates, & Ammiani 10 millia; totidem Menapij, Caleti, Veromanni, Atuatici, singuli inquam decem millia; Morini 25 millia; Eburones 40 millia. Ex his complures ad Flandriam pertinent. Neruij præcipuè origine Germani, quorum Imperio ait Cæsar Centrones, Grudij, Leuaci, Leumosij & Gorduni subdebantur: suos singuli habebant duces, & principes: summum tamen imperium erat penes Dugonatum, sed de horum Regibus agam infra copiosius.

Magi. in Cosmog f. 68.

B. Her. c. 8.

Reges Neruiorũ.

6. Regina Nestoria comitata sororibus Eleutheria, & Iosippa, accessit: earum parens Eusebius Rex fuit; mater dicebatur Aegidia, filia Hunerici Regis Walliorum: iam supra hoc ipsum exposui, Hunericus enim Cambriæ Rex erat, nam tunc secundum quosdam ea regio Britanniæ Cambria dicebatur: Brutus enim, vt multi tradunt, primus Britonum Rex, tres reliquit filios, qui à suis nominibus partes regni hereditario iure datas, appellarunt: suam Locrinus Loëgriam; quæ modo Anglia est, vocauit: ab Albonecto traxit Albania nomen, modo Scotia nominatur, sicut à Cambro Cambria, quæ iam Wallia nuncupatur, à qua primogenitus Regis Angliæ suo patre, Walliæ Dux audit. Et licet hodieque se incolæ Cambrij nominent, ab exteris tamen Walles quasi peregrini & exteri, vel vt Polydorus ait Welsch/ quod lingua ab accolis diuersa vtantur, solent appellari. Habuit igitur Dux Eusebius ex Aegidia Regis Walliorum filia Nestoriam; ex Iosippa verò Dionethi Regis sorore Eleutheriam & Iosippam. Supersest S. Resindis filia Regis Gorthaniæ ex Hibernia, de quo regno nihil vsquam reperi. Hæc quæ tribus quæstionibus labore magno sunt disputata, qui perpenderit diligenter, mirari desinet an. 237 tot Reges & Reginas Europæ cum S. Vrsula martyrium facere potuisse.

Cambriæ regnũ nũc Walliæ dictum.

CAPVT XXVI.

De Ducibus præsertim Brabantino & Louanienſi, Anno 237.

DVx præcipuum rei gerendæ designat, vnde Virgil. *Dux femina facti:* & Cicero, *Dux nobis & autor opus est.* Deinde exercitus imperatorem significat, præterea ciuitatis gubernatorem. Non tamen Duces in populis Romano Imperio subiectis, iure hereditario cernebant eam dignitatem: extra tamẽ fines imperij in Hibernia, Dania Norwegia fuisse perpetuos nullus dubito. Hos Duces propriè nominamus, *qui dignitatem perpetuam cum feudo*, ait Gregorius Tholosanus, *& potestatem gubernandi ab Imperatore obtinuerunt.*

Ducis etymologia. *Virg. 1. Aen.*

Synt. l. 6. c. 7.

Romanis dominantibus Duces siue temporarij, siue perpetui populorum Rectores, cœpisse videntur Augusto Imperatore; quorum nonnulla sub Adriano, & Constantino facta variatio. Posterioribus tamen seculis feudali titulo filiis, cum hereditate dignitatem transmiserunt. Tres autem dictos Imperatores formam Reip. Romanæ multum immutasse testatur Onuphrius, & Cæsar Bullingerus fusè

Tres Imperatores formam Reip. Romanæ mutarunt.

probat. Ipse Suetonius autor est *Augustum noua excogitasse officia, vt plures partes aliquam Reip. administrandæ caperent*, vnde Italiam pene vrbi æquauit in Magistrati præcipuè deligendo, ipsis verò qui potestatem gerebant, nuda tantum reliqui nomina dignitatis: cum a nutu principis penderent vniuersi. Sic Adrianus vbi cir ca an. Christi 118. habenas Imperij moderandas accepit; nouam induxit Reip. for mam, cuius descriptionem Onuphrius l.c. repræsentat. Constantinus deniqu plerasque dignitates duplicauit: è duobus 4. fecit Præfectos prætorio, duplicer imperij sedem instituit; pluresque Duces introduxit.

Onuphrius lib. 3. f. 413. Buling de Imperio. c. 43. q 5. Suet. c. 37.

Singulas horum Imperatorum formas, qualesque sub ipsis Duces fuerint, vi deamus. Suetonius in Nerone refert Rufinum Crispinum priuignum Poppæ natum, impuberem adhuc, (quia ferebatur DVCATVS & imperia ludere) mer gendum mari, dum piscaretur, mandasse, suspicatus ex eo ludo, puerum ad imperi adspirare. M. Velserus multis docet, Adriano Imperatore in Rætia 1. ac 2. con stitutos duos fuisse Præsides iuri dicundo, ac Ducem vnum, qui rem militarem ac minist raret, & fol. 130. ex Vopisco tradit, Fuluium Boium Rætici limitis Ducem: fo 134. Valerianus à Pollione Dux transrhenani limitis appellatur. Lampridius ve rò de S. Vrsulæ tempore narrat, Heliogabalum Ducatus & officia palatina vend disse. In Fastis Romanis 27. Martij S. Amphilochius Dux & Martyr sub Adria no nominatur. Constantino verò imperante singulis pene limitibus imperij Du ces sunt attributi: vt Dux Aegyptiaci limitis, Dux Aremorici, Dux Moguntiacen cum 12. militū Præfectis: habitabant ij *Saletione, Tabernis, Vico Iulio, Nemetis, Vangi nis, Moguntiaco, Bingio, Bodobriga, Confluentibus, Antonaco.* Solo in oriente Duces 1 eo tempore Romanum Imperium tuebantur, qui sæpè ex vno ducatu in alium (c temporanea tantum officia essent) transferebantur. De Pescennio Nigro me morat Aelianus, eum multis Ducatibus ad Syriæ præfecturam adscendisse, & Tr bellius Pollio ait Macriani iunioris patrem ab vltima militia, ad summum Ducatu peruenisse.

Velserus de Augusta. l. 6. f. 127. Lamprid. in Heliogabal. Sub Alexandro.

Trebellius lib. 3. de tyrannis n. 12.

In Sodalitate Vrsulana, Duces hi recensetur. Ex paterno S. Vrsulæ gen re descenderunt Luduicus Dux, Herwicus & Helindius Principes, omnes tr Dioneth Regis fratres: accessit Helindius Iunior, & Rogerius Duces: Prætere adfuit Arausus Dux cum Vrsmaria filia: Dux Alexander cum Eugenia vxore, binis filiabus, Dux Leo cum vxore Honesta, Sincerus cum Sibilia, Philippus cu Natalia, Sicherus cum Eugenia; Euodius cum Eugenia cionuge; alius item Alexa der Dux cum 5. filiabus. Prætereo Eugenium, Nicostratum, & Macharium Prin cipes, & plurimas Virgines, quæ Principum vel Ducum filiæ nominantur. Quo siue dixeris Duces fuisse perpetuos, ac ferè extra fines imperij è Norwegia, Dani Hiberniaq; prognatos, siue quosdam temporaneos sub imperio Romanorum, qu lis fuisse videtur Martialis Dux Hispaniæ in S. Maximino Coloniæ tumulatus, nih repugnaro.

In Sodalitate Vrsulana.

B. Herm. c. 8.

Vna Gyana filia Ducis Brabantini Louanienſis, simul cum Hyuana auuncu filia parit difficultatem, quis enim Brabantiæ & Louanio an. 237. credat Ducem præfuisse? Respondeo Gyana filia fuit toparchæ, qui an. 237. eas ipsas terras gu bernabat, vbi (cum reuelatio An. 1183. scribebatur) tot seculis post florebat Du Brabantinus, ac Louanienſis: quis enim credat Vrsulano tempore Brabantiæ tract colonis & inquilinis caruisse?

Existimo verò tunc terram Brabantinā, & Louanienſem à Neruiorum clien tibus (ita Cæsar eos vocat) cultam fuisse: horum 5. numerat populos, *Centrone. Grudios, Leuacos, Pleumosios, Gordunos.* Hos Cluuerius propè Neruios circa oppi dum Aeth locat, inde linea ducta ad Schaldis vsque Scarpæque confluentes: pura autem eosdem communi voce Sueconos fuisse nominatos, de his hoc est Ortel iudicium: *Grudij Cæsari Neruiorum clientes, Lannois Marliano, Brugge Flandriæ emporii Becano. Sunt qui Loeuen Brabantiæ Academiam faciunt, inquit Diuæus. Eorum vnu est Thomas Leodius, Lœuen Louanium vocatur à Sigeberto, & ab omnibus recentioribu Louanium Lupofinam, nominatum olim scribit Franciscus Roserius: opinor Lupofinam per*

Qui tempore S. Vrsulæ habitarint in Brabantia. Cæsar lib. 5. bel gal. Clu. l. 2. Germ. c. 11. Ortelius. Lib. de Synon. Geograph. l. 6.

vel

pelle scribere: sic enim ficta Galliæ vox videtur ex voce Louain: vt Galli hanc vrbem nomi-
nant, quasi dicas Loupsin. idemque infrà: *Leuaci, Galliæ-Belgicæ populi, & Neruiorum cli-* Ibidem lit. L.
entes Cæsare autore. Eos Marlianus Lœuen Brabantiæ vrbem interpretatur. Levv
oppidulum hinc 4. leucis distans, huius nominis originem referre videtur, quid enim aliud
Leuaci, quam gentile à Levv, Becano verò sunt, qui Slusam, Ardenburgum, Axellam Flan-
driæ oppida inhabitant, atque alij aliter. Diuæus in Antiquitatibus Belgicis idem sentit
Grudios ait *nonnulli Brugenses, alij Louanienses faciunt, Gordunos Gandenses: Leuacos*
Glareanus Louanienses. Louanium quidem, & Gandauum multum antiquitatis habent,
vt quis suspicari possit, Leuacos pro Louacis aut Louanis, Gordunos pro Gandunis suppositos. Diuæus in Antiq. Bel. Origo Louanij.

Dubitant multi quando Louanium conditum sit: ego non improbabile du-
co contra Lipsium, multò ante S. Vrsulam fuisse ædificatum: alij ad Grudios, & Le-
uacos, vt ex Ortelio & Diuæo dixi; alij ad Tungros, & Menapios; alij ad Scotos, &
Albionis incolas ortũ eius referunt, qui Duce Lupo seu Lupino regij stemmatis iu-
uene hic consederint. Sunt qui Germanos transrhenanos conditores eius pu-
tant, qui Duce Leone quodam latè populis eo loci imperarit. Nonnulli ad Ro-
manos deducunt, qui Geldoniâ (Gallis Lodoigne) ante occupatâ, arcem Cæsaris
ætate illic construxerint. Denique quidam à Frisiis vrbem volunt excitatam.
Harum 6. sententiarum autores recitat Ioannes Baptista Grammaye libro de Lo-
uanio. Nobis sufficiat tot autoribus, & sententiis confirmari posse, iam tempore S.
Vrsulæ, vel citius etiam Louanium exstitisse; vel si nomen neges id ei fuisse; oppidũ
tamen eorum locorum sat potens fuisse à Neruiis, vel eorum clientibus habita-
tum verosimile est. Restat vt ostendamus ijs in terris Duces etiam tum imperasse, Duces loci.
Ioannes Baptista Grammaye vult Antigonum gigantem à quodam Iulij Cæsaris
Duce Brabone (quẽ belgicè Brabgond, id est fœdifragum appellarũt) occisum esse,
ab hoc Brabone Brabantiæ fluxisse nomen; alij malunt à Cæsaris Bracuspantio vel
pago Brabanto dimanasse. Vnde veteres Bracbantum, vel Brachantum vocabant
eam regionem, quæ à Scaldi ad Sennam flumen à Tornaco ferè ad Rupellæ ostia
extenditur. Ducum Brabantiæ seriem Ioannes Molanus in Commentariis rerum
Louanienſium satis prolixam texit: sed cum suspectæ veritatis sit, dicam de aliis Bel-
gij ducibus infra, quibus Germani belli tempore potissimum vtebantur.

CAPVT XXVII.

De Comitibus An. 137. apud Romanos & Germaniæ populos.

COMITES Romanis erant Ciceronis tempore, qui Magistratum in Prouin-
cias missum assectabantur, vt legati, præfecti, quæstores, scribæ, medici, aruspi-
ces, aliiq; administri, de quibus Cic. 4. in Verrem, & in ep. ad Q. Fr. Hæc tota assec-
tatorum & ministrorum multitudo comitatus dicebatur, ideo de Alexandro Lã-
pridius ait, *Palatium Comitatumq; omnem abiectis ex aulico ministerio cunctis obscœnis &*
infamibus, perpurgauit. Deinde dignitatem indicat militarem, vel iudiciariam, quam
arbitratu suo Princeps, vt conferebat, sic auferebat. Denique idem officium, &
gradum amplitudinis denotat stabilem, & perpetuum, quem feudali iure cernunt
heredes, de hac fusè Ioannes Buzelinus in Gallo-flandria: qui cum docuisset Fore-
starios 7. ei regioni Regum Franciæ nomine præfuisse, subiungit Balduinum Fer-
reum cum Iuditham Caroli Calui filiam Rege patre inuito abduxisset, ac Nicolai
summi Pontificis opera cum patre conciliatus fuisset, tandem Flandriæ comitem
esse institutum. Elegans locus de Comitum officio est apud Ioannem Saresberien-
sem, qui anno 1160. floruit. *Comites*, ait, *à Societatis participatione dici quisquis igno-*
rat, ignarus est literarum, quas liberalis institutio primas tradere consueuit. Nam sicut alij
præsules in partem solicitudinis à summo Pontifice euocantur, vt spiritualem exerceant gla-
dium: sic à Principe in ensis materialis communionem Comites quidam, quasi mundani iuris
præsules adsciscuntur. Qui hoc officij gerunt in palatio Iuris auctoritate Palatini sunt: qui in
Prouinciis, Prouinciales. Comites in Prouincia. In vita fol. 178. Officium eorum. Saresberiensis ep. 265.

Atque

Bulingerus. Gutherius. Atque vt Ducum variatio, sic Comitum inducta triplex est sub Imperatoribus Augusto, Adriano, Constantino; docent id Onuphrius, Bulingerus, & Gutherius hic varia rei huius exempla promit: vt hanc veterem inscriptionem

SEX. PALPEIO LEG. TI. CLAVDI
CÆSARIS AVG. PRO. COS.
COMITI TI. CÆSARIS AVG.
DATO. SVB. DIVO AVG.

Tacitus Lib. 1. Annal. Suet. in Vespas. c. 4. Deinde ex Tacito *Tiberius Imperator in Germaniam iturus, legit Comites, qui Otho multis è Magistratibus magnam consularium partem non participes belli; sed Comitum specie secum expedire iussit.* Tertiò ex Suet. *Vespasianus in peregrinatione Achaica Neronis Comes fuit, cum nullis antea honoribus perfunctus esset.*

Varietas. *Capitolinus in vita L. Veri. Vopiscus.* Adriano Imperatore crebra fit Comitum mentio: is 4. instituit in Italia administrationes, quibus 4. Comites præerant, qui ciuiles tantum res iudicarent. Capitolinus ait L. Verum *bello Parthico feliciter peracto regna Regibus, prouincias autem Comitibus regendas commisisse.* Vopiscus tradit Valerianum Augustum cum de bello feliciter gesto gratias esset acturus Aureliano nomine Reip. propè Byzantium consedisse cum *Consistorianis* (seu Comitibus) præside Orientis ac 4. Ducibus limitis orientalis, Schytici, Illyricani, Thraciæ, denique Rætici limitis. Maxima verò Constantino dominante Comitum facta diuisio & variatio: tres enim eorum inducti

Gradus dignitatis. ordines. 1. *Consistoriani* dicebantur: horum nonnulli intra palatium erant; alij in Consistorio; quibusdam licebat epulis interesse; & purpuram Imperatoris adorare. 2. ordinis *rectores vrbium; & prouinciarum* constituebantur, ijs remittebatur Senatoria collatio, nec vlla municipali vel curialium conuentione vexabantur, immunesq; erant à muneribus publicis: qui si partes omnes officij sui expleuissent, ad primum euehebantur ordinem. 3. fuerunt infimi, tantum à corporali magistratuum iniuria vindicati, nec codicillis vllis; sed ex principum instituto Comitiuam adipiscebantur. Romæ sub dispositione præfecti vrbis tres Comites numerabantur: Comes riparum aluei Tiberis, Comes portus, Comes formarum. In prouincijs erant Comes Africæ cum præfectis numero 16. Comes Tingitaniæ cum alijs octo: Comes litoris Saxonici cum præpositis nouem. Comes Britanniæ, Comes Argentoratensis.

Comites inbello. Nec Vrbes tantum, & prouincias gubernabant; sed & bello iudicijsque præerant. Recensentur in occidentali imperio Comes domesticorum equitum, & peditum. Vegetius cum de militum sanitate conseruanda agit, *principum* inquit, *Tribunorumque & ipsius Comitis, qui maiorem sustinet potestatem iugis quæritur diligentia.* Extat de Comitibus rei militaris rubrica in codice Iustiniano l. 1. & 12. Leo Imperator c. 3. de bellico apparatu Comitem definit vnius cohortis, seu bandi præfectum. Hinc S. Georgius cum esset miles, dicitur à Diocletiano Imperatore Comitis dignitatem indeptus ante, quam Christianus esse cognosceretur.

Surius in vita 23. April. In Iudiciis *Greg. Tur. de S. Nicetio Caroli capitulare l. 4. c. 5.* Ad hæc in iudiciis erat Comitis sontes condemnare, vel iudicis assessorem agere. Id pluribus ostendit Card. Baronius in Martyr. Gregor. Turonensis de S. Nicetio, cum agit *Armentarium Comitem* ait *Lugdunensem vrbem potestate iudiciaria gubernasse.* Caroli capitulare, *Volumus* inquit, *vt Comites, qui ad custodiendam maritimam deputati sunt, quicumque ex eis in suo ministerio residet, de iustitia facienda se non excuset propter illam custodiam: sed ibi secum suos scabinos habeat, si ibi placitum teneat & iustitiam faciat.* Ita Surius ait Comitem Tusciæ condemnasse S. Concordium in carcere detentum, missis ad eum satellitibus, paruam Iouis statuam deferentibus cum mandato, vt aut adoleret Ioui, aut capitalem sententiam exciperet: at S. Martyri in faciem Iouis spuenti, cõfestim alter satellitum gladio caput amputauit. Idem Surius de S. Gregorio postea Episcopo Lingonensi refert, cum Augustinensem Comitatum administraret, tanta seueritate munus obiisse, vt vix vllus reorum euaderet: sic Astasius Comes SS. Gerualium & Protasium morti adiudicauit.

Ean-

Eandem Germani rationem in iudiciis habuerunt: licet enim in conciliis, vt acitus ait, Principes eligerent, qui iura per vicos, pagosque redderent, singulisque incipibus centenos Comites adderent: eodem tamen Tacito teste, idem Principis Comitatus gradus habebat: Iodocus Wilichius fusius id deducit. *Sicut* ait *in Rep. om. præcipui dicti sunt Senatores, & Patres à senili prudentia, & paterno in Remp. affectu, a Germani ac Galli suos Senatores ac Comites (die Graven, hoc est seniores à Comite) nunparunt. Sub Imperatoribus, cum Senatores minoris essent dignitatis: qui Principi aderant omites dicebantur: & regiones ipsis commissæ Comitatus appellabantur: ita tamen, vt dinitas hereditaria non esset (vt post tempora Caroli M. factum) sed vno Comitum mortuo, ter eidem officio aptus eligeretur.* Hinc apud Germanos varia nomina deriuantur; am cum Comes apud Romanos Præfecti munere fungeretur; Germanis dicebanr *Pfalsgrave* Comes Palatij; *Landgrave* Comes Prouincialis seu Præfectus Proinciæ: *Marggrave* Præfectus limitis vel Marchio; *Burggrave* Castrensis Præfectus, uos Romani imperatores in amplissimis Imperij Ciuitatibus, vt Norimbergæ &c. onstituerunt: vnde & illa manarunt nomina *Sengrave, Gograve, Rheingrave, VViltrave*: quæ dignitates licet priscis temporibus plerumque temporaneæ; quandoque amen stabiles, & hereditariæ fuerunt; ac licet initio ex plebeis: postea cum ex Conitibus præfecti Principesque deligerentur auctoritate & potestate valuerunt; In Vrsulana historia recensentur hi Comites. Eustachius, frater is erat Hedewigis, uæ Herwico Principi Dionethi Regis fratri nupsit: 2. Pater Blandulæ Comes ocatur illustrissimus. 3. Hadericus pater Hadwigis. 4. Quirinus Comes. 5. ater Thelindris etiam Comes nobilissimus appellatur.

Tac. de moribus Germ. n. 18.

Comites apud Germanos. *Tacit. n. 19.*

In Sodalitate Vrsulana.

Præterea Hardericus Comes. 2. S. Mauritius, S. Dariæ frater nominatur fius Comitis ex genere Principum. 3. Comes fuit, qui alteram S. Aetherij Soroem duxerat. Ex aliis verò S. Aurelianus, Pater S. Albinæ & Emerentianæ Virginũ. . Comes Iwanensis Pater S. Isannæ & Hardaræ Virginum. 3. Cordula nobiissimi perhibetur Comitis filia. S. Odilia, S. Clementia, potentissimorum vocanur Comitum filiæ, & plures aliæ; sed Gyana nouam parit difficultatem; ea enim viante vidimus, dictam esse Ducis Brabantini: sic in aliis exemplaribus appellatur etiam Louaniensis Comitis soboles, eius cognata fuit Hyuana, filia auunculi. Negat Petrus Diuæus & Lipsius in Louanio ante A. 919. Comites ibi exstitisse, & primos tunc temporis Giselbertum & Gerbergam esse Comites Louanienses inauguratos. Sint isti Comites primi, qui dominium posteris consignarint; fatetur tamen & ipse Lipsius longè priores exstitisse c. 7. cum ait in S. Petro Louanij memoriam haberi Comitis cuiusdam sanctitatis fama celebris: idem in vita S. Huberti in Floriberto & Floriuana agnoscit Comitis dignitatem: nam in bellis gerendis, & iudiciis exercendis iis in locis Romani Comitibus vtebantur: quorum tumulis officij dignitas adscribebatur.

Diuæus lib. 5. rerũ Brabant.

Comitum Louaniensium vetus mentio.

Possem ex Baptista Grammaye, & Tungrensium Episcoporum scriptoribus ingentem comitum Belgij, & Louaniensium catalogum texere, qui à tempore S. Vrsulæ locis ijsdem putantur præfuisse, Salmensium item Comitum seriem à Christo nato repetere: sed cum ij suspectæ fidei quibusdam habeantur, satis fuerit hoc capite monstrasse, tunc etiam apud Romanos & Germanos officium & nomen Comitis fuisse celebre. Sed cum multi dubitent an cis-Rhenani Germani populi, vt Treuiri, Neruij, Menapij, Tungri Reges, Duces, Principes & Comites habuerint: & quis status Belgicæ tempore S. Vrsulę fuerit, id ex antiquis Scriptoribus, moribus Germanorum, locorum vestigijs & traditionibus eruemus: vt satisfaciamus Belgis, qui putarunt non posse congruenter veteribus historiis suæ regionis Vrsulana gesta accommodari.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

An Reges, Duces, Principes & Comites fuerint apud Neruios Tungrenſes, Menapios An. 237. vbi modò Brabantia, Flandria & Hannonia eſt?

Belgæ à Germanis orti.

CERTVM eſt Tungros, Neruios, Aduaticos, Eburones, Menapios, Treuiros Vbios, confines inter ſe populos origine Germanos exſtitiſſe, qui diuerſis tem poribus, ducibus, & occaſionibus Rheno tranſmiſſo, Gallis exturbatis, oppidis & ciuitatibus erectis, fundis & agris inter ſe diuiſis, gentes ſingulas diuerſis ſub Regi

Cæſar. lib. 1. Bel. Gall. bus, Ducibus, & Principibus conſtituerunt. Cæſar aſſerit horum *pleroſque à Ger manis ortos eſſe, Rhenumque antiquitus tranſductos, propter loci fertilitatem ibi conſedi ſe, Galloſque, qui ea loca incolerent, expuliſſe* quorundam etiam Reges, Regulos, duces & principes ætatis ſuæ nominat, quibuſcum decertauit.

Eburonũ duo Reges

Duo Cæſaris tempore Reges Eburonum erant, Ambiorix & Catauulcus, qui inter Moſam & Rhenum latè imperarunt, *Eburones*, ait, *quorum pars maxima eſt inte Moſam & Rhenum, qui ſub imperio Ambiorigis & Catauulci erant.* Fines horum latiſſim

Cæſar lib. 5. Bel. Gal. porrigebantur: namque ditionem Leodienſem, Iuliacenſem, Limburgenſem, Val cenburgenſem, Aquiſgranenſem & Colonienſem: item cis Moſam partem Han noniæ, Gallicæ Brabantiæ, Comitatum Namurcenſem, & ditionem Tungrenſer complectebantur. Eburonibus eo tempore ſuberant Tungri, Pœmani, Segni, Con

Lib. 4. Bel. Gal. initio druſij, Germanos vocat hoſce Cæſar: qui tamen omnes in Treuirorum clientelar confugerant.

Treuirorũ

Treuiri verò, qui cis Rhenum reliquis Germanis potentiores habebantu Inducíomarum quendam ſiue Ducem, ſiue Regem habuerunt, qui bellum auſu eſt Romanis inferre; ſed Labieni prudentia ſuperatus & cæſus, Romanorum bene ficio rei ſummæ Cingetorigi commiſſa eſt. Erat is contrariæ factionis princep & quod in fide Romanorum permaneret, hoſtis patriæ publicatis eius bonis nom

Lib. 5. natus: huic à Cæſare *principatus & imperium eſt traditum*, vt hinc etiam pateat, & Re ges illos cis-Rhenanos Germaniæ populos habuiſſe, & Principes, reliquis ſenato ribus, vt eos vocat Cæſar, opibus, gratia, & auctoritate potentiores: nec deſiiſſe, cur

Sueſſionũ Rex potẽ tiſſimus. *Lib. 2.* ſe in fidem Romanorum recepiſſent. Sueſsiones Cæſar Belgis accenſet, qui no tantum latè Belgis, ſed & Britannis imperarunt: *apud eos* ait *fuiſſe Regem noſtra etia memoria Diuitiacum, totius Galliæ potentiſſimum, (qui cum magnæ partis harum regionum tum etiam Britanniæ imperium obtinuerit) nunc eſſe Regem Galbam: ad hunc propter iuſt tiam prudentiamque ſummam totius belli omnium voluntate deferri: oppida habere nume 12. polliceri millia armata 50.* Nec minus Neruij partes inferioris Belgicæ longè la teque ſuo regebant imperio: qui ne deliciis & otio marceſcerent, animis ſenſim el feminatis, & ad arma tractanda minus idoneis, luxum omnem proſcripſerant. Ca

Cæſar lib. 2. Neruiorũ temperantia. ſar enim de moribus & natura eorum, cum quæreret, comperit, *Nullum aditu eſſe ad eos mercatoribus, nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentiu inferri, quod his rebus relangueſcere animos, eorumque remitti virtutem exiſtimarent, e homines feros, magnæque virtutis, increpitare, atque incuſare reliquos Belgas, qui ſe popu*

Fortitudo. *Romano dedidiſſent, & patriam virtutem proieciſſent. Ij totidem, quot Sueſſiones arma millia promiſerunt, & ea data communi omnium conſenſu, quod maximè feri inter ipſ (Belgas) haberentur:* vnde vicinorum plurimi in eorum fidem & clientelam ſe re ceperant: quos poſtea ad bellum contra Romanos, & expugnanda Ciceronis ca

Lib. 5. ſtra Rex Eburonum Ambiorix induxit. *Facile* ait Cæſar *hac oratione Neruiis pe ſuadet, itaque confeſtim dimiſſis nunciis ad Centrones, Grudios, Leuacos, Pleumoſios, Gord nos, qui omnes ſub eorũ imperio ſunt, quã maximas manus poſſunt, cogunt, &c. magna man Eburones, Atuatici, Neruij, atque horum omnium ſocij & clientes legionem oppugnare inc piunt.* Poſſederunt Neruij Cæſaris ætate partem magnam Flandriæ, Hannoniæ

Braban-

Brabantiæ, Namurcensis Comitatus, & agri Cameracensis, nec oppidis caruerunt: nam cum Cæsar ipsorum 60. millia cecidisset, & superstites missis Legatis pacem exorassent, *Cæsar vt in miseros, & supplices vsus misericordia videretur, diligentissimè cõseruauit, suisque finibus ac oppidis vti iussit, & finitimis imperauit, vt ab omni iniuria & maleficio se suosque prohiberent.* Ac licet clientum eorum quatuor nomina posterioribus seculis desijsse videantur, vel sub Neruiis fuerint comprehensi: Eburonũ etiã Condrusorum, Segnorum, Cæræsorum & Pœmanorum in vnum Tungrorum nomen abierit, mansit tamen Neruiis imperium, & libertas seculis aliquot integra. Sic enim Plinius seculo ante S. Vrsulam Belgas enumerat *à Scaldi incolunt extera Toxandri, pluribus nominibus, deinde Menapij, Morini, &c. introrsus Castulogi, Atrebates, Neruij liberi, Veromandui, Sueconi, Suessiones liberi, Albanectes liberi, Tungri, Treuiri liberi antea.* Vt tempore Traiani, Belgio pridem in prouinciam redacto, permissa ijs libertas, & regnum à Cæsare, ipsis deuictis, sit restitutum.

Sedes.

Oppida. *Lib. 8.*

Plinius lib. 4. c. 17.

Libertas.

Stetit ea libertas, pax, & agrorum cultura sine bellis & tumultibus tẽpore Adriani, Antonini Pij, & M. Aurelij, donec Commodus, Imperij Romani labes, rerum potiretur: Hic cum censum grauem Belgis imperasset, Wericus Treuirorũ Princeps & Soricus Dux Germanorum, qui Rheni ripam habitabant, Belgas cæsis Romanis onere tanto duodecim annis liberarunt; donec Seuerus Imperator dimidium cẽsus remisit: Floruerunt deinceps alta pace Neruij, Vrsulano tẽpore, donec Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, & iubentib. partẽ agrorũ Francis Germanis cesserũt.

Tempore Vrsulano.

Dubitatur Regesne & Principes habuerint, cum Cęsar Senatores iis tantum, vel Comites tribuat. Existimo cum origine Germani essent, horum more retento Comites, Duces & Reges præter primores & Senatores ijs præfuisse. Ex bellis Romanorum cum Germanis, horum Reges orbi innotuerunt. *Nationes* ait Tacitus *& Reges Germanicos, qui Romanis innotuerint, bellum aperuit.* Et sanè Reges habuisse cõstat Bructeros, Cheruscos, Sueuos, Danos, Gothos, Quados, Marcomannos, Wandalos Eburones, Longobardos, Burgundos, Suiones seu Norwegos, in Frisiis, Batauis, Chattis, & aliis Principes regij sanguinis celebrãtur. Colligam vnum in fascem variarum gentium apud Germanos Reges à Strabone, Tacito, Ammiano Marcellino & aliis recensitos, vt pateat à Christi temporibus etiam vltra S. Vrsulæ tẽpora, Reges Germanis præfuisse. Cimbrorum fuerunt Reges *Teutomirus, seu Teutobochus, Beleus, & Betorix*, Sueuorum *Vannius, Vangio, Sido, Italicus, Heroe, Erocus, Chonodomarius, Emericus, Rixilla.* Cherusco rum *Arminius, Segestes, Segimirus, Segimundus, Italus.* Sicambrorum *Deutorix, Milo.* Marcomannorum *Maroboduus, Catualda, Masius, Ariouistus.* Quadorum *Vannius, Tudrus, Furtius, Gabinius.* Hermundurorum *Vibillius, vel Iubilius.* Marsorum *Malouendus.* Cauchorum *Ganascus.* Cattorum *Catumerus, Adgandectrius, Arpus, Veromerus.* Batauorum *Carioualda, Ciuilis, & Brenno seu Brimio.* Duces eorundem *Victor & Verax.* Frisiorum *Verritus, & Maloriges.* Alemannorum *Sunomarius, Hortarius, Marcianus, Hariobandus, Vadomarius, Varius, Vrsicinus, Versalpus, Chonodomarius.* Gothorum & Wandalorum sine numero sunt, & obuij passim. Probus de multitudine Regum Germaniæ deuictorum ita gloriatur: *subiecta est omnis, qua tenditur latè Germania: nouem Reges gentium diuersarum ad meos pedes, imò ad vestros supplices stratiq; iacuerunt.* Iam verò sanguinis & nobilitatis in creandis Regibus ratio præcipua habebatur, virtutis autem & fortitudinis in eligendis Ducibus. *Reges* ait Tacitus, *ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt; & duces exemplo potius, quã Imperio, si promti, si cõspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt, Eliguntur in conciliis Principes, qui iura per pagos vicosque reddunt; centeni singulis ex plebe Comites, consilium simul & auctoritas adsunt. Magna & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem suum locus, & Principum, cui plurimi, & acerrimi Comites; hæc dignitas, hæ vires, magno semper electorum iuuenum globo circumdari in pace decus, in bello præsidium: nec solum in sua gente cuiq; : sed apud finitimas quoq; ciuitates, id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat, expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipsa plerumq; fama bella profligant.* Principes pro victoria pugnant, comites pro Principe. Cõsentit Cæsar, in Principũ officiis. *Cum bellum ciuitas aut illatum defendit, aut infert, magistratus, qui ei bello præsint,*

Tacitus de moribus Germ.

Germanorum populi a Regib. gubernati.

Vopiscus in Probo.

Creabãtur è nobilitate.

Duces ex virtute.

Principes. Comites.

Cæsar lib. 6. de Bel. Gal.

vt vitæ neciſque habeant poteſtatem deliguntur. In pace nullus communis eſt Magiſtratus, ſed Principes regionum, atq; pagorum, inter ſuos ius dicunt, controuerſiaſq; minuunt.

Multi Reges apud Germaniæ populos. Nouē eorum victi à Vrobo. *Marcellinus l. 17.*

Hinc conficitur, apud Germanos non vnum aliquem Regem potentiſſimū toti nationi; ſed ſingulis ferè gentibus & populis Reges, Duces, Principes præfuiſſe: vt ex Probi vita patet, & ideo Marcellinus eos Reges, Regales, Regulos, & ſubregulos nominat: Fuere autē regiæ quædā apud eos familiæ, quę iure hereditario regna naciſcerentur: apud Cheruſcos Segimerorū & Segeſtis ſtema: apud Gothos Amali, & Balthi: apud Lōgobardos Gugingi, apud Fracos Merouingi, apud Wādalos Dirigi.

Familiæ regiæ.

Vnde iam apud cis-Rhenanos, qua trans-rhenanos Germanos, Comites, Principes Duces & Reges nominantur præter Senatores (quorū Neruijs trecentos dat Cæſar) & primores ad concilium euocatos. Ac ſicut apud Treuiros & Eburones tā Reges interdū, quam Duces & Principes recenſentur, ita credibile Neruijs Reges, Duces & Principes tunc, cum liberi Romanorū beneficio manerent, non defuiſſe, & *Ducem* quidē *Neruiorum*, vt ait Cæſar, *qui ſummam imperij teneret*, lib. 2. bel. Gal. vocat, *Boduognatum*, quorū etiam ex longa maiorū traditione, annalibus, & veſtigiis quædam Regū nomina, reſq; geſtæ circumferuntur: quæ fide auctorū eorundē locorū memoro. Sedes regiæ tres ferè nominatur: Bouacū, Tornacū, & Aldenarda, fortè quod & clientes Neruiorum quida ſuos habuerint Regulos, vel ſubregulos. nam Bouacenſi Rege procerū factione trucidato, cum Taynardus regni ſucceſſor fanū Martis expilare decreuiſſet, & Sacerdotes conſcij cū theſauris & aurea Martis ſtatua Neruiorum Regis opē imploraſſent, is locū exſtruendi noui templi, quod Templemartiū hodieq; dicitur, deſignaſſet, armis inter ſe Reges concurriſſent, niſi Regis Ariouiſti aduentus vtrumq; oppreſſiſſet ante, quam acie decernerent, poſtea Auguſti madato Bouaco Martis aurea ſtatua reſtituta. Præterea C. I. Cæſare in Italia degente Regē Bouacenſiū Andromadū aiut cū obſideretur à Legato C. Antiſtio clā ducibus Flantberto & Flaminio & militibus quibuſda vulgus multū ob famis & penuriæ metū emiſiſſe; ſed Flantbertus pactis cū Legato conditionibus, & obtēta fertilis & ampliſſimi agri poſſeſſione, Inſulā Gallo Fl. dricę caput cōdere cœpiſſe, vel Buccenſē eodē loci arcē exſtruxiſſe, Cæſare nō abnuēte; qui à quibuſda Vrbis cōditor ideò fortè dicitur: ſedē verò cā Flantberti & Regnacarij poſteri iure perpetuo tenuerūt. Vnde nō repugnat, ſi dicamus in ijs partibus Fladriæ, Hānoniæ, Brabātię, quæ tūc à Neruijs & Clientib. eorū, nomen ſortiebātur, & multis poſt ſeculis hodierna nomenclationē acceperūt, tēpore S. Vrſulæ (quo Neruij liberi ſub Romanis alta pace fruebātur) Regulos, Duces, Principes, & Comites exſtitiſſe. Ita Gūdefridus, ea tēpeſtate Neruios inter opibus, potētia, dignitateq; ceteris eminebat, quem interdū B. Hermānus Regē veteri gētis more, quandoq; Principem, vel Comitem (ſui tēporis cū ſcriberet vſu, eū vti & modo Comites Flandriæ nominātur) ſolet appellare. Idē filiam Ducis Brabātiæ Comitiſq; Louanienſis vocat: nā eius ſeculi initio Godefridus, Henricus, & alius Godefridus tā Comites Louanienſes dicebātur, quā Duces Lotharingiæ, inde iuxta morē ſeculi ſui B. Hermānus eos nunc Comites, ratione Louanii, nūc Duces ratione Lotharingiæ, cuius Louanium metropolis erat, nūcupauit, nam a. 1180. triennio ante reuelationē datā, Godefridus Dux Lotharingiæ & eius filius Henricus Dux Louaniæ ſe ſubſcripſit apud Grammaye.

Neruij Reges habuerunt. *Cæſar lib. 2. Bel. Gal.* *Iacob Guu. lib 3 An Han Buzelin. to 2. l. 1 f 3*

Tres regię ſedes.

Taynardus Rex. Et Andiomadus. *Petrus Oudegh c. 1. An Fland.* *Iacob Guu in Annal Hanno. Buzelinus. to. 2. l. 1 f. 3.*

Gundefridus tēpore S Vrſulæ Rex Neruiorum.

Grammaye in Louanio.

Quocirca licet diceremus commentitiam eſſe tam Salmenſium Comitum, quam Ducum Brabantiæ iam inde à Chriſto nato repetitam ſeriem, ſatis tamen in Neruiorū, Morinorum, Menapiorum, & Tugrorum antiquitatibus, qui eas Belgij terras tunc pacificè poſſidebat, fundatur Regum, Ducum, Principum ac Comitū dignitas, nomē & officiū, à Germanis hiſce populis, vſurpata: è quibus Neruij præcipuè *Liberi* nominātur, qui ſuis cum clientibus ea loca Flandriæ, Brabātiæ, & Hānoniæ, quæ l. 2. c. 25. nominat B. Hermanus, coluerunt. Ita Neruijs tunc regia poteſtate Gundefridus præerat, maioribus Francis & Germanis ortus: Leuacis, Ducis militiæ, vel Principis auctoritate parens Gyanæ: Hānoniæ parti alicui parēs Iſaniæ & Herdaræ: erāt ij ſanguine ſibi iuncti, cis-Rhenanis, Fracis & Saxonibus affinitate propinqui: nauibuſq; frequēter in Belgiū excurrebāt: eodēq; ſeculo Carauſius origine Menapi⁹ præfect⁹ & Comes litoris Saxonici & Belgicæ datus à Maximiano eſt qui

Belgij topathæ Saxonibus propinqu.

ui periurus, sumta purpura & Augusti nomine Britanniis occupatis multum Romanis negotij facessiuit: vt hinc videas ipsos quandoq; Belgas, vt duces & comites Romanæ classi vel exercitui præfuisse: Nam & Titi Senectius & Anectius Neruij sub Augusto Romanis contra Germanos operam vtilissimam præstiterunt. Tungrorũ etiam cohortes à Neronis tempore semper in exercitu floruerunt: stipatores ijdem Augustorum: ideoq; comitatus & præfecturæ ijs nonnunquam committebantur. Atq; adeo Belgica in prouinciam redacta, Neruij, Tungri, Menapij, Principibus suis & Ducibus gloriabantur, quorum opera Romani simili in officio & dignitate nonnunquã vtebantur, horũ autem aliqui studio & zelo Tungrẽsiũ Episcoporũ, vt Metropoli, ad Christi fidẽ conuersi sunt. Quod si quis etiã hos tres Principes diuersarum gentiũ fuisse dixerit, Neruiorũ, Tungrorum & Menapiorũ, non verò eiusdem populi, nõ repugnaro, dũmodo similes aliquã partẽ rexerint, quæ modo Flandria Hannonia vel Brabantia nominatur. Ita tantum abest, vt Vrsulanæ res gestæ repugnent Tacito, Romanis scriptoribus & moribus eius temporis; vt etiam ijsdem conuenienter, perditam temporum istorum memoriam, & res gestas restituant, & illustrent; consule de his populis tabulam primam Geographicam. *Florus lib. 139.*

CAPVT XXIX.

De Nobilibus & Militibus temporis Vrsulani.

S. Elisabeth & B. Hermannus nobilium & militum meminerunt: Sigonio Nobilis dicitur, *qui habet maiorum suorum imagines: Nouus homo qui tantum suam; Ignobilis qui nec suam, nec maiorum suorum habet imagines.* Ius ponendæ imaginis consequebantur, qui Curules, Magistratus, Consulatum, Censuram, Præturam vel ædilitatem gessissent. Id principio solis Patriciis competebat, postea plebi Romanæ fuit cum Magistratu communicatum. Germani reliquiq; populorum Septentrionalium ordines quatuor numerabant, primum Nobilium, alterum ingenuorum siue liberorum, tertium libertorum, & Libertinorum, quartum seruorum. 1. Edlingi, 2. Fridlingi, 3. Frilazzi, 4. Lazzi, dicebantur. Et quamquam in 1. genere ratio natalium & generis nobilitatis ac opum haberetur: illi tamen reliquis præferebantur, qui bellica fortitudine ceteros antecellebãt, teste Athenæo, quod Herodotus vult apud omnes fere barbaros fuisse obseruatum: vnde Nobiles antiquitus maximè sacra tractabant, vt ait Pompeius Mela, in bello & exercitu primam aciem plerumq; conficiebant: nam teste Polybio in primis cohortibus omnes torquibus, & armillis aureis, ornabantur. Quin & galeæ, vestes, scuta certis insigniebãtur nobilitatis symbolis: galeas cristis & animalium capitibus, quæ terrorem incuterent induebant; vestes autem striis seu virgis diuersis variegatas coloribus decorabãt: teste Marone dum canit: *Virgatis lucent sagulis.* Venio ad Nobiles Sodalitatis Vrsulanæ. Romana Nobilitas. Germanorum. *Tacitus. Adamus Bremensis.* *Polybius. Lib. 2.* *Lib. 8. Aen.*

Cyriacus dicitur è Britannia ortus, ac Regis cuiusdam Pagani, Comitisq; Eustachij cognatus: inde tam ipse, quã qui ex familia, & cognatione ipsum sunt affectati, minimum in Nobilium censum iudico referendos esse, quorum non paucos B. Her. nominat, qui Martyrio pariter sunt decorati, ita de eo B. Herm. *Porrò B. Papam Cyriacum sequũtur Diacones duo, Calixtus, & Kilianus; quorum prior filius erat Sororis S. Cyriaci Papæ, alter cognatus. Eundem sequebatur B. Florentinus E. R. Archidiaconus, qui & ipse cognatus fuit Apostolici, & 6. filiarum supradicti Comitis Eustachy: Principes etiam duo comitabantur cum eis, S. Eugenius & B. Nicostratus, &c. Deniq; 7. alij de familia ipsius Papæ secuti sunt eum. Porrò matrona quædam nobilis eius Neptis, quæ dicta est Hermengardis cum filia sua, & tribus puellis eundem B. Cyriacum sequebatur.* Hæc ille. *B. Her. c. 8.*

Cognati Cyriaci, nepotes, vel neptes videntur in Nobilibus saltem numerandi: Eugenius & Nicostratus forte Palatini & domestici fuere Pontificis: nonnulli, qui ex familia dicuntur esse, seruis etiam possunt accenseri.

Milites etiam quidam nominantur, qui cum Parthenico exercitu palmam Martyrij retulerunt: Cæcilianus catalogus testatur 15. milites & consanguineos Dionethi cum eo necatos & funeratos inuentos esse: Et Cæsarius, qui cum S. Verena repertus Schõnaugiamque translatus, & nomen sum & militiæ conditionem indicauit Milites in Sodalit. Vrsulana.

S. Eliſabeth, cum ei vnà cùm S. Verena conſpicuus appareret: quæ prima die ait ad S. Eliſabethã: *venit mecum Cæſarius Martyr:* ſubditq; S. Eliſabeth: *Rurſus die altera cum de eodem Martyre diuinum officium celebraretur, apparuit & ipſe mihi in gloria magna, & cum de eo requiſiuiſſem, cuius officij in ſeculo exſtitiſſet, & qua occaſione cum illis Virginibus martyrium ſubijſſet, ait: Miles fui in ſeculo, filius Materteræ huius ſacræ Virginis, cui nunc adiunctus ſum,* &c. hos ego milites non gregarios arbitror; ſed Nobiles, qui noſtris poſſint auratis equitibus accenſeri: hanc in ſententiam adducunt me illa S. Vrſulæ verba, quæ de S. Verena profert. *Ego ſum Vrſula, & quæ mecum ſtat Soror Verena, filia patrui mei cuiuſdam magni principis:* at Cæſarius paulò ante: filium ſe vocat materteræ Verenæ Virginis: è materno igitur ſtemmate duxit originem veroſimiliter à Regibus, vel Principibus: videamus ergò qui S. Eliſabethæ ſeculo vel poſtea, Milites dicerentur, vt eius in vita dignitas cognoſcatur. Otto Blaſianus auctor eſt A. 1181. triennio ante vaticinium datum Anonymo, Fridericum Imperatorẽ Moguntiæ in celeberrima corona Procerum gladijs accinxiſſe duos filios Henricum & Fridericum: quod erat eos creare milites.

Reges milites.

Ad A. 1380

Chronicon Miſnienſe de his ita loquitur. *Illo tempore nõ amplior virorũ Nobiliũ fuit titulus, quam vt ſtrenui famuli nominarentur, quod literis probari poteſt: Equites aurati vt dicerẽtur Milites.* Ideo titulus Militis viris etiã principibus & ipſis Regibus ritu ſolẽni tribuebatur. Guilielmus Comes Hollandiæ à Chronico magno Belgij vocatur armiger, cum in Regem Romanorum eſt cooptatus: Ante igitur quã Aquiſgrani diademate cingeretur, voluit vſitato more Miles inaugurari. *Omnibus ergo in Colonienſi Eccleſia præparatis, Guilielmus armiger Petro Caputio Cardinale & Legato Apoſtolico faciente ordinis Militaris profeſſionem (tactis Sacris Euangelijs) præmiſit; Rex verò Bohemiæ demortuo Imperatore triennio ante quaſi ſupremum militiæ caput ictum impegit in collum tironis, hac ſolenni vſus formula: Ad honorem Dei omnipotentis te Militem ordino, ac in noſtrum collegium accipio.* Horũ militum quotquot beneficia à Principibus obtinebant, Milites miniſteriales appellabantur à miniſterio; quod clientelæ nomine Dominij deferebant, de his Lewoldus à Nerhoff Leodienſis Canonicus refert A. 1126. Euerhardum Comitem de Altena ſui vincendi & pœnitentiæ amore paſcentem porcos prope Morimũdum à Militibus miniſterialibus agnitum eſſe ex cicatrice vulneris: quod olim in bello acceperat. Ex his Militibus, qui torque donarentur, Torquati; vel Aurati Milites: vel ſimpliciter Milites nominabãtur. Hæc ſatis indicãt, qui Nobiles, & Milites circa reuelationis tempora cenſerentur, quibus genere vel officio pares erant ij, qui Milites in Vrſulano Martyrio nominantur: Reſtant duæ de origine Baſileæ & Francorum difficultates iam expediendæ.

An. 1247.

Inaugurati ſolenniter.

Lewoldus In originib. Marcanus p. 11.

CAPVT XXX.

De Origine Baſileæ.

Marcellin. lib. 18. & 11. Hiſt. miſcella.

Difficultates duæ

BAſileæ nomen in Vrſulano Martyrio non leues nobis parit difficultates; cum multi credant, nec vrbem, nec loci nomen eo fuiſſe tẽpore: ſunt qui ſub Iuliano apoſtata condita putant tũc, cum cõtra Alemãnos pugnaret, de quibus circa Argẽtoratum autore Marcellino victoriam reportauit, voluntq; à Græca voce Baſileam quaſi regiam dictam eſſe ciuitatem. Adhæc florebat ea tempeſtate Auguſta Rauracorum opibus potens, ad quã itinera publica in Antonini itinerario diriguntur, quę ſi in eo terrarũ tractu vlla, fuit certè Sedes Epiſcopalis: quare antiquis Galliarũ cõciliis nõ Baſileẽſes, ſed Rauricẽſes Epiſcopi ſubſcripſerũt. Vnde igitur Pãtuli protoepiſcopat⁹ Baſileẽſis tẽpore Vrſulano, quãdo quingẽtis an. poſt is Walano tribuitur?

Expediũtur.

Pantulus Protoepiſcopus Baſileenſis ſtabilitur.

Hæc tamẽ me nõ deijciunt, vt Pantulũ credam Baſileenſibus Vrſulani martyrij tẽpore nõ præfuiſſe, cũ id ſepulcralis eius repertus titulus expreſſis teſtetur his verbis. *S. Pãtulus Baſileenſis Epiſcopus, qui Virgines ſacras cũ gaudio ſuſceptas Romã perduxit; vnde reuerſus Coloniam peruenit, ibiq; cum eis martyrium ſuſcepit.* Eundem Protoepiſcopum agnoſcunt Baſileenſium 1. Vincentius Belluacenſis, S. Antonius, Petrus Epiſcopus Equilinus, Philippus Bergomenſis, antiquiſſima quæq; Germaniæ breuiaria in ſuitoria Vrſulana, verba ſingulorum vide lib. 11. c. 23. & 24.

2. Eun-

2. Eundem recipiunt indices Episcoporum loci relati à Democharе, Claudio Roberti, & alijs.

3. Consentit loci traditio, Breuiarium, Calendarium, Martyrologium, Catalogus Episcoporum & M.SS. & typis vulgata Basileensis historia.

4. Ipsi Basileenses hæretici veteres, & recentiores, eius vt Protoepiscopi meminerunt, Beatus Rhenanus, Henricus Pantaleon, Ioannes Stumphius, Sebastianus Munerus, & Christianus Vrstisius: quorum verba l. 11. c. 24. adnumerabo. Vt sileam S. Elisabethæ, & B. Hermanno redditas de ipso diuinas attestationes, & ipsum quod hodie visitur saxeum cum inscriptione sepulcrum Coloniæ, & corpus venerandū. Quare si tantum ostendero dubiam, & incertam esse Ciuitatis Basileensis, & nominis eius originem, quam nonnulli ante tempora S. Vrsulę referant, alij post eam, nō debet hos posteriorū leui nixa fundamento cōiectura, à sententia multis firmata vestigijs, traditionibus, & testib. dimouere: ipsum prius situ, & formā ciuitatis cōtemplemur.

Vrstisius in epitome rerum Basileensium c. 5. Descriptio Basileæ.

Basileam, Vrstisius ait, *sitam ad Rhenum flumen, exiguo infra Birsæ ostium interuallo in Boreo Rauricorum angulo, Sequanis Cismontanis confini loco, aëris amœnitate, salubritateq; commendatissimo. Occupat conuallis leniter accliuis exitum, ita vt vtrumque cliuum spatioso circuitu complectatur. Birsicus fluuiolus in supremitate vallis ex monte Blauio Iurassi brachio ortus, eam per medium secat, elotisq; sordibus propè pontem in Rhenum exit. Vlteriorem ripā vrbs minor tenet, quæ temporis successu huic accreuit. Coniecturæ sunt non leues, eo loci vbi Basilea hodie constructa cernitur, Rauricorum Augusta adhuc florente Passagium siue traiectum fuisse rerum in Germanicum solum, vel è contra transuehendarū: eius enim magna illic opportunitas esse videtur, Rhenus namq; vnico ibi alueo in plures alibi diuisus, altis minimè rapidinibus, nullis item aquas exasperantibus scopulis placidè decurrit. Vnde non inepta cōiectatio ob hominum eò commeantium frequentiam, nauicularioru habitationibus diuersoria, domosq; alias accreuisse, locumq; paulatim pluribus ædificiis cultum fuisse, præterea cōmercia illic agitari cœpta, ipsam deniq; commoditatem loci, augustalis Rauricæ positū longè superantem, quæ & pluribus fontibus irrigua esset homines inuitasse, vt ædes ædibus coniungerēt, vtq; has habitandi sedes deligerent. Beati sanè Rhenani antiquitatum Germaniæ peritissimi viri opinionem, quam ex eruditorum hominū atq; eiusmodi rerum studiosorū sententia hauserat, multis admodū probari video.* Hæc Vrstisius, qui quoniā Rhenani sententiæ meminit de origine, & nomine ciuitatis verba eius recitabo. *Ego longè aliam de Basilea opinionem habeo: nam puto Basileam dictam non ἀπὸ τῦ βασιλέως, &c. Sed à traiectu, quem lingua Romanensis, hoc est Gallica, passum, vnde etiam Basella Mosellanica (quam vulgò Passel vocant) sibi nomen vindicauit, vt sit dicta Basilea quasi Passilea; eò quod cōmodior ibi esset ad traijciendum locus, qui paulatim ex nauicularioru atq; institorum multitudine frequentari cœptus, adiectis etiam ad maiorem traiectus tutelam duabus in vtraq; ripa turribus, vrbi duplici in vtraq; Rheni fluminis ripa constituendæ occasionem dedit, quæ secutis posteà temporibus ponte supra Rhenum constructo inter se coniunctæ, amplæ Vrbis speciem etiamnū repræsentant.*

Origo ciuitatis varia.

Sed de hoc argumento, & rationibus, quibus à Græco nomine, iis in locis inusitato more, denominatio ducta conuellatur, fusè disputat Rhenanus, videri is potest. Nec nouum id à traiectu dici Vrbes, inde etiā & Traiectum ad Rhenum inferius, & alterū ad Mosā superius Marcellino Obtricēse quasi Ober tricht nomē traxit.

Rhena. lib. 3. fol. 267.

Ioannes Stumphius vult errore vulgi nomen Vrbi à Basilisco datum, ob illius in prima Vrbis ædificatione inuentionem: ipse verò potius à Basilio Romano duce deriuat, qui eo loci ciuitatē ædificauit. Deniq; Cluuerius à quercu Basil dicta, aut certè ab idolo ibidem à gentibus culto deriuandum censet. E quibus sententiis patet communiorem autorum sententiam negare eam à Iuliani temporibus Basileā græca voce quasi regiam esse nominatam. Sed vnde vox ea profluxerit, nulla dicta-rumaliarum opinionum historiæ Vrsulanæ aduersatur.

Stumph. l. 12. c. 23.

Clu. l. 2. Ger fol. 22.

Sed nec illud quod secundo loco de Rauricorum Episcopis opponebatur quidquam momenti habet. Erat longè ante Christi tempora in tractu hoc Galliæ oppidum, quod Plinius vocat Rauricum, Marcellinus verò Rauracum: nec malè lib. 3. aduertit Rhenanus gentem ipsam cum principe oppido commune quandoque nomen obtinere, ita Tungri, & Treuiri, tam populus, tractus illius quam ciuitas præcipua nominantur.

Lib. 4. c. 12. Marcelli. l. 14.

Nec vnum, sed plura apud Rauricos An. salutis 163. sub Antonino Pio autor itinerarij, qui tunc obiit, eiusmodi oppida reperiebantur, vt subiectum ex tabulis eius segmentum indicat.

Descendendo		Adscendendo per ripam Rheni.	
Besançon	Vesontione	Argentorate	Strasburgh
Soye	Sopoſagio 13.	Hetellum 12.	Sclestat.
Manduie	Epomanduo 18.	Argentouaria 12.	Colmar.
Large	Large 16.	Cambete 12.	Kæmbs.
Kæmbs	Cambete 12.	Arialbinum 7.	
	Arialbinum 7.	Augusta Rauracum 6. Augst.	
Augst.	Aug. Rauracum.		

Ex hoc segmento deducit rectè Cluuerius, eam Vrbem, quæ postea siue a quercu sacra; siue à Duce Romano Basilio; siue à Pass, id est traiectu Rheni, Basilia dicta est, vel Passilea: aut molliore sono Basilea olim (florente Augusta Rauricorum Arialbinum fuisse nominatam; dissentit in hoc à nobis Rhenanus, qui Artalbinum (sic enim Arialbinum appellat) vicum conijcit esse in campis Sequanicis: suo tamen seipsum conuincit argumento, alio enim eiusdem in libri loco, cum obseruaret hũc vicum nimium à directo itinere declinare, arguit itineraria spatia, non semper directa linea fuisse disposita. Contra contendo: vti olim Arialbinum, ita modò Basilean 6. millibus passuum abesse Augustâ Rauricorum recto etiam itinere. Desinat etiam loco citato Vrstisius mirari Antonini tabulã non meminisse seculo secundo Basileæ meminit saltem Arialbini, cuius nomen nõ ita diu post videtur fuisse cõmutatum.

Lib. 2. f. 22.

Prius dicta fuit Arialbinum.

Demus tamen Augustam Rauricorum longè Arialbino fuisse vetustiorem quippè quam Stumphius probat ante Romam fuisse ædificatã: Demus longè etiam augustiorem, in quam sub Augusto, 40. ante Christi ortum annis Colonia ciuium & militum Romanorum est deducta: atque adeo Episcopos, qui ex Vrbe Vesontionensi (à S. Lino conuersa superstite adhuc S. Petro) vt in terram subiectã mitterentur, Augustę Rauricorum sedem primam collocasse: nam Episcopi in Principib. Ciuitatibus viuis adhuc Apostolis ideò residebant; vt inde in vicina loca metropol. Christo aggregata fides facilius propagaretur. At verò deleta siue à Burgundionib (quorum sub Vespasiano Plinius, Orosius, & alij sub Druso etiã & Tiberio meminerunt) siue ab Alemannis, vt Cluuerius putat, potuit id iam tum circa A. 192. contigisse Caracalla dominante: is enim postea sopito sæuissimo bello contra Alemannos, ab illis Alemãnici tulit nomen. Ab hac initio tertij seculi ruina Augustæ, caput extollere cœpit Basilea siue Arialbinum, vt dicat Rhenanus: *quanto verò magis minui cœpit Augusta, tanto Basilea auctior indies, noui populi, qui nuper ex Germaniæ finibus Rhenũ transierat, noua Ciuitas: cum illam omnes fugerẽt velut inauspicatã, & semirutã: hãc autem ob multas cõmoditates non solũ traiectus ipsius, sed & facilioris omniũ rerũ importationis, & melioris agri viciniam omnes adamarent. Si quid igitur post multa excidia miseræ Augustæ superfuit, hoc velut Colonia quædam Basileã cõmigrauit,* ita Rhenanus. Vnde videtur factũ, vt Rauricẽsis Præsul, omes secutus, eodẽ concesserit: quando statim loci nomen puto à traiectu faciliori impositũ, vt subdit Rhenanus ex populi traditione. *Senes indigenæ,* ait, *narrare solent, ita à maioribus suis edocti, vbi hodie Basilea est, olim nihil fuisse, nisi traiectũ Rheni, duabus istis turribus, quæ etiamnum visuntur cõmunitum: proinde qui Basileã dicunt, quod regiã sit Ciuitas, me non habebunt* ὁμόφωνον. Nec me etiam: vt licet ante Pantulum videantur dicti Rauricẽses Episcopi: Pantulus tamen sede alio translata Basilienſium Protoepiscopus iure appelletur: Id Tungrensibus Episcopis vsu venit: vastato enim per Hũnos, seu Wandalos A. 383. Belgio, & euersis Tungris vt quidã volũt, Traiectũ, inde Leodiũ trãslata sedes Episcopalis est: vel saltẽ Tũgris, Leodiũ statim Episcopi cõcesserunt, vt plures volũt: nomine Episcopat⁹ variato trecẽtis tantũ annis post emigrationẽ: adhuc n. Tungrẽses Episcopi dicebãtur, licet sedis Apostolicæ autoritate Leodij residerent: ita mirũ nõ est, licet Pãtulus ob primã translationẽ Basileã, qui Rauricẽsis dicebatur, cœperit eo tẽpore audire Basileensis: posteriores tamẽ, qui sub Clodoueo etiã Francorũ Rege præfuere, vt Adelphius, se ex cõmuni gẽtis, nõ Ciuitatis nomine Rauricẽses more maioru duob. Aurelianẽsib.

Deleta Augusta Rauracorum.

Plin. lib. 4. c. 14. Orosius lib. 7 c. 32. Cluu. lib. 2. fol. 22.

A traiectu Basilea dicta efflorescere cœpit. *Fol. 267.*

Translato eo Episcopatu Rauracensi.

P. Roberti in vita S. Huberti p. 3 q. 6. test. 66 fol 421. Stumphius lib. 12 f. 655

ſcripſerunt Concilijs. Walanus tamen circa annum 745. primus à nonnullis inſcribitur Antiſtes Baſileenſis, quia poſt longam ſedis vacationem multis à Pipino poſſeſſionibus auctus, maiore autoritate, quam priores omnes apud ſuos, & exteros florere cœpit. Walanus cur dicatur Baſileenſis Pro toepiſc.

Initium Pontificatus Pantuli ignoratur: annos eius Sacerdotij Munſterus 20. numerat: ſed incipit ab an. 228 ad 248 vſque: Verius videtur (ſi certi annorum illa ſeries) ab an. 218 ad 238 vel 237 rexiſſe, quando cum S. Vrſula fecit Martyrium.

Creuit porrò ex ruderibus Vindoniſſæ, & Auguſtæ Baſilea, vt ſtatim libello Prouinciarum, & Ciuitatum Galliæ inſereretur, hoc ordine: *Prouincia Lugdunenſis V. Metropolis Ciuit. Sequanorum hoc eſt Veſontione 1. Ciuit. equeſtrium: hoc eſt Nouiduno Ciuit. Heluetiorum, hoc eſt Auenio Ciuit. Baſileenſium, Caſtrum Vindoniſſenſe, Caſtrum Ebrodunenſe, caſt. Argentarienſe, caſtrum Rauricenſe.* Vides à tempore Antonini ſcriptoris Itinerarij, ad deſcriptam vſque Notitiam imperij, ſeu libellum Prouinciarum, & Ciuitatum Galliæ, maximè floruiſſe Baſileam: quæ iam tum metropolis, & Ciuitas Baſileenſium dicebatur: ita depreſſa Auguſta Rauricorum, & Vindoniſſa, vt caſtri tantum nomen obtinerent: ſic eam attriuerant Burgundiones, & Alemanni confines populi, qui lapidibus ceu terminis ab ijs (ait Marcellinus) diſtinguebantur. Hinc colligas licet contra Cluuerium, non eundem autorē eſſe poſſe itinerarij Antoniani, & tabulæ itinerariæ: nec eum Marcellinum eſſe, aut ei coæuum: nam ſi idem ſiue Marcellinus, ſiue coæuus confeciſſet, non erat, cur tantam faceret loci eiuſdem differentiam. At multa inſeruntur operi de Moyſe, de S. Petro, de Conſtantinopoli: nunquid paucula de Chriſtianorum, & Iudæorum rebus librarij Chriſtiani manu adiecta eſſe potuere? nam vt rectè Rhenanus obſeruat; *Infulciuntur interdum antiquis recentia, dum libri deſcribuntur.* Incremētū Vrbis. *Marcellin. lib 31. Clu. l. 2 c. 5.* Impugnatur Cluuerius. Obiectio. *Rhen lib. 3. fol 273.*

Maius acceſſit Valentiniano Cæſare Baſileæ ornamentum, qui pro coërcendis Rætis, Vindelicis, Sueuis & Alemannis ibi conſtruxit munimentum, quod robur appellauit: de quo hæc ſcribit Marcellinus: *Secuto poſt hæc anno (315) Gratiano adſcito in Trabeæ ſocietatem Equitio V. C. conſule, Valentinianus poſt vaſtatos aliquot pagos munimentum ædificauit prope Baſileam, quod appellant accolæ Robur.* Inde reſcripſit, vt ex cod. Theodoſiano patet. lib. 33. de curſ. publ. nomine: *Valentinianus Valens, & Gratianus A A A data Robore, idibus Iulijs Gratiano 3. & Equitio Coſſ.* Hunc ipſum ædificationis facit annum Lindeburgius, in notis ad Marcellinum. De loco Roboris variant hiſtorici. Vrſtiſius vult modo mœnibus includi, & dici Auffburgh, licet Marcellini ævo prope Vrbem eſſet, ampliatis eius ſæpè pomerijs. Swingerus in ſuburbio locat, & vocat Rotthaus. Iſaacus Pontanus vult iuxta Eccleſiam Cathedralem ſitum fuiſſe in Rheni crepidine, vbi & hodie area eſt, quam burgh vocant, cui ſi Ro præfigatur, integrum Roburg Marcellini coaleſcet, quaſi Romanorum ſit munimentum: ita Romani infra Lugdunum Batauorum munitionem excitarunt, cuius ſuperſunt rudera: locuſque Rodenburgh quaſi Römerburg appellatur. Munimētum *Marcel lib. 30.* Robur dictum. *Vrſtiſius in epitome. Swinger. in methodo apodemica. Pont. li. 1. Orig. Francie.*

Franciſcus denique Guilimannus Rheinfeldam eſſe cenſet, decem ſupra Baſileam paſſuum millibus, quod munimentum Germani, Gallique Romanum burgum vocarunt, & breuius Romburg aut Raubburg propter prædas ex Alemannis eò deportatas, quod non intelligens Marcellinus Robur accolas vocaſſe ſcripſit. Quæ ſi vera eſt opinatio Guilimanni, fruſtra notat Cluuerius loco citato Baſileam hic non vocari Ciuitatem, vel Vrbem, vel Oppidum, vel Vicum, ſed Robur, quod accolæ vocarint Baſil. peruertit enim Ammianum, qui vult prope Baſileam (ſcilicet Ciuitatem olim Arialbinum, & Ammiani ævo Baſileam dictam) conditam eſſe Valentiniani munitionem: quod & diſtabat plurimum inde, & proprium Roboris, vel Romburg nomen obtinebat; hinc peſſima ſequitur Cluuerij illatio, *Primus igitur Baſileæ auctor fuit Valentinianus*: iam enim tanto ante in itinerario Antonini nomine Arialbini & in libello Ciuitatum Galliæ quaſi metropolis quædam *Ciuitas Baſileenſium* dicebatur; cum Valentinianum conſtet excitaſſe non Vrbem, ſed munitionem, & prope Baſileā. Firmior ea Cluuerij paulo antè priorē concepta his verbis *Guilliman. de præſidijs Romanorum li. 1. c. 11.*

illatio: *Valeant iam illi, qui à regio vocabulo vrbem hanc dictam volunt quasi* Βασιλέα μὸ. Nos enim plures eius nominis fontes ostendimus, vt non sit opus confugere ad tempora Iuliani. Maneat igitur historicis fundamentis stabilita veritas, S. Vrsulæ æuo & Basileam floruisse, & eò Augusta Rauracorum euersa Pantulum commigrasse: qui cum Parthenio exercitu redux è peregrinatione Romana Coloniæ gloriosam martyrij palmam est consecutus, vt loci traditio, vestigia, catalogi Pontificum, veteres & recentiores historici attestantur.

CAPVT XXXI.

De origine Francorum.

MVlti peregrinationi & nauigationi obijciunt periculum, quod à Francis imminebat Virginibus. Sunt qui velint Francos eo tempore fuisse ignotos: ideò origo eorum altiùs est repetenda: in qua tres inter se pugnant sententiæ.

1. Sentētia. Prima Francos facit Italiæ conterminos: nam Strabo coæuus Augusti Cæsaris, vt quidam putant, eos circa Noricos & Vindelicios collocauit: confirmat idem Agathias, Stephanus Ethnographus, & Parthenius Phocensis. Sed in Strabone toto nulla vspiam Francorum est mentio: habet alibi τὸ Βρέγχων vel potiùs Βρέγχων, quos vnà cum Genaunis Drusus Augusti priuignus, cùm Rætici limitis dux esset, debellauit, vt docet Horatius, Florus & alij. Agathiam tempus, quo scripsit historiam (An. 550. teste Suida) excusat: nam tunc Franci à 70. annis bellicâ Clodouei gloriâ principem Galliarum partem Romanis eripuerant, & circa Prouinciam, seu Delphinatum Italiæ finitimum considebant. Alioqui Agathias lib. 1. facit eos nobiscum origine Germanos, qui Galliam occuparunt. Habet eadem temporis ratio, & excusatio locum in Stephano Ethnographo, & Parthenio.

2. Senten. Altera sententia Francos è mæotidis paludibus accersit: huius autores vijs duabus diuiduntur, primam primus ingressus est Goropius Becanus: fingit is Francos eosdem esse cum Scythis liberis apud Herodotum: qui inde in Germaniam digressi proprio Teutonum idiomate se Francos Germanicè Vry-ancken liberos cultores: per crasin Vrancken appellarunt: nec vllum pro se laudat testem, nec rationem addit aliam, quàm congruere hoc commentum cum etymologia linguæ Belgicæ, vel Cimbricæ, vt hæc ipsa recitasse, sit etiam confutasse. Altera graditur via nullo etiam pro se citato Scriptore vetustiore Hunibaldus, is comminiscitur Reges plurimos à Priamo iuniore, & Francione filio Hectoris ortos primas sedes propè paludes mæotidas statuisse: postea seculis aliquot interiectis ex Scythia progressos in Germaniam, sub Sicambrorum, & Germanorum nominibus latuisse ad Valentiniani 2. vsque tempora: Huius commenti præter Gallos, Lazium etiam, Vrsbergensem, Crantzium Germanos habuit assectatores. Sed quis Poëtarum veterum (extra Æneam, & Antenorem, quos in Italiam deuenisse constat) vllius Troiani meminit, cuius exstet aliqua nominis rerumque gestarum claritudo? Nec Dares quidem Phrygius (quem multi Troiano bello interfuisse opinantur) tertij facit mentionem: vnde igitur vel Priamus ille iunior, vel Francio Hectoris filius, nisi ex nugiuendorum cerebro prodijt? Tam oscitantes fuêre Scriptores vetustissimi Homerus, Coluthus, Quintus Caleber, Dictys Cretensis, & Hyginus, qui vel Troianorum res gestas literis sunt prosecuti, vel Principum virorum genealogias contexuerunt, vt Francionis obliti, vnum tantùm faciant Hectoris filium Astyanactem, vel Scamandrum, cui Dictys Laomedontem addidit? Agnoscit quidem Chronicon Prosperi Pythocanum quendam Priamum sub Valentiano posteriore. Hiccine ille Hunibaldinus Priamus est, qui annis ante Christi ortum 355. Troia exulatum abijt? quamuis

uamuis alij censeant in Prospero Priarium restituendum esse, cum idem bellum Marcellinus, in quo Priarius captus est, fusè prosequatur: sed Hunibaldi nec trellis criptoris laudes egregiè depingit Vossius *lib.2.de hist.Latinis c.22.*

Adrianus Turnebus Francos potius educit è Scandinaria (Mela Scandiam, Iornandes Scanziam appellat) vbi Ptolomæus Phirassos collocauit: quos ille noua metamorphosi in Francos transformauit. Alij ex Herbipolensi patria prodijsse volunt, quod partim ex Hunibaldo probant, qui eo partem Francorum concessisse vult: cui fabuloso autori quantum fidendum sit, ostendi: partim ex Cicerone: *redeo ad Thebassos, Scæuas, Francones*: sed hic librarij mendum secundum multos interuenit: qui sic legendum censent, redeo ad tuos Bassos, Scæuas, Frangones: ea sunt nomina veteranorum militum C. Iulij Cæsaris per Brutum, & Cassium interfecti: ij Cæsaris approbato testamento in ciuium Romanorum bona inuolabant, quos ibidem Cicero latrones appellat: de ijsdem eodem libro ep.5. dixerat nonnulla. Ideò Sebastianus Corradus ita in epist.10. commentatur: *Redeo ad Thebassos, omnino sunt nomina militum, qualia sunt illa Philip.13. Barbæ, Cassij, Barbatij, Polliones, Saræ, Lentones, Capsones (Scæuas) Cassius Scæua centurio fuit Cæs.l.3.de bel.ciuil. Valer.Max. Sueto. Frangones milites veterani: sunt enim nomina prorsus castrensia*: hactenus Corradus. Consentit ei Dionysius Godefredus in Cic. à se edito: nam in marginalibus notis addit. *Redeo ad Thebassos Scæuas, Frangones: nomina veteranorum militum, quæ Cæsaris largitione Pompei bona possidebant. Scæua centurio fuit Plut. in Cæsare, Florus li.4. Frangones, Frango videtur dici à Dione l.48.* Quamuis Serarius *Francones* probet legendum esse pluribus auctoritate Codicum, quod Manutius non audet inficiari: licet cum Lambino veteranis accenseat.

Cic.l.14.ad Attic.ep.10.

Sequitur tertia, & verior opinio, Francos origine Germanos esse, qui ex sex, vel septem diuersis populis vnum in corpus coaluerunt, & nouo assumto nomine se liberos, germanic. Vrancken nominarunt. Hanc Isaacus Pontanus tuetur ex varijs veterum testimonijs: hinc in vita S. Hilarionis ita S. Hieronymus ait: *Inter Saxones, & Alemannos gens non tam lata, quam valida apud historicos Germania: nunc verò Francia vocatur.* In veteri etiam Peutingeri tabula legitur à parte Germaniæ magnæ, quę occidua est adiecta vox *Francia*. Et versus Rheni ostia, vel Borealem Oceanum ista sunt nomina *Chamaui qui & Franci*: hancque opinionem præ alijs probat Adrianus Iunius in Batauia, Rhenanus de Germania, Franciscus Hotomannus de Franco-Gallia. Claudianus certè Francos cum Sicambris coniungit: Eosdem circa paludes Frisiacas Sidonius collocat, consentit Propertius.

3. & verior sententia.

Isaac lib. 2. & 3. de Francorum origi. S. Hieron.

Hinc sequitur, necdum fuisse Romanis cognitos Francos, licet communi Germanorum nomine diliteścerent: facta tamen postea coniuratione, nouo sibi sumto nomine, paulatim altius versus Coloniam Agrippinam adscenderunt, & Rheno transmisso in Galliam magno impetu irruerunt, ac eiectis sensim Romanis, regnum ibi florentissimum constituerunt. Vnde nihil fuit nauigantibus Virginibus à Francis metuendum. Quamuis nec improbabile iam tum prope Saxones Germanorum quosdam populos eo tempore Francorum nomen habuisse, quorum libro secundo bis terue meminit Anonymus, & eos Saxonibus coniungit; qui iam constantini Magni tempore trans Rhenum oram oppositam Colonienśibus occuparant, vt vetus testatur inscriptio Tuitij reperta, quam laudat Rupertus Abbas, in qua inter reliqua hæc habentur: *Constantinus deuictis Francis castrum Diuitensium in terris eorũ fieri iussit.* Et Panegyristes ad Maxim. & Constantinum: *Multa Francorum millia, qui Batauiam, aliasq; cis Rhenum terras inuaserant, interfecit, depulit, abduxit Constantinus. Tu iam ab ipsis eorum Regibus auspicatus es, simulq; & præterita illorum scelera punisti & totius gentis lubricam fidem timore iunxisti.* Sed ante hunc D. Ambros. ep.29. ait: *Maximus à Francis & Saxonum gente victus est*: ac Trebellius in Gallieno ait: *Galli quibus initiũ est luxuriosos Principes ferre non posse, Posthumium ad imperium vocarunt: is Celticis & Francicis auxilijs processit.* ita iam 20. post S. Vrsulæ martyriũ annis Franci Germaniæ populi Romanis innotuerunt, quibuscum pace dum Basileam Virgines nauigarent, fœderebantur.

Franci oppositi Vbijs trans Rhenum sub Constantino Mag.

Victi ab eodem.

Rup.lib.de incendio Tuit.

Nominati 16. annis post mortẽ S. Vrsulæ.

CAPVT

CAPVT XXXII.

Historia Vrsulana fusius enarranda veritas eruitur è suis fundamentis, & à posteriori demonstratur.

Demonstrant Philosophi rē à priori & posteriori.

PHilosophi quoties volunt alicuius rei veritatem apertis rationibus pertinacissimo cuiq; demonstrare, solent eam vel à capite causisq; tam internis quā externis arcersere, vel à vestigijs, signis & effectis à posteriori, vt vocant, probare. Rectè faciunt historici, qui quoad eius fieri potest; hos imitati, probabilitatem facti narrare via simili conantur; & si res ferat, à priori, seu parentum avorumque memoria repetitas posterorum res gestas, apta inter se temporum serie & connexione colligatas verosimiliter referunt.

Quod imitantur historici.

Sed quia noui sæpè homines humili & obscuro loco nati factis suis heroicis primi familiam suam condiderunt, nullis maiorum imaginibus, ac rebus gestis clari: qualis Cicero & complures alij: malè quis ex auis & proauis ignotioribus Ciceronis ætatem, res gestas, & Consulatum commonstraret, commodius eius vitæ ratio posteriori modo, à libris, & monimentis literarijs posteritati relictis, Consulatus verò eiusdem à coniuratione Catilinaria multorum scriptis nobilitata, simulque nominis eius claritas euidenter ostendetur.

Quando sint res gestę examinandæ à posterioris.

Hactenus plerique recentiorum, qui martyrium Vrsulanum consignarunt à capite arcessendum è Britanniæ fontibus existimarunt, cum omnium confessione cōstet originē Britannam esse: atque si fortè Vrsulæ vel Dionethi nomen alibi reperirent, diligenter inuestigarunt; quo siue apud probatos, siue fabulosos scriptores deprehenso; quasi stabili iam inuento historico fundamento, pedem ibi figere voluerunt, huic Vrsulam obtrudere filiam, & noua ficta quenarratione cum temporis illius historia cōgrua antiquam rei gestæ narrationem euertere. Ita Galfredi, Hectoris & Auentini tres fabulæ pronis animis audiuntur, obuijs etiam vlnis à doctissimis viris susciptiuntur, sed dum niti historico fundamento è Britannia petito desiderant, omnem rei gestę veritatem subruunt; Non enim considerant, facilè potuisse sęculis posterioribus in eadem gente Reges eiusdem nominis plures reperiri: licet priorum Regum eiusdem nominis acta temporum iniuria perierint: præsertim si fidi locorum istorum & veteres scriptores attestentur; gentis illius literaria monimenta communi vastitate non semel interijsse.

Error historicorū circa Vrsulanū martyriū vnde profluxerit.

Sæpius ego ipse fateor ingenuè viam eandem pertentaui; Gilda Sapiente, Beda, veteribus & recentioribus Britanniæ scriptorib. euolutis, Galfredum etiam excussi: Terruit me fermè postremus, cuius apud me semper fuit summa fides & auctoritas. Nicolaus Harpsfeldius Cantuarienſ. Archidiaconus, & Martyr egregius: qui Gentilis sui Galfredi examinata diligenter historia, tali, quam meruit eum sententia condemnauit; *Ego in hac narratione & istorum auctoritate facilè acquiescerem; nisi quod, qui huic sententiæ adhærent, nullum certum & probatum huius de hoc matrimonio narrationis auctorem laudant; & fidei testimonium. Solum vidi anonymum quendam Britannum à Galfredo aliquando in Latinum translatum, qui huiusmodi quiddam narrat: sed hominē planè cum alijs multis in rebus, tum vel in hac ipsa de rebus Maximi narratione non vno mendacio vanissimum.* Itaque Nicolaus Martyr depositā spe fundamenti historici in Britannia reperiendi, vbi pedem figeret, consuluit exteros: à lignis & locorum relictis vestigijs, ac monimētis velut à posteriori censuit rei veritatem indagandā esse, subdit enim: *Sed aliud est tamen, quod me magis reuocat: hoc est omniū ferè auctorū qui Vrsulæ historiā describunt auctoritas* (quos licet extremo libro percurrere) *& B. Martyrs reliquiæ in Agrippina Colonia ad hanc vsque diem religiosè conseruatæ: neque sanè adhuc video iustam martyrij in hac superiore narratione causam: alia multa prætermitto, quæ hanc narrationem infirmant.*

Correctus à Nicolao Harpsfeldio. *Seculo 6. cap. 22.*

Veritas ab locorū vestigijs repetenda.

Hic ego sic mecum ratiocinabar. Si Nicolaus æui sui historicus cumprimis numerandus, natione Anglus, excussis per 30 annos omniū Britanniæ ecclesiarū archæis, euolutis annalibus & monimentis suę patriæ editis & M. SS. quę haberi potuerunt,

nactus

nactus tamen nullum autorem, vel fundamentum in Anglia est, quo nixus à capite martyrium arcesseret: à solo martyrij loco, & peruestigatis Coloniæ reliquijs veritatem rei gestæ cœpit explorare: eandem mihi viam esse ineundam, & ab vltimis locorum vestigijs petendam historiæ veritatem.

Percursis igitur solerti indagine locis, in quibus toto terrarum orbe sparsa præciua sanctarum Virginum corpora piè honorantur, tempus & locum, ex quo sunt eò delata, studiosè perquisiui, documentis authenticis inspectis, ne qua fraus falleret: vna nominatur in omnibus Colonia, fons solus & origo (si sex vel septem exceperis Virgines alibi demortuas) ex hac in orbem terrarum hæ omnes exuuiæ Parthenicæ dimanarunt, vt liber octauus apertè declarabit. 1. à trãslatione corporum.

Tum vrbem Agrippinensem excussi, sepulturę loca solicitè lustraui, vbi, quo tempore, quibus reperta testibus, corpora sint, qua occasione producta in lucem, quæ tumulis indita necis instrumẽta, nominum inscriptiones, martyrij notata symbola: hæc ex ipsorum locorum archæis, vel coæuorum literarijs excepta monimẽtis libro septimo cum titulis sepulcralibus euulgo. Videas illic Archiepiscopos, Abbates, Religiosos varijs per quietẽ prodigijs Parisijs, in Thuringia & alibi euocatos Coloniam, vt sacra lipsana detegerent, quæ testibus locupletissimis Archiepiscopis & Episcopis eleuata fidem faciunt apertissimam. 2. à loco martyrij.

Perlectis autem titulis, in eo, quem S. Pantalus habuit, tam iter Romanum, quàm martyrij locum Coloniæ disertè expressum inueni, cui plures aliæ similes inscriptiones suffragantur. 3. ab inuẽtis titulis.

Mox vt Germaniæ loca percurro, quæ Virgines dicuntur peregrinatione sua nobilitasse, incido Argentinæ in tumulum & templum Aureliæ, quam fasti Romani volunt 15. Octob. Virginem decessisse, Eichseliæ trium aliarum Vrsulæ Sodalium Ecclesiam maximis prodigijs coruscantem deprehẽdo, ac prope Basileam templum S. Christianæ: fauet constans & perpetua loci traditio, socias fuisse S. Vrsulę Romanę peregrinationis; & dum alię Coloniam ad martyrium contenderent, has defectu virium ibi decessisse, quod etiam 70. iurati testes asseuerant. Ipsa Basilea & Colonia mõstrant hodieq; diuersorij S. Vrsulæ vestigia: itineris verò per Italiam initi rationis satis luculenta præbent indicia tituli, in quibus Episcopi Iuranus, Nouariensis, Mediolanensis, Rauennensis, Lucensis, Lauicanus, & ipse Romanus Pontifex Cyriacus nominatur. 4 templis erectis. 5 traditione populorum.

Exploratis iam locorum vestigijs, ac peregrinatione satis stabilita; historiam indagaui, num quæ superaret, titulis, vestigijs & traditionibus consentanea, nec vetustiorem & magis congruam nactus sum Cunibertinâ, quæ iam à quingentis prope annis *antiqua passio* dicebatur, cuius dum plura scrutor exemplaria vernaculo, Latinoq; conscripta idiomate, annum obseruo 237. vel 238. clausulę adiectum esse, quem eundem annum lapides sepulcrales Vrsulanæ Basilicæ literis grandibus etiam exhibent. Timor hic fateor non mediocris perculit me, ne fortè nodus hic gordius inexplicabilem faceret narrationem, & iter illud dominantibus Gentilibus (dum seuerissimis quęstionibus Christi cultores orbe toto subijcerent) minus verosimile videretur. Vicit profectò spem meam Alexandri Cæsaris ἀναίμακτον, vt Gentiles vocant, imperium, quo Christianis suis licebat viuere legibus, Mammæa matre Christiana femina filium ad Christi quotidianum cultum permouente: cui eodem successit anno tyrannorum immanissimus Maximinus, is auctor tantæ cædis aptissimus esse apparebat: sed vbinam tunc Cyriacus Pontifex Romanus, cuius nulla dyphticha meminerunt? at quæ relegatum in insulam Pontianum eadem tempestate memorabant, satis insinuare videbantur, Cyriacum vel alium similem vicaria potestate Sedi Apostolicæ præfuisse. Hæc omnia libro quarto quintoq; fusiùs explanantur. è veteri vita. Cõgruentia cũ profana temporis, & sacra historia.

Satis iam mihi nactus videbar historici præsidij in ea vetustissima narratione, consentanea titulis sepulcralibus; locorum omnium vestigijs, variarum gentium traditionibus. Dubius igitur hærebam, num consulendas etiam hac in re censerem reuelationes, quas non ignorabam vapulare pessimè à doctissimis etiam viris: volui primum eam, quæ Anonymi Scriptoris est: nomina Virginum, Chiliarcharum, Regum consentit reuelatio Anonymi

Regum & Episcoporum curiosius examino, conferoque cum titulis in sepulcris variis occasionibus, temporibus, & locis inuentis; obseruaturus an cum ijs congruerent: aduertique reuelationis huius à posteriori clarissimè commonstratam veritatem: plurima enim corpora vel ante id scriptum, quod anno 1183. cœpit emanare, vel centum ducentisque annis ferè post eruta sunt, quibus eadem adiecta non tantum nomina sunt; sed officia, dignitates, cognationes; eadem prorsus ætas: similiter parentum, fratrum, sororum ipsa prorsus vocabula propria, quibus appellabantur: quæ centum & pluribus annis ante scriptor ille in earum personarum stemmate describendo cœlitus hausta vulgarat literis. Hæc omnia liber 8. & 9. quibus inuentiones corporum persequor, euidenter videtur ostendere, si tantum nominum catalogus diuinitus acceptus cum altero conferatur, qui titulorũ sepulcralium vocabula propria complectitur. Quod si igitur summam vaticinio Isaiæ conciliauit auctoritatem nomen Cyri, & res eius gestæ ducentis annis ante prodita literis quam is nasceretur: non parua debetur huic anonymi scriptoris fides oraculo: quod sex, septem, octo, & pluribus vicibus post centum & quadraginta plurefque annos est confirmatum, repertis ijsdem etiam maximè barbaris, & inusitatis nominibus quæ tanto ante cœlitus hausta scriptis mandarat.

Euẽtu ipso confirmata.

Sed cum is auctor sæpius & Cunibertinam veterem historiam laudaret, & S. Elisabethæ reuelationem velut diuinitus acceptam, plurimum commendaret, & approbaret: cœpi inter se omnia contendere: conferre etiam locorum vestigia, gentium variarum traditiones, titulos sepulcrales, temporis sacram profanamq; historiam: deprehensum verò, cuncta inter se aptè congruere, omnia locis, temporibus & personis conuenire, nulla rei vllius varietate, & dissensione, nisi (quod & ab Euangelistis factum esse obseruant Sancti Patres) quosdam adiuncta nonnulla, seu circumstantias, vt vocant, ab alijs præteritas adiungere, vt lumen additum luminis latius fundatur, & clarius illustret historiæ veritatem. Sic in alijs explicantur adiuncta quædam itineris, martyrij, vel locorum, quæ alij strictius attigerunt.

Eadẽ probat S. Elisabethæ reuelationem.

Quæ cum alijs fontibus omnibus concordat.

Subinde excussi studiosè ea, quæ ab Hæreticis & Catholicis hactenus cõtra martyrium hoc, contra reuelationes & traditiones sunt excogitata: nec difficilẽ reperi eorum explicatum, si temporis ipsius ratio, profani sacrique seculi eiusdem scriptores non oscitanter euoluantur, vt hoc ipso libro factum esse lector aduertit, in qu scribendo multum contulerunt ea, quæ P. Philippus in Vrsulanis suis collegera pro quibusdam aduersarijs refellendis.

Ne tamen solus viderer sapuisse, demum aggressus euoluere auctores alios veteres & recentiores, qui hoc martyrium literis prodiderunt, & ad ducentos fere com peri ex ijsdem pene fontibus illud delibasse, libro vndecimo nominandos, præte iuratos testes plurimos, vt merito Nicolaum Harpsfeldium sequi, quã alios malue rim, à posteriori locorumque vestigijs primam rei veritatem solerter indagando quæ paulatim fontes alios historicos latentes apertæ veritatis patefecerunt, & ora cula cœlitus hac super re sæpius edita mirificè corroborarunt, vt paucas reperire si historias, quibus tot simul principia diuina & humana incredibili rerum omniu consensione videantur suffragari.

Confutatis igitur aduersariorum sententijs & firmamentis: detectis etiam 20. sin ceris fontibus Vrsulani martyrij, nunc cœlitibus propitijs, quorum nixi fauore fel citer hactenus progressi sumus, eodem freti, fusiorem historiæ narrationem aggre diemur, digitum in fontes ante stabilitos intendentes, ne à veritatis linea nostra de erret oratio.

Sed ne velut ingratum merito meo diuinus fauor in sequentibus destituat: pr collatis in vindicijs his donis Cœlestibus, ore Deiparæ, vndecim millium Virginu totiusque curiæ triumphantis, & pij Lectoris nunc & in æternum Maiestati diuin supplices concinamus. GLORIA PATRI ET FILIO, ET SPIRITVI SANCTO SICVT ERAT IN PRINCIPIO ET NVNC ET SEMPER, ET IN SECVLA SE CVLORVM Amen.

Finis Tomi I.



Diceris ut felix, ſic Sancta Colonia, iure
Quæ ſic virgineo ſanguine tincta rubes.

Militat vndenis cœlum tibi millibus, Vrbis
Dum ſtabit pietas, fas, et avita fides.

OMNIBVS
SANCTARVM
XI. MILLIVM VIRGINVM
CVLTORIBVS.
INPRIMIS
SANCTAE COLONIENSIS
CIVITATIS
CONSVLIBVS
IACOBO à ROTTKIRCHEN,
CONSTANTINO à IVDDE,
QVÆSTORIBVS
BALTHASARO à MVLHEIM,
PETRO à VVOLFFSKELL,
PROCONSVLIBVS
CONSTANTINO à LISKIRCHEN,
PETRO THERLAHN à LENNEP,
SENATORIBVS
ET CIVIBVS VNIVERSIS.

Sicut diuina maiestas in lege veteri Hierosolymam, in noua Romam elegit, fontem religionis, sedem summi Sacerdotij, solium regiæ & Imperatoriæ potestatis, cui fauores nouos & prorsus singulares nulli terrarum loco communes liberaliter impertiuit; ita Vestram Amplissimi, prænobilesq; Viri ciuitatem

Dona peculiaria Ciuitatis Coloniẽsis.

coronam Vrbium Germaniæ, tam Eccleſiæ, quam Impeij Romani fidelem filiam, adeoq; veram bicipitis aquilæ Chriſtianæ pupillam delegit, in quam manu pleniſſima dona coleſtia congereret, paucis alijs, quædam etiam nullis communicata; quæ maiores Veſtri velut hereditatem, fauore Veſtrorum Patronorum tutelarium diligenter conſeruarunt, & a Vos poſteros ſuos per manus tranſmiſerunt; vt integra Vos ſimiliter Veſtris filijs & nepotibus conſignetis. In quibus meritò fides vtraque diuina & humana, gemini numerantur oculi, quibus aquilæ veræ germanæque ſoboles ſpurijs ſecernuntur. Fides inquam diuina Romanæ Catholicæque ſemper Eccleſiæ debita; quam à S. Materno traditã

Fidei cõſtantia.

ciues ad hanc vſque diem inuiolatam tenuerunt: & fidelitas Imperio Romano iurata, quam etiam conſtanter in plerumque Ciuitatum defectione difficillimis temporibus, & nunc etiam ſaluam cuſtoditis: vt obſecuti mandato Chriſti Deo, Cæſarique ſuum vtrique debitum ſolueretis.

Multos habetis huius Veſtræ virtutis inuidos; multos famæ conſtantiæque obtrectatores, qui pupillã vellent vtraque tam nobilem aquilam exoculatam; nec Vobis debere ſentiunt partam gloriam, quorum maiores arbitrantur iam inde à morte S. Materni circiter annum 139. ad 350. vſque veteres gentilitiæ ſuperſtitionis errores reuocaſſe, quia ſyllabus Epiſcoporum ducentis annis ad Pontificatum vſque S. Seuerini nullius orthodoxi Præſulis meminit.

Inconcuſſa ciuium.

Sed huic obſtat opinioni præcipuum & proprium Ciuitati Veſtræ multis ſeculis iure quodam ſuo datum hoc præconium *Sancta Colonia Romanæ Eccleſiæ fidelis filia*: quo pacto *fidelis* præ ceteris Vrbibus haberetur Colonia, ſi ducentis annis matricem Eccleſiam, eique fidem obligatam eiuraſſet? Abolendi iam eſſent diuinorum officiorũ decantatiſſimi verſus iſti. *Gaude felix Agrippina, ſanctaq; Colonia: poſtquam fidem ſuſcepiſti, recidiua non fuiſti, ſed in fide ſtabilis.* Erraſſet Clemens 7. Romanus Pontifex, qui eam *ſolidam Chriſtianæ pietatis columnam, re & nomine ſanctam, nominauit, ideoque tam inſignem, tamque eximiam, nedum in Germania; ſed etiam in cuncta Europa Ciuitatem, quæ veram religionem à Patribus acceptam tueretur.*

Hæc

Hæc est optima vobis à Maioribus hereditas tradita, fi- Deficiẽtibus Epiſcopis.
ei Catholicæ puritas & integritas, nullis hæreſum erroribus
nquinata, ſic quidem, vt licet ipſos conſtet Pontifices Ve-
ros nonnunquam à fide Catholica deſciuiſſe, præcipuè ve-
ò Euphratam, Hermannum VVedanum, & Truchſeſium,
nequeat tamen euinci, Senatum Populumque Colonien-
em vniuerſum Nouatorum erroribus adhæſiſſe, vel Genti-
ium ſuperſtitione reuocata, bellum apertum orthodoxis in-
ixiſſe.

Sed mirantur aliqui tam altum Chriſtianæ pietatis Vbio-
Romanæ poſt mortem S. Materni ducentis & viginti circi-
er annis ſilentium; & nullum Viri ſanctitate vel literis ſacris
ruditi veſtigium, aut literarium monimentum eius tempo-
is ſupereſſe. Horum pia mixtum admiratione deſiderium
xplebit medio tempore martyrium Vrſulanum, ſub an-
num ſcilicet 237. toleratum: & maximis rebus geſtis fide-
ium Colonienſium nobile: nam ciuitatis huius florentem,
& corroboratam tunc vt quam maximè, religionem ortho-
loxam, Aquilino quarto Præſule, velut in ſpeculo politiſſi-
no clarè reuerberatam oculis mentis obijcit, vt nequeat de
idei conſtantia tam præcedentis, quam conſequentis, ad S.
Seuerinum vſque ſeculi, dubitari: præſertim cum ipſi fide-
es ciues Agrippinenſes Epiſcopum ſuum Euphratam ab
auita fide in Arianam perfidiam fœdè prolapſum reum ege-
rint impietatis apud Concilium Patrum: ne capitis veneno
reliquum corpus ſanum inficeretur: nec ante deſtiterint,
quam ei Seuerinus acerrimus fidei defenſor ſufficeretur. Hæc
etiam vna poteſt hiſtoria lacunam annalium Vbiorum ex-
plere per duo ſecula: dum ciuitatis poſt mortem S. Materni,
ſub Paulino eiuſdem Diſcipulo & Martyre religionis con-
ſtantiam: at ſub Aquilino eiuſdem peregrinis exhibitam ho-
ſpitalitatem, in Martyribus funerandis & Eccleſijs conſtru-
endis liberalitatem, in eorundem ſacris exuuijs honoran-
dis innatam pietatem ad Attilanam vſque vaſtitatem declarat
manifeſtè.

Licebit ex eodem Martyrio diuinos alios fauores huic Martyrũ nominatorum multitudo.
Vrbi tributos attentius ponderare, quò tantæ Vos maieſtati

gratos exhibeatis. lactent ciuitates aliæ conditorum ſuorum nobilitatem, originis vetuſtatem, pomerij magnitudinem, Capitolij maieſtatem, Imperatorum & Regum illic ortorum, denatorum, aut funeratorum monimenta; templorum, & ædificiorum cœlo minitantium auguſtam magnitudinem. Vobis vt ſimilia non deſunt externa decora, vel ornamenta: non tamen ijs magnoperè gloriandum cenſet Apoſtolus, *vt qui gloriatur, in Domino glorietur.* Is florem totius orbis Chriſtiani, tot Italiæ, Græciæ, Galliæ, Germaniæ, Britanniæque Præſules, Reges & Principes, Viros, vtrumque ſexum omnis ætatis, cum tot millibus Virginum, tam admirabili modo collegit, vt vno die, locoque, tam nobili martyrio fidem Chriſti teſtarentur, Veſtræque Ciuitatis peruigiles manerent Præſides, cuſtodes & defenſores.

1.Cor.1.

Habetis Ampliſſimi Viri in hoc vno certamine plures nominatos Martyres, quam vlla penè totius orbis Eccleſia. Scio varijs in locis plura millia, quam Coloniæ ſanguinem amore Chriſti profudiſſe: nego tamen vſpiam videri ſimul tot Epiſcopos, Reges, & Virgines illuſtres (quorum nomina poſterorum ſint memoriæ commendata) poſſe numerari: quot hoc in loco: nam poteſtis in hoc Volumine Veſtrorum Sanctorum plures, quam mille quingentos nominare: nec vulgarium tantum: & ignotorum, ſed talium, vt multorum genus anteacta vita, resque geſtæ illuſtriores ſatis luculenter explicentur, tamque manifeſtis notis & virtutum exemplis expreſſæ ſint, vt omnis ætas, ſexus, conditio, ſtatus, hinc poſſit ſumere vitæ piè ſanctæque traducendæ ſaluberrima documenta, quæ liceat indies factis exprimere, poſſitque martyrium hoc velut idea tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus cuiuſuis dignitatis proponi, cui mores & actiones ſuas valeant conformare.

Maior Coloniæ quam vſpiam terrarum.

numerat ſupra 1500.

Vobis verò præcipuè debent ante oculos ſemper verſari talium domeſticorum decorum imagines, quibus impoſita neceſſitas eſt, nunquam degenerandi ab ijs virtutibus, quæ Veſtris maioribus immortalem nominis ſui gloriam, & Vrbi Veſtræ cœleſtem defenſionem pepererunt. Ab illis enim Martyres illi viui quidem hoſpitio, mortui ſepultura, ciuitateque

Ciuium ijs obſequia præſtita.

ſunt

sint donati : cultuque congruo semper honorati, semper in periculis : & bellorum tumultibus inuocati : vicissim ipsi Martyres Ciuitatem hanc dum viuerent biduana commotione & diuersorio, morientes sanguine: cœlo iam transcripti fixa stabilique quiete, multisque prodigijs consecrarunt, & hactenus præsidio suo cœlesti sic defenderunt, vt meritò non tantum Sancta, seu Martyrum tincta sanguine; sed Ciuitas Sanctorum, vel vsitato priscis seculis more Martyrium, vt consilium Martyrum possit nominari. In qua plures eius custodes, vigiles, & propugnatores excubant, quam ciues nunerentur : quorum tamen singulis eam constat esse cœlitus tributam potentiam, vt quilibet valeat vno quasi flatu multas hostium myriades dissipare, dummodo cultu religioso suis à ciuibus indies honorentur. Id quam manifestis prodigijs experti sæpius maiores Vestri sint, cum hostium obsidione cincti pene ad extrema peruenissent, luculenter suis locis ostendetur.

Compesata cœlesti defensione.

Hæc est Viri prudentissimi Vobis à maioribus Vestris per manus hereditas tradita, talium Ciuium Vestrorum veneratio, & in orthodoxæ fidei professione constans exemplo maiorum imitatio, quæ nullis conuelli possit hæreticorum minis, terroribus vel promissis: accedat alter aquilinus oculus Cæsari debita fidelitas; vt suum cuique, Deo, Cæsarique constanter tribuatis. Hoc Vobis depositum, hanc nominis sui sempiternam gloriam crediderunt Vestri Patres, vt Vos integram Vestris posteris transmittatis. Licet igitur Achab quispiam, vel Iezabel Vobis pro tali patrimonio quælibet fortunæ bona, pacem, opes & potentiam polliceatur, cum Naboth constanter his verbis reijcite. *Propitius sit mihi Dominus, ne dem hereditatem Patrum meorum tibi.* 3. Reg. 21.

Licet hostis iacturam fortunarum, vitæ periculum, excidium Ciuitatis minitetur, cum Naboth mortem prius, quam fidei naufragium, cultusque Sanctorum Vestrorum tutelarium neglectum & imminutionem eligite, Non deserent Ciuitatem hanc custodes & defensores cœlites, quam diu ciues suos virtutum suarum, præsertim fidei constantes viderint imitatores, & velut aquilas irretortis oculis in solem veri-

tatis orthodoxæ intendere, ſuumq; Deo & Imperio ius mo
maiorum reddere: qui in cœlum recepti, Vos *ſicut aquilæ pr*
Deut.32.11. *uocant ad volandum pullos ſuos*, exemplo fidei Deo Cæſariqu
conſeruatæ.

Coloni-enſium fidelitas erga Romanum Imperiũ.

Spectate iam in hoc martyrio fidem vtramq; Patrum Ve
ſtrorum,& eam quidem imperio Romano debitam, inco
ruptam, dum Maximinum tyrannum Germaniâ debellat
victorem cum infinitis copijs Vrbi Veſtræ circumfuſur
mœnibus arcuerunt: Quod eorum decus breui poſt imitat
Treuiris ſui Pontificis Autoris precibus eundem à muris re
pulit: ſecuta idem Aquileia, nec non Senatus Populuq́ue Ro
manus probato fidelium Coloniarum conſilio eundem, v
perduellem & hoſtem patriæ proſcripſit, & edicto ſuo totur
per imperium publicato Prouincias omnes & ſocias in eun

Hoſpitalitas.

dem armauit. Spectate fidei orthodoxæ conſtantiam in Ci
uitatis Veſtræ inquilinis ſub initium penè naſcentis vel ado
leſcentis hic religionis, eosque peregrinorum tot millium ho
ſpitaliſſimos, vt domus ſingulorum ciuiũ apertiſſimæ tot fide
les exteros Romã contendẽtes fouerint hoſpitio, cibis refece
rint, inſtruxerint commeatu. Qua videntur humanitate con
tubernium perpetuum tot Martyrum meruiſſe, quos enim
eadem caritatis teſſera ſic viuos, vt corporis eiuſdem mem
bra copularat, eoſdem corporum ſuorum cuſtodes eſſe vo
luerunt, & ipſi viciſſim Præſides, conſeruatores & propugna
tores eorundem ac poſterorum hucuſque permanere: teſte
etiam eiuſdem hoſpitalitatis cum ipſis ex eodem loco ven
turo iudici deſiderant occurrere pariter, vt audire Colonien-
Matt.25. ſes à Chriſto mereantur. *Hoſpes eram & collegiſtis me, nudus &*

Gloria nominis.

cooperuiſtis me, mortuus & ſepeliuiſtis. Hoc eodem ex capi-
te tantum Ciuitatem hanc Deus gloria præ ceteris illuſtra-
uit, vt huc velut ad ſacerrimum orbis ſanctuarium Reges
& Principes viri confluxerint, vt ſacris harum Virgi-
num cineribus aliquid honoris impertirentur. Huc Papunius
Rex ex Hibernia, Florianus è Gallia, Mieſco & Vladislaus è
Polonia, Clematius ex Orientis finibus contenderunt pere-
grini: qui ſe felices arbitrabantur, ſi vel puluerem ſepulcra-
lem colligerent: vel aliquid ſacrorum oſſium velut orbis
præcipuas diuitias reportarent. Hinc omnium nationum

orbis

bis incredibile studium, sacras has exuuias nanciscendi. Ad Vestram Ciuitatem Itali, Hispani, Franci, Poloni, Sol Oriens & Occidens respicit, & licet auro vel gemmis redundent, Vestris has cœlestes margaritas omnibus suis & mundi totius opibus anteponunt. Hinc fama nominis Vestri: Vestrorumque patrum & atauorum fidei constantia totò terrarum orbe prædicatur, quam Vos etiam hoc & superiore anno varijs Senatus Consultis laudabiliter comprobastis. Seruate Viri Prænobiles & Amplissimi decus hoc Vestrum & hanc Vrbis Vestræ famam & celebritatem posteris integram consignate; cultum verò Sanctarũ Virginum à Patribus Vestris harũ exuuijs tributum augete, memores innumerabilium beneficiorum, quæ Vobis hoc turbulentissimo tempore tot inter excidia florentissimarum Vrbium totius Imperij contulerunt. Nostis ipsi, quoties consilijs occultis, & clandestinis machinationibus Ciuitas Vestra fuerit appetita: quoties armis vndique circumfluantibus, & hoste victore flammis & ferro loca proxima nullo resistente populante, Vos non tam gladijs, quàm precibus, nó viribus, sed nocturnis diurnisq; supplicationibus ad Patrorum tutelarium templa, vel loca Martyrum sanguine purpurata decretis, metum à Vobis, hostem à mœnibus depulistis.

Orbe toto propagata.

Cœlestis vrbis tuitio.

Fama est cum Anno 1632. tota victricia castra cum omnibus opijs instructissimis, Vos ipsi recordamini, iam in procinctu fuissent, vt secundo Rheno descenderent ad Vos, malè tunc quidem ab armis & munitionibus paratos, magorum responsis ipse deterritos hostes, & ab instituto reuocatos, qui negabant ob Sanctorum Vestrorum tutelam & cœlestem defensionem ciuibus exoratam, vllis posse viribus humanis eo tempore Coloniam superari: quamuis vel inde satis diuina tunc illuxerit tuitio, quod repente propter irruptionem militum Cæsareanorum cogeretur hostis aliò vires & cogitationes conuertere. Volunt nonnulli sæpius hoc ipsum bellicis his tumultibus sæuientibus contigisse, & paucis abhinc annis cœlitus quosdam esse monitos de periculo, quod huic Ciuitati rursus imminebat, licet clandestinum cum esset, ignoraretur: ijdem diuino monitu iussisse Sanctis Virginibus supplicare, futurum enim, vt id Sanctarum Vrsulæ Martyris & Sociarum inuocatione discuteretur: breui post discrimen apparuit; implo-

Duplex hisce bellis.

rata

rata dictarum ſuffragia Virginum ſunt,& feliciter oppreſſun in ſemine malum eſt, ne Vobis incommodaret. Illud perſpi cuum & exploratum eſt, ſicut Attilana vaſtitate turbinibu maximis & fluctibus Europam totam inundante, diuina cle mentia Metenſe S. Stephani templum cuſtodiuit, vt illic ſacr reliquiarum theſauri cum multis hominibus ſeruarentur, ſi hanc Vrbem in tanta bellorum tempeſtate procellaq; tot an nis Germaniam vniuerſam cóncutiente, velut pupillam, pro texiſſe, vt aſylum eſſet exulibus, peregrinis, ægris, afflictis & miſeris omnibus perfugium: dicamne miſericordiam inna tam Colonienſium hanc Dei tutelam impetraſſe? conſtat do mus tunc ciuium perhoſpitales fuiſſe Clericis, Religioſis & Sanctimonialibus, qui è Palatinatu, V Veſtphalia, Franconia Buchonia: è Moguntina, V Vormatienſi, Treuirenſi diœceſi bus profugi, rebus omnibus neceſſarijs exuti huc conuola runt; vt cum maioribus Veſtris certare de hoſpitalitate, libe ralitateq; tunc videremini: quam beneficentiam ante quadri ennium cum è finitimis locis Montenſi, Colonienſi & Iulia cenſi patria colonorum greges integri confluerent, renoua ſtis: dum in his centurias aliquot ægrorum morbis, fame, & pe dore confectorum cibis, fomentis & medicamentis recreaſtis innumeros aluiſtis, tunc etiam cum annonæ caritas etſi ho ſtium, arma victricia paſſim perſtrepentia periculum Vrbi vi cinum minarentur. Qua Veſtra munificentia Deum vide mini ſic Ciuitati Veſtræ demeruiſſe, vt eam, velut Vrſulan martyrij tempore contigit, per Veſtros Diuos tutelares ab in ſidijs hoſtium ſæpius liberarit: vt opes Veſtræ, rapinis alias hoſtium ceſſuræ; ſed prudenti Veſtro conſilio, Chriſti mem bris nutriendis largè ſuppeditatæ, Vobis manerent à tineis, furibus & prædonibus integræ & incorruptæ, quæ hic in ter ra Vobis cum fœnore creſcerent, vita etiam corporis & filio rum ac nepotum conſeruata: ſimul tamen ijſdem Vobis cœ leſtes theſauros, cœlitumque fauorem tutelam & præſidium pararetis.

Ciuium liberalitate.

Obtenta.

Cur ciuitati dicatum hoc martyriũ

Ideò Vobis imprimis Viri Prænobiles & Ampliſſimi debeba tur huius inſcriptio martyrij, tũ vt quaſi tropæũ exſtet Veſtro nomine Diuis Veſtris, tutelaribus ſeruatæ Ciuitatis hactenus in tot periculis conſtitutum, & quoddam animi grati Veſtris

erectum

erectum Præsidibus,& custodibus monimentum, tum vt cœpistis,talium Martyrum vestigijs firmiter insistatis. Hinc virtutes eorum vberius & clarius Vobis his libris ad imitandum proponuntur,vt vitiorum fugam,diuini numinis cultum, & inprimis fidei constantiam, qua Vobis præluxerunt, attentis animis sæpius recolatis, eadem Vestris etiam filijs & nepotibus inculcetis; nec vllis hæreticorum blanditijs,promissis, fraudibus vel minis abduci latum vnguem sinatis ab ijs, quæ vel ipsi varijs Senatus-Consultis postremis his annis, vel maiores Vestri piè laudabiliterq; sanciuerunt. Illud peruigili studio satagentes,vt aquilæ bicipitis oculos fidem Deo Cæsariq́ue datam, vt facitis,deinceps conseruetis.Hæc Vobis ab auis,atauis, & tritauis hereditas est tradita, videte saluam & integram,qualem accepistis,vt seris posteris transmittatis,transmittetis verò,si diuini numinis gloria, cultusq; Patronorum & custodum Vestrorum nouis indies crescat incrementis. Nec dubitate,quin idem,quod S. Chrysostomus scribit à Deo SS.Petro & Paulo,pro defensione matris Vestræ Romanæ Ciuitatis esse mandatum,pariter S.Vrsulæ,Sanctis tribus Regibus,Gereoni &alijs Præsidibus Vestris,ijsdem verbis pro tutela filiæ,Vestræ reipublicæ sit diuina bonitas imperatura. *Circumdate hanc nouam Sion,& circumuallate eam,hoc est custodite, munite,precibus firmate, vt quando irascor in tempore, & orbem terræ concutio, adspiciens sepulcrum Vestrum nunquam desiturum,& quæ libenter propter me geritis stigmata, iram misericordia vincam,& ob hanc percipiam Vestram interceßionem. Etenim quando Sacerdotium & regnum* (Clerum,Magistratum, & Ciues) *video lacrymari, statim quasi compatiens ad commiserationem flector,& illius meæ vocis reminiscor. Protegam Vrbem hanc propter Dauid seruum meum, & Aaron Sanctum meum.* Oratio Vrbani 8. in fine Breuiarij posita. Sancti custodes Vrbium.

Hæc Ciuitatis Vestræ custodia Diuorum tutelarium Vestrorum curæ, præsidioq́ue tradita permanebit,si cultus Dei Sanctorumq́ue imitatio in Vobis & Posteris vigeat: hoc vnico stipendio Vobis cœlestes acies, & ipse Dominus exercituum Deus Sabaoth militat.Hunc cultum & imitationem fidei filijs talē pergite tradere,qualem à Patribus per manus accepistis:cuius Vos Psaltes regius iussu Dei videtur admonere. *Mandauit Patribus nostris, nota facere ea filijs suis, vt ponant in* Psal. 77.

Deo

Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Id ſi Vos & Nepotes exemplo Veſtro ſeruent ac-
Iſaiæ 60. curatè, Ciuitati Veſtræ promittit Deus, *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes, & tota die & tota nocte, & in perpetuum non tacebunt*: ſed continuo Dei Vobis in aduerſis opem præſentem exorabunt. Ad iſta Vos continuis monitis exſtimulat hoc Vobis inſcriptum Martyrium Vrſulanum. In quo ſuſcipite Conſules Senatoresque præclariſſimi tot aduerſariorum conatibus & calumnijs Duce Gobelino à ducentis annis huc vſque impugnatam, (de quo Chronicon Colonienſe, fol. 88. fuſius agit) nunc vt confido Vobis aſſertam, & conſeruatam Maiorum Veſtrorum traditionem, & palæſtram tanti Martyrij, quo Deus incredibili beneficio præ totius orbis Vrbibus Veſtram Ciuitatem illuſtrauit. Suſcipite pariter armorum & inſignium gentilitiorum Ciuitatis Veſtræ, vndecim dico guttarum ſanguinearum in campo candicanti defenſionem, contra grauiſſimorum orbis & ætatis noſtræ ſcriptorum oppugnationem. Sit hoc etiam monimentum animi memoris multiplicium beneficiorum S. P. Q. C. in Societatem Ieſu vniuerſam, & præſertim eiuſdem Colonienſe Collegium & Gymnaſium collatorum. Deum interim immortalem ex animo precor: vt Veſtram fortiſſimarum tot millium Virginum imitationem in fidei conſtantia, qua hoc ipſo anno non hic tantum, ſed etiam Monaſterij in pacificis totius Imperij Comitijs toti præluxiſtis Germaniæ, perpetuam eſſe velit. Vltimo Iulij ipſo S. Ignatij Fundatoris Societatis Iesv feſto die An. M. D. CXLVII.

Ampliſ.mis Præno b.bus Clariſ.mis
Dom.bus Veſtris

Officioſiſſimus

Hermannvs Crombach
Societatis Iesv.

TOMI SECVNDI MARTYRII S. VRSVLÆ LIBER PRIMVS, ET OPERIS LIBER TERTIVS.

S. VRSVLÆ NATIVITAS, EDVCATIO, sponsalia, congregatio & nauigatio Sodalitatis eius è Britannia Coloniam.

CAPVT I.

De Prærogatiuis huius historiæ.

IVRE Psalmographus Deum *mirabilẽ in Sanctis* prædicat, quos non itinere trito, lato, militari; sed vt Sapiens ait, *deducit in via mirabili*, certa, compendiaria, stupente mundo, tam subitas in electis, raras, & inusitatas morum & vitæ conuersiones, ideoque Dei infinitam potentiam celebrante. Quæ magis tamen in Vrsulana, quam vlla Martyrum Societate licet intueri, suspicere, venerari. Tam suauibus enim, & iucundis modis hosce suos amicos, & sponsas præ aliis electis ad gratiam, & sanctioris vitæ rationem inuitauit, vocatos fortiter in peregrinationis innumeris molestijs tolerãdis, & certamine mortis difficillimo roborauit, ne quis vel infantulorum pedem referret; tam feliciter etiam victores coronauit in cœlis æterna beatitate, mundoq; varijs occasionibus, prodigiis & oraculis de iis editis, eorum gloriam, & cultũ vbiq; solet propagare; vt hinc Dei gloria magis eluceſcat: & quod S. Hieronymus ait, *Honor Martyrum redundet ad Dominum*: Et sanè in his Virginibus Vrsulanis modo quodam singulari sapientiæ, bonitatis, & potentiæ diuinæ thesauri nobis reserantur, quando Duce S. Vrsula puella vix quaterdecenni tot Virgines ætate teneras, genere nobiles, sexu fragiles, tot viros Ecclesiastica regiaque dignitate illustres, ex præcipuis ferè Europæ regnis & prouinciis cœpit vnum in locum admirabili prouidentia, rerumque felicissimo successu colligere; postea per tot itineris periculosi labores ad martyrij lauream præparare: eandemque simul tot millibus eodem loci generosè pro Christi fide trucidatis impertiri.

Psal. 69. *Sap 10.* Via mirabilis qua Deus deducit Martyres.

Præsertim Sodalit. Vrsulanã.

S. Hier. ep. ad Riparium. In qua Dei gloria declaratur. Ex Ducis Vrsulæ

Quam illud mirabile sponsos, vel vt nonnullis etiam placet, coniuges duos reperiri, Reges, Virgines, Martyres cum omnibus ferè consanguineis, & affinibus, posteritatis contemta spe, sic vltro mortis amore Christi subeundæ cupidos, centenis aliquot leucis emensis ad immanissima tormẽta sibi cœlitus denũciata prouolare?

Sponsalib. cum Spõsotali.

Quam inusitatum vndecim chiliades Virginum tenerrimarum cum quingentis pueris, vel infantibus sitire cruciatus immanissimos auidius, quam nemo quisquam mortalium voluptates, & vitæ conseruationem? nec vllum ex his à tot barbarorum myriadibus, & omnibus orci satellitibus ac dæmonibus posse leuiter à proposito tã arduo reuocari? Quam illud rarum, tot ex Græcia, Italia, Gallia, Hispania, Germa-

E Virginibus.

Episcopis. nia, Britannia Pontifices, & Patriarchas, Duce Cyriaco Papa Romano vel eius vicario, vno in concilio sanguine suo purpurari? Tot etiam viros Principes opibus spectabiles, Duces gloria militari celebres, tot Reginas & Reges cum liberis & nepotibus ad vitam amore Christi ponendam anhelare: quorum adhuc sepulcra, tituli tumulis inserti, sacrique superant cineres, testes veritatis incorrupti?

Regibus.

Vt mirum sanè videatur, quando Gentiles in vno aliquo Achille, Aenea, Alexandro, Scipione laudando, sic ornatissimis versibus, orationibus disertissimis, historiis innumeris voluminibus conscribendis exsultãt, Catholicorum calamos in tot cliadibus vel myriadibus etiam præstantiorum Heroum, & Viraginum exornandis, in tanta scribendi vbertate prorsus exaruisse, præsertim cum mihi penitius horum gesta inspicienti, vix vlla videatur post diuinos codices multorum Martyrum historia maiori fide, firmioribus, & pluribus rationibus, principiis & fundamentis, & grauiori fulciri auctoritate diuina & humana: si tantum sinceri fontes ab adulterinis riuis separentur.

Certitudo huius martyrij maxima.

Ex principiis historicis.

Poterat Cunibertina vetus historia mille circiter annorum, fidem posteris facere indubitatam, poterant eam coæui testes, inciſores titulorum millenorum eadem confirmare, quibus accuratè numerus Virginum, ordo Principesque chiliadum, peregrinatio, martyrij genus, locus, & participes, viri, feminæque disertis verbis exprimuntur. Accedebant 10. locorum interuallo magno dissitorum constantes & consonæ traditiones; præterea vestigia peregrinationis, martyrij & personarum testatissima: tot historici seculorum penè omnium; omnium item nationum, qui rem eandem monimentis consignarunt, diœcesium & Ecclesiarum orbis consensus. Placuit tamen diuinæ maiestati hunc nobilissimum potentiæ suæ triumphum non tantum prodigiis & mirandis operibus orbe toto ad contactum horum Martyrum patratis, neque solis Virginum creberrimis visis, quibus sepulcra, nomina, vel gesta etiam sodalitatis indicarunt: sed etiam tribus diuerso tempore cœlitus vaticinationibus datis, duabus vitæ sanctitate celeberrimis personis, totius rei gestæ seriem aperire, veterem eius martyrij narrationem approbare, & complures diuinos fauores ei Sodalitati, præcipua quadam & singulari Dei beneficentia donatos manifestare.

Et diuinis.

Fontes sequentis historiæ prolixioris.

Vnde nihil in hoc octo libris fusi[9] enarrãdo martyrio diuinis, vt apparet, oraculis & humanis testimoniis fundato, rato, & explorato confingam noui; sed quæ ex 20 probatis & testatis fontibus indubitata delibaro, eadem inter se aptè connexa, cum profana sacraque temporis historia conciliabo, similibus hinc inde Sanctorum adspersis gestis, ne rerum magnitudo, vel raritas narrantis fidem eleuet; quamuis vbi etiam commonefaciam, nonnunquam suus erit coniecturæ locus. Mouet me ad peruincendam operis difficilis & periculosi molestiam excellens Dei gloria, cuius admirabilis & paterna prouidentia sole clarius hinc elucescet. Mouet etiam me Virginum Sanctarum cultus propagandi studium, vt qui iam orbe toto dilatatus est, deinceps foueatur; sed prô dolor nimium ætate nostra cœpit quorundam Galfredi patronorum auctoritate magis, quam firma ratione diminui, & ni maturè occurratur, sensim quibusdam in locis causa martyrij labefactatâ grauiter, obliterari.

Finis.

Aderit confido votis & piis huius sodalitatis clientis infimi desideriis Dux & Imperatrix eiusdem Deipara, nec deerunt tot Virginum millia: totque alij Martyres fortissimi, quorum honori hoc in tempestuosissimo pelago cõtra tot ventorũ obluctantium turbines velificamur, in Britanniam S. Vrsulæ patriam primò nauigaturi.

CAPVT II.

De Britannicarum Insularum situ, numero & conuersione.

Situs Britanniæ.

IN Europæ limite occiduo iacent Insulæ Britannicæ, quæ regionibus amplissimis Aquilonem versus in cuneum ferè tenuatæ, porriguntur. Hæ spatio & cœlo in Orientem Germaniæ, Hispanis & Gallis in meridiem obuersæ; septentrionalia verò Britanniæ nullis cõtra terris, solis oceani immẽsi fluctibus opposita verberantur.

Erant

Erant antiquitus duæ tantum partes Britanniæ teste Ptolomæo, Albion maior, & Hibernia, postea verò quam hæ Romanis Insulæ C.I. Cæsaris auspiciis non tantũ innotuerunt; sed etiam pars redacta est in potestatem: murumque duxerunt opere sumptuoso circa Tusdam, & Solucium fluuios; vt facilius parta tuerentur, & assultus hostium reprimerent, tertiæ partis accessit seiuncta portio; quam Caledoniam vel Albaniam nominarunt, quæ postea Germanis & Anglis, insulæ dominantibus ac à se Angliam vocantibus, ab Hibernis seu Scotis Borealem eam plagam occupantibus, Scotia minor fuit appellata. Constat omnium consensu S. Vrsulam gente Britannam ortam esse parentibus orthodoxis: vt ideo sit insulæ prima semẽtis accepta fidei Christianæ diligentius excutienda.

Duæ partes initio.

Tertia quando accesserit.

Gildas vetustissimus Insulæ, fidissimusq; Scriptor, ait, *Tiberij tempore radios fidei solem Britannicum illustrasse*, & temperasse tepore suo rigorem glacialem eius. *Interea* inquit, *glaciali frigore rigenti Insulæ, & velut longiore terrarum secessu soli visibili non proximæ, verus ille, non de firmamento solum temporali; sed de summa etiam cœlorum arce tempora cuncta excedente vniuerso orbi præfulgidum sui coruscum ostendens, tempore, vt primus, summo Tiberij Cæsaris (quo absque vllo impedimento eius propagabatur religio comminatâ, Senatu nolente, à Principe morte delatoribus militum eiusdem) radios suos primum indulget, id est sua præcepta Christus. Quæ licet ab incolis tepidè suscepta sunt, apud quosdam tamen integrè, & alios minus vsque ad persecutionem Diocletiani permansere.* Quocirca sub initia prima nascentis Ecclesiæ siue per Apostolos, siue per horum Discipulos fides eo penetrauit. Apostolis eam laudem Nicephorus audacter adscribit. *Aegyptum*, ait, *& Lybiam alius, alius item extremas oceani regiones, & Insulas Britannicas sortitus est.* Quatuor ex duodecimuiris id multi tribuunt.

Conuersio eius tempore Tiberij cœpit.

Gildas de excidio Brit.

Per Apostolos.

Niceph. l. 2. Eccl. hist.

1. S. Petrum Metaphrastes ibidem vult, *multo tempore fuisse moratum, & multas gentes non nominatas attraxisse ad Christi fidem*, hoc si verum est, potuit cum domo Pudentis, & vt quidam volunt Claudiæ Britannæ Romæ semper vteretur, subrogatis sibi vicaria potestate Lino, Cletoque facilè tempore Claudij Cæsaris expeditionem secutus, eo penetrare: inde S. Beatum, & alios natione Britannos sibi iungere comites, & in reditu teste Francisco Guilimanno primus Heluetijs fidem Christi relictis, vel eo destinatis postea Beato & Socio, publicare.

Metaphra. die 29. Iunij S. Petrum.

Guillimannus de conuersione Helvet.

S. Petrum putatur S. Paulus secutus 7. annis, quibus Neronis iussu laxatus vinculis orbem terrarum propagandæ fidei gratia peragrauit; de quo præter alios ita Venantius canit.

S. Paulum.

Venant. l. 3. de vita S. Martini.

Transijt oceanum, vel qua facit insula portum
Quasque Britannus habet terras, quasque vltima Thule.

De Simone Cananæo vel Zelote testatur Nicephorus. *Lybiam omnem Euangelium prædicans percurrit, eandemque doctrina ad occidenialem oceanum, insulasque Britannicas profert.* Cui subscribunt Isidorus, Dorotheus & Græcorum Menologium.

Simonem.

Nic. Eccl. hist. l. 2. c. 40.

Quartus S. Iacobus est apud Flauium Dextrum, *Rediens*, ait, *Iacobus Gallias inuisit, ac Britannias.* Præterea duos Apostolorum Discipulos fidem inuexisse Britanniæ permulti volunt.

S. Iacobũ.

Dext. in Chronico Pn. 41.

Aristobulum vocat Dorotheus, *Episcopum Britanniæ.* Menæa Græcorum ita narrant. *Secutus est autem S. Paulum, à quo & Episcopus ordinatus est, in Britannorum regionem.* Consentiunt fragmenta Helecæ Cæsaraugustani Episcopi. *Qui cum Petro Romam petiuit: inde missus in Angliam Episcopus.*

Et per Discipulos Christi.

Men. 15. Martij.

Aristobulum.

2. Iosephum ab Arimatthia cum vndecim Sociis huc etiam deuenisse hæc vetustissima laminis æneis incisa ac Glastoniensis Ecclesiæ columnę olim appensa refert inscriptio. *Anno post passionem Domini 30. duodecim Sancti (ex quibus Iosephus ab Arimatthia primus erat) huc venerunt, qui Ecclesiam huius regni primam in hoc loco construxerunt: quam Christus in honorem suæ matris, & locum pro eorum sepultura præsentialiter dedicauit*, inde Carmen Chronici cœnobitici.

Et Iosephũ ab Arimathæa.

Intrat Aualloniam duodena caterua virorum,
Flos Arimathææ Ioseph est primus eorum.

Narrant annales loci à S. Patricio rem examinatã, & his verbis documento relicto

Cũ vndecim Sociis

S. Patricij testimonium.

comprobatam. *Ostenderunt mihi Fratres scripta SS. Phagani, & Diruuiani, in quibus continebatur, quod 12. Discipuli Sanctorum Philippi & Iacobi ipsam vetustam Ecclesiam construxerant in honore prælibatæ aduocatricis nostræ (B. Mariæ Virginis) insuper & quod Dominus eandem Ecclesiam cœlitus in honore suæ matris dedicauerat, & quod tres Reges Pagani ipsis duodecim ad sustinementum duodecim portiones terræ dederunt.*

Malmesb. in antiq. Glaston. Ecclesiæ.

Congruenter his Malmesburiensis ait, *Duodecim Discipulis SS. Philippi & Iacci, anno Dominicæ Incarnationis 63. in Britanniam venientibus tres Reges licet Pagani, duodecim portiones terræ contulerunt, vnde adhuc nomen duodecim hidarum perseuerat:* est autem *hida* terræ portio, quæ vno coli annuè potest aratro, & vni alendæ familiæ sufficit, sitque harum 12. hidarum in regiſtro, vt vocant cœnobij, & in censuali libro Wilhelmi primi Regis Anglorum mentio.

Tres Reges inclinant in fidem.

Tres dictos Reges MS. loci vocat Aruiragum, Marium, & Cœlum: sed cum eam donationem quidam Aruirago soli, alij sequentibus duobus adscribant: dici potest, ab his confirmatam & auctam patris vel aui donationem. Suffragantur his hæretici Vsserius & Camdenus Britanni. Et quoniam Regum istorum incidit mentio, Aruiragum (cuius Iuuenalis meminit) Hardingus vult à Iosepho Arimathæo fidei rudimentis imbutum genitali fonte ablutum esse, idem de eius filio Mario, & huius filio Cœlo docet. Vitus Basinstochius auctor est Aruiragum, *erga religionem Christianam bene affectum fuisse*: Cœlum quoque eius ex filio Mario nepotem, *institutum religione Christiana parumper dum viueret: non tamen, vt id publicè præ se ferret.* Sed rificè Lucio Rege (quē Cœli filium facit Vsserius) fides Christi creuit, quæ per ipsa S. Vrsulæ tēpora propagata stetit inconcussa, donec furor Diocletiani Britannicam etiam Ecclesiam Martyrum sanguine cruentauit: ita Beda rem narrat accidisse, *An. ab Iucar. D. 156. M. Antoninus Verus quartus decimus ab Augusto regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit. Quorum temporibus cum Eleuther vir Sanctus Pontificatui Romanæ Ecclesiæ præesset, misit ad eum Lucius Britannorum Rex epistolam, obsecrans, vt per eius mandatum Christianus efficeretur. Et mox effectum piæ postulationis consecutus est, susceptam fidem Britanni vsque in tempora Diocletiani Principis inuiolatam integramq; quieta in pace seruabant.* Plures tunc regulos insulam gubernasse Ninius auctor est, omnesq; pariter Christo renatos his testatur verbis, *Lucius Britannicus Rex cum vniuersis regulis totius Britanniæ Baptismum receperunt.* Idem habet auctor historiæ Archiepiscoporum Eboracensium, nominatq; Doctores Euangelicos, *Lucius*, ait, *cum vniuersis Regulis Britanniæ fidem Christi suscepit, & Baptismi Sacramentum per ministerium Doctorum venerabilium Phagani & Dimiani.* Natrant quidam ea tempestate 28. sedes Pontificias in Britannia constitutas, vt Martinus Polonus, Ioannes Platina, Bergomensis, Nauclerus, & 20. plurēsq; alij apud Vsserium consentiunt, qui numerat etiam ex Ninio totidem Britanniæ ciuitates præcipuas à Gilda & Beda simul agnitas: hisce nominibus, *Norvvicum, Verolamium, Luguballia, Mediolanum, Colcestria, Vrbs Constantij, Cair Caratauc, Grantebrigia, Manceſter, Londinū, Cair Guorthigirn, Cantuaria, VVigornia, Portcheſtre, Dancaſter, Ciuitas Legionum, VVarvvicum, Vrbs Segontiacorum, Vrbs Legionis ad Iscam flu. Venta Belgarum, Briſtollia, Leiceſtria, Cair Draiton, Pemſei, VVroxceter, Camelet, Lincolnia:* videri harum pleraq; nomina possunt in tabula Britannica, & in his Londinensis sedis primus creatur Lucij tempore Theonus Episcopus: successit ei Eluanus cum Meduino functus legatione Romana, quē dixi verosimiliter cum S. Vrsula martyrio coronatum. Chronicon Radulphi de Baldo Londinensis Episcopi sic originem sedis tradit. *An. Dn. 179. Lucius Rex fundauit primam Ecclesiam Londoniæ: & ibi fuit sedes Metropolitana per quadringentos annos & amplius vsque ad aduentum S. Augustini Anglorum Apostoli:* res fusius narrata fuit appensi templi parieti, quam recitat Vsserius: vt hinc videas Episcopos & Archiepiscoporum sententia tempore S. Vrsulæ Britannis præfuisse, fidemq; teste Gilda, Beda totque aliis auctoribus ad tempora Diocletiani perstitisse, vnde de suo & S. Vrsulæ tempore Origenes eius æqualis. *Britannias*, ait, *suo tempore in Christi religionem consensisse.* Et coæuus ei Tertullianus: *Britannorū inaccessa Romanis loca Christo esse subdita.* Dixerat ante Colonias & loca Romanorum quælibet vbiq; Christi fidelibus redū

Instituti 28 Episcopatus. *Vsserius c. 5. Brit. Ar. f. 39.*

Beda lib. 1. Hist. Angl. c. 4.

Plures Reguli tunc baptizati.

Orig. ho. 4. in Ezechi.

Tert. in Apologet.

dare,

dre, castra etiam eorum, & curias: de Britannia plus aliquid adiungit, fidem vltra Imperij Romani potentiam, esse propagatam. Id licet rectè ad Caledoniam seu Albaniam, quam modo Scotiam appellamus, extendat Pammelius, cum eius gentis scriptores velint, sub annum 202. florente Tert. & Origine Donaldum Regem Scotorum, de quo seq. capite fusius, fidem professum esse Christianam, quia tamen Iulius Agricola auctore Tacito, & Septimius Seuerus murum transgressi, Caledoniam penetrarant, & Vrsulano tempore Cæsaris Alexandri beneficio licebat Romanis quascunque terras ex hostico captas quietè possidere & colere, posterisque iure hereditario transmittere, putat cum aliis Camdenus, ostium militibus reseratum vltra murum positas regiones inuadendi, & Albaniæ magnam partem occupandi, vt non amplius inaccessa Romanis dici potuerit.

Ideo censeo melius de Hibernia capiendum, quam constat ea tempestate libera à Romanis nondum tentatam & exploratam, propriis & variis Regibus paruisse, de cuius conuersione iam fusius erit differendum: satis iam comperto, totam ferè Albionem cum Regulis omnibus ante S. Vrsulæ ætatem Christo credidisse, multis erectis in ea sedibus Episcopalibus, quas tabula nobis Britanniæ exhibet, ita vt ea fides ad Diocletianum vsque steterit per Vrsulana tempora semper integra & inconcussa.

CAPVT III.

De Patria S. Vrsulæ, quæ verosimiliter est Hibernia, & eius ad Christi fidem traductione.

Virgines cur Britannicæ dicantur.

VIrgines Vrsulanæ communiter appellantur Britannicæ: nec immerito, cum vetus eius historia totam congregationem in Britannia conscriptam, & eductam inde Duce Vrsula contendat, quam gente Britannam fuisse consentiunt omnes, sed è qua trium partium eius sit oriunda, mirè dissentiunt. Vt enim natales & incunabula prima Homeri, *Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ*, quælibet sibi vindicauit, ita tres Britanniæ portiones Anglia, Scotia, cum Hiberna hanc sibi quælibet gloriam cum inquilinis arrogat.

De Patria S. Vrsulæ lis.

1. sententia Anglorum

Anglam dixit eam primus Galfredus Brito, eumque secuti Polydorus Virgilius, Balæus, Cardinalis Baronius, & quotquot horum narrationi subscripsere. Fundamentum eius primum & vnicum commentum & autoritas Galfredi. Scoti verò Ioannes Maior, Hector Boëthius, & Leslæus eam origine saltem Scotam putant, Regis Scotorum ex sorore neptem, patrem autem Vrsulæ non Scotiæ Regem; sed Britonum, imò Britanniæ saltem Rectorem agnoscunt: ideo & pro priori ferè sententia faciunt.

2. Scotorũ.

3. Hibernã facit. S. Elisabeth. *Petrus à Chalybe. Petrus Equilinus. Maldonatus, &c.*

Tertia potius Hibernis ortum Vrsulæ tribuit: qui Scoti maiores olim dicebantur: & Albania seu Caledonia debellata, nomen à se regioni indiderũt. Ita B. Elisabetha Schõnaugiensis c. 6. *Pater B. Vrsulæ Rex Britanniæ Scoticæ.* Quam sequuntur & è Scotia maiore deducunt Petrus de Chalybe, Petrus Equilinus, Ioannes Maldonatus, Canisius, Rossueidus, Wicelius, Feuchtius, Stephanus Vitus, & alij libro postremo cum verbis recitandi. Fauere huic sententiæ videtur Alcuinus, dum Vrsulanas virgines vocat celebres *per regna Scotiæ.* libro XI.

Mater Vrsulæ Hiberna.

Pater Maurus Hibernus.

Tituli sepulcrales permulti Scotiæ huius meminerunt. Ortmaria dicitur *mille de Scotia Virgines* attulisse. *Notus Rex Scotiæ* nomine cum Parente S. Vrsulæ fermè conuenit: eius Frater *Papunius Rex* vocatur *Hibernienſis.* Adde quod Ferrarius matrem S. Vrsulæ facit Hiberniæ Reginam; laudat Breuiarium & Calendarium patriæ: & Kildariam ab ea vocatam quidam opinantur, quamuis à quercu malint alij dictam esse. Præterea circa eadẽ tempora Reges Mauri dicti regionibus iisdem imperarũt. Vnde Parenti S. Vrsulæ nomen Mauri adhæsit. Adhæc peregrinandi studium, & labores itineris, & molestias vix in vlla gente totius orbis vsitata magis, & toleratu faciliora, etiam in sexu sequiore, quam Hibernica, monstrant eorum historię, è quibus multa suis locis in hanc rem lectu iucunda, & mira narrabimus.

Horum opinioni in re dubia tam diu subscribimus, donec quis aliquid certius è Britanniæ vestigiis, vel monimentis eruerit, veniam tamen nobis Angli dabunt, quibus contra sponsum Aetherium, Cyriacum Pontificem, & mediam Virginum partem tribuimus. Horum sententia nē temporis nostri Scotis parrocinetur ostendam primo Hiberniam S. Vrsulæ tempore, & postea Britanniam: ac Scotiam maiorem esse seculis pluribus nominatam. Aristoteles vel æqualis eius. *In altera* ait, *parte orbis iacent insularum aggeres maximarum Britanniæ duæ, Albion & Ierna.*

Hibernia dicitur Britannia. *Arist. lib. de mundo ad Alexandrū.*

Ptolomæus in generali Europæ occiduæ descriptione habet, *Iuernia insula Britannica.*

Dionysius in Perieſ. Dionysius, *Duæ sunt insulæ Britannicæ contra Rhenum.*

Plinius, *Albion ipsi nomen est* (loquitur de ea parte, quæ nunc Anglia dicitur) *cum Britanniæ vocentur omnes.* Hos sequuntur Geographi & recentiores Mercator, Maginus, Camdenus & Ortelius, qui ita communem refert sententiam. *Britanniæ insulæ vocantur apud auctores eæ, quæ hodie Anglicum & Scoticum regnum continent, cum Hibernia, & adiacentibus Insulis.*

Minor vocatur respectu Angliæ

Accedit quod Hibernia comparata Albioni minor Britannia sit olim nominata: Stephanus Byzantinus. *Ibernia Britannica è duabus minor.* Ptolomæus vocat, *Britanniam paruam.*

Ptol. Alm. l 2. c. 6.

Scotia fuit primo nominata. *Claud. Lib. 2. Stiliconis.*

Eadem verò Hibernia circa & post S. Vrsulam plurimis seculis Scotia maior est nucupata. S. Hier. ad Ctesiph. ex Porphyrio. *Neque enim Britannia fertilis provincia tyrannorum, & Scoticæ gentes, omnesque vsque ad oceanum barbaræ nationes Moysen, Prophetasque cognouerant.* Claudianus de ea sic canit.

Scotorum tumulos fleuit glacialis Ierne
totam cum Scotus Iernam
Mouit, & infesto spumauit remige Tethys.

Item alibi.

Oros. l. 1. c. 2. Ethicus in descriptione Europæ. Prosper in Chronico. & alij, &c.

Paulus Orosius, *Hibernia à Scotorum gentibus* colitur, eadē sunt verba Ethici Cosmographi. B. Prosper Aquitanicus ait, *Cœlestinum Papam Scotis Episcopum ordinasse*, Palladium eum ad Hibernos missum asserunt Marianus Scotus, & Sigebertus An. 43. Gildas Hibernos nominat *Scotos Grassatores.* Cogitosus Nepos S. Brigidæ in eius vita memorat ab ipsa, *constructam Ecclesiam iuxta fluuium Liffeum, quæ sit ciuitas refugii in sola Scotorum terra, & caput penè omnium Hiberniensium.* S. Isidorus, *Scotia eadem & Hibernia.* Ioannes in vita S. Columbani, *Ortus est Columbanus in Hibernia Insula*, & infra, *Hanc Scotorum gens colit, in Christiani vigore dogmatis florens.* Beda, *Hibernia Insula post Britanniam maxima, hæc autem propriè terra Scotorum est; ab hac egressi tertiam gentem addiderunt.* Idem de S. Kiliano, ait eum ab Hibernia Scotorum insula venisse. Eginardus, *Classis Nordtmannorum Hiberniam Scotorum insulam aggressa Scotis prælio superatur.* Rabanus, *Scotia eadem & Hibernia.* Notkerus, *In Scotia natiuitas S. Patricij Episcopi natione Britanni, qui in Hibernia Insula Scotis primum euangelizauit.* Adamus Bremensis, *Hibernia Scotorum patria.* Videri etiam potest Regino, Hermannus Contractus, Giraldus Cambrensis, Huntigtonensis, Mulmesburiensis, Wigornensis & alij.

Martyr. 8. Idus Iulij.

Egin. in Annal. A. 812. & alij, &c.

Quam diu sit ita dicta

Retinuit hoc Scotiæ nomen Hibernia donec Pictis debellatis Albaniæ fuit inditum: nam antea teste Beda Dal-Rheudini: quod Hiberni Duce Rheuda partem regionis occupassent, vel vt Buchanano placet Albini, vel Albiani dicebātur, deletis autem Pictis vel circa annum 855. iuxta Lesleum dominante Kennetho Secundo, Pictorum domitore; vel vt Genebrardus existimat, A. 1096. sensim ab Hiberni aduenis Scotia minor, noua, vel citerior cœpit appellari, cum Hibernia Scotia vetus, maior & vlterior adhuc diceretur: hinc & tempore S. Elisabethæ, & post eam Hiberni Scotorum nomen retinuerunt, cuius æqualis S. Bernardus de Malachia ait. *Ab vlteriori vsque Scotia cucurrit ille ad mortē:* itē Hibernus quidam eidē S. Malachiæ resistit his verbis. *O bone vir, quid tibi visum est nostris hanc inducere regionibus nouitatem? Scoti sumus, non Galli.* Cæsarius, *Qui de purgatorio dubitat, Scotiam pergat, Purgatorium S. Patricy intret.*

Cæsar. l. 12. c. 38.

Donevval. ep. ad Pap.

Donewaldus Princeps Hibernorū in Vltonia in fine literarum ad Ioannem 22. Pon-

Pontificem. *Sciat Paternitas vestra Reuerenda, quod præter Reges minoris Scotiæ, qui omnes de nostra maiore Scotia originem sumserunt, linguam nostram in conditiones quodãmodo retinentes; Reges de sanguine nostro 197. in tota Hibernia insula regnauerunt.* Signundus Imperator, *Sanè pro parte Religiosorum Abbatis, Prioris, & Conuentus Monasterij Scotorum, & Hibernorum de maiori Scotia, in Ratisbona deuotorum nostrorum obtulit nostræ Celsitudini petitio continebat.* *Hundius in Metropoli.*

Satis opinor est hactenus monstratum, Hiberniam tam Britanniam minorem, quam maiorem Scotiam primis post Christum seculis videri fuisse apud auctores antiquissimos nominatã, nec perdidisse nomen illud S. Elisabetha superstite: nunc quando sit Hibernia Christianæ fidei rudimentis instituta videamus. Sunt qui velint eodem ferè, quo Christus in crucem actus est anno, nomen eius & fidem ad Vltoniæ Reges dimanasse, quod constanti regionis illius traditione probant Hibernici scriptores, quorum ego fide periculoque hęc refero. Philippus Sulleuanus sic narrat. *Regnante in Vltonia Conchure Rege, Conaldus Carnius pugil nobilis animo roboreque præstans, peregrè profectus, exterarum rerum cognitione flagrans, postquam rursus in Hiberniam reuersus est, Regi retulit se Hierosolymis fuisse, vidisseq; hominem, qui vocabatur Iesus, Iudæorum Rex, forma plusquam regia, & diuina præditum, vitæ innocentia, & sanctitate excellentem, mirandarum rerum opificem, & omni virtutum ornamento fulgentem, falsis criminibus argui, iniquè damnari, verberibus affici, cruci affixum in Caluario monte infelici, & inhumari: sed iterum diuinitus reuixisse, & sepulcrum fuisse egressum. Tum ex: hic inquit reuera est orbis totius Dominus, & opifex, quem in mundum fuisse venturũ vestrorum vatum præsensionibus proditur. Inde nonnullos, qui Romam, & alias regiones, Catholicas petiuerunt, Sacro baptismatis rore fuisse sparsos, ijsdemque Doctoribus alios accepisse fidem, & aliquos vitæ integritate asperitateq; & miraculis fulsisse, inq; cœlitum fastos, tq; cœtum esse relatos perhibetur.* *Sulleuan. hist. Hib to. 1. l. 4. c. 5.*

Hibernus quidã interest Christi perpessioni.

Eandem traditionem agnoscit hodie Vsserius. *Primum*, ait, *de Seruatoris nostri cruenta passione nuncium re iam recenti à Conallo Cearnaigh pugile celebratissimo (cui oppidum Raith-Airther fuisse domiciliũ, & cui Magnesiorum Mac-Gennis, & MAVRORVM more stirps suam fertur debere originem) ad Conchurem Ri-Vllagh siue Cornelium Regem Vlidiæ in Magiensi iuxta sinum Fergusianæ petræ peninsula regiam tunc habentem, Hierosolymis perlatum fuisse, Insulanorum prædicat traditio.* Laudat æui huius scriptorem Rothæum. *Nec sat ipse scio an istud mereatur commemorationem hoc loco, quod in vernaculis nostris annalibus reperio consignatum de primo rumore, qui insonuit auribus in Hibernia, de prima inquam omnium auditione earum rerum, quæ contigerunt in Vrbe Hierosolymorum, circa mortem filij Principis, à Iudæis in cruce suffixi, pro quorum salute aduenerat. Tradunt illi veteres nostrates, pugilem ex ipsa gente famosissimum, qui multas terras tentandi roboris causa peragrauerat, Palæstinam adijsse, & in Vrbe Hierosolymitana præsentem conspexisse totam tragoediam accusationis, iudicij, & nefariæ necis illatæ Christo redemtori: ipsumque reducem enarrasse Cornelio Regi, quæcunque audierat, vel viderat circa illam, innocentis agni in monte Caluariæ victimam, Auditis ingemuisse Regem, indignoque facinori cum summa indignatione infremuisse, subitaque ira correptum inclamasse vltionem in sceleratos homicidas; se verò si contingeret adesse, non passurum inultam sæuitiam ingratorum ciuium dixisse perhibetur. Cum his inardescens vindice animo in sceleratos mortis auctores, educto gladio impetum fecit in saltum vicinum, consciscisque mucrone virgultis, consimilem cædem facturum se proclamauit sicariorum & homicidarum, qui violentas manus intulissent Principi & Domino. Hæc nostris illis veteribus τῆς ἐγγράφους, καὶ ἀγράφους ad posteros transmissa quisque pro arbitrio libret in statera sui iudicij, fidem postea quam par erit vel adhibeat, vel adimat.* *Vsserius de primordiis Eccles. Brit. c. 16. f. 739.* *Rothæus in Hierographia Hibernia.* Pietas Régis in Christum.

S. Iacobus Hibernis fidem annunciat. *Dexter A. C 40. n. 41. Vincent. l. 8. c. 7. Spec. hist.*

S. Iacobum Apostolum Britanniã illustrasse fide tradit his verbis Dexter. *Rediens Iacobus Gallias inuisit, ac Britannias:* Iulianus Petri Archipresbyter Toletanus, qui vixit A. 1110. in Chronico S. Iacobum facit in Hibernia docuisse: imò & Canonicam suam epistolam inde in Hispaniã destinasse. Idem Vincent. testatur, *Apostolis diuersa mundi climata adeuntibus, nutu Dei Iacobus Hiberniæ oris appulsus, verbũ Dei prædicauit.* V. Vsseriũ f. 745. &f. 5. S. Barnabam etiã quidam putant iisdẽ Christi fidẽ publicasse,

Vita S. Beati Danielu. Agricolæ & Garnefelt.

& ad eius agnitionem S. Beatum inclinasse: is Romam postea profectus à S. Petro genitali fonte renatus est: Hunc omnes origine faciunt Hibernum & Heluetiũ Apostolum anno salutis 110. denatum: quem tamen alij à S. Petro conuersum etiam dicũt, in Britãnia. Cõdiscipulus Beati fuit S. Mansuetus eiusdem Apostoli extra sacris ablutus laticibus, & Tullensibus ab eodem Protoepiscopus nominatus.

S. Mansuetus Hibernus.

Irenicus l. 3. c. 49. Exeg.

Ita enim de eo Franciscus Irenicus: *Primus fuit Episcopus Tullensis S. Mansuetus discipulus S. Petri, socius S. Clementis Episcopi Metensis, natione Scotus.*

Scripta est eiusdẽ vita ex M. SS. ab Adsone circa A. 950. is ita patriam eius refert.

Adso in vita S. Mansueti.

Ea tempestate, vt Scripturæ documento percepimus, quidam sanctæ indolis fuerat adolescens nomine Mansuetus, ex transmarinis partibus nobilium quidem Scotorum clara progenie genitus, sed mentis egregiæ nobilitate multo pretiosius insignitus. Idem Carmina quædam in laudem eius vitæ præmisit:

Inclyta Mansueti claris natalibus orti
Progenies titulis fulget in orbe suis
Insula Christicolas gestabat Hibernia gentes
Vnde genus traxit, & satus inde fuit.

S. Cataldꝰ ex eadem Insula.

Secundo seculo fidem Catholicam felici propagine tota penè Hibernia floruisse duodecim in ea constitutis Episcopatibus vita S. Cataldi probat euidenter, is Tarentinus postea creatus Pontifex accuratos meruit in Italia vitæ suæ & Hiberniæ patriæ præcones: eadem veteribus illius Ecclesiæ, & emendationibus Gregorij Pontificis Maximi iussu vulgatis Romæ lectionibus continetur, quam etiam scripserunt Moroni duo, Bartholomæus soluta, & Bonauentura ligata dictione: suprantque, de gestis eiusdem vetera Tarentinæ Ecclesiæ monimenta.

Chinius in cat. SS. Canonic. Maij 10.

Patriam eius Hiberniam faciunt Moroni duo; item Chinius, & hi Tarentinæ Ecclesiæ versiculi. *Gaude felix Hibernia, de qua proles alma progreditur.* Et isti, *Felix Hibernia, sed magis Tarentum: quæ claudit in tumulo grande talentum.* Nomen loci vetus & nouum officium *Catandum* appellat, oppidum prouinciæ Numeniæ vel Mumniæ; aut Momoniæ, cuius Vrbs nobilior Lesmoria modico distabat interuallo Catando: sic autem de eo Lectiones correctiores. *Cataldus Hibernus oppido Numen honestis parentibus natus ab infantia Dei præuẽtus benedictione sanctitatis indicia præbu*

Parentes.

Parente natus Eucho, matre Athena, qui vel extremis annis Traiani, vel sub init Adriani Christi fidem profitebantur: hi Dichum virum sanctitate conspicuum a qualem habuerunt, à quo matri grauidæ tale cœlitus editum est oracullum. *Bo animo esto felicissima mater, nec dolore partus, mortis propinquæ metu atq; omnium rerum indigentia Dei inclementiam arguas, paries enim filium veræ religionis propugnatorem: n solum parentum ac patriæ decus, verum etiam totius Hiberniæ ornamentum: nec nõ exter rum gentium sempiternum præsidium.* Adolescentiam exegit in Hibernia: quæ tun etiam optimis disciplinis & artibus ad humanitatem erudiebatur: postea & ipse do cendi munus aggressus tantam sibi nominis peperit claritatem, vt ex ipsa Germania, conflueret iuuentus ad eum audiendum, ita Romanum officium, *Adolescens liberalibus disciplinis eruditus, ad eam breui doctrinæ excellentiam peruenit, vt ad ipsum audiendum Galli, Angli, Scoti, Theutones alijq; finitimarum illarum regionum quamplurimi Lesmoriam conuenirent: sed cum scientiarum omnium notitiam nisi sincero cordis affect puroq; mentis intuitu ac pietate in Deum fulciretur, inanem esse duceret, totum se ad Christ cultum & imitationem conuertit.* Parabat iam Deus magno regni totius bono gentis conuersionem, & Cataldum Pontificali honore decorare, quo maiora sumeret eius auctoritate res Christiana incrementa: sed non nisi per aspera & aduersa gradum ad honorem strauit: nam Regis imperio Lesmoriæ comprehensus, Ducis cuiusdam suasu vinculis & carceri mancipatus est: sed cum & ille Meltridis Dux malesuadus morte repentina periisset, & cœlestis genius Regem de liberando innocente monuisset, ipse supplex ad pedes Cataldi prouolutus, veniam petijt, & Ducatũ Meltridis ei nexu mãcipioq; tradidit: in quo Cataldus 13. sedes Episcopales instituit & dotauit. Moronus ita refert. *Cataldum Rex adduci iubet; veniam ab eo cum lacrymis petit, atque illum quamuis obstinatè renuentem, Meltridis ducem in demortui*

Vaticiniũ de nascituro.

Barthol. Moro.

Educatio Sancta.

Docet Lesmoriæ.

Cõijcitur in carcerẽ.

Liberatur.

locum

n designat Cataldus tum Diaconus, cum Dei ministerium cum regiis insignibus commu-
nollet, in Episcopum eligitur; quod non modo Rex libentissimo animo approbauit, sed
n ducatum Meltridis in perpetuum Ecclesiæ concessit, quem duodecim Episcopis Cataldus
ribuens, Episcopalem suam sedem in Archiepiscopalem erexit. Vrbem verò Metro- Erigit 12. Episcopat.
itanæ Ecclesiæ Rachau delegit, vnde nomen eidem adhæsit, quod & in tumulo
ertum est, vt *Cataldus Rachau* diceretur: hoc autem excellenti feruore consecu-
t est, vt totam eam regionem Christo aggregaret: quod ita lectiones horarię cor-
tiores referunt. *Vniuersam Rachau prouinciam suæ prædicatione ad Christi fidem per-* Conuertit magnam Hiberniæ partem.
duxit: plura tribuit eius zelo Moronus: *Nullum*, inquit, *in vniuersa penè Hibernia reli-*
gionem esse, qui veræ religionis cultum non addisceret: & Equilinus *qui laudabiliter viuens*
sibi suffraganeos Episcopos constituit, & totam insulam verbo & exemplo ad Christi co-
gnitionem adduxit.

Postea terram sacris Christi vestigiis insignitam adijt: & Sanctorum Apostolorũ
memorias visit Romæ, ac Tarentum sub annum salutis 170. doctrina & miraculis
illustrauit: ita enim scribit Moronus. *Fuit cum Cataldus Tarentum ingressus est annus*
à partu Virginis septuagesimus circiter supra centesimum, cum Ecclesiam Dei regeret Anice-
tus Syrus, & Antoninus Philosophus Romæ imperaret. Comes eidem adhæsit S. Dona- Patriam S. Vrsulæ.
tus frater Cataldi primus Lupiensium in Italia Pontifex. Itaque Cataldi studio
Lomonia & Lagenia præcipuè patria S. Vrsulæ sedibus Episcopalibus repleri cœ-
pit secundo seculo exeunte.

Initio seculi tertij Victorem Pontificẽ ad Scotos fidei Doctores circa A. 202. mi- Victor Pontifex Doctores ad Scotos mittit.
sos tradunt permulti, Donaldo Rege eorum conuerso; sed hunc Hector, Leslæus,
Demsterus Scotis nouis vindicant: de quo hæc etiam Paulus Iouius. *Primum è*
Scotis Regibus Christianæ religionis sacra suscepisse, primumq; in Scotia aurum & argentum
Scotica nota percussisse. Notam eam Hector Boëthius interpretatur *Donaldus*, in- *Hector lib. 5. Scotorum hist. in fine.*
quit, primus omnium Scotorum Regum (vt in nostris annalibus est proditum memoriæ)
summum argenteum aureumq; signauit vna parte salutiferæ crucis, altera sui capitis effigie
expressa: quo suscepta à se primum inter Scotos Reges Christianæ pietatis memoriam ad poste-
ros propagaret. Alij tribuunt hoc Hibernis, & nomen Scotorum eo tempore fauet, Donaldus Rex signat argenteam monetam cruce.
quo nulli adhuc præter Hibernos vtebantur. Eodem autem ferè tempore *Thomas*
Bozius hæc de Hibernia scribit. *Tradunt in Scotia, quæ tunc erat Hibernia, Christi cultũ* *Bozius lib. 8. de signis Eccl. c. 1.*
disseminatum eodem tempore, quo in Britannia sub annum scilicet 203. Victore sedente.
Mansisse verò fidem ad S. Vrsulæ tempora ex Tertulliano, & Origine coæuis S. Vr- Tempore Diocletiani Christiani in Hibernia.
sulæ supra est monstratum. Et Gildas quidem ad tempora vsq; Diocletiani vult in-
tactam Christianam religionem in Britannia perdurasse. Imo & post eã sub domi- Tempore Iuliani.
natu Apostatæ Iuliani, quo sæuiẽte, Hibernorum complures lauream martyrij sunt
consecuti: & in his S. Eliphius Regis Scotiæ filius: & tres sorores eius Menna, Liba-
bia, Susanna, omnes monasticæ vitæ deditæ, vt Martyres item extra Mennam eua-
serint auctore Ruperto in vita apud Surium 16. Octob. Postea fidẽ Christi quatuor
Episcopi ante S. Patricium apud Hibernos aluerunt: de quibus ita vita S. Declani. Quatuor Episcopi ante S. Patricium.
Quatuor, ait, *sanctissimi Episcopi cum suis discipulis fuerunt in Hibernia, ante Patriciũ præ-*
dicantes in ea Christũ, scilicet Albeus, Declanus, Ibarus, & Kiaranus, & hi plures ad Christũ
veri Euangelico traxerunt: sed tamen S. Patricius maiores Hiberniæ & potentiores ad fidem
conuertit. Ipso verò Declano puero, viuebant in patria eiusdem viri sanctitate & pro-
phetico spiritu illustres, quorum *septem* (ait vita eiusdem) *viri, qui habitabant in căpo*
Scuti simul venerunt ad S. Declanum (puerum) & accipientes eum, Dominum, & Magistrũ
suum prædicauerunt coram omnibus, ipsum futurum suum Episcopum: & dicebant propheticè
veniet iam dies, in quo nosmetipsos, & loca tibi offeremus. Est verò admodum probabile
Romanos circa an. 292. Cõstantio Cæsare creato, tandẽ Hiberniam armato milite
penetrasse & edictis Diocletianæis imperio toto ꝓmulgatis, hãc ẽt regionẽ Marty-
rũ esse sãguine purpuratã: Tũc etiã opinor factũ esse, vt altaria calicesq; vitrei (qui- *Iocelinus vita c. 105. Florileg. SS Hib dilus 8 n. 18.*
bus in nõnullis Ecclesiis vtebãtur ea tẽpestate, sub terrã defoderẽtur, ꝙ S. Patricij
vita tradit, & Florilegiũ putat dominãtibus Gẽtilib. hæc regna vastãtibus & vestigia
cultus religiosi funditus exstirpantibus contigisse; quæ postea sunt à SS. Palladio,

Patri-

Cur S. Patricius dicatur Apostolus Hiberniæ.

Patricioque constitutis Hiberniæ Episcopis inuenta, & restaurata. Nec obstat quod S. Patricius primus Hiberniæ Episcopus & Apostolus nominetur: nam & S. Bonifacius Germaniæ; ac Remigius Franciæ, ob rerum gestarum magnitudinem ac religionis orthodoxæ incredibilem propagationem id præ aliis, qui antecesserũ nomen meruerunt, licet Germaniam ante Bonifacium S. Suidbertus, Lucius, Willibrordus & socij diligenter excoluerint, & Galliam multi Christi Discipuli & Hiberni fide Christi instituerint.

Breuiariũ Canonic. Reg. C. de Sion.

Vnde dicuntur iidem ad fideles esse legati. *Tempore*, ait Breuiarium, *Theodosij & Valentiniani Papa Cœlestinus ad Scotos in Christum credentes Palladium misit Episcopum quo defuncto ad eosdem missus est S. Patricius, genere Brito, à Cœlestino Scotorum Archiepiscopus ordinatus, per annos 60. sanctitate insignis & doctrina excellens totam Insulam Hiberniæ conuertit ad Christum.* Erant igitur fideles Scoti, quibus pascendis Episcopi mittebantur, qui etiam altaria gentilium sacrilegiis euersa, cultumq; religiosum neglectum vigori pristino restituerunt: imò, vt ante dicebam, quatuor Episcopi iam tum in Hibernia degebant.

Quare non Britannia tantùm maior Albion; sed Caledonia, vel Albania, cui Hibernia sub Vrsulana tempora Reges etiam, Episcopos, & totas regiones habuit fide Christiana diligenter institutas, præsertim Hibernia, quam S. Vrsulæ patriam dicimus, donec à Scotis vel Anglis quid certius nobis demonstretur: libenter enim his in obscuris rebus lucem firmiorum rationum admittemus.

CAPVT IV.

Parentes S. Vrsulæ Reges.

Nomen Patris Dionethus.

HISTORIA Cunibertina vetus S. Vrsulæ parentem appellat *Deonotum*, re nomine, vel *Dionotum*; congruenter titulo cuidam è tumulis eruto, qui *Notu* Regem Scotiæ nominabat: fuere postea Reges *Dionethi*, voce locis illis, & scriptoribus magis vsitata, quà communiter hac in historia solemus vti, ne quis putet nomen eius, quod superis & Deo quidem notum, hominibus verò incognitũ hactenus fuerit, ideo *Deonotum* esse nuncupatum.

Agnomen Maurus vel Magn⁹

Addit agnomen ei S. Elisabetha *Maurus*, quod Britannis idem, quod Magnus est, vnde perfamiliaria sunt eis cognomina *mor, morcken*, seu Magnus, vel Magni captis: sicut olim Antiochus Epiphanes, Pompeius Magnus, Carolus Caluus sunt appellati. Et iam ante Dionethum S. Lucius primus Regum Britannorum Catholicus eo fuit titulo decoratus, de quo sic Nennius *Lucius Rex agnomine Leuer Maur, id est magni splendoris, propter fidem, quæ in eius tempore venit.* Videri de hoc nomine Camdemus potest. Superstite S. Patricio Fergusius Rex, qui ei cessit fundos ad exstruendam Ecclesiam in Annalibus Hibernicis Tigernaci dicitur *Fearcus Mor, mac Earc*. Fergusius Magnus filius Erici. Erat in Hibernia iam ante S. Vrsulam Magnorum seu Maurorum stemma, nobile: Stirps huius familiæ Conaldus Pugil creditur, qui visa Christi Seruatoris morte, primum euangelium eius attulit Hiberniæ: & Reis Vltoniæ, de quo ait Vsserius, *cui oppidum Raith-Airther fuit domicilium, & cui Magnatorum & Maurorum stirps suam fertur debere originem.* Ita Maurorum nomen in Regibus Hiberniæ frequentatum.

Commune ei cum Lucio Rege. *Camdenus in Brit. f. 40*

Vsitatum in Hibernia.

Vsserius fol. 739.

Sunt qui Paternam familiam ad eos referant, qui Mackmahon nominantur, Connaciæ regnum eis tribuunt. In quo Camdenus ait proditum in historia *Turglohum ô Mor, ô Conor cum Imperio præfuisse.*

Camdenus f. 750.

Mater S. Vrsulæ binomia.

Mater S. Vrsulæ *Dariæ* nomen habuit, binomiam eam facit Anonymi reuelatio l. 2. c. 19. & *Marcellam* etiam appellat, eiusque progeniem latè describit. Natus fuit patre Gelasio, matre Sibilia Regis Alexandri filia: Fratrum eius, sororumq; posterorum ingens numerus, de quo suo loco. *Dariæ* nomen ei S. Elisabet tribuit cap. 15. & Britannam origine facit, consentit titulus sepulcralis; nam & in templo Societatis IESV particula quædam ossis hoc nomine, simul adiecta matris S. Vrsulæ nomenclatione insignitur: eamque hic Petrus Equi-

Daria vocatur.

linus,

lius, Ferrarius, aliique communiter appellant, quo nomine virgo quædam etiam
st annum 600. in Hibernia cum S. Brigida claruit, cui cæcæ visum breui tempo-
vsura cœlitus obtinuit, iterumque petenti sustulit, vt commodius cum Deo cõ-
uis precibus in tenebris versaretur. Alterius Dariæ virginis sodalitatis Vrsulanæ
liquiæ sunt circa A. 1157. in Glastoniense cœnobium translatæ: de qua sic Dem-
rus ait, *à Dariæ istius reliquiis in Hiberniam importatis comitatum illius gentis primum*
Lageniæ caput Kildariam vocatam. Alij nomen id vrbi à quercu profectum esse
nsent. Nec tamen improbabiliter nonnulli potius à Daria matre S. Vrsulæ vo-
m deducunt, quos sequitur Ferrarius, & pro se Calendarium ac Breuiarium Hi-
rnicum laudat, quæ natales eius Hibernis etiam attribuunt. Scio quosdam
ildariæ conditricem facere S. Brigidam; sed quid vetat originem primam oppido
ariæ tribuere, licet afflictum & penè euersum sit variis barbarorum incursibus;
ndem nata ibidem S. Brigida cœperit iterum inclarescere, breui spatiis & inquili-
s mirabiliter auctum? sed nolo diuinare.

Daria virgo diuersa. *Vita S. Brigidæ M. S. l. 2. c. 68.* *Demsterus. Ibidem l. 1. c. 6.* Ab ea nomen habet Kildaria.

Pentarchiam veteres in Hibernia statuerunt: totidem partes eius numerantur:
lagenia, Momonia, Connacia, Vltonia, & Media. Videri tabula Britanniæ po-
st, qua in parte nata vel educata sit S. Vrsula non audeo definire: Lageniam ma-
rnam ditionem quidam statuunt, fauet locus maritimus nauigationi, & breuiori
raiectui versus ostia Rheni peropportunus. Demus ita esse, donec quis ex loci
stigiis aut veteribus monimentis eruerit aliquid certius, atque è Menapia, quam
Wexfordiam modo vocant classem educamus.

Quinque partes Hiberniæ.

Reges fuisse Parentes Cunibertina narrat historia: tenet idem vtraque reuela-
io, non monarchas: vt enim seculo ante tempore Taciti & duobus post seculis æta-
e S. Patricij, sic ea tempestate varijs insula regulis diuisa, paruit: quod tituli satis
nsinuant; duos enim Reges minimum nominant, Notum, & fratrem eius Papu-
ium.

Parentes S. Vrsulæ Reges.

CAPVT V.

Ortus & educatio.

FRAT Dionethus non tantum fidei Christianæ mysterijs imbutus, sed moribus
etiam orthodoxo Principe dignissimis, iustis, integris, religiosis: in Deum cœli-
tesq; pius, vt nihil à præscripto diuinarum legum, & Ecclesiasticarum sanctionum
discederet, in subditos populos clemens, mitis, moderatus, vt Dei cuncta cernentis
maiestati se subiectum semper agnosceret, nec plebem tributis, & exactionibus gra-
uaret, memor rationis à Deo Regum Rege de factis omnibus repetendæ. Itaq; cum
ex optimo more sanctissimaq; disciplina absque vllius offensione ditiones iustè pa-
cificeq; moderaretur, consortem regni vitæq; sociam Dariam fœdere coniugali
delegerat, quam non minus stemma regium, quam virtutum splendor commenda-
bat. Vterq; de regni successore solicitus crebris cœlites votis & precibus fatigabant,
vt prolem masculam (si ita summæ maiestati videretur) regni heredem largire-
tur.

Dionethi vitæ integritas. *Vetus historia c. 1.*

Maius iam tum bonum supplicibus Regibus, illustriorem etiam apud posteros
famæ celebritatẽ, & perennaturã claritudinem per filiã diuina prouidẽtia parabat,
cuius auspiciis æterno cõsilio, totius orbis nobilissimas iuxta & castissimas Virgines
filio suo cœlestis regni sponsas decernebat. Nascitur ergo talibus Regibus circa an-
num Domini 220. Zephyrino vel Calixto Pontifice, Heliogabalo Cæsare, in Britã-
nia mense Iulio virgo specie præstantissima: Nomen eidem dum sacro fonte tin-
geretur, Vrsulæ datum est, ab Harderici Comitis illustrissimi coniuge, quæ eo-
dem gaudebat: nec omen abfuit, quod vetus insinuat historia, *quæ Dauidis*
instar vsum tartareum erat suffocatura. Fortè etiam, vt esset in terris Virgi-
nibus & aliis etiam principibus viris & feminis in turbulentissimo mundi pe-
lago quod Vrsa minor (quam Græci Cynosuram vocant) in cœlis, & suis
auspi-

Ortus Vrsulæ. *Anonymus l. 1. c. 8.* Vrsula cur dicta.

auſpiciis, vitæ morumq; exemplis, ac gubernatione tot Virginum millia per vaios marium & fluminum errores feliciter vna die ſimul in ſalutis optatiſſimum portum vſque tranſueheret: vnde non Mendoza tantum,& orthodoxi ſcriptores; ſed A-
Sancta educatio. catholici quoque Balæo Duce, Cynoſuram Vrſulam noſtram appellarunt,& ingenio,doctrina,libris etiam ſcriptis commendarunt. Parentes ea beati prole, nullam prætermiſerunt ſolicitudinem,& induſtriam, quę neceſſaria videretur ad formandos ætatis etiam tenerrimæ mores, ad Dei cognitionem, timorem & amorem
Veterũ hiſtoria c.2. cum lacte combibendum. Adſiſtebat eidem adhuc infantulæ ſpecialis fauor animis, cum copioſis auxiliis diuinæ gratiæ, quibus mens iam tum in primo rationis vſu velut monitore continuo gubernata,& voluntas piis permotionibus, diuinq; ſtimulis inclinata,cœpit ea; quæ corporis integritati, vel mentis puritati poſſunt officere,præcoce quadam maturitate declinare: contra ſtudio efferri ſingulari ad complectenda toto pectore cœleſtia, nec vnquam peritura bona: Ita cum ætate virtutum ſolidarum amor, vitæ morumque ſuauiſſimorum ſanctitas & integras quotidiana capiebat incrementa. Emicabat tamen ſtudium præcipuum,ne candidam innocentiæ veſtem noxa letali conſpurcaret, & aureolam virginitatis inter aulæ delicias amitteret. Stimulabat hunc ipſum conatum crebra rerum diuinarum & cœleſtium commentatio in multam etiam noctem, quando cœleſtis magiſter ceream Virginis mentem ſenſim à caducis rebus, & iis, quas mundus in prijs
Cõtemtus mundi. habet,auocabat;vileſcebant iam honores,quos terræ filij tam ambitioſo labore,vt vigiliis punctis ſingulis aucupantur; ſordebant opes, deliciæ, cum ſceptris & coronis regijs, quando mens regni cœleſtis æternis opibus & honoribus inhians, diuo ſæpius ebria nectare, ſolis Chriſti ſponſi caſtis indulgebat amoribus. Hinc factum
Votũ virginitatis. eſt, cum in vno & ſummo bono conquieſceret Vrſula: pertæſa iam coniugalem thalamum,voto ſe virginitatis obligauit,vt lectiones horarię ex vulgari populi perſuaſione teſtificantur.

Domat paſsiones. Iam Chriſto deſponſa,monitum Pſaltæ regij, *Gloria filiæ Regis ab intus*, diligenter obſeruabat,& in id incumbebat, vt ſolido demiſſionis animi, ſuiq; contemtus iacto fundamento, ſui ipſius victrix, internas perturbationes arcto rationis freno coberet,ne praua iactantiæ vel impatientiæ ſigna foras prorumperẽt, animus nec a-
Cuſtodit ſenſus. uerſis nimium deijceretur, nec proſperis inſoleſceret. Adhæc ſenſus exteriores vigilanti cuſtodia timoris Domini communierat, ne ſimulacra rerum obſcænarum irreperent in animum,quæ vel contemplantis quietem perturbarent, vel ad turpes incautam amores pellicerent. Stare ſiquidem illibata diu nequit caſtitas, ſi obuijs quibuſdam imaginibus ſenſuum oſtia pateant: nam hoſtis in omnem caſtri capiendi intentus occaſionem,irrepit clanculum, dum nimia ſecuritas portas reſerat,
Hiſt. vet. c.3 nihil opinantem ſuæ ſubmittit poteſtati. Sed quoniam

Gratior eſt pulchro veniens è corpore virtus,

Formę venuſtas Vrſulæ. Ad animæ dotes,quibus Vrſulam cœleſtis ſponſus præuenerat, accedebat incredibilis formæ venuſtas, ac totius corporis, lineamentorumq; omnium rara dignitas vt natalium eius, formã, virtutumq; regiarum ſplendor omnium ad ſe animos traheret, & totis inſulis Britannicis omnium ore nominis eius claritudo celebraretur. Quo magis Virgo ſubuerebatur,ne placeret alteri,quam ęterno ſponſo,qui ne tali puellæ liberalitate vinci videretur, nouis eam quotidie gratiæ dotabat auxiliis, & cœleſtibus fouebat ſolatiis,Angelorum circumuallatam præſidio, ne caſtiſſimi Salomonis lectulus vllius cõmotionis, aut cogitatus turpioris labe coinquinaretur. Id enim ſi datũ ſcimus S. Cæciliæ, Luciæ, Agneti ſimilibuſq; Virginibus integerrimis
Nulli noxia. an dubitamus ei donatum, quam poſt matrem ſuam Virginũ Virginem ſtatuit tãt exercitus parthenici ducem: quæ dum vexillum præfert Virginitatis, oportuit, vt idea caſtitatis & verbo ceteris & exemplo præluceret?

Ad hunc ducendum exercitum adhuc teneram, diuina formabat ſapiẽtia,robur animi,fortitudinemq; largiebatur, ad bella Domini generoſè bellãda, caſtitatis inſtituendam aciem, vt diſceret à caſtris virgineis orci clandeſtinas molitiones auertere,carnis illecebras depellere,mundi inuitamenta propulſare. Sciret,quibus remediis

ne ijs amor parentum, cognatorum, patriæ, & ipsa philautia superanda: quibus ar-
ni corporis nostri praui motus aduersi castitati & rationi sint, expugnandi: & quid-
qu animum possit à castis Sponsi complexibus auocare, quibus rationibus à se
ve alijs sit auertendum: Decebat enim Magistram tot millium Virginum, quæ
tu ipsa, quàm cum tot alijs, tribus aureolis virginitatis, martyrij & magisterij erat
in gnienda, præludere longo & diuturno tirocinio: ac in se moribus antè vitaque
ex rimere, quod postea Virginibus erat verbis traditura: Ita non sine Dei consilio
co tigit, vt Virginis Vrsulæ fama ad aures Regis Agrippini deueniret.

CAPVT VI.

Ætherij sponsi patria, & de parente eius Agrippino, vt apparet, origine vel educatione Romano.

Agrippin⁹ origine vel educatiõe Romanus.

IN ea parte Britanniæ, quam Angliam nominamus, imperabat Agrippinus armis & populis præpotens, Romana siue educatione, tanquam obses formatus (vt a-
d Tacitum Harminij filius: ideo dici voluit Italicus, Rex etiam Cheruscorum ab
constitutus) siue parentibus Italis natus, qui ductâ in vxorem loci Reginâ, re-
gnum dotis nomine sibi comparauit. Illud compertum, circa ea & vicina tempora
tribus Romanis familijs Ælia, Paconia & Ragonia cognomen hæsisse Agrippini.
referam ex his nonnullos gestis etiam Magistratibus illustres. *P. Aelius. P.F. Agrip-
nus Cornicularius. Proc. Prouinciæ Belgicæ, cum Fratre Victorino.* Eidem rescribitur
AA. & CC. Cod. 4. tit. 29. Huic iungi potest *Paconius Agrippinus*, Pater erat ei
*Marcus Paconius innocens, Tiberij sententia conciderat sub Nerone, vt paterni in Princi-
s odij heres, & Thraseæ familiari Italia pellitur.* Hic à Tacito etiam Ragonius nomi-
atur. Laudatur idem ab Ariano & Stobæo, qui ait: *Ob hæc laude*, inquit, *dignus est
grippinus, quod cum vir esset præstantissimus, nunquam ipse sese laudarit; sed cum ab alio
udaretur, erubescebat: vir talis erat, vt semper aduersæ rei, quæ ipsi accidisset, laudationem
onscriberet?* Pudeat iam Christi discipulos tam auidos vanæ gloriæ, tam osores ca-
amitatum inueniri. Septimius Seuerus post Albini mortem 43. illustres viros in-
udita causa trucidauit: sextus decimus fuit Casperius Agrippinus, de quo & reli-
quis subdit Spartianus: *Multi in his Consulares, multi Prætorij, omnes certè summi viri
uêre.* Præterea S. Vrsulæ tempore Paconio rescribit Alexander Augustus lib. 5. Cod.
it. 37. n. 6. Denique fastis Romanis 9. Nouembris adscribitur S. Agrippinus Nea-
olitanus Episcopus: Hinc colligo, celebre fuisse frequensq; Romanis ea tempesta-
te apud sacros & profanos auctores nomen Agrippini, quod siue educatione Roma-
nus parens Ætherij sibi assumsit, siue congenitum retinuit, etiam auctus regia di-
gnitate. Nam ciues Romani Magistratibus etiam gestis celebres sæpius in Britan-
nia possessionum suarum sedem collocabant.

Tres Romanæ nobiles familiæ Agrippinorum. *Glandorp⁹ in Onomast. Rom histor. Inscript. vet. p 117. Suet. in Tib. Tacitus l. 3, & 16. Arian l. 1. de disput. Epictet. Stobæus.*

Romãi ob 3. causas libenter habitabãt in Britannia.

1 Loci fertilitas.

Et primò quidem inuitabat exteros ager feracissimus, aëris temperies, regionis salubritas; de qua sic Panegyricus Constantino M. recitatus: *Britanniam omnibus cœli ac soli bonis natura donauit, in qua nec rigor est nimius hyemis, nec ardor æstatis, in qua segetum est tanta fœcunditas, vt muneribus vtriusque sufficiat, & Cereris & Liberi; in qua nemora sine immanibus bestijs, terra sine serpentibus noxijs, contrà pecorum mitium innumerabilis multitudo lacte distenta & onusta velleribus.* Richardus Vitus: *Ipse situs insulæ demonstrat eam cœlo mitissimo, soloq; felicissimo præditam esse, temperatum enim cœlum ostendunt æstates minùs feruidæ, dum perennes auræ interrumpunt ardentes Solis radios, & fructus terræ recreant, & hominibus pecoribusq; iucundissimè pariter & saluberrimè blandiuntur. Hyemes sunt etiam clementissimæ, vimq; frigoris: ne quid interim dicam de aëre crassiore, frequentes pluuiæ sedatæ dissoluunt. Denique circumfusum mare, cum à splendore Solis calefit, moderato tepore suo terram fouet; idcirco loca Britanniæ sunt temperatiora, quàm in Gallia, remissioribus frigoribus: sunt etiam temperatiora, quàm in Italia, quod omnis asperitas frigoris absit.* Audet idem Britanniam Siciliæ, quam veteres horreum Italiæ vo-

Panegyric⁹ dictus Constantino. Rich. Vitus l. 1. hist Brit

Cõparatur Siciliæ.

cabant, ita comparare: *Nec aliter habet se Britannia commodo vndequaque interiecto à vicinis regionibus, quæ circumiacent, sic diuincta, vt quibusdam patentibus gremijs opportuna, commercijs vniuersi terrarum orbis, & tanquam ad omnes iuuandos homines producta, qualibet ex parte in mare diffendatur. Certè frugum tritici, frumentiq; vbertate tam fœcunda est & fertilis, vt imperij Occidentis horreum, cellaq; penuaria iudicaretur. Dum ex ea Romani naubus octingentis, quæ fuerunt omnes lembis maiores, tantam vim frumenti quotannis in Germaniam (aut certè in oram Gallicanam ad Rhenum) exportauerunt, quantum sufficeret militibus eorundem limitum sustentandis.* Denique Barclaus eidem fertilitati suffragatur: *In Anglia felicibus pascuis, & ad multas, variasq; arbores commoda humo commeantium oculos pulcherrima viriditate mulcet, gratuitis etiam bonis plebis animos ingenitiem exsoluens pabulum illic passim pinguibus campis abundat, boum, equorumq; armenta: perpetuam eiusmodi animalium auiditatem explens. Alibi autem flecioribus riuis, humili gramine induentibus terram. Supra fidem multos greges educat, excusatq; vtilissimam & ad ouilia factam sterilitatem. Nec hyemis quidem assueta libero aëri pecora in stabula aut ouila deducit: ijs sufficiunt nuda sub dio cubilia, herbæq; quas hibernus tepor alit. In hac aëris indulgentia Britannicus ager omnis generis semina facilè concipit, proceras lauros habet, Rosmarini planta apud multus gentes ipsa cura, qua educatur pretiosa, hic vulgaris, & nonnunquam in sepes velut hortorum custodiam stipata.* Hæc soli fertilitas & opes regionis fecerunt Romanorum opulentissimi pecunias Britannis ad censum lõcarent. Dio de Seneca refert, eum Britannis quadringenties sestertium, siue quadringenta aureorum millia quæstui & fœnori dedisse. Hæc eadem vbertas Romanos Imperatores ad totam Britanniam suscipiendas expeditiones impulit. Nam postea, quàm Iulius Cæsar secunda nauigatione Britannos deuictos ad obsides dandos, & vectigal Romanis pendendum adegisset, eius successores vt illas insulas in fide conseruarent, multum vigilarunt. Augustus ipse iam armatus & accinctus eo festinabat, cum sic pro eius incolumitate Fortunam Horatius deprecaretur.

Barclaus in icone ingeniorum c. 8.

2. causa. Expeditiones Rom. Cæsarum in Britãniã Iulij Cæs. lib. 5. belli Gallici.

Augusti, Horat. lib. 1 Ode 35.

Serues iturum Cæsarem in vltimos orbis Britannos.

Claudij. Suet. in Claud. c. 17

Sed iratum, missis Legatis in Gallias cum peruenisset, placarunt. Exinde mansuetum in officio, donec Claudius imperaret, nouis exortis inibi belli tumultibus, his vt comprimeret, eodem collectis ingentibus copijs cum ijs terra mariq; profectus est, & insula sine sanguine paucos intra dies recuperata, sexto quam Româ discesserat mense redijt, & apparatu maximo triumphauit, Vespasianus verò tricies in Britannia cum hoste conflixit, ac superatis duabus validissimis gentibus, oppidis 20. captis, iterum subiugauit. Postea plus etiam operæ Cæsares in Insula muniendâ posuerunt: nam Adrianus cum ibidem moraretur, murum ad 80. passuum millia produxit, qui Barbaros à Romanis separaret, Septimius autem Seuerus confectis quibusdam in Britannia bellis, alium per transuersam insulam excitauit: quorum operum murus Theodosij superauit latus octo pedes: duodecim altus, qui linea recta ab ortu in occasum porrigebatur.

Vespasiani

Adriani, Seueri.

3. causa ob colonias Romanorũ Britannicas.

Tertia successit causa ciuibus Romanis in Insula commorandi, Coloniæ permultæ eo traductæ: nam vt Imperatores sedem alijs in locis sibi stabilirẽt, ciues suos eo cum illustribus quibusdam viris, Magistratum ibi gesturis, destinabant, vt exẽplo & auctoritate regionẽ in fide & obseruantia Senatus populiq; Romani continerent. Florebant in Britannia iam ante S. Vrsulæ natales quinque celebres Coloniæ: Primum Cam-Alodunũ Tacito. Altera Diuana, Leg. 6. Ptolõ. Tertia Eboracũ, Leg. 6. victrix Ptolom. Quarta Lõdinũ apud Tacit. Quinta Victricẽsis ex vetust. inscript. Onuphr.

Tacitus l. 12. An. Onuphr. de Ro. Imp. descript.

Iã verò, qui in Colonijs Magistratũ gerebãt, cũ tẽpore S. Vrsulæ facta potestas esset ex hostico suis armis fundos acquirendi, cœperunt potentia diuitijsq; pollere, & quandoq; sibi vicinorũ Principum & Regum filias matrimonio coniungere. Vnde vel Romani Senatores Britannarũ nobilium feminarũ ambiebant nõ raro cõnubia, id multi probant exẽplo Auli Rufi Pudentis, siue primipili, siue eius qui ex Hetruscã nobilitate tribunatũ, inde Senatoriũ meruit ordinẽ, is Claudiã Britãnã Græcis & Latinis literis excultissimã sibi delegit coniugẽ: quam his versibus celebrat Martialis

Senatores Romani ducũt vxores Britannas.

Pudens Claudiam *Martial. li. 11 epig 54.*

Claudia cæruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiæ pectora plebis habet?

Qui

Quale decus formæ? Romanam credere matres,
Italides possent Atthides esse suam.

Hanc duxisse videtur, cùm militaret in Britannia Romanis ad Septentrionem in cuius ita meminit idem:

Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule Triones, *Lib. 4. epig. 14.*
Cominus & Getici sidera ferre poli,
O quam penè mihi stygias ego raptus ad vndas,
Elysiæ vidi nubila fusca plagæ?
Sospite me sospes Latias reueheris ad vrbes,
Et referes Pili præmia clarus eques.

Felices hos coniuges esse quidam putant, qui Claudij Cæsaris tempore primi Petrum Romam venientem hospitio susceperunt, & cum liberis Nouato & Timotheo, Praxede & Pudentiana Christo renati domum suam primam etiam vrbis ecclesiam consecrarunt: alij negant, qui hunc Pudentē Martialis tēpore posteriorē: hominem flagitiosum, & vix primipilum agnoscunt: mihi satis est ostendere Italos Britannis matrimonio copulatos. *Baron. An. 44. n. 28. A. 164. n. 5*

Vnde si Claudij tempore vel Domitiani, multo magis Adriano & Septimio Seuero regnantibus, & ibi diutius commorantibus, Romani frequentes in Britanniam commigrarunt, præsertim cum Vitus Basinstochius elit eòdem iure coniugij Seuerum etiam regnum Angliæ simul adijsse. *Seuerus, t, mœrore magis, quàm morbo consumtus, cùm annos octodecim imperans iure mariti Britanniæ quoque Rex esset, Eboraci vita defunctus est.* Nec insolens hodie Romanum Imperatorem electione Septemuirali creatum, alio iure Regem Bohemiæ & Hungariæ remanere. Seuerus Rex Britanniæ dote vxoris.

Itaque cùm ob Britannici soli fertilitatem, & creberrimas eò destinatas expediones ac colonias eò deductas Romanorum etiam nobilissimi quique sedem ibi bonorum cōstituerent, indigenarum feminis sibi matrimonio fœderatis, suspicari quis posset Agrippinum Senatorem Romanum ducta coniuge Demetria, beneficio dotis Albionis certam partem cum regia dignitate sibi comparasse, eamque deuictis alijs Romanorum voluntate, quibuscum societate iungebatur, auxisse: vnde perfacilè erit postea tueri Romanam peregrinationem, si dixerimus Virgines quasi Romæ cognatas & affines inuisuræ, celata religione cum Cæsaris etiam consensu tantum iter suscepisse: præsertim cum omni anno Romam è Britannia eundi & remeandi continua ferè securitas & opportunitas præstaretur.

CAPVT VII.

De matre sponsi Demetria, varijs sponsi nominibus, & pia educatione.

VXor Agrippini Regis Demetria nominatur: sic eam titulus sepulcralis, vaticinium S. Elisabethæ & B. Hermanni nuncuparunt: ex ea tres Agrippinus suscepit liberos, duas filias, alteram Comiti desponsam: alteram Florentinam in Vrsulana Sodalitate Virginem Martyrem, & filium regni heredem Conanum proprio nomine appellatum: Fuere posterioribus seculis eiusdem nominis Reguli Britannici: vnde quidam ad sequentia tempora martyrium hoc reuocant. Quasi verò non soleant in eadem gente plures eiusdem nominis Reges imperare? quot enim in Ægypto Pharaones & Ptolomæi, in Syria Demetrij, in Scotia Fergusij, Kennethi, Iacobi? Iam, dum hoc scribo, Sedi Apostolicæ præsidet Innocentius Decimus, Imperio Romano Ferdinandus Tertius, Regno Hispaniæ Philippus Quartus, Galliæ verò Ludouicus 14. Quod si quis ea, quæ vni sunt propria, velit alteri propter solam nominis communionem tribuere, quæ rerum omnium confusio, vel perturbatio sequeretur? Censet non malè Cicero tam portentosas & dissonas de Dijs Gentilium opiniones inde dimanasse, quod cum eiusdem nominis plures Ioues, Bacchi, Mercurij reperirentur, posteri tamen omnia, quæ diuersi Scriptores de diuersis Bacchis *in lib. de nat. Deor.* Mater Sponsi Demetria. Proles, Sponsi nomen ante Bapt. Conanus.

& Mercurij narrarunt, vni cuidam vniuersa tribuerunt. Vnde libenter do Galfredo, Hectori, Fleieno & alijs sponsum ante Baptismum Conani nomen habuisse: complures etiam postea nominis eiusdem Principes vel Reges ibidem floruisse. Addo cognomen ei nondum Christiano fuisse Holofernis, quod B. Hermannus eidem ob formæ venustatem & eximiam animi fortitudinem datum esse asserit.

Cognomē Holofernes. *l.1.c.7.*

Idem tamen sponsus cum Moguntiæ triduo ante martyrium manibus Cyrici Pontificis sacris laticibus ablueretur; is, qui totus cœlestis regni desiderio ferbatur, Ætherius optauit deinceps appellari: quod etiam eius sepulcrali titulo rimen insertum est: vt quoties eo compellaretur, cum Apostolo posset ex vero dicre: *Nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde etiam Saluatorem exspectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ.*

In Baptismo vocat⁹ Ætherius. *Phil 3.*

Natus igitur circa annum Domini 213. Zephyrino Pontifice, Septimio Seuero Cæsare, in Albione, cum Agrippinus belli negotijs, & regni propagandi curis intenderet; mater Demetria, licet gentilis, tenerum indefessa vigilantiâ, commodis & temperatis moribus ad omnem virtutem informauit; & iam puber nihil æquè detestaretur, ac id, quod ingenuo pudori & castitati aduersaretur, vel contra rationis præscriptum grauioris noxæ speciem præ se ferret. Erat enim, vt postea pluribus exemplis docebo, seculi istius moribus receptum apud Germanos, Danos, Norwegos, & alias Aquilonares gentiles nationes, vt maternis institutis proles nihil æquè fugerent ac detestarentur, ætate etiam additiore, quàm libidinem & turpitudinem: vnde nonnunquam piæ matrum eductioni cum fauor quidam cœlestis singularis accederet, gentiles etiam nonnulli 20. vel 30. ætatis annum innocentiæ, castitatisque florem illibatum conseruarunt: satis sit eam rem Hiberni gentilis Kiriani exemplo, qui centum post Ætherium vixit annis, confirmare, cuius vita vetustior hoc de eo commemorat: *S. Kirianus 30. annis in sanctitate & integritate corporis, & animæ in Hibernia habitauit, sine baptismo quia gentiles tunc erant Hibernienses: sed tamen inspirante Spiritu Sancto in suo sancto mulo Kiarano religiosus perfectus in suis moribus ipse viuebat, & audiens famam Christianæ religionis in vrbe Roma esse, deseruit Hiberniam, & adiuit Romam, perueniensq; illic baptizatus est.*

Tempus natiuitatis

educatio pia & casta,

apud gentiles etiam

Innocētia in gentili & sanctitas mira. *Vsserius de Eccl Brit. c.16. f.788.*

Hoc eodem duplici adminiculo peculiaris diuinæ prouidentiæ, & maternæ educationis vitam tam innocentem per ipsam etiam adolescentiam traduxit, qui fidem Christianam edoctus hanc cum lacte suxisset materno: vnde hoc de eius vitæ integritate apud S. Elisabetham affirmat Angelus, *Antequam fidem Christianam suscepisset, tam modestè, tamq; innocenter vixerat secundum statum vitæ illius, quem tu gerebat, vt videretur Scriptori tituli eius rectè omnes annos eius posse appellari fideles.* Sed hunc tam eximium fructum maternæ deberi vigilantiæ, tradit his verbis B. Hermannus: *Ipse iuuenis regius tantæ Virginis sponsus adhuc virgo existens nunquam mulierem cognouit aut vxorem, custodiente illum matre sua, & doctrinante optima muliere & regina pijssima, quæ in omni castitate & munditia, & honestate morum eum instruxit erudiuit. Discant ergo matres ab ista sumentes exemplum, & doceant filios & filias suas, atque familiam castè viuere, iustè & piè incedere.* Rarum in regijs aulæ delicijs innocentiæ & castitatis exemplum: quod licet etiam in S. Luduici noni Galliarum Regis adolescentia eluxerit, cui Blanca mater sanctissima frequenter illud insusurrabat: *Malo te mortuum, quàm in peccato mortali videre*: in hoc tamen est admirabilius: quod gentilis cum esset, matris etiam gentilis institutione, sic fuerit in ea corporis & animi mundicia conseruatus. Hic sponsus castissimæ Virginis Vrsulæ debebatur, cuius pari studio multa millia regiarum prolium cœlo transcriberentur.

Ætherius matris educatione conseruat innocētiā. *S. Elisabeth c.12.*

B. Herm. l.1.c.19. & castitatē

vt S. Ludui cus,

* * *

CAPV

CAPVT VIII.

Mittuntur Legati pro conciliandis nuptijs.

ATtigerat Ætherius tertium & viceſimum ferè ætatis annum, cùm Agrippinus Rex vulgatâ virtutum famâ, & pulchritudinis miraculo Virginis Vrſulæ, mox animum adiecit, vt eam filio iungeret matrimonio: quam voluntatem cùm Ætherius ſignificaret, aſſenſus eſt perlibenter filius, & communi conſilio mittunt Legatos ad Dionethum Regem, vt eius & Vrſulæ Virginis animum vel promiſſis & blanditijs inclinarent, vel minis etiam ſi opus, expugnarent. Qui longum emenſi ex Albione in Hiberniæ partes ſemotiores iter, vbi Regiam attigerunt; Regum ſuorum deponunt Dionetho conſilium, & propenſam voluntatem: proponunt ampliſſima munera veteris opulentiæ tam ipſi, quàm ſponſæ tranſmiſſa, quo faciliùs inflectent. Oſtendunt petitionis æquitatem, & emolumenta communia, ſi genere, fortuna, moribusq; pares Reges fœdere coniugij copulentur, vt duo regna conueniant in vnam familiam, quę viribus, opibus & potentiâ auctiora, poſſent faciliùs hoſtibus reſiſtere, populoſq; ſubiectos terra mariq; defendere.

Vet. hiſt. c 3 B. Herm. l. 1. c. 2.

Legati mittuntur

Cap. 4. petunt Vrſulæ cum Ætherio cõnubium

Hanc iuſtiſſimam & æquiſſimam Regum ſuorum voluntatem, ne Dionethus ſpernaretur, orabant; ne Agrippinus, ſi tam rationibus vtriuſque regni commodas & vtiles concordiæ leges repudiari cognouerit, ſe contemtum & deſpectum iniquè vlla ſua culpa meritò queratur, & cogatur inuitus iuſtam offenſionem repudiationis ignominioſæ bello vindicare; Sciat Dionethus Albioni vires non deeſſe, caueat ne victus & inuitus cogatur ea tandem concedere, quibus florente fortuna, viribus integris, magna Hiberniæ gloria, gentis vtriuſque ſummo commodo poſſit ſibi Reges Albionis immortali beneficio obligare.

minas addunt.

Turbauit ea res non parùm Regis animum, ne quid tamen inopinatâ in re temerè ſtatueret, cum regni ipſius periculo, filiæ ſuæ cenſuit antè voluntatem & conſenſum exquirendum, quod rationi conſentaneum Legatis etiam videbatur, dilato in diem alium reſponſo. Interim Dionethus animo verſabat anxius & ſolicitus, quid ageret? Traderet Gentili Regi filiam? at non erat neſcius, eam à virginitatis proposito, nec cum vitæ quidem periculo poſſe dimoueri. Negaret? ſed minas iraſci Regis & potentiam continuis bellis & victorijs incredibiliter auctam, ſubuereparatur, vt armis decernere temerarium videretur. Neque tam vitæ propriæ periculum, vel regni totius pax & tranquillitas, quàm ſalus æterna ſubiectorum populorum eum ſolicitabat: nec enim tantùm direptiones vrbium, conſtuprationes virginum, & cædes innocentum oculis proponebantur; ſed fidei Chriſtianæ templis & aris euerſis toto regno proſcriptionem & interitum certum formidabat, ſi Agrippinus Gentilis obtenta victoria rerum potiretur.

Differt reſponſum Dionethus.

Cap. 5. Solicitudo eius.

Vnum reſtabat perfugium, vna deſperatis rebus ſalutis anchora, feruens opis diuinæ & ſupplex inuocatio. Quare Regem Ezechiam imitatus, regnum & filiam cœleſti commendauit curæ & tutelæ, ne à Catholicæ religionis hoſtibus filia Chriſto deſponſa violaretur, & regnum cum fide Chriſtiana peſſundaretur.

Aduertit ea patris triſtitia Virginis Vrſulæ ſtatim animum: quam licet celatent parentes cauſam mœroris, ſuſpicata tamen id, quod erat, & pro virginitate ſeruanda ſolicita, ne cogeretur inuita terræ filium Sponſo cœleſti præponere, mox ad conſueta confugit arma, ieiunijs, precibus & vigilijs Deum & Cœlites per diem & noctem orauit, & obſecrauit non ſine lacrymis, ne virginitatis adiret diſcrimen, & patria cum religione Catholica funditus extingueretur. Ergo Sponſi cœleſtis fidem & opem ſupplex implorauit, vt rebus afflictis, & ferè perditis opportunè ſubueniret.

Vrſulæ preces.

CAPVT IX.

Angelus prædicit Vrsulæ, Sodaliumq; martyrium, imperat sponsali & pactum, vt vndecim millia Virginum colligantur pro dedicanda triennio virginitate.

Deꝰ alternat aduersis prospera.

DOminus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit : qui licet electos sæpè permittat calamitatum periculosissimis iactari fluctibus, ne superbia mium efferantur ; serenato tamen mox cœlo vicissim eosdem diuinorum solatrum radijs illustrat, & recreat compressis procellis, ne concidant animo, vel desperationis vorticibus sorbeantur. *Fidelis enim Deus, qui non patitur nos tentari supra id, quod possumus ; sed facit etiam cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere.*

1. Cor. 10.

Cõmoda huius doloris.

Magnum cœlo vectigal peperit tantilla turbatio & mœror animorum : morum millium conuersio, sanctitas & martyrium, illas preces, illa suspiria consecta sunt, & exigua inedia vigiliaq; tantilla sementis ; plusquam millesimo fœnore messem vberrimam impetrauit. Tantum nouit cumulum bonorum infinita Dei sapientia minutis è mortalium calamitatibus fortiter toleratis elicere.

Angelus nocte apparet Vrsulæ.

Intempesta nocte, quæ decretoriam responsi Legati dandi diem præcurrebat, exhausta ieiunijs Vrsula precibus inuigilabat, quam fractis nimia contentione vibus pene fatiscentem somnus corripuit, mox cœlestis internuncius per quietem dem visus, diuinam aperit voluntatem, iubet consensum Legatis præstare, recipere

Mandat cõsensum.

munera sponsalitia, sponsumq; Ætherium de futuris post triennium, si vita comes, nuptijs securum reddere: Vnum postulare, sponsus, vt fidei Christianæ rudimens interim imbuatur, & vndena virginum millia colligantur pari regni vtriusque studio : quæ specie Sciamachiæ nauali, & ipsæ Christi fidem doceantur : futurum autem, vt diuina fauente gratia, petitioni satisfaciat ; & tot millia virginum collect Duce & Magistra Vrsula non tantùm fonte lustrico Deo sint regeneranda, sed vi cum sponso, permultis Regibus & Episcopis elapso triennio prope Coloniam martyrio coronanda.

Dictat fœdera sponsalitia.

Cap. 6. Vrsula parentibus Dei volũtatem exponit.

Absterſit ea tam inopinata narratio mœrorem Virginis, iam securæ virginitatis & martyrij, nec proprij tantùm ; sed etiam sponsi, totq; millium virginum, qui esset ipsa Dux à Deo electa comitibus Angelis ad cœlestem patriam euectur Gratijs igitur diuino numini pro tam insperato beneficio feruenter actis ; Parent adhuc metu fluctuantes adit vultu renidente & sereno ; proponit cœlestis Par nymphi responsum, & pacta diuinitus concepta. Exhilarauit mirè tam improuisũ è cœlis auxilium in tanta rerum desperatione Dionethum & Dariam : eoq; magquo vehementius diuinus spiritus interno impulsu eosdem impellebat ; vt aperi veritati firmiter adhærerent ; & se ad tanti operis molitionem (quod per ipsos & liam Deus exsequi desiderabat) constantius spretis occurrentibus difficultatib accingerent.

Cap. 7. Assensus Legatis præstatur.

Vrgebant interea Legati reditum in Albionem, quibus (re iterum Deo precibus solicitè commendata) intromissis, Rex Dionethus præsente filia, gratam sibi, liæq; suæ ostendit tam æquam Agrippini Regis, & Ætherij filij petitionem : n dubitare se, quin diuino prorsus consilio pares regiæ dotes, virtutes & mores vtriusque feliciter sint coituræ.

Pacta dotalitia.

Vnum Rex Dionethus filiæ nomine postulabat, vt cùm sæpè dissidium religionis coniugum amorem dissociarit ; certo cùm regnorum interitu, sponsus trien nij tempore sineret se fidei Christianæ dogmatibus instituí, postea fonte baptismatis ablui, optare filiam, eodem temporis spatio cum delectis vriusque regni studi decem genere & forma lectissimis virginibus, sibiq; & singulis reliquis mille puell attributis, in vndenis triremibus suam dedicare virginitatem.

Recreati exoptato pridem responso iam accepto Legati, oblatis & recept

muner

mineribus, magna celeritate reuerterunt in Albionem, & Agrippino Regi filioq; consensum Vrsulæ Virginis, munera cum pactis ipsis obtulerunt. Et quoniam amore recte veteres cæcum pinxerunt, continuò sponsæ votis, nec sine diuini numinis Regum corda, quò vult inclinantis fauore, Ætherius annuit, & nonnihil reluctantem parentem in suam etiam pertraxit sententiam; vnde subscriptis vtrimque conditionibus, vrget negotium sponsus, delectum edicit Virginum, vt quam celerrimè, cum regni sui gloria & magnificentia, puellæ regiæ vicinis etiam è regnis cognatorum & affinium literis vel missis legationibus inuitentur.

Cõfirmatur ab Ætherio.

Delectus Virginum edicitur.

CAPVT X.

Quorum auspicijs, ductu, delectu & industria, tam in Britannia, quàm transmarinis locis exercitus Parthenicus collectus, & ad S. Vrsulam transmissus sit.

CVm bellum aliquod formidolosum, contra potentes hostes gerendum longè antè prouidetur, præter bellici nerui, pecuniæ dico collectionem, machinarum, instrumentorum, & omnis apparatus martij præparationem, delectus non vbi tantùm in regno, sed in cognatorum & affinium regionibus missis cùm mandato & potestate Centurionibus, Chiliarchis vel Tribunis habentur; milites sub signis colliguntur, lustrantur, armantur: ac rebus omnibus necessarijs instructi, diuersis itineribus secura via ad regnum deducuntur, in quo castris fixis tempus opportunum gerendi belli exspectatur: interim milites quotidianis meditationibus & exercitationibus militaribus ad omnem aleam belli subeundam præparantur, vt aciem struere, hostem inuadere, mœnia conscendere, tranare fluuios, & quæcunque bellicus vsus exigit, pro re nata strenuè, fortiter & constanter exercere valeant. Similis omninò mihi Parthenici nostri exercitus collectio videtur extitisse.

Belli qualis soleat esse apparatus,

Bellum nouum & inusitatum magnis apparatibus iussu diuino instituebatur aduersus tartareas potestates: colligendus in vnum erat flos delibatus virgineus ex orbe terrarum: cum delectis Episcopis, Regibus, Ducibus & Principibus, quorum auspicijs & ductu prælium ingens cum hoste in Agrippinatum campis committendum & glorioſa victoria reportanda. Operis tanti machinatrix puella regio satu progenita designabatur, vix pubertatis annos egressa: cuius suasu duobus in regnis initia tanti moliminis facienda, quatuor præcipuis administris: sponsi nimirum vtriusque parentibus: Eorum vt operâ primùm puellæ genere, forma, virtuteque selectiores cogerentur duobus in regnis proprijs; tum vt tam Patres Reges Agrippinus & Dionethus, quàm Reginæ matres, suos quisque Fratres, sorores, cognatos, affines & notos, eorumq; filias virgines tam ad colligendas turmas Parthenicas è suis familijs, regionibus & ditionibus inuitarent: quam ipsos etiam incitarent ad exercitum illum nouum Parthenicum nuptiarum specie collectum inuisendum, & si volupe esset, comitandum, præsentiaq; cohonestandum.

& in hoc virgineo S. Vrsulæ.

Principio multùm laborauit Dionethus Pater S. Vrsulæ (fœderibus consensu mutuo firmatis) vt principes quasque virgines, viros & feminas propriæ familiæ literis vel Legatis missis ad eam inuitaret societatem: is tres numerabat Fratres, sorores totidem, à singulis lectissimas filias petijt & impetrauit. Ludouicus fratrum vnus duas submisit, Pinnosam & Euodiam: illa post Vrsulam Reginam, cui dignitate proxima fuit, castris totis virgineis imperauit. Alter fratrum Herwicus ex consorte thori Hirmegarde tres susceptas filias Sapientiam, Serenam & Eulaliam castris Parthenicis auctorauit: & ipse fortè secutus eas est: nam in catalogo Cæciliano Herwicus aliquis Rex nominatur. Tertius Helindius filium Helindium iuniorem Ducem eò destinauit, quem vxor Anna cum filiabus Spe & Euphrosyna sunt comitati: præterea vxorem suam Adwigem Ducissam eodem cum Cordula

Dionethi Patris S. Vrsulæ tres fratres: totidẽ sorores 1. Ludouicus 2. filias mittit. 2. Herwicus tres. 3. Helindi⁹ filium cũ vxore & 2. filiabus. *B. Herm. lib. 1. c. 4.*

Principum Virginum quarta concedere permisit: cuius quædam sacra ossa in templo Cæciliano piè conseruantur.

Sorör primaIosippa cũ tribus filiabus accessit, & sorore Eulalia.

Sororum Dionethi prima Iosippa tres ex Eusebio marito procreatas prolis Eleutheriam, (proximam à Pinnosa & earum vnam, quæ cunctis præsidebant) Iosippam & Nestoriam misit, quas & mater postea subsecuta cum sorore sua & Dionethi Eulalia: nam soror eorum tertia Thelindris filiam Placidam eodem destinara

Consobrinus Dionethi Rex Ægidius comitatur cũ duabus filiabus. Lib. 2. c. 2.

Habebat Dionethus consobrinos Reges & Principes viros, in quibus emirbat Ægidius Rex, cuius cum filia Florentia Principum Virginum tertia, quæ cunctis præsidebant, Placentiam sororem cum sponsis ad Vrsulana castra adduxisset, ipsum postea parentem Regem Ægidium cum vxore Helena pellexit eodem, & lauream martyrij desiderandam inflammauit: eorum reliquiæ apud Ioannitas Coloniæ diu quieuerunt. Caput Ægidij Regis in horto Deiparæ Cisterciensis Parthonis piè colitur: sed recentiori manu Rex Franciæ nominatur.

& alter Wilhelm⁹ Episcopus trahit secũ trecentas.

Nec minus filiam materteræ suæ Chelindrem, chiliarcharum vnam cum soror Virgilia Dionethus ad se allectauit: operâ potissimùm alterius vsus consobrini, cui Wilhelmus dicebatur, mythra Pontificali decoratus: is maioribus Regibus vtraq; ex linea materna & paterna procreatus, quos potuit fratres, sorores & cognatos verborum mira efficacitate, suoq; perpulit exemplo ad castra Parthenica. Nam Iacobum fratrem cum filiabus Verena & Florentina; sororem Gerasinam cum nomine eiusdem filia; tertiam etiam Gerasinam virginem fratris alterius sobolem, cum secundæ sororis Florentinæ duabus prolibus Gelasia & Florentina, item Genouefa & Bilonnam tertij fratris filias secum duxit ad S. Vrsulam. Quibus omnibus tot alias virgines consanguineæ vel affines accessêre, vt tres centurias confecerint, ducibus duobus fratribus Wilhelmo & Iacobo, ac Gerasina sorore.

Cap. 14. Rex Auit⁹ totidẽ mittit cũ filiabus & neptibus.

Eadem felicitate Dionethus alterius Regis Auiti consanguinei familiâ castissimis virginibus spoliatâ trecentis iterum puellis auxit exercitum Parthenicum: his postea chiliarcharum tres electæ, Columba filia Auiti, quam soror Cordula sapabat; Chelindris, de qua suprà, cum Virgilia 40. comitatu Virginum decorata; Odilia cum sororibus Iulia & Vrsicia, quarum Auunculus Rex Auitus erat: cui etiam filia quædam Agatha Regi maritata, duas eò misit filias Agatham & Agnetem 60. stipatu virginum regiæ ferè prosapiæ. Filij Regis, sororis imitati exemplum duas singuli filias adiunxêre. Præterea Rex idem à fratribus tribus, septem filias; à duabus sororibus nuptis quinas obtinuit: vti Regina vxor 14. filias sororum & fratrum suorum ijsdem sociauit.

Cap. 8. & 21 Oliua cũ Oliuerio Rege penè mille adducit.

Successu persimili cognatam Reginam Oliuam Patrui sui Cleopatri filiam Dionethus ad visendam classem Parthenicam literis vel nuncijs euocauit: Erat hęres regni triennio iam ante regio diademate decorata, & despõsa Oliuerio Iunio Regi: quæ dum vnà cum Luminosa sorore ac centum quadraginta duabus electis virginibus aduenissет: amore sponsæ Rex Oliuerius incitatus cum centurijs etiam aliquot virginum aduolauit. Auxerat Fideana Oliuæ cognata cohortem Oliuæ 40. virginibus: Agatha verò & Agnes gynæceum 60. virginum regij ferè sanguinis adducebant: Accesserat & Tecla cognata cum alijs; vt tres centurias Oliuæ statuatus totidem & Oliuerij confecerit: Quinetiam Natalia Regis Arthuri consanguinei Dionethi filia, huius etiam literis excitata, tot patruorum, materterarum & agnatarum neptes, & alias attraxit: vt 365. (comite Episcopo Benedicto & septem matronis nobilissimis custodibus, ne quid in itinere in leges pudicitiæ peccaretur) turmæ Oliuæ adiecerit: qua cum profecta, sic aucta societas Vrsulana, vt Oliueri cum suis adiuncto, Chiliadem ferè virginum compleuerit comitatus.

Accessu Nataliæ.

Cap. 9. Rex Crophorusducentas secum rapit.

Animauit tam felix euentus Dionethum, vt plures etiam Reges consanguineos Parthenicis castris associaret: ideo Cleopatram Crophori consanguinei Regis vxorem, ad filiæ suæ Vrsulæ militiam inusitatam inspiciendam inuitauit: veni cum vxore Rex ipse Crophorus, ducentarum secum agmen virginum rapit, diuino monitus oraculo. Simile diuinum responsum interprete quidem Ioanne Euangelista permouit Regem Lucium, cognatum Dionethi, vt Iotham chiliarcharum

Cap. 10. Rex Luci⁹ 330. mittit

chrum primam, & Geminianam Iustitiamque filias ad S. Vrsulam præmitteret, & trecentas & triginta Virgines eodem destinaret. Præcesserat eiusdem filia Eugenia Sichero Duci maritata, cum prolibus Vereha & Margarita: quas imitatus ipse Dux Sicherus: peregrinationis molestæ laborem omnibus caducis rebus anteretulit. Præter hunc generum suum filiorum & filiarum suarum electiores soboles: quin & vxoris suæ familiæ florem virgineum delibatum Parthenico insertum paradiso, vt ibi Deum superosque candore virginitatis & purpurâ martyrij variegatus odore suo recrearet potius, quàm in mundi ericetis marcesceret: Trahea pietas Lucij Regis affinem, Alexandrum Ducem, insigni virtute & religione virum, vt adductis secum quinque filiabus & vxore Eugeniâ stipatu centum & quinquaginta octo Virginum exercitum candidatum Vrsulæ feliciter exornaret: ossa Ducis huius & S. Eugeniæ, filiæque Angelinæ in S. Cæcilia Coloniæ pie religioseque honorantur. Mira vis eloquentiæ, cui vitæ rationes & exemplum præbet auxilium. Socer Alexandri Clodoueus Rex tam filiæ Eugeniæ, quàm generi persuasus salutaribus monitis, copiosâ filiorum ac filiarum sobole ductis & quinque puellis auget exercitum Vrsulanum.

Cap. 16. Alexander Dux 158.

Cap. 11. Rex Clodoueus 205.

Nihil Daria mater S. Vrsulæ marito concedebat in pietatis studio, nihil in candis consanguineis, & castis virginibus aggregandis: nec deerat occasio: nam octo nacta fratres, sorores verò sex, à singulis ferè quas potuit filias, vel neptes sustulit, & adscripsit militiæ Parthenicæ. Gelasius certè frater è sua progenie quatuordecim: sedecim verò misit fratrum alter Alexander: tres alij Eustachius, Willibrordus, Gilo quinas obtulerunt. Sororum Dariæ mira eluxit pietas: prima Alexandria coniugali fœdere deuincta erat Pipino Duci, Arthuri magni Britanniæ Regis germano: cui duos genuerat filios, Columbanum Episcopum, & Euodium Ducem: vtrumque Martyrem: & hunc etiam Eugeniæ Martyris patrem: secuta mater filios comite filia Marcella, quam duæ pariter soboles Cleopatra & Pretiosa affectabantur. Par in sorore Dariæ alterâ Eulaliâ fuit: quæ parum esse rata Virgines duas filias secum rapuisse: nisi è thalamo regio Sibiliam Regi copulatam, omnibus naturæ, gratiæque dotibus cumulatissimam ad castra Virginea permouisset. Vnaque hæc matertera Reginam Vrsulam neptem consilio & auxilio quibuscunque in rebus peregrinationis tempore gubernabant.

Dariæ matris S. Vrsulæ, *C. 19. & 20* Fratres, Sorores.

Tertia soror Gerasina neptes è filijs & filiabus submisit nouem: at septem Eucia soror, quæ cum ipsis quatuor etiam filias virgines donauit.

Traxit Daria in eandem sententiam auunculum suum Iwanum ætate præcipitante Pontificem sanctissimum, & vt quidam putant Londinensem: qui cum castitatis laude celebraretur: & eiusdem amorem notis instillaret, agmen quingentarum Virginum stitit Vrsulanæ sodalitati: præsertim cum sorori Matronæ dictæ mentem eandem iniecisset: quæ cum maritum suum Magnum Principem ad idem pellexisset, tota parentem vtrumque domus sequi voluit: Virgines in ea filias tres numerabant, Benedictam, Sapientiam, Illustrem: quas maritatæ duæ Cornula & Prudentia cum filiabus quinis comitantur.

Cap. 4. Iwanus auunculus

Nec difficile fuit idem germano Magni Sibaldo vxoriq; eius & filiæ Cleopatræ persuadere, quorum etiam sorores & consobrinæ filias submiserunt.

Erat Benedictæ frater Selantius: quem, cum auunculus Iwanus ad idem propositum exstimulasset, Sapientiam sponsam (in alia tamen cohorte) sequi voluit, cui præerat Eleutherius Episcopus ab Eustachio comite persuasus. Incredibili flagrabat Eustachius ille cupiditate, quoscunque posset, notos & familiares ad martyrium præparandi, similem nactus vxorem Sibiliam, qui cum omnes omnino filias suas sex, tam virgines, quàm maritatas, & harum septem soboles: filiorum verò suorum filias neptesq; vndecim permouissent, Eustachius quidem à fratribus & sororibus septendecim proles; Sibilia à suis quindecim obtinuit: in quibus quatuor filiæ Macharij Principis excellebant, quas parens secutus, pro fide pariter fuit obtruncatus.

Cap. 5. Eustachi⁹ Comes Martyr cũ 6. filiabus, 11. neptib⁹. Machari⁹ cũ 4. filiab.

Cogna-

Cap.15. Sirani Regis filiæ.

Cognatam habebat Daria Sibiliam Regi Sirano coniugio fœderatam: qu regio misit apparatu filias Virgines Sibiliam vnam Chiliarcharum & Eugenian nuptas item Luciam Ducem & Iulianam Comitem cum tribus filiabus: & quinque filiorum prolibus. Acceſſere Regis vtriuſque Fratrum & Sororum filiæ cognatorum etiam ſoboles, vt 180. Virgines numerarentur.

Comitatus 180.

Cap.13. Pipinus Rex.

Pari conatu & euentu Daria cum Dionetho Pipinum Regem in orientali Britanniæ plaga dominantem cum vxore Margarita literis inuitarant: ij Reges omne multitudine prolium Deo dicatarum ſuperarunt: nam quatuor filios, & tres filia martyrij conſortes eſſe voluerunt, præter vndecim neptes vel nepotes.

Comitatus 260.

Extorſit Pipinus à Fratribus & Sororibus liberos 17. & Margarita ſedecim à ſuis, vt cohors tota 260. Virgines complecteretur, quam vnà cum filiabus Vrſul tranſcripſere.

CAPVT XI.

Ætherij ſponſi delectus Virginum.

Cap.7.

CErtabant paribus ſtudijs, nec euentu diſpari Parentes Ætherij ſponſi, vt chiades aliquot Virginum ſuis è regnis conficerent, Deo cuncta finem ad optatum medijs congruis dirigente: vt volentibus etiam & offerentibus Parentibus magnam licet partem Ethnicis, ea virginum collectio nullo negotio perficeretur.

Fratres Agrippini.

Agrippini Fratres quinque, filias dimiſere ſeptem: ſorores eiuſdem totidem nouem addidere ſoboles, quas inter Nicolitta ſoror cuſtos & ductrix Virginum martyr cum alijs occubuit, tribus aſſumtis liberis, Nicolitta, Euphraſia & Eunomia.

Ducentæ cognatæ Ætherij ſponſi.

Viduata iam Virginibus domo paterna, proximos quoſque ſanguine Regis Agrippinus ſolicitat literis: ducentæque regia proſapia Virgines cognatæ Ætherij ſponſi caſtris ſe Parthenijs adiunxerunt. Has inter Regum filiæ Lucia & Anaſtaſia præfulgebant. Lucia quidem Placida ſorore comite quinque ſecum Fratrum attraxit filias, ipſa poſtea mille Virginibus imperauit. Anaſtaſia verò Regis parit: Gentilis (vti Lucia) filia, præter ſorores Euſebiam & Chelindrem, Fratrum & Sororum filias octo ſibi ſociauit: ita vt ea non cohors, ſed legio paternæ lineæ, 164. capita intactarum virginum numerarit: quam ducebat Epiſcopus & Regis Frat: cum Nicolitta ſorore Regis Agrippini.

Comitatus 1640.

Cap.28. Axparæ induſtria,

Alteram legionem feminæ duæ ſpectata virtute & animi celſitudine Regiæ Axpara & Dux Anchira conſcripſerunt, conſobrinæ Ætherij ſponſi. Axpara ſuſceperat ex marito Rege quinque filias & tres filios; filiarum vnica teneris in annis manſit in regia; filias autem duas Virgines Rubetham & Luciam, & maritatarum quaternas adduxit ſoboles cum matribus: tres item filijs iam vxoratis proles vnà cum vnius ſponſo Folguino Magni Folguini Regis filio tranſmiſit.

Filiæ,

Fratres & Sorores.

Porrò à Fratre Rege binas ſoboles, in his vnam ſibi cognominem Axparam accepit: Fratres reliqui ſex addiderunt: duæ ſorores maritatæ cum quinque liberis Axparam comitantur. Anchyra verò conſobrina Axparæ, quatuor etiam ſecum duxit filias, tres virgines, vnam matrimonio copulatam; nec ſolam, ſed duabus ſpatam prolibus.

Cap.29. Anchyræ proles.

Tales matronas binas regiæ paſſim puellæ ſequebantur: nam Lucentia Comitis Placidi filia cum ad caſtra virginea raperetur, Eleutheriam matrem ſatu regio procreatam, & Agrippini cognatam adduxit, ſororemq; matris Euſebiam binis cum liberis: quin & ſororem virginem Exparam: ſeptem filias fratrum: ſororumq; tenas attraxit exemplo, monitisque, quas præter regiarum puellarum magnum numerum omnes, Anchiræ, & Axparæ comitatus complectebatur: in quo 1232. capita Virginum cenſebantur: fortis & prævalida legio ſuperis amabilis: formidabilis inferis; iam ſui mundiq; triumphatrix: tantùm duarum feminarum pientiſſimarum valuit ſolers induſtria, conſtansq; pietas.

Comitatus 1232.

Sol

Sed fortissimam inter omnes legionem conscripsit Regina Demetria è consanguineorum, fratrum, sororumq; ditionibus: ea 1730. virginum erat: hac in colligenda, ducenda, & custodienda vtebatur industria S. Lotharij nepotis Episcopi. Cap. 6. Comitatus 1730

Demetriæ fratres, sorores.

Fratrum quidem Demetriæ primogenitus Daulam & Genouefam filias obtulit, mater Eusebiam. Soror Prima Dux duas adiecit Simphroniam & Magmaram; totidem altera Euphrosynam & Procham. Sola tertia soror Demetriæ, mater Lotharij reliquos omnes fratres & sorores fœcunditate martyrum superauit: Prætet enim Lotharium Episcopum ab vno filiorum duas proles Euphrosynam & Apollonium obtinuit, ab altero tres soboles: totidem à primogenita sustulit: altera duas virgines Martyres peperit, vnam tertia, Pallemoniam dictam: quæ licet virgo, non sterilis tamen, sed fœcunda, cùm sponsum Euphromum Martyrem Deo genuisset, eius opera nouam cohortem verè prætorianam, immò regiam adiecit.

Lotharij Epi zelus.

Euphromi Regis filij ardor.

Habebat Euphromus Regis filius sorores virgines tres Carpophoram, Eutropiam, Callodoram: his omnibus virginitatis persuasit amorem: à fratrum altero binas proles Elemoram & Eudoxiam; ab altero ternas Serapiam, Nazariam, & Eutropiam obtentas, adscripsit militiæ Vrsulanæ: Nec his contentus nouem etiam consobrinas casti pudoris facibus inflammauit. Denique materteram suam Euodiam Ducem, Vincentij Cardinalis sororem cum Sophia & Maria liberis castæ, vereque regiæ cohorti suæ adlegit, è qua soror Euphromi Carpophora delecta Chiliarchatus meruit dignitatem. Accessêre & nobiles quædam matronæ suis cum manipulis; Sapientia binas adiunxit filias, neptes tres: at Euortia sanguine regio sata filias quinque, neptes nouem cùm stitisset Vrsulæ, breui post decessit, sola voluntate Martyr.

Duces & custodes Virginum

Hanc igitur mille septingentarum & triginta Virginum legionem, ex Demetriæ paternis maternisque ditionibus conscriptam, duxerunt Lotharius Episcopus, Euphromus Regis filius, Carpophora virgo & Euodia matrona. Hi custodes adhibiti defensoresque pudicitiæ virgineæ, eas S. Vrsulæ gubernationi submisêre: parati simul cum ipsis in castris Parthenicis ad mortem Duce Christo decertare.

CAPVT XII.

S. Vrsulæ & aliarum Virginum studium alliciendi ad hanc militiam consanguineos, etiam transmarinos.

S. Vrsulæ zelus. Cap. 17.

S. Vrsula Parthenicę militiæ electa diuinitus imperatrix munere suo functa gnauiter, non paucas centurias adiecit industria & solertia sua: nam vt nihil dicam de Regum enumeratorum accessu, quorum permulti Vrsulæ cognatæ inspecta militia, monitis illius, sceptris abiectis, vltrò se Sodalitatis virgineæ seruitijs addixêre.

Leonē Ducē cū vxore capit. & 135.

Leonem certè Ducem militari scientia gloriaq; celeberrimum insigni prudentia cum trecentis suis adiunxit castris: nam cum tam Vrsula, quam Iotha Leonis vxorem Honestam ad militares exercitationes puellarum, & sciamachias euocassent: ipsa cum expleri non posset Societatis istius sanctitate, fecit, vt Leo coniugis amore eodem contenderet: qui visa tanta gaudiorum cœlestium in Virginibus affluentia: Vrsulæ consilijs agno mitior cum trecentis triginta quinque Virginibus, quas adduxerat, sacræ nomen dedit militiæ.

& Sincerū Ducem cum 250.

Simili prorsus occasione Sincerus Dux accessit, cuius vxorem Sibiliam Præclara cognata iam adlecta militiæ sacræ inuitabat, Sibiliam Dux comitatur: & S. Vrsulæ, Virginis Præclaræ, aliarumque pijs adhortationibus cum ducentis quinquaginta Virginibus, (quarum quinquaginta regij stemmatis erant) accenseri Sodalitati petijt.

Canu-

Fides & Flora à Rege Canuto impetrant 173. virgines.

Canutus verò Rex Fidem & Floram filias virgines præmisit cum ingenti pompa sterorum copia, quæ sacras Virgines sequerentur. Genuit is 6. proles Martyres in his filios duos, Vrbanum Ducem & Philippum illum Cafinia coniunx Regis filium hunc Beatrix filia Ducis comitabatur: neptes præterea Canuti vndecim: cum cognatorum & consanguineorum agmine, in quibus Virgines 173. censebantur.

Cap. 26. Dorothea & Lucia è Norvvegia veniũt cum 119. virginibus

Nec Britanniæ finibus ardor Virginum circumscriptus, tam insulas, quàm transmarinas regiones peruasit: vt enim fileam Cuneram Regis Orcadum filiam Ioteris Vrsulanis euocatam, tres Virginum Principes, eadem cum Pinnosa & Sapientia missis in Normandiam vel Norwegiam nuncijs, Dorotheam & Luciam cognatas suas à Rege Dorotheo petierunt. Annuit votis Rex, nec incomitatas dimisit: addidit 119. puellarum gynecæum, in quo filiæ duæ, proles fratrum septem liberi; sororum ternæ filiæ censebantur. Luciam verò sponsus Sicharus sequitur, eam in patriam reducturus: sed ab ipsa & S. Vrsula superatus: martyrij palmam regno prætulit.

E Belgio Germana & Lucia. *Cap. 25.*

Erant Dorothea & Lucia consanguinitatis vinculo Flandrensium Regulo Gudefrido coniunctę, à quo Dionethus centurias etiam quasdam Virginum cum filibus flagitarat: vxor ei erat Theodora: quæ Germanam & Luciam filias, sponsos; earum fratres duos Principes Saphirum & Adamantem suo cępit exemplo ad transfretandum in Britanniam permouere: qui iunctis sibi tribus sororibus, septem consobrinis, & 30. selectis virginibus iter pariter suscepêre: aderat & Andolphia Blasilaque maritatæ filiæ Theodoræ cum materteris, consanguineis & cognata Gyan Principis Brabantini filia, quam 60. Virgines assectabantur: Cognata pariter Gynæ Iwana cum virginum decuria: vt cohors ea frequentissima quingentas virgines numerarit: quæ mari transmisso saluæ & incolumes in Britanniam peruenerunt.

cum 500.

Cap. 25. S Elisabeth à Spe & Euphrosyna inuitatur,

Eodem tempore Spes & Euphrosyna cognatæ S. Vrsulæ iam adscriptæ castis Vrsulanis, Elisabeth virginem ad se literis missis euocarunt: Erat ei mater Elisabeth etiam dicta, Ioannis Magni Principis vxor, cultui Deiparæ Virginis addictissima, hæc filiam sequi voluit: eadem cum à fratribus quinque filias, totidem à sororibus obtinuisset, cognatam Modestam re & nomine solicitauit ad iter vnà capessendum ingeniosa virgo solersq; primò sororem teneram Peregrinam, mox & matrem; tum consobrinarum & agnatarum agmen secum traxit: Comitatus 190. Virginum fuit.

venit cum 190.

Omitto centurias alias Virginum, è Dania, Sueuia, Siciliaque, Ducibus Olim & Gerasina Reginis transmissas: hinc enim satis colligere datur, primò coactum exercitum non vno è regno vel regione; sed varijs & remotissimis etiam locis & dilationibus triennij spatio, quo facilè coire potuit, Deo conatibus humanis adspirante. Secundò pari conatu Parentes vtriusque sponsi, sponsæq; missis literis, nuncijs, legatis, vndique consanguineos, affines & notos ad virgineum exercitum inuitasse specie nuptiarum, Virgines etiam ipsas multum ad augendas copias contulisse; plurimum demum operæ Episcopos in colligendis, instruendis, ducendis & custodiendis virginibus posuisse. Tertiò singulas ferè cohortes vel legiones adhibitis castis & fidis Ducibus & custodibus, viâ tutâ cum stipatu Regum & Principum virorum ad S. Vrsulam adductas esse, ne cui vitium offerretur. Quartò Virgines collectas quotidianis militaribus meditationibus & sciamachijs iucundè exercitas, & pietatis officijs institutas, omnium in se amorem & beneuolentiam concitasse: de quibus infrà, vt curiositatis studio exciti Reges & Principes spectatores, cum rem gestam diuinitus cernerent, sub finem triennij conuenerint, constitutis prius in patria rebus, & vnà cum Virginibus longinquam susceperint nauigationem: quæ, quoniam fusè perspicueq; libro secundo describit B. Hermannus, ad eum Lectorem auidum reijcio, nunc compendio necesse erat, & suo loco collectionem tam mirabilis exercitus, & modum attingere.

Exercitus è varijs orbis regnis coactus, opera parẽtũ vtriusque sponsi

adiunctis Ducibus & custodibus.

CAPV

CAPVT XIII.

Collecta Virgines in decurias, centurias & chiliadas diuiduntur, principes & chiliarchæ deliguntur.

CEptentrionalibus in regionibus maritimis vigebat consuetudo, vt Virgines etiam tractarent arma, bellicis laboribus, & meditationibus exercerentur: & in Britannia nonnunquam mulieres ductabant exercitus, instruebant acies, milites ad pugnandum verbis & exemplis animabant, vt suo loco variis historiis ostendemus. Ita perfacile fuit Regibus etiam & Principibus viris persuadere, proles suas tennio commodare Vrsulæ, variis simulacris bellicis, & naualibus certaminibus exercendas: ideò placuit collectis in vnum Virginibus eas militarem in ordinem eligere; partiri vniuersas in decurias, centurias, chiliades, ac præficere selectiores omnibus, quæ ducendis ordinibus aptiores reliquis viderentur. Cur S. Vrsula virgines ordine militari digesserit.

Stabant in anchoris in litore maris Vergiuij prægrandes vndecim triremes opere magnifico, regiis ornamentis, & omnibus nauticis & bellicis instrumentis non ad pompam solum; sed terrorem etiam aliquem instructissimæ, cum nauigiis minoribus, quæ maiores affectarentur. Iamque non tantum ex Hibernia, Albione, Caledonia, Orcadum insulis, sed & remotioribus regionibus, Belgio, Saxonia, Boëuia, Frisia, Dania, Norwegia ceterisque partibus septentrionis innuptæ Virgines, desponsæ quædam etiam conuenerant in Regiam Dionethi, magno plausu, studio & gratulatione Virginis Vrsulæ perhonorificè pro cuiusque statu & dignitate exceptæ, vestes, ornamenta, vel quædam etiam arma leuiora singulis apta virgineis belli simulacris distributa, dies itaque decreta, qua Virginum delectus haberetur, numerus iniretur, & chiliarchæ Parthenicæ militiæ seligerentur. *Vet. hist. c.* 8 Naues paratæ. Virginum accessus ex variis locis.

Quæ res cum pondus & momentum maximum haberet, tam ad Virgines in officio continendas, quam ad imperia promtis & paratis animis exhaurienda; Deo iè videtur Vrsula rem diligenter ante commendasse, tales vt præsides virginibus præficeret, quæ vitæ sanctitate, virtutumque exemplis possent aliis ad sui victoriam obtinendam, & Dei feruentissimum amorem inflammandum prælucere, & socordes languidasque verbis & adhortationibus ad aliarum premenda perfectæ cumulatæque virtutis vestigia stimulare. Adhibuit etiam in consilium variarum sedium antistites, quibus noti perspectique Virginum mores esse possent: vt non tam generis & formæ, quam sanctitatis, & probitatis ratio præcipua haberetur. *B. Vrsula,* inquit Anonymus, *ceterarum ductrix & regina, nutu Dei, Episcoporumque consilio, qui cum ea fuerunt, nauigiis præparatis, ad se accitis prudentioribus, tam Virginum, quam virorum, numerant Sodalium acies; constituunt Principes, eligunt sanctiores, animoque constantiores vndecim Virgines.* Omnium calculis Pinnosa post Vrsulam Princeps est renunciata, quæ vicaria suprema potestate fungeretur: eam & sermo vetustissimus ante mille annos, & historia Cunibertina cum sepulcrali titulo, præcipuè tamen Anonymus variis locis celebrauit. S. Cunibertus ita describit eius officium. *Inter innumeras nobilissimæ prosapiæ puellas Pinnosa maximi cuiusdam Ducis filia tam genere, quam virtutum indole emicuit, quæ secunda post Vrsulam quasi Magistra militiæ Virginalis fuit: quam Pater eius vt nobile par filiæ speciali dilectionis fœdere sociauit.* *Lib. 1. c. 6.* Primus delect. quinque Principum. Pinnosa prima post Vrsulam.

Solent in exercitu post Imperatorem & Legatum eius, præter chiliarchas & tribunos alij nonnulli deligi, qui vel equitibus omnibus, vel peditibus, aut etiam tormentariæ rei, Tribunis altiores præficiantur: tales etiam tres placuit ex omnibus deligere, quas inter eminuit Cordula Virgo, post alias sequenti die coronata, quam Eleutheria Ducis & amitæ S. Vrsulæ filia subsecuta, eique dignitate proxima fuit Florentia Regis Aegidij soboles, Ita quatuor puellæ Principes quasi consilium Cordula. Eleutheria. Florentia

quoddam ſanctiſſimam totis caſtris cum Vrſula Duce præſidebant: eam in rem intentæ, vt chiliarcharum induſtria, quæ poſt maturam deliberationem, & conſultionem expedienda viderentur, quam facillimè, maturrimè, & abſolutiſſimè perficerentur.

Alter delectus Chiliarcharũ.

Succeſſit alter chiliarcharum delectus. Quibus licet natalium ſplendor auctoritatem apud alias parere poſſet, in iis tamen maiorem prudentiæ, ſolertiæ, & ſagacitatis duxerunt rationem, vt noſſent imperia ſingularum ingenijs & moribus ita temperare, vt & ſuauiter facienda proponerent chiliadi: & potius exemplo quam verbis efficienter operis perfectionem & abſolutionem perſuaderent. His inter primos duxit ordines Iotha Regis filia, Vrſulæ cognata, quam præter ſapientiam inſignis morum comitas, & ceterarum virtutum ornamenta commendabat. Altera Benigna dicebatur, Ducis filia, cum quatuor ſororibus virginea caſtra nuper ingreſſa. Tertiæ chiliadi Clementia comitis progenies præficitur, quam duæ ſequebantur ſorores. Poſt hanc Sapientia Principis & Patrui Virginis Vrſulæ proles ſequebatur. Eam quinta Carpophora filia Regis excipiebat, duabus comitata ſororibus. Deinde S. Columba delecta, cui ſoror aderat Cordula, ambæ Patre Rege progenitæ. Septimos ducebant ordines Benedicta, quæ quatuor auxit ſororibus exercitum Vrſulanum. Poſtea filiæ Comitis Odiliæ chilias octaua creata: nonæ præponitur Chelindris Comitis & ipſa ſoboles. Decima chiliarcharia Sibilia Rege nata cum tribus ſororibus ſecuta Vrſulam, decernitur. Vltima verò B. Lucia Regis progenies, Aetherij ſponſi cognata, chiliadi vndecimæ præficitur. Singulis mox ſua chilias, & triremis attribuitur.

Legatę vel prochiliarchę Hecatontarchę, Decanæ.

Videntur & Chiliarchis ſingulis Prochiliarchæ, Legatæ, vicarięq;, deſignatæ, & hecatontarchæ decanæque conſtitutæ, vt quod communi conſenſu Principum decretum erat, hæ chiliarchis, illæ hecatontarchis & decanis ocyus ſignificaret, ab his ad gregarias quaſque Virgines ſine perturbatione ſummo ſilentio & ordine res emanaret.

CAPVT XIV.

Cauſa colligendæ tantæ congregationis Parthenicæ & facilitas.

Prouidentia Dei ſuauis & efficax.

SAPIENTIA Dei, *attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter*: Scum humanas ſæpè cogitationes conſilium deficiat, ſæpè deliberata & præmeditata omnia corruũt, quod animus initio fortis, & generoſus, paulatim difficultatum oppreſſus mole ſuccumbat oneri; nonnunquam conſtanter, dum quis ojis perurget, nec occurrentibus frangitur moleſtiis, in hoc non leuiter peccat, quod nulla ſuauitate vel delectamento leniat occurrentium difficultatum aſperitatem, vnde nimia diuturnitate contentus arcus rumpitur, vel elangueſcit. At diuina ſapientia, quæ æterno ſapientiſſimoque conſilio ſtatuit exſequi, diſponit ſuauiter,

Eligit media ad finẽ aptiſſima.

mediis aptiſſimis, loco, tempori: perſonisque maximè congruis, & ſingulorum naturis & ingeniis attemperatis, tandem ad finem deducit fortiter. Statuerat Deus filio ſuo nuptialem diem longè celeberrimum adornare, in quo flos delibatus virgineus ex orbe penè toto cum præcipuis Eccleſiaſtica & ſeculari dignitate perſonis illuſtribus eodem die fortiter & gloriosè de iuratis hoſtibus Chriſti, mundo, carne, & dœmone triumpharet, Ducem huius exercitus colligendi, elegerat Virginem Vrſulam vix quaterdecennem: vt quo ſexu fragilior, ætate tenerior, vitæ genere & conditione ad delicias pronior, hoc illuſtrius de ſe & carne Chriſto tropæum eligeret.

Ex parte ſponſæ.

Sponſi.

Occaſio tanti moliminis erant nuptiæ, quas adoleſcens religione pauper, ætate floridus, moribus tamen incorruptus ambiebat, quem quo maius inceſſerat deſiderium Virgine potiundi, hoc laborabat ardentus, vt pacta, & col-

conditiones dotales à Deo Virgini per Angelum dictatæ citius complerentur.

Fauebant Parentes, vt nuptias magnificentissimas vtriusque Regis maiestate dignas, in liberorum & ditionum gloriam, intra triennij tempus, apparatu maximo ornarent, quo facilius duo regna tali connubio coirent in vnam familiam. Ardebant studia Procerum, & vicinorum Regum Deo faces etiam interius admouentes, vt illæ nuptiæ potentissimorum Regum studiis, consiliis & auxiliis celeberrimæ celebrarentur. Ita non duo solum sponsorum regna, sed cognatorum etiam & affinium ditiones intra Britanniæ fines, imò transmarinorum etiam locorum dominatus, lectissimas quasque virgines Regibus, Ducibus, vel nobilissimis quibusque parentibus ortas regio cum apparatu miserunt Vrsulæ, ad belli naualis quædam simulacra puellaria in iis castris Parthenicis exercenda: quibus aliæ quæuis honestæ & ingenuæ puellæ pro chiliadibus complendis adiungebantur: nam ornatus & vehes singulis regia magnificentia tribuebantur: Eæ tamen, quæ ducebant ordines, & genere simul & moribus, vitaque commendabantur.

Parentum.

Procerũ.

Amicorũ.

Virginum colligendarum.

Nec difficile erat è gente populosissima Britannica, in solo tam vberi & feraci numerum illum conficere, cum nominis & famæ celebritas, Societatis regiæ gloria, simulacrorum bellicorum magnificentissimus apparatus, exciret etiam è locis remotissimis & transmarinis Virgines, vt vel spectatrices, vel pars etiam nonnulla possent esse tantæ celebriratis. Obstare videbatur religio: sed quamuis aliquot Britonum regna fidem recepissent, & ex iis etiam proniore voluntate nomen darent huic virgineæ militiæ, non tamen fideles solæ, sed gentiles etiam puellæ libenter admittebantur, vt triennij tempore fidei dogmatibus imbuerentur, ideo delectæ quinque puellæ Principes sunt, quæ totis Castris, & vndecim Chiliarchæ quasi Magistræ, constitutæ, vt curam gererent peculiarem earum, quæ in singulis centurijs chiliadis suæ Christi fidem non profiterentur: & eas sensim ab errore traducerent ad lumen veritatis, vbi verò tum exemplo Sodalium, tum institutione chiliarchæ fidem combibissent, sensim ad castitatis & martyrij aureolam præparatent, quam omnibus decretam esse non ignorabat Vrsula.

Facilitas collectionis.

Soluitur difficultas.

Adspirabat piis Vrsulæ conatibus & studiis diuina maiestas, vt & Parentes filias non grauatè ad ea castra destinarent, & filiæ magnis desideriis eodem traherentur, prosperoque nauigationis cursu vel itineris, facili negotio nullis obstaculis occurrentibus vel præpedientibus eò pertingerent: ibique cum in illo virginum cœtu, concilioque versarentur mirificis cœlo missis solatiis fruerentur, vt nequirent vel diem vnum ab iis puellaribus & iucundis exercitationibus abesse, mentibus singularum incredibili voluptate gaudioque continuo delibatis, quod ipsi præsentes semper Angeli, de quibus infrà, fouebant & augebant.

Diuina adiumenta.

Hæ causæ mirum in modum breui tempore tam selectum genere virtutibusque puellarem exercitum è variis regnis collegerunt: & hoc facilius, quod ad eam rem Deus duas ampliss imas regias & fæcundissimas elegerat familias, quarum vtraque linea materna cum paterna, velut arbores quædam florentissimæ ramos in orbem penè vniuersum felici propagine dilatarent, vt supra est declaratum. Vnde fama nuptiarum vbique propagata, Deoque pios conatus adiuuante breui tempore tot chiliades conuenerunt.

CAPVT XV.

Puellares exercitationes ſpatio triennali.

Primæ cõgregationis Vrſulanæ exercitationes. *Vet. hiſt. c. 8*

COLLECTIS in vnum Virginibus, & ritè per naues & in chiliades diſtributis Magiſtris etiam & Chiliarchis aptè conſtitutis, Vrſula futurorum præſcia latitiis omnibus incedebat, tam miro Dei conſilio, & afflatu, breui tempore, tanti animi propenſione florem orbis terrarum Parthenium coiuiſſe.

Gratiis ergò Deo ritè perſolutis, ipſa virgineo vallata exercitu, cunctis in regnam intentis, cum hilari vultu Virgines ſalutaſſet, ſuaui & diſerta oratione ad Dei Optimi Maximi timorem, ac deteſtationem omnis rei, quæ à morum honeſtate abhorret, ardenter eas eſt exhortata, vt lolio vitiorum ex agris cordium exſtirpati & ſubacta vomere timoris Dei humo, paulatim ad ſementem virtutum Chriſtianarum præpararet.

S. Vrſulæ exhortatio.

Sabant interim puellares cunei ſuis digeſti chiliadibus, & arrectis auribus ſaluberrimis reginæ monitis auſcultabant, nec expleri dictis videbantur, pluraque ſitiebant: nacta beneuolos & dociles animos, Virgo Chriſti Dei filij cœpit in homines vniuerſos infinitum amorem & benignitatem; in Virgines verò ſingularem & præcipuum affectum ac propenſionem declarare, qui de virgine naſci, caſtè viuere & mori delegerit, virgineſque ſolet laureola beare virginitatis: addidit & hoſtes caſtitatis domeſticos & externos, carnem, mundum, & dœmonem, quibuſcum aſſiduè bellandum, vt ſalua maneat integritas corporis & animi: propterea belli quadam ſimulacra naualia proponebat, quibus exercitæ diſcerent hoſtibus virginitatis reſiſtere, palmamque de ijs domitis reportare, Deo faces animis incenſis interius admouente: quo factum eſt, vt mira ſit animorum ſecuta conuerſio, & ipſi gentiles incredibili voluntatum conſenſione raperentur in vnam Chriſti religionem, quod S. Petro dicenti ſemel iterumque: Martyribus verò cum tormentis ſubiicerentur, ſæpius, dum ſpectatores ad Chriſti fidem exhortantur, ſcimus accidiſſe.

Virginum in Chriſtũ propẽſio.

Addit vetus hiſtoria aſſenſum concordem Virginum. *Corda cum manibus leuantes ad cœlum, quaſi iam militari Sacramento coniuratæ in Chriſtum, ad omnia diuina voluntatis munia deuotionem ſuam ſpoponderunt, mutuaq; alacritate ſe ipſas in hoc ſtudium cohortatæ ſunt, vtpote quibus iam tum cor vnum, & vna anima erat, ſupernaq; dulcedine præguſtata in mentibus earum iam mundus, & gloria viluerat.* Erat hoc primum quaſi militiæ virgineæ Sacramentum, quod ſe ad voluntatem Reginæ paratas, & ad fidem Chriſti propenſas mira cõſenſione pariter oſtenderint; & quaſi iam iureiurando fidem ei ſuam & obedientiam ſpopondiſſent. Ac licet manifeſtis ſignis gentiles quædam puellæ ſuum fidei Chriſtianæ complectendæ deſiderium proderent, nequid tamen inter Parentes, cognatos & affines turbaretur, nec in Britannia quidem illo triennio; ſed Romæ, quædam etiam admonitu diuino tantum ſunt genitalibus aquis ablutæ, tum vt melius fidei myſteriis imbuerentur; tum vt complures etiam gentiles adducerentur, exercitationum puellarium allectatæ iucunditate & raritate: quę fic hiſtoria vetus proſequitur. *Dato ſigno, quia mare contiguum erat, raptim ad naues conuolant, armamenta explicant, altumq; petentes, modò concurſibus, modò diſcurſibus, interdum fugam, interdum bellum ſimulant, omniq; ludorum genere exercitata nihil quod animæ occurrebat intentatum relinquebant.* Hæc abſq; virorũ vel nautarum auxilio facta ſub initiũ eſſe videntur: nã accepto poſt trienniũ diuino reſponſo clauſem vento propediem abripiendam eſſe, viros magno numero nautaſque preſente fuiſſe roganti S. Eliſabethæ Verena reſpondit: quæ etiam ludentes his verbis ſola induci

Cap. 9. Naualia belli ſimulacra.

ducit Virgines. *In historia ipsarum legitur, videlicet quod cum esset B. Vrsula quasi* S. Elis. c. 6.
ens in mari secundum consuetudinem suam, cum associatis sibi virginibus, ductis plus
oto in altum nauibus, quas ipsæ virgines gubernabant. Erat hic Virginum labor iu-
cundus simul,& vtilis ad corporis firmandas vires, & labores molestiasque difficilis Sine virorum auxilio.
nigationis, & peregrinationis superandas, valebat etiam ad otium, castitatis pe- Vtilitates eorum.
rnulosum hostem declinandum, vitandas regiæ delicias, consuetudinem, vsum &
niam cum viris familiaritatem impediendam. Præterea tali in cœtu,concilio-
ce Virginum cauebatur diligenter vigilantia Ducis Vrsulæ, Principum aliarum,
& chiliarcharum, nequid vlla in chiliade leuitatis, cupediarum, & deliciarum in-
dulgeretur;in hoc incumbebant triremium præsides & gubernatrices,vt perturba-
tiones animi singularum rationis freno cohiberentur, mores tali Societate dignos Ad Chri-
omnes combiberent, discerent cupiditates animi frangere, propriæ repugnare vo- stianã per-
luntati, imperia maiorum promtè & hilariter exhaurire, laborandi studio, seipsas fectionem
accendi, ceteris seruiendi & gratificandi desiderio teneri. Vnde mira pax & a- obtinendã
morum consensio,gaudium & exsultatio in tam raris, iucundis & honestis naua-
libus ludis & agitationibus,sancta quædam æmulatio, cautela singularum,nequid
indecorum in moribus, in verbis asperum, leue in gestibus vel illa regia, virgineaq;
sanctate minus dignum notaretur. Succedebant deinde labori nautico sacræ Pietatis of-
ficia post
singulis in triremibus Magistrarum vndecim exhortationes, & fidei capitum insti- labores.
tutiones, piæ nonnunquam ad Deum preces, vt ipsa varietas animi corporisque
functionum ad resumendas indies similes actiones excitaret. Vnde quo diutius
ab occupationibus distinebantur, hoc prolixius continuabant, vt vetus innuit hi-
storia. *Sicq; per dies singulos puellariter palæstrizantes, aliquando circa meridiem, aliquan-* Reditus in
do ad nonam,aliquando die toto in ludis absumto ad vesperam reuersæ sunt. Ad huiusmodi vrbem.
ergo spectaculum pius Rex,cum grandæuis patribus, cunctisque regni primatibus, frequen-
ter aderat, vulgus etiam promiscuum, vt semper nouarum rerum cupidum est, postpositis se-
riis suis, virgineis lusibus applaudebat. Sed ne nauales illæ virginum exercitationes,
& belli quædam simulacra putentur incredibilia, videamus quam fuerit in se-
ptentrionalibus olim regionibus vsitatum, vt feminæ virgineſque dimicarent in a-
cie, ducerent exercitus, classibus gubernandis & ad bellum instruendis præfice-
rentur, ita verosimile fiet in Insulis Britannicis puellas quandoque nauibus regen-
dis operam collocasse,nec imperitas rei nauticæ classem conscendisse.

CAPVT XVI.

Circa & ante tempora S. Vrsulæ,maximè in Britannia, Dania, Norvvegia & Germania Virgines bellabant, classibus præerant, ducebant exercitus quandoque totos femineos.

VT tam numerus tot virginum, quam labor naualis & militaris facilius persuadeatur,producam viragines, quarum auspiciis,Reges etiam deuicti, ciuitates expugnatæ:classes gubernatæ & superatæ.

Nolo repetere è Babyloniis Semiramidem,è Scythis Tyri debellatricem Tomyrim, ex Asia domitrices eius Amazones; vel ex iis Troiâ Pentheſileam, de qua sic primo Aeneidos canit Virgilius, *Aeneidos.*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Pentheſilea furens, mediisq; in millibus ardet
Bellatrix,ardetq; viris concurrere Virgo.

xi. *Aeneid.* Non ei persimilem ex Italia Camillam: de qua idem

At medias inter cædes exsultat Amazon
Vnum exserta latus, pugnæ pharetrata Camilla,
Et nunc lenta manu spargens hastilia densat,
Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem,
Quotq; emissa manu contorquet spicula Virgo,
Tot Phrygij cecidêre viri.

Iudic. 4. Possem è sacris literis Deboram, & Iahelem Sisaræ potentissimi Ducis triumph trices, Iuditham Holofernis Assyriorum Ducis cæde claram laudare. Sed hoc c pite profanis contentus historiis ero, & delibatis è Græcia, Romanisque cast quibusdam exemplis, copiosior in Britannicis, Danicis, Wandalicis & aliis septe trionalibus virginibus vel feminis bellica virtute clarissimis ero, è quibus præcip coaluit exercitus Vrsulanus.

Aelian. l. 12 var hist. Spartanarum mulierum exercitationes militares. *Pausanias in Messeniacis.* Vincunt Messenios Et Pyrrhũ. *Plut. in Pyrrho.* Lacænas feminas auctor est Aelianus virorum obisse munia, sese in gymn sio, bello, & venatione solitas exercere, cum viris etiam in prælium contra Mess nios descendisse. Erat in agro Laconico vicus Aegila nominatus, in quo templu stabat antiqua religione Veneri consecratum, conuenerant eò maiorum more L cænæ mulieres festis diebus, facturæ ludos, quas incautas Aristomenes Messeni secundo bello Messenico parabat opprimere: illæ gladiis, quibus ad immolandæ hostias vtebantur, armatæ, verubusque, tostis iam extis, ab igne reductis, in hoste irruentes, multis grauiter saucijs, Aristomenem captum & pessimè multatum vincula coniecerunt. Ab iisdem Pyrrhus bellator acerrimus superata fossa cu Spartam iam inuaderet, telorum imbre fugatus est. Idem cum Argos occupare virique forum armis tuerentur, è tectis, mulierum lapidibus cum Epirotis obruti perijt.

Mulieres bellicosæ in Romano impetio. *Procop. l. 2. bel. Persici. Trebellius.* Victorina cõtra Germanos. *Volateran.* Ipso S. Vrsulæ seculo cum Valerianus Imperator à Persis captus teneretur, Romæ filius eius delicijs diffluere, triginta vero tyranni Romanum imperiu fœdè lacerarẽt, ne à Germanis & Persis præcipuis hostibus extingueretur, duæ mu lieres obstiterunt: nam in Occidente Coloniæ Agrippinæ Victorina mater castr rum appellata cum filiis & affine Tetrico Gallias & Hispanias à Germanorum e cidio liberauit: Orientem Zenobia multis annis contra Persas, Parthos, & ali barbaras nationes armis defendit, quæ galeata cunctis expeditionibus interfuit, præfuit. Est Amalasunthæ Gothorum reginæ fortitudo militaris celebratissim quæ Burgundiones, & Alemannos Liguriam populantes Italiæ finibus extu bauit.

Britannicę Reginæ ducunt exercitus. Cartismãdua. *Tacit. l.* 12. *An.* Regem capit. In Britannia feminas militasse sub signis, duxisse exercitus etiam Romanor cepisse Reges, expugnasse ciuitates, Tacitus seculo ante S. Vrsulam varijs cõmor strat historijs. De Cartismandua Brigantum Regina Romanis societate deuin cta, sic scribit. *Nouum sanè & moribus veterum insolitum, feminam signis Romanis pr sidere: ipsa semet parti à maioribus suis imperij sociam ferebat:* & infrà, *Callidis Cartismandua artibus fratrem ac propinquos Venutij intercepit. Inde accensi hostes, stimulanteq; i nominia, ne feminæ imperio subderentur.* Iterùm de eadem Cartismandua, *Brigan tibus imperitabat pollens nobilitate, & auxerat potentiam, postquam capto per dolum Re Caratacо, instruxisse triumphum Claudij Cæsaris videbatur. Inde opes, & secundarum r rum luxus.*

Lib. 14. Boudicea totam Britanniã armat in Romanos. Animosa Reginæ ad pugnam adhortatio. Similis animi Boudicea Regina, qua duce & auctore defecit à Roma nis Britannia, Colonia eorum occisis ciuibus occupata, Verolamium municipiu eorundem captum, cæsis hinc inde Romanorum, siue ciuium, siue sociorum 7 millibus: ipsa duxit ordines, instruxit aciem, militem ad pugnam animauit, vt Tac tus narrat, *Boudicea*, ait, *curru filias præ se vehens, vt quamq; nationem acceſſerat, solitu quidem Britannis feminarum ductu bellare testabatur: sed tunc, non vt tantis maioribus o tam, regnum & opes; verum vnam è vulgò libertatem amissam, consectum verberibus co pus, contrectatam filiarum pudicitiam, vlcisci; eò prouectas Romanorum cupidines, vt n corpora, nec senectam quidem, aut virginitatem impollutam relinquant. Adesse tamen De*

iust

ius vindictæ, cecidisse legionem, quæ prælium ausa sit, ceteros castris occultari, aut fugam circumspicere. Si copias armatorum, si causas belli secum expenderint, vincendum illa ac, vel cadendum esse: Id mulieri destinatum, viuerent viri & seruirent. Postea recitat Suetonij Romani ducis ad suos orationem, in qua præ ceteris monet, *plus illic feminarum, quam iuuentutis adspici.* Sic in eodem libro de alia Britannorum cum Romanis inita pugna: *Stabat pro litore diuersa acies densa armis virisque, intercursantibus feminis in modum furiarum veste ferali, crinibus deiectis faces præferebant.*

Plures fœminæ in bello Brit. quam viri. Animant pugnantes.

Paristis Voadica Regina fuit, & illa Britannos ausa in Romanos armare, & Coloniam eorum expugnare: nam oratione recitata, qua se Britanni mutuo ad arma capienda cohortabantur, subdit: *His atque talibus inuicem instincti Voadica generis regij femina, duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumsere vniuersi bellum: ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis præsidijs, ipsam Coloniam inuasere, qua sedem seruitutis, nec vllum in barbaris sæuitiæ genus omisit ira & victoria. Quod nisi Paulinus eo cognito prouinciæ motu propere subuenisset, amissa Britannia foret.* Apud eundem Galgacus Dux exemplo mulieris huius, sic suos ad prælium exhortatur. *Britannes femina duce exurere Coloniam, expugnare castra, ac nisi felicitas in socordiam vertisset, exuere iugum potuêre.*

Voadica Regina vincit Romanos. *Tacitus in vita Agricolæ.*

Præter Britannas adfuere complures Germaniæ, Daniæ, Norwegiæ, & ceterarum Septentrionalium populorum Regum & Ducum filiæ, non minus & ipsæ bellicis artibus à pubertatis annis exercitæ. De Germanis mulieribus scribit Orosius, Augusto dominante cum bello lacesserentur à Druso, coniunctas viris conflisse, & telis deficientibus filios in hostium facies coniecisse, Tacitus de ijsdem ait: *Ad matres & coniuges ferunt vulnera; nec illa numerare aut exigere plagas pauent, cibosq; & hortamina certantibus gestant; memoriæ proditur quasdam acies inclinatas iam & labantes à feminis restitutas constantia precum, & obiectu pectorum, & monstratâ cominus imminentis captiuitate.* Sed vnum hoc Mamertini ad Maximianum Cæsarem elogium sit instar omnium. *Quibus* (Germanis) *omnis vita militia est, quorum feminæ ceterarum gentium viris fortiores sunt.*

Oros. lib. 6. c. 2. *Tacitus de mor. Germ.* Germaniæ mulieres fortissimæ.

In Septentrionalium regionum feminis maior adhuc à teneris ardor bellandi: de Danicis ita Saxo scribit, *Fuere quondam apud Danos feminæ, quæ formam suam in virilem habitum conuertentes, omnia penè temporum momenta ad excolendam militiam conferebant, ne virtutis neruos luxuriæ contagione hebetari paterentur: siquidem delicatum viuendi genus perosæ, corpus animumque patientia ac labore durare solebant, totamque femineæ leuitatis mollitiem abdicantes* (an quid aptius & verius de Virginibus Vrsulanis dici potest?) *muliebre ingenium virili vti sæuitia cogebant. Sed & tanta cura rei militaris notitiam captabant, vt feminas exuisse quiuis putaret, præcipuè verò quibus aut ingenij vigor, aut decora corporum proceritas erat, id vitæ genus incedere consueuerant. Hæ ergo perinde ac natiuæ conditionis immemores, rigoremq; blanditijs anteferentes bella, pro basijs intentabant.* De Gothicarum vicinarum Virginum educatione & mulierum etiam regiarum laboribus congruentia dictis refert Ioannes Magnus Vpsalensis Archiepiscopus. *Mirandum tamen non est, sæpè ibi inuentas fuisse puellas in militari disciplina ab ipsis incunabulis educatas, quæ potius bellis, quam nuptijs delectarentur; Viri enim Gothi suas vxores in tori socias & pares labores, non in dominas, siue ad delicias assumere consueuerunt. Imò nec primis dominabus: aut ipsi Reginæ otiari permittitur.* Exemplis geminis Vrsulanæ narrationi dicta confirmemus, quæ Saxo Grammaticus, Crantzius, & alij circa ætatem ferè S. Vrsulæ volunt contigisse Virginibus, eo tempore naualibus bellis exercitatis, quales Sticla & Rusla Regum domitrices. *Hasmundus*, ait Crantzius, *in VVicarorum prouincia Norvvegiæ parte regnabat: at illum germana natu quidē minor, animo auctior, quietum regnare non sinebat. Erat in femina virilis audacia, & militaris animus, quo fratrē penè regno expulit:* bella deinceps gesta fusè narrat, & quod Virgines illæ victrices, nō nisi Regis Daniæ suppetijs sint superatæ, subdit. *Non est in ea gente insolitum à vetusta memoria feminas præclaris operibus, & militaribus operis*

Danicę puellæ à teneris exercitæ in armis *Saxo. l. 8.*

Ioan. Magnus l. 7 hist. Goth. c. 8. Gothicæ incastris educatæ.

Saxo lib. 8.

Crantzius l. 1. Norvv. c. 27.

Lib. 1. c. 7. Suecia. Li. 2. Dan. c. 11.

Tempore S. Vrſulæ bellatrices Virgines in Norvv.

operis inclareſcere; vt minus miremur Orithiam, ceteraſque præclaras feminas, quarum Suecia fecimus mentionem: nam per hanc, quam ſcribimus ætatem, poſt natum Chriſtum per annos circiter 200. aut ſupra, (ad ipſa vſq; Vrſulæ tẽpora) cum in Norvvegia. Omundus rerum potiretur, Sticla & Rusla Virgines armis innutritæ, cum Trondo fratre aſſiduum bellum egere. Haraldus autem Daniæ Rex indignè tulit, tantum poſſe feminas in viri, ſponte ſua nauigabat in Norvvegiam, opem laturus in feminas, vt detergeret ſexus contumeliam, quod aduerſus militares viros feminæ inſoleſcerent, inſecutus claſſe puellas, cum eis inuicem diſtraxiſſet, aggreſſus alteram poſt alteram expugnauit. Teſtatur nomen, quod portubus diu remanſit, ab euentu victoriæ, cum ex deuictis puellis vocabulum ſortirentur.

Victoriæ nauales Ruslæ. puellæ.

Idem de victoriis naualibus Ruslæ ſic ſcribit. *Rusla Virgo cum Trondo Fratre per eam tempeſtatem Norvvegiæ incubuit; nam vt erat regnum in membra lacerum, partes ſibi ducum quiſque ac procerum regendam deſumſit. Hic puella de rerum ſumma cum Omundo conflictabat: Primum autem ad reliquos Regulos arma conuertit, & ſuperior facta, non tulit Omundum patriæ ſuæ imperare, nec in ſua Norvvegia vel vllam tenere prouinciam: Nam aſſidua incurſione vexabat Præfectos eius. Miſit Rex validam ſuorum manum ad reprimendam inſolentem feminam; nec enim dignabatur ipſe Rex in feminam ducere.*

Toti Norvvegiæ dominatur. A Danis fugatur.

Quotquot autem miſſæ ſunt copiæ, à puella repelluntur: Hallandiam adhuc Regi parentem, Rusla cum exercitu inuadit; ibi conglobati Danorum proceres vaſtanti ſe obijciunt, prælio commiſſo fugant, ſolis 30. nauibus ad fugam relictis. Omundus Rex inſolentis feminæ iniuriam ferre diutius non paſſus, præmittit claſſem, quæ primoribus terræ Regem conciliaret, feminamque facerent odioſam, qua via cum vndiq; etiam à ſuis exigeretur, omnes vires claſſem contulit, congreſſaq; Danorum ductoribus vincitur, paucis nauibus ad fugam retentis, notas petit regiones.

Aluildæ pudicitia.

His longè mirabilius Saxo, & Ioannes Magnus referunt de puella regia, quæ ad amorem caſtitatis à matre formata, vt pro eius tutela virgineum exercitum colligerit, duxerit, virorum poſtea claſſibus imperarit. *Aluilda* (Siuardi Gothorum Regis filia) ait Ioannes Archiepiſcopus, *ab incunabulis tantæ fuiſſe verecundiæ perhibetur, vt os peplo iugiter obnuptum habens, à nullo vnquam viro pulchritudinem ſuam (quæ maxima erat) videri pateretur. Proinde quò magis ſe vultumque ſuum à virorum adſpectu retrahebat, eò amplius illuſtriſſimi iuuenes eam videre contendebant. Tum Aſaphus quidam Sigari Danorum Regis filius, ipſam in coniugem poſtulabat, conſenſit regia virgo in iuuenem genere & opum claritate conſpicuum.*

Conſeruatur maternis monitis.

At mater Virginis ipſam acrioribus verbis obiurgando à virili conſortio deterrens, affirmans nimis turpe ac probroſum eſſe, aliquam virginem tam facilè in viri complexum eliſis pudicitiæ neruis conſentire, eoque facto à priſcarum Virginum moribus, quibus ſemper plus pudicitia, quam vita placuit, degenerare. Quibus conuitiis filia à matre affecta, cæpit non modo Regis filium, quamuis forma, genere, virtutibus clariſſimum, verum etiam omnes viros tam pertinaci caſtitatis propoſito auerſari, vt firmiter ſecum ſtatueret, nunquam viro copulari. Deinde ne annos ſuos otio inertiaque labefactari pateretur, veſtem femineam animumque muliebrem in virilem audaciam commutauit. Et quæ pridem fuerat pudicitiæ pudiciſſima, deinceps in piratico exercitio virorum fortitudinem ſuperare aut æquare videbatur. Nec paruus erat Virginum numerus, quæ ſe à voluptatibus abſtractas, ad idem militiæ propoſitum paratiſſimas offerebant.

Et exercitationibus bellicis.

Ducit virgineum exercitum.

Quocirca minus difficilè fuit Aluildæ magnam Virginum turbam ſecum ad militiam educere, eaque ardua ac præclara facinora edere, quæ fortibus viris difficilè præſtari potuiſſent. Interea verò cum victrices turmas longè late per mare Gothicum circumferret, accidit eam in quendam portum deuenire, in quem mul

Et claſſem virorum.

tæ ad conſtituendum ſibi Principem conuenerant. Pergit Ioannes & Saxo fusè narrare, quomodo Dux omnium calculis electa, proſperè rem geſſerit, viris omnibus animoſior & fortior, amantiſſima caſtitatis, quam vitæ præferebat. Vt nemo iam miretur vel in ſponſo Aetherio gentili, vel reliquis virginibus ante fidem etiam Chriſti cognitam, laudem pudicitiæ, quam infideles etiam, earundem vel vicinarum regionum vitæ prætulerunt: Nemo etiam ſtupeat nauales Virginum labores ſi cum his, quæ fidem apud multos inueniunt, contendantur. An incredibile Duc

Vrſul

Vrsula classem vnam virgineam per mare, virorum & virginum agmen per terram d ctum esse feliciter, quod primis Christi seculis variis in locis fuit vsitatum? An c am illa belli simulacra, nauium concursum & velitationes nouæ, passim in septē tionalibus & maritimis locis vsurpatæ? Similia virginum militaria studia vigebant dem ferè tempestate in Bohemia & Wandalia.

Aeneas Siluius Pontifex Maximus, Dubrauius, & noster Solymannus de Li- *Lib. 2. hist. Bohem.*
ssa Virgine narrant, cum paternum diu regnum administrasset: id deinde sub arito (quem à Proceribus, femineum pertæsis imperium eligere cogebatur) pau- im defluxisse: sed muliere fato functa, comites quondam eius virgines cum ani- o reuoluerent, quanta auctoritate & quo honore (Regina clauum regni mode- nte) fuissent apud omnes, quæ contemtæ & ingloriæ sub rege delitescebant, pau- e initio Duce Vlasta (cui Libussa gynecæi curam commendarat) consilium in- unt exercitus feminei colligendi, breuique tot adsciscunt Sodales coniurationis, mediocres educerent copias, quæ quotidianis belli tirocinijs exercebātur, eque- ribus certabant pugnis; pridem enim equitare, arcus intendere, campo decurrere, udus erat puellaris. Iam crebra belli meditatione & vsu prodibant in campum rmatim; animi ferocia pepererat audaciam, vt non dubitarent viros bello lacesse- e: quorum exercitus, & collectas etiam adolescentum copias multis præliis fude- nt, & dissiparunt. Victricia iam signa toto regno Bohemiæ circumferebant, uius vt sibi dominatum stabilirent, arces duas regni munitissimas valido firmant præsidio: è quibus variis regnum vniuersum cladibus afflixerunt septennio. Rex bi vidit vi nihil contra virgineum exercitum proficī: dolo rem aggressus, incautio- es ex insidiis assiliens circumuenit; quibus mactatis, & Duce Vlasta fortiter in acie ugnante, & occumbente, post septem annos Bohemia iugum femineum exuit. Similia narrant in Wandalicis Crantzius, de primis post Christi seculum annis. *In Vandalis*, ait, *ea tempestate tam celebris militia habebatur, vt eam non modò viri, sed & puellæ, & feminæ amplecterentur.* Addit narratam de Vlasta historiam, deinde paria de Visna puella cum cuneo Virginum memorat, cui è Dania & Norwegia si- nilis animi & fortitudinis puellæ suorum agminum duces adfuerunt, hinc ad hi- toriam Vrsulanam confirmandam ita digreditur. *Hæc eo consilio lubens retuli, vt nemo miretur eodem penè seculo, aut non multum distante, Christianam puellam S. Vrsulam virgineum agmen Christo sponso militaturum contrahere, cumque eo mare transire sit ausa, ex Britannia Rhenum adscendere, & ex Basilea, pedestri itinere Romam petere.* Vide a- pud eundem cetera, & Saxonem Grammaticum de iisdem. Quæ tamen fide & periculo tot auctorum refero. *Saxo Gram. l. 8.*

Vlasta exercitū virgineū colligit.

Fugat viro tū copias.

Dominatur regno Bohemiæ.

Septem annis.

VVandalicæ puellæ militant.

Quare cum in Britannia, Dania, Norwegia, Wandalia, Germania mulieres & virgines militaribus exercitationibus ad bellum instituerentur, ducerent etiam exercitus, regerent naues, præessent classibus, viris etiam in bello imperarent: cum ex ijsdem locis coierit exercitus Vrsulanus, quod in sexu debiliore natura potuit, ad quod audendum vanæ gloriæ vel ambitionis studium impulit, cur non diuina gra- tia, amor cœlestis regni, sanctissimi spiritus impulsus & afflatus æternæ beatitatis præmio proposito potuisset? Atque si tales historiæ fidem apud multos auctorum istorum testimoniis persuasos, inueniunt; cur de gestis Vrsulanis eiusdem tem- poris, antiquioribus scriptoribus, ac diuinis humanisque testifica- tionibus stabilitis, ob sciamachias similes ambigamus?

CAPVT

CAPVT XVII.

Virginum tentatur castitas, sorore sponsi, deficiente Angelorum præsidio, defenditur Sodalitas.

DVM puellaria vigent in mari belli simulacra, multique Reges & Principes viri partim impulsu diuiniore, partim inuitatu Virginum, partim etiam curiositate moti confluunt, & comperto non nisi diuina rem geri prouidentia: nomen inscribunt Sodalitati, iurati generis humani hostes diaboli, iam suis metuentes rebus totis quasi castris virgineam classem insidiis, & prauis cupiditatum illecebris aggrediuntur. *Angeli tenebrarum*, ait Anonymus, *venerunt nuptias iis suadere legitimas, & opera maligna, & desideria carnis adimplenda, incitare.* Nouerant ij, quæ Virgini Vrsulæ facta à Deo promissio martyrij, tam proprij, quam totius Societatis, & quanto suo opproprio tenerrimæ Virgines vna die glorioßissimum triumphum deuictis inferis essent relaturæ, nisi Sodalitatis initia maturè subruerentur. Vt igitur principiis occurrerent, vacillantes adhuc quasdam in fide: neq; virginitatis proposito stabiles, aggrediuntur. Iuuabant procorum studia, & iuuenum in Venerem proiectorum malesanus amor, qui dum quotidianis spectaculis pascunt animos, libidinum facibus accedebantur. Et quoniam ægrè poterant in regia tot millia diuertere, non dubium est, quin cum essent Virginum permultæ, per ciuium honestißimorum contubernia distributæ, quarundam tentata subinde pudicitia sit, quamuis ne violaretur, insigni miraculo diuina prouidentia cunctas seruarit incorruptas. Vnde similia videntur sæpius venenata Lenonum verba Virginibus inculcata. Nuptias primos homines celebrasse Deo ipso paranympho, easdem Sacrosanctas ab omnibus gentilibus, etiam Christianis habitas esse, quas Christus primo miraculo approbarit, qui etiam sibi despondit Ecclesiam. Itaque non dubitarent Albionem & Hiberniam implere posteris, quibus vt crescerent, & multiplicarentur Deus imperauit. Regina callens fraudes & artes veteratorias orci quam etiam Episcopi, virique sanctitate conspicui consilijs adiuuabant, & Angelorum præsidium Deique fauor singularis ambiebat, huc omnes ingenij vires conferebat, huc preces & lacrymas dirigebat, ne vlla Sodalium eo tempore summo cum sodalitatis offendiculo & dedecore violaretur: nec destitit per se & vndecim chiliarchas crebris adhortationibus ad virginitatis conseruandum florem animare, tela Dœmonum fallacißima depellere: ipsa etiam nunc singulas seorsim vbi periculum maius vrgebat, nunc omnes pariter congregatas, quà exemplo, quà verbo ad hanc laureolam inuitare, & similibus retundere tela iactata verbis, quibus S. Anatoliam ferunt vsam esse, cum ad nuptias citata sic Victoriam compellauit, *In prima mundi ætate similia locum habuisse, cum orbem iuuenem & tenerum crescere, & inquilinis impleri opus erat: at nunc incolas non tam orbi, quam cœlo deesse. Christum è virgine nasci voluisse, sponsum Ecclesiæ non nisi Virginis esse.* Neque tamen hæc ita dicebantur, vt omnes penitus nuptias reprobare videretur; nec enim conueniebat diuinum omnibus vulgare consilium, quod & sponsum ipsum tunc celare oportebat, vnum vrgebat Vrsula, ne præmaturo nuptiarum amore ab ea tam iucunda & honesta se societate seiungerent, vt sensim cœlestium deliciarum prægustata dulcedine, desiperent carnis lenocinia, discerent paulatim cœlestem sponsum terræ filiis anteponere, nec reijcere nuptias; sed castas cum Dei filio appetere, cui dos virginitatis vnicè probaretur.

Lib. 1. c. 2. Tentationes Dœmonum.

Procorum lenocinia.

Vigilantia S. Vrsulæ auertit.

Obiecta diluit.

S. Theres. mansione 5. c. 4.

S. Theresia de sponsalibus animæ castæ contractis cum Deo agens, graphicè depin-

dolingit has dœmonis insidias. *Adhæc*, ait, *maximoperè ad eam oppugnandam & subuertendam, & sponsalia hæc destruenda connititur & allaborat* (dœmon) *postquam enim eam penitus iam in sponsi potestatem transisse videt, tantum aduersus eam non audet: etenim eam timet, & usu & experientia nouit, se, si aliquando id tentet, magnum inde damnum, ipsum verò lucrum non pœnitendum referre. Dico vobis nouisse me quosdam valdè sublime erectos, & ad hunc usque statum eleuatos, qui deinde subtili diaboli artificio & stratagemate lusi recesserunt, & illi manus dederunt. Omnino enim haud dubiè infernus ad hoc perandum conspirat, & coniurat; nam, non vnam solam: sed plurimas animas amittit: si enim animarum, quas vnius adminiculo Deus sibi lucratur, & vindicat, multitudinem intueatur, insignis id illius summè laudandi occasio est: sæpè namque Martyres morientes aliquot animarum millia Deo pepererunt, quam multas sæpè vna Virgo, vti* S. Vrsula *secum ad cœlum extulit? quam multas item per SS. Dominicum & Franciscum & alios Religiosorum ordinum fundatores diabolus perdidit?* hæc S. Theresa. Causam lucri huius addit, *procurant ne sua culpa tam diuina sponsalia soluerentur.*

Sed non potuit sufficiens in iis periculis, & ea tot Virginum regiarum mundi delitiis assuetarum multitudine adhiberi solicitudo, quin iuuenum illecebris nutarent nonnullæ in proposito, reditumque in patriam molirentur. Constat Aetherium sponsi sororem desponsam comiti, nimio exæstuantem eius amore, sodalitatem immo cum dolore S. Vrsulæ deseruisse, quod his Aetherius ipse deplorat verbis. *Soror mea plus gloriam & dignitatem dilexit terrenam, quàm cœlestem: reuersa ducens Comitem maritum:* sed non diu numinis cœlestis ira quieuit, maritum prius, postea sororem abstulit: pergit enim, *qui postmodum in breui periit malè interemtus. Tunc illa sero pœnituit, sacrarum Virginum deseruisse comitatum, & ipsa in breui post mortua est,* conspirans & coniurans, vt S. Theresa notauit, infernus, hanc altè euectam subtili artificio delusit incautam: vt nemo sibi præfidat nimium. Dolenter admodum cessum huius accepit Vrsula, ne tali exemplo multorum labefactaretur constantia; sed diuinis recreata solatiis ardentius etiam cœlestis aulæ geniorum & sanctorum aliorum patrocinia tutelamque sodalitati precibus exorauit. Vnde cæteris reliquis affirmat Anonymus, *At illæ Dei adiutæ gratia, & Angelorum Sanctorumque munitæ custodia, in religioso fuerunt quotidie proficientes studio:* didicerunt ex talis virginis inconstantia, suis diffidere viribus, gratia diuina mentem stabilire, continuis virtutum incrementis se contra dœmonis insidias, & subdolas procorum artes communire: vnde cum Angelicam humana iam in carne vitam ac cœlestem prorsus viuerent, quid mirum est, cœlites Virginum cœtui sæpius interfuisse? *Venerunt* sit Anonymus, *sæpius Angeli inter eas de cœlis directi, visitare illas, & in bono corroborare proposito*, iterum, *Interea dum expensæ ad iter peregrinationis atque nauigia præparantur, Angeli veniunt de cœlis, aliiq; Sancti ac Virgines sacræ consocias suas visitantes, illasque ad propositum salubre & sanctum cõfortantes.* Semper enim arctis in rebus, præsertim cum Virginum castitas tentatur, Deus inuocatus adest, & Angelo quandoq; submisso præsens solet auertere periculum. *Ingressa Agnes*, canit Ecclesia, *turpitudinis locum, Angelum Domini præparatum inuenit.* Vnde tenella virgo insultat audacter lenonibus, *Mecum habeo custodem corporis mei Angelum Domini,* Quis tali protectus & defensus præsidio, vel omnes orci satellites metuat? Giezi trepido & ob hostium equos, & currus, & robur exercitus in Dothain clamanti, *Heu, heu, heu Domine mi, quid faciemus?* Respondit S. Propheta Domini Elisæus, *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis:* deinde rogauit, vt aperire Deus dignaretur oculos eius, quibus apertis, *Vidit ecce is montem plenum equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi*, & hostes timere desijt: vt discat tiro Christi, Dœmonum insidiis appetitus, à cœlo certum sperare præsidium. Ieremiæ 20. *Dominus autem mecum est, quasi bellator*

Vna soror sponsi inconstans discedit. *Lib. 1. c. 6. B. Herm.*

Punitur à Deo.

Angeli tuentur. ceteras. *Lib. 1. c. 2.*

Lib. 1. c. 2.

Lib. 1. c. 3.

Velut S. Agnetem.

4. Reg. 6.

Ier. 20.

bellator fortis, idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt, confundentur vehementer.

CAPVT XVIII.

Agrippinus Rex sponsi parens, Baptismo initiatus moritur.

ALTERA fœderis coniugalis conditio, priore iam impleta, sponsi requirebat triennio in fidei dogmatibus institutionem, & præuiã ante nuptias Baptismalem initiationem: ad hanc libenti prolixoque animo se sponsus comparabat: nam mysteria Christianæ religionis addiscebat ipse quotidie, familiaribusq; suis eadem persuadere nitebatur. Accedebant diuinissimi spiritus illustrationes mentis, quibus persuasissimum habebat, neminem posse finem, ad quem conditus est, æternam beatitatem consequi, nisi fonte lustrico fuerit initiatus, & corpori Christi mystico aggregetur.

Aetherij sponsi in fidem propensio.

Erat Agrippinus ætate deuexa; sed gentilis: filius in parentem pius; & de eius salute perquam solicitus, cum ei vitam deberet mortalem, satagebat impensè, vt vitam animæ redderet immortalem, vnde non destitit ante, quà precibus, quà minitis vrgere, donec perspecta idolorum vanitate, Deum vnum Christum Iesum coepit agnoscere, hunc orbis seruatorem prædicare: & anteactæ vitæ sceleribus insignibus pœnitudine deploratis, Baptismi sacris vndis voluit expiari. Mox agno mitior, quem antea militaris vitæ licentia, & victoriarum obtentarum gloria nimis efferarat, aliam iniuit viuendi rationem, contemtisque caducis rebus, ad regni cœlestis immortalitatem anhelabat. Nec diu Deus vota pia distulit; nam eodem anno morbo tentatus, magna pietate & mentis voluptate decessit è vita, quẽ vxor post, filius & filia tres Martyres biennio post sunt consecuti. Volebat nimirum Deus Aetherij promtitudinem in exsequendis diuinis iussis remunerari, & per quem multa collegit millia, quibus martyrij lauream æterna prouidentia destinabat, eidem ansam offerre, parentes ipsos fidei mysteriis imbuendi: quod & Vrsulæ precibus, & sodalitatis totius merita videntur facilius obtinuisse: nam eam auxerat numero maximo cognatorum, & affinium Agrippinus: quam ad discessum se comparantem cœlesti monitu, reuisamus.

Persuadet Baptismũ parenti.

Is paulo post piè moritur. *Elisabeth c.12. Et Anon. l. 1. c.19.*

CAPVT XIX.

S. Vrsula monetur cœlitus de necessariis ad abitum præparandis, & ingenti incremento Societatis.

INTEREA multorum Regum & Principum accessus cum variis virginum supplementis, auxerat mirabiliter societatem, vt numerus à Deo constitutus ante discessum è Britannia fuerit absolutus, & omnes gentiles rudimentis fidei satisfactæ; licet enim primis mensibus, vt diuinum consilium & Vrsulæ mens occultaretur, circa litora maris, (vt vulgi curiositatem alere viderentur) velitationibus nualibus inter se naues concurrerent, paulatim tamen in altum prouectæ longius, & anchoris demissis inter se pietatis studia totos dies in seram vsque noctem produxerunt, vt ita spectatorum oculis subductæ, liberius diuinis rebus inhærerent, & Virginum sanctissimæ functiones sine arbitris securius perficerentur, qua solertia multitudinis turbam post initium declinarint, ita vetus historia significat.

Sed

Sed postquam quotidianis exercitationibus assiduitas aluit audaciam, longiùs à litore *vet. hist. c. 9*
nigantes, cùm spectaculi gratiam populo subtraherent, quædam etiam naues flabris ventorum disiecta ante noctem minimè redirent, diutina exspectatio, & satietas ludorum spectaculis fastidium genuit, singulisq; ad sua opera discedentibus, paulatim turba defluxit.

Tertius iam voluebatur annus, & Sponsus ignarus adhuc Vrsulani diuiniq; Triennio
nilij, iam satis elementis fidei eruditus, vrgebat præstituto tempore (quod iam euoluto
iminebat) nuptias, paratus antè Baptismi fonte regenerari. Quæ res solicitam sponsus
ddidit Vrsulam: nam licet non immemor diuinæ promissionis, eam sciret nullis vrget nu-
umanis posse viribus impediri, vt tamen eam maturrimè Deus exsequeretur, & ne ptias.
o temporis articulo, quo classem parabat ventis aliò propellẽtibus abducere è Bri-
nniâ, Virginum aliquæ dæmonum & procorum illecebris à cœtu diuellerentur, Vrsula De-
nnes ardenter Virgines ad preces excitauit: quam obsequentes eas Vrsula nacta um cũ Vir-
;, cum eiusdem solicitudine narrat vetus historia; *B. Vrsula quamuis diuinæ promis-* ginibus
sis oraculo non incredula, pro humana tamen infirmitate solicita, con virgines, quas iam in precatur.
omino tam verbis, quàm exemplis erudierat, vt in tali rerum articulo diuinæ misericordiæ Cap. 10.
nnam instantiùs pulsarent, admonuit, ne castitatis procinctum perderent, sub quo Regi suo
æsti irreprehensibiliter militassent. His dictis, cum iam currentibus stimulum addidisset,
euotæ Virgines ex toto corde in lacrymas effusæ, tam pro sua singulæ, quàm pro Reginæ vir-
ginitate conseruanda solicitæ, supernum cæperunt auxilium ardentissima spiritus contritio-
ne inuocare. Vt Deus electorum suorum fidentiam & constantiam periclitetur,
olet ad extrema ferè sinere deduci: sed dum in rebus quasi perditis & desperatis
obsecratur, momento subuenit, & hoc auxilium accidit gratius, quo dilatum diu-
ius, exspectatum fidentius, exhibitum opportunius. Dum Abraham Isaac filio,
ui posteritatis æternæ toties facta erat promissio, adductum gladium intentaret;
Saul Dauidem in monte conclusum, iam comprehendere, Ioseph Mariam Vir-
ginem grauidam deserere cogitaret, *Adiutor in opportunitatibus* Deus, iliço, missis
etiam cœlitibus internuncijs, subuenit, diuinæ promissionis fidissimus exsecutor;
Sic Vrsulam metu fluctuantem Angelorum alloquio recreauit, qui tam palæstram
martyrij, quàm instantem discessus diem ei significarunt. *Angeli*, ait Anonymus, Angeli mo
de cœlis missi, B. Vrsulam omnem futuri triumphi seriem edocentes, prædicunt eas Coloniam nent eam
ituras pariter, gloriosoq; martyrij trophæo omnes coronandas. de discessu
l. 1. c. 2.

Audito cœlitus hoc nuncio, prudens Regina rem omnem cum Parentibus suis eum Paren
& Episcopis communicauit, egregio Christi tironibus documento, ne sibi præfi- tib. indicat
dant nimium, & acceptis diuinis oraculis glorientur, cùm sæpe formam lucis An-
gelus Sathanæ mentiatur, vt incautos & sibi præsumentes specie pietatis circum-
ueniat. Probauit Parens & Episcopi responsum diuinum, & statim ad iter ne cessa- Parantur
rium apparatum, vestes, alimenta, sumtus, instrumenta nautica, peritos nauarchos, necessaria.
& alia diligenter comparant; Vrsula verò solito studiosiùs incumbit in Virginum
institutionem, vt fide stabiles, & amore Dei feruidæ, facilius itineris molestias su-
perarent, & animosiùs corpora præberent tortoribus ferienda. Nouæ etiam naues
pro Episcopis, Regibus & Principibus viris extra triremes Virginum comparantur,
aptantur, instruuntur. Nam eadem oracula diuina Dionetho quoque cœlitus esse
data, docet Elisabeth: *Pater*, inquit, *B. Vrsulæ Rex Britanniæ Scoticæ, Maurus nomine,* *Cap. 6.*
vir fidelis, conscius erat voluntatis filiæ suæ, & quid de ea Deus ordinasset, cognoscebat,
quemadmodum & ipsa: atque hoc quibusdam, quos familiares habebat, detexit; acceptoq;
consilio, cautè præordinauit, vt filia sua, quam tenerrimè diligebat, viros, quorum solatio
tam ipsa, quam exercitus eius indigebat, in comitatu suo discedens haberet.

Sed ne tunc aliquæ nutarent in proposito, Deus crebriùs Angelos, aliosque Angeli
Cœlites adspectabili forma Virginibus misit, vt ijs animos adderent, & ad virgini- cõfirmant
tatis & martyrij laureolam præpararent. Virgines
in ppõsito

Interea, ait Anonymus, *dum expensæ ad iter peregrinationis atque nauigia præparantur, Angeli veniunt de cœlis, aliiq; Sancti, ac Virgines sacræ, consocias suas visitantes, illasq; ad propositum salubre & sanctum confortantes.* *Consocias* vocant suas *virgines*: quæ non solùm in altera, sed in hac etiam mortali vita, mores & castitatem Ange-

Matth. 22. licam æmulantur: dum *non nubunt, nec nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei*: quamuis in hoc etiam cœlestes illos spiritus longè superent: dum enim *in Angelis castitas plus gaudet felicius, in Virginibus* tamen *nitet fortior, triumphat glorioſior.* Ideo Cœlites non minùs auebant militantibus choris hiſce virgineis in terris, quàm Beatorum in cœlis triumphis & coronis interesse: ità videntur singulæ Virgines tutelaris Angeli iucundis colloquijs & vsu familiari fruitæ, monitæq; seorsim, vt si quas haberent sanguinis, affinitatis, vel amicitiæ singularis nexu propinquiores, quibus martyrij palmam exoptarent, accerserent illico; futurum enim, vt eâdem diuino beneficio donarentur.

persuadet alijs martyrium. l.1.c.3. hoc enim apud Anonymum ipsæ testantur Virgines: *Ex nobis, inquiunt, multæ, matres, habuerunt, & sorores, cognatas etiam, & sibi propinquas, atque caras matronas, ea quoniam Angelis sibi annunciantibus peregrinationem præscierunt instare futuram, coronam quoque Martyrij, virginitati præmium sibi cœlitus promissum sorores & cognatas cum filiabus paruulis sibi associantes retributionis æternæ præmia, & illas pariter optant consequi secum.* Hoc pacto magna breui tempore cœpit præter vndena Virginum iam expleta millia sexus vtriusque, cuiusuis status, conditionis & ætatis accedere: præsertim cùm Dionethi Regis indicio, nonnullis Episcopis & viris Principibus innotuisset, de quibus pergit: *Peruenit præterea rumor earum & fama sex ad Episcopos terræ illius, ad nobiles quoque & militares, qui scientes verè, quod Deus esset cum eis, per quem talia fiebant, relictis quoque plures illorum diuitijs, dignitatibus & terris, patria & cognatis, associati sunt eis, peregrinari & ipsi cupientes, atque mori pro Christo. Erant nihilominus Regum quidam, Ducum, Comitum, ac Principum, quorum quidam illarum patres exstiterunt, fratres & amici, quidam etiam sponsi, quas in proximo fuissent, si remansissent, connubij legitimo iure reducturi.* Nomina plurimorum liber alter persequitur, & varios etiam modos ac vias, quibus eos Deus mirabiliter ad idem appetendum martyrium perpulit.

Epi quidã addicũt se Societati. Cap. 3.

CAPVT XX.

Abripitur vento cœlitus immisso classis versus Rheni ostia, qui Episcopi Sodalitati se adiunxerint.

Dies decreta discessus. ADeratiam dies à Deo præstituta, qua coactam illam è tot millenis Virginibus tot ijsdem associatis Episcopis, Regibus, Principibus viris, & alijs vtriusque sexus statuit è Britannia felicibus auspicijs educere, varijs exercere nauigationis peregrinationis laboribus, & demum martyrij laureâ decorare. Erat in eum diem celeberrima iam indicta Virginum exercitatio naualis, ad quam Reges & Principes velut cohonestandam, præparatis eum in finem nauigijs, cum Episcopis erant inuitati. Stabant in litore maris, anchoris firmatæ naues, omnes à nautis, alimentis, instrumentis & necessarijs rebus instructissimæ, sumtus etiam ad iter longum liberales & profusi in naues singulas distributi.

Cõueniũt Virgines, Reges & Principes.

Anon. l. 1. c. 7. Affectabant cum Virginibus profectionem Episcopi, Reges & Principes virique alijque vtriusque sexus, quos tunc insolitus quidam diuinus ardor ad naues conscendendas impulit. Inter Antistites sacros quinque præcipuè numerantur

Episcopi quinque comitãtur

1. Primus Wilhelmus aliàs Michaël nominatus, regiæ prosapiæ, & consobrinus Regis Dionethi, cum Geralina sorore illustri femina, cuius tres filiæ Virginibus accensebantur.
2. Alter Episcoporum Columbanus, matris S. Vrsulæ ex sorore Alexandri nepos.
3. Tertius Iwanus vir grandæuus, auunculus Dariæ, Londinensis (vt creditur)
4. Episcopus. Quartus Eleutherius, cuius frater Comes Eustachius, cum vxore
5. & sex filiabus, se consociarunt. Denique Lotharius consobrinus Ætherij sponsi. Hos Præsules ab initio Sodalitati Vrsulanæ prouidit DEVS, ne Virgines solatio spirituali, sacris exhortationibus, & diuinissimo Sacramento diebus Dominicis priuarentur: nam longè plures in itinere, Romæ, & in reditu se ijs adiunxerunt.

Mir

Mira tamen in hac vltima in naues conſcenſione diuini Numinis eluxit elegio : mira tam puellarum, quàm reliquorum diſcretio. Conſtat diuino oraculo, quotquot amiſſa virginitate turmis ſe Parthenicis antea miſcuerunt, omnes o temporis articulo, vel morbo, vel caſu quodam fortuito, aut negotio præpedis, abfuiſſe : quarum paucarum defectum acceſſio multarum ſororum & cognarum ſuppleuit: id de vna deflorata, quæ virginem habitu ſe mentiebatur, affirmat nonymus. Virgines ſolæ incorruptæ à Deo ſeliguntur.

Sponſus etiam Ætherius alijs diſtentus curis abfuit, Deo melius aliquid prodente, vt ipſe altera cum claſſe inſtructiſſima vnà cum multis alijs martyrij candidatis, qui nondum aduenerant, ſponſæ reduci circa Moguntiam occurreret, maximo ſodalitatis incremento. Datum verò nouum cœlitus eo die profectionis ſignum ſſe, & acriter ab Angelis & dæmonibus innumeris certatum paribus ſtudijs, feci, Deo iuuante, ſucceſſu, ſic narrat Anonymus: *Dumq; Virginum earundem à Deo iſpoſitum peregrinationis tempus inſtaret, ſacræq; dies profectionis adfuiſſet, diuinitus admonentur iter incipere, atque ad naues confugere. Tunc ſurrexerunt omnes Virgines illæ d nauigia feſtinantes, & nulli dubium, quin Sanctorum multi tam Angelorum, quàm ceterorum adfuiſſent, illas ducentes, illis congratulantes. Aderat & Sathan cum innumerabili atellitum ſuorum multitudine, aliquas ex ipſis impedire volentes; at illæ diuina protectione nunitæ, maligni ſpiritus vacui reuertuntur & inanes.* Cur ſpõs⁹ abfuerit. Monentur omnes de abitu. Cap. 9. Certamen Angelorũ & dęmonũ

Secura metu Sodalitas Vrſulana; nam dum *habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commoratur, Dicit Domino, Suſceptor meus es & refugium meum, Deus meus, ſperabo in eum. Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurſu & dæmonio meridiano. Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperabit, liberabo eam, protegam eam, quoniam cognouit nomen meum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eam, cum ipſa ſum in tribulatione, eripiam eam, & glorificabo eam.* à Deo protegitur Sodalitas Vrſulana. *Pſal. 90.*

Hiſce pijs cogitationibus & diuinis promiſſis Sodalitatem totam ad agendum fortiter animabant Cœlites, dum mira celeritate iuncta mentis alacritati & hilaritati Deo propitio naues ſubeunt: non ſecus ac ſuperioribus diebus, quando belli quædam ſimulacra, effuſis ad ſpectaculum ciuibus, edebantur. Iamque omnibus in naues intromiſſis, cum altum peterent, & vnanimes Deum precibus inuocarent, coire repente in nubem aër, & impactas in nubes exhalationes & vapores deorſum in mare reuerberare, vnde ventis exortis, & in pelagus alliſis, ciere fluctus, abſque periculoſa tempeſtate, & ipſam alio claſſem velociter tranſportare: *Pius autem Dominus*, ait vetus hiſtoria, *qui ſemper prope eſt omnibus inuocantibus ſe in veritate, tam pia vota non diſtulit; ſed ventum de theſauris ſuis produxit, impulſamq; claſſem ſub vnius diei noctisq; ſpatio ſecundo curſu in portum, qui Tyle dicitur, integro tam nauium, quàm puellarum numero pertulit.* vento abripitur. *vet. hiſt. c. 11*

Tam felici rerum euentu videtur Vrſula non ipſa tantum exſultaſſe: ſed & Virgines ad contemtum patriæ, parentum & ſanguine iunctorum, amore Sponſi per Magiſtras excitaſſe, illud vt ſibi à Chriſto dictum arbitrarentur. *Audi, filia, & vide, inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Aderant iterum adſpectabiles Angeli, qui ſingulas Virgines gaudio & ſuauitate incredibili delibutas hortarentur, cum Abrahamo libenter *exire de patria & cognatione, in terram*, quam eis Deus eſſet monſtraturus, eo præſertim tempore, cum parentes, affines & cognati comperto nunquam in patriam redituras, litus & mare fletibus & eiulatu compleuerunt. *Quantus*, ait Anonymus, *ibi luctus, quantusq; mœror & planctus, cum filiæ tam nobiles, tamq; decoræ & elegantes, à parentibus & amicis ab inuicem ſeparantur, atque ſpes nulla foret de cetero remeandi. Gladius tui amoris hoc fecit, Ieſu bone, bis acutus, qui ſeparauit filios & filias à parentibus, & caris, & notis.* Luctus parentum & amicorum *lib. 1. c. 9.*

Confeſtim itaque, vt oculis parentum, amicorumq; obtutibus ſubducuntur velificantes, Angelica viſitatione gaudentes confortantur, ipſorumq; præſentia delectatæ, quæ retro ſunt oblitæ, ad gaudia ſibi promiſſa feſtinant: Gaudia Virginum

modo ad gaudia festinabant, quæ ad tormenta vocabantur? An ipsam mortem & supplicia crucis amor sic delinierat & mitigarat, vt sensum eorum amisissent, ut iam in delicijs numerarent? Hæc est insignis & admiranda vis & efficacitas perpessionis dominicæ, vt dulcia desipiant philotheis, contra verò dura, molesta & aspera sitiant & appetant. Sed ante, quàm classis secundis ventis in portum Tielensem inuehatur, Reges, qui martyrij desiderio sponte se commiserunt itineri, enumeremus, tabula simul inserta, qua Britannicæ insulæ, patria præcipuarum Virginum, primaque nauigatio è Britannia per mare Vergiuium, & ostia Wahalis Tielam vsque exhibetur.

CAPVT XXI.

De Regibus, qui peregrinationem cum Virginibus susceperunt.

ANte discessum è Britannia creditum à plerisque fuit, vt etiam in vulgus sparirant, apparatum illum regium triennij spectare nuptias totius Britanniæ, vel orbis etiam celeberrimas, ad quas è remotissimis Europæ partibus Reges & Principes viri euocati exspectarentur. Aderant completo iam penè triennio cognati, Reges & affines, cùm diuino responso tam Vrsula, quàm Dionethus Rex tempus intellexit, quo classis vi ventorum esset in exteras regiones Coloniam versus abripienda; quo virisPrincipibus, Regibus & Episcopis clam insinuato, plerique martyrij percupidi comites itineris se cum coniugibus etiam & liberis adiunxerunt.

Nulla vidit prior vel posterior ætas tot Reges & Principes vna vice spretis orbus, sceptris & mundi delicijs, omni spe posteritatis excisa tam auidè ad sanguinem amore Christi profundendum concurrere, sicut Britannici isti Dynastæ, cum extris etiam multis Regulis, ac Virgines cum matronis summo loco natis. Tunc profectò singulari fauore decora terrarum orbis, præsertim Britanniæ, Deus elegit, contrà, quàm Apostolus scribit in primis Ecclesiæ nascentis incunabulis facere consuesse: *Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemtibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret, & non glorietur omnis caro in conspectu eius.*

Pauci nobiles & potẽte selecti 1. Cor. 1.

Initio Ecclesiæ,

Primordijs Ecclesiæ conueniebat, viles piscatores totum orbem Christo in crucem acto submittere, vt diuinum, non artis vel industriæ humanę videretur opus esse lex Euangelica: ea verò iam toto terrarum orbe disseminata, cùm eam Reges etiam profiterentur, de quibus Propheta dixerat, *Et erunt Reges nutritij tui*, fuhoc insigne diuinæ potentiæ sapientiæque tropæum, tali Reges amore crucis succendere, vt spretis omnibus mundi voluptatibus, contemtis honoribus, amore Christi & spe bonorum cœlestium, sanguinem prodigerent.

Postea Reges multi conuersi.

Nec fallit Anonymi scriptoris Regum series: complures enim eorum tam amant, quàm post oraculum ei redditum literati lapides è tumulis educti, nominibus ijsdem & vxoribus expressis, fidem fecerunt certam: imò multos etiam alios ab Anonymo prætermissos prodiderũt. Addũtur causę vel occasiones aggregationis penè singulorum.

Comitati Vrsulam.

Primus Rex Iunior Oliuerius nominatur: cui desponsa virgo Oliua regio iã titulo & diademate decorata, cũ Vrsulanã Sodalitatẽ inuitata lustrasset, & eius absentis desiderio sponsus eodem properasset, persuasit Oliua Christum, & eius amore martyrij succendit in eo sitim ardentissimam, vt trecentis è regno cõscriptis virginibus, quæ etiã Oliua nuper adduxerat, cognito tẽpore discessus imminẽtis, auxerit Sodalitatem.

Oliuerius *l. 2. c. 8. 21. 22.*

Crophorus *Cap. 9.*

Secutus hos Crophorus Rex Pinnosi Regis progenies cum vxore Cleopatra biennio iam antè regijs insignibus ornati: quos vt sanguine proximos Vrsulæ, Dionethus ad belli simulacra virginum euocarat: Qui dum sanctis intersunt choris coelitus moniti, iussi sunt cum ijsdem sanguinem Christo consecrare, cui decreto diuino cum ducentis libenter annuerunt.

Lucius

Lucium Regem ad idem institutum Iotha filia chiliarcharum prima perpulit cum duabus fororibus, quas antea S. Vrsulæ præmiserat: vt autem citius Deo vocati pareret, S. Ioannes Euangelista per quietem ei visus, admonuit: vnde cum trecentis ac triginta Virginibus aduolauit. Lucius à S. Ioanne inuitatur. Cap. 10.

Quartus Clodoueus dicebatur, vir strenuus, fortitudine ac religione præstans, qui cum vxore Blandina paris pietatis Regina, verbis Eugeniæ filiæ maritique eius Lucis Alexandri persuasi, cum filiabus, consanguineis & ducentis Virginibus Parthenico se collegio aggregauit. Clodoueus filia.

Hos imitatus Canutus, ætate deuexâ Rex, qui parem cum annis in virtute progressum fecerat, vnà cum Balbina consorte regni fidem antè Christi professus, horum filiorum & quatuor filiarum non exemplo tantum, sed & crebris adhortationibus inducti, posteaquam Carolo filio regnum tradidisset, cum sex liberis, vndecim neptibus, tot vna è domo regia profecti se stiterunt, amore Christi victimas immolandas. Cap. 12. Canutus.

Vicit tamen Reges omnes Pipinus, is in Orientali Britanniæ parte regnabat cum Margareta, genuerant quatuor filios & tres filias, omnes ardore martyrij succensi, Societati se adiunxerunt: Parum hoc erat Pipino, nisi horum etiam liberi, tota ferè posteritatis spes, liberi (inquam) vndecim stirpitus è terris educti, feliciùs sanguine proprio in cœlesti paradiso cum omni familia transplantarentur. An quicquam vlla retro vidit ætas vel in Machabæa matre, vel parentibus alijs generosius? Pipinus.

Certè Adolphus Rex Pipini filius Regum septimus, secum participem thori & regni Dionysiam, cum duobus filijs & tribus filiabus, parentis exemplo totam secum trahere posteritatem voluit, vt de sua progenie cœlo transcripta securus, cum ipsa feliciùs in Beatorum domicilio regnaret immortalis. Adolphus Cap. 13.

Atque vt isti suos secum duxêre liberos, sic Auito Regi duæ filiæ Columba chiliarchis & Cordula, & neptis Odilia similiter chiliarchis, societatem martyrij feliciter persuaserunt; faces Deiparâ, cui magnificum templum construxerat, admouente, vt spreto regno crucem Christi complecteretur, lætus pro Deo vitam positurus. Cap. 14. Auitus templũ Deiparæ struxit.

Eadem persuadendi vi Sibilia chiliarcharum decima, tresq; sorores apud Siranum Regem, & matrem Sibiliam valuerunt, qui cum fratrum & sororum suarum proles castissimas secum attraxissent, centum & octoginta Virginibus comitati, mortem opperere pro fide non dubitarunt. Siranus. Cap. 15.

Decimum Regem Danorum Refridum vxor Oliua Christi martyrem fecit: quam apim studiosissimam ideo nominat Anonymus, quod vndecunque posset, florem Virgineum delibatum decerperet, & secum ad aluearia Christi transueheret, electissimum inde non mel, sed nectar & ambrosiam diuinæ mensæ confectura. Refridus Rex Daniæ

Eodem Rex Bonifacius cum filia Bonifacia properauit, felici mercatu cum caduco & terreno cœleste & immortale regnum commutaturus. Illud permirum, Laurentium Regem idolorum cultui deditissimum & iuratissimum antè Christifidelium hostem & persecutorem, postea Dei vocantis potenti virtute traductum ad fidem, & agno mitiorem, vltro profectum ad Vrsulam, vt anteactæ vitæ & crudelitatis exercitæ maculas effuso pro Christo sanguine expiaret. Præter hos ab Anonymo recensitos, permultos alios tituli sepulcrales prodiderunt Reges, vnà martyrio coronatos, vt Dionethum, Ægidium, Herwicum, Valerium, Theodorum, &c. qui, num in prima vel secunda sponsi Ætherij classe venerint, non possum arbitrari. Bonifaci⁹. lib. 1. c. 6. Laurenti⁹ ex persecutore Martyr.

Reginæ verò, prolesq; regiæ fuerunt sine numero: Duces, etiam, Principes & Comites, horumq; filij, filiæ, neptes, affines, consanguinei. Satis hoc loco sit è solis Regibus primæ classis nobilitatem, & sanguinis claritudinem æstimare.

Felix illa dies, qua tot orbis Reges pari mentis alacritate & celsitudine, spretis regnis, militiæ huic sacræ colla subdiderunt, & glorioſiùs duxerunt mancipari Christi seruituti, profuso Regis sui amore sanguine, quàm subiectis populis imperare, tam potens & efficax est interior Christi gratia in eo, quem specialibus fauoribus diuinus respicit oculus, vt sceptra fastumq; regium Reges ipsi velut sordes detestentur.

CAPVT XXII.

In Tielenſem portum claſsis Vrſulana feliciter intra diem & noctem inuehitur.

Cita nauigatio.

LIcet ex Anglia breuior traiectus ſit ad oſtia Rheni, ex Hibernia tamen Tiel[enſem] vſque longior, periculoſior & difficilior, qui ferè quatuordecim gradibus co[ntinetur], (vt ex inſerta tabula prima licet colligere:) & viginti quatuor horar[um] ſpatio ſcribitur à veteri hiſtoria ſuperatus. Nec opus hoc miraculo tribuere, qu[od] do ventis quibuſdam vehementioribus (currentes à nautis appellantur) impelli[tibus], breuiori temporis interuallo duplo maius nonnunquam ſpatium nauis ſo[lita] tranſuolare. Breidenbach Decanus Moguntinenſis de ſe ipſe circa initium Hier[oſolymitanæ] ſolymitanæ nauigationis refert, cùm ſoluiſſet Venetijs, trium tantùm horarum ſp[atio] tio vi ventorum centum viginti milliaria confeciſſe, vt per horam ſupra duos g[radus] dus emetiretur. Vnde potuit ſanè perfacili negotio viginti quatuor horis quatuo[r] decim gradus: vel ſeſqui horâ Vrſulana claſſis vnum gradum percurrere: ſi cur[ſus] naturæ relinquatur: quamuis prodigia ſint alia nauigationem illam comitata: n[am] enim, vt fieri dominantibus velociſſimis illis ventis ſolet, mare tempeſtuoſum p[ro]cellis & fluctibus horrendis iactabatur, cum nautarum etiam trepidatione; ſed q[uo]ſi pacatum, ſecundis tamen & optatis leniter ventis à Deo ſubmiſſis impellebatu[r] vt rectè ſcriptor Anonymus incitatiſſimo curſui tranquillam iungat nauigatione[m]:

Breidenb. initio nauigat. Hieroſ.

3. horis 120 milliaria nauigãdo conficit.

l. 1. c. 11.

Velociſſimo, ait, *ſiquidem curſu naues mare ſecantes, ad magnum Rheni fluuium tranquil[la] nauigatione Deo ducente, Angelicoq; ductu regente, proſperè peruenerunt.* Accedeba[t]

Cœleſtes fauores exhibiti nauigantibus.

Paruulis, *Cap. 19.*

& Virginibus.

peculiares quidam fauores, & bona gratia lactentibus & parutilis (quorum ext[abant] Virginum vndena millia quingenti cenſebantur) exhibita: nam adſpectabili ſpec[ie] cœleſtes genij tam inter eos, quàm in aëre (luce fulgidi videbantur, & infantul[is] mirificè blandiebantur: vt & cibi lactisque ſugendi immembres inſolitis geſtibu[s] & corporis motibus incredibilem voluptatem animi præ ſe ferrent. Nec minùs al[ij] Virginibus adſpectabiles aſſiſtebant Angeli, qui nocturnis præſertim horis rutilan[ti] ſpecie tenebras vincerent, mœrorem & metum omnem depellerent, patriæ & pa[rentum] rentum amorem ac memoriam exuerent, ac ſumma lætitia delibutas ad martyri[um] palmam incenſis deſiderijs inflammarent. Ita ſecundis ventis altera die per oſti[a] Rheni contra fluminis impetum prouehuntur.

Ea tempeſtate totum litus Rhenanum, quà Gallias ſpectabat, caſtellis Roma[norum] norum muniebatur, oppoſitum verò, Batauorum vel aliorum etiam populorum [oppidis] oppidis in fidem & tutelam ferè eorundem admiſſis, ornabatur: & primus quidem [è Britannia] è Britannia ſoluentibus peropportunus portus Tilenſis occurrebat, oppidum tunc [frequens] frequens, & mercatu celebre, quod hodieque in Geldriæ finibus à Wahali altero [Rheni cornu] Rheni cornu raditur.

Portũ Tielenſem tenent.

Claſſis igitur cùm ex Hibernia proſperis ventis per mare Vergiuum aut Ver[gionium] gionium abrepta in Britannicum, indeq; in Oceanum Germanicum deueniſſet, v[el] adiecta tabella Inſularum Britannicarum monſtrat, mox per oſtia Rheni Tielam [Batauiæ] Batauiæ portum altero die tenuit.

Gaudia Sodalitatis,

vet. hiſt. c. 11

& cantica laudis.

Quibus tunc gaudijs inceſſerit Vrſula, quæ laudum cantica præcinuerit, Vir[ginum] ginum choris vndique plauſibus & vocibus concrepantibus, quòd ex Ægyptiacâ [mundi] mundi & patriæ ſeruitute iam emancipatæ liberis Deo mentibus & ſoli militarent; ita vetus narrat hiſtoria: *Pius Dominus ventum de theſauris ſuis produxit, impulſamq; claſſem ſub vnius diei noctisq; ſpatio, ſecundo curſu in portum, qui Tiele dicitur, integro tam nauium, quàm puellarum numero pertulit. Itaque arrepto litore, quod concupierant, tanti dux femina facti, quaſi Maria Prophetæ Pharaonis exercitum per mare rubrum eua-*

ſiſſet,

TABVLA BRITANNIARV EXHIBENS I. PARTEM ITINERIS S. VRSVLÆ

pro lib. 3. Cap. 2.

OCEANVS HYPER BOREVS

ORCADES INSVLÆ XXX

NORWEGIÆ PARS

SCANDIÆ PARS

INS { EBVDES HEBRIDES MEVANIÆ

Vrbes Archiepr: non tantum Signo ✝ Episcopales ✝ Omissæ sunt autem in Hiberia sub Armacano Archiep.
1. Dromore
2. Mieth
3. Kilicom
Sub Tuamensi Arch.
10. Achade
11. Alache
Sub Cassiliensi Arch.
20. Emmeley
21. Limbrick
Sub Dublinensi
30. Osray
31. Glendelack

HIBERNIA
SCOTIA maior
IRIA
IVERNE
IRLAND

OCEANVS VERGIONIVS
MOR WERIDH Britannice

ALBANIA
SCOTIA MINOR

ALBION
ANGLIA

OCEANVS { CIMBRICVS GERMANICVS BRITANNICVS

Tres Ins. Saxonum Ptol.

Milliaria Germanica
Millia passuum

DANIÆ

IVTIA

PARS

CIMBRI WENSLIA

GERMANIÆ PARS

TREVIRI

FRISI

FRANCI

BRVCTERI

SAXONES

SVEVI

ANGLI

TAXANDRI

MENAPII

MORINI

NERVII

BATAVI

CORITANI

DOBVNI

ICENI al. SINENI

TRINOBANTES

CATTI

REGNI

ATREBATII

BELGÆ

SILVRES

DEMETÆ

CANTÆ Angusy

MEATÆ

BRIGANTES

PARISI

CORNAVII

CARNONACÆ

CREONES

CERONES

EPIDII

GADINI

VACOMAGI

NORTHVM

VLTONIA

VENTONII

NAGNATÆ

CONNACIA

DARINII

VOLVNTII

DIA

DEBLANII

CAVCI

MANAPII

GANGANI

VELLABORI

ERDINI

ERNVS L.

MARE HIBERNICVM

Caledonium Nemus

Hercules Prom. Hartland

Antuestum P. Landes end

Boreum Prom.

Notium Prom.

Orcades

Hey Ins

Rosa

Kirkwal

Cathnes

Wyedrum Prom.

Vlysses fretum

Rossmarck

Elgin

Moravia

Longus fl.

Rauros

Maleos Mula

Sodora

Epidium Ins.

Dunkel

Dunnibla

Alata Castra

Sterling

Llanmonius sinus et est. Clutæ

Bangor M.

Mitrius Aldrum

Tine Ostium Tinmouth

Veara Ostium Wermouth

Dunelmum Durham

Tine æstuarium Tees

Ins Mona al. Monoeda. Man. Mona Anglesey

Elbania Deuetia Dublinum

Iccana Æ.

Deua fl.

Deua Leg. Chester

Mediolanum Lamallum

Salopia Shrowesbury

Uriconium Wrecester

Lichfeld

Lindus Colonia Lincolne

Dunum Danaster

Sabrina fl.

Hereford

Claudi Glocester

Verolamium S. Albas

Colonia Colchester

Norwich

Ipswich

Venta Icenorum Caer Guntguic

Londinum

Durobrivis Rochester

Durauerni Canterbur.

Portus Itius Sithiu S. Omer

Gesoriacum Bononia

Cales

Rutupiæ Portus Sandwich haue

Tamesis fl. æstuarium

Vecta Ins. Wicht.

Vectis magnus Portus meridi.

Vindonis Winester Wintonia

Aquæ Calidæ Wels

Ischalis

Vxella Okeham Peo.

Isca Exanium

Isca Silurum

Sabrinæ æstuarium

Ostium Sabrinæ

Menæua vel S. Dauid

Octopitarum Pr.

Iuerna Æ.

Vxella æstuarium

Ganganorum P.

Dubrone Byrd Haue

Iernus fl. Mayre

Seni al. Dur fl. Os.

Seni fl. Ost. Galwey Bay

Rhaunus flu Trouys

Nagnata Crenay

Libnius flu.

Aylebar Ost.

Helphen

Rosconnon

Clonfert

Regia Limerick

Casselia Clonmel

Waterford

Cork

Rosse

Lismaria

Dublin

Drogheda

Tuam Tuarna

Ardagh Bergie

Ardmach

Clogher

Dundalk

Vidua fl.

Boyn.

Banchor Monast.

Casa Candida Wahorne

Estuar. Ostium Sabrinæ

Nort Wallia

Cambria

Wallia vel Cambria

Deua fl.

Menapia Wexford

Tilnus fl.

Dyfri

Iuerna

Lemanis

Rutupiæ

Ambianum Amiens

Fleui Ins. Vlielandt

Medium Rheni Ost.

Caer colon

Rheni Ost.

Isola fl.

Amisius fl.

Visurgis ostium Weser

Albis ost. Elb.

Eidoræ ost.

Eidora fl.

Amasi Ost.

Ems

Emden

Groninga

Lugdunū Batauor.

Leyden

Rhenen

Telomū Vetus

Vahalis fl.

Mosæ fl.

Schaldis

Batasij

Tungri

Gandauum

Leuci

Mosæ fl.

Colonia Agrippina

Hannonia

Arhusen

Kolding

Rina

Schagen

Hammaria

Anstoa

Stafanger

Berga

Nicoping

Wiburgium

Schonen

Cimbrica Chersonesus

Sleswig

Ripa

Ribe

Aalborg

Limus fl.

Thames fl.

Humber fl.

Sinus portuosus Gabrantæ Portorum

Mona Anglesey

Ins Man

Ins Mona al. Monoeda

Ostium Tamari fl.

Ostium Dee fl.

Ostium Ribble fl.

Ostium Mersey fl.

Ostium Humber fl.

Ostium Thamesis

Ostium Rheni

Ostium Mosæ fl.

Ostium Scaldis fl.

Ostium Visurgis fl.

Ostium Albis fl.

Ostium Amasi fl.

Ostium Eidoræ fl.

Ostium Vahalis fl.

Ostium Isolæ fl.

Ostium Amisij fl.

Ostium Emsi fl.

Ostium Vidua fl.

Ostium Boyn fl.

Ostium Iuerna fl.

Ostium Tilnus fl.

Ostium Sabrinæ fl.

Ostium Deua fl.

Ostium Tamesis fl.

Ostium Lemanis fl.

Ostium Rutupiæ fl.

Ostium Ambianum fl.

Ostium Vahalis fl.

Ostium Mosæ fl.

Ostium Schaldis fl.

Ostium Visurgis fl.

Ostium Albis fl.

Ostium Amasi fl.

Ostium Eidoræ fl.

Ostium Isolæ fl.

Ostium Amisij fl.

Ostium Emsi fl.

Ostium Vidua fl.

Ostium Boyn fl.

Ostium Iuerna fl.

Ostium Tilnus fl.

Ostium Sabrinæ fl.

Ostium Deua fl.

Ostium Tamesis fl.

Ostium Lemanis fl.

Ostium Rutupiæ fl.

Ostium Ambianum fl.

Vet, ſponſo cœleſti debitæ laudis epithalamium præcinit. Quod cùm puellaris exercitus in clamoſo ſtrepitu; ſed pari cordis concentu reſonaret, canticum hoc lætitiæ vſque ad aures Domini Sabaoth, cum odore ſuauitatis peruenit. Non erat ad eam rem carmen aptius ſalmo 44. *Eructauit cor meum verbum bonum*, quo Sponſi cœleſtis pulchritudo, maieſtas, opes & potentia celebratur, & Sponſæ virtutes & dotes neceſſariæ, quaes eſſe omnes de Sodalitate Vrſulana cupiebant, velut in ſpeculo reuerberatę, clarè diſtinctęq; proponuntur. *Pſal. 44.*

Sed dum Virgines nocte concubia ſecuro in portu quieſcunt, præcurramus Coloniam, & quæ fuerit ibidem diuino monitu Societatis Vrſulanæ exſpectatio, videamus.

CAPVT XXIII.

Coloniæ S. Sigillindis Britanna, & Quirillus Sacerdos diuinitus cognoſcunt & exſpectant aduentum Vrſulæ.

SIgillindis, è regia Britonum familia, cum Quirillo Sacerdote, quo à Sacris vtebatur, iam pridem è patria Coloniam conceſſerat, ſeceſſum & locum à turba forenſiq; ſtrepitu remotum quæſitura, vt liberiùs expedita curis omnibus ſe cultui diuino totam addiceret. Ibidem in Aquilonari ciuitatis ſuburbio collis leniter acliuis aſſurgit, Greesberg vulgò nominatus, in quo Parthenonem cum Sacello D. Magdalenæ ſacro, vidua Colonienſis defuncto marito condiderat. In eum recepta cum arbitrio conſcientiæ Sigillindis, dum aſceticæ vitæ ſtudijs impendio delectatur, Cœlituum colloquijs & familiaritate cœpit vti, & futura etiam afflatu diuiniore præſagire. Hoc pacto diuinitus accepit breui adfore è Britannia Parthenium exercitum Duce S. Vrſula, qui poſt Romanam ſuſceptam & confectam feliciter peregrinationem, eodem loci pro virginitatis & fidei Chriſtianæ propugnatione ſanguinem eſſet profuſurus. Huic vt ſe conſortio iungeret, & Romam cum Virginibus peteret, cœlitus ei mandatum eſt; futurum enim, vt ſalua & incolumis cum omnibus redux locum eundem habitationis particeps martyrij ſanguine ſuo conſecraret: id factum eſſe, euentus docuit: Cur id præciperet Deus, in reliquis vna mouere cauſa etiam potuit, vt hæc hiſtoria tot prodigijs nobilitata ſincerius & incorruptius ad poſteros perueniret. Nam Quirillus ille Sacerdos peracta peregrinatione, & acceptis etiam in communi Virginum laniena letalibus vulneribus, reliquis citiùs extinctis, ſex ſuperſtes diebus remanſit, iuuit ad funerationem Martyrum, ad nomina præcipuarum Virginum lapidibus inciſa tumulis inferenda, & totam hiſtoriæ ſeriem Colonienſibus (quibus antea familiariter notus fuerat) cum fide exponendam. Corpus eius & S. Sigillindis eodem loci, quem diutina habitatione & martyrio nobilitarant, humatum religiosè colitur, & capita decenter ornata in ara cultui eorum conſecrata exhibentur.

Britanna virgo Coloniæ Deo ſeruit. *Archaa Machabaïticæ.*

Prænoſcit aduentum Vrſulæ.

Iubetur eã comitari.

Quirillus Sacerdos narrator Vrſulanæ hiſtoriæ.

Ab hac Sigillinde videtur Epiſcopus & optimates vrbis de ventura claſſe præmoniti, Virginum aduentum exſpectaſſe.

CAPVT XXIV.

Tielæ, comparatis ad iter rebus necessarijs, classis aduerso Rheno nauigans appellitur Coloniam.

Virgines diuertunt ad hospitia

EO die, quo appulit nauis, gratijs Deo ritè persolutis, quieuerunt omnes: & q[uia] in nundinas ipsas loci inciderant, postero mane nonnulla ad iter necessaria F[e]-ges, Principes & Virgines coëmerunt: nam omnes exscensione factâ, non in na-bus, sed hospitijs oppido toto, quoad eius fieri potuit, distributos, substitisse, doc[et] Anonymus, & veterem laudans historiam, ex ea probat, viros & nautas Virginib[us] adfuisse: *Legitur*, inquit, *in passione illarum, quod sub vnius diei & noctis spatio propo-Coloniam velificantes venerunt ad oppidum forense, vbi nauium vela dimittebant, anchoræ exponebantur, hospitia eis præparabantur ad pernoctandum, mane illis neces-ria emebantur, anchoræ retrahebantur, vela in malis suspendebantur, classesq; gube-naculis regebantur. Per quos ista fiebant, nisi per viros in hac arte peritos?*

Cap. 12.

Emunt manè necessaria.

Videntur autem manè commeatum pro eo die sibi comparasse: nam sub v[esperam] speram tertiæ diei Coloniam peruenerunt, ita, vt secundam nauigationis diem m-xima ex parte exegerint Tielæ, Principum quorundam virorum (vt Anonymus e-stimat) humanitate à progressu continuo retardati: nam cùm illud Britannis Germaniam primùm emporium portu celebre occurreret ex Albione, siue Merc-tores, siue viri Nobiles quorundam è sodalitate necessarij fortè tam sibi propi-quos, quàm Sodalitatem totam curatis ijsdem diuersorijs detinuerunt. Vn[de] anno 500. post Christum natum, cùm sermo vetus Vrsulanus emanaret, man[et] in oppido Tielensi celebris de ea totius Sodalitatis exscensione traditio: Anon-mus verò sic tempus nauigationis Coloniam vsque adnotauit. *Vbi contra eiusde-Rheni cursum & impetum velificantes, tertia die circa sextam Colonienſi ciuitati a-plicuerunt, & plusquam octo dierum iter in duobus & dimidio perfecerunt. Porrò scr-ptor passionis earundem Virginum dicit, eas inter diem & noctem à portu, quo ingre-sunt naues, ad dictam prope Coloniam peruenisse in vicum quendam, qui dicitur Tiele-forense: Potuit etiam fieri, vt aliquorum Principum caritate detinerentur, & tertia die Coloniam peruenerunt.* Dietam vocat iter Tiela Coloniam vsque, nc[on] quasi communiter vno die conficiatur, cùm ferè sex vel plurium etiam dieru[m] viam complectatur; sed quod Virginum classis incitatissimis ventis agitata, di vno, seu duodecim horis illud peragrarit, licet aduerso flumine nauigarit, quo[d] fieri solere frequenter in mari longè velociùs ostendi suprà.

Nauigatio Coloniam versus. Cap. 9.

Breuiter idem iter vetus ita narrat historia: *Ibidem cùm nocte illa pausassen-sequenti die comparatis vtensilibus (nam mercatus ibi erat) ad naues reuersæ sunt, ad-ductisq; anchoris aduerso flumine subremigantes, ad insignem illam Germaniæ metropolin Coloniam, vbi nunc corpora earum in pace requiescunt, tandem peruenerunt.*

Status Agrippinæ politicus.

In fide tunc Romanorum erat Agrippina, Præsesque Germaniæ secund[æ] plerumque ibidem cum valido præsidio morabatur: vt Germanorum arcere in Gallias Rheno transmisso irruptiones: Ciuitas etiam à Materno Protoëpi-scopo susceptam Christi fidem constanter profitebatur, Aquilino quarto loc[o] Pontifice, quem à vitæ sanctitate, & futurorum præsensione commendat Eli-sabeth: is perhonorificè totam excepit Sodalitatem, & per ciuitatis domo[s] distribuit, biduoque fouit, vt M. S. quoddam Carthusiæ Vltraiectinæ exem-plar Anonymi his testatur verbis: *Illic ab Archiepiscopo & ciuibus eiusdem Ciuitat[is] honorabiliter exceptæ per biduum quieuerunt.* Locus Virginibus martyrij iam in Bri-tannia Colonia fuerat nominatus: fortè iam tum pleræque die eodem ad morten[em]

Ecclesiasticus. S. Elisabeth c. 20.

Biduo sub sistunt ibidem.

& sup-

& supplicia fortiter amore Christi toleranda se compararant, cùm honorificentiùs, quàm sperabant, à ciuibus excipiuntur.

Sed dum in hac altera tuta statione Virgines conquiescunt, difficultates nonnullæ circa naues, earum celeritatem & gubernationem sunt breuiter explanandæ.

CAPVT XXV.

An ijsdem nauibus in Rheno & mari vsus esse potuerit.

NEgant permulti, fieri potuisse, contra quam tradit Vrsulana historia: qui sunt idoneis testibus eorum temporum & alijs confutandi. Principio tamen observandum, Romanos licet Italiam cum Europæ magna parte, Asiam & Africam armis subegissent, Germaniam certè magnam nunquam totam ante Vrsulana tempora sub imperium suum subiunxerunt: vnde Rhenus & Danubius imperij Romani versus Boream munimenta dicebantur, de quibus Tacitus, *prodigij loco accipiebatur ipsa aquarum penuria, tanquam nos amnes quoque & VETERA IMPERII MVNIMENTA desererent.* Et Panegyricus Maximiano (post annum 286.) dictus: *Quis vnquam ante vos Principes non gratulatus est Gallias Rheno amne muniri? quando non cum summo metu nostro Rheni alueum imminuit diu serena tempestas? quando non cum securitate nostra illius diluuia creuerunt?* Et infrà: *Licet Rhenus arescat, tenuiq; lapsu vix leuis calculos perspicuo vado pellat, nullus inde metus est.* Hinc loca trans-rhenana nouus orbis Romanis dicebantur: & ita Druso, Germanicoq; accinuit Ouidius, quod ausi in nouas terras victorem exercitum deportare.

Rhenus & Danubius munimenta imperij. *Tacit. lib. 4 histor.* *Panegyric⁹.*

Germania nouus orbis dicebatur. *Ouidius elegia de obitu Drusi ad Liuiã matrẽ.*

Ignotumq; sibi meruit Romane triumphum,
Protulit in terras imperiumq; nouas,
Fluminaq; & montes, & nomina magna locorum,
Et si quid miri vidit in orbe nouo.

Et sub finem:

Consul & ignoti victor Germanicus orbis.

Hæc igitur imperij munimenta vt contra Germanorum inuictam gentem Romani tutarentur, litora Gallicana Rheni, castellis à fontibus Rheni vsque ad illius ostia, & præsidio legionum firmarunt: vt verò classis eadem Basileâ per Rhenum in Britanniam vsque commodè nauigaret, & hostiles incursus auerteret, alueum Rheni, sicut & aliorum fluminum diligenter purgarunt, vias etiam militares infinitis sumtibus strauerunt, & montibus excisis complanarunt, vt oneribus vehendis sufficerent, teste Strabone: ἔστρωσαν δὲ καὶ τὰς ὁδοὺς πρόσθεν τῆς ἐκκοπάς δὲ λόων, καὶ ἐχώσεις κοιδάλων, ὥστε τὰς ἁρμαμάξας δέσχεσθαι πορθμείων αἰορτία: Sensus est: *Strauerunt & vias excisis montibus, vallibus repletis, vt curribus vehere possent, & suscipere nauium onera.* Et quoniam incredibilis commoditas nauigationis ad belli celeritatem promouendam, si per flumina miles, arma, commeatus traducatur, ideo Romani fossas immensi laboris moliti sunt circa Batauiam in Rheno belli tempore peropportunas, ad exercitum è Rheno in Mosam & Oceanum classe deportandum. Prima Drusiana dicebatur à Suetonio descripta: *Drusus in quæsturæ, præturæq; honore Dux Rætiorum, deinde Germaniæ, Oceanum Septentrionalem primus Romanorum Ducum nauigauit trans Rhenum, fossas noui & immensi operis effecit, quæ adhuc Drusianæ appellantur.* Vsum fossæ fuisse pro classe eadem per Rhenum, Amisim & Oceanum transferenda, scribit Tacitus in Germanico: *Iamq; classis aduenerat, cum præmisso commeatu, & distributis in legiones ac socios nauibus, fossam, cui Drusianæ nomen, ingressus, precatusq; Drusum patrem, vt se eadem ausum libens placatusq; exemplo ac memoria consiliorum atque operum iuuaret; lacus inde & Oceanum vsque ad Amisiam flumen secunda nauigatione peruehitur.*

Castella Romanorum Rhenana. Classis. Purgatio alueí. *Strabo.* Fossæ à Romanis factæ. Drusiana. *Sueto. de Claudio & Druso.* Vsus eius. *Lib 2. Ann.* Classis eadẽ per Rhenũ, Oceanũ & Amisim nauigat.

Dein-

Deinde confecto bello; ſed æſtate iam adulta, legionum aliæ itinere terreſtri in hibernacula remiſſæ, plures claſſi impoſitas, per flumen Amiſiam Oceano inuexit. De Druſo etiam Dio Caſſius ait: *Tum Rheno in Oceanum deuectus Friſios perdomuit.* Videri a in tabula prima poteſt.

Dio l. 54.

Fossa Corbulonis. *Tacitus in Annal.*

Altera Corbulonis foſſa nominabatur ab auctore: *Ne miles*, ait Tacitus, *otium exueret, inter Moſam Rhenumq; trium & viginti millium ſpatio foſſam p duxit, qua incerta Oceani vetarentur*, quod Dio clariùs exponit, *ne fluuij Oceani affluxu refluentes ſtagnarent.* Ita licebat Romanis per Moſam, Rhenum, Amſim & Oceanum foſſarum beneficio eundem exercitum claſſe deportare: & c

Dio l. 55.

Vtilitas foſſarũ belli tempore Caſtellorũ loca & multitudo. *Flor. l. 4. c. 12*

ſtellis, cùm opus, ſuccurrere: quæ per hæc & plura litoralia loca diſtributa, ſic Florus commemorat: *In tutelam prouinciarum, præſidia atque cuſtodias vbique diſpoſuit, per Moſam fluuium, per Albim, per Viſurgim: nam per Rheni quidem ripas amplius caſtella direxit.*

Statio claſſis in Rheno, Germanica dicta & Britannica *Lipſius l. 1. mag. Rom. c. 5*

Iam verò claſſis integra defendendis his locis in Rheno ſeruabatur, quam v Germanicam nominabant: Vnde Tacitus *Iulium Burdonem claſſis Germanicæ Pr fectum* vocat, vel Britannicam: quòd eâ etiam in Britanniam vſque commearen eius verò partes diuerſis in locis excubabant iuſſu Druſi. *Bonnam*, ait Florus, *& G dubam pontibus iunxit, claſſibuſq; firmauit.* Pars etiam, auctore Lipſio, *ad exitum Rheni, vbi Pharus olim, quam nunc arcem Britannicam vocant.* Duplex verò genus n

diuerſis in locis excubabat. Varietas nauium in eâ. Luſoriæ, Armatæ, *Tac. l. 5. hiſt.*

uium Romani in fluuijs vſurpabant: Luſorias, quibus hoſtium excurſiones repr mebant, & ipſi fines ipſorum infeſtis armis impetebant: & armatas, quibus torme ta, militem, & commeatum vehebant. Permultæ autem earum ſingulis in locis d ctis ſeruabantur: Ex vno totam cœperat Ciuilis Batauus, de quo Tacitus, *vniuerſa 4. & 20. nauium claſſem aut transfugiſſe, aut captam eſſe*, Cerealis verò ſumſit altera è ſt tione claſſem *numero imparem, magnitudine potiorem.* Belli tempore mille quandoqu

multitudo Mille nauiũ claſſis. *Tacit. l. 2. Annal.*

naues cenſebantur. Tot vſus Germanicus contra Germanos eſt: eius ædificationer ita deſcribit Tacitus: *Silius & Anteius, & Cæcinna fabricandæ claſſi præponuntu Mille naues ſufficere viſæ, properataq; aliæ breues, anguſta puppi, proraq;, & lato vter quo facilius fluctus tolerarent, quædam planæ carinis, vt ſine noxa ſiderent; plures a poſitis vtrimque gubernaculis conuerſo, vt repente remigio hinc vel illinc appellerent multæ pontibus ſtratæ, ſuper quas tormenta veherentur, ſimul aptæ ferendis equis, aut commeatui velis habiles, citæ remis, augebantur alacritate militum in ſpeciem ac terrorem.* Conuenerunt eæ tot naues in Rheno, & per cornu eius alterum, & foſſam Druſianam, Oceanum ingreſſæ, deinde Amiſim ſubierunt, vt fusè proſequitur ibi Tacitus: & commodè viam totam exhibet prima tabula Geographica.

Forma nauium armatarum.

totus Rhenus ijs defẽdebatur. *Panegyric°.*

His armatis nauibus totus à Baſilea Rhenus ad Oceanum vſque defendebatur, vt Panegyricus Conſtantino dictus aſſerit: *Inſuper Agrippinenſi ponte faciendo reliquijs afflictæ gentis inſultas, ne vnquam metus ponat, ſemper horreat, ſemper ſupplices manus tendat, cùm tamen hoc tu magis ad gloriam imperij tui & ornatum* (limitis Rhenani) *facias, quàm ad facilitatem, quoties velis in hoſtem tranſeundi: quippe cùm totus armatis nauibus Rhenus inſtructus ſit, & ripis omnibus vſque ad Oceanum diſpoſitus miles immineat.* Vocat has armatas naues Hegeſippus ex Ioſepho *Liburnas*: Rhenus *iam non Germanorum copijs* (rectiùs copulis ſeu paruis nauigijs) *repletur, ſed Romanorum liburnis, quæ pererrantes tot, vſque ad mare bicornis amnis fluenta, quondam liberas gentes ſeruitio premunt.* Initium caſtellorum, circa quæ ferè naues excubabant, deſcribit Ammianus: *Rhenum amnem à Rætiarum exordio vſque ad fretalem Oceanum magnis molibus & caſtellis per locos habiles & opportunos, qua Galliæ longitudo extenditur, fuiſſe munitum.*

à Rætiæ initio ad Oceanum vſque.

Rhenus nauigabilis armata claſſe. *Claud. de Stilicone.*

Atque ita prægrandes & roſtratæ Romanorum naues, quas Lipſius, eaſdem cum liburnis dictis facit, Baſileâ per totum Rhenum in Oceanum deuectas eſſe, veteres ante S. Vrſulam, & poſt eam ex Stiliconc teſtatur Claudianus:

Impiger à primo deſcendens fluminis ortu,
Ad biſidos tractus, & iuncta paludibus ora,
Flumineum perſtrinxit iter.

Imò

mò nisi inuidia Ælij Gracilis obstitisset, L. Vetus Occidentis & Septentrionis fluuios & maria fossis connexuisset, vt ijsdem nauibus milites repente in omnes partes cum vsus confluxissent, C. Tacitus veteris consilium ita narrat: *L. Vetus ea tempestate exercitui præerat, Vetus Mosellam atque Ararim facta inter vtrumque fossa connectere parauit, vt copiæ per mare, dein Rhodano & Arare subuectæ, per eam fossam mox fluuio Mosellam Rhenum, exin Oceanum decurrerent, sublatisq; itinerum difficultatibus nauigabilia inter se Occidentis, Septentrionisq; litora fierent. Inuidit Aelius Gracilis Belgicæ Legatus.* Sed quid opus consectari vetera, cùm oculatis etiam testibus constet, ante quatuor & quinque secula nauibus ijsdem Rhenum, Oceanum, & mare mediterraneum peruectatum? Etiam ante pauca secula.

Godefridus Pantaleonita ad annum 1188. quo vixit, narrat Coloniæ naues pro terra sancta recuperanda constructas. *Interim*, ait, *naues fabricabantur per diuersas regnes & ciuitates in expeditionem, è quibus quatuor de Colonia mouerunt, in quibus erant quindecim centum homines: tam hi, quàm ceteri omnes ad tres annos victui copiosè habebant, armis præcipuis & omni genere resistendi muniti.* Naues 4. ingentes soluunt Colonia.

Adhuc ne dubitare quis poterit, eadem naui mille puellas vehi posse, quando naui vna, tot armati viri, tanta cum annona & bellicis instrumentis per Rhenum & Oceanum vehebantur?

Aliam classem integram soluisse Colonia, testatur is, qui interfuit ad An. 1147. Dodechinus: *De nauali expeditione terræ sanctæ quædam dicam. Hoc anno in octaua Paschæ 5. Calend. Maij mouit exercitus à Colonia, & 14. Calend. Iunij venimus in portum Angliæ Derchimite, vbi erat Comes de Aresçot cum 200. ferè nauibus Anglicis & Flandrijs.* Tota classis inde petit Oceanũ

Quid quod apud Surium in vita S. Ludouici Regis Francorum eiusdem secreti arbiter conscientiæ referat An. 1248. ædificatas & instructas à sola Colonienſi Dioecesi trecentas naues per Rhenum, Oceanum & mare mediterraneum Syriam petituras? *Surius 25. Augusti.* 300. naues inde p mare in terrã sanctam profectæ.

Quare quæ naues eo numero Coloniâ per alueum Rheni tam immensa peragrunt Oceani spatia; simulq; fuerunt ea firmitate & robore, vt cum hostibus prælij nauali decernerent, cur non etiam Basileâ in Britanniam vsque descendere potuissent? præsertim si demus alueum Rheni eo tempore fuisse pluuiarum incremento solito copiosiorem.

Quod si quis neget hodierno tempore posse talibus prægrandibus nauigijs Basileâ Coloniam vsque peruenire, culpam reijcio in negligentiam accolarum, qui alei Rhenani purgandi curam à Romanis, vt in Alpino transitu dicam, diligenter conseruatam, prætermittunt. Scimus fluminum alluuione lapides & arenam in alueum deuolui: *Lapides*, ait Scriptura, *excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur*: vnde congeries arenarum, & portus stationibus opportunissimos nisi insim egerantur, & alueos maximorum fluuiorum ita cumulis suis opplent, vt nodosi fiant, nec pares vehendis nauigijs maioribus: ita quadringentos intra annos circa Vnckeliam, Baccaracum, & Bingium ob deciduos in subiectum Rheum ex altissimis montibus lapides & immania saxa, sic alueus est impeditus, vt ad euitandos scopulos peritissimorum nautarum industria requiratur. Nec adhuc desistunt institores merces & vina, magnis onerarijs nauibus per eadem loca deportare. Cur hodie vix fieri possit. Iob 14.

CAPVT XXVI.

Nauigatio facta aduerso flumine breui tempore Cœlitum beneficio similibus historijs illustratur.

LIcet solis naturæ viribus, ventorum beneficio, tam cita nauigatio adscribi potuit, vt ex Breidenbachio docui, quia tamen Anonymus Deo Duci & gubernatori,

Cap. 11. Miraculosus fuit cursus maritimus.

tori, Deiparæ & Angelis comitibus tribuit, non abnuo miraculum. *Quemadmodum air, quondam Moysè de Aegypto populum Israëliticum in terram repromissionis ducente, adrat diuina custodia nocte dieq; illos protegens, ita nunc Virginum istarum sanctis agminibus Angelorum adfuit frequentia, & tanta Sanctorum, vt supra & circa conuersantes omnem emetum auferrent*: & celeritate nauigationis narratâ, subdit causam: *Deo ducente, Angelicoq; ductu regente*: sic c. 12. *Igitur Domino, gloriosaq; Matre eius Virginum sacrarum Regina, necnon Angelis sanctis eas prosperè ducentibus, denuo contra ictum fluuij & cursu tendentes, tribus diebus & dimidio plus, quàm octo dierum iter expleuerunt.*

Cap. 12.

Similis aliis historijs.

Videamus ergo, quàm vsitatum diuinæ sapientiæ fuerit, Sanctis & electis suis beneficio cœlitum nauium ductum, gubernationem, vel velocitatem prodigiosam tribuere.

Baron. 17. May. Angelus nauta.

Gesta S. Torpetis à coæuo scripta memorant, cum Nero cadauer Martyris cum gallo & cane naui fatiscenti, marisque fluctibus commisisset, Angelo remige appulit in Hispaniam, & à Celerina femina perhonorificè fuit tumulatum. Vulgatum est de S. Materni cadauere, sine remigio naui creditum, quod subito aduerso flumine ijsdem remigibus nauigauit. De S. Hya dixi, cum se nauigio destituta, foliculo residens mari tradidisset, ante reliquos portum tenuisse. Et S. Raymundus S. Dominici professus institutum, inuectus in non licitos amores Iacobi Regis Arragonum, quam à nautis non potuit, à Deo nouam nauim impetrauit; nouus enim ipse nauta, noua mari suspendit vela, dum incubuit pallio, cœlestibus auris idem propellentibus: vt sex horis emensis 160. milliaribus Barcinonam attigerit. Breuius sanè spatium Coloniam inter & Basileam intercipitur, cui enauigandi tres dies cum dimidio damus.

lib. 2. c. vlt. Zozimus. à Raymũdi celerrima & prodigiosa nauigatio.

Leontius in eius vit. c. 9 alia mira gubernatore S. Ioe Eleemoſ.

S. Ioannes Eleemosynarius naufrago mercatori crediderat nauim Ecclesiæ 20. millibus frumenti modijs impletam, adiecta promissione, fore, vt nunquam naufragaretur. Soluit Alexandria: nauim cœlestis impellit ventus, qua, vel quo nauarchus neque ex astris, neque præternauigatis insulis valet discernere: videbatur tamen in naui præsens S. Ioannes vnà cum nauta clauum moderari: post 20. dies & noctes ad insulas Britannicas appellitur nauis, & eas fame confectas quæstuosissima venditione frumenti reficiunt: maximo mercatoris emolumento: deinde quadragesimo post egressum die, redeunt Alexandriam, pari felicitate & pernicitate fruiti, dum reuertunt, emensis iterum millenis & amplius milliaribus.

S. Paulin. ep. 34. ad Macar.

Longè mirabilius S. Paulinus de sene sibi familiariter noto refert, cuius naui Christus esse voluit gubernator, Angeli remiges & sentinatores: pauca excerpam è disertissima eius oratione. Senex igitur facto naufragio & Christi ope implorata eam statim præsentem vidit, & expauit: *nam misericors & miserator Dominus adire cominus senem, & verbi cibo animare dignatus est: ac hortari, vt nauis malum incideret, hic quod validissimi multi sine suo & nauis periculo vix possunt, solus & debilis Dei verbo ausus est: bis tantum & leuiter senili manu tactus magis, quàm ictus malus prosilit, ita vt longè in vndas extra nauim expulsus tuto ceciderit. Hunc senem Victoris semper nomine præsens appellabat Christus, cùm aliquid agendum, porrigere tantum specie agendi manum ad quamlibet operam iubebatur: qui si fortè somno piger lentius ad gerenda consurgeret, molli manu antè præpalpans, ne trepidus expergefieret, vellicata blandè auricula suscitauit. Cum senex leniter adnitens à primo statim conatu suo manibus Angelicis effectas res videbat. Vix rudentem attigerat, cum velum iam exsinuatum in contos suos adspiciebat: si nauim aquâ rimis haustâ mergere tentauerat, post vnum vel alterum breuis sentinaculi haustum siccata naui, quid ageret, non habebat: stupens laborem sibi sine labore præcerpi, & actum suum occulta vi præueniri: si bene occulta dicitur, quæ tam perspicuum præstabat auxilium; sed nec ipsi operatores (Angeli) simplicibus innocentissimi senis oculis subtrahebantur. Nam sæpe vidit armatos videlicet de exercitu cœli milites excubare in nauigio, & cuncta nautici muneris officia administrare. Nec sanè naui illam, nisi Angeli nautæ decebant, cui gubernaculum erat mundi gubernator, ipse enim D. Christus nunc suo vultu coruscus, nunc Confessoris S. Felicis ore venerabilis sedebat in puppi. Narrat gaudio lacrymans senex, se ad illius pedes solitum procubare, etiam familiariùs ipso allectante, in genibus quoque ac sinibus sacris beatum, &*

Christus in naui.

Mandat se ni, q̃agat.

Angeli iuuant, exhauriũt sentinam,

excubant militum habitu.

Christ⁹ gubernator.

& afflatibus diuinis odorem reclinati capitis puluinar habuisse. (Vide iam vigilem Dei suorum electorum de nocte custodiam, & de die præsens auxilium.) *Non enim somnum nauim: sed cuius causa nauim tuebatur regens, & in eo carnis & spiritus officia discreta dispensans, noctu securum requiescere, die vigilare solicitũ iubebat, se pro dormiente vigilaturum; & vigilanti cooperaturum esse promittens, cum blandimento seuerus; nec sine freno laboris indulgens, aurem vellit, vt somnum corporis excuteret, sinũ præbuit, vt quietem perpetuam ministraret.* Concludit S. Paulinus, *Si præsepe nati, si spina coronati, si lignum crucis, si saxum sepulti memoria quondam diuinæ præsentiæ celebratur, quam religiosè adhibendus est hic, quem alloqui sermo Dei dignatus est, cui se diuina facies non texit, cui nunc martyrem suum, nunc semetipsum Christus ostendit, in cuius viuente terra dominici corporis videmus impressa vestigia, si fidelibus oculis & acie spirituali, quod in eo sinus Christi, quod clinus contigit, perlegamus.* Plura vide apud eundem. Quod si igitur huic seni Catechumeno, officio sentinatori, vt eũ Paulinus vocat, Christus nauim gubernauit, sinũ præbuit, sinu fouit; pro eo Angeli velut milites vigilarũt, vt nautæ remigarunt: an mirum tot millenis Virginibus simile quiddam esse exhibitũ? quas ad tale martyrium tanto tempore tam solicitè Deus præparabat?

Huic ergò virginalis exercitus Imperatori; profectionis periculosę Duci, nauigationis prodigiosæ gubernatori, cum sanctis Virginibus in altera nauium statione celeusma festiuum accinamus: REGI SECVLORVM IMMORTALI, INVISIBILI SOLI DEO HONOR ET GLORIA, IN SECVLA SECVLORVM AMEN.

TOMI SECVNDI
MARTYRII S. VRSVLÆ
LIBER QVARTVS.
PEREGRINATIO ROMANA
Sodalitatis Vrſulanæ.

CAPVT I.

Diuerſorium S. Vrſulæ Colonienſe in D. Petri Paræcia biduana commoratione eius conſecratum.

Duo loca Ciuitatis Colonienſis S. Vrſula nobilitauit.

DVO ſunt loca Coloniæ, quæ Martyr Vrſula veſtigijs manifeſtis relictis, vel viua, vel moriens & ſepulta nobilitauit. Alter in Vrbis inferiore parte, qua ſpectat Septentrionem ſitus eſt, collis olim Greesbergenſis, deinceps Vrſulanus ager nominatus, eius ſanguine purpuratus, & tumulo temploq; conſecratus: alter in ſuperiore Vrbis regione verſus Auſtrum viſitur, vbi veteris Vbiopolis ab Agrippa conditæ, mœnium rudera prominent propè altam portam, & D. Stephani ædem ſacram. Hunc hoſpitio biduano antè, quam Romam peregrina cum Virginibus abiret, vehementer illuſtrauit. Erat tunc Vrbis pomerium arctius, & collis Capitolini pedem lambebat Rhenus, ad cuius vicinam Rhenanam portam videtur claſſis applicaſſe: & exſcenſione facta, recta Cathedralem tunc Eccleſiam loci, Deiparæ & Apoſtolorum Principi à D. Materno dedicatam, (quam modò S. Cæciliæ nominamus,) Vrſula petijt, Deum obteſtata, vt cum ſalua Sodalitas proſperè Coloniam martyrij palæſtram cœlitus deſignatam attigiſſet, iuberet, an ibidem ſubſiſtendum, vſque dum occaſio fundendi pro Chriſto ſanguinis offerretur, vel alio tantiſper concedendum, donec adeſſent ij, quorum gladiis tot hoſtiæ Deo pariter litarentur. Atque vti Iſaac Patrem ſuum olim ſciſcitabatur, *Pater mi, Ecce ignis & ligna, vbi victima holocauſti?* ſic Regina ſolicita rogabat Dominum: ecce ara & locus martyrij, ecce victimæ holocauſti: vbi ſacrifici, & victimarij? nec aliud tunc reſponſi tuliſſe videtur, vt eis conſtantia & in Deum fidentia probaretur, quam idem, quod Iſaaco dedit Abraham: *Deus prouidebit.* Medium fermè itineris inter nauium ſtationem, & D. Petri tunc Cathedralem Eccleſiam, diuerſorium Virginis Vrſulæ tenet, Stella dicitur, primæuo ſuo nomine, cuius inſigne præfert, à quo tota platea ſtellaris, vulgò Sternegaß appellatur: Regia profectò platea, ad quam anno 1642. Maria Medicæa Franciæ, & Nauarræ regina (cum affecta iam ætate Coloniam Agrippinam extremum mortalis vitæ diuerſorium elegiſſet, è quo cœleſtem beatorum regiam tranquillis & ſecurius peteret) diuertit, & oppoſitam Vrſulano hoſpitio domum habitauit, è qua 3. Iulij ritè ſacris omnibus munita, cum pro inimicis ſuis Deum ardenter eſſet deprecata, piè ſanctéq; deceſſit ad ſtellatum cœleſtis regiæ palatium, vt vitæ antactæ conſentanea beata mors nobis pollicentur. In huius ſtellati vici domo tertia, qua:

Auſtralem hoſpitio.

Adit Eccleſiã Cathedralem.

Gen. 22. 7.

Diuerſorium eius inter eam & Rhenũ. In platea ſtellata. Illuſtrata recens funere Reginæ Frãcię.

Situs domus.

iæ ſpectat Auſtrum, domus & cubiculum Martyris Vrſulæ viſitur, à plateæ ſtrepi- Et cubiculi Vrſulani.
verſus hortum arte topiaria cultiſſimum, ſemotius, vbi amœniore cœli, florum
arborum, adſpectu fruita, precibus, & Angelicis diuiniſque colloquijs vacaret li-
rius: hic idem locus eſt, in quo cœleſte reſponſum ab Angelo de ineunda Roma-
peregrinatione accepit. Præter conclaue Virginis etiam gradus lapidei, qui-
is ad id adſcenditur, vetuſtiſſimi nomen ab Vrſula retinent, vt neque memoriam,
l nomen Martyris auſi ſint inquilini, licet hæretici obliterare: ſolebant eandem
mũ olim fideles antiqua religione à maioribus accepta, flexis genibus honorare.

Hæc licet à variis, eadem & conſentiente narratione; à dominis etiam & in-
uilinis domus accepiſſem, inſpectis ipſis, quæ ſuperant veſtigiis, à Parocho tamen
ci teſte incorruptiſſimo & religioſiſſimo firmitatis & auctoritatis maioris gratia
loneam atteſtationem petij: quam is perhumaniter diſertam & copioſam mihi
edit.

Teſtimonium Arnoldi Meshouij, vetuſtiſſimæ Colonienſis Parœciæ S. Petri Parochi SS. Theologiæ Doctoris, de diuerſorio S. Vrſulæ ea in Parœcia ſito.

PArochia S. Petri, ſiue loci ſpectes amplitudinem, ſiue fundationis antiquitatem & originem altius paulò conſideres, latiſſima eſt, ac reliquarum paræciarum, quarum ſancta Agrippina Colonia decem & nouem numerat, extra omnem controuerſiam vetuſtiſſima. Amœniſſimo ſolo condita, ædificia pulcherrima, hortos & vineas florentiſſimas ſinu ſuo complectitur, veteris Vbiorum oppidi ambitum mediâ prope parte contingit, quem priſci operis mœnia, non procul à præterlabente riuo, ruderibus hinc inde prominentibus, ad Excelſi Iouis, vel vti verius vocant, Hammonis portam, facili deſcenſu intercludunt. In hac duplex adhuc Græcorum à Romanis frequentatum legionibus forum viſitur, ædificiis pomerijſq; latè nunc complanatum. Eccleſiam pro animarum cura longè clariſſimam tenet, populi capaciſſimam, quæ originem ſuam illuſtri ac antiquiſſimo D. Cæciliæ collegio debet; Illud à S. Materno primo Colonienſium Antiſtite, D. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo, Româ ad partes Rhenanas miſſo, in ſacratiſſimæ Virginis Deiparæ, ac D. Petri honorem conſtructum, ad latus ſibi dexterum parochialem hanc Eccleſiam, veluti vnicam in Chriſto filiam, perpetuo nexu proximè coniunxit. Auxit, ornauitque illud è ſacro ſodalitio beatiſſimarum vndecim millium Virginum, quarum inæſtimabilem theſaurum maiores noſtri huc tranſtulêre, reliquiis eximiis, quas hodieq; ſummâ reuerentiâ, honoreq;, quo par eſt & cultu, plebs deuota veneratur. Huius celeberrimi Collegij, ac virginum Monaſterij Abbatiſſa nominatione perpetua paræciæ Paſtorem deſignat, per Dominos Aediles ac ſedecim Aſſeſſores præſentatum, qui ibidem canonicatu per S. Pontificem Gregorium XIII. parochiæ incorporato, futuris temporibus æternum gaudet. In huius diſtrictu Paræciæ multa ſunt ſanctitatis non minus, quam antiquitatis monimenta longè celeberrima. Vnum inter reliqua, quod poſteris tranſmittatur, commemoratu digniſſimum exſtat, quodq; ſanctæ vrbis hanc partem ceteris multò illuſtriorem reddit. Regale ſcilicet domicilium hic viſitur, cui pia vetuſtas, & exinde toti vico ſtellarum nomen indidit; Hoc tot inter bellorum turbines, tot incendia, & clades illæſum, à tot ſæculis ſereniſſimæ Anglorum Reginæ, ac Martyris Vrſulæ regium conclaue, non ſine miraculo etiamnum conſeruat, oſtentatq;. Eò inſigni cochleâ ex lapide veterrimo conſcenditur, ſub cuius deſcenſu cryptam conſpicari licet. Et quod mage mireris, cum antiquum ædificium temporum longinquitate fatiſceret, ac, quod vetuſtate contingere ſolet, ruinam minitaretur; cubile hoc regium cum inferiore longè poſt gradum abſide, ſaluum omninò conſtitit ac immotum. Clariſſima huius rei indicia ipſa præfert recentior ſtructura, quæ vetus monimentum gremio ſuo, cum ob Reginæ Martyris honorem, tum venerandam antiquitatis memoriam, pro maiorum auitâ pietate, ceu ſtellarum ſub nouo tecto fulgentiſſimum cœlum, lateritium licet, ab omni iniuria vindicauit. Felix profectò domus, quæ tantæ virginis hoſpitio nobili-

tata, hoc nunc vel in posteris nobilior claret, quo Vrsulani cubilis gloria ceteris in vrbe ædibus præeminet; Illud certò contestor, ab ipsis etiam fidei nostræ hostibus, hoc nomen decusque maiorem semper famam obtinuisse. Ab illis regia Beatæ Vrsulæ cella cognomentum suum in hanc horam maximo cum honore protexit; protegetque porrò patrocinio cælesti, ne religiosis nostræ sacrosanctæ antagonistis præda cedat. Digna reuera domus, dignior crypta, dignissima cella, meritò diuino cultui consecranda, vt, quæ stellarum titulos è cælo arcescit, stellam in Vbijs, & hoc loco noua luce accendat. Ita demum fiet, vti fulget aurea trium, in principe D. Petri Pontificis æde, Magorum stella; sic in Parochia Piscatoris, Vrsulana sidera è domo stellarum, in naufraganti hoc pelago, ne malorum mole submergamur, suo de nomine fulgorem longè latèque diffundant. Votum hoc cœlites inter beatissima Regina Vrsula supremo faxit Numini pio desiderio nostro complendum, iugiter deferat! Illud promoueat socius Martyrum exercitus, qui in matrici collegio nostro, in defensionem celeberrimæ Vbiorum Metropolis vigilantissimus excubat. Ita vouebat Arnoldus Meshouius Lippiensis Pastor D. Petri Coloniæ Agrippinæ Anno reparatæ salutis 1639. 26. Maij, mpp.

Commoditas diuersorij.

Domus sat ampla, & magnifica præbebat idoneam Vrsulæ commoditatem, vel ad templum, vel naues commeandi: nec multum abfuisse crediderim ædem Quilini, cuius videtur vsa præcipuè consilio, in adornanda Romana peregrinatione Regina cum Episcopis: acceptis etiam fortè à Præside & Romanis nobilibus ibi degentibus ad Cæsaris Alexandri & Augustæ Mamineæ familiares & palatinos orthodoxos commendaticiis literis; vt facilius Augustorum consensum & liberum per Italiam transitum obtinerent. Nam Colonia iam inde à Traiani temporibus fidem edocta Christianam publicitus, eam indulgentia Præsidum profitebatur, præsertim Alexandro dominante, quando Cæsarum edicta de necandis fidelibus eius clementia penè sublata videbantur; cuius consensu Lampridius gentilis agnoscit Christianis & Iudæis legibus suis congruenter viuere licuisse. Ad hanc igitur domum cum diuertisset, solicita, quid fieri Deus iuberet, precibus ardenter postulauit, diuinis freta promissis, & insigni prouidentia, quam in angustis & periculosis casibus experta semper propitiam & fauentem didicisset. Poterat quidem Vrsula, vel ex eo coniecturam facere suscipiendæ peregrinationis Romanæ, quod in Britannia Luciæ & Anastasiæ Regum gentilium filiabus percupidis Baptismi recipiendi cœlitus esset imperatum; differrent desiderium, quod explere commodius Romę possent: maluit tamen Dei iussum & imperium hac in re sibi nondum hactenus perspicuè denunciata, patienter exspectare.

L. 1. c. 16. *Anonym.*

CAPVT II.

Ibidem S. Vrsula monetur noctu per Angelum de peregrinatione Romana instituenda.

Pax Germaniæ.

EA tempestate pacata erat ad Rhenum Germania; redierat è Perside Romanus Alexander Seuerus Imperator, & auctus triplici victoria, triumpharat. Nondum Germani ruptis cum Romanis fœderibus Gallias infestis armis incursabant necdum etiam factio Maximini Thracis eruperat: cuius ambitione, Cæsare necato tota sodalitas erat ab Hunnis, Gothis & aliis barbaris nationibus sub Romanorum signis stipendia facientibus immaniter trucidanda. Vnde dilati martyrij causam hanc adfert Anonymus. *Necdum sanè aduenerat felicis illarum triumphi tempus, & agonis, quo in eodem loco pretioso erant coronandæ martyrio: nam gens Hunnorum barbarica & crudelis longè adhuc aberat, a quibus fuerunt pro Christo perimendæ.* Opus igitur aliqua peregrinatione, cuius occasione numerus etiam sodalitatis ante martyrium erat variis ex orbis nationibus augen-

Anon. c. ii.

Hanc ijs iussu diuino cœlestis internuncius indixit nocte concubia : dum m Virgines per Vrbis hospitia distributæ quieti se tradidissent, Vrsula verò suo in iclaui Deum precibus in multam noctem consuleret, & ipsa leniter sopita quie-, ab Angelo rursus excitata, cuius orationem, qua pauidam consolatur, erigit, & profectionem arduam capessendam exhortatur, ita vetus recitat historia. *Essis itaq; cum post vespertinam refectionem somnus diurno labore fessis obreperet, B. Virg Vrsula, quæ iam Deo in Angelicæ castitatis professione complacuit, vidit in somnis Angelo claritatis, & auctoritatis virum, qui adsistens, primo an vigilaret, inquisiuit, quem cum vt virgo subito visu puellariter exhorresceret, ille timorem eius blandè compescens, Scito, inquit filia, quia quod multum concupieras in protectione Dei cœli cum dulcissimo hoc tuarum sodalium contubernio Romam peruenies, peractisque votis, integro comitum tuarum numero iterum huc reuerteris in pace. Hic ergo vobis à Deo requies in seculum seculi præstinata est; hic in pace pausabitis, & quia bonum certamen certastis, cursum consummastis, fidem seruastis, de cetero superest vobis corona iustitiæ, quam vt à iusto iudice plenam accipiatis, pro bona nominis eius confessione ceruices suas persecutori dabitis, depositisque hic corruptibilibus corporum sarcinis, ad cœlestem thalamum cum gloria martyrij peruenietis.* Anonymus itineris Romani suscipiendi finem exponit clarius. *Inde rursus Angelico admonentur responso, quatenus Romam proficiscantur, ibique Deo ac genitrici eius beatæque Apostolis, & Sanctis, quorum illic reliquiæ habeantur, & corpora, sese commendent: referentes etiam pollicentur, quod de Roma reuertentes in eadem ciuitate beati agonis adeuræ sint triumphum.* Exhilarauit ea res mirificè Virginem, toties iam præsens in diuersis & penè desperatis rebus diuinum expertam auxilium, consilium & tutelam, cuius iterum ab Angelo facta tam certa promissio, vehementer, ad primo mane rem Episcopis, postea Virginibus, denunciandam animauit. Sotet enim Deus, quoties aliquem ad ardui cuiusdam operis molitionem excitat, magnum multorum hominum bonum & animorum emolumentum, vt suauiter impellat, & efficienter persuadeat, eius mentem antea diuinis illustrationibus præparare, mox & voluntatem mira propensione in opus inclinare, & si necessarium sit, prodigioso cœlitum monitu rem denunciare, tunc enim electi numinis præsentia confirmati, promtius aggrediuntur opus cœlitus imperatum; perfringunt animosius occurrentes in progressu difficultates, constantius ad finem numeris omnibus absoluendum perseuerant. Sic Moysen ad Pharaonis Regis superbiam plectendam & Israëlitas ex Aegypto ducendos multis ante prodigijs ostensis, & populo coram exhibitis inuitauit: Gedeonem ad liberandos hostium iugo Iudæos, Angelicis variis responsis & signis inclinauit: Iudam Machabæum ante pugnam nocturno viso confirmauit: hanc cum ille iam accinctus explicato in acie militi fidenter exposuisset, præcepta iam victoriæ spe, funditus hostem deleuerunt. Simili modo Vrsula rem visam & audiam primo diluculo cum Episcopis communicauit, ne quid temerè vel alienum à prudentiæ legibus, vel Dæmonum illusionibus obnoxium euulgaret, ac licet ardua res ijs, & teneris virginibus perdifficilis, pedestris per alpes peregrinatio videretur, spectata tamen diuinæ prouidentiæ mirandis hactenus sodalitati collatis fauoribus & certissimis argumentis, vnanimes decernunt, coacta Virginum concione, visionis ordinem totum esse cunctis enarrandum, vt ad capessenda diuina iussa magis omnes permouerentur. *Illa* (vetus ait historia) *nihil de tantæ auctoritatis oraculo ambigens, mox vt dies terris reddita est, conuocata Virginum concione, quæ audierit, & viderit in auribus omnium exposuit.* Secuta mox animorum omnium mira consensio, lætitiaque, Deo faces amoris martyrij vehementius succendente. Pergit enim, *His auditis communis exsultatio facta est, quia dignæ habitæ essent pro nomine IESV contumelias pati: immolatisque laudum hostiis vnanimi deliberatione statuerunt iter hoc festinantius peragere, cupientes videlicet iam dissolui, & esse cum Christo.* Vbi non tantum innuit verbis grates & laudes decantatas;

S. Vrsula nocte Deũ precibus consulit.

Vet. hist. c. 12. Angelus ei peregrinationem Romam imperat.

Anon. c. 11. Varias ab causas.

Dei prouidentia in operis ardui molitione.

In vocatione Moysi.

Exodi 4. Gedeonis. *Iudicum* 6.

Iudæ Machabæi. 2. *Mach.* 15.

S. Vrsula pro concione diuinã exponit voluntatẽ

Exsultatio omnium.

ſed & ſacrificium Euchariſticum eum in finem oblatum Deo, Virgineſque Euchariſtiæ diuiniſſimo recepto Sacramento (quæ bona gratia Græcis nominatur) & fates Deo retuliſſe, & hoc ſe viatico ad iter muniuiſſe, vt iam dicam.

CAPVT III.

Sacrificijs Deo immolatis, & percepta ſacra ſynaxi Virgines rediuntur peregrinationem: neceſſaria ſuppeditantur eis à Colonienſibus.

Hoſtia laudis eſt SS. Euchariſtia. *Pſ. 49. v. 14. & 23.*

FAMILIARE veteris hiſtoriæ auctori de ſcripturis diuinis præſertim pſalmis quædam dicta decerpere: ſic ex pſ. 144. *per ventum de theſauris Dei* productum accipit vehementem, & occultum, phraſi ſat hagiographis vſitata; & hic dum *hoſtiã laudis* nominat, variis è pſalmis idem mutuatur: pſ. 49. v. 14. dicit pſaltes: *immola deo ſacrificium laudis*, & v. 23. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Vtrumque locum de SS. Euchariſtia permulti SS. Patrum & interpretum accipiunt apud Lorinum eo loci: quos ibi vide.

Turrian. 3. de dogmat. charact. Eſt Viatic. *Hebr. 10.*

Turrianus colligit etiam SS. Euchariſtiam nominari viaticum in Concilio Niceno canone 12. & 13. & in tertio etiam Aurelianenſi can. 24. à S. Paulo viò *viam* appellari, cum ait, *Habentes itaque fiduciam Fratres in introitu Sanctorum in ſanguine Chriſti, quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id eſt carnem ſuam, & Sacerdotem magnum ſuper domum Dei accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, adſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda.* Confirmat expoſitionem ſuam ex liturgia S. Iacobi, ex Theodoreto, S. Thoma & alijs. Heſich s

Heſichius to. 5. cõcord. l. 1. c. 5.

inquit, *viam hanc eſſe dominici corporis & ſanguinis communicationem: cumque in redemtionem peccatoribus tradatur, meritò eſſe ſalutare Dei: ac viam, quæ, quemadmodum cœlum ire oporteat, orantibus oſtendit.* Refert S. Chryſoſtomus narraſſe ſibi, qui

S. Chryſ. l. 6. de ſacerdot. Prodeſt morientibus.

diſſet, & audiſſet, quod qui de vita hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorum iſtorum cum pura ac munda conſcientia fuerint participes, ſpiritum efflaturi ab Angelis illorum corpora ſatellitum more ſtipantibus hinc recta in cœlum abducuntur. Vnde S. Hieronymus *clauem paradiſi* vocat Chriſti ſanguinem dicentis ad latronem, *hodie mecum eris in paradiſo.* Horum & aliorum interpretationi congruenter per *hoſtiam laudis* ſacratiſſimum miſſæ officium & perceptionem Sacræ ſynaxis accipit vetus hiſtoria, dumque virginum ait vnicum fuiſſe deſiderium, vniri Chriſto, id mod

Hanc perceperunt Virgines ante peregrinationẽ

quo licebat optimo, perceptâ SS. Euchariſtiâ, tunc cœperunt conſequi: hanc vnicam *vitam* ſuam rebantur, quam appetebant: hanc *viam* & viæ *viaticum*, quo velu

Initio nauigationis non fuit occaſio communionis.

Helias confortatæ, 40. & plures dies Romam contenderent integris viribus. I cum initio nauigationis non niſi priuatim à quibuſdam fuerit factitatum, dum Virgines publicè præferrent non diſceſſum, ſed frequentata triennio belli ſimulacr cum etiam in Tielenſi portu, vbi mercatus arat, ægrè præſtari potuerit, non erat lo cus aptior Coloniâ: commoditas biduanæ commorationis inuitabat, nec niſi poſ

Nec in via *S. Eliſabeth c. 10.*

quatriduum erat exſcenſio futura: Ex eo verò tempore videntur, vt tradit S. Eliſabeth, octauo die diuiniſſimam menſam adijſſe.

Quid geſtum altero die aduentus.

Quocirca cum poſtridie aduentus Coloniam manè conſenſu magno peregrinationem omnes comprobaſſent, eum videntur diem laudibus Deo referendis & ad iter ſe comparando, mentemque à peccatis expiando traduxiſſe. Tunc etiam à Sigillinde Britanna Virgine & Quirillo Sacerdote confirmatior in arrepto propoſito cœpit eſſe ſodalitas, vbi intellexit idem iter Romanum cœlitus fuiſſe prius ipſis denunciatum in ſocietate Parthenici collegij: cuius Parthenonem ſuburbanum hoc auidius eo videntur die viſiſſe: quod ijſdem auctoribus didiciſſent, eam ipſam arenam eſſe martyrij tantæ congregationi diuinitus deſtinatam.

Ita

Ita duas noctes Vrsula domum stellatam & totus exercitus pleraque ciuitatis domicilia sua commoratione consecrarunt, & plures etiam forte sibi comites itineris è Romanis familiis eò traductis adsciuerunt. Quinta peregrinationis die primo diluculo rei diuinæ pariter interfuerunt, perceptaque manibus Aquilini, Episcopi Britanniæ, & Cleri Colonien sis diuinissimo Sacramento, cum Episcopi, Cleri & optimatum ciuitatis pridiana cura commeatus & omnia peregrinis necessaria ad naues essent deportata, Deipara Ciuitatis Coloniensis præcipua Tutela, & S. Petro metropolis illius insigni Patrono, supplicibus votis inuocato, magnis armis, gaudijs & solatijs diuinis delibuti, naues ingrediuntur, comitibus Sigillinde Brianna & Quirillo: quos Episcopus Aquilinus ad Rhenum vsque prosequitur: sic enim de eo scriptor Anonymus. *Ab Archiepiscopo* (Aquilino) *reliquisque ciuibus & nobilibus cum summo deducuntur honore, à quibus etiam necessaria, quibus indigebant copiè ministrabantur.* Nobiles erant ex Romanorum familiis illustribus, quas Traianus Coloniam miserat. Illud iterum mirabile, dum nauigiis imposita Sodalitas, anchoris sublatis, & velis expansis deducit in altum classem: Ecce tibi repente ventus adspirare secundus ad votum cœpit, vt nõ opus remigio, vel labore, dumq; precibus & laudum canticis Deo, Deiparæ, cœlitibusque persoluendis operam impendunt, prosperè die nocteque cursum tenent, *Domino*, ait Anonymus, *gloriosaq; matri eius, virginum sanctarum regina, nec non & Angelis Sanctis eas prosperè ducentibus.* Nunc peregrinationis huius difficultates & causas excutiamus, dum in quartum vsque diem Basileam versus, velis plenissimis secundissimè prouehuntur.

Communio Virginum.

Discessus.

Venti secundi adspirant.

CAPVT IV.

An circa A. 237. fuerit vsitata Romana peregrinatio.

NEGANT Hæretici quidam Duce Molinæo, quin & Catholici nonnulli anteà signano Gobelino, vtrisque obiecit errorem rerum Ecclesiasticarum ignoratio: Nam ipso Neronis æuo cœpit ea Christi fidelium ad templa seu memorias apostolorum & Martyrum concursatio, de qua S. Gregorius, *Constat, quia eo tempore, quo passi sunt, ex oriente fideles venerunt, qui eorum corpora sicut suorum corpora repererent*: & Baronius ad 18. Nouembr. *Longè ante, quam Basilicæ Apostolorum erigerentur, eo ipso tempore, quo Beatissimi Apostoli Petrus & Paulus glorioso martyrio sunt coronati, ea sepulcrorum ipsorum magna sunt in veneratione habita.* Factum verò ex orbe toto concursum Lectiones horariæ Romanæ eodem die memorant. *Ex locis, quæ olim apud Christianos venerationem habuerunt illa celeberrima, & frequentissima fuerunt, in quibus condita Sanctorum corpora, vel aliquod Martyrum vestigium, aut monimentum esset, in quorum numero Sanctorum locorum inprimis fuit semper insignis illa Vaticani pars, quã Petri confessionem appellant. Nam eò Christiani ex omnibus terræ partibus, tanquam ad fidei petram, & Ecclesiæ fundamentum conuenientes, locum Principis Apostolorum sepulcro consecratum summa religione ac pietate venerabantur.* Ilescas L. de summis Pontificibus tradit à Cleto sacrorum summo antistite mirificè laudatam Romanam peregrinationem ad sanctiora vrbis loca: ac censuris in omnes fulminatis, quotquot illam impedirent, eam pietatem promotam esse. Eiusdem Cleti laudem peregrinationis ad Sanctos probat Equilinus, & Dexter anno Christi 70. vult vsitatas Damascum ad S. Ananiam, & in Hispaniam ad S. Iacobum peregrinationes, quo tranauit Biuarius & alij, verba S. Ioannis, *Carissimè fideliter facis, quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos.*

Tempore Neronis cœpit Romana peregrinatio. *S. Greg. l. 3. ep. 30. de SS. Petro & Paulo. Baro. in notis Martyr.*

Equilinus l. 4. c. 44. S. Io. ad Caium.

Aucta est ea religio tempore & seculo S. Vrsulæ: nam Zephyrino Pontifice Caius antiquus Theologus floruit: is apud Eusebium memorias Apostolorum iam tropæa *Euseb. l. 2. hist. c. 2.*

Cai⁹ Theologus. tropæa victoriæ nominat, ad quæ visenda cunctos adhortatur. *Ego*, inquit, *A[p]stolorum tropæa possum perspicuè ostendere: nam si lubet in Vaticanum proficisci, aut in via quæ Ostiensis dicitur, te conferre, tropæa istorum, qui illam Ecclesiam suo sermone & virtu[te] stabilierunt, inuenies.* Aequalis eius & Vrsulæ S. Hippolytus Episcopus & Martyr omni scientiarum genere politissimus Romam ex Oriente profectus ad Martyrum cœmiteria, & memorias Apostolorum piè sæpius inuisit, de quo Baronius.

S. Hippolytus Romam peregrinatus.

Iam verò Romæ cum degeret canonem suum Paschalem composuit, qui 16. annos complectur, ob quem ita placuit Christianis omnibus, vt & statua marmorea honoraretur, (quæ [v]t cum ipso Paschali canone in Bibliotheca Vaticana etiamnum tanquam nobile Christianæ a[n]tiquitatis monimentum adseruatur) & ipse à S. Calisto Papa Episcopus Ostiensis creatus quinquennio post nobilem martyrij palmam, dum in foueam agris plenam cum socijs Alexandro Imperatore iussu Vlpiani præcipitaretur, est consecutus, circa annum Domini. 22 Vide de eo Fastos Romanos 22. Augusti.

Paulò post Decio Cæsare licet ferueret persecutio, creuit religio limen Apostolorum osculis libandi, vt auctor est in hymno de S. Laurentio Prudentius.

Prudentius in hymno de S. Laurentio.

Ipsa & senatus lumina
Quondam Luperci & flamines
Apostolorum & Martyrum
Exosculantur limina.

Persæ peregrini. At Imperatore Claudio Persarum nobilissimi Romæ Martyrum tumulos pi[i] adierunt, & ipsi dum sacris his vacant officijs, martyrij palmam meruerunt. *Imperabat Claudius*, ait Baronius, *quando quidam ex Perside Romam venerunt ad orationem Apostolorum Marius, & Martha eius coniunx, cum filiis Audiface & Abaco.* Baro. to. 2. An. d. 270. n. 2. *Hi cum Romam peruenissent, studuerunt solicitè inquirere corpora Sanctorum, quæ erant in cœmeriis & Christianos inuisere, qui erant in carcere.* Postea comprehensi Pater cum filijs capite truncati, in puteum coniecti Martyrum choris meruerunt sociari. Videt[ur] de his Surius ad 19. Ian. potest.

S. Maurus Africanus. 22 Nouem. An. 284. Paulò post S. Maurus ex Africa eodem pietati functus munere similem palmam meruit, de quo fasti Romani. *Romæ S. Mauri Martyris, qui ex Africa veniens ad sepulcra Apostolorum sub Numeriano Imperatore, & Celerino Vrbis Præfecto agonizauit.* Lib. 10. c. 93. Copiosius hæc narrat his verbis Petrus Equilinus. *Maurus Martyr apud vrbem Romam passus est tempore Numeriani Imperatoris sub Præfecto Vrbis Celerino. Hic ex ciuitate Castellæ prouinciæ Africæ Christianis parentibus progenitus, quibus defunctis ipse seculum dereliquit, & monachus effectus aliquot annis Deo seruiuit. Deinde diuina inspiratus gratia, cum esset annorum decem & octo, ad Apostolorum limina visitanda Romam deuenit, ibique pauperibus seruire cœpit. Tandem post varia bonorum operum genera Angeli monitu in vrbem rediens, à Celerino Vrbis Præfecto variè tortus, atque vngulis ferreis laceratus, nouissimè in Christi confessione persistens immobilis, gladio truncatur capite, non procul ab Vrbe Roma.*

Secuta deinde Diocletiani crudelissima persecutio; quæ dum Romæ sæuiret atrocius, de Zoë narrant acta S. Sebastiani. *Beatissima Zoë cum in Apostolorum natali ad confessionem S. Petri Apostoli oraret, ab insidiantibus gentilibus ducitur ad Patronum regionis Naumachiæ, huius audito martyrio Tranquillinus SS. Marci & Marcelliani parens in eas voces erupit. Feminæ nos ad coronam præcedunt, vt quid viuimus? & octaua SS. Apostolorum die ad B. Pauli confessionem accedens, sensit etiam ipse gentilium insidias, & à populo lapidibus obrutus, mortuus est, corpusque eius in Tyberim iactatum.* Similibus persecutionibus vigentibus (licet annus ignoretur) de S. Paterno meminerunt Ecclesiasticæ tabulæ. *Fundis in Latio S. Paterni Martyris, qui ab Alexandria Romam veniens ad Apostolorum memorias, & inde in agrum Fundanum secedens, cum Martyrũ corpora sepeliret, à Tribuno comprehensus in vinculis exspirauit:* porrò Hibernos & Britannos circa hæc tempora Romam religionis ergò contendisse dicã c. 6. Quæ satis ostendũt, eo potissimũ tẽpore, quo persecutionũ procellæ iactarẽt Ecclesię nauẽ vehemẽtius, à Principib. ẽt viris, & feminis Romanis, Aegyptijs, Africanis, Persis & Græ-

S. Paternus 12. Augus.

& Græcis iam inde à Neronis æuo Martyrum Romana cæmiteria cum Apostolorum memoriis esse religiosè frequentata.

CAPVT V.

Causæ Romani itineris instituendi.

CAVSAS multi requirunt, quæ mouere potuerint Vrsulam, ne temeritatis & imprudentiæ notam subiisse videatur; quod dominantibus gentilibus, cum tam teneris iter pedestre tam difficile, & virginibus tam periculosum & insolitum aut sit suscipere. Vna posset inter omnes sufficere diuina voluntas, & mandatum ei Coloniæ cœlitus denunciatum; facta simul certa diuinæ tutelæ promissione, cui refragari Regina nec poterat, nec debebat: non ignara velle diuinam maiestatem ostendere suam potentiam, sapientiam & bonitatem, vt iam cœperat, deinceps verò clarius in hac defendenda sodalitate contra mortales, & tartareos hostes declarare. 1. Causa diuina imperium.

Deinde maiora Deus ex Europa parabat augmenta sodalitati: nam præcipuos huius temporis Germaniæ, Galliæ, Græciæ, sed Italiæ potissimum Episcopos, & magnam præcipuamque Cleri Romani partem cum multis viris Principibus, matronis, viduis & virginibus omnis ætatis, nationis & conditionis in itinere peregrinationis aggregauit: quibus partim martyrij laurea cum reliquis obtigit Coloniæ: vel detestatione nimia corporis in via deficientibus, eos Deus variis locis & oris Rheni Patronos & Præsides reliquit tutelares, eorum sanctitatem innumeris prodigijs obsignando. 2. Augmentum sodalitatis.

Adhæc labore molestiaque tam longinquæ profectionis, meritis singuli magis augebantur, virtutum heroicis & arduis maximè operibus frequenter eliciti & ad subeundos immanes martyrij cruciatus corpus firmabatur, multos etiam gentiles ea maiestas Ecclesiæ Catholicæ sic orbe toto propagatæ, cuius fidem tot videbant Reges & nobilissimos quosque contemtis vitæ periculis publicè profiteri, vehementer ad eius suscipiendam institutionem permouebat, alios nutantes eandem cum sanguinis etiam effusione retinendam & defendendam plurimum animabat. 3. Meritū maius.

Præterea Virginibus conferebat non parum ad constantiam & animi virtutem tot tropæa Martyrum, & monimenta clarissima contemplari; vt horum exemplo teneræ virgines inuitatæ, ad audendum similia permouerentur. Nam si Miltiadis Athenienſium Ducis laudis & victoriæ insignia Themistocli somnum excussisse sunt, vt noctes dieſque versaret animo, qua posset ratione patriæ suamque gloriā similibus facinoribus illustrare, quid non tot millium martyrum tumuli palmis & coronis insignes, ea religio, pietas & cultus eorum sacris exuuijs exhibitus potuit? cum sibi pares ætate & genere visuræ essent puellas sanguine suo rubricatas, iam Regum supplicibus votis inuocari. Sic Romani propterea triumphos suorum dum apparatu regio, sumtibus infinitis celebrabant, vt milites ad eadem edenda heroica, bellicamque similem promerendam gloriam excitarent. Ipsa nostra mater Ecclesia Catholica festos etiam dies Martyrum auctore S. Augustino solennes instituit; *vt solennitates Martyrum exhortationes Martyriorum sint, & imitari non pigeat, quod celebrare delectat.* Et sanè nihil ita fideles olim ad expetenda pro fide tormenta, sicut exempla Martyrum prouocarunt: In Phrygia cum Vrbis Episcopus pro Christo vitam poneret, omnes ciues exemplo permoti volentes lubentes vltro tyranno se ad mortem obtulerunt. Apud Treuiros Rictiouaro fide cum Vrbis Episcopus, Consules & optimates eadem de causa perimerētur: infiniti devulgo talium exemplis animati, mortem pariter atrocissimam appetierunt, & oppetierūt. Quid ille septem fratrum Machabæorū natu minimus, cum 4. Studiū imitandi Martyres Romanos.

2. *Mach.* 7. cum ipsorum tormenta siccis oculis adspexisset, spretis Regis blanditiis & promiss oratione matris inflammatus, exclamauit: *Non obedio præcepto Regis; sed præcepto leg quæ data est nobis:* quid tantos tenello spiritus ministraret, addit. *Fratres mei modu nunc dolore sustentati, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt. Ego animam & corpus tra pro patriis legibus.* Ita diuinis nixa promissis Vrsula, non dubitabat, quin inspect Martyrum Romanorum, præsertim Virginum, tropæis & palmis, esset vehement ad quæuis expetenda Christi amore supplicia tota Sodalitas permouenda.

5. Ne gentiles reuocarẽt filias, Baptismus dilatus est ad Romanã vsq; peregrinationem.

Quin etiam quasdam Regum gentilium filias Aetherij sponsi consanguine vetuerat Deus in Britannia sacris Baptismi fontibus ablui; quod Romæ futurum i dicarat, ne forte sponsus & gentiles Parentes filias, sorores, & propinquas à societa reuocarent, quod simulata specie nuptiarum & belli simulacrorum deceptæ solu Christi fidem edocerentur. Vnde cum constaret gentiles & admitti, & sine Ba tismi initiatione in ea societate permanere, facilius Ethnici filias in ea versari pati bantur: Baptismus verò talium Romæ solenniter à supremo sacrorum antistite gr uissimis ceremoniis collatus non paucos gentilium impelleret, ad eiusdem susc ptionem: quam terra marique tot peregratis regionibus tales puellæ regiæ tam a denter expetierant.

6. Ad SS. Martyrum patrociniũ obtinendũ *Anonym. l.* 1. c. 11. *Harrgerus to.* 1. *Episc. Leod. Pratum spirituale.*

Huc accedit, quod Apostolorum & Romanorum Martyrum precibus voleb Deus constantiam huic sodalitati martyrijque lauream impertiri: his igitur vt Deique genitrici seriò suppliciterque Romæ commendarent, iisdem apud Anon mum imperauit. Scimus S. Seruatium Apostolorum limina petiisse, vt tantis depr catoribus vastitatem ab Hunnis Tungrensibus inferendam, & iam imminente auerteret, S. Leonem etiam Pontificem maximum; ijsdem Apostolis cum lacryr pro venia peccatorum obtinenda ardenter inuocatis, cœleste responsum accepis cetera sibi quidem condonata peccata sciret: non tamen ea, quæ per manuum in positionem ac sacrorum ordinum collationem commisisset. Eosdem voluit Dei Apostolos Patronos à Virginibus pro constantia cœlitus impetrãda adhiberi, qu rum etiam meritis eam omnibus rogatus impertiretur.

7. Ob persecutionẽ nondũ incohatam.

Denique nondum sextam persecutionem Iulius Maximinus Eccleſiæ mou rat, in qua tot erant Martyres vna die laureandi. Adhuc dum Coloniâ soluunt vi gines ora Rhenana pace fruebatur: licet Germani tunc temporis agitarent consil de Gallis infestandis: & fortè antè, quam Basileam virgines attigissent, iam circ Moguntiam transmisso nauibus Rheno vicina præsidia Romanorum assilirent. Ig tur dum per Alpes tendunt Virgines, nuncius defectionis Germanorum Roma præuolat, Alexander Roma se mouet Moguntiam versus, cum exercitu, præmis cum copijs Maximino: sed antè, quam Romæ salutatis Apostolorum liminibus Vi gines Basileam redijssent, occisus à Maximino Cæsar est, & eius Christiana famili crudeliter interemta, tunc classicum cantari de necandis Christi fidelibus cœpi quando Virgines in Hunnos & Gothos Coloniæ inciderunt. Hæ causæ fuerun peregrinationis Romam instituendæ, quo ex Africa, Persia, Græcia, & aliis orbi partibus religionis causa multi confluebant: sed an Hiberni Britanniq́ue tam aman tes fuerint tantæ peregrinationis, examinemus.

CAPVT VI.

Hiberni seculis omnibus, & ferè omnes Britanni amantes semper fuerunt peregrinationis.

NOuum & insolens videtur quibusdam, tot vnius nationis hominum peregri nandi studium, in sexu præsertim sequiore; sed si quis diligenter gentium omniũ euoluat mores, & instituta, vel sanctorũ historias, nullã reperiet orbis nationẽ æq; semper amore flagrasse visendi loca sacra, atq; Hibernos, & Britãnos, ex quo fidẽ orthodoxã susceperũt, ideò factũ est, dũ extra patriã sacris in locis, vel in via redituq; varijs

vati ex cauſis, quandoq; etiam zelo religionis propagandæ detinerẽtur, vel ab inquiſitis locorum, quæ tranſierunt ob exploratam virorum iſtorum vitæ ſanctitatẽ & aeritatem, ac incredibilem temperantiam, imitarentur, coacti ſint ſubſiſtere, & Cadras etiam Epiſcopales, vel Præfecturas Monaſteriorum admittere; quãdoque tiam Dei ſingulari prouidentia certis in locis, vel ſanctè deceſſerunt, vel martyr lauream obtinuerunt; & ita totam Europam Diuis tutelaribus præ reliquis omnibus nationibus repleuerunt. Idcirco de Hibernia dixit in vita S. Patricij Iocelinus: *Vt Hibernia ſpeciali nomine Inſula Sanctorum, vbiq; terrarum iure nominaretur.* Ex his quę dicturus hoc capite multa decerpſi, ex eruditiſſimo P. Stephano Vito, gentis ſuæ nores accuratè perueſtiganti.

Ob peregrinandi ſtudiũ Hiberni totã Europam ſanctis repleuerunt.

Iocel. c. 174.

Primo Chriſti ſeculo S. Beatus cum ſocio & Manſuetus Romam ex Hibernia ceſſerunt, hic Tullenſium à D. Petro datus Protoëpiſcopus; illi Heluetiorum Apoſtoli; de quibus libro 3. dictum eſt copiosè.

Primo ſeculo peregrini Hiberni.

Altero ſeculo S. Cataldus Solymæa loca Chriſti veſtigiis inſignita luſtrauit, poea ſubſtitit in Italia cum fratre Donato, creatus ipſe Tarentinorum Epiſcopus, Donatus verò Lupienſium.

2. Seculo.

Tertio ſeculo præter Sodalitatem Vrſulanam Romam inuiſente m Vſſerius Sorentini Presbyteri meminit, patre Theophilo, matre Benigna genito, in Hibernia: is Romæ martyrium ſubijt Claudio Cæſare, de quo Molanus in Addit. ad Vardum 1. Decembris.

3. Seculo. *Vſſerius c. 16. f. 769.*

Quarto S. Macra Virgo Remis 6. Ian. ſub Diocletiano laureata: de hac Demſterus: *S. Macra Regis Scotiæ filia ac Sanctiſſimi Guthagoni ſoror, cum quo patriam voto peregrinationis egreſſa in valetudinem grauem prolapſa, Romam pergere non potuit,* S. Guthagonum Scotiæ Regis filium peregrinum in Ooſtkercka burgo Flandriæ deceſſiſſe miraculis illuſtrem Meierus auctor eſt. Hoc etiam ſeculo S. Eliphius Rex Scotiæ filius, ſorores eiuſdem Libaria & Suſanna, ac Eucharius horum frater Epiſcopus creatus, diuerſis in Galliæ locis ſanguine ſuo fidem Chriſti ſunt teſtificati: Iuliano Cæſare, tertia ſoror Menna caſtitatis quidem cum ſororibus aureolâ ſimilis, de martyrio ignoratur.

4. Seculo. *Demſterus lib. 12. hiſt. n. 830.* B. Macra Virgo. *Meierus ad A. 1159. & 1444.* *Rupertus in vita S. Eliphij.* *Vita eiuſdẽ M. S.*

Initio quinti ſeculi S. Kiaranus Romæ creatus Epiſcopus remiſſus in Hibernum eſt. Ingens etiam Hibernorum turba iam tum Romam contendebat, vt vitæ Sanctorum Albei & Declani vetuſtiſſimæ narrant. Albei talis eſt narratio, *Videns Hilarius magnam ſanctitatem S. Albei, & maxima mirabilia, quæ fiebant per illum à Deo, & probatum eſſe in omni ſapientia, miſit illum ad Dominum Papam, vt ab eo ordinaretur Epiſcopus; Et S. Papa gauiſus eſt in aduentu eius, manſitq; apud eum vno anno & 50. diebus, Tunc autem viri ſancti 50. de Hibernia poſt S. Albeum Romam perrexerunt, cum ergò veniſſent vt, vbi erat S. Papa, & Albeus, dedit eis Papa cellam ſeorſum, & miſit S. Albeum cum eis, vt eis præeſſet, multi erant ex ipſis vnius nominis 12. Colmani, & 12. Coëmgeni, & 12. Finnini, & beatiſſimus Declanus cum ceteris.*

5. Seculo.

50. Hiberni Romam eunt. Multi eiuſdem nominis.

Huius vita ſic eam recenſet profectionem. *Tunc in mente S. Declani Romam ire venit, vt ibi mores Eccleſiaſticos diſceret, & gradus acciperet, & licentiam prædicandi à ſede Apoſtolica haberet, & ordinem, & regulas ſecundum inſtitutionem Romam ſecum duceret. Et ipſe quoſdam ſumens in comitatu ſuo diſcipulos: tranſnauigauit, & perrexit Romam, manſitq; ibi multis diebus. Veniensq; S. Declanus Romam cum diſcipulis ſuis magna letitia in aduentu eius gauiſus eſt Papa:* creatus deinde Epiſcopus multos etiam Romanorum genere illuſtres ſecum traxit in Hiberniam odore ſanctitatis: cui in via S. Patricius Romam contendens obuius factus eſt, hac occaſione Iocelinus in vita huius ſocios Declani conſecratos etiam Epiſcopos teſtatur. *Horum,* ait, *Sanctorum nomina fuerunt, Lugacius, Columbanus, Meldanus, Lugadius, Caſſatius, Cheranus, quorum gradium Epiſcopalium nomina deſcribere certa de cauſa ſuperſedemus;* nominat tamen illas Vſſerius, & in Lagenia ſola Prouincia ſitas fuiſſe probat ex antiquis Hiberniæ monimentis: quam veroſimiliter diximus patriam fuiſſe S. Vrſulæ. Habes hic 7 minimum Epiſcopos eius inſulæ, 30 ante S. Patricium annos circa annum 402. Aequalis horum S. Ibarus Epiſcopus, de quo multa ibidem idem narrat auctor. Sed quam eo tem-

Cauſa Romanæ profectionis S. Declani.

Iocelin. in vita S. Patric.

Vſſerius. fol. 791.

S. Ibarus Epiſcopus.

Sitis martyrij.

eò tempore quidam Hiberni siti flagrarint martyrij, & ideò contenderint in Germaniam & Italiam, vbicumque minima spes eius affulgeret, docent Acta S. Guifforti, quæ Iacobus Guallus sic memorat. *Gunifortus Scotica gente natus, nobili genere, cum apud eam Scoticam gentem magna fureret persecutio, sibiq; esset cordi pro Christo mori, & altum suæ mentis arderet votum, potentia nobilis suæ familiæ impediri veritus, cum*

Duæ Virgines peregrinæ desiderio martyrij.

patre suo Gunibaldo, ac duabus sororibus suis perrexit in Germaniam, vbi Christiani variis tormentis occidebantur. Vnde vt eorum votum perducerent ad effectum, Christi fidei flamma incensi, magno spiritu illam prædicabant. Tunc capiuntur, & suppliciis crudeliter af-

Occiduntur ob fidē

fliguntur, vnde Dei virtute operante, saluantur ipsi fratres: sorores verò genere & forma speciosæ: speciosiores verò fide & virginitatis zelo, superata femineæ fragilitate, accedente iam pia fratrum exhortatione, oculis ac manibus in cœlum intentis, Christum confitentes cruentissimæ de martyrij palmam adipiscuntur. Quibus tam impiè peremtis, Gunifortus, Gunibaldusque inde discedentes, superatis Alpibus descendunt in Italiam ad Camarinum vsque ciuitatem: vbi etiam Christiani crudeliter mactabantur. Tunc ibi ad populum fidem Christi alta voce tollere cœperunt: multos etiam quo poterant spiritu ad martyrij coronam accendebant: Narrat deinde vtriusque martyrium: de ijsdem similia Ferrarius refert.

Ferrar. 22. Aug. in Cat. SS. Ital

S. Patricius ter Romā adit.

Eodem quinto seculo S. Patricium ter Romam profectum esse, nec incommodum, vetus eius vita M. S. testatur. Incredibile eius tempore tanti Doctoris exemplo & monitis, exarsit Hibernorum per omnem ferè terrarum orbem peregrinandi studium, ita vt etiam myriades hominum Romam, vel Solymam ex vna insula contenderent: nam cum innumeros penè ad vitæ sanctioris rationem inuitasset permouisset, ij spretis omnibus, rerum necessariarum indigi, ad orbis sanctuaria se turmatim conferebant. Admirabilem eorum numerum & sanctitatem

Anonymus Scriptor fundationis Ecclesiæ Petri Ratisbonēsis extrà muros.

Anonymus quidam peruetustus auctor recenset. *Populus* (Hibernicus) ait *bonæ indolis, tanta perfectione vitæ subito pollere cœpit, quod numerum excedebat Sanctorum multitudo, qui per centenas & millenas turbas celebrans synodos solennes, operabatur virtutes incredibiles cunctis seculis: quidquid postulabat in virtute nominis Christi, debere se accipere nullatenus dubitans. Verè illic probatum est, quod omnia possibilia sint credenti. Miracula Sanctorum Hibernensium absque diffidentia & subsannatione solus naturalis Hibernus credere potest, cuius natiua simplicitas illam in sanctis simplicitatem redolet, quæ in imprimendo hominibus difficilia totius diffidentiæ à se scrupulum elongauit. Indicibile namq; est, quanta familiaritatis audacia consueuerit orans ille populus cum Domino fabulari. Affatur vt domesticum Regem perennis gloriæ, nescit cultorum verborum phaleras contexere, simplicitas versutijs non exculta.*

Mira simplicitas fidelium Hibernorū. Et fiducia in oratione.

Quam vberes idem Sanctus vir collegerit fructus, ex duobus coactis Conciliis, præsertim verò posteriore, sic idem scribit. *Omnes populi, qui adhuc infideles remanserant, baptizati sunt*: addit, *triginta millia probatorum virorum in sanctitate, & iustitia coram Deo & hominibus simul iter arripuisse de Hibernia*: eorum ardorem animi & virtutem sic subiungit. *In secunda Synodo Patricij maior pars multitudinis Sanctorum eorundem, cum benedictione & licentia S. Patricij reliquerunt patriam, notos, carne parentes, res, & reditus, ciuitates, & castra, & cetera, quæ possidebant, & secuti sunt Christum, accensi diuino amore, in pellibus caprinis, in voluntaria paupertate, vouentes Deo pia vota nunquam reuersuros, priusquam limina SS. Apostolorum calcarent, & loca, quibus Christus fuit angustiatus, (stillans proprium corporis sanguinem pro ipsorum salute) in Europa, Asia vel Africa. Et ita beata multitudo Sanctorum transiuit prospero nauigio pericula ponti, & diuiserunt se in tres turmas, ad tres partes mundi, ad Africam, ad Asiam, ad Europam.* Quis iam stupeat vndecim millia peregrinorum, cum ea ætate tres myriades iter peregrinæ susceperint? Adde, quis miretur vestigia quædam Romanæ peregrinationis periisse: cum nec horum existent vspiam? Mirum est neminem vnum, vel ex historico fundamento, sub hæc tempora suasu S. Patricij adornatam Vrsulanam peregrinationem asseruisse: cum in eo longè plus verosimilitudinis lateat, quàm in commento Galfredi, contra fidem omnium veterum scriptorum excogitato.

30. Millia peregrinantur.

Secul

Seculo sexto Fintanus Hibernus Romę septem annis sacris disciplinis eruditus Sacerdos est consecratus. De eo seculo Giraldus Cambrensis ait: *Mos erat illis diebus Hibernien sibus, Romam peregrè proficiscendo Apostolorum limina prælocis omnibus magis frequenter deuoto labore visitare: inter quos Abbas Barrocus de Cortagiæ finibus, ab eadem peregrinatione Meneuiam vsque reuersus, ibidem venti & nauigij tempora præstolabatur: consuetudine nimirum viri boni de Hibernia, & autentici habebant, quod peregrè profecti eundo vel redeundo B. Dauid alloquijs frui votiuo desiderio affectarent.* Vide de eloco B. Dauidis seu Meneuia tabulam Britanniæ.

Eodem seculo S. Fridolinus floruit, Regis Hiberniæ filius, à S. Patricio baptizatus, pescarus erat Clodoueo primo Francorum Regi: quem cum aulæ præcipuis multatinis exemplo vitæ, miraculis & adhortationibus permouit ad Baptismum S. Remigio suscipiendum: de hoc Claronensium Apostolo in Germania P. Canisius refert inter alia, quod vnà cum socijs exarserit piarum peregrinationum desiderio ad celeberrima variarum regionum sanctuaria, quæ obijt. S. Fridolinus. *Canisius in vita eius.*

Ad hæc tempora spectat, quod S. Bernardus de vno Berchatensi monasterio Hiberniæ narrat, non multis post mortem S. Patricij (quæ exeunte seculo quinto contigit) ædificato. *Non modo*, ait ibidem, *vno die à Paganis, Danis & Norvvegis pro patris propter Christum cæsos fuisse 900. Monachos:* sed etiam idem Cœnobium nominat *locum sanctum, fœcundumq; Sanctorum, qui quasi inundatione facta examina Sanctorum effudit per Angliam, Galliam, alias exteras regiones, è quo cum turma Sanctorum in Galliam, Germaniam, Italiam prodierunt SS. Columbanus & Gallus &c.* *S. Bern. in vita S. Malachiæ c. 6.*

Vixit eadem ætate Petrocus natione Cumber, regia stirpe genitus, is cum 30. annos asceticam vitam in Britannia coluisset, Romæ limina Aplorum, deinde Hierosolymæ loca Christi vestigijs insignita lustrauit, de quo in vita Ioēs Tinmuthensis.

Seculo septimo, quo Marianus Scotus affirmat *Hiberniam viris sanctis plenam fuisse*, vita S. Lasreani refert ipsum extremis vitæ temporibus *cum sanctis 50 viris Romam iuisse*, Romanumq; Pontificem *eum Præsulem consecrasse, & reuertenti legationis in Hibernia officium commisisse.* Seculo 7. ad an 674. 50. cum S. Lasreano.

Eadem ætate septem Fratres vitæ sanctimoniâ clari ex Hibernia per Franciam Romam peregrini contenderunt, Foilanus, Vltanus, Furseus, Eloquius, Algisus, Ettho & Adelgisus, qui cum sanctorum Apostolorum limina supplices venerarentur, singulis à Deo in Gallijs locus culturę decretus, & cœlitus indicatus est: nam S. Foilano cum Vltano Silua Soneffia, locusq; in eâ qui Fossas dicitur à S. Gertrude assignatus est: B. Furseus cum Adelgiso locis plurimis peragratis, verbi diuini seminādi gratiâ, Peronam peruênit, in Vermandensi pago, vbi decessit; Eloquius cum Algiso intra Erpram fluuium & Iseram in Thoracensi pago multos Christo aggregarunt; S. Etthoni cessit locus circa fluuium Corbriolum, ad quem sępe adibat B. Amandus ex Elnone; S. Wismarus ex monasterio Laubiacensi; S. Wanulphus ex loco Condatensi; B. Giselenus ex cœnobio Cellensi, S. Aldegūdis Malbodio, S Gertrudis Niuellâ, qui de rebus diuinis sanctissimè conferebant, & se mutuò ad perfectionem, quà verbo, quà exemplo animabant. Foilanus & 6. fratres

Eodem seculo S. Kilianus Franconiæ in Germania Apostolus cum socijs duob. Colomanno & Totnano martyrio coronatus anno 688. venit ex Hibernia Romam; de eo Henricus Canisius ita loquitur: *Venit egregius Episcopus celebris vir magnæ virtutis de Hibernia, nomine Kilianus cum socijs, iter direxit Romam more Sanctorum, &c. & sic peruenit Romam:* & pag. 174. *Venit honorabilis turma Sanctorum de Hibernia, videlicet S. Virgilius Episcopus, cum alijs Episcopis 7. Sanctis, multisq; alijs socijs, qui proposuerunt Domini vestigia, & terram sanctam corporeis oculis videre, solito more Reuerendorū Patrum Scotorum.* Fuit is filius Regis Scotorum, Hiberniæ, nonus Antistes Saltzburgensis, secundus Apostolus Bauarię, primus Carinthiæ in Germania, vnde migrauit in cœlū A. 784. 27. Nouemb. de quo multa Baron. in Annal. & Raderus to. 1. Bauariæ sanctæ. S. Kilianus cum socijs *Canis. to. 4 antiq. lect. p. 473.* S Virgilius *Baron. in Annal. Rader. to. 1. Bav.*

Plures idem seculum filios Regum Hiberniæ, sanctissimos Prę sules peregrinos vidit Roma: nam Hundius, cùm agit de Episcopis Ratisbonensibus: *Tres*, inquit, *fratres, filios Regis Scotorum Hiberniæ, S. Erhardum Episcopum Ardakadensem in Hibernia,* *Hund. in Metrop. p. 55.* 3 alij Episc. & Regum filij.

Albertum Episcopum Cassellensem in eadem insula, Hildulphum Archiepiscopum Treuirēm in Germania, è patria cum multis socijs iuisse peregrinatum Romam; inde Albertum cum 9. socijs profectum fuisse Hierosolymam, Erhardum & Hildulphum venisse in Germaniam, prædicandi Euangelij causâ. Reuersus autem Hierosolymâ Ratisbonam, sanctè obiit, miraculis clarus, & illatus in sepulcrum S. Erhardi, regnante Pipino patre Carolo M.

S. Wiro. *Surius.*

Surius in vita S. Wironis Episcopi Dublinensis in Hibernia hæc narrat de eo, Scotorumq; peregrinandi studio: *Proponebat sibi sanctos Patres, præsertim admirandâ virtutum ac meritorum sublimitate conspicuos, Patricium, Cuthbertum, Columbam* (quorum trium nomina sunt in Martyrologio Romano) *egregias patriæ columbas, orbis luminaria, eorumq; vestigijs cupiebat insistere:* imò *verò diuino incitante amore & iam peregrinandi laborem alacriter eorum exemplo suscipere volebat: sic erat consuetudo illius insulæ, vt primò eligerent incolæ Episcopum, deinde electum Romam mitterent, summi Pontificis manibus consecrandum, atque ita rediturum ad sedem suam. Itaque licet multùm refragetur S. VViro, non tamen à sua sententia recessit plebs fidelis; sed etiam inuitum illum eligi compulit tandem assentiri. At ille nactus hac occasione opportunitatem è patria emigrandi, piæ peregrinationis amore, vrgentis populi ad tempus cessit voluntati, &c. abijt igitur* (cum socijs, vt pòst narrat) *Romam diu cupitæ peregrinationis desiderio impulsus.* Hunc Wironem ob eminentem sanctimoniam Dux Pipinus adeo suspexit, vt non modò pro oraculo habuerit illius dicta; verùm etiam quoties ad ipsum conscientiæ labes expiaturus accedebat ex more, priùs sibi calceos detraxerit. Circa annum 800. auctus is ardor visendi orbis sacraria est, teste Walafrido Suabo Germano coæuo: nam in vita S. Galli Abbatis filij Regis Hiberniæ Apostoli Suauorum & Heluetiorum apud Surium hæc habet: *De natione Scotorum Hiberniæ, quibus consuetudo peregrinandi iam penè versa est in naturam, nuper venit ad nos* (id est, Cœnobium S. Galli) *orationis & adorationis causâ quidam toto penè corpore contractus iuuenis, contactu tumbæ S. Galli sanatus.* Porrò sanctis hisce peregrinis Hibernis varia sunt ideo nomina data: S. Rupertus, ob crebras Romanas peregrinationes, *girouagus* audijt; S. Virgilius cum socijs nomen *soliuagi* inuênit; S. Fridolinus *viator* dictus est.

Episc. electus Hiberniæ Romā peregrinabatur.

8. & 9. seculo. *Strabus in vita S. Galli l. 2. c. 46. Sur. 16. Oct.*

Consuetudo Hibernis pegrinandi in naturam versa.

Nec verò viri tantummodò, sæpè & virgines & sanctæ feminæ eodem Christi amore succensæ, labore se pio fatigarunt. Nam, præter alias suprà recensitas, S. Rupertus primus Episcopus & Apostolus Bauariæ, primæque Pannoniæ, (quam nunc appellamus Austriam) filius Regis Scotorum Hiberniæ, & filiæ Regis Francorum à S. Patricio baptizatus, cum fratre Trudberto & sorore Crendrunde Romam profectus est: de his multa est mentio tom. 6. antiq. lect. Henrici Canisij à pag. 110. & deinceps. SS. Intractus & soror eius Drusa filij Regis Hiberniæ cum alijs 9 nobilibus socijs in ipso progressu peregrinationis (vt in regressu S. Vrsula) laureâ martyrij sunt coronati an. 708. 5. Feb. vt in vita Intracti refert Guillielmus Malmesberiensis. Insanit contra hanc sanctarum feminarum Hiberniæ consuetudinem turpissimus Veneris antistes Ioannes Balæus; vnde in eas tales euomit contumelias: *Guthberti Farnensis* (de quo Martyrologium ad 20. Martij) *ex Hibernien sium stupro & in Hibernia natus, à matre Romam peregrinante, meretricante potiùs, adolescens in Britannia relinquitur Mailrosæ in monasterio.*

Nec verò viri tantummodò, sæpè & virgines & sanctæ feminæ eodem Christi amore succensæ, labore se pio fatigarunt. Nam, præter alias suprà recensitas, S. Rupertus primus Episcopus & Apostolus Bauariæ, primæque Pannoniæ, (quam nunc appellamus Austriam) filius Regis Scotorum Hiberniæ, & filiæ Regis Francorum à S. Patricio baptizatus, cum fratre Trudberto & sorore Crendrunde Romam profectus est: de his multa est mentio tom. 6. antiq. lect. Henrici Canisij à pag. 110. & deinceps. SS. Intractus & soror eius Drusa filij Regis Hiberniæ cum alijs 9 nobilibus socijs in ipso progressu peregrinationis (vt in regressu S. Vrsula) laureâ martyrij sunt coronati an. 708. 5. Feb. vt in vita Intracti refert Guillielmus Malmesberiensis. Insanit contra hanc sanctarum feminarum Hiberniæ consuetudinem turpissimus Veneris antistes Ioannes Balæus; vnde in eas tales euomit contumelias: *Guthberti Farnensis* (de quo Martyrologium ad 20. Martij) *ex Hibernien sium stupro & in Hibernia natus, à matre Romam peregrinante, meretricante potiùs, adolescens in Britannia relinquitur Mailrosæ in monasterio.*

Varia. Nomen inde traxêre.

Virgines etiā Hibernæ Regum filiæ peregrinatæ.

Soror S. Ruperti Crēdrūdis Drusa soror S. Intracti martyrio in peregrinatione coronātur

Balæus cēt. 10 n. 81

Redeo ad viros sanctos peregrinos, & primò quidem ipse S. Peregrinus filius Regis Scotorum Hiberniæ, post obita plurima sanctuaria, Hierosolymam est profectus, inde abiens vitam eremiticam per 40 annos duxit in desertis Palæstinæ, vnde Dei monitu redijt in Italiam, vbi reliquum vitæ solitarius egit in Alpibus, quæ sunt inter vrbes Mutinā & Lucam, & iam à multis seculis Peregrini montes appellantur. Festum illius agitur 1. Aug. iuxta Martyrol. Alter S. Frigidianus filius Regis Vltoniæ in Hibernia Episcopus, & Patronus Lucensis vrbis in Italia (cuius meminit S. Gregorius M. & Martyrolog. Roman. paucis post S. Patricium annis adolescentulus cum socijs peregrinatum Romam venit, vt refert Raphaël Volaterranus. Tertius S. Emilianus Episcopus Hiberniæ cum socijs dum Romā redit, & Fauentiam peruenisset, febri consumtus & miraculis coruscans migrauit in cœlum. Fuentinorum habetur Diuus tutelaris, is 6. Nouemb. in varijs Martyrol. collocatus.

S. Peregrinus Hibern.

S. Frigidianus. *Greg. M. l. 3 Dial. c. 9. Martyrolog 18 Marty*

S. Emilianus

S. ver-

S. Donatus cum socijs Romã petens, cùm portam vrbis Fesulanæ ingrederetur, S. Donat⁹.
temporibus Caroli M. à multitudine Angelorũ ciuibus obstupescentibus, cõpulsatis
mirũ quàm omnibus vrbis campanis, à Deo monitus est Clerus, vt Donatũ peregrinũ
in Episcopum eligeret, quod munus inuitus suscepit, & sanctissimè administrauit.
Hæc autem sæpius est, cũ certis locis Britanni sancti Præsules obtigisset, eorũ post obitũ 7 primi Epi
Clerus populusq; gentis eiusdẽ Scoticæ vel Britãnicæ Pontificẽ postulauit: nã cùm Verdenses
eodẽ tempore Carolus M. Verdensem erexisset Ecclesiam, & S. Suibertum Britannũ Britanni.
eiusdem præfecisset, eo demortuo sex eius sanctitatis & Pontificatus successores Scoti vel
Britanni nominãtur. Iacebant eorum sacra corpora cum omni memoria velut æternâ
obliuione sepulta, dũ hæresis multo tẽpore sedẽ amoto Pastore Catholico fixisset ibi,
donec in tãtis tenebris effulsit ætate nostra sidus clarissimũ Franciscus Guilielmus
S. R. I. Princeps, collustrans mirificè dictã Ecclesiam, aris & templis cultum, nitorem
& orthodoxam restituens religionem: Huic decessorum suorum sanctorũ Præsulum
incomparabili cultori, Deus inopinatò latentem thesaurum detexit, quem Princeps
ille, dum iterum furit eodem loci hæresis, Osnabrugi reposuit: nominaq; mihi literis
humanissimis perscribere dignatus est Ann. 1645. 16. Nouemb. his verbis: *Sunt etiam
in depositio Osnabrugi sex corpora primorum post S. Suithertum Verdensium Episcoporum, quæ
mirabiliter Ann. 1630. in Martio à me inuenta, ad initium armorum Suecicorum eodem anno
Osnabrugũ securitatis causa deportata atque collocata fuere: quorum hæc sunt nomina, S. Tan-
cti, S. Patto, S. Zeuilo, S. Cortila, S. Nortila & S. Harruchus, omnes natione vel Scoti vel Angli.*
Superant duo Hiberni Martyres recensendi. Flodoardus refert de B. Morolibano
Martyre Hiberno miraculis claro, & Rhemis in Ecclesia S. Hilarij sepulto. *Qui Ro-
mam*, inquit, *orationis gratiâ cum socijs petendi itinere occupatus à latronibus super Axonam* Flod. l. 4 c. 48
huius fuit peremtus, & inde corpus ipsius à socijs huc (Rhemos) *delatum est & sepultum.*
Denique S. Colmannus filius Regis Scotorum in Hibernia cum socijs Hierosoly- S Colmãn⁹
mam pergens, per Pannoniam primam siue Austriam, crudelissimo martyrio est
affectus Anno 1012. vt habetur in eius vita versibus expressa.

Si quæras, quî fieri potuerit, vt eæ turmæ cibum in via reperirent. Respondet Facilitas
Stephanus Vitus gentem illã, si vllã, esse valde abstinentẽ, quæ multis diebus possit peregrinãdi in ea
mediam cõtinuare: accessit Francorũ Regũ amicitia, & Scotorũ passim in eo itinere gente.
exædificata xenodochia. Amicitiam Francorũ Regũ cum Hibernis, sanctissimi viri 1. ob tẽperantiam.
Scoti conciliarunt, cum n. Francia valde illustrata fuerit Sanctorum Hibernorum 2. amicitiã
doctrinâ, miraculis, Euangelij præconio, ipsaq; morte; ideo vtriusq; regni Principes Regum
ipsiq; Reges, crebris inter se matrimonij vinculis adstringebantur. S. Rupertus Hi- Franciæ.
bernus fuit, regia Francorũ proles; Carolus 2. Dux Austrasiæ vxorẽ habuit Hildrudẽ
filiam Regis Scotorum Hiberniæ Anno 520. aut 530. vt refert Wolffgangus Lazius.
Nemo tamen Hibernis amicior & munificentior Carolo M. de quo ista Eginhardus; præsertim
Scotorũ quoq; Reges sic habuit ad suam voluntatẽ per suam munificentiam inclinatos, vt eum Caroli M.
sibi non aliter q. Dominũ, se seq; subditos ac seruos pronunciarent. An illa fortè fuit occasio, q̃ *Canis. to. 1.*
refert Monachus Sangalensis horũ tẽporũ Scriptor (apud Canis.) de gestis Caroli M.
lib. 1. dum ait, ad eundẽ in Galliâ cum regnare cœpisset, ex Hibernia venisse duos Hi-
bernos Clementem & Ioannem, aut Thomã Albinum (alium ab Albino Flacco, quẽ
Alcuinum appellant) viros incõparabiliter scientes sacrarum & humanarũ literarũ,
quorũ operâ vsus Carolus est ad iacienda fundamenta Academiarum Parisiensis &
Ticinẽsis. Hinc crebra Caroli cum Scotorum Regibus cõmercia literarũ, de quibus
videri potest Alcuinus apud Malmesber. & Canis. Vna non est tacenda legatio cele- *Malmesber. l. 1. c. 3. Canis to 1. Crantz. l. 1. Norvv. c. 41*
brior eorum ad Carolum, qua peregrinatio multitudinis Vrsulanæ stabiliri potest,
de qua Albert. Crantzius lib. 1. Norwegiæ c. 41. Anno 793. Pagani Dani & Nor-
wegi immensâ classe paratâ inopinato appulerunt ad litora veteris Scotiæ, quam
incendijs Ecclesiarum clade maximâ indigenarum editâ, & spolijs innumeris ab-
latus deformarunt, & insulæ totius omnia ferè præsidia occuparunt. Reges sex pro-
uinciarum illius cum superstitibus indigenis tributarios fecerunt. Carolus M. au- Consilio
dita clade & calamitate amicorum suorum, indoluit. Sed quod facilè tum non pos- liberat eos
set iustam classem ad debellandos hostes illorum mittere, misit secretos Legatos, à seruitute

(de quibus loquitur Alcuinus) consilijs & stratagematis militaribus instructos, q afflictis Hibernis viam mõstrarent excutiendi à suis ceruicibus barbaros hostes, no tam ipsorum, quàm Christianæ religionis. Consilio successit speratus euentus; na anno salutis 800 infinita illa Normannorum barbaries (sic vno nomine vocabant Dani & Norwegi) sparsa per vniuersam Hiberniam vno ferè die experta est vesperi

Suadens vesperas Siculas.

Siculas, & ad vnum ferè vniuersi sunt ab Hibernis interfecti. Reges ergo Scoti in bertatem iterum asserti, gratijs Deo actis instituerunt ad Carolum M. legationer, maximis ad eum missis muneribus, & persolutis eidem gratijs, quod ipsius consil

6. Reges Hiberniæ cũ comitatu magno vnus post aliũ Romã peregrini adeunt.

è captiuis asserti essent in libertatem. Rogant & impetrant, vt ipsis liceat per illis ditiones proficisci Romam, tum ad salutanda Apostolorum limina; tum ad persc uendum Pontifici maximo, tanquam suo in temporalibus supremo Domino trib tum. Reges isti non simul omnes, neque vno tempore, sed alter post alterum magn cum comitatu peregrinationes hasce Romanas obierunt. Hos alij Reges sequen bus seculis sunt imitati: nam, vt oculatus testis Marianus Scotus ait, *Rex Scotiæ Mac thod Romæ argentum seminando distribuit.*

Antiquitas hospitaliũ Scotorum seu Hibernorum.

Erant autem ad leuamen itineris piorum istorum vtriusque sexus Peregrin rum in Germania multæ erectæ & amplissimæ domus hospitales, plures tamen & pulentiores in Gallia, eas Patres concilij Meldensis, libro actorum Caroli, Ann lesq; Francorum appellant *Scotorum Hospitalia*, quę Baronius fusè describit in Ann libus, vbi iustas querelas Patrum Concilij Meldensis aduersus Regem Francorui Carolum Caluum, eiusq; Ministros habitas recenset, quod iniquis exactionibus rapinis ea exhausissent, ac penè in nihilum redegissent, quæ Scotorum natio sum bus immensis curarat olim construenda, & sufficientibus pro alenda innume peregrinantium multitudine reditibus ditanda.

Angli Reges etiam Romã peregrinantur. *Paul Diac. l. 6. de gestis Longob. c. 4 Polyd. Virg. l. 4. & 5. hist. Angl.*

Sed quoniam non Hiberni solùm Vrsulanam conflarunt Sodalitatem; sed R ges etiam & Episcopi Angli, age videamus, quos Reges peregrinos Romam Angl miserit. Rectè S. Chrysostomus, cùm agit de sepulcro & cruce Christi, ex Isai sic ait: *Vbi defuncti* (Apostoli) *Regibus ipsis erant magis venerabiles etiam Romæ, q urbium est regalissima, relictis omnibus ad sepulcra piscatoris & pellionis currunt Reg* Paulus Diaconus, & Polydorus Virg. autor est Ceadvallam Occidentalium S. xonum in Anglia Regem ad fidem Christi conuersum Romam peregrinatum est, & circa annum Domini 690. ibi sanctè diem suum obijsse: Ina Rex successor eiu vt in regno, ita pietate, Romam adijt: qui Scholæ Anglorum, quæ hodie adhu exstat, iecit fundamenta, dote adiecta luculenta, ibique anno 728. vitâ functu Circa annum etiam Domini 700. Offa Orientalium Saxonum, & Chenredi Merciorum Reges ex Anglia Romam deuotionis ergo contenderunt, Constan tino Papa Ecclesiam gubernante, & vtrique Ordinem S. Benedicti professi, vitam in eo sanctissimè finierunt. Eandem peregrinationem suscepit Bulrhedus vltimu Merciorum Rex, qui etiam Romæ in Schola Anglorum circa annum Domini 88 mortuus & sepultus est. Atque hi quidem durante Anglorum Heptarchia: At con stitutâ Monarchiâ Ethelulphus Leone Papa quarto, Canutus Danus Angliæ Re Ioanne vigesimo, qui duo in patriam incolumes reuersi sunt. Omitto enim S. R chardum, qui Lucæ mortuus, 7. Febr. piè recolitur, aliosque, qui extra patriæ fin religiosè decessêre.

Corollaria quædam è dictis.

Fusior aliquantò hîc fui; nec temerè; multa obijciuntur peregrinationi ist plura personis peregrinis, tot Episcopis & Regibus; plurima ætati, sexui & tempor Vides hîc ab illa natione cunctis ferè seculis susceptam natiuâ quasi & genuinâ pro pẽsione peregrinationem; hanc Episcopos plurimos, Reges, Regumq; soboles vnic adamasse; quorũ nec nomina multum abludunt ab Vrsulanæ Sodalitatis nominib Vides & sexũ femineum; ętate etiam pueros; turmas sępe integras hoc iter cõfeciss vt nulla natio tot posterioribus tẽporibus mundo peregrinorum examina effuder ad p̃cipua orbis sacraria: inde nõ dubitãdũ est, & primis seculis ante S. Vrsulę tẽpor p̃ter SS. Mansuetũ, Beatũ, Cataldũ, Donatũ, plurimos alios exstitisse eodẽ spiritu, e ingenita peregrinãdi ꝓpensione, Romã excitos: cũ de seculo post martyriũ S. Vrsul

S. Hic

Hieron. Ep. 17. ad Marcellam c. 16. teſtetur, ab adſcenſu Chriſti per ſingulas ętates ue ad ſuum tempus Epiſcopos, Martyres & ſanctiſſimos ac religioſiſſimos quoſq; toto orbe Hieroſolymam pietatis causâ confluxiſſe, tum de Britannis ſubdit: *Quicunque in Gallia fuerit primus, huc properat: diuiſus ab orbe Britannus, ſi in Religione ceſſerit, occiduo Sole dimiſſo quærit locum famâ ſibi tantùm & Scripturarum relatione cognitum.*

Hinc etiam cognoſcitur, qua ratione potuerint Vrſulano æuo Europæ præcipuæ ſedes Epiſcopales Romana, Antiochena, Lauicana, Lucenſis, Meldenſis, Baſilienſis Britannos Præſides habere; id enim cùm ſequentibus etiam ſeculis vbique proſcente Religione acciderit ſæpiùs, potuit & initio naſcentis Eccleſiæ faciliùs euenire, Hiberniâ iam tum poſt S. Cataldi tempora magnam partem ferè Catholicâ, myriades peregrinorum in Gallias, Italiam & Hieroſolymam effundente; vt licet in ſcriptis non ita accuratè conſignata ſint, ſecula tamen poſteriora oſtendunt, eam ab eadem gente ſub initium etiam naſcentis Eccleſię eodem impellente ſpiritu ieri potuiſſe; vti 6. Fratribus S. Foylani ſingulis ſuas deſignauit Deus ſedes, ita & alijs ntè feciſſe; vel ipſos homines visâ illâ vitæ ſanctitate Hibernorum peregrinorum, d eis vltro deferendas infulas fuiſſe excitatos. Si obtendas non ſolos Hibernos; nglos etiam & quaſuis alias nationes in eam coiſſe Societatem, id libens dedero. t mihi ſufficit autores peregrinationis S. Vrſulam cœlitus monitam, eiq; adiunctos piſcopos multos Hibernos exſtitiſſe, eosq; quà exemplo, quà verbo ad eandem oaculo diuino indicato pellexiſſe ceteros; nam infrà oſtendam Hibernos ad peregrinandum aptiſſimos, ob laborem incredibilem, & inediæ tolerantiam: Deus verò qui ſuauiter omnia moderatur, eos in eum finem autores delegit, quos & naturæ impetus ad gratiæ cœleſtis fauores recipiendos, & ad impulſus diuinos audiendos maximè idoneos & paratos efficiebat.

Hiberni & Britãni variorũ loco rũ Epi extra patriã.

CAPVT VII.

An peregrinatio Romana ſit probabilis.

AT fuerit tunc peregrinandi conſuetudo, nec Regibus, Epiſcopis, feminis inuſitata: quomodo verò ſine periculo, quod à Germanis, Francis & Gentilibus imminebat, quorum loca paſſim erant tranſeunda? quomodo montes Alpinos, exitiales Annibalis exercitui teneræ Virgines ſuperarunt? vnde tot millibus commeatus in hoſtili terra ſuppeditatus: qua via per Alpes impedimenta Regum & Principum virorum tranſierunt?

Difficultates conglobatæ.

Ob has difficultates Autores quidam grauiſſimi, licet Martyrium hoc Coloniæ patratum eſſe fateantur, adduci tamen neutiquam potuerunt, vt tam periculoſæ ſubſcriberent peregrinationi. Si tamen ſingulæ ſuis momentis ad Vrſulani temporis libellam expendantur, & aliqna diuinæ prouidentiæ ſummæq; potentiæ ratio miſceatur, nullo negotio diſſoluentur.

Enimuerò ſi mihi liceat Ethnici cuiuſdam Philoſophi, vel Appionis Grammatici, vel Hieroclis Iudæorum hoſtis perſonam induere, longè magis incredibilia, ſi rem ſolis naturæ viribus expendamus, contra diſceſſum Filiorum Iſraël ex Ægypto Duce Moyſe, producam in medium. Erat enim Iudæis non Rhenus, aut fluuius aliquis nauibus bene compaginatis enauigandus; ſed mare prementibus à tergo crudeliſſimis hoſtibus; & pedibus quidem tranſeundum. Deinde mari iam inuſitato prodigio ſuperato, deſertum occurrebat, inuium, horridum, *per quod pes hominis non tranſierat*, tum rerum omnium neceſſariarum ad vitam tot centenorum millium ſuſtinendam inopia, quibus nec aqua, neque panis ſuppetebat. Quid temporis diuturnitatem annorum 40. memorem? quid hoſtium multitudinem, varietatem & fortitudinem, quorum *ciuitates vſque ad cælum muratæ* ſuperandę? nec tamen quiſquam etiam Acatholicorum hæc audet in dubium reuocare.

Reſponſio generalis ex ſimili ꝓfectione ꝓdigioſa Iſraëlitarũ

Quod si diuinum Scripturæ, Moysisque testimonium attuleris, meminisse te velim personam me Gentilis Philosophi, vel Appionis sustinere, cui nisi discessum Ægyptiacum ex natura rerum probaueris, nunquam persuadebis. Opponam & ego Catholico neganti peregrinationem Vrsulanam quadruplex factum de ea diuinum oraculum: Primum, quod S. Sigillindis accepit Coloniæ prius, quàm adueniſſet Vrsulana Sodalitas: Alterum ibidem Vrsulæ redditum adicta promissione, post iter Romanum feliciter emensum omnes Coloniæ martyrio coronandos. Tertium S. Elisabethę; quartum Anonymo cœlitus datum scimus, in quo peregrinationis adiuncta fusiùs explicantur. Nec tamen hæc ita dicta velim, ac si cum Mosaico factorum quatuor oraculorum certitudinem hic velim contendere: nam Mosaicum, vt fide tenendum, nobis Ecclesia proposuit, non alia: sed hoc vnum vrgeo, si rectè & Deum potuisse, & voluisse etiam credimus tantis prodigijs nobilitare profectionem Israëliticam, quis Catholicorum etiam prudenter ambigere de Vrsulana peregrinatione Romana poterit, cùm Deum ea prodigia, quę narrabuntur, eius tempore contigisse facere potuisse fides, veraq; philosophia doceat; voluisse autem patrare, talia suadeant allata testimonia diuina, consentanea humanis, vt decem populorum traditionibus, certis locorum vestigijs, titulis ipsis sepulcralibus, & centum, vel ducentis etiam Auctorum testificationibus: quæ probant iter hoc Virgineum Romam susceptum esse. Accedunt tot similes aliarum puellarum & feminarum peregrinationes Romanę, vt Crendrundis, Drusæ, Irmgardis, Angelæ, Beggæ, Idæ matris S. Geronis, de qua Dithmarus, S. Gertrudis cum filia Catharina, & his longè difficiliores Hierosolymam institutæ, de quibus apud Scriptores Ecclesiasticos exstant innumeræ historiæ, quæ satis euincunt etiam sexui sequiori, solis naturę viribus consideratis, non inusitatas fuisse longinquas in Italiam, vel Palæstinam profectiones, quæ planius è sequentibus cognoscentur. Nunc sigillatim obiecta de periculis examinemus.

Oracula cœlestia de hac peregrinatione

Rationes.

Exempla similia.

CAPVT VIII.

An periculum Virginibus fuerit à Germanis, Francis, Alemannis, & Romanis Gentilibus.

Rhenan. l. 3 f. 273. RHenanus cùm nonnullis præcipuè litem nobis intendit ob difficultatem Rhenanæ nauigationis & pericula, quæ Virginibus à populis transrhenanis, Germanis, Francis & Alemannis imminebant: nec mirum, aliud enim tempus Vrsulanę peregrinationi constituit, nostro ducentis annis serius sub Attila, qui cinctus innumero gentium exterarum exercitu, peruagatus omnia Galliæ loca, passim excidit ciuitates, vastauit regiones: tunc enim dominante Marciano, fœdè laçerari cœpit Romanum Imperium, & gentes transrhenanæ quasi signo dato simul omnes transmisso Rheno Gallias occuparunt: sed A. 237. initio longè pacatior erat ora Gallicana Rheni, cùm vigeret altissima pax Romanos inter & Germanos, quam oblatâ pecuniâ videtur Alexander Cæsar redemisse, licut Traianum, Antoninum, Commodum feciſſe constat, vt de Germanis ita canat Claudianus:

Herodiã. l. 5

Illi terribiles, quibus otia vendere semper
Mos erat, & fœdâ requiem mercede paciſci.

Pacẽ fideliter Germani seruarũt

Securissima tunc erat in litore Gallicano nauigatio, neque enim vlli Germanorum ex altera Rheni ripa transitus in hanc citeriorem permittebatur, nisi positis armis adhibuisset militis Romani custodiam, cui pretium pendere cogebatur. Hac de re

Tacitus l. 4 hist. queruntur apud Vbios & expostulant Transrhenani grauiter his verbis: *Ad hunc diem flumina & terras, & quodammodo cœlum ipsum clauserunt Romani, vt colloquio, congressu, nostros arcerent, vel quod contumelioſius est, viris ad arma natis, inermes ac prope nudi sub custode & pretio coiremus.* His respondent Agrippinenses: *Sint transitus incustoditi, sed diurni & inermes.*

à Romanis non erat periculum

A Romanis nihil timendum erat, cùm Albion Imperatoribus fida maneret, in clien-

TABVLA RHENI ET AVSTRASIÆ
EXHIBENS II. PARTEM ITINERIS S. VRSVLÆ ET SOCIARVM EIVS.
Spectat ad libri 4. Cap. 8.

CHERVSCI
ANGRIVARII
CHAMAVI
BRVCTERI
AMPSIVARII
GERMANI
VSIPETES
MARSI
FRISII MAIORES
SALII
TENCTERI
ANCI
VELAVIA
FRISII MINORES
HOLLANDIA
TAXANDRI
BRABANTIA
GERMANIA INFE
HASBANIA
LEVACI
CONDRVSI
MENAPII
MORINI
VLANDRIA
HANNONIA
NERVII
BELGICA II.
ARDEIA
ANGARIA
HASSIA
THVRINGIA
FRANCONIA SEV
FRANCIA ORIENTALIS
MAGNÆ PARS
GERMANIA SVPERIOR
TOLIATES
VANGIONES
NEMETES
TRIBOCI
PERALCE
SEQVANI
MATRICI
RAVRACI
MEDIOMATRICI
VETVSSIA
NASSOVIA
BORVCTVARII
TVNGRI
EBVRONES
SILVA
MAXIMA SEQVANORVM
Postea Burgundia
BELGICA I.
GALLIARVM PARS

Fleuus Lacus Zuyder Zee
Batauus siue Wahalis Ostium
Ex Britannico Oceano
Fretum Gadi
Ostium Mosæ

Osnabruck
Meppena
Hasehun
Quakenbruga
Amisius fl. Embs
Visurgis fl. Weser
Luppia fons Lippspringe
Amisij fons
Padula Padelborn
Marsberg Stadberg
Caßel
Aliso Elsen
Luppia Lippstadt
Sylvanum
Mimegardevor Munster
Hammona
Arnsberg
Attendorn Chatrodurum
Luna
Tremonia
Sigedunum Sigen
Lupia fl.
Dorostia
Esßen
Werda
Ketwick
Monheim
Colonia Agrippina
Taunus M.
Bonna Verona
Rigomagus
Bingium
Vielia
Bodobriga
Cimberium
Castellum Bern Keßel
Neomagum
Vitellianum
Aug. Treuirorum
Marpurg
Werthaim
Herbipolis Wurtzburg
Rotenburg
Tubarus fl. Taubet
Asche burg
Miltenburg
Hanitaa
Francofordia
Moenus fl.
Nicrus fl. Necker
Hailbrun
Neccr fl. Necker
Gernsheim
Heidelberg
Aug. Nemetum Speir
Tubinga
Oppenheim
Mogontiacum
Wormbs
Tarbelli Luterburg
Zabern Taberna
Sebusium Wißenburg
Seltz Saletio
Hagena
Argentoratum
Offenburg
Friburgum
Comarchia Cadersperg
Colmar
Ruheacum Ruffach
Basilea
Illus fl.
Sarus fl.
Mosella fl.
Ricciacum Sirick
Andethana
Mosa fl.
Diuodurum Mediomatricum Metz
Mosa fl.
Throdonis Villa Dilenhoue
Sella fl.
Mosa fl.
Mosa Trajectus Maestricht
Lemburg
Mahmundarium
Strabuhum
Viana
Tungeren.
Landi
Huium
Ant. werpia
Mechlen
Lephana Louanium
Gemblacum
Namus
Rupesfortis
Scaldis fl. Scalle
Gandauum
Lesia fl.
Leye
Virdunum Verdun
Tullum Toul
Nesium Nancy
S. Nicolas Mortana fl.
Mortafl.
Vahalis fl.
Isala fl.
Rhenus fl.
Nabalia fl.
Rhetico
Signa fl.
Lauenz A.
Melibocus M.
Nicrus fl. Necker
Danubius Donau
Aestuarium
Aestuarium
Aestuarium

entela Romanorum, Hibernia verò si nondum subacta fuit, amica tamen ipsis, rtè non erat inimica: præsertim cum multi in eam adlecti societatem Reges essent, um Romanis & Imperatoris familiaribus sanguine vel affinitate iuncti, socij & confederati Romanorum, qui cum apud Alexandrum Imperatorem, & Mammæam atrem gratia valerent plurimum, nihil ijs à præsidijs eorum esse poterat periculi, ne dum oram Rhenanam nauigio præterueherentur, siue cum per Italiam conderent.

Neque à Francis erat ijs magnopere metuendum: qui tunc à Germanis oppotam Vbijs Rheni ripam vlteriorem colentibus non distinguebantur, eorumq; nomen 15 post hoc tempus annis sub Galieno cœpit apud Romanos primùm celebrari. Sihilominus Germani, qui supra Confluentes Loganam accolebant, insigni diuinæ rouidentiæ argumento tunc quidem pacati quiescebant, vt annis multis superiobus, peracta tamen Virginum nauigatione subitis irruptionibus oram Gallicanam ssilierunt, & castella Romanorum infestarunt, ob causas libro seq. producendas. Neque à Francis.

Porrò Alemanni superioris transrhenanæ regionis incolæ, circa A. 237. pacati quieuerunt: docent id omnes Augustæ historiæ Scriptores: licet enim Cæsare Calijula nonnihil se commouerint, meruit tamen is ab ipsis deuictis Alemannicus appellari. Longè post iterum circa Aureliani & Probi tempora eruperunt, de quo motu sic Rhenanus ait: *Auditum autem est primum, vt suspicor, nouum Alemannorum nomen sub Probo Augusto*, Flauius Vopiscus in vita Probi ait: *Nam Alemannos, qui tunc Germani licebantur, non sine gloriæ splendore contriuit*, & alibi: *Valerius Probus Cæsar deuictis Alemannis in Germania prima limitem Romanum vltra Rhenum vsque ad Nicrum fluuium protulit, ædificatis in eius ripis varijs munimentis, in quibus præsidia locarentur.* Quare nec ab his erat quidquam formidandum. Aut Alemannis. Spartianus Rhenanus l. 1. f. 70. fol. 8.

Demus tamen ab istis populis metum nequaquam abfuisse, quem facilè Romanorum præsidia toti Rhenanæ ripæ imposita depulissent: nam cum post Iulium Cæsarem & Agrippã Drusus hæc loca præcipuè contra hostes firmanda decreuisset, per oram Rheni, teste Floro, *amplius 50 castella direxit.* Eadem, autore Marcellino, Valentinianus restituit & auxit: *Rhenum* enim, ait, *à Rætiarum exordio vsque ad fretalem Oceanum magnis molibus communiebat, castra extollens, turresq; assiduas per habiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo.* His in castellis copiosa militum manus excubabat, & seruabantur naues ad loci, vicinæq; regionis præsidium, *vt ripis omnib. vsque ad Oceanum* (ait Panegyris Constantino dicta) *miles immineret:* Neque enim vllam exterarum gentium ita Romani sicut Germanos formidabant, adeoq; nusquã gentium tot legiones eorum, quot ad Rheni tutelam vigilabant, causam Tacitus ita recenset: *Sexcentesimum & trigesimum annum vrbs nostra agebat, cum primum Cimbrorũ audita sunt arma Cæcilio Metello & Carbone Coss. ex quo si ad alterum Traiani Imperatoris Consulatum computemus, ducenti ferè & anni decem colliguntur. Tamdiu Germania vincitur, medio iam longi æui spatio, multa inuicem damna: non Samnis, non Pœni, non Hispani, Gallive, ne Parthi quidem sæpius admonuere. Quippe regno Arsacis acrior Germanorum libertas, quid enim aliud nobis, quam cædem Crassi amisso & ipso Pacoro infra Ventidium oriens obiecerit? at Germani Carbone & Cassio, & Scauro, Aurelio & Seruilio, Cæpione, M. quoque Manlio fusis, vel captis, quinque simul Consulares exercitus Populo Romano, Varum tresq; cum eo legiones Cæsari abstulerunt. C. Marius in Italia, D. Iulius in Gallia, Drusus & Nero Germanicus in suis eos sedibus perculerunt.* Hinc dignum hoc tanta Germanorum fortitudine idem alibi tribuit hoc elogium: *Præcipuum militum robur iuxta Rhenum commune in Germanos Gallosq; subsidium octo legiones fuisse.* Quid igitur octo fortissimarum legionum præsidijs munitis nostris Virginibus esse potuit à transrhenanis, vel alijs barbaris nationibus Gentilibusq; periculi? Ob ꝓsidia castellorũ. Florus. Marcellin. Panegyris Constantino dicta. Tacitus de mor. Germ. Romani sæpe victi à germanis Lib. 4. Annal. Octo legiones Rhenum tuebantur.

Ita Sanctas Virgines ab ipso mari Germanico, sub harum octo legionum præsidio, pace adhuc inter Romanos Germanosque vigente, ab omni Germanorum, Francorum & Alemannorum metu saluas & incolumes Basileam vsque deducamus, inserta tabula Geographica, quæ Rhenanam totam nauigationem Tielâ Basileam vsque continet, cum Austrasiæ ferè regno valde scriptis horum locorum celebrato.

CAPVT IX.

Virgines Basileam veniunt, & à S. Pantulo Episcopo honorificè excipiuntur.

Nauigatio prospera.

COloniæ, vt dixi, commeatu suscepto, quem largiter Episcopus Aquilinus & ci-ues obtulerant, cùm se Deo Deiparæq; commendassent vniuersi, soluisse q; passis velis, vsi statim sunt ventis secundissimis, & Cœlitum præsidio, ductu & auspicijs rectà Basileam versus cursu concitatissimo nauigarunt. Lubet B. Hermannum audire: *Igitur Domino, gloriosaq; Matre eius Virginum sanctarum Regina, nec non & Angelis sanctis eas prospere ducentibus, denuò contra ictum fluuij & cursum tendentes, tribus diebus & dimidio plus, quam octo dierum iter expleuerunt, Basileam adeuntes ciuitatem.* Auspicatò Ducem nauigationis periculosæ Deiparam delegerant: quid enim ijs potuit ab hostibus imminere periculi, quibuscum Virgo illa *terribilis, vt castrorum acies ordinata?* & cum illa Matre Filius? His defensoribus quis non securus cum Iobo gloriatur: *Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.*

Cap. 2.

Cœlitibus fauentibus

Iob 17. Psal. 26.

Basileam vsque.

Præsidebat ea tempestate Sacris Basileæ recens è ruinis Augustæ Rauricorum efflorescenti S. Pantulus. Ea veteribus Arialbinum dicta, sex aberat passuum milibus Augusta: sed in tenebris delituit, donec à Burgundionibus vel Alemannis illo æquata Rauricorum metropoli, sub Caracalla iam Basileæ accepto nomine caput extulit: quando reliquiæ ciuium Rauricensium eò cum Præsule Pantulo commigrarunt, de quo fusè lib. 2. c. 31. differui.

Excipiuntur Virgines à Pantulo Epo.

Pantulus de aduentu Britannicarum Virginum gentilium suarum certior factus, occurrit venientibus, & magno gaudio perhonorificè suscepit easdem hortatio, vt præter Catholicos Scriptores, & vulgi constantem traditionem, Pantaleon, Stumphius, Vrstisius, & alij fatentur Basileenses heterodoxi. Est ibidem domus, S. Vrsulæ effigie insignita in vrbis vetustissimo vico prope turrim salis, ad quam iuuertit Regina Vrsula, & gradus, quibus adscendisse Virgines narratione populi prohibentur: Atque dum biduo hic omnia ad iter pedestre longè difficillimum ordinantur, instituuntur, apparantur, Alpium nobis inaccessæ penè rupes sunt incidendæ, num ea tempestate ab integris exercitibus, cum sarcinis & impedimentis potuerint pertransiri.

CAPVT X.

An iter Virginum per Alpes fieri potuerit naturaliter.

Difficultates. *Strabo. Polybius. Herodianus Liuius.*

STrabo rectè montes Europæ celsissimos, Alpes nominauit: contulitq; ex Polybio cum altissimis Græciæ Lycæo, Parnasso, Pelio, Olympo, Ossa; cum Thraciæ Æmo & Rhodope: nam licet horum quiuis possit vnius diei spatio pertransiri, Alpinum tamen adscensum, nec quinis etiam, ait, diebus posse superari. Hinc à Polybio aëriæ; ab Herodiano montes nubium altitudinem transcendentes; à Liuio iuncta cœlo loca nominantur. Plinius vult in portentis à maioribus habitum Alpes ab Annibale superatas esse. Quare si à viris ipsis earũ altitudo vix superari posse videatur, quis credat tenerrimarum Virginum exercitum cum omnibus impedimentis trajisse? Nunquid ad miraculum armatus Annibal 36 millia virorum fortissimorum maximamq; iumentorum multitudinem, dum earum adscensum molitur, perdidit? Hanc tamen rem, qui mecum accuratiùs ad probatissimorum autorum istius æstrutinam expenderit, iter Alpinum reperiet non modò non incredibile; sed transitu facil-

Plinius l. 16

faci ,quod ſæpius ante id temporis multa mulierum millia cum paruulis & impe-
ntis ſuperarint: vt non dubitem iuxta veteris Vrſulanæ hiſtoriæ ſeriem, tranſi-
tum Alpinum Virginum vt facilem defendere,quod S.Eliſabetha &B. Hermannus
diu itus inſpirati confirmarunt,multiq; tituli ſepulcrales atteſtantur: atque vt cla-
rè ducideq; probem ſolis naturæ viribus, non difficulter, à tot teneris puellis con-
fici otuiſſe,dicam primò,quando cœptæ ſint Alpes à tranſalpinis ſuperari; quando
iter lud complanari, vt quotannis exercitus cum omnibus impedimentis viam il-
lam nira facilitate emetirentur. Primus, cuius exſtet memoria, Faber Heluetius
Alp s oſtendit eſſe peruias,is cum Romæ Tarquinio Rege fabrilem artem exercuiſ-
ſet, nnis ante Chriſti ortum 60. rediturus in patriam, ficum aridam,vuam,olciq;ue ac
ni primitias detulit: quorum dulcedine ſic ciuium ſuorum animos allectauit,vt co
ilium inierint de Italia occupanda. E Liuio conſtat, agmina quinque diuerſo-
rum Gallorum in Italiam irruiſſe, qui à ſuis illic ſtabilitis ſedibus Galliam Ciſalpi-
nam,eam nominarunt partem,quæ Romam inter & Alpes porrigitur,quam regio-
ne varij populi incolebant Lobicij, Lai, Mericij, Inſubres, Crobij, Cœnomanni,
Bo,Lingones & Senones,qui ſanè cum vxoribus,liberis,impedimentis & rebus o-
mnibus peruium iter Alpinum fuiſſe docuerunt. Idem Cimbri, Teutonesq; cum fa-
cultatibus, & re familiari relictâ Iutiâ plus ducentis ante S. Vrſulam annis, V.C.
A 00. tentarunt, de quibus ita Florus: *Hi iam, quis crederet,* (Cimbri) *per hiemem,
qu altiùs Alpes leuat, Tridentinis iugis in Italiam prouoluti, ruina deſcenderant, Ateſim flu-
me non ponte, ingeſta obrutum ſilua tranſiluêre.* Cæſa tunc à Mario ſunt 140000.
cata 60 millia, autore Oroſio & alijs. Florus addit: *Nec minor cum vxoribus eorum
pœna, quàm cum ipſis fuit, cum obiectis vndique plauſtris atque carpentis altæ deſuper, qua-
ſi turribus lanceis, contisq; pugnarent. Perinde mors earum ſpecioſa fuit, quam pugna:
nam cum miſſa ad Marium legatione caſtitatem & ſacerdotium non impetraſſent, ſuffocatis
ſibi ſq; paſſim infantibus ſuis, mutuis ſe concidêre vulneribus,&c.* Admirabilis hic fuit
ducentorum millium virorum cum vxoribus, paruulis, carpentis & impedimentis
alinus deſcenſus (ac erat is cuneus, tertia tantum exercitus Cimbrici Teutonici
pars) eaq; mulierum cum paruulis multitudo, quæ non poſſet à Romanorum
victore exercitu armis debellari: vt inde colligere liceat, ſi ad centum mulierum
millia, naturæ viribus, & maritalis amoris impulſu, tam iniqua anni tempeſtate,
in oſtico, tot obſtantibus, & Alpinum tranſitum retardantibus copijs Romano-
rum, pertinaci improboq; labore potuerunt per Alpes, non adeo tunc tritas decur-
rere: quanto facilius pacato & æſtiuo tempore, nullis obſiſtentibus, in locis amicis,
indulgentiâ Cæſaris, & Mammææ matris Chriſtianæ: viâ iam exercitibus peruiâ,
Virgines illæ valuerunt naturæ ſolis viribus in Italiam peruenire?

Primi qui Alpes tranſierint.

Liuius.

Galli.

Secuta Cimbrorũ 200 millia cum vxoribus. Flor° l.3.c.3

Oroſ l.5 c16

Feminarũ incredibilis fortitudo.

Venio ad varios tranſitus Alpinos penitius inſpiciendos, & quomodo viæ per montes Romanorum peruigili ſtudio munitæ fuerint, vt cuiuis multitudini facilem acceſſum præbuerint. Octo præcipuæ ſunt Alpium partes,per quas itinera patuerunt: his nominibus inſignitæ Maritimæ, Cottiæ, Graiæ, Penninæ, Ræticæ ſeu Tridentinæ, Noricæ, Carnicæ ſiue Pannonicæ. Et maritimæ quidem nomen à ſi-
no vicini Liguſtici maris acceperunt.

Viæ octo Alpinæ.

Cottias Alpes, vult Marcellinus, *à Rege Cottio primùm munitas eſſe, cum ſcilicet
is amicitiam Octauiani Auguſti receptus molibus magnis exſtruxit, ad vicem memorabilis
muneris compendiarias & viantibus opportunas, medias inter Alpes vetuſtas maritimas
Cottias & Graias:* & infrà: *Huius ſepulcrum Reguli Sequiſone eſt proximum, manesq; eius
ſatione gemina religione coluntur, quod iuſto moderamine rexerit ſuos, & adſcitus in ſocie-
tatem rei Romanæ quietem genti præſtiterit ſempiternam.* Improbat hanc opinationem
Cluuerius: quia ante Auguſti tempora peruium iter præſtabant viatori: vt dem
hoc Cluuerio: quid ſi crebris imbribus & eluuione corruptæ viæ ab ipſo Cottio
ſint reparatæ? Pergit Marcellinus: *Et licet quam dicimus via compendiaria ſit, & me-
dia magis quàm celebris, tamen etiam aliæ multo antea temporibus conſtructæ ſunt diuer-
ſæ: primã Thebanus Hercules ad Geryonem extinguendũ, vt relatum eſt, Tauriſcum lenius
radiens prope maritimas compoſuit Alpes: hicq; harum nomen indidit Monæci: ſimiliter*

Marcellin. l.15.c.24. Cottias Alpes Rex Cottius munijt.

Cluuerius

Marc.c.26.

arcem

Plinius.

arcem & portam, ad perennem sui memoriam consecrauit. Plinius potius vult Herculem per Graias penetrasse. Idem Marcellinus Penninas vult ab Annibale Pœnis dictas esse: contra sentiunt alij, & Romanis Paulus Diaconus tribuit: cum Pompeius gloriretur, faciliorem se viam muniuisse, non quia Penninas primus aperuit; sed eidem apertas communijt: vti Augustus Ræticas, Iulius Cæsar Iulias. De Ræticis ortus natus Spreckerus à Barneck ait: *Mitius à Romanis tractabantur Ræti, vt montium itinera per eos conseruarentur aperta:* & Carolus Paschalius in Præambulo: *Stationes*, inquit, *præsidiarij militis Romani contra M. Velserinum Castellatum fuisse dispositas, vt gentem obsequijs insuetam compescerent, & loca prius inuia & latrocinijs infesta, securatem viatoribus præstarent.* Ita videntur per Alpes castella (vt Drusus per Rheni ripas 50.) construxisse, vt non tantum peruiæ, sed tutæ ab hostibus redderentur: sicut & viarum cura patet.

Romani curatores earundem

Sprecker. in hist. motuũ in Ratia excitatorũ f. 4

Car. in decẽnali legatione ab A. 1604 ad 1614.

Lipsius, vt alibi monui ex Halicarnassæo, ait: *In tribus magnificentissimis operibus Romæ, & ex quibus maximè apparent illius temporis opes, pono Aquæductus, munitiones, cloacarum structuras: neque id solum ad vtilitatem operum respiciens, sed impendij sumtuumq; modum, vias non tantum per vrbem stratas miratur; sed quæ per Italiam, & in Prouincijs maximis impendijs muniebantur.* Stabat in capite Romani fori columna, (milliarium aureum dicebatur) in quam omnes Italię viæ terminabantur. Ad vrbem verò ex Italia viæ 31 ducebantur, Appiam in his stupet vehementer Lipsius, quæ Roma per Capuam & Brundusium ad mare vsque protendebatur.

Lipsius l. 1. c. 10 Magnificẽtia Romanorum in vijs curandis.

Aureũ milliarium Romæ.

Montes quandoque Romani excidebant, vt complanarent vias: docet hæc inscriptio apud Dominicum Nigrum: *Imperator Cæsar Antoninus Pius Aug. Britannicus Max. montibus Lyco flumini imminentibus cæsis, viam dilatauit per Antonianam suam:* Confirmant id Gruteri inscriptiones: *Viarum vsum cæsis vtrimque montibus præstiterunt:* & de Traiano: *Viam à Beneuento Brundusium pecunia sua fecit:* & p. 149. Montis pennini pars, quæ viam occupabat ad 200. passus, in modum fornicis excauata hac inscriptione: *Imp. Cæs. Aug. Vespasianus Pont. Max. Tribunit. Potest. 7. Imper. 28. [illegible] Censor faciundum curauit.* p. 151. n. 5. *Viæ & pontes temporis vetustate collapsi, à Maximino restituti.* Factum id in Hispania prope Bracarum à præfecto prætorij sub Maximino patre & filio, quod circa S. Vrsulæ martyrium contigit: vt inde pateat idid vsque tempus toto terrarum orbe viarum à Romanis aperiendarum, reparandarum & muniendarum præcipuam fuisse curam adhibitam: vt & alibi de maximum fluminum aluei purgatione monstraui: adeoq; etiam Alpini transitus custodiendi muniendiq; tunc viguit consuetudo.

Mõtes excindunt. Ortel. in Syn. Geogr.

Cur modo inuiæ sint Alpes exercitib.

Enimuero quamprimum ea Romanorum vigilantia, fluentibus imperij viribus conquieuit, passim corruptæ viæ, sensim insuperabiles reddebantur. Ita summa Romanorum magnificentia, quæ in aquæductibus cernebatur, Romanorum negligentiâ concidit. Nec mirum igitur, Penninas Alpes, quæ olim exercitibus Romanis, præsertim Thebææ, S. Mauritij legioni, S. Vrsulæ seculo viam præbuit: & nunc tandem accedente ad instaurationis neglectum incolarum maleuolentiâ penitus perijsse: postea enim, quam Heluetij se in libertatem asseruerunt, Austriacorum excusso dominatu, non solum vias exercitibus peruias non conseruarunt, sed potiùs corruperunt, vt aditus ad ipsos hostibus intercluderetur.

& Annibalis copijs exitiosæ fuerint.

Restat, vt, quod de Annibalis iacturâ militum in adscensu Alpino initio accebatur, id clarè dissoluatur. Quinque sunt, quæ iter illud difficillimum reddiderunt. 1. fides autorum: non enim Silius Italicus, & alij Poëtæ tantum fabulis historiam inquinarunt; historici ipsi, teste Polybio lib. 3. supra fidem multa de suo addiderunt. 2. Alpini populi transitum Annibalis impedierunt, vti 12 annis post Asdrubali seruium reddiderunt: ita Liuius l. 3. c. 7. *Ceterum,* ait, *Asdrubali & sua & aliorum omnia celeriora atque expeditiora fuêre: non enim receperunt modo Aruerni eum, deinceps aliæ Gallicæ atque Alpinæ gentes: sed etiam secutæ sunt ad bellum: & eum per munita quælibet transitu fratris, quæ antea inuia fuerant, ducebant: tum etiam 12 annorum assuetudine peruijs Alpibus factis inter mitiora iam hominum transibat ingenia: inusitati namque antea alienigenis: nec videre ipsi aduenam in suis terris assueti, omni generi hominum insociales erant:*

nt: & ignari quò Pœnus pergeret, ſuas rupes, ſuaq; caſtella, & pecorum hominumq; præ-
n peti credebant: fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia vrebatur, ſatis
cuit, viam tantùm eſſe Alpes: duas præualidas vrbes de imperio & opibus certare: hæc cau-
peruerunt Alpes Aſdrubali. Hæc Liuius. 3. Iter illud iniquiſſima anni tempeſtate, ca occaſum virgiliarum molitus eſt, cum vaſtis elephantis, inde natæ grauiſſimæ noræ, quas Polybius oculis cùm vſurpaſſet, fusè proſequitur. 4. A Romanis e omnes & aditus in Italiam magnis paſſim exercitibus obſepiebantur: vt Punicis us dolis fuerit, & per inacceſſa hactenus loca, via tamen compendiaria nouum olitus iter ſit: eâ tamen moleſtiâ, vt ſæpe in apertum diſcrimen exercitus conijcetur, & in ipſo deſcenſu ſaxum immane, quod tranſitum obſtruebat, ferro & aceto erit comminuendum, de quo canit Satyricus: *Et montem rupit aceto.* 5. Necdum nnibalis æuo tranſitus Alpini tot exercitibus peruagati erant: vt à ſecundo bello unico ad Chriſtum vſque, & inde ad S. Vrſulæ per 453. annos tam Italica, quàm lpina itinera ſubactis Gallijs tritiſſima euaſerunt, quando ferè quotannis aut integri exercitus, aut legiones Romanæ per ea in prouincias cum omnibus impedimentis ibant & remeabant: vnde Vrſulano tempore & mulieribus & pueris peruiæ Alpes ad Diocletianum vſque (cùm Maximianus exercitum omnem, præſertim Thebæam legionem per eas traduxit) remanſerunt.

Hæc fuſiùs fuerunt è ſalebris & ſpinis Geographorum & profanorum hiſtoricorum eruenda: vt ad viuum ea reſecaretur difficultas, quæ doctiſſimis hactenus viris in hiſtoria SS. Virginum inexplicabilis viſa fuit: ſi enim Cimbrorum mulieres cum liberis & re familiari numero triplo auctiores, iniquo anni tempore, obſiſtentibus à fronte & tergo Romanis exercitibus, tranſitum tamen Alpinum inuenerunt, eumq; curriculo ſuperarunt, faciliùs Virgines noſtræ, æſtiuo tempore, nullo retardante hoſte, per amica loca, ſine graui moleſtia, viam munitam & iumentis tritam, tenere potuerunt: licet res etiam ad naturæ vires & puellarum teneritudinem, ſecluſis diuinis fauoribus & prodigijs (quæ tamen in hoc itinere, vt dicam, abundabant) expendatur. Multos angit, quomodo cibaria tantam multitudinem in Alpibus non defecerint: nam de Italię itinere & commeatu dicam infrà: ideo oſtendam ex omnibus orbis nationibus, vix videri alteram ita à natura ad inediam & toleranda peregrinationis moleſtias factam, vt Hibernorum: qui reliquis præerant.

CAPVT XI.

De Hibernorum abſtinentiâ.

MIra de ciborum parſimoniâ gentis ſuæ P. Stephanus Vitus ſcribit, quæ ſuadeant eam præ cæteris gentem ad labores itinerum, & inediam diebus aliquot ſuſtinendam quaſi factam eſſe; verba ipſius adnumerabo: *Qui nouit quaſi innatam veteribus Scotis inediæ tolerantiam, aut temperantiam in victu, deſinet mirari, vnde ſe alere potuerint tot millia mulierum ac virorum, qui cum Vrſula cogitabant tranſire in Italiam. Crebrò experti ſunt multi exterarum nationum, quod plerique noſtrates viri & fœmina in patria cum ipſis libet, vt ſæpiſſimè contingit, ſiue pietatis causâ, ſiue aliâ, triduum integrum, integris viribus, nihil prorſus cibi potusq; guſtent, ac nihilominus conſueta omnia peragant, ſani iter agendo, ſani militando, ſani aliter laborando.* Viri & fœminę temperantiſſimę

In Quadrageſima videas paſſim in Hibernia plurimos vtriuſque ſexus robore corporis parum aut nihil fracto, extra diem Dominicum bis tantùm cetera hebdomada guſtare modicum panis & aquæ, aut ſeri lactis: Qui ſolis herbis & aquâ per aliquot menſes vitam non modò tolerent; ſed etiam vegetam, nihilq; fractam foueant, benè multos videas: maximè tempore belli, quo vſitata vbiqae victualia hoſtibus obſeſſis intercluduntur: quibus ſi relinquas herbas communes in Hibernia ruri alibi naſci ſolitas, in ſiluis, agris, ad oras torrentium; vix, inquam, obſeſſos fame ad deditionem adiges. Hodieq; noſtrates plerique (longè minùs tolerantes ieiuniorum & inediæ, quàm priſci fuerunt) ad ſtuporem Anglorum ipſis vicinorum, adeo ſeueri ſunt in protrahendis ieiu-

In Quadrageſima

Herbis & aqua contenti Milites.

Camdenus. *dis ieiunijs, & quàm parcissimè sumendis cibis, vt de illis scribat VVilhelmus Camdenus (homo Anglus, Hæreticus, hostis nominis & nationis Hibernorum) in hæc verba:* Si qui religioni se consecrant, religiosa quadam austeritate, ad miraculum vsque se continent vigilando, orando, ieiunijs se macerando, vt neutiquam sit mirum, quod de illorum Monachis superiori seculo scribitur: ipsæ etiam mulieres & puellæ ieiunium per totum annum & Sabbatis obseruant. *Alluſit hæreticus ad morem iu-*

Ecclesiasti corũ ieiunium. *nandi, quem Ecclesiastici nostrates olim obseruabant ab adolescentia, ad vltimam senectutem: qualem seuerum morem ac modum non memini me vsquam legisse, siue de Thebaïda, siue de Palæstinâ, siue de Aegypti priscis monachis aut Anachoretis.* Exempla Sãctorum. *Possem plura adferre exempla, pauciſſima indicabo. De S. Columbano Luxouiensi narrat Petrus Canisius, victitasse modicis herbis obuijs & aquâ illum in Hibernia primùm, deinde in Gallia, Italia, Germania per 60 postremos vitæ annos, vsque ad supremam senectam, (quam seruauit vegetam adeo, vt biennio aut triennio ante mortem è Germania in Italiam pedibus, scipione nixus, Alpes transcenderit.* In Martyr. S. Columbani. SAdamani lib. 4. c. 28. *De S. Adamano nostrate scribit Beda, illum sub adolescentia vsque ad extremum vitæ (senilis) nihil prorsus cibi potusq; sumsisse, præterquam die Dominica & feria 5. totum tempus reliquum impendebat in perpetuis pœnitentijs, ieiunijs & vigilijs, vt integris multis noctibus insomnis & indefessus ac stans precibus ad Deum vacaret: interim viribus ac robore infractis.* S. Egberti. lib. 3. c. 27. *De Egberto idem refert Beda, illum per 65 annos tota Quadragesima præcedente tempus Paschæ, & totidem præcedentibus natalitia Saluatoris festa, totidem etiam diebus 40. sequentibus Pentecosten, non nisi semel quotidie gustasse modicum panis & parum seri lactis.* S. Fintani. *In vita S. Fintani (quam M.S. ex Archiuio Rheimauiensis in Germania Cœnobij, vnde in cum migrauit, habeo) eum filium Principis Lageniæ prouinciæ in Hibernia, fuisse dicit: & 27 annis postremis suæ vitæ (quam perduxit ad 78 annos) tam seueris se exercuisse ieiunijs, integra interim valetudine, vt vix de homine mortali credi possent, nisi crebbra fecissent miracula, & sanctimonia Fintani, & fides sincera testis oculati, qui vim illius euulgauit.*

Triduana ieiunia sine cibo. *Biduana ac triduana ab omni cibo potuq; ieiunia in Hibernia non modò apud Ecclesiasticos; sed etiam apud alios vtriusque sexus fuerunt olim & hodie apud plurimos ita vsitata, vt nihil admirationis haberent. Hunc morem seueræ olim nostratium abstinentiæ ideo commemoro, vt appareat, nullam multis fuisse causam, vel eo solo contemnendi, vt fabeltur, peregrinationem S. Vrsulæ & sociarum Italiam versus: quod credibile non appareat præcere ijs de commeatu in itinere. Quasi verò non idem dicant de infinita penè multitudine, ex omnibus Christiani vrbis partibus confluente in Italiam, ad Apostolorum limina visitanda, vno ferè eodemq; mense aut anno Iubilæi pergente? aut in Hispaniam ad visendum corpus S. Iacobi, vnde infinitis numero hominibus peregrinis prospectum esse potest & nihilominus semper istis Deus prouidet.*

De cõmeatu S. Vrsulę *Non facilè cogites, Vrsulæ cum socijs potuisse cùm adscenderet naues soluens è patria, esse non parùm prospectum de commeatu, qui pro magna parte pedestris itineris postea conficiendi absoluenda satis foret? procul dubio naues vehebant non peregrinatoras modò, sed & multam annonam panis & potus, & escarum aliarum. Hanc impositam etiam iumentis pluribus (in Alpino præsertim itinere & transitu per Italiam, neque enim suspicère cæpit illum peregrinantium fuisse ex paupertina tribu, ex aliena tantùm liberalitate viuentium) quæ vno itinere cum Vrsulanis nauibus per tractum Rheni procedebant; cur putes incredibile, & ab omni prudentium iudicio remotum? Vel si non credis hoc modo sanctæ cohorti fuisse prouisum de commeatu, cogita saltem de natura nostratium Sanctorum priscorum, quæ quinà præsertim gratiâ adiuta, in defectu panis aliarumq; communium plerisque populis earum per dies plurimos, modò suppeterent ipsis olera & herbæ, & aqua (quæ non potuit deesse in campo & itinere Belgico & Rhenano, non adeo tunc in deserta versis, quin inciderent in vrbes & oppida culta) erat tolerantissima inediæ & inopiæ panis, carnis, piscium, vini, cereuisiæ, lactis. Nec defuit Deus suis Virginibus in itinere, qui voluit in eo omnes coronadonare martyrij.*

Cõtra Galfredum. *Qui non credunt Vrsulam piam cum suis instituisse peregrinationem, putant ipsas cum sua classe (quæ cursum in Aremoricam dirigebat) tempestate esse disiectas, & post longos*

errores

...r, & pericula tandem esse appulsas, vel ad litus Germanicum, vel ad Vrbem Coloniam. ...rò interim dum appulsæ essent, aut vnde iis & tantæ classi de commeatu prospectũ fuit? Vis quod antequam solueret tanta classis è portu, prouiderit sibi commeatum copiosum & regium? iam ad regias cũ suo comitatu ibat Vrsula nuptias (vt volunt Galfredus & Baronius) in Noricam. Si istud tibi apparet credibile: num ideò dicas incredibile, quod eadem regia virgo stipata millibus aliis virginibus, & feminarum, virorumq; aliorum piorũ, si voluisset suscipere peregrinationem ad remotiora loca sacra, prospexisset sibi & comitibus de commeatu, & ceteris sumtibus ad peragendum iter necessarijs? Hactenus Stephanus Vitus Hibernis æui nostri historicus eruditissimus, è cuius Vrsulana lucubratione Coloniã, à Mutio Vitellesco Generali nostro missa, multa alibi delibaui. Cui sanè nõ propria tantum experientia docto: sed etiam testatissimis maiorum suorum exemplis, probatissimorum autorum & veterum & recẽtissimorum clarissimis testificationibus id demonstranti, fides haberi præcipua debet: cum opus non sit ad diuina confugere prodigia, quando naturali vi eadem confici potuerunt. Complures autem ei sodalitii Hibernos præfuisse testantur sepulcrales tituli, qui regum Scotiæ, & Hiberniæ ac eorum fratrum sæpè meminerunt. Et sanè si S. Vrsula, vt verosimilius statuimus orta est ex Hibernia, præcipui viri, virgineq; ei sanguinis propinquitate coniunctæ, quæ Parthenium exercitum gubernabant, eiusdem videntur nationis inquinæ: quarum exemplo facile & reliquæ secundante cœlesti gratiâ eadem facile tolerabant inediæ, viarumq; incommoda. Nunc quæ diuina virginibus adfuerint hoc itinere solatia, quæque cœlitum præsidia, videamus.

CAPVT XII.

Auxilia Dei, Deiparæ, & Angelorum in hoc itinere, & ordo procedentium ad Alpes vsque.

TICET ea tempestate commodè à mulieribus, & à paruulis iter Alpinum potuerit pertransiri: ego tamen si vlla in parte itinera is, in hac potissimum diuinos fauores collatos virginibus existimo; & magna profectionis Israëliticæ prodigia fuisse enouata, vt huic possint ea Scripturæ verba accommodari. *Pars Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis, circumduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi; sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super illos volitans, expandit alas suas, & assumsit eum, atque portauit in humeris suis, Dominus solus Dux eius fuit.* Deut. 2. Nisi enim admirabili sua potentia & fauore singulari tot Virgines teneras, & paruulos diuina bonitas quasi brachijs per inaccessa, vt videntur & prærupta Alpium iuga deportasset, fieri sanè non potuisset, vt iter tam arduum sine vlla corporis defatigatione confecissent, ideo B. Herm. rem ita gestam narrat. *Quemadmodum quondam Mose de Aegypto populum Israëliticum in terram promissionis ducente aderat diuina custodia nocte dieq; eos protegens, ita nunc Virginum istarum sanctis agminibus, Angelorum adfuit frequentia, & tanta Sanctorum, vt supra & circa conuersantes, omnem metum auferrent, & mœstitiam dulci sua visione & præsentia abstergerent. Deniq; infantulæ, quæ in ceterum vlnis gestabãtur, ac finibus, visiones Angelicas admirantes, & insolitas illarum personas, & effigies rutilantes, & sursum in aërem digitos extendentes præ admiratione sonos edebant, dicentes ha ha.* Sed quia ductu & auspiciis Deiparæ cœlitumq; cuncta gerebantur, qui itinerum spatia, laboresque ad virium imbecillitatem admetiebantur; fulcientes diuinis & cœlestibus auxilijs, cum humana deficerent, subdit. *Adest sanè Virginibus sacris in omnibus pijssima regina custodia, & gratia, fida illarũ ductrix, quia fideliter eas ducens*, & c. 15. *Porrò Domina nostra dulci eas sua gratia crebrius confortans lætificauit, ita vt consolatione ipsius benignissimæ omnis illis labor leuis fieret, ac debilis: aderat planè illis dulcis Virginum regina gubernãdo illas, & regendo cum suis Angelis, & Sanctis illas custodiens.* Plena sunt c. 12. 13. 14. & 15. diuinis prodigiis & fauoribus, fusius infra discutienda. Nunc Virgines Basileâ eductas ad Alpes comitemur. Discessus Basileâ.

Pantulus vrbis Basileensis antistes, cum suam Sodalitati Vrsulanæ opera in peregrinatione per Alpes Romam vsque non sine diuino impulsu obtulisset: naues Virginum fidis ciuibus custodibus commendasset; iumenta ad onera deportanda, & annonam dierum aliquot procurasset, mane Deo se & Deiparæ suum pedestre iter commendarunt. Atque vt omnia recto ordine sine perturbatione in ea multitudine peragerentur, Sanctarum Virginum agmina suis aptè digestæ centurijs & chiliadibus, pompam quandam solennis supplicationis instar adornarunt. Seiunctus à Virgineis castris ordo Sacerdotalis, & infulatorũ præsulum: quos pone Reges, Viri principes, alijque suis digesti turmis stato sequebantur ordine. Lux Parthenij exercitus S. Vrsula, interdum Episcoporum stipata comitatu, vt cuncta quæ dubitationem adferrent fortuitis in casibus horum vsu peritissimorum consilio discuterẽtur, primos virginum ductabat ordines, quibus præfuisse S. Gerasium titulus sepulcralis indicat: quandoque animabat in medio progredientes, nonnunquam claudebat agmen, vt omnia præsens oculis vsurparet; ne quid alienum castris virginum castissimis appareret, quod Deo vel Angelis comitibus displiceret. Aderat eidem amita B. Eulalia, cum materteris B. Eugelia, & Alexandria, omnes prudentia singulari & pietate conspicuæ, quæ agminum singulorum ordinem, paruularum etiam iter & progressum temperabant: vt suis singulæ ordinibus digestæ pariter incederent, Angelorum potius, quam hominum ductu, & ea moderatione, ne vlla paruularum deflecteret à linea, nulla se à suo comitatu disiungeret: contũ dixisses, non puellarum agmina & *Castra Dei*, in quibus ordines penè singuli mentis adspectabili forma Angelis distinguebantur, rem ipsam clarius ita spectandam exhibet B. Herm. *Acies instruunt pulcherrimas, processiones ordinant decentissimas, ma fuit omnium Virginum vndecim millium processio. B. sanè Vrsula quandoque in medio, quandoq; etiam in capite: tanta deniq; Angelorum ac Virginum sacrarum frequentia de cælis ad earum custodiam erat directa, vt illorum personæ miro viderentur vbiq; splendore refulgentes, non solum adultæ & maiores illarum adspectum mirabantur, & præsentiam; & paruulæ, vt supra dictum est, in eorum intuitu iocabantur, & supra eorum splendore iocantes vehementer gaudebant, summa namq; disciplina gradientes incedebant, modestissimis gestibus & verbis se habebant, nulla vt mos est iuuencularum ac virginum hac, aut illa se abrumpens disiungebat.* Iter verò hinc ad Alpes vsque disertè narrat Bonfinius verbis. *Curatis Basileæ corporibus, triduo, à Rheno in Heluetios Leucosq; diuertunt, vt in Italiam recta contendant superato Iurano monte* (cuius loci Episcopus, vt alibi vidimus, se statim adiunxit sodalitati) *ad Ararim fluuium veniunt, qui Rhodanum influit, deinde ad Budam festinantes traiecto amne ad Rhodanum contendunt, vbi à cunctis Allobrogum oppidis honorificè excipiuntur. Cum Vesontio appropinquassent, ex vniuersa ferè Narbonensi Gallia homines ad spectanda hominum agmina confluxere, pars plausibus excipiunt, fatis multi exclamationibus extollunt; alij hoc exemplo ad religiosam peregrinationem incendentur, & profanæ mentis conscij graui pœnitentia corripiebantur: pleriq; in lacrymas vertebantur, sanctissima virginum studia conspicati, quibus nec labor, nec lãgor ex itinere inferri videbatur: nam incenso sacræ peregrinationis amore, ferri potius, quam progredi putabantur, sacrorum concentibus rhythmorum cuncta complebantur, Angelus enim Domini ducebat eas.* Hactenus Bonfinius.

Ordo procedentiũ.

Cap. 12.

Iter per Heluetiã.

CAPVT XIII.

Transitus Alpium sine defatigatione, & fluminum sine nauigio, aliaq; prodigia.

ALpes iam viris formidabiles attigerant, peruias tamen ea ætate etiam exercitibus, & à pueris iam superabiles: adscensum tersè Bonfinius explicat. *Ita hilari, fortiq; animo accliue iter adoriuntur, vt sine labore auium more sublimia iuga conscẽderent, nullaq; vnquam in tanta difficultate neq; ingemuisse, neq; retulisse pedem videretur, nihil est*

Virginum hilaritas.

ita aluum. & difficile, quod diuinus amor facile tolerare non possit: validissimi quæq; militis bat officium, quia nulla militia felicior habetur, quam ea, quæ sponte subitur. Vexillum Fortitudo. *crat Vrsula ferebat, quam antesignanæ puellæ præcedebant, & non modò ducis optimi; sed strenui militis præstabant officium, ô beatissimum puellarum exercitum, in perpetuum virorum uborem, confusionemq; repertum! egregium dilectum, nec vbiq; gentium vnquam habitum, & non solum ad suam, sed omnium salutem adinuentum.* Multò clarius & accuratius B. Herm. & alpium penninarum altitudinem, & virginum in adscensu celeritatem ita depingit. *Ad arduos tandem Alpium montes venientes, nec non ad ipsum montẽ,* Cap. 14. *qui cæteros altitudine præeminet, & horrore, accedentesq; solo eorum adspectu solet robustissimorum virorum corda terrere, facilitate summa transilierunt, tanta quippe agilitate, vt quidam ait, earundem virginum, tã illæ, quæ infantulas gestabant in brachijs conscendebãt, quam etiam illæ, quæ absq; onere nihil portabant, scandebant, adeo reuera facilè, vt illa dicti ipsis patuit eiusdem montis ardui adscensus & alti, quemadmodum vni aliquando nostrũ in monte commanenti concederetur vsq; ad ostium domus eiusdem peruenire. Deniq; D. noſtra cum de ipso monte & super aliis eiusdem itineris difficultatibus interrogaretur, ait, quod videtur illis ipsum montem conscendentibus, quasi in planissima via incedentes, atque benè spatiosa loca ambularent.* De fluminum transitu hæc narrat. *Cum sæpe ad riuos & flumina vada ad rectissimos fluminum transitus venissent, absque difficultate & absq; sui læsione transierũt, sine ministerio nauigij alicuius, aut pontis:* sed de his prodigiosis aquarum inambulationibus alibi. Mittit deinde B. Herm. curiosos Lectores, quibus hæc incredibilia videntur, ad diuina eloquia, & Sanctorum res gestas, concluditq; prolixiore, quæ breuiter sic comprehendi potest ratiocinatione. Potuit Deus ista facere, quia omnipotens est, & Israëlitis maiora præstitit: voluit etiam, quia necessitas erat orta ex diuino imperio, quo iubebantur Romam contendere teneræ Virgines; humanis igitur deficientibus mediis, vt bigis, diuina auxilia requirebantur, quæ clarius è sequentibus cognoscentur.

CAPVT XIV.

Virginum diuina solatia, parsimonia in cibis, custodia contra hostes.

PRæcipuum in ea rupium asperitate & montium altitudine delinimentum fuit cœlitum præsentia & cœlestes mentis pastus, quibus animæ castissimæ velut ambrosia recreatæ, cibum nauseabant, totis præcordijs ad æterna subuolantes: nec adultæ tantum & prouectiores; ipsæ paruulæ & lactentes tantis gaudijs perfundebantur cœlitus, vt lactis vsu sibi temperarent, ita testatur B. Herm. *Aderat sanè virginibus sacris in omnibus pijssimæ reginæ cœlorum custodia, & gratia fida illarum ductrix, & fideliter eas ducens, quia imitatæ sunt virginitatis suæ florem, filio suo piarum virginum fructum offerentes: porrò infantuli, qui in sinibus quorundam gestabantur, nullo cibo, vel vbere lacte alebantur: sed cum forte digitum ori imponerent, exinde sibi diuinitus nutrimentũ* Cap. 14. Solatia diuina. Infantulorum. *dulcem suxerunt: reliquarum verò quamplures Virginum nequaquam multo indigebãt cibo, quam Dei gratia, quæ illas forinsecus conseruans gubernabat: intrinsecus aderat, confortans eas, & sustentans.* Poterat sanè is, qui Eliam solo ab Angelo porrecto pane subcinericio quadraginta dierum itinere ad montem Oreb sine alio cibo traduxit; vt nihil de virium & corporis firmitate decederet: & his id robur corporis communicare, vt alimenta nauscarent pristino vigore retento. Quamuis ea suppeteret ipsis ciborũ affluentia cura Angelorum comportata; vt omni nutrimentorum genere præsertim in Italia semper abundarent. Eadem Deiparæ Virginis præsentia & cœlitum fida custodia cunctas latronum insidias, prædonum apertas iniurias; gentilium parata pericula remouebat; vt iis illa psaltis Regij verba rectè accommodentur: *Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis Reges. Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis nolite malignari.* Nulli igitur hostium metus, nulli Virginalis pudicitiæ corruptores: passim verò ex oppidis & vicis puellæ & matronæ nobiles tam inusitatis prodigijs excitæ, promta in eo itinere Virginum alacritate, vultus hilaritate, & morũ Securitas à prædonibus & gentilibus. Ps 104.

Augetur Sodalitas.

maturitate velut suauissimo & diuino prorsus odore sponsarum Christi, quem tuentibus afflabant, inuitatæ, relictis parentibus ipsaq; patria tali se consortio lu tes, volentes aggregarunt: sed hęc ex ipso fonte B. Herm. c. 15. haurientur suaui *Porrò Domina nostra dulci sua eas gratia crebrius confortans lætificauit, ita vt consolati ipsius benignissima, omnis illis labor leuis fieret, & delectabilis, omne præterea cibi corpori delectamentum multis fastidio erat. Aderat planè illis dulcis Virginum Regina, guberna do eas, & regendo cum suis Angelis, & sanctis, illas custodiens. Vnde nullus latronum, fur aut prædonum eis obesse potuit, aut corruptor: plures siquidem Virginum & Matronarum bilium, quæ occurrerunt eis, visitantes illas, bono exemplo ipsarum attractæ, Christiq; gra intus operante, patriam & ipsæ, atq; parentes reliquerunt, Christum secutæ sunt omnium gem verum*, huc vsq; B. Herm. Poterant singulæ securè canere, *Dominus regit me, nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit: Nam & si ambulauero in medio vmbr mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Nec tamen grauius videtur ipsis à R manis & gentilibus intra fines imperij periculum imminuisse, cum Reges illi pe grini, amici, socij vel beneficiarij ferè Romanorũ essent, & à Mammæa Christia femina Alexandri Imperatoris matre liberum & tutum per Italiam, transitum deantur obtinuisse.

Psalm. 22. Diuina prouidentia.

Porrò cum vt supra vidimus, octo per Alpes viæ, tria verò per Italiam itinera periantur, quæ subiecta exhibet tabula, illud videntur potius virgines ẽ tribus it selegisse, quod Historici veteres militare nominarunt, & in Itinerario Antonini a nis aliquot ante hæc B. Vrsulæ tẽpora conscripto, pariterq; in tabula Itineraria Pe tingeri ab Ortelio vulgata, designatur. Apparent in eo tres viæ punctulis signisq discretæ. 1. Mediolanum & Apenninum respicit; 2. versus Ligusticum aliqua tulum declinat, 3. per Eporædiam Romam vsq; progreditur. Ego mediũ pro virg nibus elegi, quamuis obliquum. Hac enim via militari eõmuniter Imperatorũ exe citus ideò ducebantur, quod per eam facilius cõmeatus alẽdis copijs & vicinis loc colligeretur & impedimẽta deueherentur: Nunc Metatores quæramus, qui Virg neo exercitui de annona prouideant, & mulos prò sarcinis vehẽndis destinatos.

CAPVT XV.

Metatores sex angeli præparant hospitia, de annona prospiciunt, a mulis, papilionibus, aliisque impedimentis.

INter reliqua quæ iter Romanum incredibile faciebant, defectus annonæ nume rabatur, hæc ægrè admodũ pro tanta Virginũ turba comportari potuisset, nisi so lertes adfuissent Metatores, qui locorũ periti, gratia multũ in Italiæ populis valui sent, de quibus ante, quam agam operæ pretium erit audire S. Ambrosium, horun officium & industriam accuratè describentem, qua vbiuis locorum ingentibus ex ercitibus, ita copiosum submini strabant cõmeatum, vt nulli deesset quidqua; si ser uatis ordinibus ad locum sibi designatũ & præparatũ diuertisset, inde eorum etian necessitas cognoscetur. *Miles qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipse disponit sibi nec pro suo arbitrio viam carpit, nec voluptuaria captat compendia, ne recedat à signis; sed Iti nerarium ab Imperatore accipit, & custodit illud: præscripto incedit ordine; cum armis suu ambulat, rectaq; via conficit iter, vt inueniat commeatum, parata sibi subsidia: si alio ambula uerit itinere, annonam non accipit, mansionem paratam non inuenit: quia Imperator his iu bet ea apparari omnia, qui sequuntur; nec dextra, nec sinistra à præscripto itinere de clinant: Meritoque non deficit, qui Imperatorem sequitur suum: moderatè enim am bulat; quia Imperator non quid sibi vtile; sed quod omnibus possibile considerat, ideo & statiuas ordinat, triduo ambulat exercitus; quarto requiescit die, eliguntur ciuitates, in qui bus triduum, quatriduum, & plures interponantur dies: si aquis abundant, & commercijs frequentantur: & ita sine labore conficitur iter, donec ad eam vrbem perueniatur, quæ quasi Regalis eligitur: in qua fessis militibus requies ministratur: hanc esse legem præscriptam Christo ducente, Sanctis commeantibus, recognoscas velim: profecti sunt enim etiam Patres nostri de terra Aegypti per longa spatia terrarum, quorum statiuæ & mansiones descriptæ sunt;*

Serm. 5. in Psal. 118.

Profectionis militaris ratio.

Commeatus.

Statiua.

sunt donec Cades *ad Sanctorum terram perueniretur.* Hactenus Ambrosius. Ex quibus ratio Virginum itineris per Italiam obseruati, facilè cognosci potest. Designabatur quotidiè certum viæ spatium emetiendum; quod proportione quadam singulorum viribus responderet: quandoque quies etiam & statiuæ sunt decretæ, vt minus vires attererent: ac licet à cœlestibus illis auxilijs præscinderemus animo; videretur tamē etiā alterna Virginibus attributa requie, perfici facilè potuisse: neq; enim opus festinato, cum nulla historia certum itineri tempus impensum prefiniat, vnde poterit prudens Lector inspecta tabula geographica, supputatis locorum adiunctis interuallis, facilè coniectura consequi, quanto tempore eguerint, ad iter omnibus pedibus conficiendum, cum hic omnia recto ordine secundum præscriptum cuique iter ad amussim obseruarentur. Sed qui exercitus nostri Metatores? Vegetius hoc nomine tantum eos appellat, qui præcedebant exercitum, & locum castris idoneum eligebant, Vsus tamen obtinuit, vt etiam ij sic nominentur, qui in ciuitatibus hospitia designant. Quis verò commeandi modus tempore S. Vrsulæ apud Romanos fuerit, potest ex Lampridio colligi, qui eorum etiam aliud officium explicat. *Itinerum autem dies publicè proponebantur, ita vt edictum penderet ante menses suos* (nisi festinato opus esset) *in quo scriptum esset illa die, illa hora ab vrbe sum exitus, & si voluerint in prima mansione mansurus, deinde per ordinem mansiones; deinde statiuæ; deinde vbi annona esset accipienda, quæ omnia peritis metatoribus accurratim præscribebantur.* Hoc edictum S. Ambrosius Itinerarium appellauit; Vnde tria Metatorum officia deducuntur; primum, quod iter diei cuiusq; præscriberent; alterum, quod singulis de hospitio; tertium, quod de commeatu prospicerent. Porrò Metatores exercitui Parthenio nostro è cœlis Deus destinauit Angelos, qui iter omne cum Episcopis & S. Vrsula peragendum describerent, locum quietis capiendum designarent, annonamque subueherent. De primis duobus officiis ita cap. 14. *Cum verò vel mane dictum sibi deliberantes* (S. Vrsula & Episcopi dirigentibus eos angelis) *proponerent, ibi vel ibi pernoctabimus, absque dubio & sine impedimento cum permaxima sui cordis iucunditate illuc serò peruenerunt.* De annonæ verò copiosissima procuratione pergit. *Denique plus quam valerent istæ Virgines in edendo consumere, omnium illis administrabatur copia: Angelorum enim quidam earum ductores quemadmodum Domina nostra nuper ait, eas semper præcedentes, honestorum sibi species virorum assumserunt, accedentes ad maiores ciuitatis, & primos, quo nocte fuerant venturæ, super earum illis aduentu prædixerunt: qui cum gaudio de pluribus occurrerunt leucis, Nobiles & matronæ, plebei, & Villani cum deuotione feruenti offerentes necessaria: Fertilis quidem erat annus, tempus quoque abundans bonis vniuersorum copiam præbebat.* Ea porrò liberalitas Italorum nemini mira videbitur, qui ea quæ cap. 17. & 18. dicentur, expenderit, totam Italiam ferè maximam partem Christo aggregatam, & hoc signo Christianos à gentilibus discretos, quod omnes captarent occasiones, miseris, præsertim peregrinis liberaliter subueniendi, præcipuè si quis in tabulam adiectam intendat oculos, inueniet pleraq; loca iam tum Christianis referta, à S S. Episcopis ea tempestate gubernata, multorum Martyrum sanguine vel antea vel eodem adhuc seculo fuisse purpurata, vt non mirum sit, potuisse curatoribus Angelis omnia necessaria Virginibus abundè subministrari.

Vrsulanū Itinerariū.

Vegetius l. 2. c. 7.

Qui metatores.

Et tempore S. Vrsulæ sub Alexandro *Lamprid.*

Tria eorū officia.

B. Her. c. 14.

Angeli de cōmeatu prospiciūt.

Quod ad impedimenta itineris attinet; negat Beatus Hermannus c. 12. Virgines bigis aut quadrigis vsas esse; negat equis vel mulis subuectas; centum tamen equos fortes & mulos ait habuisse Episcopos, virosq; principes, qui apparatū ad papiliones, sarcinas, aliaq; necessaria deueherēt; aderant & trecēti ferè famuli ad obsequiū parati, quorum plerosq; Rex Dionethus adiunxerat; vt & in nauibus pro explicandis velis, ducendis remis, iaciēdis anchoris operā nauarent; & in itinere pedestri ministeria necessaria peragerēt: ab his videntur sub vesperā erecta tentoria, extensi papiliones, importatus & distributus cōmeatus, accedēte Angelorū auxilio, qui humana forma semper Virginū obsequijs intēdebant, vt de hac societate verū illud Ps. 90. fuerit, *Angelis suis mādauit de te, vt custodiāt te in omnib. viis tuis. in manib. portabūt te, ne forte offendas ad lapidē pedē tuū:* Poterāt cū eodē in spiritu exsultare *Mihi*

Impedimēta Virginū muli centum.

Famuli trecenti.

Ps. 72. Ps. 77. *adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam, panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantiam*, vt enim Israëlitas in deserto manna ab angelis confecto, sic hos cibis ab ijsdem collectis & subministratis largissimè sustentauit.

CAPVT XVI.

Diuina prouidentia circa sanitatem, vestimenta, aëris serenitatem.

ELEGERAT Deus Israëlem è cunctis gentibus, vt esset ei populus peculiaris, ideò *peculium* appellat & *hereditatem*; ideò peculiares ei fauores præsertim in deserto exhibuit; nec potest eos aptiore similitudine Moyses, quam parentis portantis filium nobis adumbrare. Deut. 1. *In solitudine portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum in omni via, per quam ambulastis; donec veniretis ad locum istum: qui præcessit vos in via, & metatus est locum, in quo tentoria figere deberetis; nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis.* Eadem peculio istinc sponsis castissimis ex orbis totius populis selectissimis præstitit diuina prouidentia; cum eas itinere difficillimo ad aureolam Virginitatis & Martyrij præpararet: nam

Aëris tempories. aquæ, ad virginum necessitatem soli instar duræ se calcandas præbuerunt: aër is semper serenitas iam inde ab egressu è patria adspirauit, vt nullo perfunderentur imbre; nubium tamen integumentum per dies æstiuos solis arcebat radios, & æstum temperabat,

Noctes tepidæ. noctesque tepidas efficiebat, vt iucundissimum ijs esset in prius vel agris extra vrbes fixis tentoriis quietem capere, vel noctem etiam precibus producere, quam continuus fere cœlestis circa Virginũ castra fulgor irradiabat. Eiuiter hæc narrat B. Herm.

Lucidæ. Cap. 14. *Ex quo sanè ab aula Regis Beatæ Vrsulæ patris discesserit, nullo perfundebantur imbre pluuiali euntes Romã, siue redeuntes, quod diuina eas clementia ab omni molestia protexit*, & infrà: *Noctibus sæpissimè in pratis quiescentes, dormierunt, nullius molestiæ sentientes grauamen: tota namq; nocte immensi luminis claritas superis, atq; in circuitu illarum coruscans radiabat.* Hæc cæli clementia per diem ijs iter facile & expeditum, noctes autem sub papilionibus præstabat non ingratas, vt de histiam Psalmistæ illud verum sit, Ps. 104. Nulli infirmi in iis. *deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis, expandit nubem in protectionem eorum, & ignem, vt luceret eis per noctem.* Vnde Deus Israëliticę profectionis quotidiè renouabat prodigia, præstabatq; etiam, quod ibidem subdit Dauid, *non erat in tribubus eorum infirmus*, quodq; in Pentateucho de vestibus Iudæorum non attritis asseritur. Nam B. Herm. c. 13. ita de ijs loquitur.

Vestimenta non attrita. *Porrò vestimenta illorum & calciamenta nullo atterebantur labore; sed nec magno, aliquarum tædio laborabat, aut graui difficultate, nec etiam ægritudinis alicuius senserunt dispendium, neq; minimo lassitudinis grauabantur fastidio, omnia eis exstiterunt iucunda.* Satis ex his, quæ dixi, patent diuina solatia, licet & ante ostensum sit, potuisse iter illud eo tempore etiam à mulieribus & paruulis confici; si vires tantum naturales conficerentur; Constat etiam rectè B. Herm. hanc profectionem cum Israëlitica comparasse, in qua Deus pleraque renouauit antiqua prodigia. Idem tamen apertè fatetur, minimam se partem istorum miraculorum attigisse: sic enim cap. 13. ad ipsum scriptorem loquuntur sacræ Virgines. *Sed scias pro certo, quia plura de nobis non scripsisti, quæ sunt admiranda*, & cap. 9. *Ecce cum nuper hic idem Notarius super quibusdam, quæ in hoc volumine continentur dubius hæsitaret miraculis, cælitus illi dicebatur, quod quæ scripsisti omninò vera sunt, atq; adhuc tanta, & tam admirãda inter easdem virgines Dominus patrauit miracula, quod si scripta forent, vix aliquis homo illis credendo fidem præbere.* Hactenus B. Herm. Restat status Ecclesiæ & Italiæ florentissimus eo tẽpore considerandus, vt omnis de eo itinere scrupulus, ex animis Catholicorum euellatur, quorum plerique ex ignorantia temporum illorum sunt id inficiati: neque enim putarunt

...runt ea tempestate fuisse Christianam religionem orbe toto, sicut Vrsulana ...a at historia, propagatam.

CAPVT XVII.

Status vniuersalis Ecclesiæ Anno 237. & de conuersione etiam barbararum gentium extra imperium Romanum, in toto orbe.

NOTA hæc Ecclesiæ orthodoxæ illustris est, qua à Sathanæ conuenticulis secernitur, quod & Catholica nominetur, & gentium omnium ad Christum aggregationem variis veteris instrumenti vaticiniis indicatam, sola feliciter ab ipso ortu suo ad nostra vsque tempora continuarit: de ea canitur psal. 21. *Conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium*: & psal. 44. *Pro patribus nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.* Malachias ait, *ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur nomini meo oblatio munda.* Sed quid opus antiquis testimoniis, ipse Seruator noster post anastasin idem disertè discipulis enunciauit, *oportebat Christū pati & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionem peccatorum, in omnes gentes.* Nunc si placet ab ipsis temporibus SS. Apostolorum gentium & nationum omnium conuersionem inspiciamus, inde sub Alexandro Seuero toto orbe fidei propagatio facta, clarius apparebit.

Conuersio omnium gentiū nota vere Ecclesiæ. *Psalm. 21. Psal. 44. Malachia. 1*

Luca 14.

Primitiæ nationum omniū die Pētecostes Christo crediderūt

Primitiæ nationum omnium, oblatæ Deo sunt, ab Apostolis die Pentecostes, quo tria ferè hominum millia Christum agnouerunt, erant in his Parthi, Medi, Elamitæ; præterea Cappadoces, Aegyptij, Cyrenenses; aderant Romani, Cretes & Arabes. sic eo die cœpit Ecclesia quodammodo censeri vniuersalis, quam miricè duo apostolici cœtus apices promouerunt: S. Petrus Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, Bythiniā, præter Britanniam, Antiochiam, & orbis theatrum Romam fidei luce collustrauit; S. Paulus à finibus Solymorum ad Illyricum vsque Ecclesiarum præcipuarum iecit fundamenta, de quo V. *Eusebium*. S. Andreas teste *Nicephoro* Byzantij cum Itachyn Episcopum præfecisset, Thraciam, Macedoniā, Archiropolim adijt, inde, Schythiam, Sogdianam, Achaiam & Epyrum fide orthodoxa imbuit. *Nicephorus*. S. Ioannes licet Ephesi plurimum moratus sit, vniuersæ tamen Asiæ Ecclesias gubernauit. S. Thomas *Nicephoro* c. 40. autore, ad Parthos, Medos, Æthiopes, & omnem fere Indiam fidem propagauit. S. Matthæus in Athiopia filio Regis à morte reuocato, cum Æthiopes ad templum Deo excitandum hortaretur, collecta vndecim millia hominum intra 30. dies id ædificarūt. *Abdias*. De eo plura *Socrates & Orig.* Simon Zelotes Ægyptum, Libyam, Cyrenem, Africam, imò & Britanniam peragrauit; qui deinde cum fratre Iuda (postea, quam is Mesopotamiam & Pontum fide imbuisset) Persas adijt, vbi martyrij laurea insignitus, hic etiam ad Abagarum Edessæ Regem missus, eum & pristinæ restituit sanitati, & Christo aggregauit. *Nicephorus*, l. 2. c. 40. & alij: de his etiam & aliis Apostolis multa *Baronius habet ad Anno Dn. 44. à num. 28. ad n. 42. vsque, & Serarius in SS. Apostolis.*

Aliorum Apostolorum conuersiones. *Nicephorus l. 2. hist. Eccles. c. 39. l. 8. c. 4.*

Abdias l. 7. Socrates l. 1. c. 15. Origenes in Genes. l. 3.

Porrò quæ loca non adierunt Apostoli, suos ad ea discipulos Episcopali potestate legarunt: præsertim S. Petrus Christi Vicarius, quouis terrarum fidei præcones destinauit, ita factū est, vt iam primo seculo superstitibus Apostolis, omnes ferè nationes orbis Christum potuerint agnoscere. Ac de ijs temporibus, & proximis ijs S. Ignatius scribat ad Philadelphienses. *Vna est prædicatio, & fides vna, & vnum Baptisma, & vna Ecclesia, quam fundauerunt SS. Apostoli à finibus vsque ad fines in sanguine Christi proprijs sudoribus, ac laboribus.* Idem tradunt S. Polycarpi Discipuli in epistola, quam Eusebius in hist. Eccl. laudat his verbis. *Ecclesia Dei, quæ Smnyrnam incolit,*

Tempore Apostolorū vniuersalis erat Ecclesia. S *Ignatius. Euseb. l. 4. c. 14.*

Ecclesia quæ est Philomisij & alijs omnibus sanctis Ecclesiis, quæ vbiq; gentium sunt, & ost paulò. *Totam denique Ecclesiam Catholicam per vniuersum orbem dispersam, precibus Deo commendauerat.* Consentit S. Irenæus seculo secundo. *Ecclesia per vniuersum orbem vsq; ad fines terræ disseminata, & ab Apostolis & discipulis eorum accepit eam fidem.* Sed propius ipsas lustremus regiones, è quibus aliquot Martyres hanc Vrsulanam decorarunt sodalitatem.

S Irenæus l. 7. c. 2.

Ab Hispania incipio (cuius Regem vel Regulum tituli sepulcrales Vrsulini nominant) ea cum primis saltem videtur exterarum nationum (si Flauio Dextro habenda fides) orthodoxam amplexa esse religionem: nam orta post S. Stephani martyrium persecutione, quingenti Catholici naue ad portum Carthaginensem Hispaniæ pertigerunt, ij per Hispanias diuisi Christi fidem diuulgarunt, vnde circa Christi A. 35. cum Hispani missa legatione ab Apostolis fidei præcones postularent, eò destinatus S. Iacobus est sub A. 37. qui multas erexit Ecclesias, constituit præsules ex aduenis, vt breui è discipulis S. Iacobi, 9. vel 12. præessent variis locis Episcopi: quibus accessere 7. alij à S. Petro submissi, à quibus instituta tota Hispania cum Lusitania Christo credidit. Quando A. Christi 60. decem vna die Episcopos Neronis furor martyrio coronauit, Carthaginensem, Valentinum, Hispalensem, Iraconensem, Toletanum, Barcinonensem, Lucensem, Asturigensem, Palentinum & Iuliobrigensem, qui præcipuis Hispaniæ locis præsidebant.

S. Iacobus Hispaniã fide imbuit.

Dexter An. 35.

An. 37.

12. Eius Discipuli fiũt Episcopi.

An. 60. Decẽ sub Nerone necantur.

Sicilia porrò (quæ Gerasinam Reginam misit) viua Deipara fidem recepit Christianam, meminit Dexter A. Christi 86. epistolę, quam ad Messanenses B. Irgo exarauit, agnoscit eam Petrus Canisius, recitat eandem Biuarius, recipit item P. Arrias, acerrimè defendit eandem P. Melchior Inchofer: Fuerunt autem à S. Petro in Sicilia instituti Episcopi Pancratius, Marcianus, Berillus & Philippus, de quibus consule Baronium ad A. 46. vt mirum non sit, Gerasinam Reginam, & aliquendam Siciliæ Regulum Catholicum tempore S. Vrsulæ cum ijs martyrium bijsse, multa alia de fidei initiis habet P. à Lapide in c. vlt. Actuum Apostolorum.

Sicilia Deiparæ tempore fidelis.

Episcopi à S. Petro ibi constituti.

De Galliæ conuersione satis dixero; si præcipuos è 70. discipulis eò destinatos à S. Petro pronunciaro: Nam Lemouicenses, Tolosani, Burdegalenses Martialem; Tungrenses, Colonienses, Treuirenses Maternum & Valerium; Rhemenses, Xantum; Arelatenses Trophimum; Senonenses Sabinianum; Cenomanenses Iulianum; Viennenses & Moguntini Crescentem, Catalaunum, Memnium; Bituricenses Crescinum; Aruernenses Austremonium; Sanctonenses Eutropium accepere: Vt omittam S. Linum, qui Vesontinis, SS. Dionysium, Rusticum, Eleutherium, qui Parisiensibus, alijsq; Christũ annunciarunt. Atque quam in fide arrepta constantiam demonstrauit Gallia, satis testatur Lugdunum, quæ Vrbs sub Seuero Imperatore, 30. ante S. Vrsulę martyrium annis, vidit vnde viginti millia virorum pro Christi de immolari, quantum putamus fore numerum si mulierum & puerorum multitudo accenseatur? S. Greg. Turonens. autor est, tantam fuisse cæsorum multitudinem, vt per plateas flumina decurrerent sanguinis Christiani, nec numerum aut nonna Martyrum inire licuerit: Et dubitamus duo Britanniæ regna, imò orbem terrarum potuisse vndecim millia Virginum martyrum educere, quando eodem fere tenore vna vrbs Galliarum tot millia virorum Martyrum peperit? quis dubitet autem aliquot etiam virginum millia Christo obtulisse, quæ sanguine suo fidem consignarent? Potuit igitur Gallia tota penè Catholica Meldensem Episcopum Cæsarium, & aliquot Virgines transmittere Parthenio Martyrum exercitui.

Lugduni vndeuiginti millia virorũ Martyrũ.

S. Greg. l. 1. hist. Franc. c. 29.

Sanguinis flumina.

Iam de Germania quid dicam? in quam teste Baronio Eucharius Ægistus & Marcianus missi sunt, vt eam fide imbuerent Christiana. S. Beatum sacerdotem cum Socio Leuita, S. Petrus in Heluetiam misit, qui miraculis clari fugato Draone plurimos ab idolorum cultu ad Christi cognitionem traduxerunt, decessit Sanctus An. Christi 112. nonaginta natus annos.

Germania Christi fidem per S Beatum & Socium discit.

De S. Ægisto & Marciano scribit Ioannes de Essendia in Saxonum conuersione, Henricus de Hervordia. Ioannes Petersen in Chron. Holsat. & Eisengrin cẽt. 1. p. 1. dist. 2. & p. 2. apud Kleinsorgiũ ad A. 330. pro Christo Bardewici in Saxonia

S Aegistus & Marcianus Saxones conuertunt.

socio Martyrio coronatum: quod Crantzius, sub Nerone vult accidisse, & se-
pulrum eius prope mille annos magno honore celebratum esse. Huius translatio-
ne ita refert Velleius ad c. 7. Adami Bremensis. *Ante tempora Pipini & Caroli M:* *Velleius ad l. 1. hist. Eccl. c. 7. Adami Bremensis.*
pertrasse vsque in Saxoniam verbi diuini præcones ex antiquissimis constat monimentis:
fama est apud Longobardos (qui sunt Brunsvvicenses) concionatum virum quendam
Sanctum, qui statim à temporibus Apostolorũ eo deuenerat, eius sepulturæ locus apud Barde-
vvicenses diu sacer exstitit, vsq; ad tempora Henrici Leonis, qui cũ eam vrbẽ deuastasset, ossa
inclyti Euangelistæ cõcessit Canuto Regi Daniæ, qui ea secum adsportauit in Daniam A. 1188.
Crines his Londobardis Angli Sueuiq; fuerũt, qui multas centurias Virginum in
Britanniã ablegarũt. Porrò Lucius Rex Britanniæ, vt Velserus, Raderus, & Bro we-
rus volunt, cum regnũ suum Christo adiecisset, amore fidei propagãdæ inflãmatus
in Germaniam eũ S. Emerita concessit: ibi Bauaros, Rætos & Curiẽses fide imbuit,
& ecclesiasq; colle arci Gutẽbergicæ propinquo dedit nomen cliuo S. Lucij, quod
adhuc manet. Emerita haud procul Curiensi valle palmam Martyrij adepta est:
postea & ipse Lucius ob disseminatã Christi religionẽ captus in arce Marhola mar-
tyrij gloriã clarus migrauit ad Dominũ. Vide Browerũ, & quia iam Neronis tem-
pore dixi excultã Germaniã, Bardowici in Saxonia vel in Brunswigia videntur ali-
qot fideles perstitisse: nam Vrbs illa Saxoniæ celeberrima fuit, ac Româ ipsâ, vt
multi volũt, antiquior, ità potuere quidã Saxoniæ Duces & illustres viri verę fidei, tẽ-
pore S. Vrsulæ sectatores existere, & in his Oliua Saxoniæ Ducis filia, quæ maritũ di-
citur ad fidẽ & martyriũ excitasse. Exstãt libri S. Irenæi cõtra Valẽtinũ, in quo citat
Germanicarũ Ecclesiarũ testimonia, Illustrior tamẽ locus est l. 1. c. 2. & 3. vbi de fidei
consensione sic ait, *Hanc prædicationẽ cum acceperit, & hãc fidẽ quemadmodũ prædiximus,*
Ecclesia & quidẽ in vniuersum orbẽ disseminata, diligenter custodit, quasi vnã domũ in ha-
bitans, & similiter credit, ijs videlicet quasi vnam animam habens, & vnum cor. Nam etsi in
mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis vna, & eadem est; & neq; hæ, quæ
in Germania Ecclesiæ sunt, aliter tradunt; neq; hæ, qui in Iberis sunt; neq; hæ, qui in Celtis;
neq; hæ, qui in Oriente; neq; hæ, qui in Aegypto; neq; hæ, qui in Libya; neq; hæ, qui in medio
mundi sunt constitutæ. Idem de Germanis Tertul. S. Vrsulæ æuo dixit, de quo infra,
S. Hieron. ad Sunniam & Fretelam Germaniæ Episcopos circa Danubiũ scripsit:
mirum non fit Basileam potuisse Pantulũ Antistitẽ sodalitati huic adiungere, &
ex aliis Germaniæ locis puellas quasdã adfuisse, cũ præsertim ea Galliæ & Germa-
niæ loca, quæ Virgines transire cõtigit, præsidijs Romanorũ munita facilẽ & expe-
ditam Viam Romanis Põtificibus præberent, omni tempore ad eas fidei præcones
delegandi, hinc ijs in locis, vti postea videbimus, omnia plenissima erant Christia-
nis, & iam 80. annis ante, multi Bopardiæ, & alibi martyrio fuerunt coronati. *Tertull: S. Hier:*

Magnum autem momentum ad fidei incrementum ante S. Vrsulæ tempora at-
tulerunt quatuor: 1. prodigia quædã illustria, adeoq; fauor quorundã Imperatorum
a secutus: 2. persecutiones gentilium: 3. Virorum Principum ad fidem conuersio:
4. Zelus Episcoporum sanctissimorum, qui vitæ prodigi, nullam negligebant occa-
sionem per mille pericula vitæ gentiles conuertendi. *Quatuor fidem ante S. Vrsulam valdè propagarunt.*

Inter prodigia celebre fuit, cum A. 163. Lucilla sponsa Imperatoris Lucij & filia
Marci Veri Cæsaris à Dœmone correpta, medicorũ industriam & Aruspicũ ex He-
truria accitorũ vana molimina delusisset, illudq; stygius inquilinus ingeminaret, nõ
nisi Episcopi Hierapolitani precib. ab illo se pellendũ diuersorio. Marc. Aurel. lite-
ris (quæ apud Baroniũ an. citato Christi exstãt) Abertiũ Episc. euocauit, qui cũ Ro-
mæ filiam liberasset, & Imperator gratus, iuberet ei quæ peteret elargiri tria millia
modiorum frumẽti in an. singulos prõ mẽdicis Hierapolitanis alendis (totam enim
Vrbem conuerterat) petiit, & impetrauit. *1. Prodigia Cæsarum filia & sponsa à Dœmone liberatura*

Secutum illustre prodigium A. 176. in Germania Bello Marcomannico patratũ,
cum enim Romanus exercitus à Quadis opportunis locis circumsessus, aquarum
penuria pressus, ad extrema deuenisset, Melitina Legio Christianorum, quæ
inde vsque ad Constantini tempora magnopere propter Christianæ fidei stu-
dium fuit cõmendata, magna fiducia palã in acie genibus humi positis Christi subsi-
dium implorauit: cũ ecce tibi plurimo spiritu nubibus euictis, tãtus imber cœlo repẽ-
te decidit, vt Romanos æstu sitiq; fessos, & exanimes recrearet; Barbaros autem in- *Fulminatrix legio pluuiam impetrat.*

termi-

Brovv. initis l. 3. An. Treu:

S. Irenæi Tempore Germani Christiani l. 1. c. 2. & 3.

termicantibus crebris fulminum ictibus perterritos, in fugam ageret, horum te Romani, dum cederent, glorioſam de hoſte victoriam reportarunt, ideo à Ma Imperatore catholicorum ea legio fulminatrix eſt appellata; nec ipſe deinceps c tra Chriſtianos grauius quidquam edixit; ſed accuſatorès eorum flammis conde nauit: nam cum in literis ad Senatum datis, teſtatus eſſet magnam ſe in exerc Chriſtianorum multitudinem reperiſſe, ſubdit. *Cum enim ſe humi proiecissent & illum precati ſunt, quem ego ignorabam; ſtatim è cælo pluuia delapſa in nos quidem frig: ſima, in Romanorum verò hoſtes grando, ignis ſpecie & fulmina: eorumq; precibus ſta Deus præſto fuit, qui neq; vinci, neq; expugnari poteſt. Quamobrem hinc exorſi concedamus talibus, vt ſint Chriſtiani; ne qua arma eius generis contra nos petant, & impetrent; Ceterum autem neminem, quod Chriſtianus ſit, eſſe in crimen, & in iudicium vocandum, quod ſi quis inuentus fuerit, crimini dare cuipiam, quod Chriſtianus ſit, ei quidem, quod in crimen v tur, manifeſtum fieri volo: ſi nihil aliud oblatum eſt, quam quod Chriſtianus tantum, dim ti: eum autem qui Chriſtianum accuſauit, viuum exuri: illum verò qui Chriſtianum ſe ſe profeſſus fuerit, periculo omni, quod ob eam rem ei intendebatur, liberatum.*

Iubet Marcus Imperator exuri accuſatores Chriſtianorũ.

Idem edictum ſub Commodo Marci filio viguit Romæ, cum ſeruus Apollo ſenatorem, ob Chriſtianæ fidei profeſſionem detuliſſet, Perennius iudex accuſa rem crurifragio condemnauit: de eodem Commodi tempore Tert: ait per hoſce es Eccleſiam Dei pretio redemiſſe pacem, & tributum ſoluiſſe fiſco, quo tuto nih rum agerent Chriſtiani: cuius rei plura ſuppetunt ex profanorum literis teſtimon etenim *ſub Commodo multos* (ait Lampridius) *& alienam pœnam, & ſuam ſalutem re miſſe pecunia, nec non venyſſe ſub immani principe diuerſa pœnarum genera, ſepulturas iam & malorum immunitates*: clara autem atteſtatio Dionis Martiam vxorem Elu à cubiculis Commodi, quod apud principem olim in pretio fuiſſet, & magna dig tione femina, nomini Chriſtiano impensè cupiiſſe, eiuſdemque ſingularis cu ſtodiam aduerſus gentem Chriſtianam beneficentiæ exſtitiſſe merita: Ita pace Ecc ſiæ reddita, plurimi & viri Principes fidem profeſſi ſunt, ſicut & imperante Seu o Chriſtiano lacte nutrito, quandó fides Nicephoro teſte in India propagata, & magnis vrbibus Alexandriæ, Antiochiæ, Æliæ & per Paleſtinam omnem Epheſ Theſſalonicæ, Athenis, Corinthi, in Gallijs, & Romæ maximè: vniuerſæ enim m titudines ac domus totæ ad fidem accedebant, quiduis facere vel pati pot paratæ, quam Religionẽ eiurarent: ita Niceph. Mira de initio Seueri Imperij re Tert. lib. ad Scapulam, tam æquam eius fuiſſe in Chriſtianos voluntatem, vt clariſſimas feminas & viros, quos ſciebat eſſe Chriſtianos, non modo non læſe ſed & teſtimonio exornarit, & populo furenti in os palam reſtiterit. Addit & P culum Chriſtianum Torpacionem cognomento, quod valetudine periclitanti oleo ſacro curaſſet; requiſiſſe, & in palatio ſuo ad mortem habuiſſe. Qui licet poſt exarſerit ſæuitia in Chriſtianos tam diuturna pace mirifice toto orbe propaga hac ipſa tamen ratione numerum eorum auxit.

Lampridius in Cõmodo. Pax pecuniis emta. Sub Commodo.

Sub Seuero.

Incremẽtum fidei. *Nicephorus l 5. c. 26.* Tuetur Cæſar Chriſtianos.

Et quia de conſtantia Catholicorum incidit mentio, age videamus, quomodo perſecutionib. ipſis fides maiora ſumſerit incremẽta. Teſtatur luculẽter id T tullianus dum ait, *Nec tamen deficiet hæc ſecta, quam tunc magis ædificari ſcias, cum c videtur, quiſq; enim tantam tolerantiam ſpectans, vt aliquo ſcrupulo percuſſus, & inquire accenditur, quid ſit in cauſa, & vbi cognouerit veritatem, ipſe ſtatim ſequitur.* Ita factu legimus frequenter cum pendentibus edictis, aliqui ſe vltro hoſtias ſiſterent i molandas: alios eo ſpectaculo inuitatos accurriſſe, vt A. 124. Vrbs tota Aſiæ Aure ano Antonino tunc Proconſuli, poſtea Imperatori ſe pro fide delendam fundis ſponte obtulerit, noua iſthæc inſania videbatur: vnde ijſdem reſpondit: *O miſeri vultis perire, præcipitia & reſtem habetis.* Hoc eſt ſapere Chriſto, mun deſipere, imo periiſſent, ſi manu propria ſe perimiſſent, ſeruandi æternu qui alieno crimine pro Chriſto ſanguinem profudiſſent. Plenæ ſunt Sanctorum hiſtoriæ, in quibus ad tormentorum adſpectum & inuictam conſtantiam Mart rum multa ſæpè millia gentilium Chriſto credidiſſe memorantur, vt rectè B. Iu dixerit. *Quod nos nemo terrere aut domare valeat, apparet quotidie, cũ enim obtruncemu cruciſigamur, obijciamur beſtiis, ignibus alijſq; tormentis tradamur; tamen à confeſſione n diſcedi-*

2. Perſecutionibus creſcit fides orthodoxa. *Tert. c. 21. ad Scapulã.* Vrbs Aſiæ ſe offert ad Martyrium.

Iuſtinus in Dial. cum Tryphone.

discedimus: sed quantò magis in nos sæuitur, tantò plures pietatem, fidemque per nomen Iesu profitemur: haud secus, quam si quis vitem putatione prouocet ad vbertatem fructuum. Cõcinit S. Greg. Naz. *Tyranni Ecclesiã insectando firmiorem quoq; ipsam reddiderunt, Martyr u scilicet triumphis magis magisq; compactam & corroboratam.* Leo V. serm. 1. de SS. Petro & Paulo ait. *Non minuitur Ecclesia persecutionibus, sed augetur; & semper dominus ager segete ditiore vestitur, dum grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.* Tert. Apol. c. 5. *Nec quidquam tamen proficit exquisitior quæq; crudelitas vestra, illecebra est magis secta, plures efficimur, quoties metimur, à vobis: semen est sanguis Christianorum.* Idem c. 5. ad Scap. *Nec deficiet hæc secta, quam tunc magis ædificari scias, cum cædi videris.*

Greg Naz. epist. ad Episcopos orthodoxæ fidei.
Leo.
Tert.

Enimuerò ea constantia Christianorum in tormentis, cum velut germen nouum fidei è sanguine Martyrum vbiq; felicissimè pullularet, in desperationem locorum Præsides, & Romanos Imperatores adegit. Constat A. Christi 104. Plinium Prõsulem Bithyniæ, cum prouinciam intrasset, stupuisse ita coalitam religionem Christianam, vt templa Idolorum cultoribus vacua desertaque remanerent: pauci superessent, qui Dijs immolarent, non enim ciuitates tantum; sed vicos etiam, & agros Christi religio passim occuparat, tam in Bithynia Plinij prouincia, quã Ponto; Quare cum durum existimaret in omnes animaduertere, quid agendum esset, Traianum literis consuluit: is paucis respondit, *conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur puniendi sunt*, desperabat Traianus exscindi posse Christianos, quos tormentis ipsis vti constantiores effecerat, ita virtute ista concepta plures legis diuinæ professores fieri non raro deprehenderat. Idem Imperator lustrato quondam exercitu, reperit in eo decem millia Catholicorum, quos in Armeniam relegauit. Sub eodem Romulus domus Imperatoris præfectus pro Christo mortem oppetijt: ipse que supremus belli Dux Placidus postea Christo credidit, & Eustachius est appellatus.

Testimonium Gẽtilium.

Desperatio eorundem de exscindendis Christianis.

3. Illustres viri & Cõsules Romani Martyrio fidẽ augẽt.

Quorum virorum illustrium sanguine Ecclesia irrigata, mirificos semper proue tus fecit, multis tam nobili spectaculo fidei aggregatis: ita Romæ Flauius Clemens Vespasiani Cæsaris ex fratre nepos Christianæ religionis sanctitatem præclaro sanguinis sui Martyrio consignauit, vt insinuant gentiles ipsi Xiphilinus & Dio in Domitiano, dum *ob spretam deorum religionem eum morte affectum*, profitentur: magno Catholicæ fidei incremento, & anno 93. vel 4. Roma cum Consulem suum Glabrionem pro fide Catholica vitam ponere conspiceret, multos postea vidit eius exempli imitatores: plus enim virium ad virtutem persuadendam tam illustrium virorum facta habent, quam præconum fidei, verba & monitiones: Finem scribendi non inueniam, si recensere velim omnes eos Romanos viros illustres, qui fidei aggregati totam secum familiam & multos alios traxerunt in fidei societatem: notus est Sergius Paulus Proconsul Cypri à Saulo baptizatus, à quo Apostolus Pauli nomen putatur esse mutuatus: Sic Alexander Papa Præfectum Vrbis Hermetem cum omni familia Baptismo expiauit: & Zephyrino Pontifice Philippus Augustalis Aegypti Præfectus Christum palam non erubuit profiteri, quorum exemplis plurimi in Palatio Imperatorum, & Romana Curia tempore S. Vrsulæ in Christianis numerabantur.

Xiphilinus & Dio in Domitiano.

Glabrio Consul.

Sergius Procõsul.

Philippus Augustalis.

Plurimum verò contulit semper primis istis seculis ad gentiles conuertendos incredibilis animarum zelus Episcoporum, atque vt Pontifices Romanos præteream, qui omnes primis istis seculis dum fidei propagandæ insudant, sanguinem etiam pro ea profuderunt: vnum tantum attigisse Clementem sufficiat, qui relegatus breui tempore omnes circum circa Christo lucrifecit, 70. diuersis in locis exactis Ecclesijs. Certè S. Irenæus in Gallijs Lugdunensem totam penè ciuitatem, & pleraq; vicina loca missis eò discipulis fide imbuit, vt antea viderimus ex eius disciplina vndeuiginti virorum millia pro Christo trucidata: de S. Abercio dixi antea, quod Hieropolitanos omnes conuerterit: incredibilis porrò S. Hippolyti, & Vrsulæ tempore ardor iuuandi proximos fuit, qui solus in oriente supra 30. genti-

4. Zelus primorum Episcoporum in propaganda fide.

S. Irenæi.

S. Abercij

S. Hippol.

Gentilium millia Christiana fide informauit: egregijs doctrinæ suæ scriptis mu-
S. Georgij Thaumaturgi. mentis & Martyrio nobilitatus. Viuebat eadem tempestate S. Gregorius ille Thau-
maturgus, quem scimus moriturum Deo egisse gratias, quod non plures relin-
queret quam 15. gentiles, quot Episcopus repererat Christianos: cum innumeros No-
cæsareæ viciniſque in locis cœlo genuisset teste Nisseno, vt vetustiores præteream
S. Saturnini. S. Saturninum cum S. Dionysio à Clemente in Gallias missum, qui Pompeiopoli
Ad 29. Nouemb. triduo suis miraculis 40. hominum millia Christo aggregauit (velut Ecclesiæ tes-
tatur monimenta in Martyrol. Gallic.) præter Firmum Senatorem, cuius filius ir-
S. Firmini. minus primus Ambianensium antistes Agenni maximam partem ciuium con-
uertit: Andegaui intrà menses non amplius 15. & ciues omnes, & adiacentis totius re-
gionis incolas fidem docuit, Bellouaci verò post carceris molestias, non ciuitatem
tantum, sed & vicinos tractus Christo subiecit: Ambianũ subinde progressus bui
25. Septem. tria millia lucrifecit: sed cum ibidem vinculis detineretur, tot fulsit in carcere lo-
digijs, vt pluribus ibi, quam olim in foro cõcionibus suis, Christum persuaserit. Io-
rum studio & indefesso labore factum est, vt tota penè Africa, Asia & Europa Vr-
sulæ tempore non clam tantum, sed palam etiam Christum profiteretur, despein-
tibus Imperatoribus de religione illa exscindenda. Itaque qui Vrsulano tempore
florentem totius Ecclesiæ orthodoxæ statum vnum vult sub adspectum colloce,
Tert. aduersus Iudæos c. 7. Florentissimus status Ecclesię tempore S. Vrsulæ. Tertullianum æui eiusdem scriptorem adeat, è quo hæc pauca delibo, *Cui dextem tenet Pater Deus, nisi Christo filio suo? quem exaudiuerunt omnes gentes, id est, cui omnes gentes crediderunt, cuius Prædicatores, & Apostoli in Psalmis Dauid ostenduntur, in omnem terram, ait, exiuit sonus eorum, & vsque ad terminos terræ verba eorum: in quem enim alium omnes gentes crediderunt, nisi in Christum, qui iam venit? cui & aliæ gentes crediderunt, Parthi, Elamitæ, & qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Cappadociam, & incolentes Pontum, & Asiam, & Pamphyliam, immorantes Aegyptum, & regionem Africæ, quæ est trans Cyrenen inhabitantes; Romani & incolæ tunc Ierusalem,*
In Hispan. Gallia. Germania. *Iudæi, & ceteræ gentes, vt iam & Getulorum varietates, & Maurorum inculti fines, & omnes Hispaniarum termini, & Galliarum diuersæ nationes, Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo verò subdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & Prouinciarum, & Insularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus possumus? in quibus omnibus locis Christi nomen, qui iam venit, regnat, vtpote ante quem omnium Ciuitatum portæ sunt apertæ, & cui nullæ sunt clausæ.*

Nec mirum si extra has dictas gentes, & populos Romano non subiectos Imperio quidam in titulis sepulcralibus reperiantur huic Sodalitati Vrsulanæ interfuisse, cum eo tempore fides vltra Romani Imperij fines iam anno Christi 210. erit propagata: vt expresè 20. ante S. Vrsulæ martyrium annis conscripsit idem Tertul. *Britanniæ inter Oceani ambitum conclusæ sunt, Maurorum gens, & Getulorum rabies à Romanis obsidentur, ne regionum suarum fines excedant. Quid de Romana dicam, qui de legionum suarum præsidijs imperium suum muniunt? (distributis per Prouincias suas 32. legionibus) Quippe cum Romani tot legionibus imperium suum muniant, cur trans istas gentes vires regni sui possint, Christi autem regnum, & nomen vbique prorrumpitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus supra numeratis colitur, vbique regnat, vbique adoratur.* Idem Iustinus Martyr dialogo cum Tryphone iam inde ab Antonini Pij ætate 100. ante S. Vrsulam annis ait. *Ne vna quidem natio vel Græca, vel Barbara, vel quocunque tandem censenda nomine, ne his quidem, quæ pro domibus plaustris vtuntur, ac tentorijs agentes vitam pastoritiam aliena est à IESV Crucifixi nomine, vt nec preces, nec gratiarum actiones in ea dirigantur ad omnium Patrem Conditoremq;.* Quis iam in D. Vrsulæ martyrio numerari populus potest, qui saltem non barbatorum nomine veniat? quæ tamen natio, quocunque etiam appelletur nomine, cum ipsis etiam Hamaxobijs Christum dicitur adorasse. Ex his peregrinatio Romana probabilior fiet, in qua ijs passim dixi ex omnibus Christianorum locis esse commeatus subministratum, & tituli sepulcrales facilius defendantur, qui quorundam mentem erunt, qui ex Græcia & Mauritania Societatem illam præsentia decorarunt, cui

Tert. c. 7. In Britannia Mauritania. Etiam extra Romanum imperium.

Iustinus cũ Tryphone. Omnes barbaræ gẽtes Christum prædicabant.

cap-

ea plebem loca fidem Christi adspexerint, quomodo verò acceſſerint, dicetur infrà. Quanuis illud iam ſæpè etiam dictum ſit, multos etiam gentiles Sodalitatem illam ſecutos, poſtea aliorum exemplo & verbis, fidei veræ adhæſiſſe. Concludo teſtimonio Edeſanis Syri, qui A. 175. floruit, is apud Baronium dicto anno ait: *Quid autem dicemus de Chriſtianorum ſecta, qui in omni parte orbis, imò verò in omni ciuitate inueniuntur, &c.* Subdit Baronius: *Illud planè obſeruatione dignißimum, non fuiſſe hoc tempore in vlla prouincia, imò nec ciuitatem, in qua non eſſent Chriſtiani.* Quod ſi id 50 annis ante Vrſulanum martyrium accidit; quis iam eo tempore locus, vel quę ciuitas in tuli poterit nominari, è qua non aliqui fideles ſe ei potuerint Societati aggregare? Hinc colligo, verum eſſe dictum S. Cuniberti, initio veteris hiſtoriæ: *Conuerſis ad Deum cunctis finibus terræ, cùm nec Oceani angulus aliquis ſe à calore fidei eius abſconderet, conueniendo populos in vnum, & Reges, vt ſeruirent Domino.*

Baron. to. 2. an. 175. n. 21 nec ciuitas vlla, in qua non eſſent Chriſtiani

CAPVT XVIII.

De Chriſtianorum multitudine in colonijs Romanorum, præſertim in Italia.

FLoreſcentem toto terrarum orbe extra etiam Romani Imperij fines fidem Chriſtianam ante & circa An. Chriſti 237. vidimus: nunc quomodo in ipſis Romano Imperio ſubiectis locis, præſertim in Italia, cuncta Chriſtianis loca refertiſſima fuerit, videamus; atque vt Romanam militiam ipſasq; legiones omittamus, quas ſempe plenas fuiſſe Catholicis, ſatis teſtantur, quæ de Traiani exercitu, de Melitina legione & Marco Imperatore dixi: quæ poſtea etiam ſub Diocletiano circa Thebęos & alios geſta ſunt: ſcatet Martyrologium Romanum militibus Chriſtianis, qui iam inde à Neronis ad Diocletiani vſque æuum Martyrij lauream in ſingulis perſecutionibus meruerunt.

Milites Romani plurimi Chriſtiani.

Nec volo longior eſſe in recenſendis Chriſtianis, qui extra Italiam in colonijs Romanorum circa tempora S. Vrſulę degerunt, vnum ſufficiat Tertulliani teſtimonium, quo ea Catholicorũ multitudo graphicè lectoris oculis his verbis proponitur: *Si enim & hoſtes exortos non tantùm vindices occultos agere vellemus, deeſt & nobis vis numerorum & copiarum? plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipſiq; Parthi, vel quantæcunq; vnus tamen loci, & ſuorum finium gentes, quàm totius orbis? externi ſumus, & veſtra omnia impleuimus, vrbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, decurias, palatium, Senatum, forum, ſola vobis reliquimus templa*, (deſerta ſcilicet à cultoribus, vt Plinius teſtatur) *cui bello non idonei, non promti fuiſſemus, etiam impares copijs, qui tam liberter trucidamur? ſi non apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret, quàm occidere. Poſſumus & inermes nec rebelles; ſed tantummodo diſcordes, ſolius diuortij inuidiâ aduerſus vos dimicaſſe. Si enim tantam vim hominum in aliquem orbis remoti ſinum abiiſſemus à vobis, ſuffudiſſet vtique dominationem veſtram tot qualiumcunque amiſſio ciuium; immò etiam & ipſa deſtitutione puniſſet; procul dubio expauiſſetis ad veſtram ſolitudinem, ad ſilentium rerum, & ſtuporem quendam quaſi mortua vobis quæſiſſetis, quibus in ea imperaſſetis.* Coloniæ eorundem Catholicæ

Tertul in Apol. c. 37.

Nota innumerã Chriſtianorum multitudinem in Imperio.

Hactenus contra gentes Tertullianus, æqualis Vrſulæ exaggerat innumeram Catholicorum multitudinem in Ciuitatibus Romano Imperio ſubiectis, quæ in fine ſeculi illius maximè apparuit in atrociſſima Diocletiani perſecutione, qua ſæuiente in omnibus Aphricæ, Aſiæ, & Europæ Romani Imperij locis cùm multa Chriſtianorum millia trucidarentur, licet etiam erectis paſſim tropæis (præſertim in Hiſpania) gloriarentur de nomine Chriſti deleto, ita tunc vires eo tempore ſumſit orthodoxa Religio, vt deſperatione victi, mente turbati, pertæſique regnum, Imperio ſe Diocletianus & Maximianus abdicarint. Ita ſanè S. Vrſulæ ſeculo vbique terrarum radicibus firmata erat Religio, vt nullis Dæmonis, vel humanæ artis machinis exſcindi poſſet: præſertim cùm Senatus Romanus & Palatium Imperatoris abundarent Chriſtianis. Sed ad Italiam veniamus.

Pilatus notitiã Christi Romæ fecit.

Prima Christi Domini cognitio in Italiam, ipsamq; vrbium reginam Romã à Pilati commentarijs ad Tiberium Imperatorem missis, dimanauit; de quibus S. Gregorius Turonensis, Eusebius, alijq; meminerunt; Tertullianus refert Tiberij relationem ad Senatum factam, vt Christus solenni Apotheosi Dijs adscribe-

Tert. Apologet. c 5. & 21

tur, his verbis: *Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in seculum introiit, nunciatum sibi ex Syria Palæstina, quod illic veritatem illius Diuinitatis reuelauerat, detulit ad Senatum cum prærogatiua suffragij sui. Senatus, quia non in se probauerat, respuit, Cæsar autem in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorũ.*

Tiberius vrget Christi Apotheosin.

Euseb. in Chron.

Eusebius hæc in Chronico scribit: *Pilato de Christianorũ dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, vt inter cetera sacra reciperetur. Verùm cùm ex consulto Patrũ Christianos eliminari vrbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorũ comminatus est mortem. Quod profectò diuina prouidentia ita tunc Cæsaris sensibus ingessit, vt absque vllo obstaculo in ipsis duntaxat initijs Euangelij sermo vsquequaque percurreret. Vnde & factum est, vt repente, quasi cœlitus lumen ostensum, aut radius quidam Solis erumpens, totum orbem claritate superni luminis illustraret, vt compleretur illa prophetia, quæ dixerat:* In omnem terram exiuit sonus eorum, *Euangelistarum scilicet & Apostolorum*, in fines orbis terrę verba eorum. *Ex quo & per omnes ciuitates & per vicos immensa multitudines, velut messium tempore frumenta ad areas, ita ad Ecclesias populi congregabantur.*

lib. 2. hist. Eccl. c. 3.

Ideo ad tempora vsq; Neronis alta pace Christiani Romæ fruebantur, donec duo cœtus Apostolici culmina Romanos fidei mysterijs multis annis ita imbuissent, vt tam altas egissent radices, quas furor Neronianus non posset conuellere: tunc enim turbine illo ventilati, magis firmati fuerunt Christiani, latiusq; quaquauersum propagines extenderunt.

S. Petrus Romanos conuertit.

Porrò S. Petrum Romæ sedem fixisse, & Romanis arcibus fidem intulisse contra hæreticos luculenter testantur Gratianus, Valentinianus & Theodosius Imp. C. de sum. Trinit. & fide Cathol. *Cunctos populos, quos clementia nostræ regit Imperium, sub tali volumus religione versari, quam D. Petrum Apostolum tradidisse Romanis Religio vsque adhuc insinuata declarat.* Itaque cùm cathedram in orbis theatro sapienter constituisset, vt in omnem terrarum orbem fidei præcones commodissimè diffunderet cum Magistratibus, qui quotannis ex Vrbe in Prouincias mittebantur: videtur potissimam ipse Italiæ rationem habuisse, ea enim fidei aggregata, è qua Præsides cuctis nationibus subministrabantur, facile erat vbiuis terrarum eandem sementem iacere, vel iactam fouere: ita statim præcipuæ vrbes Italiæ viros Apostolicos obtinuerunt, Episcopali iurisdictione ornatos, qui subiectos sibi ciues & vicinos populos

Primi Italiæ Epi.

Christi fidem edocerent; Capuam Priscus, Mediolanum S. Barnabas docuit; Aquileia post Marcum nacta est Præsulem Hermagoram; Rauenna Apollinarem; Neapolis Asprenem vel Asprenatem; Teracina Epaphroditum; Equicolæ populi Marc, (alium tamen ab Euangelista) Nepe Ptolomeum, Fesulæ Romulum, Luca Paulin, Verona Euprepium, Paterium Prosdocimum, Ticinum Syrum. Ab his in gente l scientias capessendas maximè idonea (quæ iustitiâ etiam præ ceteris nationibus prudentiâ totum sibi orbem subiugarat) facilè ingẽs animarum lucrum factum e, statimq; in vicina etiam loca fides propagata. Porrò eâdem curâ S. Petri successor semper laborarunt, vt in omnem terrarum orbem idonei mitterentur, qui Ecclesis nouas instituerent, autore Innocentio, ep. 1. ad Decentium: *Quis enim*, ait, *nesciat, aut non aduertat id, quod à Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, præsertim cùm sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam & Siciliam insulasq; interiacentes nullũ hominẽ instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Aplus Petrus, aut eius successores constituerunt, Sacerdotes?*

Selectissimi & externi.

Prima tamen semper fuit solicitudo Pontificum Romanorum, vt Italia fieret quàm doctissimis & sanctissimis viris, ex omni etiam natione selectissimis. Itaque Hippolytus doctrinâ expolitissimus, cùm ex Oriente Romam venisset circa S. Vrsulæ tempora, à Calixto Portuensibus Episcopus est datus: & Marisus Britannus, Lauicanus Episcopus, (ob eximiam sanctitatem cum doctrina coniunctam) est institutus; ipseque sanctus Cyriacus Romani Pontificis

Vic.

rius,& Anterus natione Græcus, Romanus Pontifex creatus est: decebat enim, unde in totum Ecclesiæ corpus doctrina fidei dimanabat, ibi quam sanissima & sincerissima resideret. Et iure quidem meritò ipsi Romani Pontifices Italiæ de aptissimis Præsulibus prospexêre, cum præter eam curam, quam reliquis Ecclesijs totius debent, Italiæ peculiari vinculo Primatus & Patriarchatus obligentur. Cuius rei gratia dum ipsis Italiæ Archiepiscopis præsident, vigilabant, vt à loci Antistibus omnia ritè ad præscriptum Ecclesiasticarum legum gererentur. Et quoniam fastidiosum esset, singula scrutari loca Italiæ, per quæ Virgines transierunt, quatuor tantùm leuiter attingam sedes Archiepiscopales antiquissimas Mediolanensem, Aquileiensem, Rauennatem & Romanam, è quarum singulis multi Colonię occubuerunt, inde coniectura de reliquis facilis erit, quam ea tempestate totâ Italiâ, curâ Rom. Pontificum florens fuerit Ecclesiæ status sub Episcopis.

Cur Papa plus Italię, quàm alijs nationib. obligat' sit

Mediolanum sedes Archiepiscopalis fuit, quę vti Romanę Prouincię Romana, ita Italicæ præsidere Mediolanensis cathedra dicebatur, & post Romam euersâ Aquileiâ Metropolis. Ea 20. circiter numerat Episcopos suffraganeos, ita quidem, vt sub Leone M. non tantùm ei Liguriæ Præsules, Ticinensis, Laudensis, Comensis & aliqui subessent, sed vicinarum etiam prouinciarum Antistites, Regiensis, Placentinus, Brixiensis ab Æmilia; Curiensis & Augustanus è Rętia, Taurinus, Dertonensis Genuensis alijq; ex Alpibus Cottijs, qui omnes Synodicæ Eusebij Mediolanensis ad Leonem missæ subscripsere, eo ferè tempore, quo vixisse S. Vrsulam memorant, qui ad Attiliam Martyrium illius retulerunt. Hanc vrbem sanguine suo pridem consecrarat sub Nerone Nazarius & Celsus, quorum corpora S. Ambrosius reperit: Caius Episcopus S. Barnabæ discipulus, vti & Clateus Episcopus 2. Brixianus: Geruasius & Prothasius, sub eodem: Calimerius Episcopus sub Antonino: & Faustus miles sub Aureliano, pluresq; quos Ferrarius enumerat. Viuebat autem eo tempore S. Monæ Episcopi Sanctus successor, & Martyr Marinus, cuius si non meminerint tabulæ Mediolanenses (vti reperta sepulcralis hîc Coloniæ eius inscriptio) videntur eius acta in Deciana proxima vel Diocletiani persecutione intercidisse. Marinum autem Metropolitam secuti sunt suffraganei tres Maromius Nouarienſis, Mallusius Laudensis & Permerius Cremonensis Episcopi.

Mediolanensis Metropolis amplitudo

Aquileia post Romam Italiæ vrbium præcipua, ad quam biennio post S. Vrsulę martyrium Maximinus occubuit, Patriarchalis sedes fuit, à S. Marco Euangelista primò informata, is tamen sibi suffecit S. Hermagoram, qui cum Diacono Fortunato sub Nerone martyrio coronatus est, quo eodem furore Euphemia, Dorothea, Tecla & Erasma virgines à S. Hermagora sepultæ, virginitatem Christo sanguine obsignarunt; vitam earum habes in catalogo Sanctorum Italiæ ad 3. Sept. quarum si non licuit sacris Virginibus nostris sepulcra inuisere, non dubito tamen, quin eminus eas salutarint, vt simili constantia fidem Sponso cęlesti datam confirmarent. Porrò eam tunc mansisse vrbem Catholicam, testantur tot Martyres Aquileienses, qui 60 circiter annis pòst sub Diocletiano passi sunt, quorum magnum catalogum texit Ferrarius in Topographia: ita potuere duo Aquileienses, quorum Harberni Abbatis catalogus meminit, Coloniæ cum S. Vrsula martyrio esse coronati.

Aquileienses Martyres ante S. Vrsulam.

Rauenna 12. aut 13. sub se numerat Episcopos, fœcunda semper nutrix SS. Præsulum, quorum 21. recenset Ferrarius, plurimi eorum indicio columbæ electi diuinitus, vt Calocerus alter post S. Apollinarē Antistes, eiusq; successor Aderitus & Eleucadius: multos hic Martyres gladius Neronianus cęlo genuit, Antesignano S. Apollinari. Præsulem imitati Vitalis & Valeria parentes SS. Geruasij & Prothasij, ac Vitalis hortatu Vrsicinus Medicus constanter occubuit, hac voce commonitus: *Vrsicine Medice, qui alios curare consueuisti, caue, ne te mortis æternæ iaculo confodias.* Et hæc ciuitas Archiepiscopum adsociauit Vrsulanis S. Simplicium vndecimum, successorem S. Marcellini, qui Ann. 232. circa tempora S. Vrsulæ decessit, cùm 50. vt alij 47. annos eam Ecclesiam magna sanctitate gubernasset. Multa possent de Brixianis Martyribus adferri, qui ante S. Vrsulæ tempora floruere: multa de Patauinis, quorum Episcopus tempore peregrinationis erat Leoninus origine Patauinus:

Rauennates sub Nerone.

De Romana Prouincia.

nus: sed quia in Ferrario alijsque obuia sunt, sufficit indicasse præcipua loca, ne nimium extra oleas saltitasse videamur. De Româ adiungo, quæ 69. sub se episcopos numerat; eorum plurimos Pontiano Pontifice iam fuisse constitutos, ide colligitur, quod concilio Romano An. 255. (18. post S. Vrsulæ Martyrium celebrato annis) sub Cornelio 60. Episcopi scribantur interfuisse ex vicinis Italiæ collecti locis: vt iam tum videatur Italia plena fuisse Præsulibus, & ijs quidem, vti præcedenti capite vidimus, zelo animarum feruentissimis, cùm nondum Ecclesiæ pax reddita esset; nam eodem fuit anno Cornelius relegatus. Nec leue etiam inde sumi potest argumentum multitudinis Christianorum, quod 60. annis pòst Diocletiani furor ita sæuierit, licet in toto orbe, præcipuè tamen Romę, & in Italia, vt vno mense 17. millia

Baron. An. 302. ex lib. Ro. Pontif. Seuerus l. 2 c. 51. & 52.

Martyrio coronarit: quot credimus igitur centena millia toto decennio, quo duravit hæc persecutio, sublata esse? Certè Seuerus de ea hæc habet: *Hac tempestate omnis ferè sacro Martyrum cruore orbis infectus est, quippe certatim in gloriosa certamina ruebatur: multoq; auidiùs tum Martyria glorioſis mortibus quærebantur, quàm nunc Episcopatus ambitionibus appetuntur: nullis vnquam bellis mundus magis exhaustus est, nec vnquam maiore triumpho vicimus, quàm cùm decem annorum stragibus vinci non potuimus.* Hactenus de multitudine Christianorum toto orbe terrarum, præsertim autem ijs in locis, per quæ Romana peregrinatio susceptа est, nunc eorundem liberalitatem consideremus.

CAPVT XIX.

Eorundem liberalitas in Peregrinos.

Matth. 25. Beneficentia fidem promouet

INcredibile semper fuit primorum fidelium studium beneficentiæ, liberalitatis & hospitalitatis, vt Christum in cultoribus ipsius reciperent sæpiùs inculcantem, *quod feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Hanc mirificè Apostoli commendabant fidelibus, & quos eius studiosos esse cernebant, laudibus eam ad eam conseruandam animabant: valde enim cursus Euangelij promouebatur, cùm præcones Euangelij parata sibi vbique reperirent hospitia, & Christiani Peregrini ab omnibus vbique scirent se Fratrum instar magna beneuolentiæ significatione recipi. Ita S. Ioannes hanc Caij virtutem prædicat: *Carissime, fideliter facis, quidquid operaris in fratres, & hos peregrinos, qui testimonium reddiderunt Caritati tuæ in conspectu Ecclesiæ, quos benefaciens deduces dignè Deo; pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes a Gentibus: nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt cooperatores simus veritati.* Vbi non obscurè significatur, moribus tunc receptum fuisse, Christianos non tantùm hospitio recipere, & discessuris de viatico prouidere; sed etiam in via deducere, donec ad alios Christi-fideles deuenissent.

Laudatur ab Aplis. *S. Ioës. ep. 3. ad Caium.*

Tertul. l. de præscr. c. 10. Tessera peregrinorum Christianorum.

Tertullianus tesseram & signum, quod fidelibus exhibebant, vt beneuoli reciperentur, vocat *contesserationem hospitalitatis*, dum sic ait: *Itaque tot, ac tantæ Ecclesiæ, vna est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes, sic omnes primæ, & omnes apostolicæ, dum vnam omnes probant vnitatem, communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit, quàm eiusdem Sacramenti vna traditio.* Hoc nimirum est illud Symbolum, de quo in vltima Cœna Christus discipulis dicebat: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis; dilectionem ad inuicem habueritis*, Ioann. cap. 13. Idem Tertullianus non dubitauit dicere, totam Euangelicam legem constitisse in caritate proximis exhibenda. Hinc in Gentilium ore frequens erat: *Vide, vt se diligant, vt alter pro altero mori sint parati.* Illud etiam solenne ait fuisse Christianis, vt se FRATRES inuicem appellarent; neque id verbis tantùm; sed etiam factis testantur: siquidem omnia illis (præter vxores) communia fuisse, nec quemquam fuisse, qui aliquid haberet, quod suum esse mallet, quàm proximorum: Aleo quidem, vt cùm deessent Christiani, quibus eam beneficentiam exhiberent, ad ipsos etiam Gentiles eam diffunderent, quam S. Pachomium expertum scribit Hie-

In Apologet. c. 39.

Gentilib⁹ etiam exhibebatur.

Hieronymus Platus, cùm Gentilis in exercitu Constantini Magni militaret, & defecente victu, fame omnes penè enecti essent, peruenisse ad quandam ciuitatem, vbi omnis eis statim commeatus gratis suppeditatus est, summâ animi voluptate latientium, vt beneficium accipere largiendo, non dare viderentur. Quod cùm Pachomius non posset satis demirari, quæsiuit, quænam gens esset illa tam ad exteros etiam & ignotis benefaciendum propensa; eiq; responderetur vocari Christianos, quorum hoc esset vitæ institutum, vt omnes homines caritate complecterentur, & officijs, quibus possent, prosequerentur; ilico vt eam religionem (de qua nihil vnquam nec auditione perceperat) amplecteretur, desiderio cœpit inflammari. *Platus lib. c. 27*

Ita conuersus S. Pachomius.

Durauit hospitalitas ea tempore Apostatæ Iuliani, qui comperto tali ratione Christi fidem vbique propagari, summo contendit studio, vt eadem beneficentiæ officia Gentiles æmularentur; rem gestam ita narrat Paulus Diaconus: *Arbitratus autem Christianitatis statum ex vita bona & conuersatione consistere, instituit, horas certas, & dies, & orationes solenniter obseruarent: præcipiens habitaculis peregrinorum, & pauperum, aliáque prouidentia circa egenos exhibita paganorum religionem componere: præcipuè verò zelatus est notas literarum Episcopalium, quibus solent alterutris scribentes commendare peregrinos, & vbi proficiscuntur, & à quibus veniunt, modis omnibus indicare, & solatia promereri tanquam noti, & amicitiæ testimonio directi signaculi.* Subdit epistolam Iuliani ad Arsatum Pontificem Galatiæ, in qua hæc habet: *Cur ergo credimus hoc posse sufficere, neque respicimus quemadmodum superstitionem Christianorum auxit cura peregrinorum, & circa sepulturas, & mortuos multa solatia, honestæq; conuersationis studia? Xenodochia constitue per singulas Ciuitates, vt nostrâ peregrini clementiâ perfruantur: non tantùm nostri, sed etiam extranei pecunijs indigentes, vt autem habeas, vnde fiat, iamdudum decreui singulis annis triginta millia modios tritici dari per vniuersam Galatiam, & sexaginta millia vini sextarios: horum quinta pars pauperibus templa obseruantibus debet expendi; reliqua peregrinis egentibus distribui: Turpe namque est, vt Iudæos quidem non abijciant, sed potius nutriant impij Galilæi, & suos pariter, & nostros, nostri verò nostrorum solatio destituantur. Quapropter doce eos etiam collationes facere.* Vide Simiam Christianorum liberalitatis, quam fatetur & Iudæis & Gentilibus patuisse, escam & illecebras conuersionis. *Paul. Diac. l. 11. Miscell. n. 13 & seqq.* Iulianus æmulari id frustrà conatus. *Ep. ad Arsatum.*

Enimuerò licet ad omnes, & Gentiles, ac Iudæos caritatis viscera explicarent Catholici, præcipuè tamen prodigebant omnia pro peregrinis, vel carcere detentis, ac Martyribus futuris sustentandis. Incredibilia Lucianus à fide Apostata narrat, paulò ante S. Vrsulæ tempora impostori cuidam exempla Christianæ prodigalitatis vbique exhibita: Erat Planus ille ex omnium scelerum colluuione concretus, oriundus ex insula Paio: sed præter alia immanissima flagitia, in stupris volutatus, & corruptor iuuentutis, parentem etiam occiderat, ideo vertere coactus erat solum patrium, hic cœpit homo nequissimus animo circumspicere omnes Orbis diuersas sectas, ac religiones, dum varias obit regiones; quænam ex omnibus libentiùs egentes sectæ suæ homines hospitio reciperet: sæpè cùm se Gentilem diceret, à Gentilibus omni auxilio destituebatur; nunquam à Christianis repulsam passus est; Ergo quasi Religionis Christianæ cupidissimus, Baptismum petijt, & obtinuit: cœpitque, vt callidi erat ingenij, alios etiam fidem edocere: hoc insuper egit, vt in vincula coniectus, quasi quidam Apostolus sua ostentaret vincula, quo ex Christianorum muneribus magnam vim pecuniæ conficeret. *Manè*, inquit, *ilico videre erat iuxta carcerem præstolantes anus, viduas quaspiam, & orbos puerulos: illorum enim pars etiam vna intùs cum illo somnum capiebat, corruptis pecuniâ custodibus: exinde omnis generis cœnæ inferebantur variæ, & sacri inter se sermones dicebantur; quin etiam in Asia pleraque vrbes fuisse constat, ex quibus venerunt quidam laturi auxilium Christianis mittentibus ex publico, nec non collocuturi, & virum consolaturi: Incredibile verò est, quantum studium, & celebritatem ad hoc ostendant, si quid tale vulgo innotuerit, ilico enim nulli rei parcunt.* Luciani apostatæ descriptio liberalitatis Christianæ

Subdit Lucianus de eximio contemtu caducarum rerum in Christianis sui æu
Proinde Peregrino quoque multæ tunc opes mittebantur sub vinculorum prætextu, nec vu
garem rerum prouentum lucri faciebat, etenim haud dubitanter sibi persuaserunt, se omn
no immortalitate potituros, perpetuoq; victuros esse: quamobrem & mortem magno co
temnunt animo, ac non pauci suâ sponte semetipsos occidendos offerunt: Deinde primus ill
rum quoque legislator eorum persuasit animos, quemadmodum omnes inter se fratres essen
Eundem addit aliàs etiam peregrinatum *satis sibi viatici in Christianis repositum esse*
existimans, à quibus quaquauersum incedebat stipatus in omni agebat rerum abundanti
Vides & hîc insinuari morem deducendi per viam, donec ad alios veniretur. Chr
stianos, qui idem viatori officium caritatis exhiberent: vt facilè perspicere liceat, i
eâ tempestate penè faciliùs fuisse Christianis hac illac commeare gratis, null
etiam assumto viatico, quàm modò, cùm nimium quantum illa nascentis Eccles
refrixit caritas.

Profusio in Martyres. *Tertull. c. 1. ad Martyres*

Porrò hæc multò profusior erat munificentia, cùm aliquos constabat bre
martyrio coronandos, hos rogabant, vt aliquid admitterent; ita scribit Tertullian
ad Martyres in carcere constitutos: *Inter carnis alimenta benedicti Martyres designa*
quæ vobis, & Mater Ecclesia de vberibus suis, & singuli fratres de operibus suis propr
in carcerem subministrant, capite aliquid & à nobis, quod faciat ad spiritum quoque ed
candum. Videri potest S. Cypriani Epistola 5. qua monet fideles, ne nimia frequen
tia simul carcerem adeat: sicque reliquis aditus præcludatur: sed alterni capt
visant.

Quod si ita est, quid factum esse existimamus in hac peregrinatione, cùm fa
mâ Angelis internuncijs percrebresceret in Italia, tot millia Virginum ad marty
rium ijs à Deo decretum proficisci? quis concursus ex omnibus oppidis, vicis & a
gris, ad tam inusitatum spectaculum? quæ profusio rerum omnium necessariarun
quam multis iniecta cupiditas ijs sc in reditu sociandi, vt eâdem laureâ donarentu
præsertim cùm penè omni die ciuitas Episcopalis è propinquo transiretur. Vt sa
qui temporis illius mores Christianorum, eorumq; in Italia multitudinem persp
xerit, verissimum iudicabit esse, plus à Christianis quotidie commeatus suppedit
tum, quàm indigerent.

CAPVT XX.

Cæsarius Meldensium Episcopus prope Romam adiungit se Vrsulano Sodalitio.

PEragratâ iam omni Italiâ Duce Christo, comite Deiparâ, metatoribus Angeli
stipatoribus Beatis iam cœlo adscriptis Virginibus & Martyribus, omnes inte
gris viribus, hilares animo, sine defatigatione corporis propinquant vrbi. Ecce til
è Galliæ finibus Meldis (ad Matronam fluuium sitis) Romam, sed aliâ viâ proper
Meldensium Episcopus Cæsarius. Erat is natione Britannus, stirpe regiâ, affinita
propinquus S. Vrsulæ: nam eius soror Anna Duci Helindio iuniori cognato S. V
sulæ nupserat. Hic cùm in exercitum Virginum incidisset, postea quàm S. Vrsula
Reginam, & Britannos Episcopos salutasset, in reliquis offendit Annæ sororis fili
Spem & Euphrosynam virgines; alteram etiam præsentem sororem suam Elisabe
tham nomine, feminam religione pietateq; præcipuam, Ioannis Magni Princip
coniugem, cum filia virgine etiam Elisabetha. Alias præterea reperit sanguinis vi
culo sibi proximas. Ergo diuini spiritus ardore inflammatus, & ipse cupidus mart
rij, iungit dexteras Societatis, certus cum eo tam sancto & diuinitus electo Sodaliti
pro Christo mortem oppetere.

S. Cæsarius Epus prope Romam inciditin Vrsulanam Sodalitatẽ

adiungit se ei,

cum sex comitibus

Exemplum Antistitis duo sequuntur Sacerdotes, & quatuor ex comitatu La
ci, eâdem inflammati cupiditate pro fide moriendi; stimulabat enim animos præ
sens miraculum, tot millia Virginum, tam multos etiam Reges & viros Principe
spret

ret amplissimis opibus & summis honoribus, per tanta viarum interualla, incre-
dibil nimi alacritate ad mortem certam velut ad epulas properare: nullum etiam
in tan o numero, viarumq; tantâ asperitate, eâ virium & ætatis teneritudine nec fa-
tigar corpore, nec frangi viribus, aut animo deijci.

Atque vt hunc è Gallijs, sic alios è Thraciâ, Syriaque Deus Romam euoca-
uit, quibus in hac Sodalitate palmam Martyrij æterno consilio præparauit, vt
ex se uentibus apparebit.

CAPVT XXI.

De Pontifice Romano anni 237.

ACtum est de corpore totius Ecclesiæ toto terrarum orbe propagatæ, caput nunc eius adspectabile Pontifex Romanus eius temporis considerandus, & quam alij, qui eum anteceſſerunt, sub quibus vixit Vrsula.

Circa annum salutis 220. Zephyrini Pontificis iuxta calculum Eusebij Baronij ue 17. mense Iulio nata est Vrsula. Zephyrino Martyri succeſſit Ann. 221. Calixtus 2. Septembris, ad 14. Octobris vsque anni 26. Huic Vrbanus eodem suffectus est nno 21. Octobris, cui licet cum Eusebio multi nouem annos tribuant, Baronij tamen sex tantùm adscribit, 7. mensibus & diebus 4. adiectis; martyrio coronatus eodem teste ann. 232. 25. Maij. Vrbano Pontianus, cum 30. dies vacasset sede mense Iunio subrogatur: duæ circa hunc mouentur difficultates, prima temporis xilij, altera de succeſſore. Exilij tempus libro primo fusè probaui, non vt defensoris Galfredi putant ad Cõsulatum Seueri & Quintiani; sed præcedentis anni Consuls pertinere. Succeſſorem ei permulti Cyriacum dant, de quo sequenti capite: sedlerique sufficiunt Antherum eidem; cùm, vt Baronius putat, annis tantùm quatuor, & aliquot mensibus Ecclesiam gubernasset, alij complures ei regiminis annos adscripserunt, sicut Antheri, (quem Baronius putat ex Eusebio tantùm vnum mensem, à tertio Decembris ad tertium Ianuarij sequentis anni 238. præsedisse) multi duodecim vel vndecim annis Pontificatum extenderunt; vt capite sequenti diam. Tres decretales Anteri circumferuntur litteræ: quibus cùm quidam mense Aprilem, Iuniumque Maximo & Africano Coss. subscribant; ij, qui Baronianum & Eusebianum sequuntur calculum, coguntur admittere, errorem in subscriptionem vitio librariorum incurrisse. Pontiani quoque Decretalis superat Seuero & Quintiano Coss. 4. Kalendas Maij conscripta in exilio; hunc licet Romani fasti, Breuiarij lectiones, & pleriq; 19. Nov. denatum esse pronuncient, ordo tamen vetustissimus Pontificum vult 4. Kalendas Octob. decessisse. Ideo Romani Breuiarij veteres Lectiones Anterum Pontificem nominant, sub quo Sodalitas Vrsulana sit coronata: plures alij sub Pontiano putant contigisse, quem ad 19. vsque Nouembris eius anni superfuisse arbitrantur. Nunc de Cyriaci Pontificatu videamus.

Vrsula nata Zephyrino Pont.

CAPVT XXII.

De S. Cyriaco, fuerit-ne Papa, an Papæ Vicarius?

TRes hîc pugnant sententiæ. Prima defensorum Galfredi, cum recentioribus multis, qui eum vt fabulosum prorsus reijciunt; altera legitimum illum agnoscit Pontificem, Pontianum inter & Antherum; tertia Vicarium statuit Pontiani tunc in exilium deportati.

3. sentẽtiæ.

Primi mouentur, quia veteres indices & catalogi Pontificum, quos Patres recenſent Irenæus, Tertullianus, Optatus Mileuitanus, vel historici Eusebius & Nicephorus, nusquam Cyriaci meminerunt.

Fundamẽtũ primæ.

2. sententiæ defensores

Alteram sententiam priori contrariam amplectuntur veteres Canonum interpretes: Ioannes Andreæ, Augustinus Triumphus, Geminianus, Turrecremata, S. Antoninus, Gomes, Parisius, Ioannes Burgundus, Zechus, & ex Historicis vel Chronologis Vincentius Beluacensis, Albericus, Robertus Altisiodorensis, Equilinus, Bonfinius, Ioannes M. Crantzius, item S. Elisabeth & scriptor Anonymus. Hi volunt eum anno tribusque mensibus Ecclesiæ toti post Pontianum ante Aterum præfuisse. Fundamentum historicum est titulus sepulcralis: hic eum distrè vocat Romanum Pontificem; ait ab eo Romæ Virgines cum gaudio exceptas & cum eis reuersum, martyrium subijsse: Tali titulo, vt paulo post ex Baronio in Siricij epitaphio videbimus, plus tribuendum, quàm mille testibus & omnibus iudicibus Pontificum, est enim coæuus testis & incorruptissimus. Hic titulus à recentis, imò mille similibus eductis funeralibus inscriptionibus, habet testimonium cùm se omnes mutuò confirment, eodem modo, similibus characteribus, simili in lapide, eodem tempore conscripti. Decies & sæpiùs hi tituli cœlestibus visis sunt approbati, quibus Virgines vt Odilia, Cordula, Constantia & aliæ nomina cum sepulcris indicarunt, eodemq; loci sarcophagi literatos lapides ijsdem nominibus inscriptos prodiderunt. Sed nominatim hunc ipsum titulum Deus S. Elisabethæ & Anonymo sæpiùs approbauit, dubia circa eundem mota clarè dissoluendo. Præterea iam ferè à quingentis annis corpus & sacræ Pontificis huius reliquiæ per varias orbis partes distributæ, velut Pontificis Maximi religiosè honorantur instituto eiusdem instituto. Superat adhuc eiusdem sepulcrum prægrande lapideum, eiusdemq; præfert imaginem & inscriptionem. Recepit hunc Pontificem ordinarium ducentis & 50. annis glossa Iuris Canonici ordinaria, in 6. de renunciatione c. v. videbantur. Tenuerunt idem veteres officij Romani Lectiones. Nec obstat quòd sum iam esse nomen è glossa, cum factum id esse constet eorum studio, qui contrariæ sententiæ subscripserunt, ne eorum opinio tam claro Iuris Canonici testimonio refelleretur. Hoc probatur exemplo simillimo S. Felicis Martyris: is aliquo tempore relegato Pontifice Maximo, Vicariâ potestate Romanam Cathedram gubernarat: quod nomen & exemplum, ne officeret defensoribus Galfredi, libro consecrato multum laboratum est, vt eius Martyris nomen è Romano Martyrologio deleretur, & euicissent, nisi Cardinalis Sanctorius obstitisset, & pridie illius diei, quo decretoria ferenda contra Martyrem erat sententia, corpus eius cum hoc titulo sepulcrali mirabiliter patuisset: HIC IACET CORPVS S. FELICIS PAPÆ ET MARTYRIS, QVI CONSTANSIVM DAMNAVIT. Hac lecta lapidi incisa inscriptione, Cardinalibus Iudicibus, S. Felix nomen Papæ, Martyris & natalitium in fastis Romanis diem retinuit, vel prope amissum recuperauit volumine contra Felicem scriptum abolito.

Fundamẽtũ historicũ titulus sepulcralis

Vis probãdi eius.

Certitudo

Obiectio.

Simile exẽplum S. Felicis Papæ.

prouidẽtia Dei circa Cyriacũ & ei⁹ titulum

Similis omnino, si non maior & illustrior diuina prouidentia S. Cyriacum orbi patefecit. Nam cùm ei Deus cœlitibus internuncijs abdicationem Pontificatus, profectionem Colonienſem & martyrium imperasset, Colonienses ciues perduxit, vt eum in prægrandi lapideo tumulo funerarent, S. Iacobum Episcopum Antiochenum, vt eiusdem nomen & gesta titulo lapidi inciso posteris consignaret, cùm verò Galfredus fabulis & commentis euersum iret historiam, Vrsulanam quingentis ferè abhinc annis, iterum Colonienses perpulit, vt nouem annos quærendis sanctis reliquijs Vrsulanis impenderent, & Gerlacum Abbatem, vt repertum cum titulo sepulcrali corpus Cyriaci solenniter eleuaret, & eius sacris reliquijs iam inde ab anno 1156. per varias orbis partes distractis, complures ad eius instituendam festiuitatem impelleret. Eodem tempore S. Elisabetham excitauit, vt omnes circa Pontificatum Cyriaci motas ab alijs difficultates, diuinis responsis expediret, cui seipsum etiam S. Cyriacus in Pontificalibus ornamentis spectandum obtulit. Postea scriptori Anonymo complura sunt cœlitus de eodem indicata. Itaque cùm diuina prouidentia quingentos ferè iam annos hunc permiserit Cyriacum Pontificem variis in locis, vt martyrem honorari, nomen eiusdem Glossæ veteri ducentis &c. annis, inseri, tot virorum grauissimorum libris & scriptis celebrari, sperandum eum

est icut Deus S. Felicis Pontificatum & Martyrium oppugnatione aduersariorum fec illustriorem, eorundem occasione, discussis tanti Pontificis meritis, causa & fundamentis historicis, honori primo restituendum: vt liceat audacter eius Pontificum propugnare.

Auctores ijdem secundæ sententiæ respondent argumento primæ opinationis ex vetere Glossa, & horarijs lectionibus officij Romani, nomen eius omissum in catalogis Pontificum ideo, quod inuito Clero summo abierit Magistratu, locum et meiusdem & tempus inter Pontianum & Anterum inueniri. Licet enim Baronius Pontiano det menses & annos 4. Anthero verò mensem duntaxat vnum, Anastasius tamen Pontiano annos quinque, vel iuxta alia M. SS. octo, mensesque dos adsignat. Hermannus Contractus, Methodius, Vrsbergensis & Nauclerus annos sex. Gotfridus Viterbiensis & Platina annos nouem, menses quinque vel 6. Ian verò Antero, cui Baronius vnum mensem tribuit, tribuit Anastasius annos 12. et subscribunt Rabanus, Notkerus, Vincentius Belluacensis in editione veteri, & Gotfridus Viterbiensis. Vndecim dat annos Antero Platina; Fasciculus tempus tres.

Reſp. ad argumẽtum 1. sentẽtiæ.

Locus Cyriaci inter Pontianũ & Anterũ cõmodus.

Ob hanc tam dissonam grauium auctorum in horum duorum Pontificum annis numerandis varietatem, opinantur multi causam aliquam istius dissensionis, & eorundam erroris manifesti intercurrisse; in reliquis vnam esse suspicantur defensores secundæ sententiæ, quod alij Pontiano, alij Antero tempus Pontificatus Cyriaci tribuerint: Nec mirum videri id debet, cum Diphtycha summorum Pontificum cum gestis SS. Martyrum magnam partem bustum Diocletiani, & excidium postea sæpius à Barbaris illatum vrbi incinerarit: inde magna sæpe gestorum, temporumq; perturbatio nascitur, vt hîc factum, vbi in multis exemplaribus Anterus Pontiano præponitur. Existimant verò ijdem Pontiano potius, quàm Antero Cyriaci tempus esse adsignatum, & vitium in huius epistolæ decretalis subscriptione incurrisse: id sæpius factum & in Antero & in successore Fabiano etiam notat Baronius Cardinalis.

Tertiam sententiam primus inuenit P. Philippus Bebius, quæ caret incommodis ijs, quæ secundæ sententiæ obijciuntur, & fundamentum in catalogo Pontificum reperit: hanc ad inuidiam declinandam statui propugnare, Cyriacum anno ibusq; mensibus vicario tantùm munere, viuo; sed relegato in Sardiniam Pontifico Pontificatum gubernasse. Nec tamen ideo fides S. Elisabethæ vel Anonymi putat reuelatio: nam etiam Vicarij Romanorum Pontificum olim absolutè sunt Romani Pontifices appellati: id quatuor exemplis fiet apertius. Primò enim Linus & Cletus à multis Theologis, Historicis & iuris Interpretibus tantùm putantur S. Petro superstite; sed absente Romæ Vicariâ potestate Pontificatum administrasse, & ipso Petro citiùs esse martyrio coronati, S. Clemente primo eidem subrogato: qui tamen hactenus inserti *P*ontificum albo *P*apæ Romani nominantur. Deinde Felix Liberio *P*ontifice circa annum 355. per vim deportato, suffectus Vicarius eius, donec sedi restitueretur, fuit: eique reduci cessit, & hic *P*apa tamen appellatur. Sic Siluerio circa annum 538. astu Theodoræ Augustæ relegato, cùm Vigilius ei sufficeretur, Vicarius tantùm illius habebatur, eique reuocato ab exilio, munus reliquit: defuncto deinde Siluerio sex dies dicitur vacasse sedes antè, quàm Vigilius Cleri suffragijs electus, legitimè *P*ontifex existimaretur, & tamen antea fuerat nomine Pontificis Maximi honoratus. Denique S. Martino Romano Pontifice cùm Constans Imperator minis à Clero violenter extorsisset, vt eo superstite nouus eligeretur, ne Hæreticus ab Imperatore substitueretur. *Elegerunt*, ait Baronius, *Augusti Eugenium, vt loco Martini præesset Ecclesiæ, vicariâ tamen, dum ille viueret, præfecturâ.* Qui tamen omnes Vicarij tantùm cùm essent, si Romani Pontifices sunt appellati; cur non Cyriacus, post cuius martyrium 21. Octobris toleratum Pontianus creditur communiter ad 19. Nouembris vsque superfuisse? Sed cùm alij ex vetustissimo catalogo putent citiùs 4. Kal. Octobris Pontianum obijsse, viuente Cyriaco, qui ordinarius, si Romæ mansisset, esse Pontifex, & inscribi catalogo meruis-

3 sententia Cyriacum fuisse Vicarium Papæ

rectè autẽ dici Romanũ Pontif. exẽplo Lini & Cleti.

Felicis, *Baron. An. 355. n 56. 57*

Vigilij. *An. 538.*

& Eugenij *Baron. An. 652. n. 10.*

Cur omissus in Catalogo.

meruisset, eius tamen ob discessum Clerus postea nullam habere rationem voluit. Maneat igitur hic titulus Cyriaci siue Pontificis, siue Vicarij certus: CYRIACVS PAPA ROMANVS, QVI CVM GAVDIO SVSCEPIT SANCTAS VIRGINES ET CVM EIS COLONIAM REVERSVS MARTYRIVM SVSCEPIT. Quantum huic, vel simili sepulcrali sit inscriptioni, vel etiam epitaphio tribuendum, docet nos Cardinalis Baronius, qui mille testibus alijs idoneis fidem eius anteponit: nam S. Siricij Pontificatum, cùm ex omnium peruulgata sententia tredecim annis circumscripsisset, epitaphij reperta inscriptione, secundùm eam quinque ei dandos annos velut certiori reperto fundamento, sic definit: *Octauo Kalendas Martij Siricius Papa cum sedisset annos tredecim, mensem vnum, & dies 14. ex hac migrans sepultus est in cœmiterio Priscillæ via Salaria. Ita apud indices omnes, licet ad Bedam sexto Kal. Decembris Siricij ponatur obitus; sed quod ad tempus sedis: etsi vt sic tum reperimus, mille testibus nos posuimus: tamen recens receptum inditum antiquitus eius sepulturæ epitaphium, aliud nos docet, & latiori metiri funiculo sedem eius: est iusmodi:*

A. 398. *init.*

Baronius auctoritate tituli motus reijcit contrariam sententiam

Liberium Lector mox & Leuita secutus,
Post Damasum clarus, totos qui vixit in annos,
Fonte sacro magnus meruit sedere Sacerdos,
Cunctis vt populis pacem tunc solidam daret.
Hic pius, hic iustus, felicia tempora fecit,
Defensor magnus multos vt nobiles ausus,
Regi subtraheret Ecclesiæ, iura defendens,
Misericors, largus, meruit per secula nomen,
Ter quinos populum qui rexit in annos amore:
Nunc requiem sentit cœlestia regna potitus.

Pari ratione vel huius solius tituli à S. Iacobo Episcopo curati fides sufficiat, ad Pontificatum eius, vel saltem Vicariam potestatem Vrsulanæ peregrinationis tempus stabiliendam.

CAPVT XXIII.

S. Cyriacus Vicarius Pontificis cum Cardinalibus Romæ Sodalitatem Vrsulanam humaniter excipit.

IAm Romam aduentus Britannicarum Virginum famâ præuolarat, & fortè præmissis nuncijs Vrbis Præfecto, Cyriacoq; Pontifici, vel Vicario causam eius indicarant. Erat hic à teneris, vt probè literis instructus, ità virtutibus eo apice cognis conspicuus, præsertim ob virginitatis florem, vti Cœlitibus, ita Clero populoq; Romano gratissimus, is cum Sacerdotum Collegio processit eis obuiam, effusi ad inusitatum spectaculum vrbe Romana: & comiter salutatis Britannis Regibus, Episcopis & Principibus viris, magna gestientis animi voluptate, postea Reginam Vrsulam, & complures cognati sanguinis virgines & neptes suas, insigni vultus mœnitate, morumq; grauitate perhumaniter excipit: tum Britannis iam stipatis Præsulibus in vrbem omnes introducit.

Cyriacus occurrit Virginib.

Modestia earum.

Ibant Virgines omnes demisso vultu, virginali suffusæ rubore, in tali munitheatro, & spectatorum infinita multitudine, totius corporis motuumq; compositione modestissima, vt cunctis ad tale prodigium attonitis, suauissimum Christinæ virtutis odorem afflarent occurrentibus, præsertim cùm tot ætate teneras, genere illustres, nullo peregrinationis labore fractas, alacres, ouantium ritu quasi gestientes, adspicerent, quod tandem illud Martyrum nobilissimum amphytheatrum, eorumq; tropæa possent intueri, quorum suffultæ precibus & exemplis prouocatæ, simili decurrerent in arena pro cœlesti laurea consequenda.

Glo-

TABVLA ALPIVM ET ITALIÆ A BASILEA ROMAM EXHIBENS TERTIAM PARTEM ITINERIS S. VRSVLAE ET SOCIARVM EIVS

Spectat ad lib. 4. Cap. 14.

Basilea
Augusta
Rauracorum
RAVRACI
Sebastiensis
Fines
Urbon
Thurnus flu.
Brigantium
THV
REGIENSIS PAGVS
THV
VRINVS PAGVS
THV
GENVS PAGVS
Clunia
Magia
Curia
Solothurn
Arburg
Lucerna
Figurum
Zurich
Flulen
Sileni
Gotthart
Bellinum
URBIGEN
VS PAGVS
Auenticum
Minodunum
Moudon
Viromagus
Vivisc
Vivey
Penni lucus
Nouille
Sedunum
Sitten
VALLIS
PENNINA
Lapidaria
Tremus flu.
Eschtal
Vallis de Oscela
Bellinzona
Octodurus
Martinach
Lacus Lemanus
Summus Penninus
S. Bernarts berg
Eudracinum
Augusta Prætoria
Vitricium
Vercella
Eporedia
Iurrea
Quadrata
Liuorno
Segusam
Susa
Ocelum
Ad XII.
Ad fines
Famum Martis
Augusta Taurinorum
Alexandria
Asta
Aquæ Statiellæ
Alba Pompeia
Forum
Polentia
Fossana
Hasta
Varisa fl.
Cani
Milliaria Germanica communia.
Allium Ingaunum
Albenga
Album Intimelium
Vintimiglia
Nizza
Tarnasedum
Clauenna
Telum
Adduas fl.
Vallis Trilina
Lacus Larius
Lucanus
Comum
Ferum
Licinij
Bergomum
Pons Aureoli
Megiu
tiacum
Mediolanum
Laus
Lodi
Pompeia
Tres Ta
bernæ
Cremona
Brixia
Ilius flu.
Oglius flu.
Inal
Teriolis
Tirol
Brixen
Bellunum
Ceneta
Feltræ
Duplauilis
Vinianum
Alrinum
Tarasium
Venetia
Vicentia
Patauium
Chiusa
Verona
Ateste
Adigis flu.
Hadria
Hadrianus flu.
Mantua
Ferraria
Parma
Tarnarum
Regium Lepidi
Mutina
Bononia
Felsina
Forum Gallorū
Claternæ
Imola
Forum Cornely
Faventia
Forum
Papily
Forum
Luuy
Ariminum
Pisaurum
Forum Fortunæ
Caesena
Confluentes
Sinigallia
Forum sempronij
Ad intercisa
Cale
Cagli
Hortense
Ad Ensem
Nuceria Camellaria
Fanum Fortunæ
Tuscr
Tifernum Tiberinum
Tuficum
Assisium
Spoletium
Interamna
Terni
Ameria
Tudertia
Todi
M. Falco
Tiburtis flu.
Aretium
Arezzo
Cortona
Perusia
Trasimenus lacus
Orujetum
Herbanum
Vrbs Vetus
Volsinij
Troßulum
Suana
Tuscania
Fescennia
Nepete
Sutrium
Capena
Soracte mons
Veij
Caere
Portus
Ostia
Tybur
Tiuoli
Falisci
Falerij
Rauenna
Arminum
Pisaurum
Fanum Fortunæ
Pisa
Luca
Pistoria
Florentia
Fæsulæ
Solaria
Hellana
Ad Martis
Arnus flu.
Aqua
Portus
Auser flu.
Serchio flu.
Barbagia
Vada Volaterrana
Volaterrana
Populonia
Sena Iulia
Manliana
Cæcina flu.
Aquæ Mortuæ
Vetulonij
Manliana Salubrensis
Rosellæ
Pallia flu.
Aurinia Salubrensis
Armenia flu.
Albinia flu.
Hasta
Cosa
Succosa
Ilua
Elba
P. Telamon
P. Domitius
P. Cosanus
Orbitellum
Monte Christo
I. Gianuti
Nigbo
Centum Cellæ
Ciuita Vechia
Tarquinij
Graniscæ
Cornieto
Sabete
Roma sedes Apostolica
Portus
Ostia
Tiberis flu.
Vrbis Romæ
Ager
Tarquiniensis
Vada Volaterrana
Portus Herculis Liburni
Portus Pisanus
Portus Veneris
Lacus Prilius
Lacus Pilonis
Lacus Thrasimenus
Lacus Vadimonis
Lacus Sabatinus
Lacus Albanus
Lacus Nemorensis
Lacus Fucinus
Lacus Lucrinus
Lacus Auernus
Lacus Auernus
Lacus Benacus
Lacus Benacus
Lacus Larius
Lacus Verbanus
Lacus Verbanus
Lacus Lemanus
Lacus Lemanus
Stagnum Sedunense
Stagnum Sedunense
Rhenus
Rhenus
Rhodanus
Rhodanus
Aduula
Aduula
Ticinus
Ticinus
Padus
Padus
Athesis
Athesis
Mincius
Mincius
Tiberis
Tiberis
Arnus
Arnus
Auser
Auser
Serchio
Serchio
Tiber
Tiber

Glorioſior iſte candidatæ Virginitatis, & adſpicientibus iucundior triumphus fit eo, quo aliquot ante menſibus Artaxerxe victo, Perſicâ gazâ ſpolijsq; Aſiaticis dies Alexander Imperator cum victoribus militibus Capitolium adſcenderat, & re to quidem Chriſti fidelibus accidebat gratior, quanto clariùs ſpeciem quandam Eccleſiæ cœleſtis glorioſæ præ ſe ferre videbatur. Ipſi gentiles aliquid naturæ virtus maius, nec vnquam viſum ſimile mirabantur, nec animo ſatis capere poterant, nihil in eo ſexu, ætate & multitudine leuitatis apparere; cùm omnia viderent ſupra ætatem geri prudentiùs, ſupra ſexum fortius & conſtantius. Sed ne quis ſuſpicetur diuerſoria tot Virginibus defuiſſe, Romanorum ciuium hoſpitalitas eſt ab initio naſcentis Eccleſiæ repetenda. Triumph⁹ Virginitatis.

CAPVT XXIV.

Romanorum in Virgines liberalitas.

VEnimus tandem ex longinqua & difficili peregrinatione ad terrarum Dominam, vrbium Reginam, compendium Orbis. Venimus ad arcem Gentium, domicilium Imperij, dignitatis ac fortunæ. Venimus, inquam, ad fontem Sacerdotij, Religionis orthodoxæ caput, cathedram Chriſti in terris Vicarij, tot illuſtriſſimorum Martyrum theatrum gloriæ nunquam terminandæ; de qua Vrbe quidquid dicitur, minus dicitur, vt præſtet ſilere, quàm eius maieſtatem imparibus laudibus obſcurare. Vrbis Romanæ gloria.

Hæc illa Magiſtra Gentium & Mater Eccleſiarum eſt, cuius Fidei præconium ipſe Apoſtolus ita facit: *Primùm quidem gratias ago Deo meo per Chriſtum Ieſum, pro omnibus vobis, quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo:* & cap. 15. *Certus ſum autem, fratres mei, & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita vt poſſitis alterutrum monere:* & cap. 16. *Veſtra obedientia in omnem locum diuulgata eſt, gaudeo igitur in vobis.* Quæ Theodoretus ita exponit: *Hæc non eis blandiens, ſed vera dicens poſuit Apoſtolus, neque enim fieri poterat, quæ Romæ eueniebant, a illos, qui in toto erant orbe terrarum, laterent: In illa enim Imperatores Regiam ſuam habebant, & illinc emittebantur, & qui gentibus præeſſent, & qui vectigalia à ciuitatibus exigerent. Iam verò in illam quoque decurrebant omnes, qui Regalia profitebantur beneficia, & per hos omnes vbique ſignificabatur, quòd ciuitas Romanorum Chriſti doctrinam perceperat.* Adſtipulatur S. Hieronymus: *Vultis ſcire, quomodo Apoſtolus vnamquamque prouinciam ſuis proprietatibus denotarit? Romanæ plebis laudatur Fides? vbi aliquando tanto ſtudio & frequentia ad Eccleſias, & ad Martyrum ſepulcra concurritur? vbi ſic ad ſimilitudinem cœleſtis tonitrui Amen reboat, & vacua idolorum templa quatiuntur? non quòd aliam habeant fidem Romani, niſi hanc, quam omnes Chriſti Eccleſiæ; ſed quòd deuotio in eis maior ſit, & ſimplicitas ad credendum.* Sanctus verò Cyprianus putat, ea Prophetico dicta ſpiritu, ob conſtantiam in fide poſterorum, quam ſanguine erant teſtaturi, dum ait: *Dum apud vos vnus animus, & vna vox eſt, Eccleſia omnis Romana confeſſa eſt. Claruit, fratres cariſſimi, Fides, quam de vobis beati Apoſtoli prædicant; hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem iam tunc in ſpiritu præuidebat, & præconio futurorum præconia veſtra conteſtans, dum Parentes laudat, Filios prouocabat.* Ideo ſanctus hic Epiſcopus Eccleſiam Romanam Matricem appellauit, quòd non tantùm ab ea fidem accepiſſet Eccleſia Carthaginienſis; ſed quæ ſub ipſa continetur, Mauritania & Numidia. Viuebat tempore S. Vrſulæ, & 20. poſt eius Martyrium hæc ipſa ſcripſit Cyprianus de Conſtantia in Fide Romanorum ſui temporis, Mauritaniæque Catholicæ meminit, vt inde etiam (ſicut Tertullianus & Africani frequentes Romam tendebant) eo tempore eodem venerint, & ſanctæ huic ſe Sodalitati potuerint adſociare. Virtutes. *Rom. 1.* Fides. Dilectio. Obedientia *Theodoret⁹ in ep. ad Ro. c. 1.* *S. Hieron. in præf. l. 2. in ep. ad Gal.* Pietas. *S. Cypr. ep. 37. ad Cornel. Papam.* *Epiſt. 45.* Mauritania iam tũ conuerſa.

Stetit ea fides ac dilectio fundata ab Apoſtolis ſeculo ſecundo, quo vehementer auctam prædicat S. Ignatius Martyr, cùm Anno 109. Smyrnæ vinctus ad Martyrium S. Ignatij præconiũ Romanorum.

rium ardentissima animi cupiditate anhelans, ita Romanis scribit: *Ignatius, qui est Theophorus misericordiam consecutæ in magnificentia altissimi Dei Patris, & Iesu Christi vnigeniti eius Filij, Ecclesiæ sanctificatæ & illuminatæ per voluntatem Dei operantis omnia, quæ pertinent ad fidem & caritatem Iesu Christi Dei & Saluatoris nostri, quæ præsidet in loco Romanæ regionis, Deo digna, decentissima, beatificanda, laudanda, digna, qua quis potitur, castissima, & eximiæ caritatis Christi & Patris nomen ferens, spiritu plena, quem & salutat in nomine Patris omnipotentis.*

In hac igitur palæstra spiritu plena, sanctificata & illuminata inspicienda virginibus erant tropæa Apostolorum, arena S. Ignatij Martyris: sanguis & sacræ inuictarum Virginum exuuiæ, vt ad similem agonem in Romanæ Vrbis fideli Filia Colonienſi Ciuitate constanter decertandum animarentur.

Eorũ liberalitas erga omniũ nationum fideles.

Porrò vti Romani ciues fidei constantia, pietate, & obedientiæ studio longè alijs gentibus præstiterunt, sic etiam caritate proximi & hilari promtitudine inopiam rum inopiam subleuandi. Hinc manauit ea profusa in peregrinos ad sacra Apostolorum limina inuisentes hospitalitas, & ad Martyres carcere detentos omnibus necessarijs rebus adiuuandos prodigalitas, quæ non Romanæ Vrbis pomerio, nonnullæ finibus circumscribebatur; sed Europam etiam egressa, ad Asiaticas se Ecclesias effundebat: sed origo huius beneficentiæ Christianorum, qua exteris etiam studebant subuenire collectitia stipe, iam est aperienda.

Origo collectarum in Ecclesia

Factæ sunt primæ, vt Apostoli vocabant, Collectæ Antiochiæ A. Christi 44. vt subleuarent fideles in Iudæa fame oppressos, per Saulum & Barnabam, Act. 11. *Discipuli autem* (ait B. Lucas) *prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus, quod & fecerunt mittentes ad Seniores per manus Barnabæ & Sauli.* Hanc semper consuetudinem Romani Pontifices studuerunt vbique terrarum, cum primis autem Romæ conseruare, velut omnium Pastores Ecclesiarum. Hinc ipsi ex Vrbe Romana omnium, quantum poterant, vti spiritualibus sic etiam temporalibus necessitatibus subuenire nitebantur: quod vt maiore largitium diuitum alacritate fieret, ipse Romanus Antistes more recepto certo die concione collectas indicebat. Exstant multi Sermones S. Leonis Papæ de Collectis inscripti: vt Sermo 5. in quo hæc inter reliqua: *Et ideo, dilectissimi, satisfiat Apostolis institutis, & quia die Dominica prima est futura collectio, omnes vos deuotioni voluntatis præparate, vt vnusquisque sufficientiam habeat in sacratissima oblatione consortium.*

Vrgent eas Pontifices S. Leo Ser. 5

S Iusti. orat. ad Antonin. Pium. pro peregrinis.

Vsum Collectarum S. Iustinus Martyr exponit Oratione ad Antoninum Pium: *Quod ita colligitur, apud Præpositum deponitur, atque ille inde opitulatur pupillis & viduis, & his, qui propter morbum, aut aliam causam egent, quique in vinculis sunt, & peregrè aduenientibus hospitibus, & vt simpliciter dicam, indigentium is omnium curator est.*

Vigebant tempore S. Vrsulæ. Euseb. l. 4. c. 23

Romani eam consuetudinem iam inde ab Apostolis acceptam ipso S. Vrsulæ tempore ad Eusebium vsque continuarunt, vt ipse testis est, dum de Soteris Pontificis Maximi in externos munificentia loquitur: *Exstat etiam alia Dionysij ad Romanos Epistola, Episcopo Soteri, qui tum illam Ecclesiam gubernauit, dicata; cuius quidem verba in medium proferre, non erit ab instituto alienum; nam Romanorum consuetudinis, quæ assiduè ad hanc persecutionem nostra ætate grassantem seruata est, magnoperè approbat, ita scribit: Apud vos is mos iam inueterauit, vt omnes fratres varijs afficeretis beneficijs, & Ecclesijs permultis, quæ in quaque ciuitate sunt, vitæ mitteretis subsidia. Sic planè non-lùm egentium subleuatis inopiam, verùm etiam fratribus, qui sunt ad metalla damnati ipsem fertis; sicq; per ea beneficentiæ subsidia, quæ iam à primis Ecclesiæ vestræ iactis fundamentis passim mittere consueuistis, cùm sitis Romani, Romanorum consuetudinem à Patribus traditam sedulò obseruatis: quam quidem B. Soter vester Episcopus, & hactenus custodit diligenter, & mirum in modum suo propenso studio adauxit: idq; non modò opes in Sanctis reficiendos delegatas benignè subministrando, verum etiam fratres ad ipsum aduentantes tanquam Pater indulgens, & clemens, in liberos beato ac pio sermone ad virtutem colligendo.*

Ex his apertè colligitur, ab ipsis Apostolorum temporibus in Ecclesia Romana exteros iuuandi consuetudinem viguisse, continuatam ad Ann. Christi vsque [illegible] & in-

& ind ad Eusebij tempora *assiduè*, vt ait temporibus intermediis, quibus B. Vrsula Rom fuit, permansisse. Quis ergò dubitabit, quin Pontifex natione Britannus, a nis suis ciuibus, & cognatis quamoptimè prospexerit? quis de Romanorum liberitate ambigat, cum tot viderent Reges, & Principes viros; tam inusitatum virgi eum exercitum, tanta animi gestientis voluptate ad Martyrium properantem, præsertim cum iam è Græcia, & alijs locis adueniissent alij, diuinis, vt ferebatu exciti Romam oraculis, vt venturæ virgineæ sodalitati se adiungerent, cum ijs sanguine fidem Christianam testaturi. Nec deesse poterant Gerasinæ Reginæ Sici e, alijsque quorum parentes affinitate, vel sanguine ipsos Romanos Senatores atri gebant, amici Quirites, vt facilè iis potuerit de hospitiis prospici: cum fauore Mā ęę Christianę Imperatoris matris; & eorū, qui in Palatio Christū profitebantur, vide ntur & iter expeditum per Italiam, & ingressum in Vrbem tutum habuisse. Iam im Neronis æuo multi in Palatio Cæsaris fideles numerabantur, de quibus Phil. 4. ait Apostolus. *Salutant vos omnes Sancti, maximè qui de domo Cæsaris sunt.* Au us eorum numerus Fide magis magisq; propagata, quando Consules & Procon les conuersi, plurimum rem Christianam & Romæ, & in prouincijs promouerit. Lucij Veri, & Antonini Imperatorum tempore in Senatum & Cæsaris fa iam Christiani adlegebantur, quando ipso Vlpiano infensissimo Christiani nominis hoste, teste, ijs permissi honores, & magistratus. A Seuero circa An. 198. Abgarum Osroënorum Regem magnificentissimè susceptum Dio refert, quem Africanus Historicus Christianum fuisse, & virum Sanctum prædicat, de quo ipso tempore S. Irenæus ait, *quid autem & hi, qui in Regali aula sunt fideles, nonne ex his, quæ Cæsaris sunt, habent vtensilia, & ijs qui non habent, vnusquisque eorum secundum suam virtutem præstat?* vt horum videatur (qui de familia Cæsaris Christiani erant) fautre Rex ille Edessenus Abagarus in Vrbe, summo honore, & regio apparatu receptus esse: vbi confirmatur, quod sæpè dixi, circa tempora S. Vrsulæ, & vixisse Regem passim socios Romanorum, & liberum ad Vrbem accessum, licet Christiani essent habuisse: vt nec mirum sit, si tempore S. Vrsulæ cum palatium plenum esset Christianis, id ijs indultum sit, de quibus ex Eusebio agetur infra, vt huic tempori ver is, quam Antonini accommodari illud Tertulliani dictum potuerit. *Externi sumus, & vestra omnia impleuimus, castra, tribus, decurias, Palatium, Senatum, & forum, sola vobis reliquimus templa.* Nemo iam in tanta multitudine Palatinorum & Senatorum, Equitumque Romanorum Christianorum diffidat, ne quatuor istos dies alimenta defecerint, quando Melania, & Paula duæ Romanæ feminæ innumera fe: Aegypti, & Palæstinæ asceteria suis potuerunt facultatibus aliquoties, vel sustitare, vel ditare. Solius Melaniæ apud Surium opes cum Imperatoriis conferebant, quas omnes vel nouis vbiuis ferè locorum erigendis, vel erectis dotandi cœnobiis profundebat, vt hanc Romanorum indolem in Religiosis vel peregnis alendis satis liceat conijcere, & prophetico quasi Spiritu de posterorum etiam virtute S. Paulus intelligendus videatur, quando ait: *Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam pleni estis dilectione.* Ex quibus omnibus manifestum est, cum *forum, Senatus, & Palatium plenum esset Christianis* opibus florentissimis, in peregrinos & designatos Martyres liberalissimis, quorum munificentiam non Europa, Asiaque vnquam exhausserat, facili negotio, pauculis diebus, eam multitudinem potuisse curâ Cyriaci Vicarij conuenienter cuiusque statui, & dignitati sustentari: cuius vigilantia factum videtur, vt in honestissimis Christianorum domibus Virgines variis contuberniis diuiderentur, eaq; vitarentur, quæ gentilibus posset offensionis dare occasionem.

Liberalitas in Vrsulanã So-

Ob tot illustres viros iã Romæ conuersos. Christiani in aula Imperatoris.

Dio in Caracalla.
Euseb. ex Afric. in Chronic. A. 219.
Irenæus l. 4. c. 49.
Rex Abagarus Christianus Romæ magnificè exceptus.

In Apolog. c. 37.

Frequẽtia Catholicorum Senatorum.

31. Ian. opes.

Ro. 15.

CAPVT XXV.

Baptizantur à Cyriaco, Lucia, & Anastasia Regum Filiæ, cum aliis Catechumenis.

IN reliquis causis Romani itineris non minima erat, vt complures Virgines Catechumenæ solenni Baptismo in orbis theatro à summi Pontificis Vicario tingerétur, valebat ea res tum ad recens conuersas in fide recepta confirmandas, spectata Romanæ Ecclesiæ tunc florentissimæ magnificentia, sacrisque ceremoniis, tum ad Italos gentiles ad fidem facilius inducendos, cum plures Regum filiæ à semotissimis Oceani Insulis, & quasi orbis finibus Romam venissent, vt in ea corona Regum & Principum virorum sacro fonte abluerentur. In his erat Lucia & Anastasia, ratque Regis Pagani filia, vtraque S. Aetherio sponso S. Vrsulæ, sanguinis nexu colligata: prima Cyriaci Pontificis Consobrina, agnata Virginis Cordulæ, & ipsa vndecima earum, quæ præerant chiliadi. At quomodo Magistra fidei aliarum, quæ Baptismum ipsa nondum receperat? Multa obstare poterant in Britannia impedimenta ab amicis, multa à parentibus Paganis: nec defuit consilij diuini rata & æterna dispositio decernentis, vt non nisi Romæ baptizarentur eæ, licet iam tum in regia Dionethi cum aliis initiari Christianis sacris flagitassent: ita enim B. Hermannus de ijs loquitur. *Fuerunt inter eas Virgines quamplures Catechumenæ, quæ cum adhuc in Palatio Regis essent S. Vrsulæ Patris, acceperunt cœlitus responsum, quoniam non forent baptizandæ: quarum primæ, & nobiliores erant B. Lucia, & S. Anastasia duorum filiæ Regum.* Res peracta in Vrbe magnifico apparatu, fauentibus Romanis optimatibus, & familiaribus Imperatoris, qui profecto ad bellum Germanicum Imperatore, rebus gerundis præsidebant. Adstabat Cyriaco Collegium Cardinalium, episcoporum, & Sacerdotum; aderant Reges & Principes exteri, sodalitij Vrsulani comites, præter Romanos ordinis Senatorij, vel Magistratibus etiam gestis nobes, qui ritus & virgines in fide confirmabant, & gentilibus stimulos admouebat ad maiestatem illam mysteriorum Christianorum suspiciendam: mirè enim semper valuit in Ecclesia Catholicâ iam inde ab Apostolorum temporibus magnificus ille rei diuinæ apparatus: illud regale prorsus sacerdotium, quo animi mortalium sanctitate rituum externorum, & mysteriis ad cultum diuinum summa religione obeundum excitantur. Porrò in diem sequentem solennis indicta per Vrbis tutulos, & ad SS. Apostolorum limina supplicatio.

Lib. 1. c. 16.

Solennis apparatus Baptismi.

CAPVT XXVI.

An, & quot Ecclesiæ Romæ fuerint tempore S. Vrsulæ, & de ornatu earum.

SVbdubitare quis posset, vbinam Baptismus ille Virginum ea pompa & apparatu fuerit celebratus; num eo tempore Romæ fuerint templa Christianorum ædificata, an verò tantum priuatis in ædibus res diuina perageretur. Equidem fatear nũquam temporibus gentilium Imperatorum, vti modo Basilicas fuisse regio opere excitatas: quæ Constantini Magni æuo reseruatæ sunt. Qui tamen Ecclesiæ primordia iam inde ab Apostolorum temporibus inspexerit, is testibus Catholicis, & gentilibus deprehendet, iam tum Ecclesias satis amplas, & ornatas in Vrbe exstitisse. Constat Pudentis Senatoris à S. Petro baptizati domum in templum mutatam, ad Sacra obeunda, qui *Titulus Pastoris* dicebatur: sita hæc Ecclesia fuit ad radicem Viminalis prope Exquilinum. Porrò *tituli* nomen ab Euaristo Papa dati

Tituli etymon.

est templis, cruce insignitis, quod sicut domui, quæ Imperatoris Fisco attri-
tur, velum cum insignibus Imperatoriis affigebatur (quod *Titulus*, & à S. Am-
cortina Regia dicebatur) ita signum, quo domus aliqua diuinis & sacris vsibus
ebatur à Christianis, esset vexillum crucis ei affixum. Hinc L. vlt. C. de Pa-
Theodosius ipse Imperator edicto sanciuit, vt delubra gentilium Christianæ
gionis cultui manciparentur, *collocato in eis venerando Christianæ Religionis signo.*
L. vlt. C. de SS. Eccles. & L. Decernimus C. de Epis. & Cler. apud Iustinia.

Romæ porrò obtinuit vetus loquendi vsus, vt non omnis Ecclesia *Titulus* dice-
r; sed tantum insigniores, quibus Presbyteri Cardinales præficerentur, vt ad
lij notat Baron. Euprepia item domū suã in *Titulum* simili erexit modo, vt Pius
testatur Epistola ad Iustū Episc. Viennensem. *Antequam Româ exisses, Soror no-
Euprepia, sicut benè recordaris, Titulum domus suæ pauperibus assignauit, vbi nunc cum
ribus nostris commorantes missas agimus:* & Epistola posteriori ait, *Presbyter Pastor
Titulum condidit.* De Euaristo quinto à S. Petro Pontifice Maximo memoriæ pro-
di mest, eum Presbyteris Titulos diuisisse, dum nouos Titulos, & Ecclesias erexit
rsis in Vrbis partibus: vt cum Christianis insigni incremento quotannis auctis
etiam Ecclesiæ multiplicarentur: quarum ea facta est accessio, vt 20. ferè post
rsulæ Romanam peregrinationem annis Pontifice Cornelio 46. Ecclesiæ nu-
rarentur, id ipse Cornelius Papa testatur apud Eusebium literis ad Fabium An-
tiochiæ Episcopum exaratis, Optatus verò Milleuitanus ait 40. & quod excurrit
fuisse in Vrbe exstructas Basilicas: qua voce videtur innuere nonnullas ex istis fuis-
se magnifico opere exædificatas, præsertim si quæ indulgẽtia Imperatorum à Chri-
stianis erigerentur. Talis videtur ipso S. Vrsulæ æuo summa Alexandri Imperato-
ris voluntate trans Tyberim Deiparæ à Calixto Papa constructa eo loci, vt rectè
Bonius suspicatur, vbi Augusti tempore stabat *Taberna Meritoria*, ex qua oleum
magno miraculo erumpens profluxit copiosè, quo proximus Christi nascitūri ad-
ventus Romæ fuit demonstratus: testantur id gentiles, & Sacri Historici. Lamprid.
gatilis, qui res Alexandri accuratissimè tradidit posteritati, ita scribit. *Cum Chri-
sti quendam locum, qui publicus erat, occupassent, contra Popinarij dicerent sibi eum debe-
re, escripsit (Alexander) melius esse, vt quomodocunq; ibi Deus colatur, quam Popinariis
dedicatur.* Videntur Popinarij, quod publica olim Taberna & Hospitium mercena-
rium fuisset, quasi ad se artis vsu pertineret proprium sibi facere voluisse: sed Alexã-
der, qui Christum quotidie in Larario colere consueuerat, eum Christianis adiudi-
cauit, vnde à Calixto insignis erecta Ecclesia, de qua gesta eius ita meminerunt.
Sic fecit Ecclesiam S. Mariæ trans Tyberim. Inter has Basilicas 46. censeo numeran-
dus memorias SS. Apostolorum, in quibus id mirandum; cum gentiles sæpè Chri-
stianorum sepulcra violarent, & ossa refossa dissiparent: semper tamen à Sepulcris
Apostolorum & sacris eorum memorijs, seu ædificiis desuper structis sacrilegas ma-
nus abstinuisse. Porrò necessitatem Basilicarum ampliss imarum constituenda-
rum refert Eusebius ob florentissimum Ecclesiæ statum vsq; ad A. 302. & tempora
Diocletiani: dum ait. *Quomodo quisquam conuentus illos infinita hominum turba fre-
quentatos, multitudines in singulis ciuitatibus coactas, illustres hominum in templis concur-
sus poterit oratione explicare? Vnde cum in antiquis illis ædificijs non satis loci haberent, am-
pliores Ecclesias in vniuersis vrbibus fundamẽtis earum ad maiorẽ laxitatem dilatatis erex-
erunt.* Quæ maximè videntur respicere Vrsulana tempora Imperatore Alexandro,
quẽ iam constabat Romanis Christianis Ecclesiã in loco publico constitutã permi-
sisse, & ad Senatum retulisse, vt Christo Romæ delubrum aliquod erigeretur: do-
nec tandem Diocletiani furore 60. post annis hæ, omnes Ecclesiæ solo sunt æquatę,
qui frustra edictum de templis deijciendis edidisset, nisi iam passim vti Romæ, sic
toto in orbe stetissent Ecclesiæ laxissimæ, quas ex Eusebio descripsimus.

Ornatum templorum describit Lucianus Apostata, qui à temporibus Apo-
stolorum ad Traiani vsque vixit Imperium, hic Critiam quendam introducit, qui
cum ab aliquo ad fidem inuitaretur, ab eodem ad Christianorum conuentum est

Titulis præsunt Cardinales. Tom. 1. Bibliothec. SS. PP. epist.

46. Romæ tunc Ecclesiæ. *L. 6. c. 35.*

Nobilissima trãs Tyberina permissu Alexandri viuẽte S Vrsula constructa. *Lampridius*

Memoriæ seu templa Apostolorum. *Euseb. l. 8. c. 1.*

Lucian. in Philopat.

Insignis ornatus primarum Ecclesiarū.

deductus, quem quidem locum his verbis depingit. *Per transiuimus ferreas portas & area limina, multisque iam superatis scalis, in domum aurato fastigio insignem adscendimus, qualem Homerus Menelai fingit esse; atque ipse quidem omnia illa contemplatur, qui Insularis ille adolescens: video autem non Helenam, sed me hercule viros in faciem inclinatos, & pallescentes:* hæc Lucianus. Erant iam ante Vrsulana tempora in vsu sacrorum vasa argentea: dum enim refoderetur crypta, qua Fideles sacra agentes cluſi fuerunt, inuenta sunt in ea multa sacra templi vasa argentea teste Gregorio Turonensi, & in Martyrio S. Laurentij refert Prudentius, aureis etiam vsum fuisse calicibus. Ideo Tyrannus ad S. Laurentium.

Greg. Tur. de gloria M. c. 38.

Prudentius de S. Laur.

Aurei calices.

Libent vt auro Antistites,
Argenteis scyphis ferunt,
Fumare Sacrum sanguinem,
Auroq; nocturnis Sacris,
Adstare fixos cereos.

Argentea vasa.

Ipsa S. Vrsula viuente Vrbanus supellectilem plurimam argenteam, cuius Indicem Vaticanus meminit, curauit in Sacrorum vsum, ita liber Romanorum Pontificum memorat. *Hic fecit ministeria sacra omnia argentea, & patenas argenteas viginti quinque apposuit.* Addit Baronius in eodem, pridem ante lucernarum argentearum vsum in Ecclesia viguisse, eumque tempore persecutionis A. 303. in Ecclesia perdurasse. Eant nunc nescio qui heri nati, tenebriones, & ornatum Ecclesiæ reprehendant, vt nouum & insolentem, quando primos Christianos, lucernis etiam argenteis, vel vt Prudentius ait, aureis vsos esse constat, vt quem Deus in veteri Testamento cultum præscripserat, eodem etiam Christus in nouo coleretur. Ex dictis satis liquet, stetisse Romæ S. Vrsulæ æuo Ecclesias ornatissimas, argentea & aurea supellectili instructas, vt regio potuerit apparatu Baptismus ille in noua Trans Tiberina Deiparæ Basilica celebrari. An verò palam hæc facta sint, vel tantum sollicitis admissis Christianis, non satis constat: illud certum est valdè Cos. in sequentem annum designatis, negotium omne displicuisse, qui ideò Virginibus iam tum cœperunt necem machinari, quas ad Ecclesias & cœmiteria iam deducamus.

CAPVT XXVII.

Virgines lustrant Memorias Apostolorum, & Cœmiteria Martyrum.

Cic. lib. 2. de Legibus.

Loca inspecta mouent.

Athenæ.

Sepulcra clarorum virorum.

PVdeat Christianos non ita adspectu Sacrorum cinerum, & locorum, quæ vi sanctitate illustres viui incoluerunt, excitari, vt Atticus apud Ciceronem: Gentilis affici se dicit consideratione Athenarum, & sepulcrorū veterum Philosophorum: sic enim Ciceronem alloquitur. *Quin ipse verè dicam sum ipsi villæ amici factus, atq; huic toti solo, in quo tu ortus, & procreatus es; mouemur enim nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia. Me quidem ipsæ Athenæ illæ nostræ non tam operibus magnificis, exquisitisque antiquorum artibus delectant quam recordatione Summorum Virorum, vbi quisq; habitare, vbi sedere, vbi disputare solitus, studioseq; etiam ipsorum sepulcra contemplor, quare istum, vbi tu es natus, plus amabo post hac locum.* Nos potius cum Virginibus sacris sepulcra Apostolorū, arenā S. Ignatij, S. Cæciliæ, & aliorū Martyrum intueamur, vt eorum adspectu ad imitationem constantiæ illius animemur, hæc enim causa præcipua, cur tam longinquum iter susceptum esset, quem Sanctus Augustinus finem præfigit talibus peregrinationibus, & festiuitatibus Martyrum. *Populus Christianus memorias Martyrum religiosa celebritate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur. Ex ipsorum enim locorum admonitione maior affectus exsurgit ad acuendam caritatem in illos, quos imitari possumus, & illum*

Lib. 20. cōtra Faustū c. 21.

illum uo iuuante possumus. Fecere id Virgines Vrsulanæ, quæ cum locum illum Apostolorum ipsorum doctrina, habitatione, vinculis, sanguine, & sacris exuuijs consecratum adspicerent, eorum se precibus, aliorumque Martyrum toto quo ibi subsistendo quatriduo ardenter commendarunt. Ita enim B. Hermannus c. 16. Romanam commorationem Virginum enarrat. *Virgines autem Christi Virginali gratia refulgentes, mirabilem de se cunctis opinionem virtutis, & decus sparserunt, insigne cœlestis gratiæ, & boni odoris fragrantia omnibus ministrarunt, quæ cum illic quatuor dierum moram facerent orationis gratia Sanctorum loca circumeuntes, & Ecclesias Agonis sui triumphum, & Martyrij sacri calicem, quem in proximo erant bibituræ Domino, & suæ genitrici gloriosæ, atque Apostolicis, reliquijsque sanctis deuotè commendarunt.* Addit vetus historia feciſſe id: *Peruigiles in Oratione, & cum lacrymis,* vt mihi videar non posse Virginum harum pietatem melius describere, quam verbis illis, quibus S. Hieronymus S. Paulæ Romanæ viduæ peregrinationem Hierosolymitanam depinxit capite tertio. *Loca tanto ardore, & studio circumiuit, vt nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset abduci; prostrataque ante crucem quasi pendentem Dominum cerneret, adorabat: ingressa sepulcrum resurrectionis, osculabatur lapidem, quem ab ostio monimenti amouerat Angelus, & ipsum corporis locum, in quo Dominus iacuerat, quasi sitiens desideratas aquas pio ore lambebat: quid ibi lacrimarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, testis est cuncta Hierosolyma, testis ipse Dominus, quem rogabat.* Idem rectè dixero, cum Sancta Apostolorum sepulcra inuiserent, prostratas humi Virgines cum lacrimis terram exosculatas, vt ægrè à Sanctis illis ossibus auelli potuerint, nec ante videantur discessisse, quam vt quos Patronos venerabantur, eosdem comites haberent, impetratis Sanctorum Apostolorum reliquiis, quas S. Vrsula inter cimelia ciſtulâ eburneâ Coloniam transtulit, vbi adhuc religiosè eadem in capsulâ vetustate ferè fatiscente seruantur. Hic Virgines singulæ tanto fortitudinis exemplo se ipsas ad constantiam, ipsiq; Reges animabant ijs verbis, quibus S. Augustinus in sermone quodam cum de SS. Martyribus ita seipsum affatur. *Petrus hoc erat, quod tu: Paulus hoc erat, quod tu: Apostoli & Prophetæ hoc erant, quod tu. Si imitari pigeat Dominum, imitare seruum, præcessit agmen seruorum, sublata est excusatio pigrorum. Postremo adhuc dis impar sum Petro, impar sum Paulo, impar es veritati, coronatur rusticitas, non excusatur vanitas, postremo impar es puellis, impar es S. Valerianæ,* &c. Sic palmas sibi tot tenerrimarum Romæ per Christo cæsarum Virginum ad imitandum proponebant: dum se earundem precibus supplices commendarent. Sed operæ pretium factum videor, si rerum Ecclesiasticarum ignaris cœmiterimũ Romanorum rationem oculis quasi subijciam, vt videant, vel ideo etiam Vrbem adiri potuisse, vt locorum horum adspectu animus magnopere ad pietatem & constantiam acueretur.

B. Herm. l. 1. c. 16.

S. Hier. ep. 27. ad Eustochium.

Exosculatio reliquiarum.

Palmæ Martyrum animãt ad martyriũ.

Apud Romanos Veteres Lege 12. Tabularum non licuit communiter mortuos intra Vrbem sepelire. Raris enim permissum fuisse testatur Augusti Mausoleum: & alia vetera monimenta. Ideo varia propè Vrbem loca conquirebantur, præcipuè verò via Latina, vt docet Wolgangus Lazius. *Romæ erat cõmunis pro loculis etiam minimo loco hominum via Latina.* Meminit Strabo, & Suetonius in Domitiano. *Cadauer eius,* inquit, *populari sandapila per Vespillones exportatum, Philix nutrix in Suburbano suo via Latina funerauit.* Huc alludit Satyricus illo versũ.

Cliuosæ veteris dum per monimenta Latinæ.

Sepulcra Romanorum extra Vrbem.

Lazius l. 3. de Rep. Ro. Via Latina *Strab. l. 5. Geogr.*

Toto Christi fidelibus his locis exstabant diuersa cœmiteria quasi dormitoria, cum enim Scriptura mortem iustorum somnum nominet, rectè Christiani nõ mori, sed obdormire in Domino dicũtur, & locus sepulcrorũ cœmiteriũ. Dicebãturhæc eadẽ loca areæ apud Tert. libro ad Scapulam, tumbæ, catatũbæ, vel cacatũbæ, cryptæq; arenarię, ex loci naturâ nomine comparato: deligebãtur enim in sepulcrorum vsum cryptæ arenariæ ad eum vsum perquam accommodatæ; voce tamen vsitatiore cœmiteria nominãtur, quasi loca quietis, è quibus denuo in cõmuni humani generis anastasi Christiani sint excitandi. Nobilissimũ eminebat Romæ in Vaticano, in quo præter S. Petri exuuias Pontifices cõditi quiescebant, aliud erat Calixti recentius. Enumerat Baron. ad A. 226. n. 9. eorũ 43. diuersa, quæ breuitatis causa prætermitto.

Cœmiteria.

Cur dicta catatũbæ & cryptæ arenariæ.

Forma eorum.

Formam horum idem describit ad annum 130. occasione cœmiterij S. Priscillæ nioris recens inuenti, ac Iudæorum sub Adriano deficientium: de quibus Dio i Adriano. Id Baronius ob eius amplitudinem, multasq;, & diuersas eius, vias subterraneam ciuitatẽ nominat: quippe, quod in ipso ingressu primaria via ceteris amplior pateat, quæ hinc inde vijs diuersis diuidatur: ijsdemq; frequentibus: eæ rursus in viculos secentur, & angiportus. Rursus, vt in ciuitatibus, statis locis fora quæ am pliora visuntur ad conuentus sacros agendos, eademq; Sanctorum imaginibus exornata: nec desunt licet nunc obstructa ad lumen recipiẽdum desuper excisoramina. Obstupuit Vrbs ipsa cum in suis suburbijs abditas se vidit habere ciuitates, & quæ apud Sanctos Patres legerat, suis iam oculis intuens admirabunda spectauit. Morem autem diebus Dominicis ea adeundi S. Hieronymus dum de se loquitur in Ezech. c. 40. ita exponit. *Dũ essem Romæ puer, & liberalibus disciplinis erudirer solebam cum ceteris eiusdem ætatis, & propositi diebus Dominicis sepulcra Apostolorum & Martyrum circumire, crebroq; cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossæ, ex vtraq; parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum, & ita obscura sunt omnia vt propemodum illud Propheticum impleatur, Descendant in infernum viuentes, & raro aũper lumen admissum horrorem temperet tenebrarum, vt non tam fenestram, quam foramen demissi luminis putes; rursumque pedetentim acceditur, & cæca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur. Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent.*

Ciuitas subterranea.

Festis diebus frequentabãtur.

Visitatis Sanctorum Apostolorum memorijs, aliorum Martyrum tenebrosa subeũt cœmiteria: obstupuere sanè tot millium fortissimorum vtriusq; sexus Pusillum palmas contemplatæ, quæ ad multorum sepulcra symbola Martyrij depictas cernebantur: vnde vehementer eorundem imitationis cupidæ ad futurum sum agonem læto constantiq́ue animo perferendum exarserunt, *dum piis internus paeretur ardor obtutibus.* Dici non potest quomodo exsultarint animo inspecto in Calixti Cœmiterio S. Cæciliæ monimento. Erat hæc genere nobilis, Patriâ Romana, opibus florentissima, quinquennio ferè ante eodem Imperatore Alexandro Præfectorum Vrbis peruersitate, & gentilium Sacerdotum furore cum sponso Valeriano eiusque Fratre Tiburtio magno miraculo ad fidem traductis, & Angelo alloquio recreatis, Martyrij & Virginitatis aureolis decorata. In hac & sponso Tiburtio totius futuri sui Societatisque tam regiæ certaminis ex diuino oraculo scia se, suum sponsum & cognatos affines quodammodo adumbratos, velut in speculo cum ingenti gaudio contemplabatur Vrsula: & rectè si eo situ & ornatu S. Cæciliæ corpus in Sarcophago compositũ fuit, quo postea à Paschali A. 821. & à Clemente 8. summis Põtificibus repertum fuit, aureis indumentis sanguine perfusis & monstrari potuit egregium fuit spectaculum tot Episcopis, Regibus, & Reginis, quæ faces ardentissimæ eorum animis ad simile certamen perferendum subijcerent: vt proinde mirandum non sit, cur hunc Sanctum cœtum tam illustri Martyrio æterna Sapientia destinatum Romam ad firmandos singulorum animos profecit, ipse Deus, decreuerit. Quis autem fando exsequatur, quanta cœlestis gratiæ undantia tot Martyrum inuocatorum precibus impetrata societatem illam omẽ repleuerit? quæ cœlestium consolationum copia Virginum animos perfuderit: qui fontes lacrimarum eruperint, testes internæ pietatis, & incensi desiderij, quo singulæ ardebant sanguine pro Christo profuso, horum se Martyrum exemplis conformare, vt agno illi castissimo nouum accinerent canticum, eum vt in vita & morte, sic in gaudijs pariter subsequendo.

Apud S. Hieron. tom. 9. epist. 10.

Adspectus S. Cæciliæ quos excitare mor' potuerit.

Consolationes diuinæ Virginum.

Dubitare quis posset, num tot millibus tam liberè cœmiteria visendi fuerit permissa libertas. Ego factum id esse Imperatoris indulgentia mihi prorsus persuadeo: qui & Calixti erectum in publico loco templum approbauit, & indulsit, vt is nouum etiam Christianorum cõderet cœmiterium, in quo paulo post fuit S. Cæcilia tumulata. Ita lego 25. annis circiter post Martyrium S. Vrsulæ eandem potestem cœmiteria solenni pompa adeundi à gentili Imperatore Gallieno factã Christianis, cum enim Valerianus Imperator An. Christi 262. prælio victus, & à Persarum Rege Sapore comprehensus, pro suppedaneo scabello seruiret, quo conscensuri

Imperatores gẽtiles permittũt Christianis visitationẽ cœmiteriorũ.

equum vteretur, vt immanem Deus barbariem vlciſceretur, qua Chriſtianos affli rat, Filius eius Galienus parentis malo territus, reſcriptum ad Epiſcopos mi- o cœmiteria fecit omnibus integram adeundi,& occupandi poteſtatem; alias reſ pſit Dionyſio Papæ, iuſſitq;, qui loca religioſa Chriſtianorum poſſiderent, ab ill s iſcederent: exemplar edicti recitat Euſebius. Nunc Imperij politicum ſtatum Im ratore Alexandro videamus, vt oſtendatur facilè hæc omnia ea tempeſtate ger otuiſſe. *Euſeb. l. 7. c. 14.*

CAPVT XXVIII.

Status Politicus Romani Imperij An. 237. & de Mammæa Imperatoris Alexandri Matre Chriſtianâ, & vt quidam volunt, Martyre.

EXPLICATO Vrſulani temporis Eccleſiæ ſtatu florentiſſimo, capite & Rectore Pontiano; ſed relegato, cuius Vicario munere Cyriacus Britannus fungebatur, ſt s Imperij Romani contemplandus ſupereſt: qui ſi alius vnquam imperantibus ge tilibus felix fuit, hac videtur tempeſtate Imperatore Alexandro exſtitiſſe feli- ci mus: quod vt clarius eluceſcat, primo oſtendam Matrem Imperatoris fuiſſe Chriſtianam, tum natiuitatem Alexandri, caſtam educationem, ſummamq; in fi- de Chriſtianam propenſionem Ethnicis teſtibus demonſtrabo: denique bella e- ius em perſequar; inde conficietur aptè cuncta cum hiſtoria Vrſulana conue- nire. *Status politicus tempore S. Vrſulæ felicis ſimus Eccleſiæ.*

Ac primò gentiles ſcriptores, licet ob Chriſtianæ fidei propenſionem Mammææ Alexandri matrem auaritiæ, & Herodianus etiam ambitionis inſimulent, non poſ- ſu t tamen diſſimulare ſummas eius laudes in cura, Alexandri in medijs aulæ fla- gi oſiſſimi Imperatoris Elagabali corruptelis caſtè, ſobriè, & grauiter ad omnem v tutis honeſtatem educandi, ne quenquam familiarium corruptis haberet mori- bs, à quo filij caſtiſſima indoles vitijs inquinaretur: ſolicitudinem eiuſdem laudāt, c od eiectis è Senatu, & officijs publicis, ſceleratiſſimis, quibus ſolis Elagabalo do- minante patebant eæ dignitates, iam viri graues, & apti ad ea promouerentur: ſed cia Hipolyti, Origenis, aliorumque Chriſtianorum familiaritate vtebatur, & in ſ miliam Imperatoriam adlegebat Chriſti fideles, duo reprehenderunt in ea gen- es, primò ſordes auaritiæ, ſecundò notam ambitionis: vtroque videtur vitio ca- uiſſe; ac licet Baronius permittat eam à virtutis ſemita paulatim deflexiſſe: conſtā- m tamen arbitror in fide perſtitiſſe; & primo quidem malè illi à maleuolis auari- am impactam: cū enim Deū timeret; luxuriam, & faſtum deteſtaretur; adeoq; ex- ſſe vellet aula, palatioque Ganeones, & corruptores iuuentutis, ac delicias, quibus irilis Imperatoris animus emolleſceret, & in vitia raperetur, ideo attentior ad rem abita fuit, præſertim cum ſoror eius Elagabali vxor in omnem profuſa luxum, pro- igeret omnia in ſumtus inutiles, vt Lampridius, Dio, alijque tradiderunt. Alte- um ei vitium impingit Herodianus (Alexandro in pleriſque infenſus, & inimicus) iam eam facit, *iracundam, & gloriæ appetentem*, adeò, vt vxorem Alexandri curarit n exilium deportandam, quo ſola diceretur Auguſta; ſed exilij iuſti falſam effingit cauſam: nam morte potius exilium fuiſſet commutandum, ob coniurationem filiæ cum parente in necem Alexandri Mariti ſui: qua de re ex temporis illius hiſtorico Dexippo (qui rebus geſtis interfuit) ita Lampridius loquitur: *Dexippus dixit eum* (Alexandrum) *cuiuſdam Martiani filiam duxiſſe, eundemque ab eo Cæſarem nuncupatum, verum cum vellet inſidijs occidere Alexandrum, detecta factione & ipſum interemtum, & vxorem abiectam.* Vnde videntur ſcriptores gentiles in odium fidei falſas de Chriſtiana femina ſparſiſſe calumnias, vt notas ipſius, & certas virtutum laudes

Cur auara videretur.

Fuerit ne ambitioſa.

Lampridius ex Dexippo.

Ob Mammeam matrem Imperatoris Chriſtianã Eam ideo ſcriptores gentiles carpunt.

offuscarent; & tantum abesse videtur, vt desciuerit à virtute, vt eam etiam non putent in Martyribus esse numerandam.

Christiana fuit edocta à S. Hippolyto.

Ac Christianam fuisse docet, *primo*, Epistola S. Hippolyti Episcopi Portuensis ad Reginam scripta, de qua Theodoretus meminit: & rectè Baronius ad annum Christi 229. *existimat*, non aliam illam, quam Mammæam existimandam. Hippolytus scriptor ea ætate celebris, Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ decus ingens; illam conuersione 30. millium gentilium auxit; hanc eruditissimis monimentis nobilitauit: cuius cyclum annorum sedecim anno 1633. Ægidius Buchierius litum notis illustrauit. In hac videtur Augustam (quam forte priuatim instituerat) de rebus quibusdam ad fidem necessarijs monuisse, & fortasse eo tempore, quo Roma, imò ab Italia aberat. Docet *secundò*, Originis Antiochiam à Mammæa facta euocatio, quæ iam tum videtur tantum in rebus fidei profecisse, vt huius etiam in sacris literis peritiam voluerit periclitari. Rem gestam narrat Eusebius. *Mammæa*, ait, *mulier, si quæ alia virtute, & pietate spectatissima, vitæ moribus cumprimis religiosa, audita Origenis fama, eum videre cupiebat, vt eius in sacris literis intelligentiæ periculum faceret.* His verbis satis declaratur, eam tum Christianam fuisse, ab alio institutam; & eo vsque prouectam, vt de sacris Christianorum literis posset iudicare. Quid effecerit Origenes, & quomodo euocata ita memorat. *Illa igitur iam tum Antiochiæ commorans* (Alexandro bello Parthico & Persico occupato) *per turbam satellitum illum ad se accersiuit, apud quam ille vbi tempus moram faceret, & multa quæ ad gloriam Domini, & diuinæ eius disciplinæ potentiæ amplitudinem spectabant ei exposuerat, ad consueta studia se maturè recepit.*

Et Origine.

Euseb. lib. 6. c. 15.

Otto Fris.

Viterbiens.

Platina.

Nicephorus.

Consentiunt Chronologi antiqui, & Veteres. Otto Frisingensis cap. 31. *Alexander ait ex Mammæa Christiana muliere natus rectè gubernauit, Artaxerxem Regem Persarum maximo bello deuicit*: Viterbiensis, *hic ex matre nomine Mammæa Christianâ natus Remp. laudabiliter gubernauit.* Marianus Scotus, *Maximinus persequitur Ecclesiam propter Christianam Alexandri familiam, cui succensuit & Mammææ Matri eius, & præcipuè propter Origenem Presbyterum*: quia vt autor est Platina in vitis Pontificum, cum Mammæa accersiuisset Originem, is *Mulierem Christianam fidem edoctam relinquens redijt.* Consentit Nicephorus Calixtus, qui cum Mammæam laudasset à pietate, modestia, & castitate, de Origene ait, *quod eam doctrina sua ita, vt par erat, ad diuini verbi Christianæque disciplinæ amorem excitarit.* Subdit *eam Religionis diuinæque pietatis studiosam exstitisse.* Eadem habent Bergomensis in supplemento, Fasciculus temporum, Nauclerus, alijque.

Martyr Creditur esse.

Petrus l. 11. c. 24.

Martyrem & sanctam eam vocat Petrus Equilinens.

Iam verò non desunt, qui ipsam non dubitarint Martyribus adnumerare. Certè cædem Alexandri Scriptores gentiles adscribunt ferè odio Matris, & Christiani ferè consentiunt, quia ab Origene fide erat Christiana informata. Ideoque Petrus Equilienſis Episcopus in Catalogo Sanctorum post narratam Leonidis (qui Origenis parens fuit) perpessionem, Martyrium Mammææ scribit.

De S. Mammæa regina & Martyre.

Mammæa regina mater fuit Imperatoris Alexandri, cuius temporibus Origenes Ecclesia Dei sapientia, & eloquentia, ac vita floruit: hæc (vt de ea scribitur lib. 5. cap. 16. rariis) religiosa femina, cum de Origene fama magnifica vbiq; & celebris haberetur, vt non Principum quidem lateret aures; missis militaribus viris Antiochiam, (vbi per idem tempus ipsa regina degebat) cum omni honore & supplicatione ad se famulum Dei orat venire, vt sacrarum literarum, & fidei ab eo perciperet documenta: à quo & ipsa Catholicæ religionis & diuini verbi monimenta suscepit, & Baptismi Christiani latenter Sacramentum recepit: ob quod ab Imperatore Alexandro filio suo Christiani nominis persecutore interfecta

verl.

Martyr Domini consecrata. Ita Episcopus Equiliensis: in cuius extrema irrepsit error, ita corrigendus. *Ob quod cum Imperatore Alexandro filio suo à mino Cllristiani nominis persecutore interfecta est:* quem etiam errorem notat gius Wicelius cum eam magna cum laude lib. 12. cap. 7. in Martyribus nume- *Mammæa regina Alexandri Imperatoris mater, vixit tempore Origenis, pien- femina: quæ cum famam incomparabilis viri, & Doctoris Origenis inaudisset, n mouit lapidem, vt coram ab eo diuinam audiret legem, ac disceret: multis etiam us eò virum impulit, vt Alexandriâ Reginam conueniret Antiochiæ, doceret, mo- , confirmaretque in doctrina fidei: perfectis autem omnibus ad Dei gloriam, quo- ratia venerat, redijt ad consueta studia. An verò Mammæa à Filio suo Alexan- o fide Christiana sit martyrio coronata, relinquo in medio: id certè nondum in Eu- eperi. Apud Herodianum verò lib. 6. lego ipsam vna cum filio Alexandro multisque iaribus à Maximino tyranno fuisse trucidatam. Dandum etiam aliquid Herodia- t gentili, qui Mammæam vbique verbis lacerat, eamque præsertim tenacitatis, ac biæ condemnat: occulto sanè in Mammæam Christianam feminam flagrabat odio, uis fidem ipsa Christi non ita palam profiteretur: Filium ipsa genuit Alexandrum ratorem, prope Rhenum interfectum, vt alij Moguntiæ; Ficeliæ referunt alij: Fuit mperij sui annis Christianis perstudiosus, vnde videtur in odium gentilium incur- Nicephorus Reginæ huius vt piæ, & Christianæ feminæ laudes celebrat.* Ita Wi- is. Vult etiam Bergomensis ad annum 237. ob Christi fidem maximè à Ma- no mortem Mammææ esse desideratam cum ait. *Hic* (Maximinus) *sextam cutionem post Neronem exercere cœpit, & quam maximè in Origenem, & Mam- m Alexandri Principis matrem Christianissimam; quorum mortem summopere cupie-* Miris eandem encomijs decorat Iulius Cæsar Capacius in elogijs illustrium ierum: & à calumnijs gentilium vindicat: primasque ei dat in Imperatori- religiosis.

Iulia Mammæa Alexandri Seueri Imperatoris mater, tantarum rerum, quæ vulgò oc magno viro referebantur desiderio accensa; rara, quæ ad Religionem spectant ex- ns Origenis (qui Adamantius dicebatur) nomine, & fama permota, quæ ad omnium ncipum aures incredibilis peruenerat; cum quæ ex Pantæno, & Heracla hausisset; quæ mnium Philosophorum scholis comparasset, ex Platone, Numenio, Chronio Apollo- nc, Longino, Moderato, & Nicomacho didicisset, quæ ex Cheremone, & Phornuto rat assecutus, cum omnium admiratione, maximo eloquentiæ flumine profunderet, il ardentius optauit, quam Origenis præsentia & sermone perfrui; literis, fide, pru- tia à tanto viro institui. Misit ad eum milites, quorum comitatu Romam veniret: obsecrent, vt supplicent, omnique reuerentia recipiant, iubet, Origenem imperio ante- endum exponit. Venit tandem & præsentia quam fama clarior, omnibus ritè pera- s, quæ Dei gloriam decebant, quæ firmandis in fide eorum animis cognouerat, Antio- iam redijt. Hæc tamen egregia Mammæa æmulata est? Tantum religioni attulit iumenti? Cum filio igiiur extollatur; qui religioni huiusmodi fuit addictus, vt rem uinam matutinis horis in loco, vbi Lares erant, Diuorumque Principum imagines, non odò Apollonio, Orpheo & huiusmodi numinibus; sed etiam Christo & Abrahamo face- t; & Christo templum condidisset, nisi à sacra consulentibus esset prohibitus, qui Chri- ianos inde omnes futuros prædicebant: cur igitur in Alexandro pietatem, atque hu- anitatem admirabor, qua à cædibus, & crudelitate abhorrebat, vt neminem nisi iudi- io damnatum perire passus fuerit, si à matre tam pia procreatus optimi Principis simula- rum præseferebat? Barbaro atque impio sit animo Princeps necesse est, cui esit clementia; quam dotem dicunt imperatorum. An fortassis Mammææ auari- iam accusabis, cuius causa deficientibus ad Maximinum militibus cum filio in tabernaculo ccisa fuit? Auara profectò habita est, & congerendæ pecuniæ adeò cupida, vt sordida uerit existimata: sed à militibus. Quis ignorat hoc hominum genus? velle sibi à Prin- ipibus omnem substantiam erogari? Prudentia hæc in Imperatrice erat, quæ ab alijs ma- ribus neglecta florentissimorum regnorum attulit labem & calamitatem. Vario Gene- io Martiano Syro nupta fuit. Addamus Caroli Pinti de ea epigramma.

Iulia

Geor. VVic. lib. 12. c. 7.

Bergomens.

Iulius Cæs. Capacius.

Desiderat audire Origenem.

Instituitur ab eo.

Alexandri propensio in Christũ.

Obiecta Mammææ diluit.

Iulia quæ Moesa genita es, genitrixq; Seueri
Quæ Augusto es Vario sanguine nupta Syro,
Pulchra fide, studijsq; tuæ perpulchra Mineruæ,
Spectandisq; tuis credita pulchra genis;
Vtraq; mamma tibi probitatis lacte repleta est,
Vtraq; pro eximijs mamma remuncta viris.

Hactenus ex Cæsare Capacio laudata & defensa Mammæa: quæ quoad vixit, [illegible]ma abstinentia, moderatione, & prudentia cum filio Romanum imperium gu[illegible]nauit: hanc ita Romani dilexêre: vt eâ cum filio solenni apotheosi Diuis adscri[illegible], anniuersariam decreuerint ijs festiuitatem: nunc à matre castissima & integerr[illegible], ad filij Natales, & laudatissimam educationem veniamus: è qua coniectura [illegible], tali matre filioque dominantibus rerum, facilè peregrinationem Romanam [illegible] potuisse.

CAPVT XXIX.

Dies Natalis Alexandri & educatio pia.

Alexandri Imperatoris laus.

FVIT delicium Vrbis & Orbis Alexander Mammææ Filius, speculum ho[illegible]statis, & virtutis: quem nulla tangeret adulatio; nullę raperent deliciæ, qui co[illegible]cta sine præcipitatione maturâ cum prudentissimis, & aptissimis ad eam rem [illegible]ectis iudicibus deliberatione statueret, quæ legibus, & rationi maximè consenta[illegible] videbantur: huius ideò natalis dies accuratius inquirendus, vt mortis eius tem[illegible]us deprehendatur, in quo aliqua ratione cardo Martyrij Vrsulani & opportunita[illegible]s peregrinationis Romanæ vertitur; & temporis quo occisus est notitia.

Annus ergò ducentesimus, tricesimus septimus duos numerauit Imperij [illegible]omani moderatores, Alexandrum tredecim annos Imperatorem, & C. Iulium [illegible]aximinum, qui occiso circa Wesaliam Treuericam Alexandro (dum Virg[illegible]es in Italia peregrinantur) violenter inuasit imperium contra Senatus voluntat[illegible]m.

Ortus ei⁹. *Initio vitæ fol. 171.*

Dies Natalis Alexandri dubius est, de quo hæc habet Lampridius: *Interfecto Vr[illegible] Heliogabalo, Aurelius Alexander Vrbe Syriæ Arcena genitus; Varij filius, Variæ Nep[illegible]s Consobrinus ipsius Heliogabali accepit imperium, cum antè Cæsar à Senatu esset appell[illegible]us. Alexandri autem nomen accepit, quod in templo, Alexandro Magno dicato, apud Arce[illegible]m Vrbem Syriæ natus esset, cum casu illuc die festo Alexandri Pater eius cum vxore patri[illegible] solennitatis implendæ causa venisset: cui rei argumentum est, quod eâdem die natalem ha[illegible], quâ ille excessit è vita.*

Natus die quo obijt Alex. M.

Quis ille dies sit, ambigunt Historici: nam Alexandri d[illegible]n obitus obscurè veteres consignarunt: Itaq; res paulò altius ex optimis, & antiq[illegible]ssimis Historicis & Chronologis adiecta crisi recentiorum; sed probatissimorum [illegible]torum erit repetenda.

Extremo ferè Iunio. *Plutarchus. & omnes alij.*

Natus Alex. M. Olymp. 106. an. 1. quo Ephesinæ Dianæ templum conflag[illegible]uit, & quidem, vt Petauius ex Plutarcho docet, tempore ludorum Olympicor[illegible]m 6. mensis Hecatombæonis, qui nostro ferè extremo Iunio respondet (solebāt er[illegible] ludi Olympici sub æstiuum solstitium celebrari) Ita Plutarch. Chronicon Euse[illegible] Ponticus, Gordonius, Perer. lib. 9. in Danielem, Schottus in vita Demosthen[illegible]is, Salianus ad dictum mundi annum, Raderus in Martialem: Subscribunt è Secta [illegible] Scaliger, Temporarius, Functius, Capellus, alij: quamuis Diogenes in vita Aris[illegible]telis velit præcedentis Olympiadis anno extremo natum esse, quem ita conci[illegible]t alijs Salianus, quia paulò ante ludos Olympicos genitus, vt extremus annus p[illegible]cedens ad sequentem referatur.

Alex. M. ætatis vicesimo regnare incipit. *Arian. &c.*

Idem annos natus viginti, vt ait Arianus, Plutarchus, Iustinus, Salianus, regnu[illegible] auspicatus est, expletis 20. annis, & 5. Olympiadibus initio Olympiadis centesir[illegible]e vndecimę, cum annum vigesimum primum inchoaret, licet Suidas velit eum 18. [illegible]. quo Prorex Macedoniæ viuo patre fuit constitutus, & Schottus 22. regnum adijs[illegible], quo Thebis euersis Imperator Græciæ fuit nominatus.

Mo[illegible]

Mortuus verò est A. Olympiadis centesimæ decimæ quartæ anno primo, te- Mortuus Olyde
e Ar no, Diodoro, Eusebio & Iosepho exactis vitæ Olympiadibus octo & no- *Arian. l. 7. & aly.*
ata expletis in regno annis 12. id enim expressè Scriptura ait lib. 1. Macha- Anno regni 12.
c. 1. his verbis: *Et regnauit Alexander annis duodecim:* Mensem obitus Mense
hus, Aristobulus, & Commentarij diarij, Dæsium appellant, & diem 28. li- Dæsio.
tobulus 30. eius diem nominet. Hic mensis Dæsius Macedonum respon- In Iunio
io nostro, vt expressè docent Gaza, Lilius Giraldus, Scrarius in Macha- nostro.
caliger in emendatione temporum, Gordonus c. 15. Petauius in Paralipo- *Liuius l. 9. c. 45*
& alij. Scio Liuium imperij 13. dare annos, & Ciceronem vitæ triginta tres, Obiectiones soluũtur conciliatis sententijs aliorum.
verò ad regni 12. annos Diodorum, menses 7. at Arianum menses 8. sed re-
ius in Scriptura Tertullianus contra Iudæos, vt aduertit Pamelius & S. Hiero-
in 11. Danielis, Theodoretus oratione decima in eundem Prophetam, Cle-
Alexandrinus tantum 12. ei annos attribuerunt. Vnde qui vnum addidere,
t Li us & Cicero, de comple to vltimo, & initio sequentis explicandi sunt; qui
verò gni 12. annis certos menses adiunxerunt, de iis locuti videntur, qui inter Phi-
ippi ortem (quæ secundum nonnullos in hiemem incidit,) & Alexãdri promul-
gatu & susceptum imperium intercipi potuerunt. Nec mouere nos Ælianus de- *Aelian l. 2. c. 25. varia hist.*
ber, ii sexto die Targelionis natum, & mortuum esse dicit; nam si quis eum volue-
it mensem vernum existimare, & pro Martio, Aprili, vel Maio accipere, is nimium
ab æquo solstitio, & ludis Olympicis, circa quos natus est, deuiabit: quamuis tamen
nostræ historiæ Vrsulanæ parum incommodabit, vnde videtur æstiuis mensibus
aliquando respondisse. Certum enim est, posterioribus temporibus ordinem men-
sium qui olim fuerat tempore Alexandri, fuisse immutatũ, vt Dæsius Macedonum
aliquando potuerit etiam verno mensi respondere. Ego quia vidi hoc esse niti cõtra
torrentem autorum omnium, malui communem sequi Veterum, & Recentiorum
sententiam, fundatam aliquo modo in sacris literis & SS. Patribus: vt Gordonus
dixit. *Quod ad Alexandri imperium, consentiunt autores de annis natiuitatis, ætatis &* Gordonus c. 15. 99.
mortis Alexandri. Quod spectat ad mensem natum, aliqui putant Alexandrum circa idus Communis sentẽt.
Aprilis, alij Iulium ponunt: Plutarchus in Alexandro notat mortem eius incidisse in 4. Calẽd.
Quintiles seu 28. Iunij.

Scrupulum mouet, quod mensem natalem Alexandri sextum Hecatombæo- Obiectio.
nis mortis verò Dæsium nominemus: vel ij igitur respondere sibi debent, vel ætas
Alexandri excedit 32. vitæ annum. R. Eosdem quandoque concurrisse, & qui- Idem tũc erat Dæsius, qui hecatombæon. *Petau. l. 1. c. 29. P. 2. in Paralip. f. 860*
de viuo Philippo Patre, & Alexandro Filio: id euidenter docet Philippus ipse Rex
epistola sua ad socios, quam recitat Demosthenes Oratione de Corona, & Petauius
docet, licet postea mensium situs mutatus sit. Hic etiam in Paralipomenis retra-
ctâ contraria sententiâ nostræ accedit, & natiuitatem ita constituit. *Anno*
quo Olympias centesima sexta Neomenia cadit in Iunij 16: plenilunium Iunij 30. hic mensis
videtur esse Hecatombæonis, & Olympicus. Nam plenilunium post solstitium accidit: hoc
modo natus erit Alexander Iunij 21. si quidem natus est sexto die Hecatombæonis, vt ait
Plutarchus: de morte verò hæc habet: *Hoc si non absurdè ex illa Philippi epistola su-*
mamur, facilè erit obitum Alexandri in Dæsij, hoc est, Hecatombæonis, adeoque primi
mensis Olympici vel Elidensis exitum conijcere hoc modo, Hegesia Prætore & ineunte O-
lympiade centesima decima quarta, vt ait Eusebius lib. 8. de Demonstratione Euangelicâ
mortuus erit initio dictæ Olympiadis. Verum illud insuper fuerit, quod de Alexandri ætate
scripserunt omnes asserunt, vixisse illum annos solidos 32. vt Cicero Phil. 5. Euseb. 1. de vita
Constantini & alij passim: nam aliquot dies clauso iam expletoque 32. superstes fuit, & liba-
uit de 33. Porrò de mutatione situs mensium post Alexandri mortem facta, quæ
ad mille nodos ex autoribus soluendos iuuat, hæc licet ex eodem attexere. *Ma-* Immutat. postea mẽsium situs.
gna sanè mihi suspicio est, Macedonicorum mensium situm alium Philippi, & Alexan-
dri temporibus fuisse, quam postea sit institutus: etenim Philippus in epistola, quam ad
socios scribit, quamq; Demosthenes Oratione de corona recitat, & nos lib. 5. c. 29. produximus,
cum cum Bœdromione componit, qua ratione Dæsius Hecatombæoni respondebit, Hyper-
beredæus Pianepsioni. Postea mutatus est situs, & Hyperberedæus in Bœdromionem; Lous in
Hecatom-

Hecatombæonem; Dæsius in Thargelionem transitum fecerunt. Quare id ita contigit, quove id tempore, nescimus, vt nec mutationis in Atticorum mensium situ, quam certissimus esse factam, causam tempusque ignoramus. Habemus tandem ex communi & probabiliore sententia fixam mortem Alexandri M. mense Iunio exeunte, vt dies aliquot excesserit 32. annum, & 21. Iunij, quo valdè probabiliter ostendit Petauius natum esse anno, vt rectè Clemens Alexandro consignat post V. C. 959. Sic natus Alexander in spem Imperij, ob multa, quæ hac de re præcesserant prodigia, parentum cura quam optimè educatus est, *& à prima pueritiâ* (ait Lampricus) *artibus bonis imbutus est, tam ciuilibus, quam militaribus, vt ne vnam quidem diem spe sua transire passus sit, quo se non ad literas & ad militiam exerceret. Nam inprimis auis Literatores habuit Valerium Cordum, L. Veturium, & Aurelium Philippum Libertum patris, qui vitam illius postea in literis misit, Grammaticum in patria Græcum Nebonem, Rhetorem Serapionem, Philosophum Stilionem, Romæ Grammaticos Scorinum Scaurini filium, Doctorem celeberrimum, Rhetores Iulium Frontinum, Bæbium, Macrinum, & Iulium Marinianum:* homines literatos amauit, vehementer tamen eos reformidabat, ne quid de se asperum scriberent.

Mortuus Alex. M. in fine Iunij: quo die nat' Alex. Imperator. Pueritia studiosa.

Adolescentia casta.

Cum iam adoleuisset A. ætatis 14. ab Antonino Heliogabalo seu Elagabalo consobrino suo (qui triennio aut paulo plus imperauit) primum iussu Mesæ adoptatus est, deinde etiam Cæsar ab eodem factus, atque in annum sequentem Consul vna cum ipso Antonino Heliogabalo designatus: Hic cum Heliogabalus (vt refert Herodianus) Alexandrum ad choros ducendos saltans inuitaret, *Mater Mamæa ab omni illa fœditate vindicabat, summis clam Doctoribus omnium disciplinarum scientiam, modestiamque edocebat; palæstra, virilibusque gymnasiis exercebat, Græcis, & Latinis literis imbuebat: ita nihil erat Heliogabalo impurius, nihil Alexandro castius, & modestius.*

Lib. 5.

Herod. in fine lib. 5.

Hinc natum odium Heliogabali in Alexandrum, & vitæ insidiæ, quas defensi bus militibus, & Senatu cum euasisset, milites amore Alexandri prouocati Heliogabalo trucidato, ac foras eiecto, eum vulgi ludibrio exposuerunt, & in cloacas iecerunt. Ita Alexander summâ omnium Ordinum lætitiâ, ac gratulatione imperium, & Augusti nomen suscepit. Hoc etiam honoris ei à Senatu additum vt *& Patris Patriæ nomen, & Ius Proconsulare, & Tribunitiam potestatem, ac Ius quintarum tionis referente Senatu vno die assumeret.* Quæ extraordinaria celeritas à Senatu vsurpata est, *ne milites alium cum belli ciuilis periculo nominarent.* Quinimo & Antonini cognomen (quod Romani plurimi faciebant) sibi in Senatu summa omnium consensione oblatum, constantissimè recusauit, eaque re multo magis omnium Ordinum studia, beneuolentiamque sibi conciliauit.

Herod. in fine lib. 5. Lamprid. in Alex.

Modestia insignis.

CAPVT XXX.

Vita Alexandri in Imperio inculpata, vt probabile sit eum animo fuisse Christianum.

Initia Imperij.

PRIMA Alexandri assumto imperio cura fuit, vt impuros, & infames omnes (quibus Heliogabalus Senatus, Vrbis, & Prætorij Præfecturam crediderat) primitus à Magistratu, palatio, & officiis semoueret, optimis quibusq; consilio Mammææ matris subrogatis, quos quidem matura deliberatione præuia deligebat, a solicitudine, vt nullum sine omnium, qui aderant Senatorum, vel summorum, qui in palatio habebat, suffragio adscisceret in Senatum.

Delectus familiariũ & Senatorum.

Consiliarium.

Consilijs præerant Iurisconsultissimi Fabius Sabinus (sui temporis Cato) Domitius Vlpianus Iuris peritissimus, Aelius Gordianus (Gordiani Imperatoris Pater) Iulius Paulus, Claudius Venutus Orator facundissimus, Pomponius legum peritissimus, Celsus Proculus, Modestinus, & alij. Horum opera multas edidit leges, iustitiæ sempe

&æ

qi tenaciſſimus. Has in tres redegit claſſes Ioannes Wolffgangus Freimonius
nhonia vtriuſque Iuris Chronologica à f. 500. ad 688.

rant in Alexandro virtutes morales omnes eximio quodam cum ſplendore: Virtutes Imperatoriæ.
patum tamen iuſtitia tenuit, quam ſemper coluit ſtudioſè adeo, vt præceptum illud naturæ, quod vel *à Iudæis, vel Chriſtianis*, ait Lampridius, *inaudierat. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & ſæpe vſurparet ipſemet, & in operibus publicis, ubi dilatio curaret inſcribendum: hoc ipſum, ſi quem iuſtitiæ reum plecteret, publica præconis voce proclamabatur: Si quis de via in alicuius poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci aut fuſtibus ſubijciebatur in conſpectu eius, aut virgis, aut condemnationi: aut ſi hæc omnia tranſiret hominis dignitas, grauiſſimis contumelijs, cùm diceret, vis ne hoc in agro tuo fieri quod in alieno facis.* Quis vnquam Imperatorum, aut belli Ducum Chriſtianis legius imbutorum tam altè dimiſit in animum illud Chriſti pronunciatum? quis vnquam caput ſuum tam apertis obiecit vitæ periculis, vt proximi ius tueretur? quando ob hanc etiam ſeueritatem à nonnullis ſcribitur interfectus. Iuſtitiæ rigor ex Chriſti diſciplina. *Lãpr. f. 198.*

Iuſtitiæ comes manſuetudo, & inſignis clementia in hoſtes & perduelles. Clemẽtia.
Era Quinus Camillus homo multarum imaginum, affectabat is tyrannidem, & iam
arm parabat contra Imperatorem. Hunc Alexander vltro recepit in palatium, ve-
ſtim ntis imperialibus longè melioribus, quàm quibus ipſe vteretur, induit: qua hu-
ma tate fregit audaciam hominis, & ex hoſte reddidit amiciſſimum. Mirabilis iſta
Cæ ris clementia, nomen imperio meruit, vt ἀναίμακτον ſine ſanguine diceretur; non
qui nullum occiderit is, qui adulatorem velut fumi venditorem fumo peremerat;
ſed uod neminem niſi mortis reum & audita cauſa congruenter legibus Romanis
pe iſerit affici capitali ſupplicio. His virtutibus moralibus, quibus multis Chriſtia-
nis Regibus & Imperatoribus præſtitit, hoc conſecutus eſt, vt cunctis amabilis,
ab is appellaretur pius, ab omnibus verè Sanctus & vtilis Reip. *Lãpr. f. 173.*

Simillimos moribus ſuis optabat eſſe Præſides, ne nimijs exactionibus grauaret ſubditos, teſte Lampridio: *Vbi vel Rectores prouincijs dare, vel præpoſitos facere, vel procuratores inſtituiſſet, nomina eorum antea proponere ſolitus, hortarique populum, vt ſi quis aliquid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus: ſi non probaſſet, ſubiret pœnam capitis: dicere enim ſolebat, graue eſſe, cùm id Chriſtiani & Iudæi facerent, in prædicandis Sacerdotibus qui ordinandi eſſent, non fieri etiam in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ committerentur & capita.* Attemperabat autem præſidum ſumtus paratu frugi, & *vetabat eos quam eos ſumere de publico, cùm inſtituto maiorum ornaret abeuntes, quo igitur abſtinentius viuerent, & minore ſociorum onere degerent in prouincijs, argenti pondo vicena dabat proficiſcentibus, phialas ſenas, mulos binos, totidemque equos, veſtes forenſes binas, domeſticis ſingulas, aureos centenos, ſingulos cocos: at depoſito Magiſtratu iumenta ſeruitiaque reddicuis, cetera ſibi habituris, ſi rectè & ex more egiſſent, ſin aliter, multandis pœna quadrupli.* Delectus iudicum & Præſidũ. *Herodia. l. 6 & Lãprid.*

Dubitare quis meritò poſſet, num fuerit Alexander Chriſti fidei rudimentis informatus: Inſinuant id nonnulli. Faſciculus temporũ hæc de eo ſcribit: *Alexander habuit matrem Chriſtianam nomine Mammæam, cum qua Origenem Presbyterum audire voluit, & corpus S. Thomæ Apoſtoli iuſſit transferri de India ad Syriam, & ſic venit ad Edeſſam ciuitatem Abagari.* Recipiunt eam tranſlationem faſti Romani 3. Iulij, his verbis: *Eſſe in Meſopotamia tranſlatio S. Thomæ Apoſtoli ex India.* Ad quam alludit S. Chryſoſt. cm in hom. 26. in ep. S. Pauli ad Hebr. *notum eſſe* ait, *& veneratione habitum ſepulcrum S. Thomæ, ſicut & S. Petri & Pauli Apoſtolorum*, laudat hoc loci Baron. Equilini teſtimonium iſtiuſmodi: *Tranſlatio corporis S. Thomæ Apoſtoli, facta eſt tempore Alexandri Imperatoris: cùm enim idem Imperator rediret victor de Perſide, prælio Xerxe Rege deuicto, ſupplicarunt ei Cyri ciues Alexandri Imperatoris, in Syria nati, vt mitteret ad Regulos Indorum, quatenus corpus B. Thomæ redderent ciuibus ſuis: quod idem Imp. quamuis gentilis, propter victoriæ tamen gloriam libenter eis conceſſit.* Addit miranda quædam opera quotannis ii patrari ſolita. De baſilica S. Thomæ magnificè conſtructa Socrates, Sozomenus & alij multa referunt. Exiſtimo Regem Abagarum filium eius, quem Romæ ſuprà dimus, Principem Chriſtianiſſimũ id muneris ab Alexandro obtinuiſſe, & cum eo e Chriſti fide non minùs diſſeruiſſe, quàm eodem ipſo tempore Mammæam cum

Fuerit-ne Alexander Cęſar Chriſtianus? veroſimile eſt. tranſtulit S. Thomã Edeſſam. *in catal 6. c. 44.* Templum S. Thomæ coruſcat ibi miraculis. *Socrates l. 4. c. 14. Sozom. lib. c. 18.*

Origene feciſſe conſtat, ab eodem genitalibus aquis expiatam: Num & ipſe diutiùs in patria ſubſiſteret (quod vnum ei vitio vertunt Gentiles, inprimis Herodianus) Chriſtianorum conſuetudine delinitus, & matris perſuaſione fidem implexus eſt Chriſtianam, & auditor fuit Origenis? id Zonaras videtur exiſtimaſſe, cùm ortam ſcribit ſextam Maximini perſecutionem *indignatione contra Alexandrum, qui Chriſtum coluiſſet, eius enim Imperatoris inſano odio flagrabat.* Nec diffitentur Gentiles, vt Lampridius, quod Chriſtum quotidie coluerit in Larario, quod Chriſtianis (fruſtrà obnitentibus Ethnicis popinarijs) Eccleſiam ceſſerit, affirmaritque, *nihil eſſe, vt quocunque modo illic Deus coleretur, quàm vt popinarijs dedatur:* quod à Chriſtianis dictum illud hauſerit: *Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris:* quod ad præſcriptum ordinationis Sacerdotum orthodoxorum Iudices inſtituerit, & Præſides in prouincijs: quod fixum ratumq; habuerit Chriſto baſilicam magnificentiſſimam erigere, ſæpiùs etiam egerit in Senatu, vt apotheoſi ſolenni Chriſtus Dijs accenſeretur.

Zonar. to. 2 ait Chriſtũ coluiſſe. Gẽtiles fatẽtur fauiſſe vehemẽter Chriſtianis.

Chriſto, ait Lampridius, *templum facere voluit, eumq; inter Deos recipere, quod Adrianus feciſſe fertur: feciſſet autem, ſed prohibitus eſt ab ijs, qui conſulentes ſacra, reperiam omnes Chriſtianos futuros, ſi id optato euenisſet, & templa reliqua deſerenda.* Denique eod idem ait, *Chriſtianos eſt paſſus*, quibus verbis obſcurè ſignificat, feciſſe cunctis potestatem fidem Chriſti impunè profitendi. Eſt enim Scriptoribus gentilibus perquam vſitatũ, res Chriſti-fidelium depreſſum ire: vel dictis inuoluere, ne veritas eluceat.

Id obſcuris inuoluũt verbis

Patet ex geſtis Albertij Præſulis Hieropolitani, qui cùm A. 163. Lucillam M. Aurelij Cęſaris filiam Imperatori L. Vero deſponſam à dæmone liberaſſet, & Imperator Epiſcopo ſingulis annis ter mille frumenti modios alendis Hierapolitanis pauperibus impertijſſet, Iulius Capitolinus L. Veri Lucillęq; nuptias narraturus, cùm id omittere non auderet, ſic ænigmaticis obſcurè verbis inuoluit, vt niſi rei geſtæ ſeries exſtet, ex his (quæ ſubijcio) verbis neutiquam intelligeretur: *Ob hanc coniunctionem puellos, & puellas nouorum hominum frumentariæ perceptioni adſcribi præceperunt.* Pari modo dũ Lampridius de Iudæis ait, *Iudæis priuilegia reſeruauit*, Origenes expreſsè docet, Alexandrum ijs ad præſcriptum religionis ſuæ viuendi feciſſe poteſtatem: dumq; idem ait, *Chriſtianos eſt paſſus*, alij clariùs volunt libertatem fidei profitendæ permiſiſſe, & ad honores etiam & officia publica, & Euſebio teſte in familiam ſuam admiſſe, vnde Zonaras de eo tempore ait: *Quo factum eſt, vt perſecutio eo tempore non modo requieſceret, ſed & honos maximus Chriſti cultoribus haberetur.*

Zonar. to. 2

Hinc Baronius, cùm eius adoleſcentiæ formatores optimos recenſuiſſet, subdit: *Fuiſſe ex ijs aliquem Chriſtianum, facilè ſuademur, cùm huius religionis hominum mater ſtudioſiſſima eſſet.* Et alibi: *Alexander non ſolùm Chriſtianæ religionis ſtudioſus fuiſſe videtur, ſed eorum quoque inſtitutorum, quantum fas fuit, diligens imitator: in his primùm, quæ ad politicum regimen pertinere videbat, &c.*

Baro. a. 223 Chriſtianũ habuit Magiſtrum.

Sed hanc erga Chriſti-fideles animi propenſionem nihil adeo perſuadet, quàm mor matris, & palatinorum Chriſtianorum vſus & conſuetudo. Nemo Gentilium, vel Catholicorum ſcriptorum in eius geſtis ſilet hanc matris obſeruantiam: *quo vnicè pius in matrem fuerit.* Ideo gentilium incurrit odium, quod nimiùm Chriſtianæ matris conſilijs obtemperaret: hinc oſor ille matris eius & Alexandri Herodiani licet inſtitutionem caſtam laudet, velli cat tamen obſequendi ſtudium. *Cùm adoleſcentem*, inquit, *ſummam iam habere cerneret auctoritatem*, (Mammæa mater) *metuit, ne viuida ætas in ſumma poteſtate licentiaq; rerum in cognata aliqua impingeret vitia, vndique aulam ſeruabat; neque adiri à quoquam adoleſcentum patiebatur, cuius vita moresq; imperarentur, ne ſcilicet bona indoles corrumperetur: prouocantibus iam appetitum eius iam vigentem aſſentatoribus in extremas libidines, perſuaſerat autem, vt actibus incubaret meliore parte diei, idq; faceret quàm ſæpiſſimè, ne quod ſpatium ſupereſſet vacandi malis artibus, occupato rebus potioribus, ac neceſſarijs imperanti.* Rodit deinde in tam caſta & vere Chriſtiana matris educatione filij piam obedientiam. *Alexandro mater ſupra modum imperabat, ac dicto audientem ſemper habebat, vt hoc tantùm reprehendi in Alexandro poſſit, quod manſuetudine nimia & reuerentia maiore, quàm oportuit, etiam contra animi ſui ſententiam matri obſequeretur.*

Mater cuſtos

caſtitatis filij.

Filius obſequẽtiſſimꝰ matri Chriſtianæ.

La-

Lampridius idem sic describit: *Cùm puer ad imperium venisset, fecit cuncta cum matre illa videretur pariter imperare, mulier sancta; sed auara:* & infrà: *in matrem vnicè pius fuit, ita vt in palatio faceret diætas Mammææ, & in Baiano palatium cum stagno, quod Mammææ nomine hodieq; censetur:* & infrà: *egit omnia ex consilio matris, cum qua occisus* f. 103.
est. Christiani verò scriptores hoc ei dant honori & summo emolumento. Sufficiat Eusebius: *Hic fuit in matrem Mammæam vnicè pius, & ob id amabilis omnibus.* Quare si mater, vt antè probaui, Catholica; vel (vt quidam volunt) Martyr, in omnibus cum offensione Gentilium, *dicto audientem habuit filium*, teste Herodiano; si Lampridio teste filius *egit omnia ex consilio matris*, an putamus eam salutis eius curam omnem abiisse: quæ sic vias obsepsit omnes, ne assentatorum vitijs inquinaretur, sed immo iustè, castè, sine querela cuiusquam administraret? an id tantùm specie quadam exteriore, salutis autem & animæ nullam duceret rationem? præsertim cùm in eius familiam plurimos adsciuerit Christianos: quam causam prætexuit Maximinus persecutionis, vt familiares eius Christi cultores deleret internecione: quo- Christiani plurimi et familiares.
rum mores ita describit Lampridius: *Palatium suum comitatumq; omnem purgauit, abiecto aulico ministerio cunctis obscœnis & infamibus* (quos Elagabalus mortalium omnium impurissimus sibi geminos in palatium adlegerat) *nec quenquam passus est in palatinis, nisi necessarium hominem.* Ob hos excitatam persecutionem proximus eorum temporum Eusebius testatur: *Maximinus propter parem inuidiam, qua contra Alexandri familiam flagrabat, in qua complures Christiani & fideles versabantur, acerbam persecutionis tempestatem concitauit.* Consentiunt Marianus Scotus, Belluacensis, S. Antonus & alij: quorum familiarium occisorum Capitolinus gentilis enumerat 4000 Quidam addunt Alexandri etiam causa institutam, fortè quia Romanis fauor ille, quem Alexander exhibuerat Christianis; nimium gentilium animos vulnerarat: vnde vt Maximinus vlcisceret necem iniustam Imperatoris, hāc etiam videtur causam prætexuisse: *Ita Otto Frisingensis: Maximinus hic propter odium prædecessoris sui Alexandri ex Christiana matre nati sextus à Nerone Ciuitatem Dei persequitur.* Otto Frisin. c. 31. Insinuant non obscurè hanc matris causam gentiles, vt Herodianus: *Quidam Alexandri familiares ad supplicium deposcebant, alij matrem eius accusabant:* vt in odium matris & familiarium Christianorum & mors Alexandri, & persecutio Ecclesiæ sit instituta: Quæ fusiùs à me narrata sunt, vt clarè omnes intelligant, ita Alexandrum fauisse studijs Christianorum: eos passum esse, & Ecclesiâ obnitentibus Popinarijs donasse, vt facili negotio etiam petente matre liberum per Italiam Virginibus transitum permiserit, quo Religionis causâ limina SS. Apostolorum viserent: qui si non aperte vnquam profitus sit fidem orthodoxam, animo tamen videtur Christianus extitisse.

Sed occurritur nobis ab Aduersarijs: Cur igitur Anno imperij Alexandri tertio Calixtus Pontifex & Palmatius Consul Romę pro fide occubuerunt? cur S. Martina Virgo Ann. eius quinto, postea etiam cum sponso S. Cæcilia peremta est? cur penultimo Alexandri anno Pontianus relegatus? Hoc ipsum mouet dubium Baronius, cui respondet, nullum ab Alexandro interfectum, quem non reum mortis ad præscriptum Romanarum legum iudicasset: Deinde cùm Imperator in castris extra Vrbem occuparetur, vel alibi degeret, Vlpianus cum alijs Iurisconsultis, infensissimus Christi hostis, quasi in leges peccassent Romanas, illos extremis addixit supplicijs: Addo tria Alexandri tempora distingui posse: primum, quamdiu & ipse & mater fide abhorruit, ad quintum circiter imperij annum; tunc enim, sicut S. Martinæ & Calixti gesta narrant, acerbius inuectus legitur in Religionem orthodoxam; pòst aulò matre conuersâ, leniuit eam animi inclementiam, fauit Christianis, & apud senatum egit, vt diuini honores Christo decernerentur: quod cùm à nobilitate Romana impotenter addicta cultui idolorum non impetraret, de primo remisit furore, animo benignus in Christianos, licet in ipsius absentia, tam Vlpianus Romæ, quàm Præsides alijs in prouincijs ex legibus sæuirent in eos, haud conscio Cæsare. Hinc Vrbanus Papa latere coactus est, & Pontianus in insulam deportatus: Nunc bellum Alexandri Persicum & Germanicum inspiciamus, quod Vrsulano Martyrio præbuit occasionem. An Alexander persecutor Ecclesiæ.

CAPVT XXXI.

De bello Persico Alexandri.

Baro. ad A. 223. & 224

VIdimus in toga Cæsarem Alexandrum Pium, iusti & æqui amantissimum nimo Christianum, qui teste Baronio, à Christianis institutus, & inter eos ... catus, familiaribus vsus est plerisque Christianis, Matris Christianæ semper ... obsequentissimus: nunc in sago eundem intueamur disciplinæ militaris cust... seueriſſimum.

Lampridius tradit, Alexandrum duo gessisse bella, alterum Persicum, in quo gloriosè vicerit; alterum Germanicum, in quo dolo militum est interemtus.

Lãpridius victorem Persarum facit Alex. Herodian⁹ victum.

In Persico Lampridius dissentit ab Herodiano; in tempore belli gesti, ... demq; felici euentu hic vult anno Imperij quarto decimo in Persas mouisse, i... demq; fœdè (exercitu magnam partem amisso) victum esse: in qua historica ... trouersia liberum Lectori est, cui malit parti assentiri: Libentiùs subscribo Lam... dio, de belli euentu: laudat is pro se autores non vulgares, adfertq; rationes, q... in eam sententiam impulerint: nam folio 201. profitetur ea, quæ narrat ex pu... hausisse Annalibus, nec aliter posse sentire eum, qui plurimos legerit. Fauet ius

Stat pro Lãpridio Eusebius.

Capitolinus, qui Herodianum odio Alexandri scripsisse contra multorum opinionem asserit, tam de tempore, quàm de euentu belli. Imò Eusebius Alexandrum primis imperij sui annis Persas vicisse glorioſissimè affirmat: idq; in omnibus MSS. exemplaribus sub initium, & non sub finem eius imperij reponi testatur Pe... cus: Fuerit quidem Herodiano posterior Eusebius: certè parum ab eius æuo ab... it, qui sub Constantino M. iam tum prouectæ ætatis Episcopus erat, habebatq; li... os, è quibus Lampridius suam hausit historiam, coæuus Eusebij, qui nunc omne... tustate perierunt, vt Cordum & Acholium, qui singulas in hoc bello dictas ... scripserat. Suffragatur 1. Eutropius lib. 8. *Alexander susceptо aduersus Persas bello eos glorioſissimè vicit.* 2. Aurelius Victor: *Alexander quanquam adolescens, ... ingenio supra æuum, confestim apparatu magno bellum aduersus Xerxem Persarum R... mouet, quo fuso & fugato &c.* 3. Sextus Rufus: *Aurelius Alexander*, inquit, ... *fato quodam in exitium gentis Persicæ natus, iuuenis admodum gubernacula Romani ſce... pit imperij: ipse Persarum Regem nobiliſſimum Xerxem glorioſè vicit, ac de Parthis ſpl... bili pompa triumphauit.* Fato (ait) quodam, quia tum ad nomen alludit Alexandri & Macedonis & Romani, qui pariter eos deuicerunt, tum ad prodigium, quod ... ca natalem huius Alexandri refert Lampridius contigisse, his verbis: *Nata in do... ius laurus iuxta Persici arborem, intra vnum annum Persici arborem vicit.* Vnde col... ctores dixerunt, *Persas ab eo esse superandos.* Confirmant idem plerique recentiores: fauet ratio & euentus rerum: nam si, vt Herodianus vult, à Rege Persarum tus Romanorum exercitus occidione occidisset, cur triennio sequenti, quo Romani dubiâ semper aleâ sub Maximino sunt inter se conflictati, quieuit ab armis? nec tâ potitus est Asiâ, quæ Persis olim paruerat, quàm facilè victor Romanos victos ... gisset? Sed Imperatorem in procinctu videamus.

Eutrop. l. 8.

Aurel. Vict.

Sextus Ruf.

Lãpr. f. 177

Ratio.

Seueritas disciplinæ militaris Alexandri

Lampridius commendat in eo seueritatem disciplinæ militaris, qualem vix... milem legeris: *Parthicam* (vel potiùs Persicam) *expeditionem tantâ disciplinâ, tanq; sui reuerentiâ egit, vt non milites, sed Senatores transire dicerentur: quacunque iter legiones faciebant, Tribuni accincti, Centuriones verecundi, milites amabiles erant, ipsum verò ob hæc & tanta bona Prouinciales, vt Deum susp iciebant; ipsi milites iuuenem Imperatorem sic amabant, vt fratrem, vt filium, vt parentem; vestiti honestè, calceati etiam ad decorem, armati nobiliter, prorsus vt Romanam Rempubl. intelligeret, quicunque Alexandri vialet exercitum. Disciplinam militarem seueriſſimè seruabat, tum in seipso (cum apertis papilionibus cibum militarem coram omnibus sumeret) tum in alijs, adeo, vt nemo extra viam cultus digrederetur. Imò cùm milites quidam Antiochiæ lauacris voluptatis causâ, motâ seditione abuterentur, legionem integram ignominiosâ missione exauctorauit, Tribunis eorum si...*

fol. 199.

ni...

n disciplinam neglexerant, capitali supplicio affectis: neque adduci multis aliorum potuit, vt ei legioni, nisi post diem trigesimum ignosceret: postea tamen eandem loco eáq; pugnante maximè vicit. In ipso verò hostium congressu Alexander cornua ad- fol. 200.
lites admonebat, sub ictu teli versabatur, manu plurimum faciebat, singulos quosque d laudem verbis adducebat. Sic Artaxerxem Regem potentissimum vicit, fuso fuga-
to Rege, qui cum 700 Elephantis, falcatis mille & octingentis curribus ad bellum ve- Victoria.
& equitum multis millibus Antiochiam redijt, ac de præda, quam Persis diripuit, suum exercitum.

Post hæc Romam redijt; & in Senatu de rebus à se gestis disertè perorauit. Redit Romam.
apud Lampridium eius oratio. Dimisso Senatu magnâ gloriâ Capitolium *Lamp. f. 200*
conscendit; currus triumphalis à quatuor Elephantis trahebatur, leuabatur triumphat
us omnium Alexander, vixq; illi per horas quatuor ambulare permissum est;
ue clamantibus: *Salua est Roma, quia Saluus est Alexander.* Postridie ludis actis
nsibus & Scenicis, populo congiarium dedit.

Eodem ferè tempore tres aliæ victoriæ per varios Duces locis diuersis obten- *fol. 202.*
issis Romam literis laureatis sunt nunciatæ. Primam ex Mauritania Tingi- 3 aliæ eiusdē victoriæ
secundam ex Illyrico per Varium Macrinum seu Marcianum; tertiam ex Ar-
a per Iulium Palmatum reportauit. Ipsis belli Ducibus consularia decreta
rnamenta, & Alexander omnibus nominibus est adornatus, vt *Persicus, Mau-*
cus, Illyricus & Armeniacus diceretur, quos tamen titulos propter subsequen-
aulò post mortem, vix vsurpasse legitur.

Hæc dum geruntur, famâ literisq; Romam nunciatur, Germanos transito
Rhe o Gallicanos agros populari, de quo bello sequenti libro differemus fusius.
Ex s prudens rerum æstimator clarissimè perspicit, nullum potuisse peregrinatio-
nis omanæ tempus aptius gentilibus Imperatoribus reperiri: qui enim vitam Ale- prouidētiâ Numinis,
xandri, mores, & in religionem Christianam propensionem inspexerit, ac in disci-
plinam militari conseruanda seueritatem, mirari desinet, potuisse eodem tempore
Romam Virgines contendere, quo Alexander cum aliquot copijs fortè eâdem viâ,
vel icinâ Moguntiam proficiscebatur; vt nullum potuerit Virginum pudicitiæ
el periculum à Romano milite, quem præsens Imperator Alexander cum Mam-
ma matre Christiana ducebat in Germaniam; adeo quidem, vt nec Baronianum
tempus sub Maximo, nec Attilanum reperiat tam tutam & securam Romanam
pe grinationem, quam qui historiæ Vrsulanæ eripit, totam Historiam euertit.
Dicamus & hinc diuinæ, verèq; paternæ prouidentiæ nos cunctis in rebus demissè
in nittere: quæ sic ipsorum gentilium Regum gubernationem moderatur, vt ele-
ct ad gloriam cœlestem subseruiat; ita per Cyrum reduxit è seruitute Iudæos
in alæstinam; operâ Darij Regis Danielem à leonibus liberauit; Augusti censum
m ituit, vt Christus in Patria diuinitùs decreta nasceretur: pari modo peregrina-
nem hanc admirabilem tunc voluit adornari, cùm Alexander rerum potiretur,
Traiano castior, Antonino melior, decessoribus suis omnibus Romanis
Imperatoribus studiosior & amantior cultus & religionis Christianæ:
Dicamus ergo cum S. Chrysostomo quibuslibet in euentis:

GLORIA TIBI DOMINE, PROPTER OMNIA.

TOMI SECVNDI MARTYRII S. VRSVLÆ LIBER QVINTVS.

MARTYRIVM S. VRSVLÆ & Sodalium.

CAPVT I.

De Nece Alexandri Imperatoris, ac Mammææ Matris in bello Germanico.

DIVINA clementia, quæ miris modis Vrsulanam Sodalitatem tempore peregrinationis, Alexandri Cæsaris tutâ fauoreq; protexerat, vt in reditu palmam conferret Martyrij, miras permisit Imperij Romani conuersiones, & bitas inclinationes, Alexandro breuî sublato: & ei tyrannorum immanissimo Maximino subrogato, qui Virgines coronaret: id licet post discessum Virginum Româ contigerit, malo dictis extremo libro coniungere, quo clariùs ei prouidentia colligatur.

Secundos hactenus fauentis fortunæ flatus Alexander victor sensérat, cùm Virgines Romam eius, & Matris indulgentia contendunt: ideo animosè raptur ad bellum Germanicum persequendum, deportato facilè victore exercitu Illyrico in Germaniam, & Tironum legionibus, quas siue ibidem, siue in Pannonia Maximinus meditationibus militaribus exercebat: vt improuiso aduentu vi[illegible]tam Germanorum in Gallia vastationem opprimeret. Sed antea causæ motuum horum examinandæ sunt, quas cùm Scriptorum nemo exsequatur, suus hîc sit coniecturæ locus.

Causæ rebellionis Germanorum. 1. quies diuturna.

Poterat primò Germanos ipsa tranquillitas & diuturna ab armis vacatio iuuare, qui cùm contra Caracallam bellum gessissent feliciter, & Imperatorem egissent ad grandi pecuniâ pacem ab ipsis redimendam, postea tempore Macrini, Heliogabali & Alexandri 22. annos quieuissent, tandem hoc ipso anno 237. pertæsi [illegible]fationem & otium, qui Lonam & Mœnum inter habitant, se commouerunt, vt Romanorum præsidia (quæ ripam oppositam Gallicanam custodiebant) & vicinoca infestarent: diminuto fortè Romanorum octo legionum numero propter Irthicum, & tria suprà numerata Alexandri bella: ob quæ pauciores necesse ar milites, ad Galliæ tutelam in castellis excubare. Accendebant ipsos exteram gentium exempla: cùm iam constaret Romanos ab Illyricanis petitos armis cæ horum audacia prouocati, videntur tentare fortunam belli, & periclitari voli le propter ignauiam Romanorum in præsidijs, quos torpor quidam ob 4. Imperprum quietem inuaserat: felix etiam belli Persici successus securitatem peperet, vt nihil sibi minùs, quàm à Germanis metuerent: Accedebat Procuratorum gligeria

2 Præsidiorũ Romanorum diminutio.

3 Exterorũ exempla.

ia in persoluenda Transrhenanis populis pacis conseruandæ gratiâ, promis- 4. Pecunia ijs non numerata.
nia. Auget coniecturam factum Alexandri, qui cùm summa celeritate Mo-
m aduolasset, exercitu varijs è locis euocato, statim, teste Herodiano, plus
i Germanis obtulit, vt ab armis desisterent, qua repræsentatione pecuniaria
r indicari, pacem 22. annis à Germanis seruatam, solutionis defectu ruptam
b Procuratorum siue negligentiam, siue auaritiam.

Porrò non defuit hîc mira Dei, qua Vrsulanam administrabat Sodalitatem,
dentia, dum eo tempore, quo Virgines Basileæ relictis nauibus pedestre iter
carentur, Germani circa Moguntiam hostes se Romanorum declararent:
rtè initio scaphis vndique contractis in alteram euaserunt ripam, & ab ipsis
improuiso præsidiorum locis, militibus nihil mali opinantibus, eorum abdu-
lassem, prædas abegere, locis quibusdam incineratis. Nec carebant ipsi na- Germani nauticæ & piraticæ periti.
. Franci enim, Germaniæ populi nauticæ rei peritissimi fuerunt, qui (vt
n. 278. Browerus in Annal. Treuir. refert) cùm iam in Gallia fixissent sedes,
orum litoribus assueta, & piraticæ, vbi præsentia fuere fastidio, defectione
festa paratam fortè nauium copiam adepti, audaci iuxtaq; dubio casu inter vi-
ortisque vias incerta & ignota aperire litora, nec non totam habere Græciam
tam; quin & mediterranei oram depopulatos, Syracusas inclytam naualibus Audax eorum nauigatio.
rijs vrbem adijsse ferunt, & vrbe capta, magnam in ea patrasse cædem, indeq;
que litora Libyæ præteruectos, cùm ad Africam tandem appulsi & coërciti
it, adductis Carthagine copijs, tutò nihilominus ad naues se recepisse, incredi-
lic supra illius & temporis & hominum vsum, mox in ea, vnde venerant, loca,
ntibus & prosperis ventis, redijsse.

Reigitur citatis equis per loca proxima Romam vsque præsidijs perpetuis fir- Alexander Imperator Moguntiã pergit.
à; quam celerrimè nunciata Alexandro: is iam non Persica tantùm; sed tri-
alijs victorijs elatior, missis in Illyricum & Pannoniam nuncijs, exercitibus
fectionem ad Rhenum edixit, ipse quoque assumtis fortè legionibus duabus,
gnis itineribus contendit in Galliam, teste Lampridio: *Posthæc cum ingenti a-*
e apud populum & Senatum viueret, ad Germanicum bellum profectus est, deducenti-
eum cunctis per 150000 passuum. Erat autem grauissimum Reipubl. atque ipsi, quod Ger-
orum vastationibus Gallia diripiebatur, pudoremq; augebat, quod victis iam Parthis
ea atio imminebat Reipubl. ceruicibus, quæ semper minusculis etiam Imperatoribus subiecta
ebatur. Præerat castris Alexandri Maximinus animi corporisq; magnitudine Celerrimè
cipuus, quem, teste Capitolino, Alexander exercitui præfecerat, commendatis
ntè Tironum Pannonum legionibus: Erant in exercitu Armenij, Osdroëni
Parthi multi aptissimi pro Germanis sagittis conficiendis; vnde hic miles non
n in Italia, quàm Illyrico, vbi hostium irruptiones vigebant, vel Pannoniâ vide-
: consediisse, vt nec Virginum iter, si tunc Romam nondum attigerant, retardarint;
breui tempore totus circa Rhenum potuerit exercitus congregari; Alexandro
omâ cum expeditis equitibus, & fortè aliquot Romanis legionibus magna velo-
tate maturante, vt bellum in semine opprimeretur. Celeritatem hanc ita descri-
t Aurelius victor: *Confecto apparatu magno bellum aduersus Xerxem Persarum Regem*
ouet, quo fuso fugatoq; in Galliam maturrimè contendit, quæ Germanorum direptionibus
ntabatur. Ob cuius præsentiam non erat quod Virgines, licet eodem tempore Nullũ virginib. periculũ Romã tendentib.
omam pergerent, itinere non multùm dissito, (quamuis in vicino loco subsistisse
alim à Mammæa præmonitas, ne quid detrimenti caperent, donec militares
opiæ transijssent) aliquid à militibus periculi metuerent, ea seueritate disciplinæ
unc obseruatâ ab Alexandro, contendente in Germaniam, vt ea ferè præcipuè
nortem attulerit Imperatori: hanc enim Lampridius causam necis adfert, & Ob seueritatẽ Alexãdri in seruãda disciplina militari, quæ mortis occasio fuit.
crobscurè locum indicat: *Magnis igitur itineribus lætis militibus contendit; sed cùm*
i quoque seditiosas legiones comperisset, abijci eas præcepit; verùm Gallicanæ mentes, vt
habent duræ ac retrogradæ, & sæpe Imperatoribus graues, seueritatem hominis nimiam,
longè maiorem post Heliogabalum non tulerunt. Denique agentem eum cum paucis
a Britannia, vt alij volunt, in Gallia, in vico, cui Sicila nomen est, occiderunt, vt natus videa-

videatur hic Alexander ad Virginum pudicitiam defendendam, & pro sua in Christum pietate, Romanum ijs iter precibus matris quàm securissimum efficiens. Locus cædis mirè vitiatus, sic videtur restituendus esse: *Agentem in Germania vel Gallia, in vico, cui nomen Ficelia, occiderunt*; is locus Germanis Oberstesfeld dicitur, ditionis Treuirensis, Bingium inter & Boppardiam, collocatus. Quoe ita Ortelius: *Ficelia, quæ & Vosauia priscis, nomen vrbis ad Rhenum, Germ. Oberstesfeld vocata, vt scribunt Althamerus & Birckheymerus*, qui addunt, ibi *Mammæam Alexandri Seueri Imperatoris matrem sepultam.* Testatur idem Ioannes Langius suis in Nicephorum Callistum notis fol. 222. litera E. *Alexander bello Germanico in tumultu militari vnà cum matre Mammæa, non longè à Moguntia apud Ficeliam cæsus est, vbique que mater eius iacet sepulta.* Ibidem steterit olim Alexandri Imperatoris cenotaphium quamuis nunc penitus subuersum sit, sic enim de illo Lampridius: *Cenotaphium in Gallia, Romæ sepulcrum amplissimum meruit.* In Mammææ verò sepulchro posthigando multum operæ posuit Christophorus Browerus, cuius sententia his verbis est comprehensa: *At Mammææ monimentum cùm in oppido Ficeliæ hodie non exstatur, ostensumq; superiori memoria vestigium operis multi testentur, creditum haud temerè molem illam antiquam, quam interuallo quodam à VVesalia montis editiore gremetu belli Patrum ætas subuertit, Mammææ conditorium habuisse, fortè an etiam Alexandri cenotaphium? reddamus hic illi communis tituli monimentum, quod Mariana noster ab Ancitana ciuitate in Hispanijs eius memoriæ consecratum, & basi fuisse inscriptum, meminit:*

In Synonymis Geogr.

Locus cædis Ficelia.

fol. 264.

Juliæ Mammææ Aug. Imper. Cæsaris Marci Aurel. Alexandri Seueri Pij F. Aug. M. Castrorum Col. Iul. Gem. Accitana deuot. Numini M. Q. eius.

Diem & mensem obitus illius nec Herodianus, nec Lampridius expressit; hic tamen satis eum insinuauit, quando vitæ ipsius annos cum mensibus & diebus diligenter adnumerauit, indicata natali die, quæ in Alexandri Magni obitu in-nuam celebritatem incidit. Hunc ex communi antiquissimorum & receptiorum probatissimorum Autorum sententia firmis etiam nixi rationibus libro superiore, cap. 29. ostendimus in mensem Iunium extremum circa solstitium incidisse: Addendi iam anni, menses, & dies vitæ, quos ita Lampridius consignat: *Imperauit annis 13. diebus 9. vixit annis 29. mensibus 3. diebus 7.* His Iunij extremo adiectis. Alexandri Seueri mors vel in Kalendas ipsas Octobris (vt verò sinistimum mihi videtur) vel saltem in 4. Octobris incurrit, si præcisè Alexander Magnus, vt Plutarchus ait, Dæsio exspirante, seu 28. Iunij decessit. Porrò Cæsarem Seuero & Quintiano Coss. Augusto mense in viuis fuisse, (licet aliqui eum nec mensem Aprilem attigisse velint) probat manifestè Lex 2. lib. 1. C. de officio Præfecti; quæ hoc sanxit:

Dies & mensis.

Nat. extremo Iunio.

Lampr. f. 203

Alexander A. restituto.

Formam à Præfecto Prætorio datam, etsi generalis sit; minimè legibus vel constitutionibus contraria: si nihil postea ex autoritate mea innouatum est, seruari æquum est. Datum Idibus Augusti, Seuero & Quintiano Coss. Hanc igitur ferre Legem Rex 13. Augusti, Ann. 237. potuit, cùm iam in procinctu esset, præmissis in Gallias Moguntiam versus, legionibus: & quia (vt Aurelius Victor ait) *maturè eò contendit*; sex intra hebdomadas commodè Rhenum attigit, vt circa 27. Septembris pacem & pecuniam Germanis pacificus obtulerit, bellum etiam aperarit; adeoque vel Kalendis Octobribus, vel, vt Onuphrius ait, 4. Octobris die sit interfectus. *Alexander*, ait, *Imperator natus est in vrbe Syriæ Arcæ 4. Kal. Iulij, occisus est Moguntiaci in Galliis vico, cui Sicela nomen est, cum Mamæa matre, 4. nonas Octobris, Seuero & Quintiano Coss. à Senatu inter Diuos relatus.*

An. 237. 13 Augusti legem vltimam fert.

Kal. Octobrib. occiditur.

Onuphr. l. 1. in Frins.

§).

ibit Octauius Strada à Rõsberg in vitis Imperatorum Ann. 1615. Francofurti ius, qui 4. nonas Octobris occisum ait, ijsdem Coss. natum etiam vult 4. Kalendi Iulij: & eius vitæ annis & mensibus dies 8. (vt alij 7.) attribuit. Consentit hien. Henninges fol. 907. cùm ait, *trucidatus est cum matre in vico, cui Sicila nomen t, 4. nonas Octobris.* Ego tamen suspicor potiùs Kalendis Octobribus necatum sse, quando à Romanis inter Deos Consentes solenni apotheosi relatus, iisque ac matri annua decreta celebritas est, vt ea semper Kalendis Octobribus agerctur, quem diem natalis potiùs nomine, (vt apud Christianos semper in Martyribus fit) quàm mortis appellarunt: cùm Hesychio Necysia seu mortuorum festa, sint eadem cum genesijs. Adde, cùm eodem die matris & filij festiuitas celebrarentur, este Lampridio: mors etiam vtriusque & apotheosis in eundem caderet diem; festa natalis nomine eodem videntur die culti & celebrati; quo pro Republica & imperij salute simul occubuerunt. Verba Lampridij sunt; *Senatus eum in Deos retulit, cenotaphium in Gallia, Romæ sepulcrum amplissimum meruit. Dati sunt & Sodales qui & Alexandrini appellati sunt: addita & festiuitas matris nomine, atque ipsius, quæ odieq; religiosissimè celebratur natali eius die.* Ideo factum puto, quòd in Kalendario, Constantini M. tempore concinnato, & diario alio, quod ex M. SS. edidit Eg. Bouchier noster, Kalendis Octobribus natalis Alexandri Imperatoris collocetur, sicut in ijsdem fastis natalis Constantini tunc viuentis, & Febr. & Iulio adscribitur: alter enim ipsius ortus, alter imperij natalis videtur extitisse. Enimuero Alexandrum Imperatorem tunc natum non fuisse, demonstrat Alexandri M. obitus mense Dæsio seu Iunio extremo circa solstitium communi sententia stabilitus: ali deberet adiectis mensibus tribus & diebus 7. Alexander cum Mammæa 7. Ianuarij Maximino iam Consule trucidatus, & ipse Maximinus triduo pòst (cùm nodum à Senatu nec toto exercitu ipsis Romanis obnitentibus, & Consulare virum Magnum appellatum opponentibus esset Augustus salutatus) leges condidisse in Gallia, cùm in hostem iret; exstat enim hoc eius rescriptum l. 13. c. pactis.

Oct. Strada à Rõsberg.

Hieron. Henninges.

Refertur inter Consētes Deos

Festiuitas eius.

Natales Imperatorum varij. Kal. Octo. nõ fuit natus Alexã.

Imperator Maximinus A. Mario.

In bonæ fidei contractibus ita demum ex pacto actio competit, si in continenti fiat; quod postea placuit, id non petitionem, sed exceptionem parit. P. P. V. Idibus Ian. Maximino & Africano Coss. Quomodo barbarus, totus in necanda familia Cæsas occupatus, in procinctu, imò quasi in acie, nondum Romæ cognitus, nec acitus Consul vel Imperator, imò ne Senator quidem fert Romanis leges, cuius consilium erat bellicis factis sibi famam nominis parere, vt vltrò Senatus partâ prius de Germanis victoria, ipsum Augustum salutaret, & Consulem designaret? Vide de eo Herodianus ait: *Vt primùm summam rerum suscepit, statim bellica facinora affectauit, siquidem ob immanem corporis staturam, & militare robur, ac peritiam pugnandi adscitus ad imperium, re ipsa famam confirmare atque opinionem militum tendebat, vt metum illum atque cunctationem Alexandri in prælijs capessendis iure improbatam ei coargueret.* Rectiùs igitur dicemus eum initio Octobris à militibus plerisque Augustum salutatum, paucis diebus duos pariter Imperatores appellatos Magnum & Quarcinum, insidijs sine tumultu sustulisse, Germaniam primo ingressu vastasse, & eodem Octobri victorem spolijs ditato exercitu redijsse. Postea Sirmium concessisse: Deinde mense Ian. Sirmij Consulatum inijsse, & stabilito iam sibi imperio, nominato vrbis præfecto legem 9. Ian. condidisse.

Prima lex Maximini

Celeritas in bello Germanico.

Gesta in eo.

Sed hunc Busiridem, & Tyrannorum longè immanissimum cædis Vrsulanæ auctorem, accuratiùs inspiciamus.

* * *

CAPVT

CAPVT II.

De immani Tyrannide Maximini ſucceſſoris Alexandri.

Maximin' Thrax & opilio.

ALexandro Principi, Chriſtianorum ſtudioſiſſimo, perfidiâ militum & ambitione Maximini Ducis interemto, ſucceſſit barbarus & immaniſſimus Tyrannus Maximinus, oriundus ex Thracia, patre Miccâ Gotho, matre Ababa Alana, qui cùm primam ætatem in montibus inter pecudes opilio traduxiſſet, ſub Septimio Seuero adſcriptus eſt militiæ: Eminebat corporis vt magnitudine, ſic roboris animiq; ferociâ; vnde per varios honorum gradus ſub Seuero, Caracallâ & Macrino multis annis adſcendit, militaris rei ſcientiâ peritiſſimus: ſed ſub Elagabalo quibuſdam impuris eius quæſtionibus offenſus, & pertæſus Cæſaris ignauiam militiam deſeruit, donec auditâ Cæſaris Alexandri famâ, redijt ad intermiſſa ſtudia: qui fauebat eius fortitudini, multisq; ſtatim honoribus eum cumulauit: rem etiam ſuam Theocleam eius filio Maximino deſpondere decreuerat.

militat.

euehitur ab Alexandro.

in ſe propenſæ beneuolentiæ peſſimam retulit gratiam ferox & barbarus homo: dum eum, optimè de ſe & Republicâ meritum, vitâ & imperio crudeliter extubauit: & ipſe contra Senatus auctoritatem Imperator ab exercitu paſſus eſt ſe proclamari: nec omnis tamen miles in eius imperium conſenſit: ſoli Pannonij ab incudimentis militiæ inſtituti, & Illyricani primùm adhæſere, dum Romani Magnum virum conſularem Auguſtum, Oſdroëni ex ſuo corpore Tychum deligunt: ſed vtroque breui Maximini dolo ſublato, ſolus imperauit: & Alexandri familiares in ſuſpicionem criminis vocatos indictâ cauſâ ſtatim ſuſtulit.

Saluratur Imperator

Ducit in Germaniâ

Vt verò ſibi militari ſcientiâ nomen Imperatorium compararet, reprehendit palam Alexandri ignauiâ, per pontem ſupra Rhenum conſtratum duxit exercitum in Germaniam tranſ-rhenanam ante Octobris medium, quam ad 400. paſſuum millia flammâ ferroque populatus: maturas ſegetes (qui mos Gattorum hodiquè manet) in ſtruem medio in campo congeſtas & relictas incinerauit: quamuis ijdem in locis adulto iam Octobri, quin & initio Nouembris interdum liceat æſtates inuenire, vicos & mappalia vaſtauit incendio. Qua de re ſic ad Romanum Senatum victor ſcribit: *Non poſſumus tantum P.C. loqui, quantum ſcimus, per 400. millia Germanorum vicos incendimus, greges abduximus, armatos occidimus, in paludes compulimus: peruenijſſemus ad ſiluas, niſi nos altitudo paludum tranſire prohibuiſſet.*

Vaſtat oſa.

Vincit.

Pacatâ vtcunque circa limites Imperij Germaniâ, Sirmium Pannoniæ ſuperioris vrbem, præſidijs Romanorum vi & armis magnam partem ſubactis, ſe recipit, vt ad bellum Italicum, aut Aquilonare ſe compararet. *Statuerat* (ait Capitolinus) *Sarmatis bellum inferre, imò & Septentrionales omnes vſque ad ipſum Oceanum, ſuo Romanam ditionem redigere, quod feciſſet, ſi* (ait Herodianus) *vixiſſet diutius.* Eamdem rem pecunias tali bello neceſſarias vndequaque magnâ crudelitate conquirens, quam in rem rabiem omnem in Chriſtianos & familiares Alexandri effudit, vt horum bona compilaret.

Pecunias corradit.

Iam ſuprà ex Euſebio dictum eſt de familia eius Chriſtianâ, & è Capitolino ad 4. millia peremiſſe, qua autem immanitate id peregerit, addit, *ſine iudicio, ſine accuſatione, ſine delatore, ſine defenſione omnes interemit*, poſtea contra ditiores Romanos ita progreſſus eſt, vt *contra eos delatores euocaret, accuſatores immitteret, crimina fingeret, innocentes occideret, damnaret omnes, quicunque in iudicium veniſſent, ex infimis hominibus pauperrimos efficeret, nec aliunde niſi malo alieno pecuniam quæreret, ac de ſine delicto conſulares viros & duces multos interimeret, alios Scythicis vehiculis celeriter aduectos ſibi exhiberi curaret, alios in cuſtodiâ detineret, nihil denique prætermitteret, quod ad crudelitatem videretur operari.* Hinc natum eſt odium incredibile Romanorum, vt qui antea Mammææ matri & filio Alexandro Chriſtianis nimis ſtudioſo obſe-

Optimates & Chriſtianos necat.

...tarant, iam istius intolerabilis belluæ feritatem experiri cogerentur, da-
...e pœnas crudelitatis, qui innoxium Christianorum sanguinem absente Im-
...re toties profuderant. Nam, teste eodem Capitolino, *alij eum Cyclopem,*
...iridem, alij Scironem, nonnulli Phalarim, multi Typhonem, vel Gygen voca-
... Senatus eum tantum timuit, vt vota in templis publicè priuatimq́, mulieres etiam
...is liberis facerent, ne ille vnquam vrbem Romanam videret. Audiebat enim a-
...crucem sublatos, alios animalibus nuper occisis inclusos, alios feris obiectos, alios fu-
...elisos, atque omnia hæc sine delectu dignitatis: erat enim ei persuasum, nisi crude-
...imperium non teneri. Hactenus Capitolinus. An clariùs potuit in Virgines
...as exercita crudelitas adumbrari, vel aptior Tyrannus gentilibus etiam ar-
...reperiri, qui nullâ sexûs, ætatis, dignitatis habita ratione sine delectu to-
...llam Sodalitatem omni feritatis genere trucidaret? Qui enim in ciues Ro-
...s ita sæuijt, quid in hostes Christianos ob odium Alexandri? Vt verò Ca-
...cos omnes paulatim exscinderet, Præsides Ecclesiarum curauit præcipuè ne-
...os, sperabat enim ijs sublatis totam casuram Ecclesiam: hac occasione Pon-
...m & Antherum Romanos Pontifices sustulit: tunc Origenes (cuius caput
...eliquis petebatur) librum de Martyrio conscripsit. Eodem tempore Sena-
...omanus, cùm illam tyrannidem diutiùs non toleraret, interfecto Sabino
...Præfecto, multisque alijs Maximini necessarijs & amicis, Maximinum e-
...ue filium hostes imperij publicis edictis appellauit: & missis ad Prouincias li-
...petijt, vt communi saluti libertatique subuenirent. Acceptæ sunt eæ literæ
...euolè: protinus curatum est, vt amici, gubernatores, Duces, Tribuni, mili-
...ue Maximini interficerentur. Inscriptio earum hæc erat: *Senatus Populusq́*
...anus per Gordianos Principes ab illa tristissima bellua liberari cœptus, Proconsulibus,
...idibus, Legatis, Ducibus, Tribunis, Magistratibus, ac singulis ciuitatibus, municipijs,
...lis, & vicis salutem. In fine ita concludit: *Vestrum est consentire ad salutem Rei-*
...obtinendam, & ad scelera defendenda, & ad illam belluam Maximinum, atque illius
...os, vbicunque fuerint, perdendos. Interim Romæ, necatis in Aphrica duobus
...dianis, Pupienum, Maximum & Balbinum Imperatores crearunt. Quo
...perto furere Maximinus, datoque ingenti stipendio militibus in Italiam pro-
...are, & Aquileiam resistentem obsidione premere, vbi mulieres cum viris tam
...inaciter pugnarunt, vt deficientibus ad emittendas sagittas neruis, funes ex
...lierum capillis tortos adhiberent; donec commeatu exercitum Maximini de-
...ente Maximinus pater & filius à militibus sunt interemti. Capita contis præ-
...primùm Aquileiensibus ostensa, postea Romam missa, communi omnium læ-
...a in campo Martio sunt concremata, cùm ita flagrarent odio cunctorum, vt
...ando in eorum necem coniurabant milites, illud inter se iactarent: *Ex malo ge-*
...e ne catulum quidem esse relinquendum. Dignus tali exitio Tyrannus, vt qui oc-
...is Ecclesiarum Antistitibus Christi-fideles euersum ibat, cum omni posteritate
...m ignominiosa morte crudeliter exscinderetur: quæ licet triennio & pleraque
...st Martyrium S. Vrsulæ gesta sint, ideo tamen hoc loco præmittere volui, vt
...emo miretur, si Agrippinam dixero, contra Maximini conatus, in fide Romani
...natus perstitisse. Inde sicut Aquileiensis vrbis post biennium, ita hoc ipso an-
...no Coloniensis obsidionis nata est occasio, quæ in autumno Martyrij dedit
ansam Vrsulanæ Sodalitati: paulo post & Treueris irrito conatu
fuit appetita. Nnnc Romam ad Virgines & Cyriacum
Vicarium Papæ reuertamur.

Odiũ Romanorum in eum.

Edictum in Præsides Christianos.

Præscribitur à Senatu.

Aquileiæ occiditur.

***

CAPVT

CAPVT III.

Cyriacus per quietem de Martyrio admonitus abdicat se Vicariatu.

HÆc dum geri incipiunt in imperio, & Maximini ambitione & nefario scelere miris tragœdijs Romanæ res sensim afflictari, nocte diem insequente, qua Virgines Romam venerant, Cyriacus dum quieti se tradit, tres sibi videre visus est viros sanctitate illustres, veste candida fulgidos, qui explicata Diuini numinis voluntate, eum adhortati sunt, vt abdicato Romano Vicariatu sacræ se Sodalitati adiaret, eximio relicto documento posteris animi demissionis & contemtus illius apicis, quem mortales in primis habent: decretam sibi norit cum Virginibus Martyrij lauream, quam si vitæ & honoris auidior oblatam negligeret, futurum tamen vt Romæ pòst paulò decedens, & ijs vitæ speratæ commodis & martyrio sit carirus. Ita B. Hermannus cap. 17. *Ipsi Papæ Cyriaco tres in visu Sancti apparuerunt candidi, exhortantes eum, quatenus relicta dignitate Papatus sui cum sacris Virginibus comitaretur, exemplumq; bonum ceteris præberet tantæ sublimitatis contemtu, promittentes etiam pollicentur ei, quod & ipse coronam foret æternam per martyrij palmam adeptus. Præterea inquiunt asserentes, quoniam si Romæ remanserit, in breui sit moriturus.*

Visum nocturnum Cyriaci.

Ano. l. 1. c. 17

Aperit clero Romano mentẽ.

Pressit Cyriacus rem istam silentio, donec iam instaret dies, quo sacer exercitus Româ ad martyrium abiturus: tunc conuocato Cardinalium & Sacerdotum collegio, mentem ijs suam declarauit; decretum sibi matura deliberatione non sine instinctu & afflatu Numinis abdicatis honorum titulis sanctam hanc Sacietatem ad martyrium prosequi, eam verbo & exemplo ad fortiter pro Christo succumbendum excitare, optare se bona omnium voluntate Pontificatu, ipsis præfectis, inprimis verò Anthero, cuius prudentiæ plurimum confidebat Vrbis Orbis Ecclesias commendare.

Reluctantur Cardinales.

Attonitis ea Præsules audiebant animis; vehementer etiam improbabant, quod eo tempore Pontifice relegato, nondum Ecclesiæ parta quiete fluctuanti Petri nauem desereret; videret ne maleuolorum obtrectationibus ansam daret, quasi martyrij prætextu Virginum amore delinitus iter istud arriperet, cuius si tantum ipsum teneret desiderium, posset glorioßius in vrbe cum tot decessoribus Pontificibus maiore totius Ecclesiæ commodo, suiq; nominis splendore palmam illam promereri: nec etiam æquum videri, curam illam particularis Societatis, Ecclesiæ totius bono, gubernationiq; præponere; cùm difficile sit, eo tempore Præsulem idoneum, & vitæ pro fide prodigum reperire.

Persuadet Anteri electionem. Modestia eius.

Perstabat tamen in sententia Cyriacus, cui iam diuino constabat oraculo, non aliter se martyrio, quàm ea occasione potiturum, nec antè destitit vrgere præsentes, quàm officij Apostolici Vicarium suo nomine Antherum (virum doctrina & sanctate conspicuum) nominassent. Maluit sui contemtor egregius Cyriacus diuino potiùs, quàm humano consilio iter hoc suscipere: maluit florem totius Ecclesiæ, tot sanctos Martyres exemplo suo verbisq; præire, quàm eximia quadam nominis celebritate dubiam in vrbe martyrij palmam exspectare.

Offensio Cardinalium.

Quæ res pessimè habuit collegium totum Romani cleri, quod ea præsertim tempestate Pontiano relegato viduam Ecclesiam desereret absente Cæsare. Ideo BB. Elizabetha & Hermanno testibus, prætermissum in tabulis publicis nomen Cyriaci Pontificis est; quibus suffragatur glossa Decretalium ad titulum Bonifacij de Renunciatione; quàm meritò multi suspicantur consilio & autoritate defensorum Galfredi à Magistro S. Palatij sublatam, ne tam manifesto testimonio eorum sententia conuelleretur. Sicut ijdem S. Felicem Martyrem & Pontificem è fastis Romanis sustulissent, nisi Deus admirabili sua prouidentia detecto illius monimento, & eius clarissimo Martyrij testimonio tituli sepulcralis inscriptione testatum orbi voluisset.

CAPV

CAPVT IV.

Iacobus Patriarcha Antiochenus & Marculus Episcopus Byzantinus cum Constantia Dorothei Regis filia, Romæ se adiungunt Societati.

INTER præcipuas Romanæ peregrinationis causas numero, quod Deus varios ex diuersis orbis plagis Episcopos, Principes, feminas, & virgines lectissimas huic Societati, & Martyrio ex Italia, Græcia, & Mauritania decreuerit aggregare, qui vel diuino cœlesti accepto responso destinato Romam ob eum finem contendent; vel casu eò profecti repentè cœlesti afflatu se alijs adiunxêre. In his post Marium Christi Cyriacum primas sibi iure vindicat Iacobus Patriarcha Antiochenus, quem Eusebius, & Cæsar Baronius Zebennum appellarunt. Exciuerat enim Antiochia Romam vsque fama Cyriaci gentilis sui; nam & ipse natione Brit- nus, domo nobilis, literis probè, & virtutibus excultus, eam cathedram cum dignitate sustinebat in septimum annum teste, B. Elisabetha (vt rectè cum Eusebij ac Baronij Zebenno vel Zebino conueniat, qui iuxta ipsos anno Christi 230. Phileto Antiochinæ successerat) adeoque Romam veniens anno 237. septimum annum Ecclesiæ præfuerat. Vix ab vrbe discesserat Antiochiam versus: cum S. Vrsulæ Romam ingredienti discessus eius indicatur: citatis ergo nuncijs reuocatur; Bidui spatio ab vrbe iam aberat, cum repertus magno animi solatio Romam repetit: salutat & ciues, & neptes, quarum in ea sodalitate numerauit aliquot, incensus etiam Martyrij cupiditate, cum tot teneras tam ardenter sitire martyrij palmam attonitus cerneret, adauxit numerum.

Iacobus Zebennus Patriarcha Antiochenus.

Iungit se Sodalitati.

Hic ille Iacobus est, de quo sæpius dicendi recurret occasio, cui Cyriacus nomina præcipuarum sodalitatis Personarum, vt adnotaret, commisit, quæ ipse post eos futurus superstes, indita sarcophagis vulgaret posteritati.

Altera Romæ nobilis accessio facta est è Thracia ciuitate Byzantina Episcopi Marculi (quem Scriptores Ecclesiastici Marcum appellant) ac Regis filiæ Constantiæ, mirabili prodigio, ad hanc sodalitatem inuitatæ. Thraciæ regnum aut certè partem eius moderabatur Dorotheus è Sicilia oriundus, cum coniuge Firmindina, sedemque regni Byzantij fixerat, id nondum ad eam surrexerat amplitudinem, vt æmula Romanæ vrbis existeret, ad quam euexit postea Constantinus, & à suo nomine Constantinopolim appellauit. Susceperat autem Rex è Firmindina prolem vnicam femineam, quam Constantiam nominauit; Sed ante pubertatis annos excesserant Parentes, vt à cognatis postea virgo cuidam Regis Filio sponsa promitteretur; qui cum ante nuptias eam orbam; sed lætiorem reliquisset, ipsa virginitatis ardore inflammata; & iam cœlestis sponsi amoribus delinita, voto nuncupato virginitatem obligauit: hoc vnum verò orabat assiduè, ne vnquam illigari coniugio cogeretur. Regebat tunc Ecclesiam Byzantinam S. Marculus Constantiæ auunculus, quæ ei suum detexit animi secretum; & vt virginitatis suæ defensor existeret, obnixè flagitauit. Facilè petitioni tam sanctæ, tam sanctus acquieuit Præsul, virginisque votum Deo solicitè noctes dieisque commendauit: nec vanæ fuerunt orationes: dum enim nocte quadam ardentius Deo preces adhiberet, diuinitus cognoscit S. Vrsulæ & Sodalium iter Romanum, & admirabilem tot Virginum vno in loco eodemque tempore pro fide lanienam; licere tam sibi, quam nepti Constantiæ talis laureæ fieri participes, si in vrbem venturas præstolentur. Mirè diuinum oraculum Constantiam recreauit, spretis ergò regni opibus, patriæ delicijs & amicis, Constantia S. Marculum Romam comitatur, quo delati, exspectarunt aduentum Sanctarum Virginum; quibus etiam animi sui desiderium, & diuinum eius tanto ante tempore redditum oraculum aperuerunt. Dici vix potest,

Marcus etiam Byzantinus Episcop⁹.

Amor virginitatis in Constantia.

Nocturna visio.

teſt, quo gaudio S. Vrſula ſacræque virgines fuerint deliburæ, ob tam raram vbique ſe manifeſtantem diuinam prouidentiam, quam ad ſocietatis illius gloriam augmentum procurandum demonſtrabat, quoties per cœlites ac diuina reſponſa hoc iter ipſorum ſanctumque propoſitum comprobaret. Porrò ea conſtantia immindinæ matris nomine fuit inſignita, cum tituli Virginum ſarcophagis indentur, vt ſuo dicetur loco.

CAPVT V.

S. Mauriſus cum alijs eidem ſe ſociat.

VVLGATA Romæ Cyriaci Vicarij voluntate diſceſſus: miri animorum ardor tus in varijs etiam Antiſtitibus excitati; vt abdicatis Inſulis tam certam Martyrij lauream in tam nobili Sodalitate Præſide Vicario Pontificio conſequerentur. Hac re excitatus S. Mauriſus in via Lauicana duos iam annos Præſul dignißimus, & ipſe natione Britannus, illuſtris comitis de ſtirpe magnorum Principum hus, Dariæ matris S. Vrſulæ ac Geraſinæ Reginæ Siciliæ germanus frater, SS. Babylæ Iulianæ auunculus, (qui buſcum eodem conditus ſarcophago repertus eſt; & Coloniæ ad Machabæitas religioſè adſeruatur) acceſſit, vt palmam cum ipſis conſequeretur. Ardebat hic incredibili ſtudio animos Chriſto acquirendi: nullum ne tempus, nullam elabi ſinebat occaſionem, ſi quæ affulgeret alicuius gentilis aut Iudæi conuertendi, tantumque ſtudij & operæ ponebat, vt non niſi meliores ab ipſo diſcederent, qua in re mira ei diuinitus data vis & energia verborũ, vt conſtet illi ab ipſo conuentum Iudæum aut gentilem, quem non incredibili dicendi ardore & diuina quadam facundia ad Baptiſmum ſtatim ſuſcipiendum induxerit, imò quem non ipſe etiam aquis ſtatim ſalutaribus expiarit, vt hic extra Martyrij laurea inctis potuiſſet Epiſcopis accenſeri. Nec venit incomitatus; nam Claudium Spectanum iam Diaconum à ſe conſecratum, eiuſque fratrem Focatum adoleſcentem nullis adhuc ordinibus initiatum, traxit ad Martyrij ſocietatem: qui duo magna diligentia in via Epiſcopis facientibus miniſtrabant; quibuſcum etiam mortem ro Chriſto obita triumpharunt.

S. Mauriſus Epiſc. in via Lauicana.

Zelo animarum flagrat.

Cardinales Romæ tunc erãt.

Erant iam tum Romæ, Præsbyteri, Diaconique Cardinales; Præsbyteri iidem, certis vrbis Eccleſijs, ſeu Titulis Præpoſiti, curam fidelium ſua ſinguli in bis regione deſignata ſuſtinebant: Erant & Diaconi 7. præcipuè iam inde ab Apoſtolis menſis vt miniſtrarent præfecti, quibus Euariſtus An. 112. hoc oneris adcu vt Epiſcopo explicanti Euangelium adſiſterent: adiunxit verò Fabianus (qui no poſt S. Vrſulæ martyrium anno Pontifex indicio columbæ electus eſt) vt præeent 14. diuerſis vrbis regionibus, is ſinguls binos aſſignauit, & pauperum in iis degen curam attribuit, vnde ex munere Regionarij Diaconi dicebantur, qui etiam in Concilio Romano ſub Silueſtro Diaconi Cardinales vſitato iam pridem nomine nuncupantur, de quibus fuſius alibi diſſeruimus.

Comitantur aliqui Sodalitatẽ.

Horum Cardinalium duo Pontius, & Petrus Vincentius eodem ſuccenſo Chriſto patiendi deſiderio, & cum Vicario Chriſti moriendi, iter ſtatuunt cum ſodalitate virginum arripere. Quod non ſine diuino conſilio factum videtur vt tot Epiſcoporum, & Romanorum Cardinalium, addo & Patriarcharum, ipſiuque Vicarij Pontificis præſentia, cum tot Regibus, Principibus, Virginibus, & Matronis omnis ſtatus, ſexus, conditionis, ac ætatis fidelium quandam videretur vniuerſalis Eccleſiæ ſpeciem repræſentare, cuius flos è toto orbe delibatus vno tempore Deo gratiſſimo holocauſto ſimul immolaretur. Acceſſere & Diaconi alij duo Gallus, ac Kilianus, ille quidem Cyriaci ex ſorore nepos, hic cognatus, quos imitati Subdiaconi tres, Ambroſius, Iuſtinus, & Chriſtianus.

Et Diaconi.

Nec voluit Romanæ Eccleſiæ Archidiaconus Florentinus Cyriacũ deſerere, præſertim ſanguine propinquũ, & Comitem Euſtachiũ, ſexq; eius filias præſentes, quas

quali vinculo Cyriacus attingebat. Paribus ſtudijs ijs duo Principes Euge- Cum viris
& Nicoſtratus fortè Romanæ nobilitatis, & è Pontificia familia ſeptem alij Principib.
ere, quorum nomina terris incognita, in libro tamẽ vitæ Martyribus adſcri-
ſo tempore mundo patefient, præter hos ingens per Italiam Epiſcoporum,
m principum, Virginum & matronarum facta eſt acceſſio, vt teſtantur tituli
i ſepulcrales.

CAPVT VI.

Cyriacus cum aliquot Cardinalibus & multis Epiſcopis diſcedit Roma cum Virginibus. Maximus & Africanus conſules deſignati necem ijs machinantur.

CYRIACVS cum iam cuncta ad iter præparata cerneret, & à Clero Romano Laus Antheri ſucceſſoris.
ſibi, vt peroptarat, Vicarium digniſſimum Anterum ſubrogatum, quem multa
o, populoque Chriſtiano gratum & amabilem efficiebant; honeſtas morum,
nis victus abſtinentia, ſingularis Dei amor, ac pauperum verè paterna ſolicitu-
uic officium, & onus Paſtorale, ac Eccleſię ſtatum fluctuantem impensè com-
dauit, tum verò vbi ſe, & vniuerſam ſodalitatem totius Cleri populique Chri-
ſti precibus commiſiſſet, extremum vale dixit magno fidelium Romanorum
rore, quibuſdam vt dixi ſtipatus Cardinalibus, quamplurimis Epiſcopis, multis
cum è Romana nobilitate, & Italia comitantibus virginibus, quarum nonnullæ
po eam via ante brauium mortuæ, & à Deo varijs prodigijs illuſtratæ, hoc iter
Romanum diuerſis in locis, quibus deceſſerunt, teſtatiſſimum reliquerunt. Fuit
in is Herengardis matrona nobilis Cyriaci Pontificis neptis, quæ cum filia, & tri-
bꝰ puellis ſe coniunxit congregationi, & cum ea læta pro fide occubuit.

Non poterat ea res occulte geri, cum in tam numeroſo Chriſtianorum exer- Gentiles offenſi Chriſtianis.
cit, quo ante illum diem nullus Romæ nobilior apparuerat; ſtudia ſtatim fidelium
erẽrentur, qui gentilium impietatem fauente Imperatore Alexandro palam de-
nere non verebantur, vt mirum non ſit ea re vehementer Ethnicorum animos
ſſe in Chriſtianos, imò & in ipſum Cæſarem exulceratos, cuius indulgentia tan-
iberras ijs permitteretur. Illud S. Eliſabetha cœlitus edocta didicit, cum Ma- Præſertim Conſules deſignati.
xnus, & Africanus Romani Principes (in annum ſequentem conſules deſignati)
tam orthodoxorum multitudinen non æquis intuerentur oculis; cernerent et-
in magnam è Romana Vrbe, maiorem ex Italia fieri acceſſionem, viſis tot in v-
am collectis regibus, qui eandem fidem ſectarentur, vehementer angi cœpere, ne
floreſcente per tam illuſtres viros religione Chriſtiana, gentilium ſuperſtitiones
nitus abolerentur. Ergò per exploratores iter, quo tenderent, exquiſierunt:
uorum indicio cum didiciſſent eos ſecundo Rheno Coloniam properare; ad Iu- Iulio ſuadẽt necem ſodalitatis.
lium Maximinum Hunnorum aut Gothorum Ducem cognatum vel affinem ſuũ,
incios ablegarunt, qui monerent eum, vt occurreret venientibus, & propè Co-
niam internecione deleret. Quod ſi quis miretur, cur ſicut Pontianum anno
periore abſente Imperatore relegarunt, non etiam Romæ in hunc exercitum pro
ſonſulari poteſtate animaduerterint, facilè occurri poteſt, eo anno Seuero &
Quintiano Coſſ. ea nondum fuiſſe poteſtate præditos, ſed vixiſſe priuatos, ad fi-
em eius anni vſque, cumque omnia Romæ per Præfectum Prætorio, Vrbique ex
ntentia Cæſaris Alexandri gererentur, facilius ea per Iulium Maximinum, qui
annonicas ſeu Hungaricas Tironum ducebat legiones, & circa Moguntiam ver-
batur, vel alium quemuis notæ crudelitatis hominem gerere potuiſſe extra Ita-
iam, ſine Imperatoris offenſione, cuius ipſi futuri conſules facta in Senatu ſe rata

habituros pollicebantur; quod etiam Prouincialium odia, & summam tol[illegible] inuidiam, quam dubio procul incurrissent Romani, si tot exteros Principes pro[illegible]sa securitate Romam ad lanienam euocassent.

Roma discedũt Virgines.

Interim felicibus auspicijs aucta Societate accessione tam nobili Cyriaci Vicarij, aliorumque Præsulum votis ad SS. Apostolorum limina & Martyrum cœmeteria exsolutis, abeunt Roma Duce Christo IESV, aderat & magna mater Virgo MARIA cum Angelis, & cœlitibus; confluentibus è vicinis locis quam plurimis vt eiusdem se coronæ participes efficerent: præsertim verò ex ijs locis, quorum antistites iam se illorum consortio recens aggregarant. Porrò vt ordo, decus, & honestas in tanta multitudine conseruaretur, consilio Cyriaci Pontificis Virgines suis diuisæ chiliadibus, gradiebantur, succedebant matronæ, & comitatus reliquus, Episcopi separatim à virginibus, & statiua habebant, & iter prosequebantur. Sola die Dominica, festisque per chiliadas diuisi, sacras virgines & exhortationibus in arrepto proposito confirmabant, & sacra communione reficiebant: ad hoc iuuabat sermo patrius, cum plerique è Britannia ducerent originem. Felix talibus comitibus, tam sanctis Præsulibus, ex omni Italia selectissimis viris candidatus ille Virginum exercitus. Felix ducibus Iesu & Maria, fauentibus cœlitibus, plaudentibus Angelis, vbi tot millia vnanimi consensu ad martyrij lauream ardentissimis votis anhelabant.

Statoordine.

CAPVT VII.

S. Foilanus Episcopus Lucensis, & Simplicius Rauennensi. diuinitus cognoscunt Martyrium. S. item Aquilinus, Episcopus Coloniensis de sarcophagis Martyribus præparandis admonetur.

IAM tum in more positum erat, vt sedes Apostolica Episcopos, vel legatos mitteret ad Prouincias, vt vel eas inspicerent, vel Ecclesiæ negotia sedis Apostolicæ auctoritate conficerent, & controuersias ortas deciderent. Ita Cyriacus pro tempore Vicarius S. Foilanum Lucensem, & ex Vrbe Coloniam negotiorum causa dimiserat, testatur id titulus Sarcophago S. Foilani hoc exemplo inscriptus. *S. Foilanus Lucensis Episcopus ab Apostolica sede missus, hoc in loco fuit occisus, & ferro pe[illegible]tus, & cum istis virginibus est sepultus.* Testatur idem Ferrarius Italus ex monimentis, & tabulis Ecclesiæ Lucensis, ad diem 21. Octob. *S. Foilanus 4. Episcopus Lucensis, eximia sanctitate refulsit, qui à Pontifice Romano cum Simplicio Episcopo Coloniam Agrippinam missus est, vbi post multa incommoda, quæ passus est, demum Martyrio pro [illegible] defensione coronatus est 12. Kalendas Nouemb. qua die Vrsula Virgo cum sociabus virginibus ab Hunnis Martyrium ibidem passa est.* Suffragatur his S. Elisabetha, quæ addit easdem cum Simplicio Rauennate antè, quam Coloniam attigissent, à Deo per quietem monitos, vt se ad martyrij lauream Coloniæ suscipiendam præparent.

Legati duo Apostolici iam tum Coloniam missi.

Prę monẽtur de Martyrio.

Regebat ea tempestate Coloniensem Episcopatum à S. Materno 4. Aquilinus, vir *Sanctus*, vt S. Elisabetha ait, *& Spiritu diuino plenus*: hic cum virgines Roma discederent, magno prodigio vidit totum exercitum Parthenium Duce S. Vrsula, ac Præsules cum Regibus ac Principibus Duce S. Cyriaco & Ætherio sponso ad vnum omnes Coloniæ pro fide trucidari, quando vox allapsa cœlitus est, quæ Sarcophagos tot Episcopis, Reges, præcipuisque virginibus iubebat apparare & omnia

Aquilini Coloniẽsis Episcopi visio.

quæ ad tot Martyrum sepulturam necessaria viderentur, magna celeritate irere. Paret diuinæ monitioni Episcopus, & dum solicitus omnia ad eam onea comparat, adsunt ex Italia Lucensis, & Rauennensis Episcopi; quorum ū sedis Apostolicæ mandata coram explicasset, & eidem ea, quæ Deus vtriq; ietem ostenderat, indicasset, nullaque Martyrij tali tempore, & loco affulgeaſio, ab Aquilino seriem rei & exercitus virginei in procinctu Coloniam ndentis cognouerunt, ergò reditu maturato in Italiam magnis itineribus ndunt, tàm in itu, quàm reditu magnis iactati calamitatibus; nam iter eorum rmanorum inciderat in Galliam irruptiones; reditus ferè in Alexandrum Imorem, ac Romanos milites sub Maximino Germanicum bellum prosequen- Deo tamen propitio salui Societati Vrsulanæ & S. Cyriaco (à quo Coloniam fuisse videntur) occurrerunt. Quis explicet quibusnam gaudijs, & ipsi pa- & S. Cyriacus, totaque sodalitas incesserit, quando tàm miram erga se diuiprouidentiam cognouêre, Deo iam tumulos quibus defuncta Martyrum corconderentur, procurante: ac de mutata fortè iam tum rerum facie in imperio cem Alexandri, & Mammææ matris, ac barbaram immanitatem Maximini ficis; permittente ea paulatim loca insidere Gothos, ac barbaras Pannonum gines, quorum gladijs, & sagittis tot hostiæ Deo litarentur. Sed quoniam in hac historia varijs in locis seriem Martyrij præuiderunt, & ad id cœlitus ati sunt, placet similia, quæ viginti quinque ferè annis in Gallia ante S. Vrsulæ yrium accidere S. Irenæi discipulis, quorum aliquot ea loca, quæ SS. Virs adierunt, Martyrio nobilitarunt, enarrare: vt fidem facilius dicta mere-

Iunguntur societati.

Res simili historia illustratur.

Beatus Polycarpus Smyrnensis Episcopus Sancti Ioannis Apostoli auditor, in iam miserat Sanctum Irenæum, cum aliis diuini verbi præconibus: in ijs erant eolus, ac Ferrutius Athenienses: hos Sanctus Irenæus Lugdunensium Antistes inarat Vesontionem (quem locum Bonfinius vult Virgines transijsse) vbi mulè mancipijs orci & filiis tenebrarum asserunt in filiorum Dei, ac veræ lucis rtatem: ab eodem Irenæo Valentiam Galliarum ciuitatem missi Felix, Fortuus, & Achilleus, dum diuersis in locis sedulam Christo nauant operam, Deus vt sque tot inter labores cœlesti viso recreauit; ac Felix quidem sacerdos duobus jis suis hæc sibi per quietem oblata retulit. *Vidi locum siderei splendoris coruscatione micantem, ineffabilium florum diuersitate vernantem, fragrantibus quoque aromatis redolentem, tabernaculi etiam stellantibus gemmis insignia, fulgentis auri decore radiantia, in quibus quinque agni niueo candore nitentes, albentia lilia flore depicta croceo ru delectabili inuitante, insigni amœnitate carpebant, quæ dum magnitudinis immensitate perterritus, & virtutis admiratione gauisus intendo, audiui hæc dicere diuinæ vocis seruatione prolata. Euge serui fidei deuotione probati Irenæi famuli mei Discipuli, qui tenta exigua multiplici locupletatione ampliata parastis; introite in gaudium Domini vestri, qui vos faciet perpetuæ lætitiæ exsultatione gaudere, Fratrum vestrorum societati iuncti.* His narratis incredibili animi lætitia perfusi audientes sunt, & Deo o beneficio Martyrij oblato gratias retulerunt, vires & robur ad complendum orantes: ecce tibi Vesontione adferuntur ijsdem tribus literæ à Ferreolo, ac Ferrtio (quos eodem tempore Deus simul ostento ad martyrium cum socijs inuitalit) hoc exemplo. *Vidi cum me sopori dedissem cœlo quasi reserato ac patulo quinque ronas miro splendore fulgentes, auro gemmisque insignibus adornatas, sidereo fulgore coiscantes, quæ singulis Angelorum manibus deportatæ, signum crucis in medio scriptum deonstrabant, quod dum admirarer, audiui vocem terribilem dicentem mihi. Venite Irei Discipuli, percipite promissum Patris vobis paratum, vt sicut vna feciſti in terris, ita pariter percipiatis regnum promissum in cœlis:* Lectis his literis Felix pariter Vesontiem suam literis significauit diuinitus factam de communi martyrio reuelatiem, atque ita vnanimes Deo gratias pro eo beneficio retulerunt: & se ad Martyj palmam præpararunt, quod viginti quinque ferè annis ante, quàm S. Vrsula illac

Visum mirabile.

Coronis ostensis animantur ad martyrium.

iter faceret sub Caracalla, vt autor est Chiffletius p. 2. Vesontionis fol. 26. sunt consecuti, quamuis Rheinaudus circa initia Commodi Imperatoris factum putet. Hac duorum Episcoporum facta accessione, multi se alij consortio inclyto tot prodigiis coniunxerunt, vt pridem ante Mediolanensium Antistes Marinus. Nouariensium Moromius, Cremonensium Permerius, Laudensium Mallusius alij que se aggregarant.

CAPVT VIII.

Difficultates itineris in reditu disoluuntur.

Obiectiones.

MVLTA possunt contra reditum opponi, *primò*, quomodo tam breui itineris per Italiam tempore, & à Germanis bellum Romanis inferri, & Romam nunciari, cogi miles, haberi delectus; edici mense ante profectio potuit? & in Germaniam totus exercitus transportari, occidique ante Alexander, quam redirent Virgines Basileam? breuiter Respondeo. Eadem ipsa die à vicinis præsidijs Romam destinatæ literæ, cum Germani oram Gallicanam inciperent infestare, ita vt breuissimo tempore per dispositos equos ea defectio Germanorum Alexandro Romæ innotuerit ante, quam Virgines Romam peruenissent, sicut cæsis Maximinis, teste Capitolino, 4. intra dies nuncius cum cæsorum capitibus Aquileia Romam attulit est; nec opus erat cogere militem, nouosque delectus habere, quando victor exercitus eodem ipso tempore Illyricanis debellatis, facili negotio & mense vnpotuit ad Rhenum peruenire: cum vt veteres Scriptores tradiderunt, in ea festinatione quotidie viginti aut viginti, quinque millia passuum legiones passu militari progrederentur, ita, vt ante duorum mensium finem à prima Germanorum populatione facili negotio exercitus Moguntiam conuenerit, quod nemini mirum videbitur, qui Alexandri Magni. Cn. Pompeij & C. Iulij Cæsaris celeritatem in bellis apparandis & gerendis legerit, maximè quando Cæsar repente Alexandria in Pontum improuisus aduolauit, & incredibili pernicitate Pharnacem ita oppressit, vt in triumpsio Pontico inter pompæ fercula hanc præmiserit epigraphen, *veni, vidi, vici*, qui etiam meritoria rheda vectus, vt Suetonius scribit, per diem 100. millia passuum conficiebat, vt nuncios sua celeritate longè præueniret. Sic Constantius Imperator in Italia comperto, Siluanum Coloniæ salutatum esse Cæsarem, tanta celeritate missis militibus eum interemit, vt intra triginta dies arreptæ tyrannidis trucidaretur. Sed quia obuia sunt ea celeritatis militaris exempla in Lutio, Curtio, alijs, prætermitto. Vnde non opus Romæ nouis delectibus, & ea bimestri ante itinerarij suspensa descriptione Lampridiana, cuius fortè ante Parthicum bellum vsus fuit: hic tantum necesse fuit, vt Imperator ad exercitum (ex Illyrico, aliisque locis, ac vicinis Danubio, Rhenoque præsidijs collectum) cum expeditis equitibus, & fortè duabus legionibus magnis itineribus properaret: fuerit igitur extremo tertio mense Italicæ peregrinationis mensibus Iulio, Augusto, Septembri adornatæ Alexander interemtus: intra quod spacium iter, & reditum Virginum ab Alpibus Basileam versus constituamus: nec enim properato hic opus video, cum nullus tempus peregrinationis definierit: ita poterit etiam ad gentilium historiarum calculum (quem in natali Alexandri Imperatoris accuratè explorauimus) historia nostra accommodari, vt iter Romanum viuum habuerit & fauentem Alexandrum: nuncius verò de nece eius sub initium Octobris in reditum Virginum inciderit, nam ante Octobrem non videntur Basileam attigisse: ibi verò substiterint, nonihil, si fortè præter reliquas aliquæ fuerint naues pro augmento sodalitatis comparandæ: quod si qui nodi è reuelationibus oriri videantur, eos clare suis locis discutiemus: nunc sextæ persecutionis initium in cæde Alexandri videamus.

Celeritas nunciorũ. Quatriduo Aquileia Romã vsque. Velocitas legionum seruato passu militari. Et Imperatorum Romanorum.

* * *

CAPVT

CAPVT IX.

Qua occasione & causa cœperit A. 237. Kalendis Octobribus sexta persecutio sub Maximino infra Moguntiam, & qui in ea præter S. Vrsulam occubuerint.

ITER decem, quas Ecclesia seculis tribus perpessa est persecutiones, nulla periculosior, vt quidam etiam volunt, dirior fuit sexta, qua bellum Ecclesiæ Præsulibus indixit Maximinus; nulla tamen inter alias omnes ita tenebris inuoluta; cuius pauciores passim Scriptores Ecclesiastici numerent Martyres: cum tamen satis ex Origene, qui tunc viuebat, & cuius caput in discrimen maximè vocabatur ex Eusebio Orosio, S. Augustino constet, dirissimam exstitisse: eoque periculosiorem alijs; quod sola capita, Præsules, & Doctores vbique demeteret. Qui verò illo furore conciderint, vix 4. viri Ecclesiastici memorantur: vt meritò suspicari quis possit, cæsis ea tempestate præcipuis, & doctissimis orbis Episcopis, qui res gestas Martyrum literis consignabant, & turbatis præsertim Romanis rebus duobus trimestris spatio coronatis summis Pontificibus, ingens factum esse in Ecclesiastica historia Martyrum naufragium, qui ea persecutione pro fide occubuerunt.

Ideò commouit me Breuiarij Romani autoritas, quod circa annum 1550. cum proprijs de S. Vrsula Lectionibus editum disertè asserit S. Vrsulam anno 237. sub Maximino coronatam esse, cum plurimis Episcopis, & Regibus, vt examinata rei accuratè temporis illius historias, à profanis & Ecclesiasticis Scriptoribus exactas; an huius rei in ijs appareret fundamentum: id vt clarius proponatur; primò persecutionum Ecclesiasticarum in genere causas examinabo: tùm descendam ad hanc sextam Maximini; qua occasione cœperit in Germania, in quos, & quibus de causis sæuierit, eruam: Denique quam tempori illius historiæ consentaneum sit, hanc Coloniæ S. Vrsulam cum multis Episcopis occubuisse, vt Romani breuiarij certa veritas confirmetur.

Mirum videri gentilibus, Hæreticisque solet, sectatores fidei orthodoxę varijs semper & acerbissimis iam inde ab Ecclesiæ nascentis exordio concussos esse calamitatibus, & persecutionibus; sed licet succussionibus hisce conuelli stirpitus videantur, altius tamen egere radices virtutum, magis firmati & stabiliti caritate diuina; cuius soliditatem clarè demonstrat hostis impugnatio: nec enim militis robur, nec virtus tempore pacis, sed belli, nauarchi peritia tempestate sæuiente emicat, atque in ipso penè naufragio cernitur: quod egregiè S. Ambrosius super his psal. 118. verbis declarat. *Paratus sum, & non turbatus, vt custodiam mandata tua. Vt gubernator, inquit, ille melior est, qui in tempestate nauim gubernat, & laudem maiorem meretur, qui aduersus ventos obnititur, insurgit aduersus fluctus, non timet, vel cum eleuatur vndis ad vigium, vel cum ad ima profundi demergitur; quam qui per strati maris malaciam, & tranquillitatem ad portum optatum eam conducit; sic & maiori præconio dignus est ille, qui tentationum, & afflictionum tempore ita animi sui nauim nouit dirigere, vt nec prosperis extollatur, & euanescat, nec aduersis, afflictione, & laboribus frangatur, & fatiscat: sed cum Propheta dicat paratus sum, & non turbatus: tam hæc mihi placent, quam illa.* Altera fuit persecutionum iusto Dei decreto permissarum causa, vt diuina potentia per infirma mundi declararetur: dum furor insanientium Tyrannorum, nec vllum posset à Dei caritate dimouere, nec fidei propagationem vllis tormentis impedire, quo minus illa toto terrarum orbe sine armis, & ferro per viles sæpè, mundoque despicatissimos homines dilataretur.

Cur Deus permittat persecutiones Ecclesiæ.

1. Solidat.

2 Ostendunt Dei omnipotẽtiam.

Primus persecutor Nero. *Tert. c. 5. Apologe.*

Primus persecutorum fidei classicum cecinit Nero Imperator, cuius tum deprauatam in quæuis flagitia naturam frustra niteretur Seneca disciplina, & arte corrigere, iam tum ait Tertullianus. *Parabat Deus, & nectebat Ecclesiæ suæ Martyrij coronas, vt haberent Christiani, quo tam improbo dedicatore, damnationis suæ merito gloriarentur: qui enim nosset illum, haud ignoraturum, non nisi grande aliquod bonum à Nerone pessimo damnatum esse*: Ita Principes Apostolorum Petrum, & Paulum furor illius sustulit.

2. Domitianus. 3. Traian. 4. Anton. 5 Seuerus. 6. Maximinus omniũ immanissimus.

Successit ei feritate par, fastu maior Domitianus; qui dum se Deum cupit adorari, ferocius in gregem Christianum velut immanis bellua sæuijt: excepit ane persecutio, quam Traianus; quam Antoninus Philosophus; quam Seuerus intpolatis pace aliqua temporibus in Ecclesia excitarunt: Sextus tamen omnium gentilium autorum præsertim Lampridij, & Capitolini sententia Maximinus, Tyrannos priores immanitate superauit: vt eum non tantum *Cyclopem, Busiridem, Pyronem, Phalarim*; sed *Tigridem* etiam, & *animal, quo nullum in terris crudelius vivat*, Romani appellarint. Hic Tyrannus carnifex erat aptissimus, cuius telis, & gladio tot millia innocentissimarum Virginum Deo victimæ profuso sanguine litarentur: namque sub hoc Maximino cæsam esse cum sodalitate sua S. Vrsulam, præter Vincentium Belluacensem, S. Antoninum, Ioannem à Leydis, Ioannem Magnum Vpsalensem Archiepiscopum, qui id disertis verbis exprimunt, idem Romani breuiarij Lectiones propriæ tunc, cum ritu duplici tota in Ecclesia dies anniuersarius vndecim millium Virginum perageretur his verbis asserebant. *Passæ sunt circa An. Domini 237. Anteros Papæ & Maximini Imperatoris*: Ideo persecutionis huius initium, occasio, causæque licet iam sæpius insinuatæ, discutiendæ sunt accuratius, si forte lucis hinc aliquid emicet, vt eius atrocitas aliquo modo cognoscatur.

6, Persecutionis initium.

Initium imperij Maximini idem vt annus, ita & dies fuit, qui mortem luit Alexandri Imperatoris iustissimi, castissimi, clementissimi, matris Mammææ conseruantissimi & Christianorum studiosissimi, hunc annum Eusebius, Belluacensis, S. Antoninus, Baronius, & alij communiter volunt esse 237. quibus subscribi Romanum Breuiarium. Erant tunc Romani Consules Seuerus & Quintianus: dies verosimiliter fuit Kalendarum Octob. Eodem ipso die testantur scriptores gentiles Capitolinus, & Herodianus, Maximinum à militibus Augustum esse salutatum: & quidem ante, quam Alexander obtruncaretur, quem etiam facit Herodianus lib. 6. iussu Maximini interemtum cum matre & amicis: vt initium sextæ persecutionis infra Moguntiam circa Ficeliam cœperit. Porrò dici debere hanc septimam persecutionẽ persuasissimũ est S. Aug. l. 18. C. D. c. 52. Oros. l. 8. c. 19. Baro. ad An. 237.

Occasio duplex.

Occasionem illi primam datam esse suspicor literis Maximi, & Africani consignatorum Consulum: ad Iulium Hunnorum Ducem cognatum suum missis qui videtur ipse Maximinus esse: is enim eodem se anno Iulium appellauit. Duxq; Gothorum etiam Hunnorum in Perside collectorum fuit, & fortè Consulibus coniũctus affinitate, quem ideò honoris causa cognatum suum nominarunt.

1. Literæ Romanorum.

Eæ literæ per citatos nuncios videntur exeunte Septembri ante, quam Alexander ipse a exercitum Moguntiam peruenisset, redditæ, copiis iam omnibus à Maximino congregatis: quando is bellica fortitudine, corporis magnitudine, generositate animi præcipuus, militaribus meditationibus formabat exercitũ, & ad nutũ suum sequendũ imbuebat, promissione spoliorum totius Germaniæ, quę spe ipse cũ suis iam deuorarat: & quia licentia quadam bellica plus etiam indulgebat legionibus, quam Alexãdri Imperatoris seueritas, & disciplinæ militaris exactissimus rigor pateretur, facilè & pronum fuit ciere turbas, cum aduentu Alexandri, & delectu habito pro innata sibi Cæsar, & nomini suo consentanea seueritate quasdam statim exautorare legiones, iam promissis Maximini ad quiduis audendum excitatas: hæc alterauit occasio, vt id pessimè haberet milites: & iam cũ Maximino cõferrent cõsilia de tollendo Alex: ita enim Lamp. ait. *Sed cũ ibi quoq; (Alexander) seditiosas legiones coperisset, abijci eas præcepit; verum Gallicanæ mentes, vt sese habent duræ ac retrogradæ & ipsè Imperatoribus graues, seueritatem hominis nimiam, & longè maiorem post Heliogabalum*

2. Seueritas Alexãdri.

terunt. Has duas dico occasiones exstitisse persecutionis in Christianos ex-
æ. Nunc ipsas 1. veras; tum à Maximino prætensas causas exquira-
s.

Vera & prima causa regnandi libido fuit: eumque ægrè videret posse se tali Causa vera Ambitio.
rincipe ob mores sanctissimos, & amorem; quo velut orbis delicium in ocu-
s & Romanorum; & exterorum erat, id consequi, ipse qui natione barbarus, ge-
tu agrestis; moribus efferus, à Romanis velut bellua despiceretur; militum sibi
tim colligere fauorem cœpit, & Alexandri matrem; ipsumque Cæsarem præ-
auaritiæ sordibus, in odium, & inuidiam vocare: id insinuat Capitolinus:
Maximinus autem ea fuit semper astutia, vt milites non solum virtute regeret; sed Et Astutiâ Maximini.
præmiis, & lucris sui amantissimos redderet. Hac astutia, & callido, te-
ue ambitionis studio perfecit, vt à militibus quibusdam illius præmijs effloresc-
ribus, vltro post exulceratum exercitum noua exauctoratione legionum facta
Alexandri, ad imperium vocaretur; quod ille dum detrectare (vt ficta sunt
itiosorum hominum si vlla in orbe ingenia) & à se amoliri simulat; plures et-
militum sibi legiones deuinxit; ad vehementius imperium, quasi inuito ob-
endum: quod clarè lib. 6. Herodianus hisce significat verbis. *Cum igitur*
frequentes in campum conuenissent, venienti de more ad exercendos tirones Maximino;
illum ignaro, an re prius composita, purpuram circumdant; imperatoremque salutant:
ille primo reniti, & abijcere purpuram, vt autem nudos intentari gladios à militibus vidit,
acriores nisi cederet; minitantibus; futurum quam præsens periculum præoptans; hono-
rem scilicet recepit; fortunamque illam sæpè; vt aiebat oraculis ac somnijs præmonstra-
tam testatus, milites prius inuitum se, detrectantemque cogi; sed illorum tamen obsequi vo-
luntati. (mirare in barbaro astutiam; sed audi cetera; quomodo ad necem
Alexandro inferendam paret animos, vt solus imperet) *Quamobrem quæ ipsis pla-* Hinc animat & animat in Alexandri necem milites.
cuerant resanciant; sublatisque armis etiam præuento rumore Alexandrum, iam rei to-
ti ignarum; opprimant, vt milites illius; ac stipatores re subita perterriti; aut sponte
cum reliquis consentiant; aut certè dum imparati sunt; nihilque eiusmodi exspectant,
et mingratis subigantur. Postea verò quam beneuolentiam omnium; atque alacrita-
tem pronocauit; duplicata scilicet annonâ (hoc erat armare manus in Alexandrum,
& Mammæam auaram; vt dicebant feminam) *ingentique promisso donatiuo,*
missisque omnibus; ac ignominijs remissis (vt exauctoratas sibi iungeret legiones)
festim ad tabernaculum Alexandri; quod haud procul abesset; vniuersos edu-

Hactenus Herodianus studiosissimus licet Maximini præ omnibus; & ob-
ctator laudum Alexandri; non potest tamen ambitionem illam barbari homi-
fictam; & pridem maturo coniuratorum consilio coctam inficiari. Ad præten-
causas venio.

Non Christiani tantum; sed gentiles ipsi Scriptores; adeoque ipse, qui tunc
uebat Herodianus, matrem causam fuisse necis vulgatum sermone ait. *Alij*
matrem ipsius accusabant auaram feminam; vt quæ pecunijs congerendis ob sordes nimias,
parsimoniamque erga milites, inuisum cunctis Alexandrum reddiderit. Finxere etiam
ilites; vel potius Maximinus in vulgus sparsit; Mammæam reditum suadere
lio in orientem; omisso bello; hanc Tyranni calliditatem; & fraudem detegit
ampridius in Alexandro. *Causa occidendi illius ab aliis hæc fuisse perhibetur; quod* Conficta ad inuidiã Alexandro conciliandam.
pater eius relicto bello Germanico in orientem ad iactantiam sui vellet redire; atque ob
hoc iratus esset exercitus; sed hæc ab amatoribus Maximini ficta sunt, qui videri nolue-
runt Imperatorem optimum ab amico suo interfectum contra iura humana & diuina; Con-
entit Capitolinus in Maximinis; *Causam quidem Alexandrum interimendi alij aliam*
fuisse dicunt: quidam enim Mammæam fuisse dicuntur, auctorem, vt filius deserto bello
Germanico orientem peteret, atij ideo milites in seditionem prorupisse. Hæc quidem gen-
iles Mammææ passim (ob fauorem, quem ipsa publicè Origeni, & aliis Christianis
xhibebat, ipsa etiam iam tum Christiana) obtrectatores profitentur, in odium ma-
ris Alexandrum filium occisum esse.

Scripto-

Licet odio religionis sit occisus.

Scriptores verò Ecclesiastici duce Eusebio coæuo Lampridij, & Capitolini factum volunt odio Christianæ religionis: dum persecutionem sextam dicunt in odium Mammææ, & Origenis institutam esse, vt Marianus Scotus, Hermannus Contractus, Nicephorus, & alij testantur, quorum verba lib. 4. cap. 28. recensui: horum multi expressè asserunt in odium Alexandri ab Origene fide Christi informati mouisse illam contra Ecclesiam persecutionem, verbis Zonaræ hac vice in tomo secundo contentus ero, qui audet etiam Alexandrum Christianum facere, & dicere in odium fidei esse obtruncatum. *Mammæa Alexandri mater virtutis, honestæque vitæ studiosa, dum Antiochiæ cum filio degeret, Origene (fama hominis permota) Alexandria accersio ab eoque doctrina fidei erudita, Deum sanctissimè coluit, vt Eusebius, & alij memoriæ prodiderunt; quo factum est, vt persecutio Christianorum eo tempore non modo conquiesceret; sed & honos maximus Christi cultoribus haberetur. Alexandro interfecto Maximinus statim suscepto imperio persecutionem contra Christianos mouit, & Ecclesiarum gubernatores* (missis Romam mandatis de Christiano necando) *vt Doctores Christianorum* (imprimis Origenes licet delitescendo euaserit) *necarentur, ac præcones tolli iussit, idque indignatione contra Alexandrum, qui Christum coluisset, fecisse perhibetur; eius enim Imperatoris insano odio flagrabat.* Hactenus Zonaras.

Alexander Christum colebat,

Habemus causam necis Alexandri, & matris: veram quidem barbari hominis ambitionem, at prætensam odium religionis orthodoxæ, quo solo potuit haire Romanorum à se alienos ob necem optimi Principis animos, si Deorum religione motus videretur, quæ viuo Alexandro adlectis in familiam, & Palatium Catholicis, nimium deteri videbatur; sed quia Eusebius, quem sequuntur ferè omnes qui de sexta persecutione loquuntur, eam præcipuè, & primo tempore voluit in familiam Christianam Alexandri & Mammææ incubuisse, dubium est, an eam ante bellum Germanicum, vel eo confecto peremerit, id clarè dissoluere videtur Herodianus, qui familiæ necem cum Cæsaris ita coniungit. *Maximinus igitur postquam eum exercitus vniuersus Augustum appellauit, Tribuno, & Centurionibus aliquot negotium dat Alexandri matrisque vna, & quicunque vim contra facerent occidendorum. Qui facto impetu statim in tabernaculum ipsum, cum matre, arcisque & honoratissimo quoque obtruncant; exceptis, qui paulò ante fuga, & latebris sibi consuluissent, quos tamen vniuersos* (vides rem non tumultuariè nec vno conceptam die; sed designatos pridem ad necem Palatinorum honestissimos) *aud multo post comprehensos, Maximinus ipse morte affecit.* En nouos Kalendis Octobribus Christi Martyres, eo enim titulo audet Petrus Equilinus Episcopus l. 11. cap. 24. Mammæam appellare, vbi eam *Sanctam Reginam* vocat, & *Martyrem, quæ ab Origene Catholicæ religionis & diuini verbi monimenta suscepit, & Baptismi Sacramentum latenter excepit, & ab Imperatore Christiani nominis persecutore interfecta est, & Martyr Domini consecrata.* Sed de familia Cæsaris neci data cuius esse potest Martyrium. Interim ne illaudatus Alexander Imperator in odium etiam fidei peremtus abeat, hoc ei nos Christiani maximo vertamus honori; quod vnum ei gentiles odio fidei maximè dederunt dedecori, quod matri Christianæ, sanctæ feminæ, ac multorum sententia Martyri semper obtemperarit: ita enim epiphonematis loco mortuo accinit Herodianus, laudum alias illius vbique obtrectator. *Hunc finem vitæ habuit Alexander vna cum matre, cum annos quatuordecim sine vlla subiectorum querela, atque adeo sine sanguine imperasset; siquidem à cædibus & crudelitate abhorrens, neminem nisi iudicio damnatum perire patiebatur, ad humanitatem videlicet, & beneuolentiam propensus. Quapropter nisi filium mater auara, ac sordida infamasset, nihil planè desiderari in eius gubernatione imperij potuisset.* Castissima femina lenonum turbam è palatio submouerat: nec quidquam ibi molle, quod oleret delitias patiebatur; vt pudicitiæ laudem præ omnibus Imperatoribus filius obtineret: quam pudoris ingenui gloriam in Alexandro, matris vnius solicitudine conseruatam cum prædicasset Herodianus, subdit: *Alexandro mater supra modum imperat,*

Familiares ei⁹ fideles.

Mammæa Martyr.

In odium Christianæ matris interemt⁹ Alexãder.

ac dicto audientem semper habebat, vt hoc tantum reprehendi in Alexandro posſit, nſuetudine nimia & reuerentia maiore, quam oportuit: etiam contrà animi ſui ſen- matri obſequeretur. Sanctæ igitur matris, & Christianæ filius Alexander m etiam Mammææ eiuſque fidei occiſus à perſecutore furatiſſimo Chriſti duno eſt. Nec tamen ideò Martyribus accenſendum puto: primò enim du- ſt, an animo vere fuerit Christianus, licet fuiſſe, vt probabilius ſupra defen- Deinde quia inuitus, ac renitens occiſus ſcribitur ab Herodiano. *Ale- conuocare milites, rogare vt ſe defenderent, at ille tremens, atque exanimatus in ta- ulum reuertitur, matrique implicitus, & vt aiunt conquerens atque incuſans, quod talia pateretur, exſpectabat interfectorem.* Niſi dixeris eum naturali metu ſum; matris tamen accenſum monitis, quæ ſe primam ad mortem pro Chri- petendam offerebat; eiuſdem etiam exemplo conſtanter pro Chriſto occu- ſſe, quod ego relinquo alijs dijudicandum: mihi hoc loco è dictis ſatis eſt eru- ecipſa geſta cum Vrſulano Martyrio eodem menſe eademque ſexta perſecu- tolerato congruere: quem enim potuit colorem necis Alexandri Maximinus anis prætexere, cum eum vt Indigetem poſt mortem; vt patrem patriæ in vita olent; quam odium nominis Chriſtiani: cum vt ex Zonara vidimus, non quie- tantum Alexandro Imperatore perſecutio Eccleſiæ; ſed præ reliquis Chriſtia- am honoribus ornarentur: & iam Romanis deſignatorum Conſulum literis atus ſciret, quo flagraret odio Romæ Mammæa, & Alexander, quod Chri- os non eſſe tantum ſinerent; ſed quaſi vrbi, & orbi dominari paterentur: tunc præſertim cum in orbis theatro Præſules, Doctores, Reges & Principes cum incre- Virginum Chriſtianarum exercitu ſacra ſua (frementibus contra, nec ob re- entiam Imperatoris audentibus ſenatoribus gentilibus impedire) peregiſſent, ma Deorum, & Flaminum Romanorum ignominia & dolore; quaſi feminæ v- Chriſtianæ, & imbellis pueri, matris à nutu pendentis imperio, gentium Do- a Roma regeretur. Ergò cum collectos in vnum Præſules illos, Doctores, es, & Principes ſectæ Chriſtianorum cognoſcerent, ſecundo Rheno Coloniam tutos: primus ſublato Alexandro, & Mammæa matre, reliquiſque orthodoxis tinis non dubitauit ſe maximam apud Senatum, & inſequentis anni Conſules iam initurum, cædemque imperatoriam hoc pallio velaturum) ſi eos ideo per- ſſet, quod in Deorum religionem iniurij, Doctoribus Chriſtianis audere quæ iſſent, Romæ depreſſa Senatus auctoritate indulſiſſent. Itaque triplex genus ninum Chriſtianorum propoſuit exſcindendum. Primò Palatinos Alexan- & Mammææ familiares Chriſtianos: quorum conſilio & fauore talia geſſiſſent Chriſtiani: tum ipſam totam ſodalitatem Vrſulanam, vt in mandatis Româ accepe- deniq; qui reſtare videbantur Eccleſiarum Præſules, ac Doctores, quos inter cipuus ore omnium Origenes ferebatur: quo capitibus præciſis, tota per ſe rueret Eccleſia Chriſtiana; neque enim vlli Tyrannorum contigerat, totius ropæ, imò ferè orbis Chriſtiani capita Chriſtianorum, Præſideſque, & leges collecta vnum in locum comprehendere, vt Maximino, qui ideo ad re- oſos totius orbis antiſtites tollendos adiecit animum, vt ſibi deleti nominis hriſtiani decus arrogaret, magiſque gentilium collecto fauore ſtabiliret im- erium.

In odi Christian; matris in- teremtus Alexãder.

Ideonè Martyr.

Offenſio Senatus ob religio- nis Catho- licæ ſplen- dorem.

Impulit Maximi- num ad oc cidẽdum.

Triplex gen⁹ Chri- ſtianorũ.

Ac mihi quidem videtur ijſdem infernalibus furijs ad ſcelus, & immanitatem elluinam in Chriſtianos exercendam concitatus, quibus olim primus Chriſtiani ominis Romanus hoſtis Nero bellum mouit Eccleſiæ: Is enim (ô inauditam nimi peruerſitatem!) vt Troiæ excidium habitu ſcenico citharœdus caneret, ipſum oluit incenſa Roma tricti, & luſtuoſo ciuibus, iucundo Neronianis oculis ſpecta- ulo exhibere. Miſerabilis erat rerũ facies, cũ incendio tãtis impendijs, nec minore anguinis pretio coalita Romanæ Vrbs moles propè in cineres, & fauillas redigere- ur: peruaſerat tũc aures Romanorũ, Imperatorẽ citharæ legibus obtemperantem, ublicęq; calamitati illudentẽ Troiã ceciniſſe: quare cũ nec ſolatijs vllis largitionũ,

Neronis inſanus fu- ror.

Odium Vrbis in- curris.

nec

nec edictis ingens mœror luctuosi casus abstergi posset, Christianorum pl
exquisitissimis supplicijs scelus expiare, & cladis irreparabilis velut lenire ign
niam; itaque nouis generibus mortium excogitatis, posteaquam in innoxios c
stione crudeli variaque haud perinde in crimine incendij, quam odio Chris
generis sæuitum esset, pereuntibus addita ludibria, cum alij ferarum tergis co
cti laniatu canum interirent; alij in crucem acti, aut subditi rogis, ceraque, ac
illiti, ad vsum nocturni luminis verentur. Pari ratione Maximinus, vt à se cr
occisi Imperatoris optimi amoliretur, cum vno sciret Christiano sanguine
placari mentes Romanorum, eos qui è Christianis Principes in familia Cæsari
erant, in odium fidei iussit obtruncari. Satis id insinuant gentiles Scripto

Mitigat supplicis Christianorum.

Neronem imitatur Maximin⁹

Primò ergo quales amicos Alexander, habuerit ex Lampridio videamus, tu
Capitolino, quibus eos tormentis Neroniana feritate peremerit. *Amicos* a
205. Lamprid. *Sanctos habuit, ac venerabiles, non malitiosos, non furaces, non cal
non ad malum consentientes, nec bonorum inimicos, non libidinosos, non crudeles, sed
ctos, venerabiles, continentes, religiosos, amantes Principis sui, qui nihil venderent,
mentirentur, nihil fingerent, nunquam deciperent.* Satisne Christi cultores, eiu
miliæ pars nobilior, suis depingi videntur coloribus? Iam audi Neronianam, n
belluinam, qua in eos sæuijt immanitatem: ex Capitolino. *Senatus enim
tantum timuit, vt vota in templis publicè, priuatimque mulieres etiam cum suis liber
cerent, ne ille vnquam Vrbem Romam videret: audiebat enim alios in crucem sublatos,
animalibus nuper occisis inclusos, alios feris obiectos, alios fustibus elisos, atque omn
sine delectu dignitatis.* Et paulò infra numerum recenset talium amicorum
lexandri præsertim, vt puto, post Germanicum bellum occisorum. *Denique
iudicio, sine accusatione, sine delatore, sine defensione omnes interemit, omnium bona
lit, & plusquam quatuor millibus occisis se satiare non potuit.* Hæc quidem de am
Alexandri gentiles. Scriptores verò Christiani Eusebius, Marianus Scotus,
naras, Orosius, Belluacensis & alij libro superiore cap. 28. laudati, hos plero
faciunt Christi fideles: quod satis eorum laudes decantatæ à Lampridio signif
vt Romani ipsi, licet Virginum Vrsulanarum cædem forte non improbarint,
Pontiani & Anteri necem etiam suaserint, hanc tamen in Palatinos Romano
honoratissimos, quorum consilijs tam castè, iustè & quietè Alexander imper
administrarat, crudelitatem exercitam, non potuerunt, non exsecrari. No
men negarim, quin Maximinus pro inexhausta, qua flagrabat opum congere
rum cupiditate, quosdam etiam gentilium copiis circumfluentes confictis
minibus appetitos sustulerit, vt maius etiam sibi inde Romanorum odium
ciliarit.

Amicos Alexandri Sanctissimos.

Tormẽtis atrocibus necat.

Item Præsules & Doctores Ecclesiæ.

Atque hic quidem primus persecutionis huius turbo infra Moguntiam
Kalendas Octobris excitatus, Mammæam Sanctam Reginam cum nobilissi
Palatinorum tam ante, quam post bellum Germanicum sustulit. Alter verò
ranni eiusdem furor in Ecclesiæ præsides incubuit, quo duos Apostolicæ sedis
tistites, vt Romanis gratificaretur, trimestri, Pontianum, & Anterum pere
quæ procella in Asiam delata petijt Origenis præcipuè caput, quod illi Mamm
& vt quidam cum Zonara volunt, etiam Alexandri conuersio tribuebatur: de
scribit Orosius lib. 8. cap. 19. *Maximinus post quam bellum in Germania prospere
serat, persecutionem sextus à Nerone in Christianos exercuit: qui maximè propter Chri
nam Alexandri, cui successerat, & Mammææ matris eius familiam persecutionem in Sa
dotes & Clericos, id est Doctores; vel præcipuè propter Origenem Presbyterum miserat.*

S. *Aug. lib.* 18. *C. D.* c. 15.

de eadem S. Augustin. agit: Martyres tunc occisos enumerat Hermannus Con
ctus dum Anno Domini 238. ait. *Maximinus Christianos & maximè Rectores E
sia sexto post Neronem persequitur, sub quo apud Cæsaream Palæstinam Pamphilus &
ximus Presbyteri coronantur, Pontianus Papa, & Successor eius Antherus 18. Papa post
mum mensem pontificatus Martyrio coronantur.*

Sub

Sæpe mirari soleo persecutionis huius sextæ atrocitatem, & Martyrum, qui eius atrocitas.
cisi perhibentur, paucitatem. Atrocitatem eius præter Eusebium, Hie-
ronymum, S. Augustinum, cumprimis declarat Origenes lib. 22. in Ioannem.
Firmilianus Episcopus Cæsareæ in Cappadocia, qui *grauem & acerbam* vocant;
ad ...em; quia ante triennium expletum exspirauit: vt Eusebio & Baronio testi-
bus diritas eius Origenem impulerit ad librum de Martyrio conscribendum.
Certe ex Gentilium scriptis satis eius immanitas perspicitur, qui nullum Romani
imperij Tyrannum crudeliorem faciunt, vt quod Catholici prætermiserunt, ex i-
sorum scriptis supplendum videatur: nam illi tunc ad 4 millia volunt atrocissimis
cruciatibus interemta.

Quæ enim diritas censeri potest, si duos tantùm Romanos Pontifices, & toti- de 4. tantũ Martyrib. constat.
tem Asiaticos Presbyteros occidit? quamuis Pamphilum etiam alij malint alio ne-
catum esse tempore. Nonne sub Alexandro Mammææ filio mitissimo, præter duos Plures cęsi sub Alex.
Pontifices Calixtum & Vrbanum, S. Martina, Cæcilia, Tiburtius, Valerianus, Ca-
ipodius Presbyter, Palmarius Consul cum vxore & liberis, ac Simplicius Senator
(vt eos enumerat Hermannus Contractus & Marianus Scotus) Martyrio sunt co-
ronati? & tamen Zonaras sub Alexandro quieuisse vult persecutionem, cuius im-
perium Gentiles vocant ἀναίματον? Quid de Antonino Pio dicam? negat Tertullianus & Ant. Pio
nunquam fuisse persecutorem, & inter optimos eum Principes collocat: qui tamen Six-
tum & Telesphorum Romanos Pontifices interemit, Spoleti Pontianum, Pergami
in Asia Agathodorum, Carpum & Agathonicum; Pergæ in Pamphilia Theodorum
cum matre & alijs; Heracleæ Glycerium, Apameæ Alexandrum, Damasci Victo-
rem & Coronam, apud Comanos in Ponto Hermiam militem, in Sardinia Poli-
tum Augustoduni in Gallia Flocillum & alios, quorum omnium meminit Marty-
rol. Rom. & Baron. ad An. Dñi 154. Nec tamen is in Clericos & Præsules sæuijsse
dicitur, quorum plurimos necauit. An igitur omnium, quos in Germania fecit Mar-
tyres Maximinus, & Episcoporum Europæorum, Doctorumq; occisorum nomina
perierunt? ita dicere necessum est: nam à transmarinis Autoribus Eusebio, Origene
& alijs potissimum diritatem huius persecutionis cognouimus; cùm verò, vt aliàs
dixi, nulli tunc in Germania Scriptores essent, vel si fuissent, eorum scripta perijs-
sent Deciana & Diocletianea persecutione posteriori, nemo me temeritatis arguat,
si dicero videri verosimile, saltem à profana gentilium Scriptorum, & temporis Causa cur tam pauci adnotati tunc reperiantur Martyres.
historia non alienum, in Sodalitate Vrsulana collectos Britanniæ, Hiberniæ, Galliæ,
& aliæ Præsules, & Doctores tot Regibus & cum Principibus (quorum fortè non-
nulli ex amicis & familiaribus Alexandri vel Mammææ fuere) esse Coloniæ iussu
Maximini iuxta Breuiarij Romani lectiones interemtos: vt licet nomina intercide-
rint tot Episcoporum sub ipso occisorum, edicti tamen Cæsarij memoria manserit
ab Origene sæpe repetiti, quo Præsules omnes proscribebantur, vel neci adiudica-
bantur.

Sed quid tu mihi (inquiet aliquis) tot millia Virginum tunc cæsa obtrudis, cùm
Eusebius tantùm Doctorum meminerit? *Qui propter grauem inuidiam*, ait, *qua con-* Eus. l. 6. c. 21
*tra Alexandri familiam, in qua complures fideles & Christiani versabantur, flagrabat, acer-
bam persecutionis tempestatem concitauit, iussitq; solos Ecclesiarum Præsides tanquam auto-
ri doctrinæ Euangelicæ neci dare.* Resp. Videri hoc edictum cæsis iam, confecto Quando edictum in Doctores Ecclesię promulgatũ
bello Germanico, cum amicis Alexandri, Vrsulanis Virginibus publicatum: cùm e-
rim fama esset, Europæ Præsules cum Regibus Christianis perijsse in Sodalitate
Vrsulana, cæsis etiam Romanis Pontificibus duobus, exarsit cupiditate Maximinus,
vt exstincti toto Orbe nominis Christiani laudem non sine Romanorum applausu
sibi arrogaret: id facile tunc factu videbatur, si pari ratione Præsules Asiaticos, & a-
pacem Doctorum, vt ferebatur, Origenem peremisset.

Ita suspicor Wesaliæ infra Moguntiam, in editissimo montis vicini Niderburch
ingo, factum initium sextæ persecutionis: vidi ibidem An. 1638. 10. Octobr. cùm lo-
co vestigia inspecturus, eò me contulissem, præter exspectationem, vastissimam pla-
nitiem castris Romanis excitandis aptissimam: imò & expressa adhuc vestigia:

Locus conditorij Mammææ

nam ſuperant altiſſimæ duæ foſſæ, quæ caſtrorum perimetrum circumſcripſit; videntur, ea profunditate, vt naturæ, non artis opus adſpectu primo iudicarem. Ruderа ſuperant fortè cenotaphij Alexandri Cæſaris & Mammææ matris conditorij forma cylindrina, binæ eductæ in altum moles turritæ, quas murus prægrandis quatuor inſignis arcubus coniungit opere firmiſſimo, cuius lapides penè citiùs, cùm cæmentum comminuas: ſed turrium vtraq; moles ſubiecto pyrio puluere magnam partem patrum ſubuertit ætas: incolæ Romanum opus nominant: mons illi vicinis ſublimior erigitur, vt vel tranſrhenana liceat Weſterwaldię iuga tunc à Germanis habitata deſpicere: eſt autem & vini frugumq; feraciſſimus, nec pabuli ſubiectis vallibus, equis & iumentis deeſt: vt eum putem locum pro parte caſtrorum à Maximino delectum, & ibidem in tentorio tam Alexandro quàm Mammææ ablatis, in Chriſtianos Cæſaris familiares ſæuitum eſſe antè, quàm inde Moguntiam mouens, pontem tranſiret in Germaniam: cui ſententiæ meæ ſubſcribere videtur Browerus noſter.

S. Vrſula ſub Maximino paſſa dicitur in lectionib. propriis antiqui Ro. Breuiarij.

Hæc ſunt à me paulò fuſiùs examinata, vt defenderem Lectiones Romani breuiarij proprias de S. Vrſula circa An. 1550. editas: quibus ex Vincentio Belluacenſi, S. Antonino, Ioanne Vpſalenſi Archiepiſcopo dicitur S. Vrſula ſub Maximino coronata, & euincerem non abhorrere à profana Gentilium, & Eccleſiaſtica temporis hiſtoria, ſi in ſexta perſecutione, cùm in Germania bellum Maximinus vrgeret, & Eccleſiam perſequeretur, eos feciſſe dicatur Martyres: vt rectè dixerit in Monaica ſua Chronologia Proſper Stellartius Eremita S. Auguſtini, ad An. 237. *Diriſſima perſecutio ſuſcitatur à Maximino, qua quidem cum alijs innumeris Prælatis & Virginibus medio tollitur Pontianus.*

Sed nunc armato in Chriſtianos Maximino relicto, Virgines Baſileam verſus per Durgaudiam feſtinantes reuiſamus.

CAPVT X.

De Veſtigijs Romani itineris, quæ hodie exſtant in Germania Superiore, in Rheinfeldenſi Comitatu, & de morte SS. Virginum Cunegundis, Mechtundis & VVibrandis cum prodigijs.

DVplici diuino oraculo hiſtoriam antiquiſſimam S. Vrſulæ Deus cum omnibus adiunctis ſingillatim explicarat; nec tamen fidem apud multos orthodoxos inueniebat: *Teſtimonia eius credibilia facta ſunt nimis*, quando illa tot veſtigijs & aeris monimentis teſtata poſteris eſſe voluit, renouatis ſæpè prodigijs, ne ea veſtigiorum memoria vetuſtate obtereretur: vt Hæretici, qui ea hodie ſuis vſurpant ocis Baſileæ, fidem cogantur adhibere peregrinationi Vrſulanæ: & luculenta relicerint Catholicis teſtimonia veritatis: ſed quia pleraque hactenus orbi reliquo cognita, & quaſi ſepulta iacuerunt, ſolis vulgata incolis, eruam illa è tenebris in lucem: proferamque miracula, certis in locis à Virginibus in reditu peregrinationis ad Rhenum patrata: aliaque reditus huius apertiſſima monimenta, quæ nec mille trecentorum & 70 annorum ætas, nec Hæreticorum illic dominantium furor hactenus potuit obliterare.

Reditus Virginum

Virgines igitur Româ digreſſę, eâdemq; reor viâ, ijſdem ducibus & metatoribus Angelis, vel hominibus ipſis reditum auidè præſtolantibus, & vltrò neceſſaria adiectum ex omni loco deferentibus; ſolitâ vſę clementiâ aëris & ſerenitate per Italiam, Alpes & Durgaudiam, Baſileam contenderunt extremo ferè Septembri, auctorementer numero tam acceſſione eorum, qui Romam ex varijs orbis partibus dino exciti monitu confluxerant, & aduentum Virginum exſpectarant, quàm eorum etiam, qui Romæ & per totam Italiam vndique famâ Sodalitatis illius increbreſcente, ſe Virginibus Martyrij deſiderio aggregarant.

C

Circa Augustam Rauracorum quædam Virgines debiliores nauibus se viden-
mmisisse, & errore viarum in conspectu Rheinfeldensis oppidi, tres earum
gundis, Mechtundis & Wibrandis defectu virium coactæ subsistere, inde
um oppositæ ripæ Constantiensis diœcesis, quem Buchen appellant, delatæ,
quietem in terris magno accolarum bono inuenerunt: ibi cùm foueam atti-
t stagnantem aquis, nec scapha ijs transmittendis appareret, vt Deus iam tum
anis hominibus ipsarum merita declararet, ilico pons sublicius Angelis eum
imè & faberrimè architectantibus visus est: breui post ad puellarum aduentum Miraculis clarent.
ibi scaturijt aquis largissimis, qui exstat hodie, vt iuratis infrà probabo testibus:
men à SS. Virginibus, vti & via & fouea, quam calcarunt, tot seculis retinuit:
cùm ad villam Ropers wyll Parochiæ Eichselensis eiusdem diœcesis peruenis-
set, & hospitium orarent, inquilinus autem detrectaret initio Virgines summo lo-
atas vili recipere gurgustio, earum tandem victus precibus cessit, & admisit, Piè mo-
post paulò magna sanctitatis opinione decesserunt. Corpora earum siue cœ- riuntur.
monitu, vt quidam volunt, siue ad morientium petitionem currui sunt impo- Sepeliũtur in Eichsel.
, iumentis nullo rectore adhibitis, quæ rectà in Eichsel delata sunt, ibi hodie
onte cernitur SS. Virginibus excitata Ecclesia, quarum duæ intra Ecclesiam
odem quiescunt sarcophago, tertia extra eam, tumulum reperit in cœmiterio:
ea magnis rutilarunt prodigijs, quæ libro nono iurati testes confirmabunt.
ltum enim contulit ad hæc, de quibus ago vestigia peregrinationis Vrsulanæ
dicanda ab interitu Raymundus Gurcensis S. R. E. Cardinalis Ann. 1504.
Legati Apostolici officio fungente Basileæ, 70. testes de his alijsque miraculis
osuerunt. Totum hunc indicialem processum, Virginumque mortem fusiùs
breuiarij Constantiensis Lectionibus recitabo.

CAPVT XI.

De morte & prodigijs S. Christianæ prope Basileam.

DEscenderat Christiana Basileam versus, quæ tentata corporis infirmitate, pro-
pe Rubeam-domum, vbi est Monasterium S. Pauli primi Eremitæ, cogitur ex-
tendere; inde progressa ad agros inter villas Wylen & Krentzach, ibidem in cam-
diem vitæ clausit extremum: locus, in quo decessit, hodieq; Lectus S. Christianæ
pellatur, figurâ quadratus, modicum eleuatus. Ingens mox suborta est conten-
duorum inter Pagorum Wylen & Krentzach incolas, vtri Ecclesiæ Parochiali
crum pignus deberetur: vir ætate prouectior non sine afflatu diuiniore diremit
tem, autorq; fuit, vt vehiculo corpus impositum, sinerent à binis nullo aurigante
uencis trahi, quo diuina Virgini prouidentia tumulum destinasset, placuit senis
onsilium, magnis ostentis cœlitus approbatum: iumenta enim rectà confestim ad
icinum contenderunt montem: quem dum pararent conscendere (res mira) petra
luabus scissa partibus vallem aperuit, vt itinere breuiore & faciliore in montis iugo
estinatum à Deo Virginis sepulcrum monstrarent: ibi dum subsisterent, hunc Prodigiosa sepultura.
quietis locum certis & cœlestibus indicijs incolæ cognouerunt: quare vallem, quæ
hodie supereſt, viam S. Christianæ, Ecclesiam verò in montis vertice excitatam, e-
usdem S. Christianæ nomine compellarunt, quæ Parochiali donata iure est, attri-
butis ei vicinis accolis: præsertim cùm locus ille magnis à Deo continuisq; miracu-
lis decoratus, è confinibus ingentem hominum vim euocaret, vt Virginem ex vn-
decim millibus (ita enim illam accolæ semper ad hæc vsque tempora nominarunt)
venerarentur; cuius precum vim apud Deum quotidiana ferè prodigia decla-
rabant.

Christianus Vrstisius Basileensis Mathematicus heterodoxus in epitome Hi- Confirmatur ab Hæreticis.
storiæ Basileensis dissimulare nequit, hæc tam testata prodigijs cœlestibus vestigia
Vrsulanæ peregrinationis: quam cùm ex nostra ferè sententia retulisset, tersè

& breuiter (nisi quod miracula dente nonnihil maledico rodat, & Basileæ decessisse velit) S. Christianæ historiam ita cap. 6. commemorat: *Cùm enim illa* (Christina) *Basileæ vitam cum morte commutasset, loco eam moueri non potuisse aiunt, donec iuuencæ duæ (quarum colla iuga nulla sensissent) loculo illius auecto, quiete sua locum humandi corporis designassent. His iter ingredientibus, cessisse omnia saxa, arbores, ingentiaq; robora; ibique demum has sacras puellæ reliquias remorari potuisse, quo minus bestiæ hæ iter suum conficerent: Visitur adhuc edito montis iugo vltra Rhenum Basileensis dominij sacellum eius, quo iuuencas illas (si credere dignum est) feretrum pertraxisse famâ scriptisq; in tum.*

Sebastianus Brant.

Laudat idem Sebastianum Brant Argentinensem, qui sepulcrum S. Virginis his versibus exornauit:

Postea quàm meritis plena est tua vita probatis,
Christiana, ô Christi sponsa decora nimis,
Huc vel ab extremis socias comitata Britannis,
Te Basilea rapit: nunc locus iste tenet,
Vrsula, te portum Rheni subitura reliquit,
Martyrium petijt sancta Virago suum.
Hanc iaculo Gothi manus impia morte peremit,
Vulnere non tactam te pia facta vocant.
Præripuit quia nam morbus te Diua puella,
Martyr es ergo animo, dignaq; laureolâ.
Indomitæ iugum pro te subiere iuuencæ,
Ad montis donec te iuga pertulerant,
Non locus alter erat tantâ te Virgine dignus,
Quam locus hic eremi, quam loca lecta tibi.
Alta fuit Sponso, coniunctaq; mens tibi Christo.
Alta igitur montis saxa sepulta tenes.
Virginis instar habes Arabum, quam collis inumbrat
Monte super Sinai, quæ Catharina cubat.
Quam nec Alexandri dignum seruarier Vrbe,
Sic neque digna quidem te Basilea fuit.
Scilicet assimilem Deus ex hoc Virginitatem
Indicio monstrans illius atque tuam.
Vtraque sed mensam thalamos, vel adire Deorum,
O secura nimis, ô nimiumq; potens.
Millia quæ comitum fuerant vndena tuarum,
Iam tibi colludunt gramine in elysio.
More puellarum legitisq; hyacinthina serta,
Cumq; croco nardum, liliaq;, & violas,
Iam Pater Omnipotens nectar tibi dulce ministrat,
Et simul ambrosiam grata alimenta Deûm.
Iamq; Agnum comitaris eum, quem candida vestit
Palla suo sparsa sanguine purpureo,
Vt vitæ fueras, sic nominis æmula Christi,
Sic quoque cum Sponso sponsa beata cubas.

Hactenus ex Vrstisio hæretico, qui ad ornandam suam Basileam hæc pro ia Catholicorum decora non dubitat adhibere, vt vel hinc vestigia historiæ illius stationa fiant, quæ non audent ipsi Hæretici inficiari: quamuis non tam Basi quàm prope eam decesserit, vt perspicuè docet harum quatuor Virginum hist centum ab hinc annis ex depositione testium iuratorum, & accolarum fida traditione concinnata, & tunc vulgata typis, quam operæpretium est attexere.

* * *

CAPVT

CAPVT XII.

Historia sanctarum Virginum Christianæ, Cunegundis, Mechtundis, & VVibrandis, quæ fuerunt de Societate vndecim millium Virginum, & Martyrum, & in itinere supra Basileam ante Martyrium decesserunt; magnis à Deo prodigijs in vita, & post mortem illustratæ: Basileæ typis impressa.

LECTIO I.

GLoriosissimam sanctarum vndecim millium Virginum passionem, Vrsulâ Britannorum Regis filiâ duce, sancta veneratur Ecclesia, quam nouimus tempore Martiani Imperatoris factam, sub Attila Hunnorum Rege, per Iulium Principem, in confinio vrbis Colonienſis Agrippinæ, Anno Domini quadringentesimo quinquagesimo quarto: quo tempore non erat vniuersalis persecutio, qua homines cogerentur ad sacrificia idolorum; sed quædam particularis clades, & Ecclesiæ vastatio. Ex quo constat, has Virgines sacratissimas regali, ducali, militari nobilitariq; generosissima stirpe seculiq́ue dignitate procreatas, tantæ virtutis, gloriæ, & meriti exstitisse, tamq́; diuinæ bonitati acceptabiles, vt tempore pacis gloriam inuenirent Martyrij, & per triumphalem victoriæ palmam rore Spiritus Sancti præuentæ fructum darent ex fidei germine; quippe quæ floruere non modo Christiana religione, sed & generosa seculi dignitate. Tu autem Domine.

Error communis hic irrepsit Chronologicus.

LECTIO II.

Porrò quanti fuerint apud Deum meriti, quam præuentæ in benedictionibus dulcedinis, quam excellentis gloriæ, quamq́; gratiæ singularis, eo conijcitur, quo & vitæ integritatem per castimoniæ continentiam virginalis summam, quam studiosè custodientes, & virtutum reliquarum exercitium, quibus se indesinenter exercere sategerunt. Sancta quoque Vrsula, sanctissimarum Virginum primiceria iuuarum mentes adeo solidare studuit in ea caritate, quæ foras mittit timorem, dilectioneq́; perpetua sic Deum & proximum diligere hortabatur, vt verè castra Dei triuentis agnoscerentur, & ad quæque incommoda pro Christo ferenda se mutuò continuatis exhortationibus & exèmplis animarent. Cumque pro Christi amore ipse legibus summis stabili permanentia vincientes merita cumulassent, & preces ad Dominum mente sursum actâ dirigerent indefessæ. Britanniæ finibus relictis, Coloniæque Agrippinæ litora contingentes, diuina reuelatione præmonitæ, Basilæam nauigio adeunt, quæ Vrbs Rauracum Heluetiæq́; fines obtinet, vbi à venerabili sanctoq́; viro Pantulo, qui & ipse de Britanniæ partibus oriundus nobili prosapia creditur fuisse, & Basileorum Episcopus effectus, Virgines sacras ducatu salubri, & ipse Virgo nobilis, Romam vsque perducens, à sanctissimo Papa Cyriaco & omni Curia honorificè susceptæ sunt. Tu - -

Peregrinatio. Aduentus Basileam. Romam.

LECTIO III.

Aliquamdiu verò pro deuotionis suæ affectu perficiendo illic commorantes, Reditus. eque Deo, & Sanctis omnibus deuotiùs commendantes, reuertendo per Rheni litora Basileorum Vrbi propinquæ perstantes memorabant, fixæque manebant.

Erant autem, prout veridicâ relatione antiquitatis accepimus, inter has sacratissimas Virgines, quatuor insignes, virtutis & gratiæ, Deiq; timore perfectissimæ omni præditæ morum honestate, quarum tres nobiliores genere, vna Cunegundi, alia Mechtundis, tertia Christiana vocabantur, quarta quæ quasi famula ipsarum videbatur, nomine Wibrandis, Virgines sacratissimæ, quæ per Duregaudiam ad Rheni peruenientes litora, infirmitate valida letaliq; grauatæ, iter suum Basileam usque perficere non valentes, diuina disponente clementia non longè à nobili quodam vrbe, nunc verò vel terræmotu, vel temporum hominumve malitiâ, paupere & modico rure, Augusta Rauricum dicta, substiterunt. Quod reuerâ diuinâ factum prouidentiâ creditur, quatenus & terra ipsa, tunc penè desolata, colonisq; destituta meritis ipsarum cultoribus impleretur, prout iam cernimus factum, & patriæ nostræ fines tantarum patrocinio matronarum diuino super-irradiaretur prospectu, supernorumq; luminum illustraretur splendoribus.

4 ęgrotant Virgines.

LECTIO IV.

Igitur Rheni transvadantes alueum ambulabant per deuia, siluarumq; dimeta, montium adeuntes iuga, & vallium prærupta, ceu ignaræ viarum, ignotæ hominibus & linguæ, ad montana quæ incolis Spelte dicuntur, peruenerunt, & quoddam villagium nomine Roppenschuiler impingentes, cuiusdam pauperculi angiam, vtpote infirmæ & debiles, petierũt. Porrò incolæ loci cernentes personarum venerabiles & honestas, ignotę linguæ homines, eas, prout erant, nobili prosapia genitas coniectabantur, ipsas hospitio, prout petebant, receperunt, & humanitatis obsequia, sicut pauperes ruricolę, pro posse exhibebant. Sed priusquam ad pręfatum peruenissent loca, sancta Virgo Dei Christiana, graui languore præuenta, paulùm à litoribus Rheni in quodam loco substitit, & languore ingrauescente, oculos cum manibus in cœlum eleuatos tenuit, & orationem ad Christum Dei filium Sponsum fundens Virginũ, benedicens S. Trinitatem, in confessione verę sempiternæq; Deitatis, plena fide spiritum cœlo reddidit; quam reperientes incolæ vicinorum locorũ mortuam, nitebantur corpusculum S. Virginis terræ glebis commendare, sed à loco nusquam moueri ope quorumcunque poterat. Tu - -

S. Christiana

moritur,

LECTIO V.

Consilio tandem inito, plaustrum sumentes nouum, eidem iungentes duas iuuencas iugo nondum subactas, corpus S. Virginis impositum vehere permiserunt, quocunque ipsas flatus S. Spiritus perurgebat: quæ mox sumtis viribus ex aduerso prærupti petrosiq; montis gressibus æquis incedentes, substiterunt. Mirabile dictu: mox enim diuina virtute petra se diuidens peruium iter pecudibus stupendo miraculo præstitit; quæ ipsam demum vsque ad montis supercilij iuga perducentes suâ pausatione locum quietis corpusculi virginalis ostenderunt, quo loco vsque in præsentem diem in pace sepulta requiescit. Sacra demum Virgo supernâ irradiatione, Deo Sanctam suam glorificante illustrata, cœpit coruscare miraculis, adeoq; se glorificatam in cœlis patefacere beneficijs diuinis, vt cunctis clarescceret, sanctam Dei Virginem omni veneratione condignam fore. Vnde vicinorum deuotione actum est fidelium, eis adsistentibus suffragijs, quod Ecclesia in honore ipsius exstitit & fabricata & consecrata in loco præfato, vbi requiescit. Tu - -

sepelitur loco à iuuencis mõstrato.

LECTIO VI.

Sed ad locum vnde digressi sumus redeuntes, vt audiamus quàm gloriosus fuerit Rex Israël, discooperiens se coram ancillis seruorum suorum, & apertè demonstrans quantâ laude digna sit Diuina Maiestas mirificans Sanctos suos, reliquum vitę firmam SS. Virginum Cunegundis, Mechtundis & Wibrandis videlicet, ad memoriam reuocemus. Cùmq; sacratæ Virgines Christi iamiam valetudine ingrauescente se

moti

vicinas agnoscerent,& corpore defatigato se migraturas minimè dubitarent, ierunt Sacramenta Ecclesiastica Sacerdotis ministerio sibi apportari,asserẽtes è Christianas esse,vt hunc firma fide puroq; perciperent corde,quem in terris tanta deuotione ardoreq; fidei dilexerant, vt mortem paratæ forent pro ipso martyrij palmam,prout reuelatione didicerant,subire,& quantum in ipsis erat, sent, nisi diuina bonitas ad gloriam suam nostris vtilitatibus misericorditer cõ endendo,aliud decreuisset. Igitur suscipientes diuina Sacramenta ad mortem out decuit,patientissimè &constantissimè disponentes,contra inimicũ generis mani eiusque versutias dimicaturæ,se Domino &eius gratiæ commendauerunt. nq; accelerante vicinaq; iam morte interrogarentur, quo loco sepulturam sibi ri iuberent,memores Sodalis suæ Christianæ responderunt,eo se modo sepeliri ere,quo ipsam terræ tradidissent.His ritè gestis sacratę Christi Sponsæ inter ma- rũ deuotorum ruralium,& ipsæ deuotissimæ cum hymnis & laudibus diuinis,qui- S. Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum collaudantes inuoca- t, gratias Deo agentes, sanctas animas carne solutas æterni Dei Filij iungendas salitio tradiderunt,ad alta Cœlorum conscensuras. Præmonuit autem S. Wi- adis moritura, se, tanquam minùs genere nobilem, & meritis inferiorem, non ere cum alijs tumulari, sed seorsum alio recondi locello: quod & factum est.

3. aliæ cõmunicant.

Piè decedunt.

Tu -

LECTIO VII.

Cumq; sepulturæ tradendæ, vitulis plaustro iunctis superpositæ veherentur, tigit animalia versus quercum proceræ altitudinis,& magnitudinis miræ,iter a- e,vbi nec dextra,nec sinistra (propter veprium dumorumq; densitatem)poterat ieri, diuina virtute grandi hoc miraculo factum audiuimus ab his, qui sacramen- firmauerunt,se hoc ab antiquitate fide indubitata recepisse,quercum ipsam supi- tam in terram,seu partem oppositam se deflexisse,sicq; peruiam præbuisse, quod coribus per ipsam proficisci erat tutissimum, eoque euentu locus sepulturæ ipsa- m,& villulæ illic postmodum constructæ Eichsel dictus est,quasi quercus salutis, io nomine vsque in hodiernum diem locellus ipse sortitur. Et planè mirabilis eus in Sanctis suis,magnificus in maiestate,faciens prodigia; quibus animaduerti test, quanti sint apud ipsum meriti,qui diuinis se mandatis consilijsq; vincientes, virtutibus se exercentes in terris vitam cœlibem actitare satagunt. Quod nimi- m luce clarius in his sanctissimis Virginibus ostensum noscitur, quæ in schola vir- tum,& Christianæ palęstra militiæ,sub magisterio sanctissimæ Vrsulæ se exercen- s in tantũ profecerunt, vt magni meriti apud Christum Sponsum suum inueniantur,totiq; mundo virtutis exemplum præbeant,omnium fide, & deuotione sincera sas inuocantium necessitates pia miseratione potenter releuent, & miraculis cre- ris Deo Sanctas suas glorificante coruscare cernantur: quorum nonnulla inferiùs notantur. Nec nouæ cuiquam videantur hæ tam diuinæ operationes nunc erga Dei famulas actitatæ, cùm etiam transeundo Romam, redeundoq; cum sacro isto comitatu persæpe Virginem Mariam benedictam Christi Matrem,& S. Michaëlem cum multitudine Angelorum in assumtis corporibus, & S. Ioannem Euangelistam idisse non modò mentalibus,sed & corporalib.oculis persæpe probantur,eorumq; ercepisse pro martyrij sui agone, quem Deo iam cõmendauerant,consolationem. Et quod diuinæ pietatis maius cernitur indicium,sæpe per noctem fuere cœlesti lumine illustratę contra caliginosas noctis tenebras,& per diem contra æstũ diuinitus nube sunt rorifera obumbratę; vtverè veteris populi Israëlitici in ipsis Christi sacratis Virginibus& Martyrib.mirabilia,virtute naturam oẽm transcendente,nouarentur.

Prodigiosè sepeliuntur

in Eichsel, pagus est à quercu dictus.

Tu -

LECTIO VIII.

Verùm,vt de multis miraculis,quib. Deus glorificauit sanctas has Virgines,aliqua in medium deducam,ad laudẽ &gloriam Omnipotentis Dei,& vtilitatẽ legentium,

vt Deus in Sanctis laudetur, & Ecclesiæ Catholicæ sublimetur fides, & robore
aduertant vniuersi fideles Christi, quod anno à Natiuitate Domini millesimo q
gentesimo quarto, tempore sanctissimi Domini nostri, Domini Iulij Papæ Secu
cùm Reuerendissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Raymu
Ecclesiæ S. Mariæ nouæ Presbyter, Cardinalis Gurcensis, & Legatus de la
per Germaniam missus, ad ciuitatem venisset Basilcensem, audisset que, famâ di
miraculorum priscis actorum temporibus, sanctas Dei Virgines alias canoniz
Eleuatio ss. Virginũ nec tamen à terra translatas, præcepit quatenus Sanctarum corpora inquirerer
decernens (propria tractus deuotione) indignum, vt tantus thesaurus mundo
tiùs celaretur, lumenq; clauderetur sub modio, sed super candelabro lumine
tato luceret omnibus, qui in Ecclesiæ domo sunt, ac in refugium esset, asylu
omnibus ad sanctarum Virginum confugientium præsidium. Tu - -

LECTIO IX.

Odor è tumulis earũ

Attentione itaque factâ, cùm tumula Sanctarum patefierent, tantus
suauitatis à quibusdam partui vicinis mulieribus, quarum vna Barbara vocab
vxor Sculteti, Villagij dicti Krentzach, & quædam aliæ, quarum nomina mihi o-
do non occurrunt, quæ mihi, quæ hæc scripsi, relatione veridicâ dixerunt, refer
tur emanasse, vt quæ alias propter tumultum pressuramq; iam penè videbantu
languentes reficit. fecisse, subitò senserunt se odore huiusmodi recreatas, quatenus omnibus inn
sceret, sanctarum Dei Virginum & ossa de loco suo pullulare, refertaq; esse oc
boni spiramine. Statim namque diuini luminis vultu super-irradiante, inno
sunt signa, & immutata mirabilia Deo glorificante dexteram suam. Inter quæ
inprimis referam, quod ex multis retrò temporibus contigisse fide loco iurisiur
data, multorum dignâ relatione compertum est. Erat namque in loco sepult
Lignũ insistens tumulo violas olet, sanctarum Virginum quoddam lignum, quod miro semper fragrabat odore &
cùm iam esset aridum, & vetustate penè consumtum, semper tamen odorem s
bat violaceum, adeo, vt nec quod si violas ipsas quis manibus tenuisset, tantum o
tuisset odorem suauitatis percepisse. Et, quod plus mirandum est, idem lign
cùm iam propter vetustatem, quia sub diuo manserat, de Mausoleo Sanctarum
moueretur, protinus odorem suauitatisq; spiramentum omne amisit. Nec sentu-
dum est hoc alio, quàm diuinâ factum esse virtute ad Sanctarum gloriam, & qu
pretiosa sit in conspectu Domini mors sanctarum Virginum, hoc voluit dem
strare indicio. Est & aliud, quod relatione veridicâ dicto iuramento firmato per
ptum est, quod tempore illo, quo nondum Ecclesia in loco sepulturæ ædificata
stitit, ceruus egregiæ staturæ à venatoribus exploratus, cùm per canes agitare
Ceruus ibi tutus à canibus. semper huic loco se, ceu tuto commisit præsidio, nec quouis à loco, vel canibu
uelli, vel venabulo lædi poterat, cuius semper cornibus videbantur affixa tria lu
3. coruscat luminibus in cornib⁹ naria, quibus exterriti venatores, tandem locum relinquentes, & dantes glor
Deo, ad propria redierunt. Ex quo indubitatum accipitur, sanctas has tres Virgi
suis tutelis etiam muto huic pecori ad ipsarum confugienti præsidio tegument
præstitisse, adiumentum salutis. Ecquid mirum, si suffragia & intercessio sanctar
Virginum poterat ratione carentibus esse adiutorio, quòd tantò maiori hominis
sit adiutorio, quantò ratione vtentes ipsâ carentibus sunt præstantiora. Den
Clauda graditur. retulit honestus vir Ioannes Rittermann, quòd vxor ipsius Margaretha Kun
per plures annos clauda exstiterit, quæ audiens sanctarum Virginum in operib
diuinis gloriam, mox voto se ad ipsarum mausolea, si adiutorio sibi forent, cum
lationę visitanda, mox integræ sanitati restituta est, surgens & exsiliens & laud
Moribundus ilicò sanatur. Deum. Theodoricus de Meyere filium habens, de cuius vitâ morbo ingraues
nulla spes vlterior à patre habita est, qui voto pro filij salute (in somnis priùs tam
monitus) emisso, mox ipsum restitutum integræ sanitati recepit incolumem. Id
Theodoricus filiam habuit, quam summo complectebatur amore, quæ ventris c
lore grauata vmbilici, & ex ea etiam infirmitate diutinâ vita penè desperata er

monitus ab vxore, quatenus voto & voce committeretur SS. Virginibus, ma- Iliaci curã
Dei pietate factum est, vt concito cum duabus candelis voto ad ipsas visitan- tur dolo-
misso, vermes ducenti eoque amplius ab ipsa egrederentur puella, inter quos res excre-
ant mirę longitudinis, qui quia pilosi erant, sua villositate & populis magnum tis vermib.
ere spectaculum, & omnes hoc cernentes ad Deum in Sanctis suis glorifican-
excitauerunt. Retulit denique idem Theodoricus, ac iuramento firmauit, se Febris.
um syntomata aliquanto sustinuisse tempore, qui valido tentus paroxismo, vo-
emisit, se visitaturum virginalis requiei locum cum duarum oblatione cande-
n, & concito se sensit incolumitati restitutum integræ, Virginum sanctarum
tercessione. Retulit denique Hermannus Müller, se per plura tempora in vno Cæcitas.
orum suorum lumine amisso cæcum exstitisse, qui patrocinio Sanctarum inuo-
mox visu restituto clarè se asseruit videre. Ad hoc accedit, quod mulier quæ-
sedecim annis in vno oculorum lumine priuata, voto ad sanctas Virgines emis-
num lumen adepta est oculorum suorum. Erat alia mulier, quæ propter calcu- Calculus.
rbissimam adustionem diutino languore tenebatur, cumq; dietim angustian-
duris quateretur doloribus, voto ad has sacratissimas Virgines emisso, conti-
ex vesicæ & renum angustis meatibus lapidum arenæq; multitudine pruriente
ata existens, liberatricibus suis gratias agens, earum reliquias visitatura, mon-
Spelte sine omni conscendit difficultate. Erat præterea & vsque hodie limpi- Animalia
mus manans fons in confinio locelli, quo sanctæ Virgines requiescunt, qui ante venenata
m sanctarum Virginum aduentum, quia solitudo erat, tot venenatis exubera- lapidescũt
nimalibus, vt nulli hominibus vsui esset aptus, qui post earum illic mansionem
unctis vsualis effectus est, vt vermibus in lapides conuersis, omni sit sitienti po-
lis. Erat denique puella quædam in villagio Brombach quinque annorum, quæ Clauda
exatione horrida pustularum, vel alia quauis infirmitate tribus annis cum di- sanatur.
io clauda exstiterat, nec vnquam gressum egerat, sed iacendo in calamitatis le-
o tempora consumebat clinica, cumq; audisset tum parentum tumultu, tum a-
um hortatu se mutuò instigantes, vt ad translationis festum SS. Virginum per-
ent, ipsa puellula clauda iacens vociferari cœpit, se ad Sanctarum festa ituram,
q; mater eam verbis sedare conaretur, illa rursum vociferabatur, se ituram. Cui
er: Quò, inquit, ibis, cùm per dies vitæ tuæ nunquam pedibus tuis gressum fece-
At illa feruenti animo & spiritu se, quæ nunquam erecta sederat, se erigens.
mq; mater vnà cum alijs hominibus interessentibus eam seipsam erigere cerne-
t, stupentes substiterunt, & mox vnanimi voce, voto ad SS. Virgines se constrin-
do, puellam super pedes erexerunt, quæ statim omni semoto impedimento am-
lans & exsiliens, & laudans Deum. Hanc puellam præfatus Reuerendissimus
minus Cardinalis & Legatus cum sua dignatione & humanitatis pietate sacra
S. Virginum ossa, ad ipsas descendens in foueam, & proprijs manibus tumulo le-
ns transferret, & omnes nos quotquot aderamus, vidimus ambulantem, & tota
columitate lætantem ad laudem & gloriam Dei nostri, & Domini IESV Christi
mirificationem SS. Virginum. Multa alia miracula ad laudem Dei Omnipoten-
interceffione SS. Virginum facta sunt, quæ nimis longo tractatu indigerent, sed
c pauca satis ostendunt Sanctas Dei glorificatas in cœlis, quarum ossa tam miri-
is factis de locis suis pullulant in terris. Has imitari, & dignè venerari in præsenti
oncedat IESVS Dei Filius earum Sponsus, & in futuro eum clarè videre, visum di-
gere, & dilectum cum omnibus Sanctis laudare. AMEN.

Hæc historia fidem meretur: scripta est auctoritate Cardinalis Raymundi Commissarijs processus iudicialis Basileensis, statimque typis vulgata Basileæ, exemplar eius à tineis benè corrosum & perforatum transmisit Antuerpiâ mihi R.P. Ioannes Bollandus. Accedet huic narrationi à 70. iuratis testibus firmamentum: de quo alibi.

CAPVT

CAPVT XIII.

Basileam Virgines redeunt, ibiq; conscensis iterum nauibus, secundo Rheno descendunt Argentinam.

CIrca decimum Octobris Basileam Virgines post diuturnum iter tandem p[illegible]uenerunt: ac licet eæ quotquot initio nauigationis in Britannia soluera[illegible] fuerint insigni prodigio diuinitus conseruatæ, ne pedestris itineris labore vi[illegible] corporis debilitarentur, vt integer vndecim millium Virginum Martyrum [illegible]merus cœlitùs decretus, & Vrsulæ non semel promissus compleretur, aliæ [illegible]men, quæ varijs in locis Romanæ peregrinationis accesserant comites, ideo [illegible]li beneficio caruerunt, vt varijs Rhenanis oris diuersæ Diuæ Tutelares obt[illegible]gerent.

Reditus Basileam.

Pauculis autem hactenus desideratis in Rheinfeldensi Comitatu, & pr[illegible] Basileam, hanc Vrbem feliciter circa decimum Octobris iterum ingrediunt[illegible], magna ciuium gratulatione, quod Pantulum Proto-Episcopum suum reduc[illegible] & incolumem adspicerent, cum illa Societate Parthenica, multùm tamen [illegible]ctiore, præsertim Cyriaci Vicarij vel Pontificis Maximi præsentiâ vehemen[illegible] illustratâ. Superant tria vestigia Basileæ commorationis exercitus Vrsula[illegible] Primum, diuersoria Virginum. Ac licet tota ciuitate non adeo frequente fu[illegible] videantur Virgines per varia domicilia distributæ; Pantaleon tamen circa Sa[illegible]turrim præcipuè diuersatas asserit. Deinde Vrstisius collocat hospitium Vrs[illegible] in vico ciuitatis antiquissimo, & suo testatur tempore (exulante pridem religi[illegible] Catholica) statuam eiusdem Virginis & Martyris ante ædes easdem collocat[illegible] stetisse, perpetuum vtique monimentum peregrinationis eiusdem, quam ciui[illegible] heterodoxorum fida constansque à maioribus accepta narratio sic approb[illegible]: vt licet alijs in locis Diuorum imagines & statuas euerterint, hoc tamen exst[illegible] veteris traditionis vestigium voluerint, & eo propterea gloriari: quod vetus[illegible]tem vrbis, & fidei Christianæ professionis initium, vel incrementum liceat i[illegible] ab ætate Pantuli Martyris arcessere, quem ob auctam eo loci religionem ma[illegible]mis ornant laudibus, & hanc geminam Vrsulanæ Sodalitatis commoration[illegible] Basileensem acriter tuentur. Vnus sit instar omnium testis Pantaleon: *S. P[illegible]tulus omni genere literarum atque vitæ innocentia inter Christianos ripam Rheni in[illegible]lentes conspicuus fuit: propterea cum vera Christi doctrina passim in Gallia radices [illegible]gere cœpisset, ipse quoque Rauracum Præsul à Bisontina Ecclesia ordinatus est: era[illegible]nim tum eo loci Rheni traiectus, adeo vt multi Germanorum & Gallorum illic confluere[illegible], atque paulatim ex ruinis Augustæ Rauracorum Basileam constituerent, & multis ædifi[illegible] ampliarent. Itaque Pantulus magno zelo ibidem Christum docuit, atque Ecclesiam i[illegible] prius cœptam in vera religione, sua prædicatione confirmauit, id, quod factum est An. 2. Accidit autem, vt eodem tempore S. Vrsula Virgo Britannica vndecim millibus Vir[illegible]num comitata Religionis ergo Romam proficisceretur: eæ cùm Basileam peruenissent, à P[illegible]tulo Episcopo liberaliter susceptæ, & in fide confirmatæ fuerunt. Exstant adhuc Basi[illegible] eius profectionis de S. Vrsula monimenta quædam: præsertim in earum hospitio circa Sa[illegible]turrim, vbi diuersatæ fuerunt. Has S. Pantulus postea Romam vsque comitatus [illegible]* Narrata deinde profectione Romana, subdit: *Cum ijs itaque S. Pantulus Basileam [illegible]uersus est. Rebus etiam ibidem constitutis easdem Virgines secundùm Rheni tractum C[illegible]niam vsque deduxit.* Præter duo vestigia tam Vrsulani diuersorij, quàm Virgin[illegible] hospitales ædes, tertium superat graduum, quos templum adituræ Virgines n[illegible]rantur adscendisse, quorum Rhenanus & Vrstisius, ac nos in primo Basilee[illegible]si accessu fecimus mentionem: quæ nec Heterodoxi veritatis adspectu, t[illegible]ditionis

Tria vestigia ibidem 1.

Vrstis. in epitome Basil. hist. c. 6. 2.

Cur Heretici Basil. Vrsulanam tueantur historiam.

Pãtuli vita

3.

...ic is incolarum & accolarum, ac auctorum idoneorum testimonijs conuicti ...it inficiari: sicut neque Proto-episcopatum Pantuli, martyriumque in eadem ...gineâ Sodalitate, & quarundam comitum supra Basileam ante martyrium ...em ac miracula. Quo minùs decet Catholicos hac de Romana peregrinatio... Virginis Vrsulæ dubitare, vel de eius historiæ veritate, præsertim cùm vehementer illustret & augeat Ecclesiæ tunc florentis maiestatem, præcipua fidei cu... heterodoxis controuersa capita stabiliat, lacunas sacræ temporis historiæ de...tusque per bustum Diocletianæum in diphtycha Episcoporum & alios libros illa...os expleat.

Huc postea quàm deuenerunt, certis auctoribus compererunt, mutatam re... omnium ad Rhenum faciem, à Germanis infestatas Gallias, Romanorum le...ges aduenisse, cæsum belluina rabie Cæsarem Alexandrum cum Mammæa ...re, & familiarium optimo quoque, dominari Maximinum gente barbarum ...othum, iuratum orthodoxæ religionis hostem; nec iam licebat ambige... quin hic tyrannus esset, cuius immanitate tota Sodalitas esset trucidanda: vn... non diu cunctandum ratus Cyriacus, & Vrsula, cùm ad iter prosequendum ...ssent naues, & nouas etiam ad adiunctos comites in peregrinatione depor...tos Coloniam, comparassent; præterea commeatu rebusque necessarijs instru...xissent, adscendunt, & secundo flumine deuehuntur Argentinam.

cognoscũt Basileę Virgines Maximini tyrannidem.

CAPVT XIV.

Vrsula circa decimum quartum Octobris Argentinam venit, vbi febrientem relinquit cum tribus Sodalibus Aureliam, quæ decimo quinto die mensis moritur, coruscatq; miraculis.

ARgentoratum Tribocorum caput sub imperio Romanorum à Comite rege...batur, qui inde Argentoratensis dicebatur, oppidum mediocre, postea Iuliani victoriâ de Alemannis partâ nobile, nobilius tamen & auctius factum cultu Virgi... Aureliæ, cuius miracula cùm accolas eius templo suburbano plurimos pepe...rent, ij postea mœnibus & ciuitate donati, pomerium eius maximo dilatarunt ...ere. Erat hæc è cœtu Virginum comes in itinere ceteris adiuncta, quæ dum ...ssis Basileâ soluisset, tentari febriculâ cœpit, ijs statim incrementis, vt Ar...ntoratum cùm attigisset, defecta viribus ad extrema deduceretur: vnde ne...essarium fuit, eam cum tribus Sodalibus, quæ febrienti morientique solatio, ...nsilio & auxilio semper adessent, Argentorati relinquere, quam Deus cum ...ibus comitibus eius destinarat ciuitatis Præsidem, Custodem & Patronam, vt ...xstarent ibidem etiam Hæreticis testatissima & probatissima tam mirabilis So...alitatis, Peregrinationis & Martyrij vestigia, quæ nulla delebit ætas poste...or: decessit ibi postridie 15. Octobris, vt notant Fasti Romani, sex ante Mar...rium Vrsulanum diebus.

Argentorati status.

Aurelia febrit in naui.

cũ 3. Argẽtorati relinquitur.

Ciuitas non alluitur Rheno, sed eius brachio cuidam adiacet, per quod ...mbo vecta est: monstratur locus decumbentis, morientis, & sepultæ Virginis, ...mplo deinde miraculis eius increbrescentibus ædificato: Monstratur etiam ...lia in Basilica tumulus trium Sodalium Virginum cum titulo funerali; qui vi...am earum breuiter, aduentum & mortem memorat, de quibus alias recurret ...icendi locus.

Locꝰ mortis & sepulturæ eiusdem.

De hac Galesinus in veteri Romano Martyrologio, sic scribit ad 15. Octo...ris: *Argentinæ S. Aureliæ Virginis, quæ cùm esset ex nobili illa Societate ...ndecim millium Virginum, apud præfatam vrbem in reditu ab vrbe Româ infirmata obyit in pace.*

Galesinus 15. Oct.

Cla-

In Martyr. Clariùs id exponit M. S. liber Budicensis : *Aurelia Virgo cum S. Vrsula e suo comitatu Romam adscensis nauibus per decursum Rheni rediens, febri correpta, & extra muros ciuitatis Argentinensis, vbi nunc requiescit, deducta, spiritum exhalauit, vbi beneficia præstantur omnibus, eam fide sancta colentibus.*

Consentiunt aliorum Martyrologia, Canisij, Ferrarij, variæq; ad Vsuardum veteres Additiones. Item loci Lectiones horariæ, Manuscripta vetustiora, Traditio ciuitatis, Chronologi, Scriptoresq; sacri & profani, quos libro & capite vndecimo videre licet, nec Hæretici dissentiunt. Vnum Bernardum Hertzog placet auscultare, qui & templi ad Virginis honorem excitati, ciuitatisque mirabiliter ius cultu dilatatæ sic meminit : *Ann. 500. erectum est templum ad honorem S. Aureliæ vnius ex vndecim millibus Virginum, quæ Basileâ secundo Rheno nauigans, in via Argentorati decesserat, & sepulta erat, ac S. Aureliæ templum est appellatum, & quilocus is extra vrbem situs erat, frequentari cœpit, domusq; circa Ecclesiam adijci. Ita An. 700. opus fuit, vt vrbis pomerium laxaretur, & Senior S. Petrus* (templum est antiquissimum loci) *à S. Materno extra vrbem ædificatus, mœnibus sepiretur.*

Bern. Hertzog in Chronico Alsatiæ

Vnde S. Aurelia iam supra mille annos erectâ eidem Ecclesiâ, velut vna sodalium Vrsulanarum Argentorati, quæ sex diebus ante commune Martyrum ex morbo decesserit, vt Virgo, non Martyr honoratur, ipsis Romanis fastis suffragantibus, & (quas Baronius ad eum locum laudat) tabulis, & monimentis ecclesiæ conspirantibus.

Sed dum velis passis Moguntiam Vrsula properat, eodem è Britannia in noua classe sponsum contendentem priùs saluum deducamus.

CAPVT XV.

Sponsus Aetherius cœlesti monitu excitus, cum noua classe Sodalitati Moguntiæ occurrit, & venientem excipit.

Discesserat è Britanniâ Vrsula cum omni comitatu, Sponso rerum omnium ignaro & inconsulto : Vulnerarat non parùm eius animum tam inopina cum propinquis & affinibus profectio, præsertim cùm parentes & necessarij Virginum, orbitatem suam vni præsenti Ætherio tribuerent : & ipse deceptum se polis Vrsulæ vanisque promissis conqueri potuisset, nisi diuina clementia mentem ipsius altiori lumine collustrasset, & arcanum æterni diuiniq; consilij detexisset ; tam illam Sodalitatem ideo cœlitus esse coactam, vt ei eodem in loco Martyrij laurea donaretur, nec tamen integram in Britannia coire potuisse, multas è Germania, Gallia, Italia, Græcia Virgines, Episcopos, viros Principes adscribi debere. Nec è Britannia quidem soluisse omnes ; nouam Ætherio Duce classem ædificandam, instruendam & implendam viris Principibus, Reginis, & alijs, qui recens aduenerant, vt elapso iam triennio nuptias cohonestarent.

Cur Deus sponsum in Britannia reliquerit.

Sex dierum itinere Româ iam aberat Vrsula versus Alpes reuertens in Germaniam, cùm Ætherius ab Angelo monetur matri Demetriæ Baptismum perdere ; tum ea comite, reliquisq; omnibus, quotquot martyrij desiderio tenerentur, assumtis, nauigare Coloniam, vt ibi cum Sponsa totaque Sodalitate Româ in Germaniam ad destinatam agonis vltimi palæstram reuertente, eâdem lauream fuso pro Christo sanguine, donaretur. Acquieuit pijs filij monitis mater : & dum cum eo, multisque ad coronæ communionem inuitatis, & insigni animi magnitudine eandem ambientibus discessum maturat, multa moram inferunt & impedimenta, siue subditorum solitudinem & orbitatem liberorum adhuc deplorantium lacrymæ, siue molestiores dæmonum insidiæ, de noua sibi præda secunda hac classe prærepta dolentium. Superauit excelsa mente, diuina fretus ope, sponsæq; Virgis

Monetur cœlitus de occursu. S. Elisabeth c. 12.

Paret supatis oīb. impedimētis

rsulæ precibus suffultus omnia, sui iam victor Aetherius; lætus & alacer Deo ocanti paret, æternum patriæ, sceptris, & regno vale dicit, naues conscen- n matre Demetria, sorore Florentina, Clemente pontifice, nonnullis Regi- ucibus, & illustribus viris, quos de oraculo diuino præmonitos eadem incess- iditas sanguinem in ea Sodalitate pro fide fundendi. Duces huius secun- uigationis & Comites, sed & remoras, ac obstacula sic narrat Anonymus. *Hanc autem dolor additur dolori letalis fermè, & exitialis, cum in breui post filius Regis* Lib. 1. c. 10. *Rex senior Holofernes inclytus, & pius, totique populo carus, ac acceptus, B. Virginis Vrsulæ sponsi gratia inspiratus diuina, patriam, & regnum deserere disposuit, qui spes totius regni exstit, & terræ illius. Ipse quidem diuino fretus auxilio, cœlestique adiutus adminiculo sponsam suam, exercitumque illius piarum Virginum agmina animo insequitur virili, an- gelica protectione deductus, B. quippe Ioannes Apostolus, atque Angelici quidam spiritus fideli adfuerunt, piè ducentes illum, à malignorum spirituum infestatione defensabant. Cumque idem iuuenis cum suis Comitibus Virgines sacras summa insequeretur festinantia, Omnes eum frequenter impetentes retrahere nitebantur mala suggerentes. Qui Dei potius custodia, angelicoque munitus præsidio, cœptum iter deuotus prosequitur.* Ani- Cognoscit cœlitus reuelatio- nes Vrsulæ factas. mant vehementer Aetherium Regem cœlestes mentis illustrationes, his diuinos afflatus & instinctus Vrsulæ factos, & secreta Dei consilia cognoscebat, quibus sponsa gubernata tantæ Societatis cogendæ molimen esset aggressa, tamque felici rerum omnium euentu fauentibus superis in peregrinatione redituque continuo duceretur: vnde regia sanè magnificentia classem adornarat, vt specie splendi- dissimarũ nuptiarum cuncta, quæ Deus his duobus administris & Ducibus Vrsula spesque decreuerat Coloniæ perficere, suauiori modo sine grauioribus impedi- mentis implerentur, & vberior inde Virginis Vrsulæ seges gloriæ nasceretur: quod ea mundi claritatem, opes, potentiam & maiestatem, quæ in vtriusque classis peronis relucebat, amore Christi calcasset, & diuina ac incredibili verborum suo- rum efficacia cunctis rerum omnium fluxarum contemtum & amorem martyrij persuasisset: quo respiciunt subiecta scriptoris Anonymi verba. *Iam enim antè* Cap. 10. *magno dilectionis ardore æstuans, eandem sponsam, vtpote Rex inclytus, mitis & pius sui præ- sentia, gloria magna nobilique apparatu, & honore regio visitauit. Vnde secretorum eius- dem Virginis, quæ cœlitus illi reuelata exstiterant conscius, constanti animo institit, & fideli, quatenus honorificè secundum Dei dispositionem omnia consummata perficerentur.* Si lan ventis secundantibus contra Rheni fluminis impetum adscenderit, nus- Obiectio- nibus oc- curritur. quam insinuatur: sat ei temporis datur, vt etiam iumentorum attractu per amicam Gallicanam oram nauigasse videatur, copijs Romanis Maximini Coloniam forte contendentibus, nec repugnantibus, quippe gentilis adhuc & Romanorum socius habebatur; nec de eius tollenda classe Roma quidquam perscriptum erat: quamuis postea iunctus societati, cum se Christianum & Vrsulæ sponsum profiteretur, cum suis etiam sit interemtus. Nec erat à Germanis & trans-Rhenanis populis peri- culum, iam tum vel à Maximino profligatis: vel cum eodem confligentibus.

Moguntiam verò die citius, quam Vrsula, circa quintum vel sextum decimum Octobris peruenit, perhonorificè à loci Præsule Cleroque susceptus, cognita præ- sertim aduentus eius causa. Triduo iam ante S. Vrsula cœlestis internuncij mo- *Anony. l. 1. cap. 18.* nitu sponsi cum Comitibus aduentum præsenserat, & hoc ardentius in oc- cursum eius, & ad metam laborum paratis iam omni- bus properabat.

(o)

CAPVT XVI.

Baptismus Aetherij sponsi & verosimiliter matrimonium præsente Vrsula Moguntiæ solenniter celebratur.

Moguntię ciuitatis status.

MOGVNTIAM à Druso decem ante Christum annis conditam S. Cre ens D. Petri discipulus fidei rudimẽtis imbuerat: ea sub annum 237. floreba pi- bus, pietate, fideique constantia S. Ruthero Præsule, qui paulò post Decio sæ ente pro fide Martyr occubuit. Is cognito Cyriaci Pontificis, & Vrsulanæ soda atis aduentu cum sponso Ætherio, Clero populoq; ad Rheni ripam occurrit veni tibus, & magna animi gratulatione gaudio gestientes in vrbem, & moreveteri ædem etiã sacram introducit, ad ritè soluẽdas gratias pro felicissima tam arduę re- grinationis expeditione, & ea classis vtriusq; sponsi sponsæq; coniunctione. Hius aduentus, occursus, & mutuæ gratulationis lætitiam ita persequitur Anony us.

Lib. 1. c. 18. *Quo dum peruenissent, repererunt ibi iuuenem illustrissimũ beatæ Virginis Vrsulæ spo m, moribus & genere nobilissimum: hic pridie ante ductu Angelico cum pluribus socijs, qu um quidam erant Christiani, & quidam Catechumeni venerat, paratus ipse & comites eius ter cum sponsa sua pro amore Christi proprium sanguinem fundere, &c. Continuo ita tia & gaudij vniuersorum ingens oritur exsultatio, quoniam supereius aduentu omne runt iucunditate immensa gratulantes. Egredientibus eis de nauibus occurrit cum Cler*

Episcopus cum supplicatione occurrit. *chiepiscopus & ciuibus, excipientes vniuersas Virgines atq; socios illarum nobili proces in lætitia magna & exsultatione.* Postea per diuersa ciuium contubernia distri ti, paulum ab itineris molestiis quieuerunt. Hinc Vrsula, vicissimq; sponsus cœlit tibi oracula reddita, & diuinam tot Prodigiis contestatam prouidentiam grata ni- mi recordatione commemorant, vnde magis inardescit in sponso baptismi pri m expediti cupiditas, & amor martyrij subeundi.

Baptismus Aetherij sponsi.

Triennio iam expleto satis elementis fidei Catholicæ sponsus erat institus, necdum tamen genitalibus aquis expiatus. His sacris initiari Moguntiæ man us Cyriaci Pontificis placuit. Factum id summo, quo potuit apparatu, adstãtibus (r- dinalibus, præsentibus duodecim vel pluribus etiam infulatis Præsulibus, toti m Regibus, Principibus & illustribus viris, ac virginum exercitu canditato Duce le- gina Vrsula. Ita ritè corpori Ecclesiæ iam insertus, gentilitio Conani mutato no ine, voluit deinceps Aetherius quasi cœlestis appellari, cœlestia tantũ calcatis r- renis opibus & sceptris animo versare, & cum cœlitibus æternas ambire deli as, cum eo renati sunt complures alij, quos è Britannia similis ardor martyrij euoc au Plausus & inusitatam lætitiam mortalium præsentium pariter ac cœlitum ita le- scribit præmissa narratione Baptismi collationis Anonymus.

Cœlites ei adstiterũt. *Interim iuuenis iqũ beatæ Virginis Vrsulæ sponsus, qui iam triennio ante Catechumenus exstiterat, cum ingẽti nobilium gloria & principum à B. Cyriaco Papa baptizatur. Qui corde deuoto Baptismi tiam suscipiens, Deo & hominibus dilectus, vniuersisque qui eum viderant & nouera mabilis erat, & glorioſus; adsistente ei B. Vrsula ipsius sponsa cum omnibus Episcopis, C nalibus, Regibus & Principibus, atq; vniuerso illius ciuitatis Clero. Aperto siquidem lo Angeli lucis à Deo directi veniunt illuc præsentes, cum alijs compluribus Sanctorum p nis, huic tam festiuæ societati congaudentes.*

An matrimonium tunc initum.

Expleta iam erant vtraq; ex parte pacta dotalitia, collectæ virgines, spõsus a- cramento Baptismatis initiatus, an existimandum, contractum etiam de præs nti matrimonium? res fateor incerta est. Nec id concedendum videtur, 1. quia veteris historiæ c. 6. Angelus promittit Vrsulæ, quod conseruato virginitatis signaculo *ad innuptas* esset transitura. Deinde obstare poterat votum castitatis, quod multi u- tant ab Vrsula Deo nuncupatum: Præterea nulla videbatur eius contrahe di necessitas, vel vtilitas, vtroque quatriduo post martyrio coronando: nec abesse b- tuisset ea ætate violandæ castitatis periculum & illecebra.

Rationes quæ infirment.

Ito

Pr matrimonio nō pauciora faciunt. Primò enim Anonymus ait Parētes ſponſi
[illegible]: Vrſulam ei *in matrimonium copulare.* Angelus deinde vocatur huius *copulæ*
[illegible]trimonij *para nymphus*,& mandat Vrſulæ *ſponſæ dotalitia ſuſcipere, alterumq; Re-*
[illegible]*omiſſis nuptijs lætificare:* Poſtea ſe *triennio futuris nuptijs præparare.* Itaque cum
[illegible] oneroſi contractus omnia pacta ſponſus acceptoBaptiſmo compleuerit, Ano-
[illegible]s narrato Baptiſmo ſtatim Vrſulam vxorem compellare his verbis videtur.
De[illegible] ipſe inuenis regius tantæ virginis ſponſus adhuc Virgo exiſtens, nunquam mulierem
[illegible]it aut vxorem: vocatur etiam in hiſtoria vetere, *conditio coniugij*, & *conſcriptio*
[illegible]ptialis, conditione verò tali completa, vel vt ſcholæ dicunt, purificata, abſolutus
[illegible]nſus oritur, verbis vt multi credunt iterum expreſſus de præſenti. Fauet annu-
[illegible]reus Vrſulę, qui ſupereſt,& nuptialis eſſe veteri traditione, certè vulgi cōmu-
[illegible] ſuaſione nominatur. Quo reſpicit vetus in templo Machabæorū ſtatuæ ſpōſi
[illegible] ubiecta inſcriptio. *Diue Atheree digne fers annulum nobilis Vrſulæ optans connubiū*
[illegible]*nfirmatum Coloniæ.* Inibant enim id matrimonium Moguntiæ eo conſilio, vt ſer-
[illegible]ati nutua caſtitate, nouo vinculo conſtricti ſimūl vna die pro Chriſto morerēn-
[illegible]; ſuis verbis, exemploq; mortis, Coloniæ ſupra myriadem filiorū Dei & Mar-
[illegible]i cœlo gignerent, adeoq; caſtè conſummarent. Tertiò, quid vetat cū Deus per
[illegible]lum mandarit conſenſum in futurum matrimonium; promiſſionem eiuſdem
[illegible]um; inuitationem ad id cohoneſtandum tot Regum, Epiſcoporum, Virginum:
[illegible] id etiam ſine violatione caſtitatis, periculo vel incommodo ex pacto contrahi
[illegible]oterit, imò cum commodis aliquot; vt fidem Deo ſibiq; datā nec mortis periculo,
[illegible] vel blāditias tyranni frangerent; quid vetat illud initum eſſe, dicere: diuino iuſ-
[illegible]tu: ut conſtat in Eccleſia laudari & præferri matrimonia Deiparæ & Ioſephi, Hē-
[illegible]ici Kunegundis, Cæciliæ & Valeriani, Iuliani & Baſiliſſæ, quibus pari conſenſu
[illegible]continentia ſpondetur, ijs, quæ liberorum procreandorum cauſa conciliantur? *Bea-*
[illegible]*tia ſanè*, ait Auguſtinus, *Coniugia iudicanda ſunt, quæ ſine filiis procreatis, ſiue etiam illa*
[illegible]*ter na prole contemta continentiam inter ſe, pari conſenſu ſeruare potuerunt.* & alibi, *Tali-*
[illegible]*ter ntinentes vel mares, qui defunctis vxoribus; vel fœminæ, quæ defunctis viris, vel vtri-*
[illegible]*que qui pari conſenſu cōtinentiam Deo vouerūt, ſciant ſibi quidem mercedis ampliusdeberi,*
[illegible]*quàm cōiugalis caſtitas poſcat.* Ita nemo ad ſolennes has vocatus nuptias deceptus eſt;
[illegible]ni quod nuptiale conuiuium non eodem die, ſed quatriduo poſt in cœleſti curia
[illegible] uniſtris Angelis, & ipſo Chriſto ſit inchoatum, nunquam finiendum. Ad innu-
[illegible]us nihilominus tranſitura dicitur Vrſula, ſeu ad Virgines, quibus hæc propria de-
[illegible]bitur appellatio: quia cum ipſis aureolam virginitatis conſeruauit.

Probabile contractū eſſe. *Lib.1. c.2.*

Annulus nuptialis ſupereſt.

Cap.19.

Cauſa in[illegible]

Caſta matrimonia præferuntur communibus. *S. Aug. l.1 de Ser. Dom. c.25. To.6. de bono coniugij c.25.*

Nuptiale conuiuiū quatriduo poſt in cœlis celebratum.

Quocirca ſi contractū hoc caſtum matrimonium eſt, vt veroſimilius apparet factum eſſe, non niſi Moguntiæ poſt Baptiſmatis initiationē præſente Cyriaco con-
[illegible]it, & inſinuare videtur Anonymus, dum adſtantem baptizato facit Vrſulam &
[illegible]nium præſentium lætitiam ex vtriuſq; adſpectu, ætate, comparatione, & elogiis
[illegible] narrat. *O quanti tunc gaudij iucunditas vniuerſos lætificauit, cum iuuenem tam genero-*
[illegible]*ſum & nobilem ſponſæ ſuæ nobili viderent in omni probitate coæquari & honeſtate! Eleganti-*
[illegible]*ſimæ verò erat illa pulchritudinis, elegans & iſte nimis fuit, & decorus: Viginti ſanè &*
[illegible]*quinq; annorum, & 7. menſium fermè exſtitit eo tempore idem iuuenis; & illa ferè decem &*
[illegible]*nnorum erat, & trium menſium. quid plura? filius ille Regis & Rex iunior inclytus, & il-*
[illegible]*ſtris, atq; ipſa nihilominus filia Regis inclyti, & regina nobilis ac generoſa immēſam cūcto-*
[illegible]*rum lætitiam, qui ad tam admirandi gaudij ſpectaculum venerant, ſubito conuertit in lacry-*
[illegible]*mas, & mœrore nimio vniuerſos ſauciauit: feſtinant ergò, quantocyus ad brauium properant,*
[illegible]*ad diu ſibi deſideratum martyrium*, alia lectio habet, *matrimonium*, caſtū ſcilicet, morte
[illegible]rmandū: matris verò Demetriæ cuſtodiæ, inſtitutioni & ſolicitudini tribuit, quod
[illegible]ec antea mulierē; nec iam vxorem tetigerit Aetherius. Eadē ſententia fuit P. Phi-
[illegible]ppi Bebij l.1.c.28. Ita dies feſtiuis gaudijs eſt celebrata.

Comparatio ſponſi & ſponſæ.

Lectio M.S. S. Pauli aurea vallu.

Poſtridie cum iam conſtaret omnibus, triduo poſt ſanguinē pro Chriſto Co-
[illegible]niæ profundendum eſſe, Cyriacus omnes videtur ad ſacram ſynaxin more tunc
[illegible]mporis recepto percipiendam ante martyrium eſſe cohortatus. Erat eo ſeculo
[illegible]erſuaſiſſimum fidelibus, non poſſe robur & conſtantiam obtingere in tormentis

Communicāt omnes

Moguntię ante martyrium Ex more Ecclesiæ. Baro. to. 2. An. 255.

fidei causa toleratis, hoc nisi diuinissimo cibo prius quis animum refecisset: vt ipsis etiam in persecutione; sed pœnitentibus, annis 18. post Vrsulæ martyrium Episcopi sub S. Cypriano in Africano Concilio dandam tunc SS. Eucharistiam verbis sanciuerunt. *Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium, & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit. Cum ad hoc sint Eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela: quos tutos esse contra aduersarium volumus munimento dominicæ saturitatis armemus. Nam quo modo docemus, aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si illis militaturis sanguinem Christi denegamus? aut quomodo ad martyriij poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus?* Accedit, quod cum oratio quoque die Eucharistico epulo se refecerint in via, cur non eo die postremo quo eius tantum fruendi dabatur occasio? Hic ille nascentis Ecclesiæ fidelium ignis erat, à Christo delatus in terram è cœlis, quo succensi iam ipsis tyrannis formidabiles, quasi leones in ipsa tormenta mortesque ferebantur, velut optatas epulas, vt timiditatis & desidiæ carnifices arguerent.

S. Elisabeth c. 10.

Sed dum his sanctissimis studiis ad vltimum certamen tot millia Christi vigilum armantur Moguntiæ, Colonia cingitur obsidione, Maximini Cæsaris imperio, ac Hunnorum, Parthorum & aliarum barbararum nationum in Perside coactarum copijs necem Virginum anhelantibus circumsidetur: quarum aduentus opportunitas iam est excutienda.

CAPVT XVII.

De Vrsulani martyrij auctoribus veris Hunnis, militantibus Maximino Cæsari in exercitu Romano.

Barbaræ gentes in exercitu Maximini plures, quã Romanæ legiones.

VIx vnquam Romanus Imperator tot barbaras nationes Africanas, Asiaticas & Europæas sub signis in Germanos duxit, quot Maximinus, multarum iam ignotarum & innominatarum gentium, vt hæ numero Romanas legiones superasse videantur: quod his verbis insinuat coæuus Herodianus, *collecto exercitu omni, ac ponte intrepidè transito, bellum Germanis intulit, secuta illum magna vis mortalium, apenè omnes barbarorũ copiæ: Adhæc Maurisi iaculatores, sagittarijq; quamplurimi, Præter Osrooëni quamplurimi, & Armenij; Tum si qui ex Parthis aut pecunia conducti, aut transfugæ, aut item capti bello Romanis seruiebant. Hæc autem multitudo coacta ab Alexandro, ducta dein, atq; exercitata à Maximino fuerat.* Hi ijdem victores Germanorum paulò ante carnifices deinde videntur & interfectores Virginum exstitisse; nec Hunni quidem desiderantur; sed inter omnes barbarorum copias innominatas ideò continentur, quod nullam gentem aptiorẽ Hunnis Alexander & Maximinus putarint ad Germanos debellandos: *Iaculatores*, enim ait ibidem Herodianus, *sagittarijq; gerendo aduersus Germanos bello magis idonei videntur: siquidem expediti hostem opprimunt in autum, facileq; in tutum se recipiunt.* Si quæras commoditatem Hunnos Romanæ militiæ tanta in rerum gerendarum festinatione accensendi, dico nunquam opportuniorem ea fuisse, quæ ducenti in Persas exercitum est oblata; quando Alexander Cæsar, sat diu cum Mammæa matre substitit Antiochiæ, quam tunc etiam Origenes euocatus ab eadem Alexandria fide Christiana non imbuit tantum; sed & genitali fonte sententia multorum abluit. Tunc enim tã ante, quã post gestũ bellum, Armenij cõscripti sunt, & cõfines eis Euthalitæ Persarum hostes; sed nulli tam utiles erant ei bello, quã Hunni, Iberis & Albanis proximi: nec etiã pernicitate vel iaculandi peritia gens vlla eos vnquam superauit: quales cum tunc, & in Germanico bello postea quærerentur, ijque proximi Armenijs, Albanis, & Iberis (qui Romanis parebant) vltra portas Albanicas iuxta paludem Mœotidem habitarent, facillimo negotio Maximini sunt opera mercede conducti, Persis & Asiaticis omnibus gentibus ad bella promtiores, & agiliores: Eadem occasione Alanos Romanis fœderatos adlegit; quos, sequenti seculo Marcellinus in regno Albanorũ & Massagetarum cõstituit; vel potius Iulianus Cæsar in vltima oratione adhi-

Hunni sub innominatis gentibus continentur.

Commoditas eos conscribẽdi ex Asia.

Cur electi contra Persas.

nlites contra Persas pugnaturos dum ait, *vt Lucullum transeam vel Pompeum, qui* Marcellinus l. 23.
banos, & Massagetas, quos Alanos nunc vocamus, hac natione quope perrupta vidit Alani in Albania.
s lacus, quos eosdem cum Ostrogothis fuisse sæpiùs ostendi: qui etiam à pri-
no Scandia Insula egressu permixti Hunnis ea loca, totamque Persiam & Asiam
ellarunt, vnde & Hunni nominantur, & ipsi etiam iaculandi peritia commen-
hos eo nomine libentius Maximinus stipendijs inuitabat, quod se materno
anguine Alanum profiteretur, Patre verò Massagetam seu Ostrogothum. Euro- Europæi Hunni in exercitu.
pæos autem Hunnos iam ante cum Pannonicis tironibus videtur adscripsisse mili-
tiæ cum in Thracia degeret, & familiarissimè Gothis & Alanis, adeoque Hunnis
n vteretur: eadem enim gens erat, locis tantum & nominibus discreta, eadem
insula Scandiæ progenita, ad quam & ipse suam Maximinus originem primam
ebat, omnibus ideò carus, è quibus etiam iussus à Cæsare fuit meditationibus
co inuis militaribus nouos Reip. Maximinos educere. Atque hi etiam Hunni
ibus barbaris innominatis in exercitu Romano (quarum Herodianus, Capi- Cur Scriptores in Maximino Hunnos omiserunt.
tolinus, & Lampridius meminerunt) accensentur, quod Hunni licet Græcorum,
dum tamen Latinorum literis essent commendati. Vnde quam maximè gen-
us scriptoribus congruenter, Hunni dicuntur Vrsulanas Virgines occidisse.
n & mille iam annis ante gens illa eo nomine vtebatur: & ex iisdem locis &
finibus vbi degebant, exercitus Romanus coactus erat: talibusque notis in eo,
barbararum gentium nomine, designantur, quæ nullis perinde ac Hunnis conue-
nit.

CAPVT XVIII.

Gothi & Pannones certis de causis, etiam totus exercitus Maximini propter inusitatam crudelitatem Hunni sunt appellati.

QVNT & alij quidam, licet non ita proprij modi, sæpius tamen à Scriptoribus vsur- Quæ gentes postea Hunnorũ nomen acceperint.
pati, quibus aliæ gentes vel sanguinis propinquitate, vel eiusdem regionis habi-
tione, vel moribus ingenitaque feritate similes Hunni solent appellari: qui pariter
Maximini militem conueniunt.

Principio Gothis perquam familiare Iornandes docet, vt Hunnorum nomine Gothi.
gorientur, primò enim gens vna fuerat, ex eadem insula Scandię prodierat; eodem
b rege genita, & egressa patria gentes varias subegerat: Deinde Hunni maiores
ttilæ magnam partem ex Gothicis feminis orti, suam ad eos originem referebant.
ertiò Gothorum virtute Attilæ exercitus plurimum nitebatur: nec tunc alio,
uam Hunnorum nomine veniebant: Quartò Gothi postea primi monarchiam
Hunnorum, binis prælijs deuictis Attilæ filijs, deleuerunt, & gentes alias ad deficiẽ-
um ab eis exemplo suo permouerunt, eorum ferè gloria & nomine ad se deriuato.
Quare cum & Maximinus domo Gothus esset, & plurimos suæ gentis tirones ha-
eret, quos ad militiam Romanam erudiebat, vt omittã Parthos origine pariter
Gothos, meritò tam ipse, quam miles eius à posterioribus scriptoribus potuit Hun-
us appellari; sicut S. Hieronymus Gothos Asiæ domitores Hunnos solitus est no-
minare.

Accedit, quod è Pannonia multos adscripserit militiæ: eosque sic deinctos Pannones.
habuerit: vt ij primi Maximino detulerint imperium, Alexandro per tumultum in-
erfecto: Hunni verò tam Attilæ tempore, quam postea seculis aliquot eam regio-
nem, vt propriam habitarunt: & à se nominarunt: Quare sicut primi Romani vo-
antur etiam Romulidæ, licet Roma nomen suum, vt multi apud Ortelium putant,
ongè post acceperit, & Alexandrini dicuntur etiam ij, qui ante natum Alexandrũ
andem vrbem possederunt: cur Hunni non possent vocari priores Pannones: licet
b incolis ijs diu post nomẽ accesserit? nonne & Hungaris modo rectè res eas gestas

tribuimus, quas eorum maiores dicti Pannones olim laudabiliter effecerunt? vt-ſſim ab Hunnis ciuibus, & ſucceſſoribus Pannonum, incolas loci priores rectè nu-cupamus.

Omnes barbaræ nationes.

Denique vt aliæ deeſſent rationes, vel à ſola feritate incredibili, qua mi-es Maximini Cæſaris, & ipſe Cæſar auctoribus ſacris & profanis hiſtoricis, omnes po-rum temporum tyrannos anteiuit, vt paſſim Phalaris, Cyclops, & Buſiris ſit ap-llatus, potuit ab Attila ſimilis crudelitatis, tam ipſe, quam miles ipſius Hunnus o-minari, ſicut paſſim ſcriptores ante, & poſt Attilam Hunnis dicunt auctoribus a-tas clades varias eſſe, quæ loca nunquam Attila, vel Hunni peragrarant, vſi-to veteribus auctoribus modo, quo quamuis inuſitatam barbariem, vti Galli ſpe Wandalicam; ſic alij paſſim Attilanam, & Hunnicam vocarunt: ita mediæ ter-tatis; & Recentiores ſcriptores, pertutbatis inter ſe variarum gentium n-mini-is, quæ circa eadem vel propinquiora, imò & remotiora tempora loca eadem ve-ementer afflixerunt, Hunnis & Wandalis longè ante, vel poſt eorum aduentum te-ſta tribuerunt, & Attilæ potiſſimum, ob eius incomparabilem immanitatem; ua putatur priores & poſteriores tyrannos ſuperaſſe. Hac dici poteſt ratione eoti-giſſe, vt cum Colonienſes vltimam, quam ante S. Cuniberti ætatem grauiorem a-lamitatem perpeſſi ſunt, ab Hunnis ſcirent illatam eſſe, meminiſſentque maio-us teſtibus non diſparem priorem fuiſſe, qua Virgines Vrſulanæ ſagittis, & ſimil-us Hunnicis armis fuerant interfectæ; crediderint Hunnos etiam Virginum tort-es exſtitiſſe, adeoque S. Cunibertus Hunnis eam clabem adſcripſerit, nulla tam-en Attilæ facta mentione, quod conſtaret ſeculis duobus citius euenille. Ma-at igitur firma, conſtanſque populi Colonienſis traditio, ſacris profaniſque teſt-us congrua, faſtis Romanis inſerta, diuinis etiam teſtimonijs confirmata, Hunno-m ſagittis confixas, eorum gladijs diſſectas, & laniatas, contis & vectibus contuſas r-ſulanas Virgines, glorioſam martyrij lauream obtinuiſſe, ſicut & Treuirenſium at-teſtatur traditio, auctore Helmoldo, S. Auctorem eodem anno eoſdem Hunn-s à Treuirenſibus mœnibus arcuiſſe: hæc alibi fuſius diſputata, hoc velut proprio co-breuiter fuerunt inſinuanda.

CAPVT XIX.

Ciuitatis Colonienſis ſitus, origo, politicus, & Eccleſiaſticus ſtatus, eiuſque circa An. 237. oppugnatio.

AD palæſtram tandem Martyrij Agrippinam venimus: eius primo, & Vbio-rum originem; tum ſtatum politicum, demum Eccleſiaſticum An. 237. inueſtig-bimus: cuius obſidio à Maximini Cæſaris militibus inchoata, cauſa fuit tanti mar-tyrij, cum Colonia in fide S. P. Q. R. permaneret. Vbij Germaniæ fuerunt populi, ci-ſi Cluuerio credimus, oram Rhenanam, quæ inter Moguntiacum, & Coloniam pr-rigitur, incoluerunt: licet alij cum Broëlmanno inter Rhenum, Viſurgim, Lup-m, & Loganam fluuios collocarint: Mores eorum C. Iul. Cæſ. ita commentario 4. r-ſequitur. *Vna ex parte à Sueuis, circiter millia paſſuum centum agri vacare dicuntur: al-teram partem ſuccedunt Vbij, quorum fuit ciuitas ampla, & florens, vt eſt captus Germa-rum; & paulo, qui ſunt eiuſdem generis etiam ceteris humaniores, propterea quod Rhen-attingunt, multiq; ad eos mercatores ventitant, & ipſi propter propinquitatem Gallicis ut moribus aſſuefacti: hos cum Sueui multis ſæpe bellis experti propter amplitudinem, grauit-que ciuitatis finibus expellere non potuiſſent, tamen vectigales ſibi fecerunt, & multo hu-miliores, infirmioreſq; reddiderunt.* Primi verò Germanorum fuerunt, qui in fidei, & clientelam Romanorum miſſis vltro ad C. Iulium Cæſarem Legatis conceſſerat: quam rem ipſe eodem commentario ita narrat. *Vbij autem, qui vni ex Tranſrhe-nis ad Cæſarem Legatos miſerant, amicitiam fecerant, obſides dederant, magnopere orant, vt ſibi auxilium ferret, quod graniter ab Sueuis premerentur: vel ſi id facere occupationibus*

Lib. 2. Ger-ani. c. 17.

Vbiorum ſitus in o-ra trãſrhe-nana.

In epidigma-tu tabella 9. Cæſar l. 4. bell. gall.

Mores.

pro-

Romani prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret, id sibi auxilium, spem-liqui temporis satis futurum. Sed quia sæpius à Sueuis Cattisque infestabantur, cum Augustus fasces imperij moderaretur, M. Vipsanius Agrippa Consul Romanus Augusti gener, & in imperio designatus Collega, auctus Tribunitia potestate traduxit Vbios in hanc citeriorem Rheni, tunc Gallicanam oram, agris ijs à Rheno ad Mosæ, Ruræque confluentes adsignatis: qua nunc ferè Colonienſis diœcesis ager, & pars Iuliacensis patriæ protenditur: meminit huius transitus Strabo: *Trans amnem verò incolebant Vbij iuxta hanc regionem, quos Agrippa haud inuitos traduxit in citeriorem Rheni ripam.* Auspicijs eiusdem Agrippæ Consulis, & Gallia- *Strabo. l. 4.* Agrippina conditu.
rum Præfecti quindecim circiter ante Christi ortum annis oppidum condidere, quod non Vbiopolim ab origine; sed Agrippinense à Conditore denominarunt, vt Tacitus ait. *Vbij quidem quanquam Colonia Romana esse meruerunt; ac libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine non erubescunt, transgressi olim, & experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, vt arcerent, non vt custodirentur.* Locus *De moribus Germ.* Locus.
delectus ciuitatis vbi C. Iulij Cæsaris castra cisrhenana putantur fuisse tunc, cum pontem sublicium in Sueuos, Sicambrosque duceret. Tempus ortus eius cum immaculata conceptione vel natali Deiparæ concurrit, cuius cum cultui sit addictissima, in eius quasi fide, & clientela videtur fuisse condita. Figura eius quadrata fuit, Romanæ Vrbis figuræ non absimilis: satis id euincunt veterum murorum, & turrium protuberantia rudera, & quarta Broëlmanni tabula. Hoc in Vbiorum oppidum Aggrippinense C. Agrippina Iulia Augusta Germanici filia, Neronis Imperatoris mater, & Claudij vxor, cum ibi nata esset, circa Annum Christi 50. vel 52. Cantistio, & M. Suillio Coss. Claudij decimo, vt veteranorum militum Colonia deduceretur, impetrauit, inde Colonia Claudia Augusta Agrippinensis meruit appellari, id Tacitus ambitioni eius tribuit. *Agrippina quò vim suam sociis quoq; nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum in quo genita erat, Veteranos, Coloniamq; deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo eius. Ac fortè acciderat, vt eam gentem Rheno transgressam Auus Agrippa in fidem reciperet.* Auxit splendorem Vrbis Traianus Agrippinę *Baron. ad A. 52. n. 23.* *Lib. 12. Annal.* Colonia fit Romanorum.
vnum Augustus salutatus: qui 13. aut 15. nobiles Romanas familias eò traduxit: vrbe sic florere opibus, & amplitudine cœpit, vt eam Zosimus. *Vrbem Rheno adiacentem maximam:* Marcellinus lib. 16. *munitissimam*, Libellus Prouinciarum, *Prouinciæ Germaniæ secundæ metropolim* appellarit: vt ab eadem, *Ducatus inferioris Germaniæ Agrippinensis*: vti, *superioris Germaniæ* à Moguntia, *Moguntiacensis* diceretur, ideoque Coloniæ Præses Imperatoris videatur resedisse. Postea, cũ Italia tota ius obtinuisset ciuitatis: imò Augusti Imperatoris, teste Suetonio, donatio cũ Colonias iure, ac dignatione Vrbi quodãmodo adæquasset, excogitato genere suffragiorũ, quæ de Magistratibus vrbicis Decuriones Colonici in sua quisq; Colonia ferrẽt, & sub diẽ cognitiorũ Romã obsignata mitterent: tũc splendidissimæ quæq; Coloniæ extra Italiã Iuris Italici cẽsebantur; cũ enim veterani milites sub signis merentes Iure Italico cẽsebantur, quomodo iam emeriti iure essent deteriore? His accẽsentur Agrippinenses: nam in Digestis Paulus Patauianus, Papiniani assessor, à Cõsilijs Alexãdro, tẽpore S. Vrsulæ par auctoritate, & ferè etiã dignitate Vlpiano; cũ pluriũ Coloniarũ iura descripsisset, de Agrippinensi sic loquitur. IN GERMANIA INFERIORE AGRIPPINENSES ITALICI SVNT. Id est, vt Glossa explicat, *immunes tributis.* *Lib. 1.* Iuris Italici est.

Forma Reip. Coloniarũ imitabatur Romanã, Carolo Sigonio in Legib. ac legum interpretatorib. Etant in earũ Magistratu Duumuiri, Triũuiri, aut Quatuoruiri: item Ædiles, Quæstores, Censores. Duũuiratus cõpar erat Consulatui, vel Prætura: Senatores verò in Colonijs decuriones dicebantur. Præerat autẽ sub Imperatorib. Præses ipsi Coloniæ ea potestate, quã ijs Cæsares permittebant: Præsidibus sublatis Reges Principesq; successerẽ: *quorum dominio mero* (ait Velserus) *innumeræ Coloniæ conflatæ sunt: Augusta Vindelicorũ, & paucæ aliæ* (in quib. Agrippinẽsis numeratur) *admirabili, & memorabili in omni fortuna fortitudine per tot seculorum ordines eluctatæ.* Politia Coloniarum. *Sigonius l. 2. de iure Ital. c. 4.* Variara *Velserus l. 1. fol. 110.*

Primus fidẽ Agrippinæ S. Maternus intulit, (alij S. Cresc. & S. Claro id tribuũt: ij amẽ nunquã fixisse ibi sedẽ stabilẽ videtur) primus etiam loci Antistes; creditur q; Cõuersa à S. Matern.

40. ipsos annos loco præsediſſe, è quo ſpiritum etiam puriſſimum Deo reddidit c[on]-
tori: corpus tamen eius Treuiros magnis prodigiis fuit tranſportatum, cui quis to-
loniæ ſucceſſerit Antiſtes, licet ignoretur nomen: mihi tamen perſuaſiſſimum ſit,
4. Epiſcop. Aquilinus. ad S. Vrſulæ vſq; tempora (vt alibi fusè demonſtraui) certos eam Eccleſiam re-
ſe Præſules, nec dubitari de diuino oraculo S. Eliſabethæ reddito debere, quo qua-
Colonienſium Epiſcopus Aquilinus nominatur; qui ſenio grauis, cum ſodalita-
Vrſulanam primo è patria diſceſſu hoſpitio; magnaque liberalitate ſuſcepiſſet, o-
ſtea verò reducem ſepulturæ nouiſſimo honore decoraſſet, ab ipſis fuit Virgin-
ad laborum capeſſendum præmium ad cœlos inuitatus. Ciues verò pleroſq; in
qui Traiani auſpicijs è nobilitate Romana Agrippinam conceſſerant, quam il-
quos fide Chriſti inſtitutos inde plerique coniiciunt; quod cum Roma, Conſta-
nopolis & in his locis Moguntia, Treuiris, ac nobiliſſimæ quæque ciuitates au-
ritate publica Chriſti athletas trucidarint, ſola dicatur Colonia manus à Martyr-
fundendo cruore temperaſſe. Et ſanè tam nobiles, & tot Virginum, Regum, & P-
ſcoporum ſarcophagi, qui hodie in baſilica Vrſulana paſſim viſuntur, ſatis indic-
non niſi à Catholicis, & copioſis ciuibus potuiſſe talem inſtitui funerationem.

Conſtãtia in fide. Duo præcipuè hac in Vrbe cõmendantur, conſtantia in Catholica religio-
& fide Romanis ſemper Imperatoribus præſtita: primum luculento diplom-
commendat Clemens 7. Pontifex Maximus hoc exemplo.

Diploma ſummi Pontificis Clementis 7. De conſtantia Colonienſium in fide.

Dilectis filiis S. P. Q. C. Salutem & Apoſtolicam benedictionem

*Quod ſemper à pietate veſtra exſpectauimus, ſuppliceſque à Deo implorauimus, vt e-
ſtra Ciuitas (olim Romani imperij inſignis Colonia, deniq; Chriſtianæ pietatis ſolida in-
regionibus columna, pollens opibus, robuſta viribus, celebrata literis) in tanta circumſti-
hæreſum propinquitate ſe illæſam Deo conſeruaret, & ſi qua ſui parte corruiſſet, Dei mune-
cito conſurgeret, id cum ſumma noſtra lætitia, veſtra maximè filij Senatus pietate & c-
ſtantia factum eſſe, & continuò fieri audiuimus, idque ad nos iam vndique nuncia-
Agimus itaque diuinæ miſericordiæ gratias, quod inſignem, ac percelebram veſtram Ci-*
Sancta re & nomine Colonia. *tatem à Satanæ venenis tutata eſt, ſanctamque Coloniam re, & nomine effecit. Vos
autem filij, quas poſſumus laudes paterno affectu reddimus, quanquam multo impares ve-
meritis iudicamus: veſtra enim virtus, & conſtantia non ſolum ſibi ad ſalutem, verum e-
ris proficiet ad exemplum; ſecuturis autoritatem tam inſignis, tamque eximiæ (nedum in
Germania; ſed etiam in cuncta Europa) Ciuitatis. Vos verò filij dilecti ſſimi, vtinam o-
ſionem aliquando habeamus noſtrum erga vos paternum, ac peculiarem amorem exhibendi:
cuncta vobis quidem adniteremur ſigna oſtendere paternæ erga vos, ac feruentiſſimæ ca-
tis. Hortamur magis ex abundantia affectus noſtri, quam quod neceſſe id vobiſcum a-
trcmur, vt in cæpto pietatis curſu perſiſtatis: primum conſulturi ſaluti; deinde etiam glo-
veſtræ: atque à Deo ipſo (cuius veram religionem à Patribus acceptam tuemini) immarc-
biles meritorum cumulos adepturi. A nobis verò, & ſereniſſimo Cæſare omnia exſpec-
turi, quæ ab amantiſſimis Parentibus in filios pientiſſimos conferri poſſint. Datum Ro-
apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris 1531. die 29. Nouembris Pontificatus noſtri Anno.*

Porrò fidem à S. Materno Coloniæ promulgatã nullo vnquam æuo, neq; ũ
S. Vrſula ſub Maximino martyrium faceret interruptam fuiſſe, fusè probat Staſ-
laus Hoſius S. R. E. Cardinalis Concilij Trid. Præſes, datis ad S. P. Q. C. An. 15
literis.

*Verè amica Dei Ciuitas, quæ non temerè ſanctam ſe vocari nuper adeò demonſtra-
nam cum ſpinis, & vepribus hæreticorum vndique ſit circumſepta; nihil tamen earum a-
leis offenditur, nec de ſtatu ſuo dimouetur: & quamlibet oppugnetur, non expugnatur tam
quin fortior indies, & robuſtior ſit. Ac quo ſemel eſt imbuta recens odore S. Euange-
quod à D. Materno D. Petri Diſcipulo, qui primus vobis odorem notitiæ Chriſti manifeſta-*

ſi

sibi p manus traditum accepit, eam mille iam quadringentis, & amplius annis retinet: & cum cinis omni ex parte vestris Euangelium Christi haud aliter quam florentium vinearum lor serpentibus factus sit odor mortis in mortem. Vobis nihilominus, quoniam quale fuit initio traditum, tale nunc etiam conseruatis, nec in aliud cuiusuis potius, quam Christi Euangelium transferimini; sicut ab origine semper fuit, sic & nũc est odor vitæ in vitam, &c. Reu a estis illa Virgo casta, *quam postea, quàm* vni viro despondit *exhibere Christo, cuius pau ante meminimus. Apostolus ille vester Petri Discipulus Maternus, virginitatem vestra integram, & incorruptam semper seruastis. Nec ab eo cui semel spirituali coniugio per m estis copulati, vos vnquam diuelli sustinuistis: quod ab initio didicistis in eo constanter huc permanetis: in qua fide vos ille Christo Virginem castam despondit, eam integram in hunc vsq; diem, & inuiolatam conseruatis: ac summa cura prouidistis hactenus, ne* sicut Eua, *& sicut multos hoc nostri seculo infelices Euæ filios* astutia sua seduxit serpens, ita corrumperentur vestri quoque sensus, & exciderent à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. *Et eam estis in orbe toto Christiano laudem, & gloriam consecuti, vt quod Philippensibus olim dixit Apostolus, id nunc non minus verè vobis dici queat.* Quod in mediocrationis prauæ, & peruersæ lucetis, sicut luminaria in mundo, verbum vitæ cõtinentes. Et infra. *Vt meminisset eam esse ciuitatem hanc, quam cum semel despondisset vni viro Virginem castam exhibere Christo S. Maternus D. Petri Discipulus, nunquam se fornicationibus illis polluerit, sed semel datam sponso suo Christo fidem in hunc vsq; diem integram semper, & illibatam conseruauerit.*

Quamobrem laudo vos, quòd per omnia Materni vestri qui fuit Petri Discipulus memores estis, & sicut ille tradidit vobis, eius præcepta tenetis, nec ea vel in minimo violari permittitis, verum quæ Petrus per Maternum & per successores eius legitimos in huuc vsq; diem credenda vobis & retinenda tradidit, omnia sarta tecta, quod aiunt, summo studio seruare studetis. Hactenus Hosius.

Nunquam mutauit fidem à S. Materno traditam.

2. Cor. 11. Virgo est.

Casta.

2. Cor. 11.

Philip. 2.

Inuiolata.

Præter hanc religionis orthodoxę nunquam violatæ constantiam, fidei etiam tenacitatem Romano imperio debitam commendant plerique, quam nulli hostiũ exterorum metus concusserint. Ita Ægidius Bucherius noster de ea ait. *Nulla inde Civitas populo Romano in Belgica fidelior, sedem præbuit Romanis Legatis, qui Germanicis Legionibus præsidebant, ex quibus non paucos in Imperatores adlectos infra videbimus.* Vitellum & inprimis Traianum intelligit, is dum Legionum Præfectum ageret Coloniæ Agrippinæ, à Nerua fuit Augustus renunciatus eo tempore, quo S. Maternus Agrippinates fide orthodoxa informabat: Multa repetunt Colonienses à maioribus accepta fidei Romanis semper seruatæ monimenta; quæ prætereo. eadem videtur vt sæpè dixi, S. Vrsulæ tempestate, Martytij tanti occasionem præbuisse: nam cum Maximinus à militibus inuito Senatu, Populoque Romano salutaretur Augustus: Colonia verò more suo in fide Quiritium staret, donec quid facto opus, ex Vbe fidis nuncijs perferretur: vallata creditur obsidio: ne Maximinus contra Germanos pugnaturus, Rhenana sibi Romanorum præsidia experiretur inimica: & ne potius Vbios præsidium fortissimum censuit expugnandum, quo firmissimo munimento res Romanorum in secunda Belgica contra Germanorum irruptiones nitebantur, adeoq; præcipui Legionum Legati & Duces residebant, vt firmato sibi Belgij, Galliæq; dominatu, subactaque Germania, vel inuitam cogeret Italiam, ad obis habenas sibi concedẽdas: sed ingenitus fidei amor Vbiorum fecit, vt fortunis, & capite maluerint periclitari, quam societatem fœderaque cum Romanis sancita violare. Mouebat Maiorum exemplum, qui primi Germanorum Cæsaris, & Romanorũ amicitiam vltro petierũt; Deinde cum ideò multũ à Sicambris, Sueuis, alijsq; Germanis, assultibus cõtinuis impeterẽtur, semper tamen in clientela Romanorum perstiterunt. Tertiò sponte appetierunt in alterã transire Rheni partẽ, non vt (Tacitus ait) *custodirentur; sed vt arcerent hostes.* Quartò cõdita iam ciuitate, originis oblitis, nõ Vbiopolim; sed à Romanis Coloniã Agrippinã dicere maluerũt. Ergò dũ per se Maximinus, vel Duces, Præfectosq; castellorũ vicinorũ, qui Tyranno iurarant, cum vallaret Coloniam: Moguntiâ soluit S. Vrsula cum sponso, totaq; sodalitate, vt paratis & ad inferendam necem expeditis barbarorum sagittis obijcerentur, hostiæ Deo victimandæ.

Constãtia in fide Romani imperij.

Bucher. to. 1. Leod. Ep. in Disp. Hist c. 2.

Indicia eius.

1 2

3 4

CAPVT

CAPVT XX.

S. Vrsula distributis in egenos pecuniis descendit Coloniam versus cum tota sodalitate.

CIncta iam ab Hunnis, Gothicis, & Pannonicis Romanorum legionibus i Iulij Maximini Coloniâ (quæ sicut & Treuirensis Ciuitas non videtur us imperium admittere voluisse) decimo nono Octobris cunctis ad iter Moguriæ comparatis, omnibusque sacra ritè synaxi ad fortiter amore Christi occumbendum animatis, S. Vrsula pecunias, quas habebat reliquas, vestes, ac cimelia pretiosa, tum ipsa, tum de societate omnes, vel pauperibus erogarunt, vel Ecclesijs Moguntinensi, Colonienſique reliquerunt. Verba Beati Hermanni sunt. *Porrò antequam incidissent in manus Tyrannorum, bono & salubri vtebantur consilio, atque B. Laurentij exemplo, qui thesauros Ecclesiæ dedit pauperibus agentes, quidquid illis expensarum, vestium pretiosarum, thesaurorum, & ornamentorum erat residuum, ciuitate Coloniæ expendentes, Ecclesiis Christi pauperibus eroganda reliquerunt:* quæ verba sic accipienda puto: quod pro ciuitate Colonienſi eiusque Ecclesijs & pauperibus (quam obsessam ingredi non poterant) vel Moguntiæ, vel alibi deposuerint, reliquerint ce, Coloniam pacatis temporibus transmittenda: quamuis nonnulla cimelia in nubus reperta Coloniam videãtur deportata, cum milites panico terrore diffugili it, quæ hodieq; basilica S. Vrsulæ conseruat; inter quæ eburneæ præstant ciſtulæ, ustodes reliquiarum Romæ à S. Vrsula impetratarum, & poculum Aetherij spnſ ouum struthionis argento fabrè vestitum, annuli nuptiales, & similia.

S. Vrsula egenis partitur omnia.

Iam discessurus Moguntiâ Cyriacus acri non dubito, & ardenti oratione cunctos ad constantiam est cohortatus, quando biduo post omnes, vt cœlitus omissum esse constabat, erant coronandi: neophytos præsertim, qui ex Britanni recens appulerant. Adde quod futurorum præscius idem Pontifex, (quem Deus admirabili consilio tantæ præesse rei voluit, vt cuncta prudentius gererentur:) erum S. Iacobo Patriarchę in mandatis dederit, vt pręcipuarum Virginum, viroru, Principum, Regum, & Episcoporum nomina, vultus, & corporis lineamenta obseruaret, posteris eorum nomina cum reliquijs transmissurus: is eo tempore diligentius in eam incubuit curam, vt recens è Britannia appulsorum nomina perdisceret quibus diuino constabat oraculo, decretum etiam esse à Deo martyrium. Conscensis ergo nauibus cum se Moguntino Præsuli, Clero, populoque & martyrum commendassent, fortè & deposita Coloniam transmittenda, vt dixi, reliquissent, quo propius aberant à meta, hoc ardentius se mutuò ad amorem Dei, contemtumque rerum, quas mundus primas habet, inflammabant. Excitabat Christi præsentia, quem paulo ante in Sacra synaxi receperant: aderat Deipara, cœlites cœ, qui hoc vehementius pectora cunctorum succensebant, quo palæstræ, stadiique magis propinquabant. Nec ambigo, quin post preces alternis hymnos chris Deo, Cœlitibus, & inprimis Martyribus vernaculo sermone decantarint, resonantibus ad voces ripis: fortè & mentibus Angelicis intercinentibus: nam qui mercatores in pedestri itinere habitu virili egerant: quique primo è Britannia discessu tata delectatione tenellos etiam forma adspectabili recrearant in nauibus, vt lacteres etiam signis inusitatis gestientis animi voluptatem declararent, quid iam fecisse arbitramur, cum decretoria dies immineret, ad quam tot mensium spacio Virginum mentes præpararant? Interim secundo Rheno Bodobrigam vetus Romanorum castellum, & præsidium deueniunt, nobile præclaro Martyrio, quod 95. anis ante, sæuiente eo loci Antonino Pio multi fidelium subierant, sat magno subsidij spacio cæsorum Martyrum sanguine purpurato: Quorum Christi pulum cum recens ibi vigeret memoria, quis ambigat eos, qui tanto locorum

S. Iacobus iubetur nomina adnotare.

Discedũt Mogũtia.

Exercitationes pietatis in nauigatione.

intr-

fuerit allo è Britannia Romam adierant Martyrum tropæa honoraturi, quin præsentes Martyres pie fuerint venerati, agonemque biduo post depugnandum ardenter ijs commendarint. Sed quia Martyrii illius hactenus nemo meminit: ipsique penè custodes thesauri latentis, suas æuo nostro diuitias ignorarunt, accuratius magno fuit labore, multis vltro citroque scriptis literis: deniq; ipsa loci, rerumque omnium inspectione è tenebris in lucem proferendum, & in appendicem Vrsulani martyrij referendum, ne aliquando putentur, & ipsi sicut Confluentini Martyres, è Sodalitate S. Vrsulæ fuisse, & alibi martyrium sustinuisse.

CAPVT XXI.

Causa cadis tot Episcoporum, Regum, & Virginum.

Nam enim dum bidui ferè spatio Coloniam nauigatur, causæ sunt indagandæ, quæ Maximini militem obsidentem Coloniam permouerint, vt tot Præsules, Reges, & Virgines nulla sexus, ætatis, & dignitatis habita ratione tam immaniter trucidari.

Satis iam Ecclesia calculo suo declarauit totam illam S. Vrsulæ congregationem Martyribus accensendam esse: testantur id Martyrologia, & officia diuina, ac inuentum Missæ sacrificium, quod ante mille annos ad eorum, vt Martyrum honorem constat Deo in Ecclesia esse immolatum. Causam Martyrij indagamus: scitum est enim illud S. Augustini dictum *Martyrem non pœna, sed causa facit.* Theologi Duce Angelico Doctore primariam causam eius *fidem* constituunt: addunt *caritatem, iustitiam*, & quamuis virtutem supernaturalem Christianam, cuius obseruandæ amore non dubitat vitam prodigere; ita S. Ioannes Baptista pro reprehensione adulterij seu veritate necatus, Martyr colitur: Nec immeritò, cum enim viriati à Christo nobis commendatæ, ideoque doctrinæ, & amori Christi plus adhæremus, quàm vitæ corporis conseruandæ, primæ singulis animantibus innatæ et iditati; æquum videtur esse, vt nobis quidquid pœnarum restat soluendum, id à Deo liberaliter condonetur. Nolo hic causas indagare, quæ Deum impulerint, vt eadem tot illustrium personarum permiserit: quis enim dubitat, quin mirificè Dei gloriam auxerit: & infinitæ sapientiæ, potentiæ, & bonitatis thesauros hominibus luculenter declararit, quando tot Reges, & orbis dynastæ, tot Virgines formæ miracula spretis caducis omnib. vno in loco pro Dei gloria gaudentes occubuerũt. At cædis autores quod attinet, incertum est, an Maximinus adfuerit; per suos certè adfuit: nec ignorasse reditum Virginum puto, quem enim latere poterat insidens ille Virginum exercitus, tam varia peruagatus loca Romani Imperij? Cõstat etiam communi Scriptorum consensu, statim à Germanico gesto bello animum ei iecisse ad fidem Catholicam exscindendam; & quia cunctos tollere nimis operosum & ἀδύνατον videbatur, doloso consilio Præsules Ecclesiarum vbique delendos censuit, vt capitibus demessis plebs acephala, non inuita Principis arbitrium requeretur. Ideò bimestri vel trimestri, vt multi putant, duos Romanos Pontifices Pontianum, & Anterum sustulit, Fabianum pariter necaturus, nisi Romanorũ hostis iudicatus, ipsius consilia cõcidissent: an igitur tot in vnũ collectis diuersarum Ecclesiarum Præsulibus præsens perperciisset? imò suspicari licet, si adfuit, tanto fidei orthodoxæ splendore, & maiestate perspecta, ac Romanorum etiam litteris inuitatum, odioque quo in familiam Christianam Alexandri flagrarat, tunc primum de Episcopis vbique necandis consilium inijsse; quando per illos vbique florem orbis videbat Christum profiteri, & tot eo in loco collectis necatis, de reliquis per Præsides vno rescripto tollen-

Certum est Virgines Vrsulanas vt Martyres colendas esse.

S. Aug. in psal. 24. con. 2. S. Tho. 2. 2. q. 124. ar. 5.

Causa Martyrij.

Ex parte Dei.

Ex parte Tyrannorum.

tollendis triumphaturus sibi videbatur: & hoc erecto extincti nominis Christiani tropæo maculam cæsi Alexandri aboliturus. Ceteros verò Romanorum hi in locis præsidiorum præfectos Maximino militantes, quorum potissimum vsus videtur opera, poterat commouere, tum odium Maximini ipsius Christi fidelium, ratis notatum in exscindenda Christiana Alexandri, ac Mammææ familia; tum literæ Roma allatæ, ne Religio Catholica nimium efflorescceret. Verba S. Verenæ à Elisabetha c. 16. rogatæ de autore necis hæc sunt. *Cum essemus Romæ, fuerunt ibidem eo tempore duo iniqui Principes, quorum nomina erant Maximus, & Africanus, qui videntes magnam esse multitudinem nostram, & multos confluere ad nos, & nobis associari, indignati sunt vehementer aduersum nos, ac metuebant, ne fortè per nos multum crescere & roborari deberet Religio Christiana, vnde cum explorassent iter nostrum, miserunt cum festinatione legatos ad Iulium, hortantes eum, vt educto exercitu suo persecutionem inferret, ac deleret nos.* Hæc causa generalis necis totius sodalitatis est, non Virginum tantum; sed etiam Regum, & Episcoporum, incrementum fidei orthodoxæ toto orbe propagatæ à tot Regibus, ac Principibus, quam tanta celebritate in orbis theatro Cæsaria freti indulgentia magno gentilitiæ superstitionis detrimento profiteri non erubuissent: nec vlla clarior veri Martyrij nota potest desiderari.

S. Elisabeth c. 16.

Causa generalis Martyrij odium fidei Christianæ.

Ad hanc communem fidei causam, accessit in virginibus altera castitatis quã S. Vrsula tam S. Elisabethæ, quam B. Hermanno patefecit. S. Elisabethæ c. 1. his verbis. *Impius ille Tyrannus, qui fuit autor nostræ interemtionis, hoc & terroribus & blandimentis exigebat à nobis, vt sponsum nostrum, qui in cælis est Dominum Iesum Christum negaremus, & suis, sororibusque amplexibus iungeremur: sed non ob talem causam veneramus illuc, & constanter recusauimus consentire iniquæ voluntati illius, & elegimus mori magis, quam à sponso nostro separari; propter quod diuersis cruciatibus desæuierunt in nos.* Eadem Virgo B. Herman. cap. 20. de se ita loquitur. *Princeps ille putabat me tem meam ad amorem suum inclinare, vnde omnes prius coram me fecit virgines interfici quo territa facilius, illi consentirem; sed cum nollem iniquis eius consiliis, prauæque acquiescere voluntati, omnium ferè nouissimam me fecit occidi.*

Cap. 21. In virginibus accessit Castitatis amor.

Anon. lib. 1. c. 20.

Agnoscit hanc necis causam in virginibus duplicem Romanum Martyrologium ad 21. Oct. his verbis. *Apud Coloniam Agrippinam Natalis Sanctarum Vrsulæ, & sociarum eius, quæ pro Christiana Religione, & virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ, Martyrio vitam consummarunt.*

Hic mirè se torquent illi, qui Galfredum, vel Hectorem sequuntur, & Virgines in Armoricam contendisse volunt, vt militibus matrimonio iungerentur, quæ iusta Martyrij causa possit esse? Demus his Martyres fuisse, si ne violarentur Christianæ virgines, mortem potius elegerint: at quis dubitat in 71. millibus (tot enim autores illi ferè ponunt) aliquas gentiles exstitisse: quæ si fide nondum imbutæ, pro illa morali honestate occubuerunt, carent sane Martyrij laurea; vt proinde discerni vera Martyr ab alijs nõ potuerit: præsertim in tanta multitudine facilè potuerint aliquæ grauioris delicti reæ reperiri: nostrarum certè Virginum testata Ecclesiæ iudicio est causa fidei, & virginitatis, quæ tanto tempore è patria peregrinando certam martyrij decretam omnibus & promissam sæpius palmam, tam viris, quam feminis in exteris regionibus quæsierunt. Nunc Cyriacum Pontificem dum loco certaminis appropinquat classis, anhelantem martyrium, & totam sodalitatem pro officij sui ratione verbis & exemplis ad fortiter amore Christi moriendum animantem audiamus.

Aduersariorũ difficultas.

CAPT

CAPVT XXII.

Exhortatio S. Cyriaci Pontificis, & Martyrium illius.

Vrsa iam eminus Colonia erecti cunctorum ad lætitiam animi, & grates Deo publicè decantatæ. Cyriacus verò iussis paululum subsistere nauibus, præsentis videtur Episcopos, Reges, S. Vrsulam & Virgines inprimis ad constantiam è pupi coronâ nauium cinctus fuisse adhortatus: cum enim id muneris omni Dominico die obirent Pontifices: non improbabile, eum tunc exsequi voluisse. Adest tandem aliquando dies, imò hora, tot votis vestris tam diu expetita, quam Dei æterno decreto, singulari beneficio, incredibili & infinito amore agoni totius Congregationis nostræ destinauit: adest illa (inquam) optatissima hora, qua Christo, nostrâ causâ tam dira tormenta mortemq; longè ignominiosissimam toleranti, victa aliquam possimus refundere, sanguinem pro eius amore profundendo, nostro maximo commodo & æterno emolumento: nam hac licebit nobis omnibus horæ calamitosissimæ huius vitæ miserijs exutis, simul in cœlis sempiterna beatitate potiri, vbi Christus Seruator noster cum Sanctis omnibus lætus præstolatur, vt nos Martyrij laureâ mactet cœlestibus gaudijs, diuinæ iubeat mensæ accumbere; vt præcingat se, vt nobis velut amicis intimis transiens possit ministrare. O beatam, & omnium nostrûm votis expetitam horam, qua licebit tantis decorari honoribus, æternis affluere diuitijs, delitijs interesse nunquam finiendis. Vos autem Virgines electas, tam admirabili diuina prouidentia ex orbis ferè totius regionibus congregatas, & ad nuptias Agni pariter euocatas, vos (inquam) præcipuè cœlestis iam exspectat & inuitat Sponsus, quem tam ardenter dilexistis, cuius amore regna mundi, patriam, parentes, & vos ipsas reliquistis, dum castitatis allectæ pulchritudine, per tot viarum longissimarum, difficillimarum & periculosissimarum anfractus, Deo & Deipara ducibus, comitibus Angelis, fauentibus Cœlitibus omnibus, Sponsi vestri desiderio profectæ estis, vt fidem illi datam & oblatam dotei sanguine consignaretis. Qua quidem vestra incredibili virtute, & inuictâ animi constantiâ, tot Reges è Britannia, Nos etiam Româ, totq; diuersarum Ecclesiarum Præsules ad iter vobiscum ineundum, & eundem vobiscum agonem subeundum excitastis. Benè habuerunt principia, progressus etiam fortunatior exstitit pinione nostra: iam ad metam decurrimus. Hora certaminis adest, viriliter agi, velut hactenus; pugnate fortiter; hora quando tantùm vna supereſt, quæ certates pro fide, pro virginitate, pro Sponsi cœlestis amore simul æternis nos omnes donabit gaudijs. Absint timores, procul tristitia; certa nobis cœlitùs est promissa victoria, quotquot in hanc adlecti Societatem huc vsque perstitimus, eam diuinis oraculis tam in Britannia, quam Coloniæ, Romæ, in Græcia, varijsq; mundi partibus, diuersis, hic modò præsentibus à Deo fallere falliq; nescio prædictam & promissam scimus. Iacta iam nobis feliciter est alea, necesse iam cunctis est vel mori pro Christo cum tanta Sodalitate, vel animæ vestræ Sponsum, & hos omnes prodere, & vos, ipsumque Christum æternùm amittere. Pergite nunc, vt cœpistis, & icut amore Christi, amorem parentum, patriæ, & totius mundi, nunc vestrum suum amorem triumphate. Non moueant Tyranni blanditiæ, vel promissa, qui pridem Christi desiderio, infinita promittentis, multo maiora in patria sponte reliquistis. Non terreant Tyranni minæ: corpus si momento vestrum excruciet, animæ nocere non poterit, quam æternis mactabit delicijs. Nullum mortis etiam genus perhorrescite: hoc vobis Deus illustriores rependet laureas, quo corpus fuerit acerbiùs laniatum; breuissimis doloribus æterna tartari supplicia redimemus: momentaneis vitæ mortalis cruciatibus, animæ vitam immortalem acquiremus: æquum sanè est, vt æternam beatorum ciuium gloriam, non sempiterno (quo digna aliàs esset)

S. Cyriacus

excitat cupiditatem martyrij,

ex Christi amore,

ex desiderio cunctarum,

à Virginũ constantia

à Dei infallibili promissione.

à necessitate ipsa.

Armat contra blanditias

Minas,

tormentorum acerbitatem, ob breuitatem supplicioru æternitatẽ præmiorũ.

esset) labore, momentaneâ horulæ vnius vitæ mortalis molestiâ nundinemur. Moriamur vnà, dilecti Fratres, & Sorores carissimæ: moriamur pro Christo nostri amore tam probrosa morte mortuo. Pereat fragilis hæc massa corporis hæc lutea immortalis animi casa, vt mens expedita hoc carcere ad Autorem suum euolet. Exspectant sancti Angeli, qui nos toto hoc itinere fauore inusitato prosecuti sunt: aderunt certantibus, iuuabunt imbecilles, excipient victores, Deo stent laureandos. Ecce cœlestis regni patescunt atria, spectat è cœlis, vt olim certamen Stephani, sic modò tot nobilium animarum, Christus IESVS. Stat IESVS à dextris Patris, vt pugnantes animet, debiles roboret, victores coronet. Stat ipsa spectatrix illustris vestri agonis Deipara Mater, peregrinationis nostræ Dux & gubernatrix: cuius auspicijs & precibus tota Sodalitas hæc caluit aucta fuit & propagata: Stat illa Mater misericordiæ, vt succurrat luctantibus, morientes excipiat. Tota denique cœlestis curia, nouo excita spectaculo, quale nunquam dedit simul Orbis terrarum, suspensa hæret admirabilis virginei certaminis. Fortiter ergo, vt Christi milites, vt sponsas decet, pro fide, pro castitate moriamur. Vnum hoc nobis inuicem nobile certamen sit, quis prior occidat, vt suo sanguine & exemplo sequentibus viam ad cœlum aperiat.

exspectationem Cœlitum,

Christi,

Deiparæ,

Cœlestis curiæ.

Hisce aut similibus verbis credibile est sanctum Pontificem præsentes omnes ad fortiter agendum excitasse, nec segniùs fecisse, quàm annosè dixit.

Appellunt naues.

Exscendit Cyriacus Papa,

Cardinales, Episcopi.

Martyriũ.

Iam Colonienſium attigerant mœnia, quæ Romanorum, Gothorum & Hunnorum vallabat exercitus; applicant generosi Christi athletæ vltrò litori naues, præit Prætoria, in qua Cyriacus Pontifex, & Præsules alij cum Regibus vehebantur, vt horum exemplo constantiæ reliqui confirmati dimicarent fortiùs. Nec dubito, quin primus Cyriacus caput Societatis pro ardore animi & incensa Martyrij cupiditate diuino oraculo Romæ sibi oblati exscenderit, primum se hostium stiterit agminibus, tantarum nauium appulsu excitis; vltrò Christi fidem, & Sodalitatis Româ Coloniam vsque ductorem professus, quam tam uidè exspectarunt. Sequuntur Antistitem Cardinales Pontius ac Vincentius, atque Præsules. Porrò quo mortis genere, gladio an sagittâ traiectus interierit, incertum est: cum primis, vel primum etiam occubuisse existimo. Suadet id Maximini in Præsules & Romanos inprimis capitale odium, & literæ Romanorum Principum, quibus Cyriaci noti Præsulis caput præcipuè petebatur.

Ita glorioſus Christi Sacerdos seipsum DEO pro fidei amore gladijs Barbarorum cæsus, immolauit grato Superis holocausto, cuius suaueolentiâ reliqua animati certatim vitam posuêre. Qui hoc etiam nomine celebrandus, quid inglorius maluerit spretâ supremi Sacerdotij dignitate, nec albo inscriptus Pontificum decedere, quam Romæ summo sacrorum fungi Magistratu, relictâ posteris æternâ nominis sui memoriâ, vt aliquid opis tantæ Sodalitati verbo & exemplo exhiberet in illo certamine, & sanè permultum opis attulit, cùm eius imitandi studio omnes pariter barbaris iugulos & nudata pectora offerrent, vt citiùs ornarentur.

Corpus S. Cyriaci Coloniæ adseruatur in D. Vrsulæ Basilicâ cum capite quod amplum sanè fuit, & quale hominis sensati describit Aristoteles, eius inscriptionem sepulcralem sæpiùs attulimus.

* * *

CA-

CAPVT XXIII.

Exhortatio S. Vrsulæ ad Virgines, & Martyrium S. Aetherij sponsi.

ALtera Societatis tantæ Dux Vrsula Virgo, cùm instans certamen pro fide & virginitate intueretur, maiore quàm vnquam aliàs ardore mentis sponsum & socias Virgines ad quæuis tormenta verbis excitauit, sicut initio congregationis ante triennium Virgines ad amorem virginitatis inflammauerat. Exstat apud Bonfinium pia & diserta oratio, qua facit Virginem Sodales ad constantiam animantem; sed quia nimium Attilizat, talis videtur esse potuisse: Adsunt ies optatissima, Sorores meæ, quam mihi triennio antè Sponsus meus IESVS præmonstrauit, qua vobiscum ego, vobiscum (inquam) vndecim millibus in Martyrio, fidei & virginitatis amorem testatura. Diuino, non humano coactæ estis consilio, non è Britannia tantùm; sed ex Europa, Asia, imò Aphrica. Multæ vestrûm diuinis oraculis è dissitis maximè regionibus ad hanc palestram Coloniensem estis euocatæ. Placuit etiam diuinæ bonitati solatium itineris, & auxilium, tot sanctissimos Præsules ex Europa & Asia euocare; nam Medensem in Gallia, Byzantinum in Græcia, Lucensem & Rauennensem in Italia, Sanctissimum D. Cyriacum Romæ, internuncijs Cœlitibus nobis adsonauit, iam antè de Martyrio nostro informatos. Adest Sponsus mihi dilectissimus cum matre, sorore & alijs, simili oraculo cœlitùs ad hunc agonem nobiscum decertandum inuitatus.

Oratio S. Vrsulæ.

Diuina ꝓuidētia in cōgregāda Sodalitate adiunctis tot locorū Episcopis.

& Sponso.

Agnoscite, Sorores, agnoscite diuini erga nos fauoris magnitudinem, cuius inuita bonitas quamplurimos è gentilium errorum caligine ad lucem fidei Christianæ eduxit, tum è patria secundis ventis, remigibus Angelis, per mille pericula quasi in paradiso quodam amœnissimo, securissimo & optatissimo medios inter hostes prosecuta est: nulla nos corporis ægrotatio afflixit: nulla membrorum fatigatio retardauit, quo minus per ardua Alpium cacumina summâ animi hilaritudine & pedum celeritate; per occurrentes fluuios soli instar nobis induratos nulla difficultate, tædio vel formidine omnes vndecies mille quotquot Britanniâ vnà excessimus, auctæ omnium nationum asseclis, omnes (inquam) vt promiserat, in columes stitit Coloniæ.

Bonitas Dei in cōuersione tot Gentilium.

In solatijs diuinis tēpore peregrinatiōis.

Multiplicatione ꝓdigiorum.

Quoties Christi-param itineris ducem adspectabili forma nos animantem vidimus? Quoties aërem Angelicis mentibus refertissimum ad labores fortiter tolerandos exhortantes? Nunquid ijsdem vsæ metatoribus sumus? & an quidquam nobis vnquam defuit commeatûs? plus etiam fuit, quàm tot millia possent consumere. Agnoscite, Sorores, agnoscite diuinæ erga nos beneficentiæ magnitudinem & varietatem: atque vt vices ei pares referatis, satagite.

Præsentia Deiparæ.

Angelorū ductu, sustentatione.

Vnam à nobis animi grati significationem exigit, vt quam ab ipso vitam accepimus, eandem morte pro Christo obitâ eidem offeramus, qui suam antè pro nobis vitam morte ignominiosissimâ posuit: exigit hoc, non tam suâ, quàm nostrâ caussâ & commodo, vt statim vitâ nos beet immortali, & tot millibus vna die cœlestem virgineum cœtum augeamus, ac sequamur Agnum pro nobis immolatum, canticum ei nouum accinendo. Reddamus animam Creatori, à quo donatam accepimus: Reddamus vitam Sponso, qui suam pro nobis posuit. Nemo potest legitimè consequi præmia, nisi priùs certauerit fortiter, nemo post vitam gloriosè coronabitur, nisi constanter in vita vicerit: vita mortalis in mundo abijcienda nobis est, vt vitam in cœlis immortalem inueniamus.

Hortatur gratæ vt sint Christo.

Spe cœlestis gloriæ. & aureolæ virginitatis.

Exemplo Christi, SS. Virginum, Martyrum

Præiuit Dux & Sponsus noster IESVS: secutæ sunt eum tot Virgines fortissimæ: S. Cæcilia, S. Martina, quarum sacras exuuias Romæ veneramur: Præiuit Flauia Domitilla, Theodora, & Euphrosyna ignibus amicæ Sponsi nostri concrematæ, & aliæ innumeræ pari sexûs fragilitate, quæ nos ad Martyrij & Virginitatis lauream excitant, vt Agnum cum ipsis inuiolatum sequamur. Hactenus aliquot mensibus vexillum Crucis Christi secutæ sumus; diuinâ ope maxima bella confecimus, rugientes Dæmones creberrimè vicimus, domesticas & internas animi perturbationes generosissimè repressimus; Patrem, parentes & consanguineos pridem amore Christi reliquimus, Ducis & Sponsi nostri Christi fauore feliciter bella omnia priora bellata sunt: vltimum restat vt pari constantia sanguinem profundamus, vt Orbi terrarum & posteris inuictum exemplum pudicitiæ relinquamus, & Christo Sponso tropæum erigamus, quale à condito Orbe nullum fuit, scilicet vt vndena Virginum millia solius virginitatis & Christi amore, eodem loco trucidemur. Adsunt iam barbari & inanes carnifices, quorum gladijs victimemur.

à superatis iam tot laboribus.

Coronis addenda.

Auxilia Cœlitum.

Adsunt pariter vti in itinere, sic in agone hoc Cœlites, vt muniant præsidio, & animent solatio: constanter, vt hactenus fecistis in arduis, ita & hinc certate, Sorores dilectissimæ: irruent iam leones, irruent lupi immanissimi in vos agnellas, sponsas cœlestis Regis innocuas. Ceruices porrigite, pectora gittis aperite; membra præbete lanianda: Cupio, Sorores meæ, dissolui: cum IESV Sponso meo hac hora vobiscum esse cupio; nemo expauescat, aderit aluator, hoc vnum oro, vt numerus hic sacer conseruetur, nec vnius inter ex vndenis millibus vlla Sponso cœlesti eripiatur. Sed ei iam sistenda dicam: *Pater, quos dedisti mihi, non perdidi ex ijs quemquam.* Talibus & similibus, cùm sorores & socias ad constantiam animasset, ipsa è naui prima vexillum Crucis exhibit cum sponso Ætherio, quam vndecies mille Virgines curriculo è nauibus exsilientes hilari & exporrecta fronte, quasi ad epulas festinanter consequuntur, IESVM Sponsum animis, IESVM linguâ resonantes.

Ab amore Spõsi Iesu.

Exscensio.

Capitur S. Vrsula.

Accurrunt velut ad opima spolia barbari, pulchritudinis prodigium S. RSVLAM Hunnorum Principi sistunt cum sponso Ætherio. Captus vt vid oculis est, multa de patria, multa de genere, multa de hoc itinere percontatur totus iam cæcis abreptus amoribus, quibus vt securiùs frueretur, vitali omni ablato, ocyus sponsum Ætherium imperat in conspectu Virginis iugulari, hoc terrore mortis Viraginis pectus emasculandum.

Martyriũ Ætherij sponsi.

Ita S. Ætherius Britanniæ regni columen, formâ pulcherrimus, corpore castissimus, à latere Sponsæ gladio transuerberatus pro fide constanter occubuit, exsultante Virgine, quod Sponsum Regem, Martyrem, castum, secura salutis ius præmisisset, breuî secutura.

Castitas eius.

Erat Ætherius florenti ætate, viginti quinque natus annos, vti sanguine illustris, ita virtutibus præsertim castimoniæ laude longè nobilissimus, vt raro & inaudito prodigio in aulis Regum Gentilium, matris peruigili solicitudine, cœlus à contactu venereo illibatum, mentem à grauiore noxa puram, viginti quinque annos ipse gentilis conseruauit, id quod hic titulus ipsius sarcophago insertus in atrio prete S. Verenâ indicat:

HIC IACET IN TERRIS ÆTHERIVS, QVI VIXIT ANNOS VIGINTI QVINQVE FIDELES, IN PACE QVIESCIT.

for-

orpus Sponsi in Basilica S. Vrsulæ argenteo inclusum loculo religiosè ad-
ar, & caput statua magnifici operis argentea pectorali, vbi & scyphus est
um sanè opus, quo ad bibendum vtebatur. Felix tali sponso sponsa Vrsula,
Angeli & S. Ioannes Euangelista varijs prodigijs eductum è patria Colo-
aduxere, vbi in sponsæ oculis nobilissimo agone cum primis triumpharet.

CAPVT XXIV.

ædes sanctarum Virginum, Episcoporum, Regum & Matronarum.

Senso Ætherio gloriosè demortuo, cùm nihil Vrsula à concepta mentis con-
ntia deflecteret, dolis & terroribus agendum ratus, statuit omnes coram
Vrsula trucidare, donec mutaret mentem; ita B. Hermannus cap. 20. rem ge-
stam narrat: *Princeps ille Hunnorum dirus nimis & truculentus, cùm Virginis ipsius* Lib.1.c.20.
Vrsulæ sanctæ, Sodaliumq; suarum inuictam cerneret mentem: nec ad ea, quæ voluit,
illas posse deflecti, astutia circumuentus Diaboli, agit, vt sociæ Virgines, socijq; & so-
dalis Viri priùs sub B. Vrsulæ interimantur præsentia: arbitratus etiam, quòd illa cetera-
rum fece territa, tantò celeriùs ei consentiat, voluntati ipsius præbens effectum.

Procedunt in medium alacres Episcopi, Reges, Virgines, iugulos & pe-
ctora nudant hilari animo certatim, vt citius victimentur. Quos diuersæ mili-
tum cohortes turmatim ad locum commodum deducunt, Christum cum hymnis
resonantes: plerosque sagittis eminus configunt: ita testantur crania varijs
in locis rotundis perfossa foraminibus, & frons S. Pastelasij Episcopi Agriensis Eporum Martyriũ.
in Pannonia, quem telum tam altè subijt, vt educi hactenus nequierit; alij
vectibus contusi, vt S. Pantuli cranium indicat, cerebro eliso confractum supre-
mam parte: multi gladijs concisi, vultu miris modis dilaniato, vtinam vltima
tantorum Præsulum morientium verba, quibus & se, & alios in isto certamine,
& in belluina feritate excitabant, audire licuisset, erant sanè non minus gene-
rosi, quàm ea, quibus paucis antè annis Iapones vsos, cùm in ignibus & grauis-
simis tormentis quasi conuiuijs triumpharent, & se carbonibus velut rosis co-
ronarent.

Iam verò Reges illi, & Duces, ac Matres, qui quatuor, quinque, sex, Regum.
vel septem liberos Christo tunc immolandos offerebant, quis exsequatur qua a-
nimi hilaritudine præmisisse & animasse proles videantur, vt de earum securi
triumphis læti parentes sequerentur? Hic Gerasina Regina Siciliæ decennem Parentum cũ liberis.
Arianum suum: & filias suas quatuor Auream, Victoriam, Babylam & Iulia-
nam, noua Machabæa obtulit: ibidem Eustachius Comes cum vxore Sibilia
se antè filias iugulandas præmiserunt. Reliquos tamen omnes Pipinus Rex
cum vxore Margarita superauit, qui non tantùm quatuor filios & tres filias,
sed horum etiam omnem progeniem vndecim liberos nepotes suos cum omni stir-
pe DEO holocausto gratissimo libenter immolarunt. Quæ vnquam vetus aut
noua historia similem tot Regum, & Principum, omnisque posteritatis suæ ex-
stirpationem Christi amore desideratam, & vltrò oblatam recensuit, qualem
campus ille vidit Vrsulanus, vt nemo vnquam magis pro familiæ suæ æterni-
tate laborarit, quàm hi parentes inuigilarint, ne quis ex omnibus posteris su-
peresset, quem non antè de salute eius securi cœlo præmisissent. Verba, qui-
bus pro dignitate Heroum istorum gesta commemorem deficiunt; tantùm bre-
uer insinuo pio Lectori diligentiùs trutinanda, quæ, & quàm admiranda in hoc
pe alijs Martyrijs consideranda veniant.

Virginum. Ad Virgines propero sexu fragiles, ætate teneras, animo certè masculo, supra ætatem; spectaculum nouum, & ante diem illum inauditum, tot prorumpere teneras rimas, promtiores ad patiendum, quàm milites immanissimi ad occidendum certamen hic nobile, quæ prior aut gladio ferientis caderet, aut in sagittas iacentium se indueret: testantur id fronte, vultu, oculis, ore hiante, & capite exceptis vulnera. S. Leophaniæ Hispanæ virginis caput duabus sagittis perforatum, nec multis clarent hodie prodigijs. S. Benedictæ cranium vtrimque dissectum, & non in latere magnam partem crudeliter amputatum. Exstant in Barthimiæ vestibus capilli sanguine perfusi, cuius caput vectibus contusum ipsi lauream peperit immortalem.

Ardor moriendi. Hebetantur interim, tot millium cæde Virginum, militum gladij: fatiantur cædentium brachia: languescit saturata sanguine sæuitia: instant Virgines superstites solicitæ, ne illâ Societate eximantur: ne lauream tot millibus iam iactam carnificum ignauiâ perdant: accurrunt audaciùs, quo quemuis barbarum ferociorem & validiorem conspiciunt, exertum & nudatum iugulum cædendum offerunt: nudant sagittis pectora, mors quo immanior, hoc sancta ambitione studiosiùs quæritur.

S. Vrsulæ adhortatio. Stabat inuicta Virago S. Vrsula inter cæsorum Martyrum strages vultu laetis, Deo grata, quòd omnes liceret cœlo præmittere, vt secura reliquas consequeretur: nec quiescebat otiosa, sed ad fortiter agendum ore, oculis & gestu morientes animabat, sæpiùs ingeminando: *Ite felices animæ, sponsæ immortalis Agni, ite ad Agni immaculati felices nuptias, qui suum pro vobis profudit Sanguinem, cuius rependite. Exspectat vos IESVS in gloria; iam præcingit se Dominus & vos faciat discumbere, & transiens ministret vobis. Subuenite clientibus vestris sancti Martyres, occurrite sancti Angeli, suscipe dulcissime IESV, suscipe deuotas tibi animas.*

Dæmonũ furiæ. Vidit hic S. Vrsula orcum totum quasi relictis sedibus ad certamen hoc inuolare; passim totis campis effusi Caco-dæmones militum immixti turmis, quasi furijs agitatos in Virginum armabant necem: ijdem in varias se & horribiles induerant formas adspectabiles, vt ita concitatiùs barbarorum efferarent animos in cædem, quasi vno die lectissimum Orbis Christiani florem, imò ipsum stirpitus fidem eradicaturi: sed semen spargebant infelices, & inuidiâ tabescentes dæmones, qui sanguinis tam copiosi effusionibus vberrimam Ecclesiæ fœcunditatem in suam perniciem attulerunt.

Cœlitum tutela. Nec minore multitudine Cœlites, S. Vrsula teste, relictis astris ad lætum & triumphalem diem aduolarunt: vt totus (non dico campus) ipse aër ad cœlos vsque, beatis Spiritibus, electis Virginibus, & sanctis Martyribus plenus apparet, qui vel morientes roborarent in certamine, vel victores ac victrices triumpho nobili ad cœlos eueherent: ita enim B. Hermaannus cap. 20. loquitur:

B. Herman. l. 1. c. 20. *Ager totus vsque ad cœlum, Angelis & Sanctis, atque Virginibus sacris, & Martyrum beatis apparuit plenus, qui ad nostrum venerant agonis & Martyrij triumphum.* De Dæmonum verò præsentiâ ita loquitur: *Infinita Dæmonum multitudo aciem diuersas monstrorum species & formas habentium, qui armis varijs armati, per totum campum, vbi eramus iugulandæ, hac & illac discurrentes, ad nostrum interitum exercent interfectores.*

Ita breui temporis spatio factum est ob incredibilem barbarorum ferocitatem, furijs Dæmonum continuis stimulatam, & inusitatam Virginum ad mortem velut epulas auidè anhelantium alacritatem, vt totus exercitus vndecim millenarum Virginum (extra SS. Cordulam & Cuneram) ac reliqua Episcoporum, Regum & Principum multitudo copiosa eodem furore sint coram S. Vrsula trucidati.

O diem orco terribilem, Cœlitibus exoptatum, Deo glorioſum quo Orbis Christiani decora, tot inclyti Viri, Virgines ac Matronæ summâ animi hilaritudine, constantiaque, certamen tam arduum, vno simul in stadio confecere!

Fix

Felix ager Vrsulane, ac ter felix, qui virgineum tam copiosum sanguinem [illegible]: Felix Colonia, quam Deus illo impetu sanguinei fluminis inundauit, [illegible] dici possit: *Fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei, sanctificauit taber-[illegible] suum Altissimus.* Iure fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, quam [illegible] omnibus Orbis delegit vrbibus, vt tanti agonis spectatrix esset, huius [illegible] redibilis thesauri custos: & hunc ipsum agrum mœnibus vrbicis compre-[illegible], nobilissimam sui partem effecerit, plurimis in eo Collegijs, Basilicis, [illegible]terijs & Sacellis exædificatis, in quibus Dei & Sanctorum laudes noctes [illegible]e resonarent. Hic ille fluminis impetus est, cuius intuitu Deus & olim [illegible] & his (quibus hæc scribo) calamitosissimis Germaniæ tantùm non euer-[illegible]oribus placatus, pepercit Coloniæ, toties tam breui tempore à varijs appe-[illegible]stibus, ne cum alijs vrbibus funditus deleretur.

Agri Vrsulani præconium. Psal. 45.

mœnibus cingitur.

[illegible]abes, Colonia, habes, cur laudes rependas Creatori & Conseruatori, [illegible]um sua conditam Matre, tam copioso sanguine Martyrum irrigauit: hoc [illegible]idio certò munimine SS. Virginum circumuallauit, vt deprecatores, cu-[illegible], & defensores agnoscas, grata animi significatione: & exempla tam il-[illegible] Regum, Virginumque constantiæ in fide, & amore castitatis æmu-[illegible].

[illegible]os interim moneo, iterumque moneo, quotquot sacrum hunc agrum [illegible]num habitatis, recordamini impetus fluminis huius virginei, ne corpo-[illegible]nctissimorum custodem locum fœdâ libidine vestrâ polluatis: Vobis ter-[illegible]ra (inquam) quam calcatis, inclamat, inclamant vestris adhuc sepultæ [illegible]dibus Virgines nondum omnes exhumatæ, aliquando tamen eleuandæ, [illegible]ant (inquam) vobis: *Locus, in quo statis, terra sancta est:* non decet eam [illegible]is pedibus affectuum prauorum calcare & contaminare.

Ad loci inquilinos.

Exod. 3.

CAPVT XXV.

Martyrium S. Vrsulæ.

Restabat extremus Tragœdiæ, an Comœdiæ dicam? illius diei actus. Conuolant inferi, conuolant Superi: illi, vt Tyrannum arment dolis, in-[illegible]nt blanditijs, promissis imbuant, nam minæ cesserant irritæ; hi, vt Virgi-[illegible] tot palmis nobilem, quot Sodalium mortis spectatricem muniant con-[illegible]ia.

Studia dæmonum & Cœlitũ.

Frustra proposita Virgini supplicia: nihil generosus animus Sponsi dilectis-[illegible] nece, nihil parentum sanguine, nihil tot Virginum immanibus tormentis [illegible]factatus est. Tentatur blanditijs: proponuntur monilia, inaures, armillæ: [illegible]ique impuris Tyranni sui impotentis solicitatur amplexibus. Animosa Vira-[illegible] exhorrescit incestos contactus: excutit impuras manus: *Discede*, ait, [illegible], *fomes peccati, iam ab alio amatore præuenta sum, qui mihi meliora tuis istis de-[illegible]rnamenta: istius genus tuo nobilius, potentia amplior, adspectus formosior, amor [illegible]or, omni gratiâ elegantior: illi me consecraui.* Illi seruo fidem, illius amore [illegible]ies perimi gestio: Cede igitur, lania, vre, seca: quidquid tormentorum [illegible]nus furor suggerit, quantocyus prome; capax tantorum cruciatuum pectus [illegible]s.

Inuicta cõtra blanditias S. Vrsula.

Ardens patiendi desiderium.

Spectate Cœlites triumphum nobilem, spectate Virgines casti pectoris con-[illegible]tiam: Tyrannus rabie ac furore percitus, adstantium satellitum alicui sagit-[illegible] in cor Virginis collineare mandat, illa flexis humi poplitibus, nudato fortè [illegible]tore, vultu hilaris generosè cor feriendum offert: primus fefellit ictus, nam [illegible]tta solùm transfixit brachium: alteram librat in castam Virginem, quæ cor ipsum

Cor S. Vrsulæ traijcitur.

ipsum castissimum penetrauit: concidit Virgo exanimis, dum IESVM & MARIAM amores suos ingeminat: hoc lætior, quòd corde peruio Sponso cœlesti thalamum Virginitatis dote, & arrhâ sanguinis præparasset. Ipsam S. Vrsulam, hanc mortem suam apud B. Hermannum cap. 20. narrantem, audiamus: *Princeps ille putabat mentem meam ad amorem suum inclinare, vna omnes priùs fecit coram me interfici Virgines, quo territa faciliùs illi consentirem; sed cùm nollem iniquis eius consilijs prauæq; acquiescere voluntati, omnium ferè nouissimam me fecit occidi, & sagittâ in corde percussa interij: vniuersis Sociabus meis interemptis & socijs, me in sui iussit adduci præsentiam, ibiq; necari: vnde accidit, vt à sponsi vnius lapidis iactu semota perimerer.* Hunc nobilem exitum habuit S. Vrsula Martyr, tot gloriosis stipata socijs Martyribus, quos triennio ad illam palmam peruigili cura præpararat.

Prærogatiuæ eius. Habemus in vna hostia duplex martyrium pudoris ac virginitatis; & virgo permansit, & Martyrium obtinuit; hoc ceteris Virginibus ac Martyribus felicior ac gloriosior, quod tot Præsules Europæ, & Asiæ præcipuos, tot reges, tot millia Virginum verbo, exemplo, & consilio Christo præmiserit Martyres, adeoque tot testium sanguine fidem & Virginitatis decus confirmarit.

Discite, Virgines Christi, (clamat in S. Agnete Maximus) *nostrum puellaris exempli, & oblata sub specie pietatis virorum munuscula totâ intentione respuite, & quasi rabidi canis morsus omni studio recusate. Discite, Virgines Christi amorem in puella feruentem, & omnes mundi diuitias, velut stercora recusantes: ideo enim Sanctorum per literas traduntur exempla, vt vnusquisque pro qualitate sexus & pro ætate annorum modum sui propositi teneat.*

Gaude victrix tot laureata palmis inclyta Martyr S. Vrsula, quæ corde eidem amore Sponsi tui saucia, idipsum patulum, vt thalamum moriens ei consecrasti, quem pro te sciebas mortuum lateris vulnere lancinatum, vt te in cordis sui penetralibus abderet. Gaude felix in Sponsi thalamum intromissa: ibi frueris nunc cum illa Sodalitate tua cupitis Sponsi amplexibus, sequeris Agnum quocunque ierit, & canticum ei nouum accinis: prædicat modò vniuersus Mundus tuam de carne, de Tyranno & orco victoriam; pij etiam clientes tui fida tutelæ tuæ, & in vita; præsentia verò in morte præsidia læti experiuntur: Tu tot Tropæis victrix Virgo, mihi clientum tuorum minimo & indignissimo & lectoribus huius Martyrij tui similem impetra in aduersis & morte constantiam, vt de nobis, de carne, Dæmone ac Mundo victoriâ reportatâ tuæ virtutis imitatores, tuæque gloriæ municipes efficiamur: & cùm momentum aderit singulis, ex quo pendet æternitas, à vita hac mortali ad immortalitatem transferamur.

CAPVT XXVI.

Ab omnibus Angelorum, & Cœlitum Ordinibus victor exercitus Vrsulanus Christo & Deiparæ sistitur.

Apoc. 5. *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & gloriam, & honorem, & benedictionem:* cuius *Sapientiæ virtute, & fortitudine;* tot millia tam gloriosè de Mundo, Dæmone, carne, & seipsis triumpharunt. Dignus est *Agnus* nouo auctus comitatu, ac stipatu tot millium

Virginum *audire canticum nouum, carmen Deo nostro*, ita pugnam momentaneam triumphus æternus excipit: quem ducibus Angelis, comitantibus Cœlitibus in cœleste Capitolium victor ac laureatus nouus Martyrum exercitus addebat, cùm verbis apertissimis ipsa S. Vrsula Religioso cuidam apud B. Hermannum cap. 21. declarauit: *Triumpho isti curiæ cœlestis omnes vel interfuerunt ipsi, vel tantos pro se miserunt Virginibus obuiam: singuli beatorum spirituum chori: atque adeò si etiam Cherubini ac Seraphini quosdam de suo corpore misere obuios:* pauciſſimos Thronorum missos, B. Hermannus asserit, quod horum quasi officium præsit Diuinæ adsistere Maiestati, in quibus Deus ipse quasi thronis conquiescit, & quia Sodalitas illa quemuis ferè Ecclesiæ gradum, statum & conditionem continebat, aut certè repræsentabat, singuli etiam Cœlitum legatos quosdam exterorum ordinibus destinarunt, qui nobilem triumphum Virginum præsentia sua decorarent. Si enim, vt Martyrologium Gallicanum Sausaij testatur, Alcuinum iam Bedæ discipulum Turonis euocatum ad gaudia Beatorum, cœlestes Legiones lucibus sanctissimis Archileuitis Stephano & Laurentio cum exercitu Angelorum ad domicilium Diuorum cum Christo regnantium eduxerunt, Deoque fecerint. Quis dubitet, S. Cyriacum summis stipatum Romanis Præsulibus Lino, Cleto, Clemente, alijsq; adscendisse? Reliquos diuersarum Ecclesiarum Antistites decessorum istius Sedis Episcoporum, inprimis verò Martyrum cinctos concatu cœlos petijsse? Iam verò Reges nostros Primitiæ illæ Gentium Tres Magi videntur cum alijs veteris & noui instrumenti Regibus deduxisse, quando omnium sciebant Coloniam æterno Dei consilio commune sacrorum corporum coemeterium esse constitutum. De Virginum occursu ita c. 21. B. Hermannus loquitur: *Sed cùm ab Angelis in cœlum deferremur, ipsiq; Sancti nobis vbique lætantes occurrerent, viciniùs tamen nobis erant, propiusq; ad nos accesserunt sacrarum Virginum multitudines, atque beatarum Matronarum acies, quæ quasi ad nos certatim properantes, familiariùs nobis adhæserunt: & cùm iam apertis cœlis ab Angelis cæterisq; Sanctis, qui nos gaudentes occurrerant, cum ingenti tripudio introduceremur: vniuersi ferè Sancti, qui cœlo remanserant, cum summo nobis gaudio occurrunt, omnia cantibus dulciſonis habitatione replent suauissima, in præsentiam Domini, atque in conspectum Matris eius gloriosè nos perducunt.*

Triumphus Cœlitum.

Occursus SS. Martyrum.

SS. Virginum.

Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius: quos tanta gloria Cœlites omnes, & ipse cœli Rector Deus solet honestare: nam quia spretis hominum ludibrijs, calcatis mundi honoribus, *Christi improperium* pluris, quam sceptra regia æstimarunt: ideo regijs in cœlis & propè diuinis mactantur honoribus; dum *in gaudium Domini* introducuntur, vbi cœlesti mensæ iubentur accumbere, diuinis pascuntur delicijs, quas succinctus ipse Rex gloriæ Beatis subministrat. Fuere tamen præcipua quædam ornamenta gloriæ, & laudis insignia, Duci Sodalitatis S. Vrsulæ per reliquis exhibita, quæ sic ipsa exsequitur: *Porrò B. Michaël, & S. Euangelista Ioannes, qui comites nobis indiuidui fuerunt, ac custodes toto itinere nostro exstiterunt, in pluribus Angelorum obsequijs, & Sanctorum: cùm ego ferè omnium nouissima interirem, animam meam cum summa lætitia suscipientes, Domino suaq; Genitrici eam offerunt præsentantes.*

S. Vrsulæ comites.

Adspicite, Virgines, quibus Custodibus & Patronis Virginitatem conseruetis; eis scilicet, cui Virgo Christus Virgini, Virginem Matrem in terris commendauit; Idem ille Ioannes Euangelista est, qui non tantùm Sodalitatis totius in Romam itinere; sed Sponsi etiam Ætherij Dux & Comes fuit, quo autore & hortatore in contra omnia Dæmonum terriculamenta suscepit, & per omnes viæ molestias incolumem stitit Moguntiæ, castus ibidem etiam casti connubij Paranymphus.

Ingressi cœleste Capitolium laureati Martyres, Deo, castissimæq; Virgini Matri victores sistuntur, & dulcissimam Sponsi dilectissimi vocem inuitantis audiunt: *Venite Benedicti Patris, possidete regnum, quod vobis ab initio paratum est.* Audiunt deiparam, Angelos, & Sanctos omnes de tanta victoria gratulantes: adduntur præmio illi incomparabili diuinæ visionis Aureolæ, cunctis Martyrum, Virginibus etiam

Ingressus cœli.

etiam virginitatis: adhæc multis Magisterij, & loco quodam à Sanctis alijs seiuncto vna in Societate suis diuisa ordinibus, suis quique in thalamis constituuntur. Ordinem illum S. Vrsula his describit cap. 21. verbis: *Introducimur siquidem in mansionem quandam à ceteris Virginibus sacris seiunctam, iam antè nobis à Deo præparatam: vbi primo nos vndecim millia Virginum cum perenni sumus iucunditate lætantes. Iuxta autem in parte vna meus est sponsus, & B. Papa Cyriacus, cum reliquis Sodalibus nostris in mansione quadam perlucida, æterna lætitia gaudentes; ex latere sanè vno Matronæ sacræ consortes nostræ deputatam sibi habent mansionem ineffabili claritate coruscantem, quæ & ipsæ felici gaudio sunt exsultantes.*

Locus & ordo Sodalitatis beatæ.

Sanctissima Virgo præmia descriptura accommodat se captui hominum in terris degentium: & sedes quidem ita diuidit, vt medium faciat exercitum virginum, cuius dexterum latus Sponsus cum Cyriaco Papa, Episcopis ac viris stipet: alterum Matronæ claudunt, vt Gerasina, Demetria, Daria, prout maiora singulas inter eas decora virtutum & meritorum cumulus exornarant. Quem Societatis huius ordinem triumphalem in fronte totius Operis & primi Tomi Vindiciarum depictum videre licet.

Hic Virgines cupitis tandem amplexibus Regis Sponsi fruitas cum 24. apocalypticis Senioribus Duce S. Vrsula procubuisse arbitror ante solium Diuinæ Maiestatis, & *adorasse viuentem in secula seculorum, & misisse coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia: & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt: transiuimus per ignem & aquam, & introduxisti nos in refrigerium.* Vnum tamen orasse supplices, vt numerus Sodalium impleretur. Quatuor restabant, pro quibus solicitæ Virgines, præsertim Cordula, quam solam timor subduxerat, duos in gloria sanctarum Virginum promouenda occupatos laurea breui exspectabat.

Gratiæ & vota Virginum.

Datum id sanctorum Martyrum votis & precibus, vt Cordula cœlesti via animaretur postridie coronanda, ciuitas etiam obsidione liberaretur, quo Virginum corpora facilius tumulis conderentur, & nomina sarcophagis indita posteris inquerentur. Triumphum Beatorum in cœlis ita describit vetus historia: *O quale hoc die in cælo factum est tripudium, qualis occursus supernorum ciuium, quæ exsultatio Apostolorum, quæ communis gloria Martyrum & sanctarum Virginum de augmento ordinis sui gloriantium, quàm deuota congratulatio Patriarcharum & Confessorum!* Eant nunc terræ filij, Reges & Principes Orbis, ac nescio quæ tropæa deuictis hostibus erigant, manubiarum monimenta statuant, triumphos ducant: hic, hic (inquam) cœlestis triumphus de victoria à seipso, calcato mundi fastu, spretis carnis illecebris, contemtis Dæmonis tentationibus parta, tanto glorioſior & nobilior est, quanto terna momentaneis, cœlestia terrenis, diuina sunt humanis anteferenda.

Adhuc dubitamus, per cruces ac tormenta momento tolerata sempiterna gaudia nundinari, quando tot teneræ Virgines, tot pueri per mortem vltrò deratam, ad brauium cœleste tam arduo itinere, tam felici successu peruenerint? quando Deipara tanto gaudio venientes præsertim Virgines excipit, & Filij thoro offert coronandas, vt quasi huius triumphi conscius B. Ambrosius dixerit: *O quale illa,* (Deipara) *Virginibus occurret? quomodo complexa ad Dominum trahet, dicens? Hæc thorum Filij mei, hæc thalamos nuptiales immaculato seruauit pudore. Quemadmodum eas ipse Dominus commendabit Patri, nimirum illud repetens suum: Pater Sancte, istæ sunt, quas custodiui tibi: in quibus Filius hominis caput reclinans requieuit: pater vt vbi ego sum, & ipsæ sint mecum: sed non solùm sibi debent prodesse, quæ non solæ exterunt sibi: hæc parentes redimat; hæc fratres:* (quid ni: hæ Cordulam animent: istæ Sueneram & superstites custodiant?) *Pater iuste, mundus me non cognouit, istæ autem me cognouerunt, & mundum cognoscere noluerunt. Quæ pompa illa? quanta Angelorum lætitia plaudentium? quod habitare mereatur Virgo in cælo, quæ cœlestem vitam vixit in seculo? Tunc etiam Maria tympanum sumens choros virginales excitabit cantantes Domino, quod per mare seculi sine secularibus fluctibus transierunt; tunc vnaquæque exsultabit dicens: Et introibo ad altare Dei mei, & ad Deum meum, qui lætificat iuuentutem meam: in-*

S. *Amb. l. 2 de Virg. p. 1.* Deiparæ & Christi exsultatio

Deo sacrificium laudis, & reddo Altissimo vota mea. Beatæ Virgines, quæ tam im-
spiratis gratia, vt horti floribus, vt templa Religione, vt altaria Sacerdote.
nus S. Ambrosius. Hoc si Deiparæ & Christi gaudium de vna Virgine, quale
n de tot millibus Sanctis, si vltrò Christus offert petenda: quid tot vltrò pe-
us pro liberatione Vrbis, & S. Cordulæ constantia donarit? quæ iam exse-
ur.

CAPVT XXVII.

Hunni à cœlesti exercitu fugantur.

Primum hominibus à Deo beneficium, ad preces nouæ Sodalitatis adscriptæ
iuis, collatum est apud Colonienses, Virginum nuper hospites, apud quos
sua humari corpora voluerunt.

Accingebant se prædæ milites, & velut deuictis hostibus immanes belluæ
a lætum concinebant: hoc glorioſiores apud suos, quo plures innocentes gla-
sas demessuissent: sed non decebat incestis barbarorum manibus membra
sima attrectari, & sanctissima Christi templa nuda oculis patere impurissimis:
etiam facilè è solis vultus emortui lineamentis Martyres dignosci potuissent,
um inferenda loculis erant nomina insculpta lapidibus ad memoriam Marty-
sempiternam.

Ecce portentum admirabile, hostibus terrificum & formidabile. Apparent ab omni parte instructæ, & alis suis explicatæ militares acies, armis munitissimæ, ad-
u terribiles, multitudine innumerabiles: totidem (inquam) acies, quot antè Martyres crudeliter trucidarant. Dixisses redanimatas Virgines, singulas legionum diuersarum Duces infesto agmine in Gothorum & Hunnorum palabundum mili-
tendere. Ad arma conclamant omnes; sed præpropere infestis agminibus
celerantibus; panico perculsi metu Gothi abiectis clypeis, relictis castris, desertis
uiter ordinibus & signis, qua data porta diffugiunt, quasi furijs agitati. Tyrannus
, siue Maximinus, siue alius Iulius, frustra reuocat copias; & ipse nimia exani-
us formidine, cum alijs inde quantocyus se proripit. Deo & Cœlitibus pro sa-
reliquijs & vrbe Colonienſi pugnantibus; hostes verò circumfuso exercitu pre-
ntibus, ne ad obsidionem reduces, ab humandis corporibus Colonienſium pie-
em retardarent: ipsi verò ciues grati SS. Virginibus quàm honorificentissimis tu-
lis tam illustres Martyres ad posteritatis memoriam sepelirent.

Cœlestis exercitus admirabilis.

Fuga hostium.

Hic ille vel ei par exercitus est, quem Giezi trepido, dum hostium imminen-
adspiceret copias, Elisæus monstrauit, & his verbis animauit: *Nolite timere:* 4. Reg. 6. 6.
ores enim nobiscum sunt, quam cum illis: cumq; orasset Elisæus, ait, Domine, aperi ocu-
huius, vt videat, & aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum
curruum igneorum in circuitu Elisæi. Discant Colonienses, quibus vallis vrbem
uniant, quibus Præsidibus & præsidijs se suaq; committant, tertium iam experti
SS. Virginibus cœlitùs desperatis in rebus auxilium: vt magis exemplo exterorum
harum venerationem incumbant.

Sancti defensores vrbium.

Soluta iam obsidione ciues egressi portis, vident castris panico terrore derelictis, stratos per agros Præsules, Reges & tot millia Virginum: S. Aquilinus longè
tè de his edoctus diuinitùs, videtur ardenter exhortatus omnes ad honorificen-
simam tantis Martyribus parentationem exhibendam: & hæc quæ tam ipse diui-
s oraculis acceperat, quam Lucensis & Rauennas Præsules indicarant, palam
posuisse. Adhæc quæ de S. Sigillinde constabant, ciuibus aperuisse, vt eos
Martyres quam decentissimè tumulandos excitaret: nec parcerent in compa-
ndis sandapilis sumtibus, nec in humatione laboribus, quorum precibus staret
uitas, & se suaq; omnia conseruata faterentur. Gratijs igitur ritè Deo persolutis
Iacobi Antiocheni Patriarchę, qui superstes manserat, hortatu & exemplo statim
ad cu-

ad curanda corpora, & sarcophagos noctem illam totam conuertuntur. Item
Cap. 17. Ciues sepeliunt corpora. vetus narrat historia: *Fugatis ergo pacis hostibus, conclusis ciuibus insperata pax red-
dit, longoq; luctu soluti Colonienses, portus eruperunt: & ecce passim super nudam um-
bram inhumata Virginum cadauera inuenerunt, nec multum eos res fefellit: quippe qui om-
nem transeuntium ibidem sanctarum puellarum vestes, habitus & naues nouerant:
quia facile animaduerterant, deuotas Deo Virgines pro conseruandæ pudicitiæ signaculo in-
gone Martyrij occubuisse, seq; earum patrocinantibus meritis non modò mortem, sed et
cruciatus barbarorum omni morte grauiores euasisse, vnanimi consensu non quasi homi-
sed quasi Deum in humanis corporibus venerantes, non priuatis, non publicis sumtibus pepe-
cerunt.* Nunc S. Cordulam metu exanimatam in naui delitescentem ad sanc-
tum animemus, dum sacris Virginibus parentatur.

CAPVT XXVIII.

S. Cordulæ die sequenti Martyrium.

ABerat à cœlesti Sodalitate Vrsulanâ vna non dico Chiliarcharum, se Prin-
cipum, quæ Chiliarchis & toti præerat exercitui, post Pinnosam proxi-
mè à S. Vrsula. Potuit-ne in illam, & solam cadere vitium timiditatis? non est
quod quis de eius fidei & castitatis amore ambigat, quæ omnium iudicio digna
tali in gradu Principum puellarum, tertia dignitatis ordine ad mortem vsque stetit,
& tamen, Martyrologio teste, tormentis aliorum & cæde perterrita, se occultauit:
Martyrol. 21 Octob. sic enim ait: *Apud Coloniam S. Cordula, quæ vna ex Sodalibus S. Vrsulæ, cùm earum*
Causa timiditatis. *supplicijs & cæde perterrita se occultasset, eius rei pœnitens, postridiè se vltrò patefecit, &*
nouissima omnium Martyrij coronam accepit.

Siccine illam Cordulam, cuius exemplo & exhortationibus tot antè Virgines
ad fidei & virginitatis, ipsiusq; Martyrij amorem inflammatæ erant, iam pro-
cinctu & acie tam turpiter cum offendiculo tot Virginum referre pedem, nec vllis
posse aliarum exemplis fortè & monitis ac precibus reduci in viam? quam anta
timiditatis iustam prætexemus causam? an fortè, vt vetus suspicatur historia Vir-
go illa anteactæ vitæ puritatis conscia, præfidebat de constantia? an cum Petro
ad mortem Christi causâ obeundam audacia quadam temeraria ferebatur, & pro-
prijs viribus arrogabat, vt expediret sibi, vt relicta ad tempus, agnosceret animi fra-
gilitatem, & disceret magnâ animi demissione, à Deo bonorum omnium (intimis
autem Martyrij) largitore robur petere, cœleste sperare auxilium, cui soli innixa,
ei vni Virginitatis & Martyrij acceptam ferret Aureolam? An fortè, vt palam fie-
ret: verè Virgines istas, dolores corporis, & animi metum sensisse pariter: sed ope
Dei nixas, viriliter superasse, cùm vna primâ saltem die metui cesserit.

Hinc aucta S. Cordulæ merita & corona. Nec tamen hæc ipsa animi timiditas gloriam Virginis minuit: imò non is vi-
nius lacrymis & rara animi demissione ac pœnitudine expiata, potiùs auxit: in-
credibile sit, quantum ipsi ad gratiæ meritorumque cumulum pariter & ad glo-
riæ contulerit incrementum. Salubre etiam Ecclesiæ Virginibusq; nimium sibi præ-
fidentibus reliquit documentum.

Nemo igitur existimet, vndena millia Virginum quasi sensus omnis exuerit,
nullum horrorem animo, nullum dolorem corporis persensisse: Næ illæ omnes ma-
turâ debiles, nutritæ tenerrimè, in sexu & ætate fragili, Cordulæ instar timorem, &
in tormentis dolorem percipiebant, suis tamen diffisæ viribus, Sponsi autem innixæ
præsidio, dum fortiter morti, omnibus tormentis ac sagittis barbarorum capiti ob-
ijcerent, Dei munere feliciter triumpharunt: Et S. Cordula, cùm suam naturæ for-
tè maiorem timiditatem auxilio Dei sæpiùs inuocato superasset: quo animosius so-
Sola cũ tur mis hostiũ conflixit. lam se offert barbarorum gladijs, hoc maiorem videtur fortitudinis palmam me-
ruisse, quod vna tot carnificum crudelitatem exsatiarit, sola cum turmis hostium
dimicando vicerit.

Jon

Non obfuit Ecclesiæ, vel Apostolorum cœtui S. Petri negatio, nec S. Thomæ
ntio & diffidentia. Profuit etiam S. Petro lapsus ille, vt totam vitam ad galli
n peccati sui memor, sibi quibuscumque in rebus diffisus, sola diuina gratiâ
ur; Profuit Ecclesiæ, vt nemo, licet Christi in terris Vicarius, suis præfidat vi-
nemo diffidat auxilio Dei cum res, caritas vel obedientia flagitat: qui enim
æ vocem pertimuit, Neronis minas & crucifigentium tormenta non expauit.
fit & S. Thomæ vulnerum Christi attrectatus, vt fidem illam præ omnibus A-
stolis ad omnes Indiæ fines & remotissimas orbis regiones circumferret.

Lapsus SS. Petri & Thomæ ipsis & Ecclesiæ profuit.

Huius timoris ipse Christus in se voluit speciem aliquam exhibere; licet enim
is iam tum diuina visione gaudioque beatifico frueretur, appetitum tamen
orem ita destituit omni consolatione, vt sensus omnes tenerrimi acrius singu-
tormentorum atrocitatem, persentiscerent: hinc illæ Christi in horto voces
xere. *Tristis est anima mea vsq; ad mortem*: Ex simili pauore manauit ista petitio.
si possibile est, transeat à me Calix iste. Magnum hoc afflictis animis solatium, si
eluctetur, tristitia cor lancinet, timor quidam innatus vel inuitum reuocet;
espondeat animum: Christum in horrifico prorsus agone cum metu luctan-
tueatur: voluit tunc in horto, & in cruce postea corpus omni fomento & ob-
nento spoliare, vt in aduersis inuocatus, tibi præsens obtineret auxilium, quo
, possis euicta naturæ timiditate grauissimis licet ærumnis pressus, hostibus o-
us præualere.

Christi pauor.

Solatium pusillo angusti pectoris.

Quid ageret Virgo, quæ tormentis aliorum visis, se in nauis penè sentinam im-
erat? illa cum fugato cœlitus exercitu solam se videt reliquis superesse, in la-
ra resoluta, suam incusat ignauiam, lamentatur animi inconstantiam, & offen-
um, si quod fortè suis latebris alicui præbuisset: Heu ignara consilij, quo se cõ-
t misera? Vrbem intraret? sed nimis pertæsa vitam, & istam timiditatem, vix
os audebat ad cœlos, manus ad Deum supplices tollere: obuersabantur animo
illia Virginum, illæ illæ puellulæ, lactentesq; pueri, qui palmis & coronis glo-
insultare superstiti videbantur; *tu non poteras, quod isti, & istæ? an verò illi, & illæ*
, & non in sponso suo Iesu? Ergo satis concepta peccati illius pœnitudine, cum
Deo infirmitatem confessa, animo demisso veniam, & robur, ne illa sodalita-
la excluderetur, ardenter tota nocte flagitasset, sensit animo succendi faces
tyrij; nox illi diuturna nimis visa est: optat Barbaros, & Carnifices, quorum se
iis vltro & solam ingerat: lacrymis credebat non sat posse elui tantam timidita-
, sanguine tantum posse: causam suam commendat cœlo adscriptis Virginibus?
rent hanc vt suam, quæ tormenta precaretur, nulla deprecaretur suppli-

Pœnitudo S. Cordulæ

Hic non potest se Virginum pius continere exercitus, quin pœnitentem ad
Martyrium ipsi decretum animet: ecce adest candidatum Virginum Sanctarum
nen, palmis glorioſum, & laureis nobile, magna luce conspicuum, & cœlum
n deuictis Tyrannis penetrare visum (vt in festo hoc de ipso Lectiones officij at-
tantur) magnum id Virgini fuit calcar, vt quantocyus glorioso isti iunge-
ur consortio; suum si non gradum societatis tertium receptura, quo se iam indi-
gnam rebatur, at liceret in postremis consistere, & pone vestigia Virginum le-
ge.

Apparent cum palmis gloriosæ Virgines.

Non defuit tam incensis desideriis diuina prouidentia: nam vicini & confines
Viis populi, magna obsidionis & cædis illatæ pars, & causa, vel prædæ amore, vel
oio ducti religionis, cum se à metu hesterno collegissent, adsunt postridie,
tè & inhumata Virginum corpora (more eo tempore gentilibus recepto, vt
Lugdunenses testantur Martyres) in præterfluentem abiecturi; qui ciues dum
bmationi nauant operam, non sine mortis metu reiiciunt in Vrbem: Aduertit ea
S. Cordulam, in omnem Martyrij occasionem intentam: prosilit è naui: in con-
ftam se coniicit barbarorum multitudinem: illi formæ venustate capti dum pu-
citiam attentare Virginis moliuntur, illa incestas reijcere manus, Christũ sonare

Redeunt milites vicinorũ præsidiorũ postridie. *Reinaudus in indiculo SS. Lugdunensium.*

ore: pro virginitate & fide ſeruanda orare mortem, promtior ad ponendam, quàm milites ad tollendam vitam: efferata tali Virginis conſtantia barbarorum rabies, eam belluina immanitate feriunt, lacerant, trucidant; cedit Deo litata caſtiſſima victima, ſanctis virginibus exſpectatiſſima: ocyus multa Sanctarum Virginum millia effuſa cœlo nouæ occurrunt Martyri, & quaſi perditam agnellam Paſtori reportant amantiſſimo. Nouum hic cœlitibus gaudium, maius tamen ſodalitati Vrſulanæ: nec ego eam gradu dimotam priſtino exiſtimem, quæ nocturnis totlacrymis, & ea animi fortitudine ſola tot barbaros pudicitię violandæ cupidos vicerit: vt mirum non ſit, poſt S. Vrſulam nullam maioribus coruſcare miraculis, & feſto ngulari multis ſeculis in Eccleſia cultum eius viguiſſe: de qua varijs in locis ſæp & fusè agendum erit.

Martyriũ S. Cordulæ.

CAPVT XXIX.

S. Jacobus Patriarcha Antiochenus tertio die Coloniæ necatur.

S. Iacobvm, Euſebius, Baronius alijque Zebennum videntur appellare: quorum calculo A. 230. Chriſti ad Patriarchatum Antiochenum euectus ſt: quod etiam de Iacobo noſtro affirmat S. Eliſabetha: hic Romæ adiunctus eſt ſocietati Vrſulanæ: pollebat autem doctrina & prudentia, ad quam rem ingenij facilitas & memoriæ tenacitas conferebat: eidem, diuino conſilio S. Cyriacus in mandatis dederat, vt nomina præcipuarum ſodalitatis Perſonarum perdiſceret, quæ ſarcophagis Sanctarum Virginum inderentur: iam tum præſcius, eum ſuperſtitem aliquãdiu poſt alios coronandum: itaque cum Româ Moguntiam vſque præſentium piſcoporum & Regum nomina, præcipuarumque Virginum didiciſſet: Moguntiã Coloniam deſcendens, eorum etiam, qui cum S. Ætherio ſponſo venerant, diligenter adnotauit, certus nõ prima die ſe cũ alijs trucidandũ: manſit enim ipſo Martyrij generalis die illæſus; latuitque, vt credo in antro ſacelli Magdalenæi, in quo Cyrillus ſaucius in ſextum vſque diem ſuperſtes repertus eſt: ſoluta autem obſidione, cum effuſi ex Vrbe ciues ad Sacras confluerent Martyrum exuuias, multis (vſequenti libro dicam) cœlitibus & clericis vndecim, laiciſque compluribus vſui adiutoribus eſt, & pleraque, quæ hodie exſtant nomina ſodalitatis dictauit alijs qui ea in cippos paratos exſculperent.

S. Iacobus nomina ſodalitatis adnotat.

Hoc ſancto in opere dum die tertia, iam occiſa pridie S. Cordula deſudaret, & reduces finitimi, vel alij hoſtium, qui metu perculſi ad vicina Vbiis loca ſe receperant, aduolarent improuiſo: ille non dubius, hos ſibi ſubmiſſos, à quibus la rea Martyrij coronaretur, vnum orauit (cum Barbari ad ictum expediti ſtarent) vt proprium ſibi liceret incidere nomen ſuo indendum ſarcophago, nec difficulter id obtinuit: ergò cum ſolam Iacobi vocem nulla Patriarchalis vel Epiſcopalis ſcita mentione exaraſſet, ab ipſis obtruncatus, auxit nobili Patriarcha Martyre cœleſtẽ Vrſulanam congregationem. Videtur autem fœdè toto vultu eſſe laceratus: nam adhuc cauum vtrumque oculorum, & pars inferior cranij, quaſi recentiſſimo ſanguine fuſa cruore rubricat, quod in aurea camera religiosè cõſeruatur: diem autem Martyrij & autorem ita S. Eliſabetha deſcribit. *Interrogaui etiam de die Paſſionis ius* (S. Verenam cum qua loquebatur) *quia non erat credibile ſecundum narrationem me, quod eodem die, quo Virgines paſſæ ſunt, ipſe quoque fuiſſet interemtus. Ad hoc quæ ita reſpondit. Poſt diem paſſionis noſtræ tertia die paſſus eſt, ab eodem Tyranno, qui beatam Cordulam interemit.* Et quia S. Iacobus conſcriptis nondum omnibus nominibus cæſus eſt, ideò multarum Virginum, & aliorum nomina ignorata remanſere, quæ tamen ipſi cœlites ſæpè viſi ſuis cultoribus, vt infra oſtendetur, declararunt: Feſtiuitatem huius Additiones Carthuſianorum ad Vſuardum centum abhinc annis

Curat incidẽda lapidibus,

Et proprium ſuum nomen.

Necatur tertio die poſt generale martyrium. *S. Eliſ. c. 9.*

edit ad 24. Oct. ita consignant. *Apud Coloniam Passio S. Iacobi Episcopi Antiochevi & Martyris de conuentu vndecim millium Virginum.*

CAPVT XXX.

S. Cunera nouissima è Sodalitate S. Vrsulæ, triennio post strangulatur.

Illustre restat Martyrium S. Cuneræ Regis Orcadum filiæ, S. Vrsulæ Cognatæ, quod egregiè totam historiam Vrsulanam confirmat: stabilit chronologiam: tuetur Romanam peregrinationem: & palæstram certaminis Vrsulani aliam præter Coloniã non agnoscit, testes eius sanctitatis & miraculorũ infra laudabo tres vitæ harmonia illustres: hic illius ad congregationem aggregationem, mortis dilationem, ac Martyrium ipsum indicabo.

Insulæ Orcades.

Iacent in Hiberboreo oceano triginta insulæ, quæ Austrum versus Scotiam obtectam habent, Orcades nominantur. Est & Vrbs Orcada, nomen ab ea videntibus insulæ mutuatæ, cui circa A. Domini 237. Aurelius Orcadum Rex imperabat: is e Florentia coniuge Filiam Cuneram susceperat, S. Vrsulæ vt sanguinis, sic amoris iusti, sancti & religiosi vinculo colligatam: quæ ardebat eam ad societatem Martyri, nuptialis celebritatis specie euocare, illa bonâ parentum venia (quamuis dissimulatum postea illius dolenter admodum tulerint) ad exercitum Virgineum contendit, cum quo Romam abiit: vbi cum Martyrium Sanctis Romanis Martyribus inter commendasset, Coloniam reuertit & cum S. Vrsula alijsque Virginibus animo promto, vultu modesto, gestu composito properat, vt se cum primis sistat immolandam. Aderat Rex Rheni (quem Vltraiectinæ sacræ Lectiones Radbodum nominant) spectator & autor atrocis lanienæ: flexit tamen mentis illius ferociam illa rara frontis modestia, formæ venustas, & mores castissimi cum mentis eximiæ alacritate, qua naui exsiliens ad mortem properauit: ergò miseratione motus palio tectam subducit cædi, & secum ad oppidum Rhenense, cui imperabat, abduxit. Rhenæ quæ à Tacito Grinnes appellari putantur, oppidum est Vltraiectensis ditionis ad Rhenum in confinio Geldriæ inter Nouiomagum eius primariam Vrbem, & Arenacum, à quibus tribus abest miliaribus Belgicis: vulgo Rhenen appellatur: huc in regiam Radbodi delata est, vt superstes reliquis Virginibus sola citra Colonienſem agrum Batauiam morte nobilitaret, & miraculis decoraret: Quid ageret captiua Virgo certa fidem Christi sponso datam nullo casu violare: nõ ignara in seruitute etiam operosâ Deo fidem & obsequia posse exhiberi. Instat ergò precibus noctu, dum interdiu iussa Regis & Reginæ exsequitur; corpus vigiliis & ieiuniis emaciat, frangit laboribus, ne otio torpeat: scilicet tenero & ægro corpusculo tam ægrè quotidie faciebat, vt periclitanti in aula pudicitiæ medicinam faceret: sic mundi pertæsa gloriam, delicias, opes, fauorem, vni sponso Christo placere magis magisque quotidie satagebat: fraudabat genium, vt victum pauperibus daret: & quia continuo menti obuersabatur Dei præsentia; huius timore, imò amore potius indies magis in diuinorum præceptorum obseruationem & virtutum progressum incumbebat. Non potuit tam illustris virtutis facula latere in tenebris: mirè Regem rara vultus modestia in tali formæ elegantia, & tot aduersis excita virtus affecit: eam domui & familiæ præficit vniuersæ. Non ille Regis fatur Virginem extulit: imò maiori demissione animi; promtiori parendi alacritate a nutum Regi & Reginæ suberat: dixisses non homini; sed Deo obedire: nulla intima domus commoda negligebat. Non tulit amorem Regis in Cuneram Reginæ zelotypa: sibi detractum credidit, quidquid datum famulæ. Sæpè subornatis falsis testibus famam Virginis, nescio quibus fictis criminibus obscurabat: sed ad ficta vxoris & delatorum mendacia iam aures Regis occaluerant. Ita probata

Filia Regis Cunera cũ S. Vrsula peregrinatur.

Soli parcitur.

Rhenam deducitur.

Captæ Cuneræ vita sanctissima

Oeconoma sit regiæ.

Reginæ Zelotypia.

Regi Virginis virtus, & manifestum Reginæ odium fidem vxoris in animo regis sustulit. Inuenit in virtutis exercitatione Regina, vt sperauit, infamiam innocentis. Forte victum suum Cunera ferebat pauperi, hic quasi ad deprehensam flagitio, Regem aduocat, Cuneram vt profusam in egenos prodigalitatis reum arguit. Rex Cuneram inclamat, adest vocata, Deo supplicibus votis exorato, ne tali se crimine deserat. Res mira, panes in sarmenta versos Regi spectandos offert. Ergò Reginam durius increpat, & vanitatis conuictam arguit. Illa furoris & inuidiæ impotens malum innocenti machinatur: non latebant consilia improba facies famularum oculos, quos nimius fauor Regis in odium vocabat virginis, vnde aliquis à Cunera alienior, coniurat in necem eius cum Domina, & Rege venationi intento in conclaue seuocatam, mappula strangulat innocentem, & in stabulo suffocatam adiecto linteo sepelit.

Strangulatur S. Cunera.

Fortunata anima Deo & Regi fidissima, quæ vltima Vrsulanarum Virginum fidei & virginitatis lauream post seruitutis molestias obtinuisti: quid mirum si Deus eam voluerit primam post S. Vrsulam eleuari à viris sanctissimis Willibrordo, Adelberto & Werenfrido, & innumeris post mortem clarere miraculis? de quibus pius recurret dicendi locus. Exstat vita eius apud Molanum, Harœum & inprimis Ioannem de Leydis Carmelitam Chronici Belgici c. 4.

CAPVT XXXI.

De Cardinalibus, Episcopis, aliisque Ecclesiasticis pariter occisis.

HActenus Vrsulanorum Martyrum stragem, animi constantiam & celsi ingenij dignem persecuti, nunc breuiter statum ac conditionem præcipuorum attigemus: nam controuersa, quæ de illis moueri possunt, fusè sunt libro primo examinata.

Accidit profectò non sine admirabili Dei prouidentia, vt S. Iacobus in tertium diem superstes occisis ceteris remaneret, & nomina dictaret lapidibus inscribenda, ne vetustate detererentur; nam quædam nongentis, alia mille primum annis post è sarcophagis educta sunt: quorum octo ferè catalogi circumferuntur. Liberter omnes defendendos suscepissem, si quorum intererat, originem & fundamenta singulorum mecum communicare voluissent, adde quòd in quosdam aliorum Martyrum, præsertim Thebæorum, errore, nomina irrepserint. Colligam igitur potissimum ex Gerlaci Catalogo, quem ipse ferè quingentis abhinc annis è titulis, confecit, quos cum eleuationi corporum præesset, eduxit è tumulis & ordini digessit, ac in membraneum codicem retulit; addam nomina, quæ B. Elisabeth, Anonymus, & monasterium S. Maximini Coloniæ vetustis & autenticis literis complectitur; ex alijs certiora delibabo. Post Cyriacum Romanum siue Pontificem, siue Vicarium, S. R. E. Cardinales quidam adiecto titulo, vel ordine, alij sine eo nominantur; vt *Maronius Episcopus Nquarensis Cardinalis*, & in Harberni serie *Sanctius Cardinalis Episcopus*; item, *Vincentius Presbyter Cardinalis*, Tres alij carentes titulo, vel ordinis gradu: vt *S. Polimius Martyr & Cardinalis, S. Firminus M. & Cardinalis, S. Corimius M. & Cardinalis.* Hos tres crediderim Clericos S. Cyriaco super in Sacris adstitisse; quibus accensèri forte posset *Florentius*, quem Anonymus vocat S.R.E. Archidiaconum, Episcopos verò à consilijs eidem fuisse cum potestate noui Pontificis eligendi.

Cardinales Martyres.

Patriarchalium sedium antistites duo recensentur, Iacobus Antiochenus & Marcus vel Marculus Byzantinus, huius tamen cathedra seculo sequenti primum fuit honore Patriarchatus insignita, dicitur autē Episcopus in Græcia, vel Thra-

Patriarchæ.

im ob Græcæ linguæ communionem Græcia quandoque nuncupatur. Ni- us eum appellat Marcum, & ſeptimum decimum ordine numerat, præfuit redecim: hi ſi Pontificum antecedentium annis Pontificatus, (vt eos Beier- pputat) adijciantur, conſurget annus 237. quo fuit cum Vrſula martyrio tus.

nter Epiſcopos primus Pantulus Baſileenſis. 2. Mauriſus vel Mauritius Lauicenſis. 3. Simplicius Rauennenſis hic inter Marcellum decimum , qui circa annum 232. vixit, & Agapētum, qui anno 337. Concilio Romano ipſit, eſt collocandus. 4. Foilanus Lucenſis Epiſcopus quartus, ſi Ferrario nus: eum probat 21. Octobris cum Sancta Vrſula vitam pro fide poſuiſſe. eſarius Meldenſis Epiſcopus: is commodum circa 237. annum in diphtychis r ideò locum, quia vſque ad annum 370. tantum vnius Epiſcopi dies obitus atur. 6. Sanctus Marinus ſextus Mediolanenſis Archiepiſcopus appellatur ſonam, qui quinquaginta ferè annis præfuit, omiſſo Barnaba, quod is funda- ius ſedis varia peragrarit loca more Apoſtolorum. 7. Iouinus vel Iouinia- ater Pantuli, vel Eboracenſis in Britannia, inter 1. & 2. vel Ebroicenſis, inter ſtatuendus. 8. Vrſmarus de monte Iurano, vel Auenticenſis, qui Epiſco- anno 590. Loſannam eſt translatus. His ſex alios è Britannia ſodalitati ſo- Epiſcopos adiungamus. 9. igitur Wilhelmus, alias Michaël dictus, regio enitus, conſobrimus Dionethi. 10. Sanctus Columbanus filius Alexandriæ ſoror Dariæ: inſigni prudentia, vitæ integritate & caſtitate præditus. 11. San- wanus auunculus Dariæ grandi ætate ſecundus, vt creditur Londinenſis E- us. 12. Sanctus Eleutherius cuius Frater Euſtachius Comes aderat cum v- ibilia, & ſex filiabus. 13. Sanctus Lotharius Conſobrinus Ætherij ſponſi. 14. anctus Clemens. Hunc è Britannia ſecum duxit Ætherius, & reliquiæ quæ- lius apud Patres Crucigeros Colonienſes adſeruantur. Præter hos alij di- locis & temporibus ſuis cum titulis eruti: fide digniores hos inuenio. anctus Gorgonius Epiſcopus Hiſpaniæ circa annum 1348. in Sancti Maximini bio cum multis aliis repertus, de quo veteres Colonienſes additiones Vſuar- 7. Septemb. meminerunt. 16. Sanctus Paſtelaſius Epiſcopus Agrienſis in nia: ſubeſt huius ſedes modò Strigonienſi: gerit hic fronti telum infixum, & compago cunctorum oſſium pulcherrimè connexa, & inter ſe deuincta mor- ſcelethi refert viſu gratum ſimulacrum apud Virgines Machabæiticas. Quod ndum eo tempore ſedes ea conſtituta putetur, vel intercidiſſe credendum eſt um Epiſcoporum nomina, vel hunc virum Apoſtolicum nulli cathedræ, vt vſus frequens erat, obligatum, hoc in loco fidem diu propagaſſe. Ita 17. Sanctus aldus Epiſcopus in Græcia & 18. Sanctus Ioannes Epiſcopus in Armenia re- i, anno 1327. cum S. Conſtantia ſedis nomen expreſſum non habent. 19. San- Pirmerius Cremonenſis Epiſcopus Oſnabrugum translatus, ibidem in argen- loculo magnificè conditur & honoratur: recens à loci Hierarcha Franciſco Gilielmo ſolenniter eleuatus.

Epiſcopis adijcio Sacerdotes & alios Clericos. S. Quirillus olim S. Sigillin- Britanniæ Virginis director & arbiter conſcientiæ. S. Reſpondiaſculus Regum liæ Confeſſarius. S. Nicetius, S. Parmerius, S. Firminus dicuntur Sacellani. alerius & Pachomius Sacerdotes. Sacerdotes.

S. Florentius S.R.E. Archidiaconus, Tres Diaconi, Calixtus, Kilianus, & udius Spoletanus: totidem Subdiaconi, Ambroſius, Iuſtinus, Chriſtianus. Clerici alij.

Licet ex his viris Eccleſiaſtica dignitate conſpicuis æſtimare temporis illius ri maieſtatem, quando plerique ferè dictorum Præſulum ante infulas regia, vel nobiliſſima proſapia geniti, natalium ſplendorem ordinis Eccleſiaſtici ſubli- re luce colluſtrarunt, adiecta vitæ morumque ſanctitate, qua velut ſtellæ luci- limæ ſanguinem regium, & tiaras exornarūt, accedente demum martyrij gloria: es ſibi Deus ea tempeſtate teſtes ex orbe toto ſelegit, grauiſſimos & incorru- ſimos, quorum ſanguine fidem Eccleſię conſignaret, vt nullum facilè putem Maieſtas Cleri Chriſtiani.

Epiſcopi. *Baro. & Claudius Roberti.*

Ferrar. 21. Oct. in Cat. SS. Italiæ.

alium similem triũphum exstitisse religionis orthodoxæ, in quo tam nobiles, multique præsules insulati eodem die locoq; tam gloriosè pro fide decertarint; & merito censeri debeat Maximinus præ omnibus Tyrannis alijs, Episcoporum & Doctorum persecutor, cuius autoritate tot vno loco simul occubuerunt, quot unquam collectos nec Diocletiani furor sustulit.

CAPVT XXXII.

Reges, Reginæ & eorum filij Martyres.

Pauci Reges Martyres.

PAucos Ecclesia numerat Reges Martyres, numerat tamen, quos inter multorum sententia gentium primitiæ Tres Reges censendi, quos vt recens natus Seruator orbis ad incunabula sua pertraxit, ita iã in crucem sublatus ad fidem sanguine consignandam, teste Flauio Dextro & Alberto Magno, permouit. Iuniores verò Sodalitas Vrsulana Reges fidem publicè coram Tyranno sceptris rectis professos, ac veros Martyres protulit: Ex his quorundam alibi accessum ad sodalitatem, & nauigationem, hic pluribus alijs adiectis in fascem omnes congestos

Multi in hac sodalitate.

Primus Aetherius sponsus Rex Britanniæ, quam nunc Angliam nominant. 2. Dionethus Parens S. Vrsulæ, Rex antiquæ Scotiæ vel Hiberniæ, corpus cum S. Cæciliæ piè honoratur. 3. Oliuerius. 4. Crophorus, Regis Pinnosi filius. 5. Lucius parens Iothæ primæ chiliarcharum. 6. Clodoueus cum vxore liberis & nepotibus. 7. Canutus cum vxore Balbina. 8. Pipinus cum coniuge Margarita & 7. liberis. 9. Adolphus cum Dionysia coniuge. 10. Auitus parens S. Cordulæ, auunculus S. Odiliæ. 11. Siranus cum vxore Sibilia & 4. filiabus. 12. Refridus Rex Dantum cum Oliua Saxoniæ Ducis filia. 13. Bonifacius Rex cum Bonifacia V. 14. Laurentius Rex ex tyranno sponsus Resindis & Martyr. 15. Notus Rex Scotorum cum Sara vxore. 16. Papinius Rex Hibernicnsis. 17. Pigmenius Rex de Anglia Suebrũ 18. Valerius Rex Hispaniæ cum Theodora filia. 19. Amerus Rex cum Anastasia regina. 20. Theodorus Rex Siciliæ cum Firmindina.

Filij Regũ.

Filij Regum permulti sponsarum virginum ferè amore, quæ sodalitati nomen dederant, se eidem adiunxerunt. 1. Siranus sponsus Immeriæ. 2. Euphromus sponsus Pallemoniæ. 3. Fuchelingus sponsus Lætitiæ. 4. Honoratus sponsus Ballnæ. 5. Isichius spons. Præclaræ. 6. Sidonius filius Pipini Regis. 7. Nicanor sponsus Tiburtiæ. 8. Nicolaus spons. Eulaliæ. 9. Arthurus, Frater Nataliæ. 10. Richerus filius Regis Osualdi cum vxore & liberis. 11. Dagobertus sponsus Benignæ. 12. Simeon sponsus Nestoriæ. 13. Alphæus Frater huius Simeonis. 14. Folquinus, filius Regis Folquini. 15. Philippus Regis Canuti filius cum sponsa Beatrice. 16. Adrianus filius Gerasinæ & Quintiani Regum Siciliæ. Huc spectant alij quidam stirpis regiæ. 17. Iacobus nepos Regis cum duabus filiabus. 18. Selantius Regis Simeonis Nepos. 19. Alexander Regis sororis filius. 20. Siphredus adolescens regius. Horum nomina libro secundo Anonymi pleraque continentur.

Reginarũ nomina.

Reginarum verò ingens numerus, quæ spretis regnis, delicijs, & opibus mundi, velut ad epulas, sic ad martyrium alacres prouolarunt. 1. Demetria mater Aetherij sponsi. 2. Daria mater S. Vrsulæ. 3. Oliua Virgo coronata sponsa Oliuerij. 4. Cleopatra coronata vxor Crophori. 5. Blandina vxor Clodouei. 6. Balbina vxor Canuti. 7. Margarita vxor Pipini. 8. Dionysia vxor Adulphi. 9. Sibilia regina filia Eulaliæ. 10. Sibilia vxor Sirani. 11. Oliua vxor Refridi. 12. Resindis regina. 13. Ertosia. 14. Magmorach has duas adduxit Laurentius Rex, vna soror eius erat. 15. Grasina Regina Siciliæ. 16. Hordierna Regina Norwendorum. 17. Benedicta Regina Suauorum cum duabus filiabus. 18. Lucretia cum duabus reginis. 19. Clara regina Eleemosynaria. 20. Anastasia vxor Ameri. 21. Firmindina vxor Theodori Reg Siciliæ. 22. Euphrosyna Regina Hispaniæ cum Gorgonio Episcopo.

Regiarum filiarum, quæ Virginum turmis accensentur non est numerus, colligam eas, quæ extra Virgines maritatæ videntur exstitisse. 1. Casinea vxor Vrani

Ducis

Duc 2.3. Florentia, & Sperans filiæ Canuti Regis. 4.5. Eunomia & Iuditta filiæ Regis Epini. 6.7. Iuliana Comitissa, & Lucia Ducissa filiæ Regis Sirani. 8.9. Iuliana & Iuliana filiæ Axparæ, nuptæ viris Principibus. 10. Euticia. 11. alia Euticia Regis Anthalmni filia. 12. Anacleta vxor Reformij cum Tecla filia. 13. Porphyria cum 2. filiabus. Huc reuoco sanguine proximas Regibus. Zaphirina Regis Arthuri soror. Nicolitta soror Agrippini Regis cum tribus filiabus. Eulalia soror Dionethi. Eustachilis auia Regis cum filia Gerasina. Eugenia & Felicissima cognatæ Regis Canuti. Elisabeth cognata Oliuæ reginæ cum tribus filiabus. Filiæ Regũ maritatæ.

Quam admirabilis illa Dei potentia, quanta sanguinis Christi pro nobis effusi vis & efficacitas crucis, quæ tot Reges & regias etiam soboles eum mundi vitæque præsentis, & omnium deliciarum contemtum persuadet, vt cupidissimè sanguinem prœundant, quo gaudijs agni cœlestis Regis Regum possint interesse? Magna (ait S. Iannes eas spiritu cernens nuptias, & sponsi earum virtutem, gloriam & triumphum) & mirabilia *sunt opera tua Domine Deus omnipotens: quis non timebit te, & magnificabit nomen tuum? Regnauit Dominus Deus omnipotens: gaudeamus & exsultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti, & candido: byssinum enim iustificationes sunt Sanctorum. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.* Pergit deinde sponsi Regis Regum gloriam adumbrare. *Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa: habens nomen scriptum, quod nemo nouit, nisi ipse. Et vestitus erat veste adspersa sanguine, & vocatur nomen eius Verbum Dei. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo: Et habet in vestimento & in femore suo scriptum Rex Regum & Dominus Dominantium.* Quam benè tot agno diademata, Regisque regum titulus conuenit: cui tot Reges non cocco, sed sanguine purpurati seruiunt, agno pro nobis occiso concolores? verè regias illas nuptias, ad quas tot vocati reges tam nobilem Christo triumphum deuicta carne, mundo, ceterisque Christi iuratis hostibus retulerunt, vt imaginem quandam ille triumphalis dies præ se tulerit eius decretorij dies, quo Christus lata in mortales omnes vitæ vel mortis publica sententia, stipatus Apostolorum, Martyrum, Pontificum, Virginumque choris ad cœlos victor remanebit: hic enim etiam multorum Pontificum, Regum, Virginum: omnis ætatis, sexus, status & conditionis hominum choris circumuallatus, verus Rex Regum & Dominus Dominantium gloriosè de mundo triumphauit. Crucis virtus. Apoc. 15. Cap. 19. Christus Rex Regũ multis diadematib: ornatus.

CAPVT XXXIII.

Principes, Duces & Comites Martyres.

PRINCIPES inter Sodalitatis S. Magnus eminet cum vxore & 4. liberis interemtus: filius eius Sigemundus, & Frater Sibaldus, & ipse cum coniuge & filiabus duabus occisus. Macharius Princeps cum 4. filiabus. Comites etiam Cyriaco adhæserunt Eugenius & Nicostratus Principes Romani. Euodius Dux filius Alexãdriæ; Sicherus cum vxore Eugenia; Vrbanus cum vxore Casinea; Philippus cum sponsa Beatrice; Alexander Dux cum Eugenia & 5. filiabus; Leo Dux cum vxore Honesta; Sincerus cum Sibilia; Heluidius iunior cum Anna coniuge & duabus filiabus; Philippus cum thori consorte Natalia, tribusque filiabus. Comites etiam Eustachius cum 6. filiabus, & Hardericus auunculus Dariæ cum vxore Vrsula. Principes. Duces. Comites.

Præterea similium permulti filij recensentur. Saphirus & Adamus filij Principis nobilissimi. Eucharius Principis item filius, Giramanus puer, Sicherus sponsus Leutheriæ, Antonius Ducis filius sponsus Sirapioniæ. Canutus sponsus Pinnosæ, Simeon sponsus Cordulæ, Sicharus cum sponsa Lucia & tribus sororibus, Florinus sponsus Placentiæ. Filij Principum & ducum.

Sigemundus Comitis filius ſponſus Pioniæ; Manander Comitis etiam filius ſponſus Euodiæ, Euodius ſponſus Agathyæ; Euticius & Felix ſponſi filiarum Euachij, Folquinus & Euticius filij Tiburtiæ Comitis.

Nobiles. Nobiles verò dicuntur Anacho ſponſus Hildegundis, Falconius ſponſus Serenæ neptis Reginæ, Nitidius ſponſus Euticiæ neptis Reginæ Sibiliæ.

Vxores Principũ. Sed in ſexu ſequiore longe maior numerus adfuit. Eliſabeth vxor Ioannis Principis, Gertrudis coniunx alterius Principis. Alexandria vxor Pipini Ducis cum tribus filiabus, Eulalia ſoror Dariæ cum totidem prolibus, Eugenia, Annæ Euodia Duce cum duabus filiabus, Praxedes & Melchya vxor Rechari cum tribus. Ducum. Anchira cum quatuor: Altwigis cum S. Cordula filia. Eugenia vxor Alexandri, Honeſta vxor Leonis Ducis, Sibilia Sinceri, Natalia Ducis Philippi coniuges. Athlea & Liburnis ſorores Axparæ reginæ.

Comitum. Marcella Comes filia Alexandriæ cum duabus filiabus; Sibilia vxor Euſtachij Comitis cum ſex filiabus; Hermolaa filia Hardingeri Ducis; Tiburtia cum 5. libris, Euſebia eius filia maritata; Berengardis cum filia Berengarde; Serena vxor Comitis, Methildis, Eucharia, Helena, Elledera, Peregrina cum duabus filiabus; Vrſula vxor Harderici, & Gertrudis ſoror Euſtachij Comitis cum tribus filiabus. Theodora Comitis Flandrenſis vxor, cum maritatis filiabus Andolphia & Bleſilla, harumque tribus prolibus.

Filiæ Principum. Filiæ quoque Principum Methildis altera Principis Alexandri, altera ducis Herdingi adfuerunt. Cornula Magni Principis ſoboles cum tribus prolibus; Iudentia item cum duabus. Micronia filia Macharij Principis, Adela filia Ducis cum Eimonia filia; Penechya Anchyræ filia cum duabus; Cleopatra vxor Sibaldi. Heres item filiæ Comitis Euſtachij Margarita, Florentia, Euſebia: hæc maritata fuit Principi.

Nobiles item hæ feminæ recenſentur: Herengardis cum filia, Eliſabeth cum tribus. Gyafredes & Sapientia cum duabus. Philadelphia neptis ex filia Eustachij Comitis. Atque hæ quidem extra numerum vndecim millium Virginum verè veniunt; nec ea tamen vna vel altera demta nominantur, quæ vel in altera eſſe ſponſi Ætherij, vel in itinere Romano ſe reliquis ſociarunt. Ita cum generoſos & nobiles animos excellentiæ cupidos ſemel amor Chriſti pro nobis in crucem acti penitus occupauit, ſic ad celſiſſimum virtutis apicem erigit, & ad profundiſſimum ſui rerumque deſpicientiam pariter dimittit, vt non acquieſcant ante, quam inuicta mentis conſtantia ceteris emineant.

CAPVT XXXIV.

Totius Sodalitatis Vrſulanæ quantus Martyrum numerus fuerit.

1. Sentent. falſa tantũ 11. millia fuiſſe iunctis viris & maritatis. INcertus is eſt, neque in hiſtoria titulis, vel reuelationibus clarè definitus. Vnde non mirum eſt, ſcriptores in varias iſſe ſententias: quarum extremæ duæ ut prorſus improbabiles: prima Auentini, Miræi & ſequacium, vndecim tantum iſſe millia, ſi viri, maritatæ, pueri, famuli, nautæ, totaque ſimul turba ſodalitatis Virginibus accenſeatur. Hanc hiſtoria vetus 8. capite confutat, dum *completum, ait, electiſſimarum Virginum diſpoſitum diuinitus numerum.* Et Beatus Hermannus c. 2. *Vnde accidit, vt plenus vndecim millium ſacrarum Virginum numerus, atque integer ſet, ac perfectus.* Idem c. 9. paruulas excipit, numerumque earum ſic definit. *Iſ in numero vndecim millum non fuerunt, ſed ſupra ſunt adnumeratæ: quarum numerus paularum ferè ad quingentos habebatur.* Excipit & maritatas aliaſq; viduas c. 25. *Fuerunt etiam inter eas matronæ, quæ de Virginum illarum non erant numero pluſquam ducentæ:* totidē adijcit viros & *perſonas*, vt vocat *ſublimes.* Extremã aliam ſententiã cõmentus eſt Galfredus, qui 71. Virginum millia ſupputat: cuius in ceteris narrationem

Galfredi de 71000 erronea

Cardinalis Baronius sequi se fateatur, sex tamen myriadas ei detractas esse volu- at cum tanta multitudo fundamento careat, eam attulisse, refutasse est: hoc n- n ex ea sententia commodi percipimus, quod si multis doctissimis viris Gal- fre us imposuit, & eum persuasit Virginum numerum confectum breui tempore x olo Albionis regno esse; minus incredibile videri debet, triennio toto conscribi x rbis varijs & semotissimis partibus vndecim millia potuisse.

Inter medias sententias primam prologus vitæ S. Achatij recognitionis vltimæ ad ucit ex traditione Colonienſium, numerum Sodalitatis Vrsulanæ quaterdecim millenarium excedere, cui suffragatur Philippus Bebius. Fauent reuelationes, quæ ex viris, pueris & matronis aliis vix millenarium conflant numerum: nisi duo millia iunxeris collecta ex famulis, nautis, & ijs, qui cum sponso secunda vel ti classe sunt, vel in peregrinatione se reliquis adiunxerunt, tota Sodalitas quatuordecim, vel fortè etiam quindecim millium erit: valebitque dictum Anonymi, virum in historia veteri nullam fieri mentionem, *propter numerositatem Virginum & multitudinem, nulla in passione illarum fit mentio matronarum aut virorum.* L. 1. c. 12. & 24. Probabilis sent. de 14. millibus.

Adde quod Reges & Principes viri non ad pompam; sed martyrium, ideoque sit magno stipatu satellitum proficiscebantur. Virgines verò licet genere nobiles non egebant famularum turba, quæ sibi mutuo debita caritatis officia quasi in religiosa vita libenter exhibebant, præsertim cum maxima Virginum pars videatur ex ignobilibus, ingenuis tamen, honestis, & liberaliter educatis esse contexta; quæ chiliarchis & aliis summo loco natis promtè deseruiebant. Hæc perpetuum probabilis sententia.

Sed quoniam neque classis alterius Aetherij numerum, neque tot aliorum, quos adiunxit varijs in locis peregrinatio; neque famulitij nautarumque multitudinem expressam alibi legimus, & singuli videantur Reges, Duces, Principes, Comites, imò & Episcopi præter eam Reginarum & Principum feminarum multitudinem, comitatum, & assectatores suos habuisse: cum de sponsi solius dicatur accessu, *quod magna gloria, nobilique apparatu, & honore regio visitarit* Vrsulam, eique Moguntiæ factus obuiam: & alibi. *Hic cum pluribus sociis, quorum quidam erant Christiani, & quidam Catechumeni, venerat, paratus ipse, & Comites eius pariter pro amore Christi proprium sanguinem fundere.* Et Cæcilianus Catalogus velit quindecim milites Dionethi cum ipso simul occubuisse: Præterea cum iam hactenus eleuatæ sint, & per orbem terrarum tot capitum Vrsulanorum millia distributa, vt permulta Virorum & Virginum cœnobia sit intra vel extra Coloniam reperire, quæ trecenta crania numerant: nonnulla etiam mille; imò Coloniæ vno in templo hoc eque bis mille centum & nonaginta capita monstrentur, vt iam numerum priorem eleuata hactenus corpora videantur adæquare, vel superare: cum tamen constet nondum omnia lucem adspexisse; sed adhuc condita quædam sub terra delitescere, quorum ætate nostra sat multa reperta videntur esse: ideò numerum hunc eidem iam ad triginta millia Martyrum quidam extenderunt. Ita veteres à trecentis annis scriptæ Lectiones Cœnobij Beienburgensis Patrum Crucigerorum, in vetustissimo codice memorant de S. Odilia Lectione 8. his verbis. *Eratque numerus earum ad vndecim millia Virginum, exceptis viduis & viris, quarum numerus cum Virginibus conficit ad triginta millia, prout in gestis Pontificum Leodiensium comperitur conscriptum.* Laudat pro hac sententia D. Fleien Hatigerum Abbatem in Metropoli Episcopo Leodiensi dum ait: *Quarum numerus fuit vndecim millium Virginum, exceptis viris & viduis, quorum numerus fuit 30000.* Crediderim recentioris esse scriptoris: neque enim in Hatigero reperi. Quæ verba iam à 140. annis quidam videntur accepisse disiunctiuè, vnde manauit aliorum opinio, quæ numerum facit 41. millium: in quam inclinauit Cardinalis Gurcensis An. 1504. dum in diplomate suo scribit, *quod numerus se ad 40. millia extendit*: & eodem tempore in oratione de laudibus S. Vrsulæ quidam è D. Francisci familia Theologiæ & Iurium Doctor fuisse putat ad 42. millia. Posset quis suspicari priorem de 14. millibus ex hac posteriore, transpositis errore primis duobus numeris profluxisse. Probabiliter de 30. millibus. L. 1. c. 10. Cap. 18. *Mihi f. 785. de tempore Martyrij Vrsulanæ.*

Præter

Præter has ſententias alia prodijt A. 1517. in Rhythmis vernaculis typo vigatis, quæ multitudinem totam extendit ad 36000. caret autem fundamento.

Media igitur ſententia de 30. millibus ſatis probabilis: & ſi capita Vrſularum Martyrum, quæ orbe toto ſparſa coluntur, ſupputarentur, eam facerent teſtiorem, nihilominus vndecim millia Virginum nominantur, quod earum gratia occaſione coierit reliqua ſodalitas, numero viros ſuperarit, ceteris verò viduitate maritatis, generis ſplendore par, numeroque ſuperior, caſtitatis aureola ſublimior, denique ſtipatus & turbæ ceteræ multitudinem ſi numero non adæquarit, dignitate tamen præſtantiaque multis partibus anteceſſit, vt à potiori nobiliorique parte deſumta nominatio videatur. Sed cum res incerta ſit, temerè numerum nolo definire rem arbitramento prudentis lectoris relinquo ponderandam.

Excellẽtia huius martyrij.

Nobilis profecto ſodalitas, vti natalium ſplendore; ſic virtutibus Chriſtianæ, quæ vera ſummaque nobilitas eſt, Auguſtiſſima etiam, in qua Pontificum ſummum Eccleſiæ Concilium, Regum plurimorum, Ducum & Principum ſplendiſſimus conuentus, & orbis lectiſſimus flos virgineus coierunt nouam & inauditam ſocietatem, ea lege, vt omnes Chriſti fidem vno in loco temporeque ſanguine oblubentes, volentes conſignarent: ideò claſſem ad Agrippinenſia litora præſcijs turorum alacres applicuerunt: & exſcenſione facta Chriſti diuinitatem profi corpora tyranno quibuſuis cruciamentis lanianda ſimul obtulerunt. Ibidem lij ſagittis confixi, gladijs alij diſſecti, haſtis tranſuerberati, vectibus contuſi fœdè diſcerpti ſunt, & lacerati, nemine gradum ex eo numero referente.

Et loci certaminis

Fortunatum ſolum tam copioſè ſanguine Martyrum irrigatum, tam fœcundo ſemine locupletatum, cuius vberrimos in hunc vſque diem læta fructus collit Colonia. Ita iacent tot Epiſcoporum Regumque & omnis ſexus corpora ſanctiſſima diſcerpta, per campos truncatis membris diſſipata, ſanguis tam largis, & vndatibus riuis in Rhenum deuoluitur, vt is atratus cruore fluat. Certaſtis Virgines inuicti Martyres, omnes viriliter: Dei omnipotentis potentiam, ſapientiam & gloriam magnificè declaraſtis, vobis æternas in cœlis aureolas texuiſtis, nobis hercle virtutum exempla conſideranda, & moribus exprimenda reliquiſtis, quæ vt ſigillatim lectoribus propinem imitanda, prius, quam vos Angelico miniſterio tumulemus, vos oro, veſtris mihi precibus ingenium & vires impetrate.

TOM

TOMI SECVNDI
MARTYRII S. VRSVLÆ,
LIBER SEXTVS.
DONA ET VIRTVTES SODALI-
tatis Vrſulanæ,
Seu
PARTHENO-PÆDIA.

CAPVT I.

Duplex fructus è martyrijs Sanctorum capitur, admiratio & imitatio.

DVO ſunt fructus è Sanctorum geſtis hauriendi: Primò vt miremur, deinde; vt imitemur. Admirari nos decet diuina in Sanctorum donis & gratijs attributa, quæ in ipſis, vt ſpeculo clariſſimè ſolent reſplendere, vnde Pſalmiſta *mirabilem Deum* in *Sanctis* prædicat & pſ. 8. Dei mirificam in eis potentiam, licet paruulis & mundo abiectiſſimis, ita extollit: *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos: ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem tuam:* quaſi in pueris & virginibus tam conſtanter ad mortem pro Deo certantibus, perfecta laus diuinæ potentiæ, ſapientiæ, bonitatiſque reperiatur. Quid mirandum. Pſ. 8.

Imitandæ verò virtutes Sanctorum proponuntur, qua de re egregiè vt ſolet, & copiosè ita S. Ioannes Chryſoſtomus loquitur. *Qui Sanctorum merita religioſa cauſa miratur, quiq; iuſtorum glorias frequenter laude colloquitur, eorum more ſanctos atq; imitari imitetur; quoniam quem delectat ſancti alicuius meritum, delectare debet par circa eum Dei obſequium. Quare aut imitari debet, ſi laudet; aut laudare non debet, ſi imitari detrectet; vt qui alium laudat, laudabilem ſe reddat, & qui Sanctorum merita admiratur, imitabilis ipſe vitæ ſanctitate, reddatur: nam ſi propterea iuſtos, fideleſq; diligimus, quod in ipſis iuſtitiam fidemq; ſuſpicimus, poſſumus nos quoq; eſſe quod ſunt, ſi faciamus ipſi quod faciunt, neq; enim difficile nobis eſt, quod ab ipſis geritur imitari: cum ſine exemplo ab antiquis talia geſta conſpicimus, vt non ipſi aliorum æmuli redderentur; ſed æmulando virtutes ſe ipſos nouis præberent exemplum: vt dum nos ex ipſis, & ex nobis alij proficiunt, ſic Chriſtus in ſuis ſemper ſeruis in Eccleſia ſancta laudetur.* Hactenus Chryſoſtomus: Ita quiſquis virtutis alicuius ſtudio tenetur, ideam ſibi in Sanctorum vita expreſſam adſpiciat, cui ſuos mores actus cõformare, nam *longum iter*, ait Seneca, *eſt per præcepta, breue, & efficax per exemplum: breue*, quia ſine multorum circuitione verborum rem ipſam exhibet: *efficax*, quia quod ab alijs factitatum videmus, non tam arduum eſſe cognoſcimus, quin à nobis quoq; fieri poſſit: ſi igitur caſtitatis amore nonnulli efferuntur, *ſit vobis* ſuadet talibus S. Ambroſius) *tanquam in imagine deſcripta virginitas, vitaq; B. Mariæ, de qua velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & norma virtutis, hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis, quid corrigere, quid fugere, quid tenere debeatis, oſtendunt.* Poſt Deiparam idea caſtitatis reſplendet pulcherrimè expreſſa in S. Vrſulæ ſodalitate; in hac relucent virtutis comites, vt quis pudici-

Et imitãdum in Sãctis. S. Chryſoſt. to. 3. ſerm. de Martyrib.

Exempla plus mouẽt, quam præcepta. Sen. ep. 6.

S. Ambroſius l. 2. de virginit.

Partheno-pædia eſt hiſtoria Vrſulana.

pudicitiam tueatur; arma quibus hostium insidiæ declinentur; instrumenta, quibus occasiones hosti tentando præscindantur; ea opera, quibus cœlitum fauores præsertim Deiparæ, & Sanctorum Angelorum aucupemur; quorum præsidio tuta sit esse virginitas contra occultissimas veteratoris machinationes: præsertim tam aduerto ea sole clarius hic emicare, quæ S. Ambros. in Virginibus requisiuit: Quisquis harum Virginum tutelarium suffragia feruenter expetit, virtutes ea ante conetur imitari, iuxta monitum B. Aug. *Si ad Sanctorum Martyrum consortium peruenire volumus, de imitatione Martyrum cogitemus: debent enim in nobis aliquid de virtutibus cognoscere, vt pro nobis dignentur Domino supplicare.*

S. Amb. lib. de virgin.

S. Aug. de S. Laur. ser. 30. de Sanctis.

Sed antè primum decerpamus fructum, & Dei infinitam sapientiam, potentiam & bonitatem in donis & gratijs ijs fauore prorsus singulari collatis, mirando veneremur, qui Magister & artifex harum virtutum mirabilium sodalitatis huius existit. *Primus enim* (ait S. Ambros.) *discendi ardor est, nobilitas Magistri:* Cuius excellentissimul & magnificentia, qua Sanctos hic donis & prodigijs, in patria verò gloria nobiliter cumulat, si à nobis prædicetur: solet & nobis vires animosq; ministrare, vt virtutē & fortitudinē Sanctorū ipsi possimus imitari: ideò Psaltes regius hortatur. *Regna terræ, cantate Deo, psallite Domino, psallite Deo, date gloriam Deo, super Israël magnificentia eius & virtus in nubibus: Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israël ipse dabit virtutem plebi suæ.*

S. Amb. l. 2. de virgin.

CAPVT II.

Diuina omnipotentia elucet in huius Sodalitatis Martyrio.

SApiens operis magni molitor solet sibi finem antè proponere, ad quem assequendum ea media deligit, quæ maximè scopo, quē sibi præfixit cōgruere videantur: ita diuina & æterna sapiētia voluit, si in vllo, in hoc certè martyrio diuitias omnipotentiæ, bonitatis, & sapiētiæ mundo declarare. Rectè Ecclesia in virginibus Martyribus nō ita cetera Dei attributa, vt potētiam demiratur diuinā, dum orat, *Deus qui inter cetera potentiæ tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam Martyrij cōtulisti:* & ire hoc vocat diuinę potentię, non tantum indicium: sed miraculum, quod is etiā sexus imbecillior, tyrānorum minas riserit, tormenta spreuerit, mortem atrocissimā ipsi sui amore desiderarit, quam viri alias fortissimi solent formidare: ita amat diuina sapientia minimis in rebus infinitam potentiā declarare; nā vt in Pharaonis deprimēda arrogantia non grandibus vsus, & ferocibus leonibus, elephantis, tygribus est, sed minimis ciniphibus, & muscis magnæ potentiæ clarissimis argumentis; quitā fragili & imbelli instrumento tantos inflati Regis spiritus edomarent: sic ad tropæū de carne erigendum & ideam monstrandam Regibus & Principibus viris ac fœminis, qua inuicta animi fortitudine se, suaq; omnia Dei amore prodigerent, puellę legit, ætate tenerā, sexu fragilē, conditione Reginā; cuius exemplum Reginæ totius Europæ potētissimæ, virgines orbis speciosissimæ ac nobilissimæ; ipsi etiā Principes ac Reges, imō diuersarum nationū Episcopi sequerentur, qui omnes relicta patria, spretis opibus, & familiaribus, itinere difficillimo, longissimo ac periculosissimo ad destinatā Martyrij palæstrā, velut nuptiales epulas properarēt, vt sicut 100. annis in duce Achatio, & decem militū millibus illustre viris fortitudinis Christianæ fuerat monimentū; seculo sequente, in sexu debiliore multo illustrius tropæū eregeret, adiūcta tot millibus aureola virginitatis, quā ingenti miraculo puellæ Principes vel Regiæ in aulis educatę, deuictis omnib. carnis illecebris incorruptā cōseruarit.

Martyriū Virginis miraculū est omnipotentiæ Dei.

Eam minima declarant.

Quod si tam luculenta virginitatis & fortitudinis documenta posteris singulæ quæq; Virgines reliquerunt, vt Barbara Nicomediæ ipso quo S. Vrsula an. seculi nonnullos coronata: vel S. Cecilia quinquennio ferè ante S. Vrsulam Romæ: S. genes, Agatha, Lucia, Catharina; vt rectè SS. Patres hæc ipsa proponant omni ætati & sexui imitanda: quid de his dicemus, quando ex omnibus Europæ nationibus plures, æq; illustres genere, multæ etiam illustriori prosapia genitæ, tot eodem in loco occubuerunt, quot multis seculis simul in omnibus totius Christiani orbis partibus vix constat esse coronatas?

Præterea

ræterea, si rectè de S. Agnete Romana S. Ambrosius exclamat: *Mirentur viri, non desperent paruuli, stupeant nuptæ, imitentur innuptæ:* quid dicemus de hac Sodalitate, cùm nulla hominum conditio, sexus, ætas, dignitas tam Ecclesiastica, quàm secularis possit reperiri, quæ hîc non inueniat proprium conditionis suæ, illustre exemplum? quando hîc etiam nondum nati mundo infantes, innocentium tamen priuilegio in sanguine suo Martyrij laureâ insigniuntur, vt sanè hîc diuina potentia vel maximè eluceat, quæ tam potenti dextrâ, & gratiæ tam copiosis præsidijs vndequaque millibus illibatam conseruauit in tantis periculis virginitatem, electis illis (vt alibi dixi) pauculis, quas libido corruperat: qui paruulis etiam, imò infantulis, illud animi robur addidit, vt nullis omnino exceptis simul gestierint gladijs barbaris occumbere, vt matres cum liberis omnibus, velut ad epulas, sic ad mortem properarent: & hoc magis exsultarent gaudio, quo plures liberos videbant se Christo è cœlo genuisse: ita hîc innocentum certamen, Machabææ matris victoriam, & fortitudinem quorumuis Martyrum, vno die diuina potentia renouauit, vt taceam inuictam animi constantiam, quam teneræ omnes Virgines in peregrinatione tam diuturna & difficili, per loca penè inaccessa, æstiuis caloribus, inter fidei hostes tenuerunt Dei omnipotentiâ prodigia Israëliticæ profectionis totiès innouante: illam iam fiduciam, qua Deo vocanti eiusq; omnipotentiæ innixæ teneræ Virgines omnia se posse arbitrabantur in eo, qui eas confortabat Christus.

CAPVT III.

Sapientiæ diuinæ argumenta.

Sapientiæ verò diuinæ infinitus thesaurus aperitur, dum tam facilibus & expeditis medijs, quos æterno consilio ex omni natione viros feminasq; delegerat coronandos, euocauit suaui, sed efficaci modo, vt sponte illecti & sua tracti voluptate ac cupiditate, ad ardua libenter sequerentur. Facilè id fuit exsequi diuinæ maiestati quod iam multis, non Acatholicis tantùm, ipsis etiam Catholicis incredibile videtur. Ideo ipsa diuina prouidentia paulisper inspicienda nobis est, vt modus, qui in hoc martyrio fuit vsa, clariùs proponatur.

Optimum mundi regimen.

Nemo ignorat res creatas optimè ab ipso Conditore suo gubernari, qui non vtrum alienam, sed vt propriam regit ac moderatur: ideo curam singulorum gerit, vel operum suorum: vnde bene nobiscum agitur, quòd nostri, & rerum omnium vnus tantummodo sit gubernator, cuius nutui alij pareant: nec tamen ita solet Deus regere singula, vt velit ad fines præstitutos contra propensionem & naturæ impetum ac voluntatem cogere; sed desiderijs ac impulsibus naturæ singulorum congruens suo tempore suauiter allicit, vt vltrò sequantur. Graphicè hanc rem describit S. Augustinus, dum ea Christi verba: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit illum*, ita ponderat: *Noli cogitare te inuitum trahi, trahitur animus & amore, nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba perpendunt, & à rebus maximè diuinis intelligendis longè remoti sunt, in hoc Scripturarum sanctarum Euangelio verbo reprehendamur, quasi dicatur nobis, quomodo voluntate credo, si trahor; ego dico, parum est voluntate, etiam voluptate traheris: quid est trahi voluptate?* Delectare in Domino, dabit tibi petitiones cordis tui, *cui panis dulcis est iste cœlestis: porrò, si Poëtæ dicere licuit:* Trahit sua quemque voluptas; *non necessitas, sed voluptas; non obligatio, sed delectatio; quanto fortiùs nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitiâ, delectatur sempiternâ vitâ, quod totum Christus est: an verò habent corpora sensus suas voluptates, & animus deseritur à voluptate suâ?* Subdit deinde: *Ramum videndem ostendis oui, & trahis illam; nuces puero demonstrantur, & trahitur: & quod curritrahitur, amando trahitur, sine læsione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur: sic ergo ista quæ inter delicias & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt, quoniam verum est, Trahit sua quemque voluptas; Non trahit reuelatus Christus, Christus à Patre? quid enim fortiùs desiderat anima, quàm veritatem?* Hucvsque subtilissimus Doctor

congruens naturis omnium. *S. Aug. tr. 26. in Ioan.*

Deus volẽtem trahit

voluptate non necessitate: exemplo ouis & pueri.

rem difficillimam manibus palpandam offert, quomodo fortem & efficacem iuſ-
nam vocationem comitetur ſuauitas, vt vocatus lubenti prolixoq; animo ſequatur
inuitantem.

S. Vrſulæ hamus Ætherij.

Ita caſtiſſimus animarum Sponſus amoris ſui illicibus pridem S. Vrſulam toto etiam ſibi obligatam tenebat; hoc velut hamo, & ſuo quidem cepit Ætherium Britanniæ decus, Principem iuuentutis, ea virtute iuuenem, qui gentilis adhuc illis corruptus vitijs vel illecebris, vitam ab omni labe grauiore puram traduxerat, hic parentum hamus efficitur; vterque filij impulſu fidem Chriſtianam amplectuntur vterque nauat operam, vt vndecim millia Virginum, velut ad ſplendidiſſimas orbis terrarum nuptias regias inuitentur. Hinc duarum familiarum Regiarum ornatus vtiliter diuino conſilio in Virginum illarum ornatum, commeatum ac profectionem prodiguntur.

Virginum oblectamenta.

Virgines etiam ipſę ſuo allectæ hamo à S. Vrſula naualibus & quaſi militaribus exercitationibus (eo tempore in Bohemia, & alijs regnis Virginibus vſitatis) egiè velut nouæ Amazones, ſummo parentum, Regum & Principum virorum gaudio retinentur: vt fama femineę claſſis per triennium tota ferè Europa exciret aduenas; ipſos etiam Virginum parentes ad longè iucundiſſima & inaudita Virginum certamina naualia, & nuptias illas regiâ magnificentiâ præparatas; præſertim eos, qui ſanguine vel affinitate Vrſulæ iungebantur. Hæc erat voluptas cuiuſque; hæc hiuba, qua volentes Deus occultis impulſibus, ad hanc primum Sodalitatem inuitabat, ac in his gentiles plurimos, quos ſpectaculis primò, deinde cognatorum amore, poſtea tandem ad fidem traductos etiam inflammata Martyrij cupiditate in illa Societate conſeruauit. Traxere etiam regiæ & cognatarum literæ: nam S. Vrſula Cunram Regis Orcadum filiam; Daria mater Geraſinam Reginam cum magno prolium & Siculorum comitatu accerſiuit. Multos ſororum, plures ſponſarum (quæ tantum venerant, Reginæ gynecæum cohoneſtaturæ) adduxit amor, vt eas Romam ſequerentur.

Suauis ad fidem conuerſio.

Iam verò collecto omni exercitu illuſtriſſimarum Virginum, quarundam etiam ignobilium, cùm ſingulæ in centurias & chiliades diuiſæ, à ſuis etiam chiarchis regerentur, ne inſolenti ſtatim fidei Chriſtianę profeſſione ab incepto detterrentur, naualibus cęperunt certaminibus, remorum agitatu, honeſta etiam morum conformatione ſenſim ad mandata Reginæ Vrſulæ capienda præparari, cuiuſq; ius ſapientiâ pluſquam humanâ (qua ſe cunctarum Virginum ingenijs & moribus ſuauiſſimè attemperabat) & nouitate certaminum ſine defatigatione & recreatione iucundiſſimarum ac colloquiorum dulcedine ſenſim delinirentur: & ipſa Regina iam cerneret animos non ſine præcipuo Dei auxilio deuinctos, & ad omnem nutum ſuum fictos; ſic vt multæ gentiles puellæ ea ſtatim imitarentur, quę Vrſulam regionis obſeruarent obire munia; facilè chiliarcharum crebris monitis Deo adſpirante Virgines plurimæ etiam gentiles caſtitatis & fidei Chriſtianæ amore ſunt inflammatæ, vt vltrò Baptiſmum depoſcerent; qui tamen multis maturo conſilio, quibuſdam etiam diuino oraculo differebatur; ne motus animorum ſiniſtri in præſentium amicorum pectoribus orirentur. Ita Anaſtaſia & Lucia duæ proles regiæ nonitæ ſunt cœlitus, vt non niſi Romæ tingi ſe ſinerent fonte Baptiſmali.

Nolo in his recenſendis eſſe longior, quando ex his liquet, quomodo primò tot millia Virginum coierint Societatem: horum etiam amore parentes, agnos, quorundam etiam ſponſos diuina ſapientia adduxerit ſuauiter, adductos alicam monitis, præeunte Ætherio ſponſo ad fidem amplectendam excitarit: at cùm iam ſatis diuinis myſterijs imbuti eſſent, ſenſim ad Martyrij lauream tot oraculis promiſſam, tot Regibus, Reginis & Virginibus præparatã ſtimulauit, vt exercitum virgineum ſecuti, labores peregrinationis libenter tolerarint, Deo interim gratiâ efficaci eorum corda permouente, vt qui ante affectu quodam ſiniſtro mouebantur, iam eos diuina gratiâ donatos, ſolus etiam diuinus amor, & incenſa Martyrij cupiditas ad claſſem in vltima nauali exercitatione conſcendendam, & rebus omnibus Chriſti amore vale vltimum dicendum, inuitaret. Sic & in itinere multos primò in ſi-

ti spectaculi virgineum exercitum videndi quædam inuitauit curiositas, vt Zachæum Christi adspiciendi: mox & virtutes imitandi ardor inuasit, vt se Partheneo exercitui adiungerent.

CAPVT IV.

Diuinæ bonitatis in hanc Societatem indicia.

Poterant singuli de Sodalitate hac dicere cum Psalmista: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*: tot habebant paternæ in se solicitudinis & prouidentiæ testia indicia; ita singulis prospexit in longinqua peregrinatione, de omnibus natiæ & gratiæ subsidijs, submissis ad tutelam & paternam tuitionem, præter Angelos, alijs etiam Cœlitibus; qui non protegerent tantum, & de commeatu necessario prouiderent; sed etiam adspectabili forma, vel in aëre, vel in terra visi mirificè recrearent; atque ad tolerandos labores ac Martyrij lauream proposito cœlesti brauio animarent. Vnde factum est, vt tot millia Virginum: tot etiam Reges ac Principes nihil deficeret eorum, quæ ad sustentationem etiam lautam requirerentur: vel si quid defuisset, eæ erant cœlestes deliciæ, ij pastus animorum, vt fastidirent etiam alimenta; nec vires tamen deessent, ad iter continuandum Deo vigorem occultum singulis subministrante.

Psal. 22. Paterna Dei cura.

Angelorũ adspectabilis præsentia.

Præuisio de eõmeatu.

Huius etiam diuinæ bonitatis clara sunt monimenta, tot ijs cœlitus in ipso itinere facta oracula, illa itineris molestissimi sine corporis vlla debilitate procutio: illa contra prædonum vel gentilium infestationes continua defensio; corporum sine inualetudine conseruatio; vt nec æstus læderet, nec pluuia humectaret; sed per Alpes & loca aditu difficillima quasi æquo & plano in paradiso caperent iter, decurrerent etiam.

Solatia peregrinationis.

Ac licet fuerit Deus, vt quinque vel plures fortasse Virgines, viribus deficerent ante, quàm Coloniam deuenirent, in hoc tamen eius infinita eluxit bonitas, tam in ægras Virgines, vt solæ ibi præcipuo honore nominatim colerentur, quam in loci accolas, quibus volebat de Diuis tutelaribus prouidere: eæ tamen ne è Britannia venerant cum Sodalitate, sed in via se ijs adiunxerant, quæ si eo fauore beneficio destituebantur, tanta tamen miraculorum magnitudine & varietate eas Deus in vita & morte decorauit, vt vel inde etiam suam in Sodalitatem, & omites omnes, bonitatem declararit.

Sed ne videar eadem toties recoquere: omnia certè, quæ in via patrata sunt miracula; eximia omnium etiam infantium nullo demto constantia in martyrio; honores post mortem ijs habiti, & quidquid vel hactenus dictum est, vel dicetur in posterum, quid nisi clamant maiorem diuinam bonitatem, quam illi pre alijs Sodalitatibus; vt argumentis testatissimis, demonstrauit?

Miraculorum frequentia.

Dignum profectò erat, cùm tot Reges & proles regiæ, tantâ liberalitate reli- & patria, parentibus, honoribus, opibus ac voluptatibus, Dei vnius obsequio corpore & animo se deuouissent, non sineret infinita bonitas vinci se munificentia; sed prodigeret etiam tam humana, quàm diuina subsidia; vt verum ostenderit illud Psalmistæ: *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.* *Psal. 54.*

Atque, vt hæc diuina dona meritò sunt nobis suspicienda, sic virtutes ijsdem collatæ constanter imitandæ, quas enucleatius deinceps examinabo.

***

CAPVT V.

Virtutes Sanctorum accuratiùs notandas esse.

Curiositas reprehensa à S. Iacobo 6. 1.

MVltos curiositas quædam inuitat ad recèns edita volumina euoluenda parum laborant, vt quæ imitatione digna legerint, exsequantur: similes ij qui verbi diuini præcones auidè quidem audiunt, nihil tamen minus cogitant, iam ista moribus exprimere: arguit eos grauiter S. Iacobus: *Estote autem factores verbi, & non auditores tantùm, fallentes vosmet ipsos: quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, consideravit enim se, & abijt, & statim oblitus est, qualis fuerit.* Ego tamen huius rei culpam non mihimaginipsis sæpe historicis censeo residere: nam piorum etiam scriptorum ea insedit illa opinio, vt siue in moribus, siue in factis, nisi prodigijs meris contexta monimenta fuerint, ea propè neglectui habeant: ideo virtutes carptim, & vix attingunt, pascant tantùm lectoris animum admiratione prodigiorum; non autem stimulent virtutum obuiarum vsu ad vitæ imitationem, & morum corruptissimorum correctionem. Ego sicut hactenus miranda prodigia produxi, dona gratiasq; Sodalitati huic tributas memoraui, vt pius lector ad venerationem Numinis, ad cogitandam prouidentiam, ad æstimandam potentiam & amandam bonitatem excitetur: ita iam fastigia summa virtutum attexere volui, & ex dictis eruere, ac imitanda directiùs pijs mentibus proponere, vt facta imitatu ardua lectorem compungant, & dum excellentissima tenerrimarum puellarum gesta aduertit, pudoris sit, non mediocrem quidem virtutis illius gradum obtinuisse. Vt meritò Lipsius censet, ex historicorum etiam albo expungendos, qui tantùm delectationem lectoris petant; parum de vitæ morumque disciplina soliciti: putatq; propterea Salustium & Tacitum ceteris anteponendos: quòd legentis animum, non vt Liuius reddant commotiorem; sed meliorem, & ad vitæ casus instructiorem.

Culpa in scriptorib. sæpe est.

Lipsius in ep. dedi. ad Caes. Maximil.

qui optimi historici.

Optimè sanè de publico pietatis ij censentur merituri, qui narrationem ad humanum vsum accommodarint, & historiam, vt verè esse debet, faciunt Magistram vitæ; dum enim per omnia officiorum genera, & gradus per omnes eam ducent, statim legenti apparebit, quàm longè à gradu illo virtutis abesse videatur. Metuendum alioqui sit, ne si quem præcelsa tantùm, & prodigia suspicere assuefeceris, neque illa præ infirmitate conetur assequi, neque media præ contemtu curet. Ideò

exemplo SS. Patrũ.

SS. Hieronymus, Athanasius, Ambrosius, Paulinus, Nissenus, & alij Patres, dum vitas Sanctorum conscripserunt, eorum præcipuè virtutes enucleatiùs ad imitandum proposuerunt: est enim & Gentilium assertione historia iuxta Ciceronem & Quintilianum, *Magistra*, iuxta alios, *regula vitæ*, quam Thucydides appellat *perpetuum thesaurum exemplorum*, Plinius finem illius facit, *quid optimè actum sit nobis proponere imitandum, seniorum consilia, quos longa ætas prudentiores effecit:* concludit *omnium rerum series, quibus hominis felicitas paratur, tribui historiæ debet: est enim custos eorum tuta cum virtute acta sunt.* Ideo copiosiùs virtutes huius Sodalitatis ad quotidianum vsum & imitationem accommodatas persequar.

& gentiliũ scriptorũ. *Cic. l. 2. de ora. ad Q. Fr.* ex definitione historiæ. *Plin. l. 8. ep. ad Lacer.* fine.

Scio, multos hoc meum studium, quasi putidiusculum, & ab historica ratione alienum, reprehensuros: sed ego, qui non fastidiosis doctissimorum æui nostri stomachis promulsidem propinare statui; sed pias mentes Virginum exemplo instituere, & ad morum conformationem excitare, parum illorum moror censuram. Morum autores non desunt multi, etiam Recentiores, qui eandem mecum historiæ Sanctorum scribendæ rationem inierunt: præsertim Petrus Canisius in vita S. Ridolini, Ribadeneira & Luduicus de Ponte. Quando nec Gentiles fastidiosos illos lectores multum attenderunt. *Quinam sit ille,* Liuius istis ingerit, *quem pigeat imminutis bellorum scribendo legendoq;, quæ gerentes non fatigarunt?* Et in simili re Liuius ait, *quin omnem insumemus operam, liceat fastidij periculum vrgeat, quando ita decretum est, minorem gratiæ, quàm vtilitatem vitæ rationem habere.*

Gentiles vtilitatem spectarunt lectoris, non delectationem *Liui 9 dec. 1. l 10. Plinius.*

CAPVT

CAPVT VI.

Fides ſanctarum Virginum, & contemtus terrenorum.

Fides

Item Apoſtolus Hebr. 11. deſcribit *ſperandarum rerum ſubſtantiam, argumentum non apparentium:* baſis enim eſt eorum, quæ ſperamus à Deo, & certitudo cum quadam euictione demonſtrationeq; intellectus, qua certiſſimè ijs, quę viſa non ſunt, adhæremus, non ſecùs ac ſi oculis cerneremus. Porrò actus fidei hoc cenſentur magis heroici, quo magis ardui ſunt, & cum vitæ etiam periculo copulati. Quæ cauſa eſt cur Eccleſia in Martyribus fidem maximè ſoleat celebrare. Hinc etiam tantopere Apoſtolus veterum Patriarcharum ac Prophetarum facta deprædicat: *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit neſciens quò iret; fide demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob coheredibus repromiſſionis eius: exſpectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere, & ſiquidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi: nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem.* Subdit de Moyſe: *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem; maiores diuitias æſtimans, theſauro Aegyptiorum improperium Chriſti: adſpiciebat enim in remunerationem.* De his concludit: *Alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemtionem, vt meliorem inuenirẽt reſurrectionem: alij verò ludibria & verbera experti ſunt, & carceres; lapidati ſunt; ſecti ſunt; tentati ſunt; in occiſione gladij mortui ſunt:* hucuſque ſanctus Apoſtolus. Quæ maximè quadrant in Scholaſticam Vrſulanam: nam Abrahæ inſtar fide promiſſæ cœleſtis hereditatis, egreſſæ *de patria & cognatione ſua*, venerunt in terram monſtratam ipſis à Domino: non vt cum Abraham loci illius vbertate fruerentur, ac circumfluerent opibus; ſed vt ſuis omnibus calcatis ſanguinem etiam ſuum prodigerent: nec etiam vt cum Abrahamo alienam victimam Iſaacum; ſed ſe ipſas imolarent holocauſtum Domino. Illi qui non vt Moyſes adoptatus tantùm Regis filius habebatur; ſed qui nati Regum filiæ regnorum opumq; ampliſſimarum heredes erant, omnibus honorum titulis repudiatis, verum *Chriſti improperium* & crucem amplexi, vltrò corpora ſua configenda telis, ſecanda gladijs, tranſadigenda lanceis obtulerunt: *reſpiciebant* enim fide inſtructi *in repromiſſiones*, inquirebant patriam, non illam, è qua ſponte exierant; ſed cœleſtem longè illâ meliorem, ad quam fide illuſtrati ducebantur.

excellẽs in patriarchis *Hebr. 11.*

Moyſe,

Martyrib^a

Maior Virginũ, quã Abrahæ,

Moyſis.

Permulta exſtant in B. Hermanno huius fidei & ex ea nati contemtûs rerum caducarum exempla. Vnum S. Sibiliæ Reginæ ſufficiat: *Sibilia, inſtante peregrinationis tempore, cum eis proficiſcitur, contemnens regnum temporale, Chriſti amore, glorioſæ Matris eius dilectione: iuuencula ſiquidem erat vix annorum viginti: nam diſceſſu ſuo fabricato multorum corda dolore vehementi vulnerauit. Dolebat Rex ipſe maritus eiuſdem Reginæ ſuper ipſius abſentia: mœrebant populi regni ſui: imò vniuerſi, qui eam nouerant, ex diſceſſum lacrymoſis vocibus lugebant. Erat enim iuuenis ætate; ſed mentis intelligentia, atque animi ſagacitate & diſcretione multâ vigebat, omnibus erat amabilis, vniuerſis docta. Ecce Regina hæc adhuc iuuencula, omnia contemnens reliquit, vt Chriſtum lucrifaceret. Reliquit terras, regnum & diuitias, reliquit maritum Regem, & tres liberos paruulos, maſculum vnum, prætereaq; duas puellulas: deinde corpus & animam pro Domino contemnens peregrè profecta, moritura coronam Martyrij pro corona regali concupiuit.* Si vnde, amabo, tantam eſſe natam omnium rerum contemtionem mundiq; deſpicientiam arbitramur?

Ano. 1206. Patet in Sibilia Regina.

Habet ſuas fides comites indiuiduas, ſi fixa & firma ſit: qui enim credit, ei naſcitur deſiderium inquirendi ſtudioſè, vt credita cognoſcat, & eorum veritatem perſuadat applicando mentem vehementer, ad res cum intimo cordis ſenſu commentan-

Comites fidei duæ,

meditatio mentandas; porrò cùm cognita veritate in ea cum animi exsultatione conqu[illegible]
contemplatio dicitur, quæ gignit comitem fidei alteram, mundi contemtum [illegible]
contemtus mundi cet enim, quàm vilia sint, quàm fluxa, quàm caduca carnis gaudia; quàm indi[illegible]
eorum amori perpetua cœlestiaq; bona postponere, ad quæ æternùm possi[illegible]
Deus nos procreauit. Hic fons, è quo manauit illa Sibiliæ & SS. Virginum [illegible]
in Virginibus. fluxarum contemtio, & desiderium æternorum. Quàm verò S. Vrsula rerum [illegible]
narum commentationi dedita fuerit, satis ostendunt diuina oracula, quæ cù[illegible]
lestibus rebus indagandis vacabat, diuinitùs hausit; eandem rerum cœle[illegible]
contemplationem assiduè Virginibus commendabat: vt & in ijsdem seculi [illegible]
contemtus, fidei comes, oriretur.

Quã vilis eis mund⁹ Verè totus terrarum Orbis cum omnibus mundi pompis, carnis ille cel[illegible]
pum inuitamentis, & S. Vrsulæ & toti vilescebant Societati, cùm vera fide [illegible]
henderent caduca illa esse: at quibus inhiarent, sempiterna: & horum qui[illegible]
more parum S. Vrsulæ fuit calcare omnia, nisi idipsum sponso suo Ætherio; [illegible]
Regibus & Principibus viris; nisi tot millibus Virginibus, quà exemplo, quà [illegible]
persuasisset, vt vita etiam contemta Christum sequerentur, & ad regni cœles[illegible]
reditatem spretis terrenis euolarent, quæ tanto regnis omnibus mundi præst[illegible]
est, quanto æterna caducis, vera & certa bona falsis & apparentibus antece[illegible]
Hinc nunquam per contemtum omnium gloriosiùs de mundo triumphatu[illegible]
quàm cùm puellæ vnius exemplo tot Comites & Duces relictis titulis; tot [illegible]
& Reginæ relictis sceptris & regnis, pompam, opes, honores, commoda corp[illegible]
mnia deposuerunt, atque seruorum more in ætatis flore, patrio egressi solo; [illegible]
carne & sanguine omniq; cognatione, quò Deus vocabat, sponte concessere, [illegible]
amore è ditissimis inopes, è summis imi effecti: licet antea populis, vrbibus [illegible]
gnis imperassent, iam vnius puellæ imperio se sponte subdiderunt, exemplo C[illegible]
subiecti, tamq; longam ac periculosam emensi viam, capita etiam sua barbar[illegible]
gladijs viuâ fide, & spe cœlestium bonorum erecti, ferienda libentes & volent[illegible]
tulerunt.

Videant hîc terræ filij, qui bella, vel opum congerendarum, vel regni p[illegible]
gandi causâ suscipiunt, quid sectentur, quid tam ambitiosâ cupiditate deside[illegible]
Pũctũ est, Nonne stolidi, qui mundi punctum vnicum immensis cœli spatijs antepo[illegible]
Seneca. *O quàm ridiculi*, ait Seneca, *sunt mortalium termini! punctum est, quod inter tot [illegible]*
ferro & igni diuiditur: sursum ingentia sunt spatia, in quorum possessionem animus a[illegible]
Plinius. *titur.* De hoc puncto scitum & illud Plinij dictum est: *Hæc est materia gloriæ n[illegible]*
hæc sedes, hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes capimus. Interim æt[illegible]
regni cœlestis opes & honores negligimus.

Insania cosmophilorum. Sed ista, prô dolor, insanissima prorsus insania deploranda: quòd illa Chr[illegible]
ni diligant, ob quæ sciunt, æterna sibi parata supplicia, & similes non consol[illegible]
lamentationes, Sap. 5. *Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit [illegible]*
& sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lætati sumus in via iniquitatis & perditioni[illegible]
ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus, quid nobis profuit su[illegible]
vitæ, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam v[illegible]
& tanquam nuncius percurrens, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aq[illegible]
cuius, cùm præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ eius in fluc[illegible]
aut tanquam auis, quæ transvolat in aëre: cuius nullum inuenitur argumentum iti[illegible]
sed tantùm sonitus alarum verberans leuem ventum.

Psal. 4. *Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis [illegible]*
dacium? terram cœlo præponitis, mundum Deo, momentanea sempiternis? [illegible]
profectò hîc deficit: ideo tot viri nobiles & principes in aulis Regum splendi[illegible]
seruiunt seruitutem, inani spe lactati, splendore vano seculi occæcati: quibus [illegible]
uæ, solidæque fidei radius, vt huic Sodalitati illuxisset, næ illi agnita tam graui [illegible]
splendida seruitute, eam generoso ac Christiano animo cum seruitute Dei, id[illegible]
vera libertate commutarent, res illas mundi velut caducas despicatui ducerent [illegible]
vnqu[illegible]

...mà omnes Orbis opes & honores tanti æstimarent, vt propterea per peccatum ...a cœlestem negligerent gloriam, nullo tempore circumscriptam.

CAPVT VII.

Mira vitæ puritas in Sponso Aetherio adhuc Gentili.

...homas facit puritatem effectum fidei, cùm enim impuritas rem aliquam vi- ...oribus admisceat; anima, dum per fidem Deo inhæret, à lutea terrenarum re- ...ommixtione separatur, vt pura consistat, sine earum contagione; ideo S. Pe- ...: *Fide purificans corda eorum.* Huic puritati beatitudinem ac Dei visionem pro- ...Christus: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Hac Christus excel- ...*i peccatum non fecit.* Quem Sponsum vt S. Vrsula cum Virginibus sequeretur, ...n elaborauit, vt à patrijs sedibus, consuetudine cognatorum, splendore opum ...orum segregatę, solæ inter se, vel diuinis vacarent rebus, vel naualibus inten- ...curis, vbi facilius mens poterat à vitiorum contagione liberari; cùm nihil ...erent vel agerent, (præsentes semper suæ chiliadi, chiliarchæ & tot lectissi- ...sanctissimis Virginibus) quod non Christum saperet, aut honestatem redo- ... Præsertim verò cùm in itinere Romam tenderent; & se paulatim ad Mar- ...rium compararent, nihil vsurpabant oculis, nihil alijs hauriebant sensibus, quod ...animi puritatem inquinaret. Vt S. Vrsula videatur cum plerisque Virginibus ...entiæ vestem nullâ vnquam grauiore noxâ inquinasse.

S. Tho. 2.2. q. 92. a. 2. Effectus fidei puritas. *Act. 15.* *Matth. 5.*

Eximia verò laus est, quam S. Elisabetha Cœlitibus internuncijs de sponso Ætherio audijt: nam cùm is ætatis anno 25. Martyrio coronaretur, & totam vitam Gentilis exegisset, extremo vitæ tempore baptizatus, is tamen, qui titulum sepulturæ confecit, cum mente diuinitùs illustratâ in eam vitæ totius Ætherij innocentiam & puritatem animum intenderet, tales iudicauit annos ætatis omnes, vt fideles (quasi in fide semper exactos, & secundùm fidei normam directos) censeret ...nominandos. Angelica verba recitemus: *Ante, quàm fidem Christianam susce- ...pisset, tam modestè tamq; innocenter vixerat, secundùm statum vitæ illius, quam hic gere- ...bat vt videretur scriptori tituli, eius rectè omnes annos illius fideles posse appellari.*

Rara gentilis Ætherij innocẽtia.

S. Elisabeth c. 11.

Subscribit S. Elisabethæ B. Hermannus, qui hanc animi puritatem matris Demutiæ tribuit sanctæ educationi, his verbis: *Denique regius ipse iuuenis, tantæ Virginibonsus, adhuc Virgo existens, nunquam mulierem cognouit, aut vxorem, custodiente ...illum matre sua, & doctrinante optima muliere, & Regina pijssima, quæ in omni castitate, ...munditia & honestate morum eum instituens, erudiuit. Discant ergo matres ab ista sumentes exemplum, doceant filios & filias suas atque familiam castè viuere, iustè & piè ...uiuere.*

Anonym. l. 1 c. 19.

Nec censurâ nobis ideo Theologorum pertimescenda est, qui communi assensu docent, neminem sine gratia diuina, posse diu legem naturalem absque grauiore peccato obseruare: potuit enim hunc Deus gratiâ præuenire; potuit externis gratiæ cœlestis adminiculis à grauiore lapsu immunem seruare; sicut Cornelio centurioni factum multi docent: is enim licet Gentilis, appellatur tamen à Scriptura *religiosus, iustus, ac timens Deum*: de quo ita S. Petrus loquitur: *In veritate ...comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.*

Act. 10. Cornelius Centurio gentilis & iustus.

Exstat in vita P. Iosephi Anchietæ gemina historia. Obibat Iosephus prouinciam, cùm à comitibus digressus, solus in siluam penitiùs intrauit, nullo certo consilio, nulla ei subditæ rei noua oborta cogitatione, sed quasi alterius manu duceretur, in senem incidit Brasilum humi abiectum, atque arbori applicitum: is patrem ...se adeuntem, his vocibus compellat: Perge huc adire, tam diu enim tibi hic

l. 2. vita Anchietæ f. 171

Indus gentilis senex innocens.

præstolor. Quærit ex eo Pater, quinam sit, quaque ex terra vicoq; eò venerit: Respondet senex, patriam suam mari imminere, aliaque adiecit, ex quibus Pater intellexit, eum ex remotioribus terris à Lusitanis non habitatis, vel ministerio, supra quàm humano eò translatum, vel diuino aliquo monitore ac duce suis gressibus venisse, ex quo labore & ætate fractum ibi quieuisse, diuini promissi fidem exspectantem. Quæsiuit rursus Pater, quid eò venisset, & quid sibi quæreret? Respondet vt rectam vitam præcipiam, hoc loquendi modo Brasili diuinam legem & iter ad salutem intelligunt. Cùm multa de eo exquisiuisset, accurateq; vitæ genus per omnes ætatis partes perscrutatus omnia illius facta cogitataq; excussisset, cognouit ipsum nunquam plus vnam coniugem habuisse, nunquam bellum aut arma nisi sui defendendi causâ suscepisse: denique omnibus subtiliter minutatimq; expensis statuit apud animum suum Pater, hominem illum nunquam letali culpâ naturæ legem violasse, vt verissimum illud esse credamus, quod de id genus hominibus integerrimæ vitæ innocentiâ in infidelitate viuentibus, sacræ nos docent interpretes doctrinæ. Comperit præterea hominem naturæ bono magnâ præditum cognitione rerum pertinentium ad animum, æqui præsertim & iniqui: tum etiam ipsius naturæ Auctoris. Et cùm multa illi de veræ Religionis mysterijs Pater exponeret, subijciebat identidem: Se intra animum suum ita sensisse, sed expromere nescisse; ergo satis instructum, labore vt ærumnis itinerum ætateque confectum, quorum solutio instabat, aquâ pluuiali ex carduo collecta (nulla enim alia in arenis istis appetebat) baptizauit, Adamumque illi nomen dedit, qui tam diuino affectus beneficio, operante intus virtute sacramentali, diuinæ in se gratiæ sentiens charismatis oculis manibusq; in cœlum sublatis, læto vultu diuinæ bonitati primùm, tum etiam Patri gratias agit, & quasi expetiti voti compos, cùm superesset nihil eorum, quorum causâ illuc diuino ductu venerat, omni solutus curâ, animam sacro Lauacro expiatam in ipso primo suæ regenerationis vestigio Deo reddidit, Patre obeuntem statis de more precibus commendante, corpus exanime, Pater sacris adiunctis precibus subitò sepeliuit. Hucvsque vitæ scriptor.

Vnde non est cur quis supra fidem ea putet fuisse, quæ de hoc ipso S. Æthrio sponso retuli, quòd auditâ conditione propositæ Religionis orthodoxæ non tantùm statim assensum dederit; sed patrem etiam ad Baptismum suscipiendum aliquid induxerit: nimirum illa cordis puritas (qualis ex hoc sene patuit) statim mysteria de Deo peruidebat: & intellectus (voluntate nullo affectu vitioso pollutâ) vt per aquam limpidam fontem ipsum veritatis rimabatur: hæc ipsa vitæ puritas eum disposuit, vt alterum Societatis totius caput euaderet, cuius exemplum agnati etiam Reges Principesq; sequerentur.

CAPVT VIII.

Magnitudo animi & fiducia in aduersis.

Fiducia in Deum.

EX fide eximiâ & puritate vitæ S. Vrsulæ & Sodalium, singularis in Deum fiducia nascebatur: cùm enim Vrsula sociæq; comites soli Deo niterentur, nihil arduum nimis putabant; sed immensâ quadam animi magnitudine maxima quæque moliebantur: vbi enim diuinus agebatur honor, nulli cedebant difficultati, periculove: vnde nascebatur omnibus in rebus, præsertim verò arduis suscipiendis generosa mentis celsitudo.

Petebat Agrippinus Rex gentilis & barbarus sponsam filio, adiunctis minis si detrectaret: S. Vrsula non dubitauit cœlitùs monita nullam inire matrimonij conditionem, nisi & filius antè promitteret se Catholicæ religioni accessurum & vndecim virginum millia tribueret, quibuscum triennio suam consecraret virginitatem; quid hoc aliud erat (si rem humanis momentis & rationibus expendere voluisset) quàm igni oleum addere, Regem barbarum armare in patriam, mitiùs hoc age-

apparet ex pactis dotalibus.

...m suasisset Politicus aliquis; dissimulandum Religionis negotium: non ita ... Vrsula, Dei enim promissis innixa, non dubitauit audacter postulare, quæ ... sciebat posse & velle Vrsulæ auspicijs perficere.

... lapsum erat iam triennij spatium, vt fides pacta Matrimonij ineundi vrgere- ... a, cui diuina facta erat promissio, votum quod Deo conceptis verbis nuncu- ... certa nullo casu violare, non ambigebat, quin diuina prouidentia modo licet ... ioso consultura esset virginitati. in fine triennij.

... Maximè verò hæc animi altitudo, difficultatum ac periculorum contemtio ... it in susceptа Romana peregrinatione, in qua non tantùm tot Virgines tene- ... ras, d plurimos etiam pueros, multas lactentes adhuc infantulas cùm adsciscebat, ... itas illa videri potuisset, cum ijs pedestre iter per tam longinqua & penè in- ... à Alpium iuga moliri, nisi diuinis magis, quàm humanis consilijs & auxilijs ni- ... enter ea susceпisset, quæ Deo iubente se aggredi non dubitabat. in suscipienda peregrinatione cum parvulis.

... Aderat periculum nauibus, cùm Basileam tenderet per medios Germanos ho- ... qui non ita multò pòst rupto cum Romanis inito fœdere, Galliam cædibus & ... s vexauerunt; sed longè maius cùm per Italiam pedites ituræ fortè occurre- ... egionibus Romanis (si aliquis miles, vel totus exercitus ex Italia in Germa- ... est transportatus) contra Germanos properantibus: nulla alia re contra ta- ... ium militum, prædonum, vel quorumuis Gentilium furorem, nisi Dei fiduciâ ar- ... matur, secura periculorum, cuius exercitus præsidebat Dux Deipara, metato- ... ribus Angelis, comitibus Cœlitibus, cuius consilia omnia susceпti itineris Deus i- ... ipse moderabatur: nihil enim moliebatur S. Vrsula Deo antè consulto, quod ... tatim aggrederetur, nihil inchoabat, quod non diuino opitulante auxilio ab- ... ret. Pericula nauigationis. itineris pedestris.

... Denique in ipso certaminis loco, quàm multa esse poterant, quæ virilem ani- ... mum ob magnitudinem periculi, feritatem barbarorum, comitum teneritudinem ... cissent, non tam de proprio laborantem discrimine, quàm salute aliorum, ne ... Virgines libidini barbarorum cum animæ periculo reseruarentur; sed vnum ... batur oraculum diuinitus acceptum, se Coloniam integro comitum numero ... rsuram, & nullâ demtâ Martyrij palmam omnes consecuturas. Sic enim hi- ... æ veteris cap. 11. dicitur: *Romam peruenies, peractis q; votis integro comitum tuarum numero huc reuerteris in pace.* In Martyrio.

... Ita quæ tota in peregrinatione diuinam semper ex- ... a præsentem opem fuerat; quæ in commeatu procurando tantæ multitudini ... tularium Angelorum solicitudinem, vt nihil deficeret, Dei vnius nixa præsidio, ... omnes voce & exemplo ad constantiam fuisset exhortata, vltrò & cum primis ... ilijt in mediam hostium aciem, se barbarorum configendam telis obtulit, licet ... no consilio vltima seruaretur, vt comitum suarum spectatrix esset, & hortatrix ... taminum, & iam certa de earum victoriâ ipsa demum nouissima triumpharet. ... enim vitæ & consiliorum suorum Autori quibuscunque in rebus confidebat: ... enim eius vnius amore & voluntate opus hoc heroicum susceпisset, non pote- ... de diuina bonitate & prouidentia diffidere, quam semper præsentem & propi- ... in omni periculo fuerat experta. Deo soli innixa.

... Similia possent de aduentu Episcoporum, & de S. Cyriaco Pontifice comme- ... rari: hic clauum Ecclesiæ tunc maximè videbatur deserere; cùm eo præcipuè ... Ecclesia egere videretur: sed ipsum non latebant innumeri Dei modi necessitati- ... bus Ecclesiæ prospiciendi, nec defore viros idoneos, qui Romanæ Sedi præficeren- ... , si ipse Parthenium exercitum (ad quem à Deo inuitabatur) quà consilio, quà ... emplo ad Martyrium præpararet: in quo cùm flos delibatus, totius Christiani ... is Ecclesiasticæ & secularis dignitatis viri Principes cum tot millibus Virginum ... dem die holocausto Deo gratissimo immolandus esset, decebat vt sacrorum An- ... es non interesset tantùm, sed etiam præesset illi Martyrio, nec precibus tantùm ... verbis, sed exemplis etiam ad pugnam animaret. Fiducia S. Cyriaci Papæ.

... Quid ego S. Ætherij sponsi magnitudinem animi, & Deo nixam fiduciam ... dicem? qui cùm Deo vocante sequi iuberetur Societatem: cumque reuocaret Animi magnitudo sponsi.

salus

salus subditorum, præsens absente & occumbente Rege Britanniæ periculum e. tardarent orci satellites coniurati, vt viam eius tot difficultatum molibus c. ptam impedirent, infracto tamen animo aggressus iter, diuina ope fretus con. it feliciter, teste B. Hermanno cap. 10. *Ipse quidem diuino fretus consilio, cælestiq; tus adminiculo sponsam suam & exercitum illius animo insequitur virili, Angelica p. tectione deductus.* Subdit: *Cumq; idem iuuenis cum suis comitibus Virgines sacras summ. sequeretur festinantiâ, dæmones illum frequenter impetentes retrahere nitebantur, ali suggerentes, qui Dei protectus custodiâ Angelicoq; munitus præsidio cœptum iter de. perseguitur.*

Matrum cum filijs.

Omitto magnitudinem animi, quæ in viris Principibus & Reginis multa. prolium & tenerarum præsentium parentibus enituit. Erat Gerasina 5 liberor. mater: alia Princeps femina 6 adducebat proles: omnes diuino nixæ præsidi. liberos ad fortiter moriendum, Deo fretæ præpararunt, & innocentes ante se v. mas præmisere. Sed de hoc in constantiâ animi, alius erit dicendi locus. Nos. tùm hæc generosa animi, Deo nixa fiducia admonet, cum vocante Deo opus e. gium ad eius gloriam auspicamur, nihil putemus tam arduum, quod non cœli. freti auxilio perficiamus: est enim hoc seruorum Dei proprium, vt apud se. os humiles & abiecti suis semper diffidant viribus, in diuinis negotijs mirè fortes ac & constantes; nec enim ambigunt, quod viribus deerit, abundè diuinæ opis p. senti supplendum auxilio.

proprium est humilium diffidere sibi, confidere Deo.

CAPVT IX.

Caritas in Deum.

Caritas ex operibus emicat. S. Greg. in Euangelia.

CAritas erga Deum operibus potiùs, quàm verbis cognoscitur: Ignis est, qui cùm Dominus succenderit, per ostia, fenestras, tectum vndique erumpit, factis, verbis & operibus se prodit; teste S. Gregorio: *Probatio veræ dilectionis, exhi. tio est operis.* Ideo diuini amoris granditatem ex operum magnitudine; quæ ei causa S. Vrsula suscepit, possumus dimetiri.

Vnus amandus Deus.

Ac primò quidem, vt pura mens in Deum toto affectu raperetur, exuit fi. more rerum omnium creatarum; imò sui ipsius, ita vt tota mentis intentione & v. sideriis omnibus in vnum Deum collatis, ardentissimo solius amore æstuaret, hi. exarsit virginitatis vouendæ & conseruandæ inflammata cupiditas, ne amor in c. iugem & liberos varijs quasi diuisus alueolis, pigro & lento fluxu in Deum defl. ret, in quem vt fontem suum perennem, toto volebat, & latissimo aluco omnibu. amoris guttis redundare. Hinc illa natâ abdicatio opum & curarum secularium, vt omnes cogitatus suos in vna Dei gloria propaganda fixerit. Et quia non du. tabat, quin Dei gloria maximè aliorum salutis procuratione promouerctur; in ha. etiam curam, vt postea dicetur, incubuit, vt & suo exemplo, & monitis opportu. quos posset, ijsdem facibus diuini amoris accenderet: nihil enim iam ipsa caduci. appetebat, opes, honores, delicias, cum Apostolo, vt stercora detestabat.

& proxim. propter Deũ

Parentes verò, affines & sanguine iunctos, eo solùm fine teneriùs amabat, qu. ea coniunctio naturæ pararet aditum faciliorem ad eosdem etiam sanctis & diui. amoribus succendendos, & ad Martyrij lauream inflammandos.

cogitabat sẽper Christũ Vrsula.

Habet hoc amor quasi proprium, vt plus ibi sit, vbi amat, quàm ibi, vbi anim. extra se quodammodo rapit amantem, vt cogitatione & affectu semper feratur. dilectum, sui oblitus: ita S. Vrsulæ cogitationes ac desideria in solum IESVM fi. præstabant, vt curam omnem corporis proprij negligeret: hoc enim vnum sataga. bat, vt corpore etiam ieiunijs, vigilijs, & varijs asperitatibus domito se præparar. ad holocaustum Christo immolandum, quo sic dilecto similis efficeretur, cui. perpessionis commentationi plurimum impendebat operæ: poterat enim ijsdem quibus multis pòst seculis mellifluus Doctor Sponsum suum compellare verbi.

& hunc crucifixũ.

quod me plus mouet, plus vrget, plus accendit; super omnia, inquam, reddit amabi- S. Bern. ser. 20. in Cant.
mihi, Iesu bone, calix, quem bibisti, opus redemtionis nostræ: hoc omnino amorem no-
facile vindicat totum sibi, hoc (inquam) est, quod nostram deuotionem & blandius al-
iustiùs exigit, arctiùs stringit & afficit vehementiùs: multum quippe in eo laborauit
or, nec in omni mundi fabrica tantum defatigationis assumsit: ille denique dixit
& facta sunt; mandauit & creata sunt; at verò in hoc & in dictis suis sustinuit contra-
dictiones, & in factis obseruatores, & in tormentis illusores, & in morte exprobratores:
Ecce quomodo dilexit. Hæc S. Bernardus.

In huius amoris contemplatione habitabat S. Vrsula: in hac idea affectibus & moribus exprimenda desudabat, ambiebat vti mortales terræ filij dignitates, sic ipsa per tormenta acerbissima, sanguinis pro sponsi amore profusionem; & quia sibi non tantùm, sed & alijs eandem palmam sitiebat, licet multos obtrectatores aduerteret; licet tot obiectas difficultates & pericula; amor ille diuinus hæc ipsa multa & aduersa ardenter expetebat, vt amoris sui magnitudinem aduersis ipsorum suo comprobaret: vnde labores itineris & molestias tam diuturnæ peregrinationis, quæ toti poterant virgineo exercitui imminere, amoris diuini magnitudo nescientiebat quidem. Habet enim hoc omnis amor, quod laborem minuat, imò dulcem faciat, quem dilecti causa aggreditur. Vnde de S. Vrsula dici potest, quod de S. Paulo prædicat S. Chrysostomus, ex verbis Apostoli Corinthijs ita scribentis: *Placui mihi*, inquit, *in periculis & infirmitatibus meis: Itaque cùm inter medias inimicorum versaretur insidias, orans tamen de omni referebat coram impugnatione victorias, & vsque cæsus verberibus, affectus iniurijs & maledictis, quasi triumphales pompas ageret, hebra tropæa strueret, orabat, gratiasq; referebat Deo, dicens:* Deo autem gratias, qui semper triumphat nos: *Itaque ad confusiones & iniurias, quas, ob prædicandum Christum sustinebat magis, quàm ad bonorum oblectamenta properabat, mortem potiùs, quàm vitam appetens, paupertatem, quàm opulentiam, & multò amplius laborem desiderans, quàm alij requiem post laborem; & mœrorem magis eligens, quàm alij voluptatem: studiosius inimicis orans, quàm alij aduersus inimicos.* Subdit: *Tyrannos verò ipsos, & populos frantes furorem, esse velut quosdam culices existimabat, mortem verò & cruciatus ac omne supplicia quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo propter Christum aliquid sustineret: Tunc enim amplectebatur libenter, & decorabatur vinctus catena magis, quàm diademate coronatus, libentiùs verbera excipiebat & vulnera, quàm alij brauia diripiunt, & dolores non minùs, quàm præmia diligebat, cùm ipsos vtique dolores duceret loco præmiorum.* Huc vsque S. Chrysost.

Sitiebat aduersa, & tormenta amore Dilecti.

amor facilia reddit grauia. S. Chrysost. ho. 2. de laudib. S. Paul.

Exemplo S. Pauli

ridet Tyrannos, tormenta; dolores.

Simili amore inflammata S. Vrsula, & ipsa suas toto itinere inflammabat comites & contumelias ac opprobria amicorum, affinium parentumque, quorum filiæ abducebantur, ferebat animosè, & ad Martyrij certamen cum suis properabat cum gaudio, velut ad epulas; sagittas verò, gladios & lanceas, velut rosas & amœnis iacula aduerso excipiebat pectore & corde quidem libentissimè, quod prædicti amoris diuini sagitta sauciarat. Paria de sponso Ætherio dicere possem, qui postea, quàm ardentissimum sponsæ amorem in Deum transtulisset, eadem subeundi Martyrij cupiditate ferebatur, præsertim cùm tam inflammatum S. Vrsulæ in Deum amorem obseruaret, vt inter primos coram sponsa pro Christo lubens occumberit. Idem in S. Cyriaco & alijs Virginibus obseruatum: nam spretis blanditijs ac promissis, Tyranni cruciatus horrificos & immanem membrorum lanienam anxiè Sponsi sitiebant, vt aliquam vicem munificentissimo Conditori & dilectissimo Seruatori ac Sponso rependerent: dulces itaque labores itineris, dulciora supplicia, ipsa denique mors longè dulcissima, quæ dilectam dilectissimo, mortis genere similem coniungeret, nullo fine separandos. B. Hermannus amori tribuit discessum è patria, cùm ait: *Quantus ibi luctus, quantusq; mœror & planctus, cum filiæ nobiles, tamq; decoræ & elegantes à parentibus & amicis ab inuicem separarentur: atque vt nulla foret de cetero remeandi? gladius tui amoris hoc fecit, bone Iesu, bis acutus, qui separauit filios & filias à parentibus, à caris & notis.* Vt clauus clauum, sic amor Dei carnis & sanguinis amorem violenter excutit: commendat idem l. 2. c. 13. in Pipino Rege,

Amor S. Ætherij.

Ann. l. 1 c. 9 Virginum in discessu

Pipini Regis,

Rege, coniuge, liberisque, ardentem Dei amorem: *Rex*, ait, *Pipinus, vxor illius illustris Margarita dicebatur: illustres ambo exstiterunt genere atque morum nobilitate: gentes, ingenti etiam Dei amore feruentes, desiderabant & ipsi peregrinari pro Christo. Rex iunior Adulphus incredibili Christi ardens dilectione, religiosus fuit & Deo deuotus.*

Adulphi.

Quàm viles istorum animi sunt, qui terrena contemto summo & infinito bono tam afflictim deperiunt? vilem terram Deo anteferunt? nam, *quod amat* ait S. Augustinus, *hoc es, terram amas, terra es.* Cur non Virginum istarum exemplo Deum præ creatis diligimus, vt Dij quodam modo efficiamur, & *filij Excelsi omnes*? *qui* enim *adhæret Domino, vnus cum eo spiritus efficitur.*

CAPVT X.

Resignatio in voluntatem diuinam, Pax & gaudium mentis.

Fundamentum pacis resignatio

S. Basilius rectè sanctitatis & perfectionis vitæ Christianæ summam in eo ponit, vt omnia tam parua, quàm magna Deo tribuamus, nosq; in illis sanctissimæ illius voluntati conformemus. Rectè etiam Ascetæ hanc radicem omnis pacis, quietis & gaudij spiritualis constituunt: hæc enim non aliter hominem in manus Dei consignat & tradit, quàm pauxillum luti est in manu figuli, vt is de illo vt faciat, quodcunque voluerit: ita vt ipse iam non suus esse, non sibi viuere, comedere, vel laborare velit; sed Deo, cuius honori cuncta eius opera velificantur: sic in euentis quibuslibet, vt prosperis, sic aduersis exclamat: *Paratum cor meum, Deus.*

Oritur ex amore.

Hæc voluntatis propriæ abdicatio ex amore ardentissimo Dei in S. Vrsula nascebatur, cuius enim amori & se, & castitatem, vitamq; deuouerat, eius etiam voluntati consignarat se cunctis in rebus gubernandam. Fortè ipsa quietis amantior, voto iam concepto virginitatis, parabat priuatim paternâ in domo soli vacare Deo, & rerum diuinarum commentationi: sed Deus ipsam in pulucrem & solem vocabat, vt cùm hostibus innumeris, in acie prælia Domini præliaretur, quando sic cœlitus est, coniugij fœdera certis paciscì legibus, & tota incumbere in salutem tot millium animarum.

enituit in deferenda patria.

Collecto iam omni exercitu virgineo, & per triennium varijs naualis bellimulacris exercito, patria diuino monitu erat deferenda, vltrò cum suis comitibus & nunquam libentiùs classem subijt; diuinitus, vt sciebat, abripiendam: neq; laborabat, quò locorum, cuncta æternæ prouidentiæ nutui committebat. Stat in anchoris Coloniæ classis, Angelo iubetur internuncio Romanam cum tenerimis Virginibus suscipere peregrinationem; quam promtè obsecuta est? non labor itineris, comitum teneritudo, viæ asperitas, difficultas annonæ, vel momento tardauit: illud enim assiduè corde voluebat, & ore concinebat: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocabit.*

Psal. 22.

pedestri itinere.

Ipsum verò pedestre iter per Alpes celsissimas, quantâ promtitudine suscepit, quantâ fortitudine peregit, & constantiâ perruptis omnibus molestijs consummauit? Hic Angelis metatoribus pridie sequentis diei iter & statiua describebant, Angeli ducebant agmen, quietem indicebant, cibi capiendi tempus præscribebant, S. Vrsula cum congregatione, ad nutum diuinæ voluntati, vt Israëlitæ ad motum nubis vel columnæ ignis se conformabant, illud non voluntate tantùm prompta suscipiendo; sed in intellectu etiam iudicando esse vtilissimum, quod Angelis internuncijs faciendum cognouerant. Vnde cùm in reditu Romano magnâ comitum factâ vbique accessione Sodalitas augeretur, optimè ea Dei contenta voluntate, non de commeatu, vel periculis solicita, cuncta diuinæ prouidentiæ, quæ

per tot pericula deduxerat, commisit, à quâ in rebus omnibus (vt per ipsam
is tota) regebatur.

olet diuina bonitas in eos, qui cuncta diuinæ consignant prouidentiæ, totos
entiæ suæ fontes redundare, vt in aduersis etiam à Dei manu cum Iobo æ- Apex resignationis exsultare in aduersis.
enter, ac prosperis accipiendis, pari etiam mentis tranquillitate & interiori-
gudijs affluant. Expertæ id sacræ Virgines, quæ cum ex Dei præscripto cœlo
roxima alpium cacumina conscenderent, quasi in amœnissimo sibi versari para-
diso debantur, & in plano per prata moliri iter, nulla rupium asperitate percepta.
ta nuit Deus amicos in aduersis cœlesti consolatione permulcere, vt cum explo-
ratu habent, ea se æterno Dei decreto ex infinito amore nostri cuncta permit-
entu sustinere, malint potius incommodis & calamitatibus iactari, quam omni-
bus fluere mundi deliciis. Vna enim & summa fidelium debet esse huius vitæ
felicitas & gaudium, sequi in omni re diuinam voluntatem. Hæc nauis est secu-
rissima, qua qui gubernante Deo, remigibus Angelis, vel superioribus suis prouehi- Vitæ huius beatitudo.
tur, tutus à scopulis est, nullus ei metus naufragij, qui dormiens etiam in portum
æternæ tranquillitatis inuehitur. Hoc vnum à nobis Prouerb. 23. petit Dominus: *Prou. 23.*
Præbe fili mi cor tuum mihi, non tam sua causa, quam nostra motus vtilitate; cum in
hac vita re huius vitæ felicitas collocetur. *Non enim*, ait Apostolus, *est Regnum* *Rom. 19.*
Dei esca & potus; sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. Mirum est, quam
potens medium fuerit hæc lætitia ducem Leonem militari gloria clarum, etiam ad
Martyrium & hanc societatem adducendi: Narrat id B. Hermannus, hoc modo: *Lib. 2. c. 17.*
Huius Dux Leo Virginis Vrsulæ, & Beatæ Iothæ exstitit cognatus, multasque propterea in Lætitia Virginum trahit Leonem Ducē ad martyrium.
illo Virginum cœtu cognatas habuit, & propinquas: vnde vxor illius Honesta ab ijsdem
Virginibus est inuitata, regio apparatu, & nobili militum comitatu, & Virginum
ipsa illas inuisere; verum cum per octo dies moraretur, in lætitia magna gaudens,
& exultatione, atque in tam stupenda Virginum sacrarum, & admiranda societate iu-
cundaretur, nimirum & ipsa Spiritus Sancti ardore succensa, illarum Comes effici desi-
derat, & socia: quæ cum moram faceret, Leo Dux ipsius maritus cum amore coniu- Prius vxorem eius Honestam,
gij tactus, tum etiam nouitate opinionis bonæ earundem Virginum, quæ vbique dulcis
& fax spargebatur captus, insequitur illam: quo cum peruenisset, summaque læti-
tia peruisset omnes gaudentes, peregrinationem quoque pro Christo illas cerneret tanto
affectu desiderantes, insistente coniuge, sororibus, cognatis & amicis flectitur animo,
eandem cum illis proficiscendi. Videbatur sibi Leo Dux & Honesta vxor, velut
in cœlo, sic in illa sodalitate versari, ob eam perpetuam lætitiam, & suam cum
diuina voluntate consensionem: vt enim in cœlesti patria Beati nulla vicissitudi- Resignati similes beatis in cœlo.
ne afficiuntur; sed in eodem semper statu perseuerant; ita qui semel suam in
hac vita cum diuina voluntatem coniunxerunt, nullis amplius vitæ huius insta-
bilibus casibus fortuitis percelluntur: nullis franguntur aduersus, qui suo repudia-
to vno Dei arbitrio, cuncta permittente, acquiescunt: summa enim ipsis volun-
tas est, vt ægro sanitatis percupido, amarissima pharmaca peritissimi medici
consilio exsorbere, sic ipsis aduersa à Deo immissa, & labores sa-
lutis amore tolerare, vt de ijs verum sit illud Prou. 12.

Non contristabit iustum, quidquid ei
acciderit.

CAPVT XI.

Zelus animarum, & amor proximi.

PALMARIVM hoc etiam S. Vrſulæ facinus: quod ſi ipſa non oraſſet, Eccleſia Aetherium ſponſum, tot Principes & Reges, tot millia Virginum non haberet martyres: multos, ne quidem Chriſtianos. Accenderat hunc proximi morem flamma caritatis Dei, vt cum hoc opus *omnium diuinorum operum diuiniſſimum* eſſe non ignoraret, *cooperari in ſalutem animarum*, in eo ſe occupando amorem ſuum erga Deum teſtaretur: *Nihil etenim*, ait Sanctus Chryſoſtomus, *ita gratum eſt Deo, & ita curæ, vt ſalus animarum.*

Radix amoris proximi caritas Dei.

Vrſula intendit ſalutem proximi in pactis dotalibus.

In delectu Chiliarcharum.

Obtulit verò ſe ei percommoda rei bene gerendæ occaſio, cum inuita ad coniugium primo fategit, vt ſponſi conuerſio pactis dotalibus includeretur: eam ad rem feliciter efficiendam non dubium eſt, quin multas ad Deum preces prodiderit, quia ex eius ad fidem orthodoxam acceſſione, multorum millium ſalus dependebat; adiecit etiam cogitationem, vt vndecim millia Virginum paulatim Chriſtianæ fidei aggregaret: multum ad eam rem contulit prudens delectus Chiliarcharum, & 4. aliarum Principum puellarum, quæ toti exercitui ſummo cum imperio præeſſent; has enim cum eodem ardore animi, & zelo ſuccendiſſet, facilè ipſi tenueris & ſequacibus ſubditarum animis, ad quæuis exhaurienda mandata paratiſſimis inſtillare ea, quæ diſponerent ad vltro etiam fidei rudimenta poſcenda.

Diſcretus Zelus.

Sudatum toto triennio nauiter eſt, ea tamen prudentia, ne quid emanaret in vulgus, & parentum quorundam animi ex prolium immutatione à ſodalitate illa auerterentur: imò ea paulatim etiam capta conſilia, quibus parentes ipſi generoſi

In Virginibus.

filiarum ſolerti inſtitutione ſacris fidei dogmatibus imbuerentur; nec imbuebantur tantum ijs: ſed & comites facti itineris, cum ijſdem pro fide ſanguinem profunderent; ita enim de his Beatus Hermannus l. 2. loquitur, enarraturus Reges qui ſocietati adfuere. *Nunc de Regum quorundam ſerie, quæ nuper ſunt cœlitus reuelata, narremus, quorum quidam Patres, ac Fratres, Auunculi & Sponſi exſtiterunt, quarundam Virginum illarum, quas ipſe Rex cœleſtis mirabili ſua, & dulci gratia per eaſdem viros mirabiliter conuertit.* Subdit deinde multorum à virginibus vel ſponſis factas ad fidem Chriſtianam traductiones. Nam Regem Oliuerium ſponſa illius Oliua & Virgo Chriſto genuit: Lucium verò Regem S. Vrſulæ cognatum tres filiæ præſertim Chiliarcharum prima Iotha fidei aggregauit, ſicut Eugenia Virgo Regem Godoueum Chriſtianum fecit.

Eæ parentes conuertunt.

Canutum Regem.

Inſigne ſtudium eminuit 4. filiarum, ac duorum filiorum Canuti Reg & Balbinæ Reginæ; erat Parens prouectæ ætatis, virtute ac probitate celebris, quam cana prudentia ac comes virtutis honos, & autoritas ſequebantur. Proles ita a Sancta Vrſula Chriſtianis moribus informatæ nullum non mouerunt lapidem vt Parentes eiuſdem inſtitutis imbuerent, optabili ſanè exitu: non enim ijs tantum dem perſuaſere; ſed & peregrinationem Romanam, atque adeò Martyrium tacum filiorum alterum Regno præfeciſſent, compoſitis rebus omnibus, filiam imitati exemplum ſodalitati ad mortem vſque adhæſere.

Oliuæ zelus.

Eodem prædita zelo commendatur Oliua Saxoniæ Ducis filia, quæ mitum Refridum Danorum Regem ad fidem traduxit: hanc B. Herman. *apim vocat ſtudioſiſſimam, quæ circuibat ſedula*, vias omnes & rationes inueſtigans, ſi proximus cuius Chriſto aggregandi affulgeret occaſio.

Aetherij.

Nefas ſit S. Ætherij ſponſi ardorem proximorum conuertendorum præterire: multum enim ſudauit pius Iuuenis vt Agrippinum Parentem, ſenio grauem, moribus aſperum, vita non optimum, ſua hortatione ad Baptiſmum recipiendum induceret: induxit autem, & cœlo prop

ſtan

anno triennij induciarum transmisit. Matri verò Demetriæ non tantum ni suscipiendi fuit autor; sed secum comitem habere voluit Martyrij, vt ipse optimam morum commodissimorum educationem hauserat, eam ipse ianis legibus informaret. Idem ardor Euphromum Regis filium accendit, sorores, & in his Carpophoram chiliarcharum vnam, consobrinas nouem, m Fratrum filias cum aliis adiunxerit societati l.2.c.6.

Porrò cum Sanctæ Vrsulæ indicio inter plerasque virgines increbuisset, pro- nauigatione classem vento cœlitus immisso abripiendam, vt ad Martyrij ram contenderent: tunc verò incredibile virginum exarsit studium, quos ine coniunctissimos habebant, ijs persuadendi, vt classe conscensa eodem rij priuilegio fruerentur: ita factum est, vt non tantum parentes, amici, affi- si etiam Sacrorum Antistites contemtis infulis se aggregarent, vt optatam rij palmam nanciscerentur. Inter quos zelus Sancti Columbani com- atur. *Plurimum*, ait Beatus Hermannus, *sanè in illo sacrarum valebat Virgi- mine, nunc omnem illas terrorem hortabatur, atque tristitiam deponere, nunc ad con- dam virginitatis pudicitiam: nunc ad tolerandam pro Christo Virginum sponso mar- ssionem eas sedulus admonebat.* B. Herm. l.2.c.3.

Vsæ porrò sunt admirabili prudentia, tum virgines ipsæ, tum Sancta Vrsula, otissimum tempore eos sibi adiungerẽt, imitatæ Moysis factum Num.10. de a S. Greg. *Vnde Moyses, qui regente se Deo deserti iter aërea columna Duce pergebat, b cognatũ suũ vellet à gentilitatis cõuersatione educere, & omnipotenti Deo subiugare,* S. Gregor. Pastoral. adm.18. Solertia zeli Mosaici.

iscimur, *ait*, ad locum, quẽ Dominus daturus est nobis: veni nobiscũ, & bene- nus tibi, quia Dominus bona promisit Israëli: cui cũ respõdisset ipse, nõ veniam ed reuertar ad terrã meã, in qua natus sum: Ilico adiũxit: noli nos relinquere; m nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus; & eris Dux no- *neq; Moysi mentem ignorantia angustabat itineris, quam & ad Prophetiæ scientiam co- Diuinitatis expanderat; quem columna exterius præibat, quem de cunctis interius per sationem cum Deo sedula locutio familiaris instruebat: sed videlicet vir prouidus elato ri colloquens, solatium petiuit, vt daret ducem, cum inquirebat in via, vt dux ei fieri tam potuisset.* Hæc S. Gregor. Simili industriâ S. Vrsula & Daria Mater rorem suam Gerasinam Reginam Siciliæ cum filiabus inuitauit, vt ipsa ætate ectior, & insigni prudentia commendata Dux itineris Filiæ tenerioris Vrsulæ quæ omnia consilia eius moderaretur, non ignorabant quidem diuino certæ isso cœlestem itineris ductum adfuturum, hac tamen Mosaica videntur vsæ tia, vt ex Sicilia etiam multos cognatorum, & affinium ad tanti boni societa- euocarent: plenus est liber secundus Beati Hermanni talibus historijs. Ex lanum est, quam proprius huic sodalitati fuerit, iuuandorum hominum & pro- andæ Religionis amor: huc omnes summo ferebantur impetu ac voluntate: in totæ erant, hoc omnibus expetiere votis, vt Christo quam plurimos aggrega- ret. Nec minor tamen Reginæ Vrsulæ partos tuendi, quam quærendi nouos ges cura erat: quippè ita quotidie certis chiliarchas imprimis præceptis, & insti- s videtur instruxisse, vt earum vigilantiâ subiectæ virgines nouis asceticis exer- tionibus maiora sumerent virtutum incrementa; ita etiam precibus Deo con- is sodalitatem commendabat, vt ex omni illo exercitu virgineo, qui cum classe eptus est, ne vna quidem expers Martyrij fuerit: vt cum Christo dicere potuerit, *perdidi exijs quemquam.* Rectè igitur & laudabiliter Sodalitas illa Vrsulana in a Brixiæ inchoata, à sede Apostolica Anno 1544. confirmata; à S. Carolo Boro- regulis, ac statutis stabilita; & iam in Gallia ad statum euecta Religiosum, pio instituto tota incumbit in puerilem ætatem literis, ac moribus Christianis in- nandam, ac in rudes primis fidei elementis instituendas, vt ita teneræ plantæ omnem vitæ honestatem adolescant. Aliæ verò similes partim Coloniæ, par- alibi sodalitates erectæ S. Vrsulæ, sub Catecheticis lectionibus tractabiles & ibiles illas mentes ad rudimenta fidei percipienda præmijs solent inuitare, vt

Et Dariæ matris S. Vrsulæ.

Cura cõseruandi Virgines.

Imitantur S. Vrsulam sodalitates Vrsulanæ.

ætas infirma à praua societate reuocata in Dei timore formetur, vt quem scen-
tes illæ testæ odorem diuinum combiberunt, eundem redoleant ætate pue-
ctiores.

CAPVT XII.

Virginitatis Amor.

S. Ambros. to. 1. l. 1. de Virg. p. 2.

Dignitas Virginitatis.

VEnio ad virtutem Angelicam virginitatem, quæ quasi principatum videtur in hac Parthenia sodalitate obtinuisse. Huius virtutis præconia extollit sanctus Ambrosius: *Virginitatis autorem, quem possumus æstimare, nisi Filium Dei immaculatum, cuius caro non vidit corruptionem, Diuinitas non est experta contagionem: Videtur igitur, quanta virginitatis merita sint? Christus ante virginem, Christus ex virgine, à patre quidem natus ante secula: sed ex virgine natus ob secula: illud naturæ fuit, hoc nostræ virginitatis est: illud semper erat: hoc voluit.* & P. 1. *è cœlo arcessiuit, quod imitaretur in terris: nec immerito viuendi sibi vsum quæsiuit è cœlo, quæ sponsum sibi inuenit in cœlo: hæc nube sideraque transgrediens, verbum Dei in ipso sinu inuenit Patris, & toto hausit pectore: quam quis tantum cum inuenerit relinquat boni? quoniam quæ non nubunt, neque nubentur, erunt, sicut Angeli Dei in cœlo: nemo ergo miretur si Angelis comparentur, quæ Angelorum Domino copulantur: quis igitur neget hanc vitam fluxisse de cœlo, quàm non facile inuenimus in terris, nisi postquam Deus in hæc terreni corporis membra descendit: tunc vtero Virgo concepit, & Verbum caro factum est, vt quod caro factum est, caro fieret Dei.* Hæc S. Ambrosius.

Similes Angelis facit.

Hæc nota propria Sodalitatis Vrsulanæ?

Merito hanc ego virtutem in hac Sodalitate Reginam dixero reliquarum: nolo suam laudem in virginibus detractam caritati, quæ singulis etiam ipsam imperauit castitatem: sed cum caritas, licet in Sodalitate hac eximia; fuerit tamen cum Sanctis alijs, vt Achatianis & Thebæis communis: nulla autem exstiterit post Christum adultorum tanta congregatio, quæ pro virginitatis aureola eadem die occubuerit: meritò hac nota ab alijs Martyrum legionibus, hic Parthenius exercitus segregatur, vt castitas Regina censeri possit, quæ sequentium virtutum opera ad hanc conseruandam imperarit.

Votũ eius tenella cõcipit Vrsula.

Arma cõseruandi eam.

Coluit à teneris S. Vrsula virginitatem: & ita quidem coluit, vt vnici regni spes, non inuitis etiam parentibus, antè pubertatis annos, voti se religione adstrinxerit, vt multi tenent: ijs assiduè intenta studijs, quæ hanc Angelicam virginitatem conseruarent. Sciebat quantus thesaurus tam fragili vase contineretur, quot prædones, & hostes noctes diesque, ac domestici quidem struerent insidias, vt externos omittam: vnde publico abstinebat, precibus vacabat, intendebat vigilijs, ne quis hosti tentandi pateret aditus, semper pauida, cauta & solicita, ne amittendi illius occasio præberetur.

Pudicitia sponsi.

Eadem virtute, quod rarum est, Aetherius etiam sponsus adhuc gentilis decorabatur: nam piæ matris solicitudo, quæ non alijs, sed sibi ipsi puerum educandum reseruarat, remouebat ab oculis, & auribus quidquid posse castam teneri mentem offendere, & spurcitiæ labe inquinare: eundem & puerem iam ac adolescentem honestis monitis, cauta æqualium proborum admissa consuetudine, assidua & peruigili custodia, in ipsis etiam aulæ delicijs inter Veneris & Bacchi calores in illibata castitate conseruauit. Ideo id suo singulari fauore prouidente: vt lilium tale inter spinas cœlitus gratissimum, hominibus vtilissimum adolesceret, cuius mira fragrantia

ri multi Reges & Principes præter tot millia Virginum carnis ſpretis illece-
is, voluntaria morte pro Chriſto perimerẽtur. Rarum ſanè & haud ſcio an vllum
in in gentilitate prodigium, delectum à Domino, vt alterum ſodalitatis Parthe-
niæ caput conſtitueretur.

Caſtitas S. Cyriaci.

ertium ſodalitatis caput, & ſi dignitatem conſideres, præcipuum, S. Cyria-
us Pontifex eximium pariter exemplum pudicitiæ, cuius hoc exſtat apud Sanctam
Eliſabetham à Sancta Verena de eo prolatum elogium. *Ipſe autem conſtanter in*
propoſito ſuo permanebat, propter amorem virginitatis noſtræ, nam & ab infantia ſua ipſe
immaculatam virginitatem cuſtodierat in ſe ipſo: Vti Chriſtus moriturus virgo virgi-
nem matrem, virgini Ioanni, commendauit; ſic totam ſodalitatem virgineam virgi-
ni Cyriaco commiſit, vt eius exemplo, & monitis conſtantius pro virginitatis amo-
re, & mortem vſque decertarent. Epiſcoporum etiam aliorum commendatur

Aliorum Epiſcoporum. *B. Herm. li. 2. c. 3.*

cas. Sanctus Columbanus dicitur, *vir prudens magniq; cõſilij, honeſtæq; vitæ: inte-*
grè corpore: nã virgo exſtitit, multa vigens caſtitate. B. Iwanus ſapiẽs fuit valdè ac boni
teſtimonij, caſtus, & virginitatis flore adhuc decoratus. c. 4. *Lotharius vir fuit auctẽ-*
ticus, nobilis, ætate verò iuuenis c. 6. *ſed caſtus erat, multarumque gratia virtutum pol-*
ebat.

Votum S. Conſtantiæ.

Nec præteriri debet Conſtantia Regis Byzantini filia: hanc deſponderant
ignæ Filio Regis, qui vita antè exceſſit, quàm ei Conſtantia matrimoniali fœdere
iungeretur: Læta Conſtantia ſponſo ſe immortali voto virginitatis obligauit, id vt
perpetuum eſſet, precibus à Deo exorauit: nam conſultus ea de re Marculus Epiſ-
copus Byzantinus, diuinum ſibi factum oraculum expoſuit, de S. Vrſulæ aduentu
Romam: quo etiam ſecum eam duxit, & Partheniæ adiunxit Sodalitati, cum qua &
ipſa martyrium obtinuit.

Cauſa cædis Virginum amor virginitatis.

Denique ſingulæ vndecim millium, & Virgines exſtitere, & incorruptæ, vt
Deus diuino oraculo confirmauit: omnes etiam pro virginitatis amore ſanguinem
profuderunt. Hanc cauſam aſſignat apud S. Eliſabetham c. 21. S. Verena his verbis:
Tyrannus ille Tyrannus, qui fuit autor noſtræ interemptionis, hoc & terroribus & blandimen-
tis elegebat à nobis, vt ſponſum noſtrum, qui in cælis eſt Dominum Ieſum Chriſtum negare-
mus, & ſuis ſuorumq; complexibus iungeremur; ſed non ob talem cauſam veneramus illum,
& caſtanter recuſauimus conſentire iniquæ voluntati eius, & elegimus mori magis, quàm
à Sponſo noſtro ſeparari.

Vnunquam videatur glorioſius caſtitas, quàm in tot virginibus nobiliſſimis v-
na de carne, & Tyranno triumphaſſe. Felices animæ, quæ ſpretis carnis illece-
bris ac breuiſſimis vitæ præſentis voluptatibus, atrociſſimos potius cruciatus, &
mortem elegere; Felices inquam, quibus dolor breuis æterna pepererit gaudia, & flu-
xi honores, opes, & deliciæ contemtæ cœleſtem gloriam, ac regnum omni opum &
voluptatum honeſtiſſimarum affluentia redundans compararunt, quod nullo fine
terminetur.

CAPVT XIII.

Caſtitatis comes primus timor Dei, & Cælitum inuocatio, præſertim Deiparæ.

Pericula caſtitatis externa.

Gemma nobiliſſima virginitas eſt: ſed vaſis fictilibus, & vitreis circumfertur:
prædones innumeri non homines tantum impuri, qui ſub ſenſus cadunt, &
qui ſenſus effugiunt, Cacodæmones tendiculas ponunt: Ipſa caro domeſticus pro-
dit, & hoſtis vaferrimus inſidias molitur, qui hoc periculoſior, quò interior, quo

Domeſtica.

nobis familiarior, ac nexu inſolubili cõiunctior. Ab his veteratoribus vbiq; tendun-
tur laquei, & pedicæ, quibus mundum vidit S. Antonius implicatum: has quomodo
euaderet, cum Deũ ſupplex oraret S. Anachoreta, audiuit *humilitate & animi demiſ-*
ſione. Nam qui propriæ cõſcius imbecillitatis, ſuiſq; diffiſus viribus, ſemper pauidus,

Plena laqueis omnia.

Humilis euadit.

& cautus est; is cœlitum sibi solet fauorem assiduis conciliare precibus: quo præsidio & occultis impulsibus, omnia pertentat, omnia circumspicit; ne cautum in laqueos induat. Huc videtur respicere Dauid Psalm. 144. *Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum, & liberauit me.* Didicerat id vsu factus prudentior; nam qui fastu, & secunda fortuna ebrius bis lapsus est, animi demissione & veniam obtinuit, & in peccatorum illecebris se à lapsu conseruatum gaudet: *Nec sanctior Dauide es* (verba sunt S. Hieronymi) *nec sapientior Salomone, nec Samsone fortior, tales tamen dum superbia elati suis nimium viribus tribuerunt, de prolapsi sunt.*

S. Hier. in regulis Mon. C. de castitate.

Superbi lapsi.

S. August. ca. 24.

Tractat egregiè hoc argumentum in soliloquijs S. Augustinus: *Vidimus oculos & audiuimus à Patribus nostris (quod sine magno timore non recolo) adscendisse primitus vsque ad cœlos, & inter sidera nidum suum collocasse: Postmodum autem cecidisse vsque ad abyssos, & animos eorum in malis obstupuisse: Vidimus stellas de cœlo cecidisse, ab impetu ferientis caudæ Draconis, & eos, qui iacebant in puluere terræ, à facie soluantis manus tuæ Domine mirabiliter adscendisse.* Digni sanè qui sibi diffisi ad terram usque humiles se demiserant, Deum supplices ac cœlites inuocando, vt manu Domini subleuante adscenderent. De quibus Psalmista ait: *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dexteris tuis, ad te autem non appropinquabit: quia Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.*

Præsidia in hac Sodalitate.

Circumspectio.

Sanctorũ patrocinium.

Tutela Deiparæ.

Societas casta.

Accidit hoc ipsum Sodalitati Vrsulanæ: tot millia erant Virginum teneriorum, in aulæ delicijs plurimæ erant educatæ: omnes S. Vrsulæ exemplo, & seruine virginitatis flagrabant desiderio: cautas eas esse S. Vrsula voluit, ac humiles Sanctorum petendo patrocinio intentas. Ideò cum ijs Romanam suscepit peregrinationem, vt Sanctorum sepulcra Martyrum viserent, & horum se suffragijs commendarent. Interim in via se semper Deiparæ, Sanctorum Angelorum, & SS. Virginum tutelę cõmiserunt, vt talib. defensoribus, & Patronis, tot inter insidias saluis ijs castitas permaneret: vt coniunctis semper, ac cõtinuis aliarum virginum exẽplis, cohortationibus, & precibus circumseptæ, nullis paterent hostium insidijs; ita triennio in naualibus exercitationibus, & in itinere pedestri, ab omni virorũ aditu, & contubernio (nisi quod Dominicis & festis diebus ab Episcopis cora ipsis missa diuina peragerentur) segregatæ, cum nil nisi sanctum, castum, & diuinum audirent vel viderent; cum perpetuis ferè SS. Angelorum, & cœlitum adspectibus fruerentur, nullus hosti patebat aditus, vt de his verè prudentibus & cautis illud Prou. dici possit: *Sapiens enim timet, & declinat à malo, stultus audacter transilit, & confidit.* Non confidebant sibi virgines, sed Deo duci, ac Deiparæ inprimis, tum etiam aliarum cœlitum patrocinio, quos in via vnanimes precibus sollicitabant, vt succurrerent in periculis, arcerent laqueos: Dæmonum hominumque insidias auerterent, ita factum est, vt tribus maximè Patronis tuta steterit Partheniæ Sodalitatis Virginitas.

Prou. 14.

Cultus Deiparæ quæ ducit Sodalitatem.

Anonymus cap 14. cap. 15. gubernat.

Cap. 17.

Prima Deipara erat, de qua B. Hermannus cap. 14. *Aderat sanè sacris virginibus in omnibus pijssimæ cœlorum Reginæ custodia, & gratia, fida illorum ductrix & fideliter eas ducens, quod imitatæ sunt virginitatis suæ florem, Filio suo Virginum piarum sponso eam offerentes.* Et cap. 15. cum de Alpium arduo in se & difficili: Virginibus tamen facillimo adscensu loqueretur, ait: *Aderat planè illis dulcis Virginum Regina gubernando eas, & regendo cum suis Angelis, & sanctis eas custodiens, vnde nullatronũ, furum aut prædonum eis obesse potuit aut corruptor,* id est castitatis violator. Hinc rectè Ascetici Magistri in præcipuis medijs conseruandæ castitatis collocant cultum Dei genitricis. Idem B. Hermannus ait: *Porrò ducente illas IESV CHRISTO, gubernanteque illas mundi Regina semper Virgine Maria, denuo reuertuntur.* Hinc tam dulcibus versibus idem autor semper exercitus Vrsulani Ducem Deiparam facit.

Te ô turba generosa,
Præit illa florens rosa, 2. & infra.

H.

Hæc est illa Iesu Mater,
Maria Virgo virginum.
Hæc vos præit cum honore,
Trahens suo vos odore,
Ferens signum vexillare,
Modulatur vobis clarè.

Hec etiam causa videtur esse, cur Deipara voluerit totam istam historiam Vrsulam B. Hermanno reuelare, & eam virginibus præcipuè dedicari, vt ex exordio patet: deò & Deipara lib. 2. cap. 14. de Regis Auiti laudibus & progenie totum dicauit: cuius amorem Deiparæ ita celebrat B. Hermann. *Sanè Rex iste multis bonorum virtutibus pollens, animique vigens multa probitate, Dominam nostram intimo affectu, atque ita ad eius obsequium tota mentis intentione feruebat: Ecclesiam nobilem in ipsius honore construxit, multis ditatam honoribus, & prædijs: vnde ipsa Regina cœlorum regina, misericordiæ mater perennis, beneficiorum nequaquam immemor, ab eo collatorum, materiam fratri & seriem ista scribenti dedit vniuersam, quæ hic continentur in corde & in ore ponens illius.* Reliquis verò virginibus excelluit duarum insignis Deiparã colendi studium, vtraq; Elisabeth dicebatur, Mater & Filia: Mater soror erat Cæsarij Meldensis Episcopi: monuitque expressis scriptorem verbis Deipara, huius eximij affectus in historia meminisset: ita enim cap. 8. ait B. Hermannus: *Elisabeth Virgo Sanctissima Ioannis M. Principis Filia, cuius mater Elisabeth dicebatur, erat Soror S. Cæsarij Meldensis Episcopi, inter cetera, quæ agebant opera bona, mater hæc & filia Dominam nostram intimo affectu dilexerunt: Vnde ipsa Regina cœlorum materiam fratri, expeditionem earum scribendi iniunxit, vt eam scriberet.* Non quidem quasi S. Vrsula, aliæque virgines etiam non coluerint eximiè Dei genitricem; sed earum voluit nomina non obliuisci scriptorem, sed adnotari (cum multa nos Virginum nomina lateant) quia præcipua religione ad reginam cœli colendam ferebantur. De ijsdem duabus caput 24. li. 2. dictauit Deipara, vbi complura de hoc cultu legere licet: & hæc inter alia: *Elisabeth Virgo deuotissima, de stirpe regia, honestæ conuersationis ac vitæ, timens Deum ac diligens valdè, quæ cum multis animi floreret virtutibus, præcipuè tamen & super omnia ipsam omnium Dominam virtutum, matrem misericordiæ Mariam, & Sanctarum Virginum reginam toto corde & affectu dilexit, Mater eius Elisabeth & ipsa Dominam nostram plurimum diligens, filiam docuit, quatenus eandem cœli reginam totius gratiæ matrem præ omnibus diligeret, eamque iugiter in corde haberet & memoria, multas præterea præ amore Dominæ nostræ eleemosynas pauperibus, & egenis largiens erogabat deuota.*

Reuelat historiam.

Sed vbi Christus & Deipara Duces, an abesse poterat *Discipulus, quem* ob eximiam castitatem *diligebat* præ ceteris *Iesus*, & cui Virginem matrem commendauit? Fuit & hic perpetuus Sodalitatis comes, ac custos: nam & virgines in itinere, & reditu Romano ad Martyrium, imò ad cœlum vsque prosecutus est, & sanctum Aetherium repentè ex Britannia diuinitus euocatum, Moguntiam deduxit incolumem: verba Beati Hermanni cap. 10. sunt: *Ipse* (Sponsus) *diuino fretus auxilio, cœlestique adiutus adminiculo, sponsam suam, exercitumque piarum Virginum agmina animo insequitur viriliter. Beatus quippè Ioannes Apostolus, atque Angelici quidam spiritus sæpè illi adfuerunt deducentes eum, à malignorum spirituum infestatione defensabant eum: Hic idem S. Ioannes Euangelista dulcissimus ab eo arundemq; virginum peregrinationis exordio semper ibi aderat in bono confortãs proposito, & vsq; in finem eas pia solicitudine gubernauit.* Ipsa etiã S. Vrsula hoc dat S. Ioanni cap. 21. elogium, cum de Martyrio loqueretur: *Porrò B. Michaël & S. Ioannes Euangelista, qui comites indiuidui fuerant, & custodes toto itinere nostro exstiterũt, cum pluribus Angelorum obsequijs & Sanctorum: cum ego ferè nouissima interimerer, animã cum summa*

S. Ioannes custos Sodalitatis.

lætitia ſuſcipientes, Domin-, ſuæque Genitrici eam offerunt præſentantes. Idem S. Ioa[nnes] Lucium Regem adiunxit ſocietati, de quo B. Hermann. *Porrò Rex Pater, earum* [Lu]cius) *à S. Ioanne Apoſtolo per viſum admonetur, quatenus relictis omnibus Chriſtum ſ[e]cum ſacris proficiſcatur virginibus* lib. 2. c. 10. Sic c. 17. de S. Anacleta ait: *Dilexit [Do]minum toto corde, & animo, matremque ipſius Dominam noſtram, intimo dilexi affectu, B. etiam Ioannem Euangeliſtam ſincera mente dilexit.*

Angelorũ præſidiũ. Nolo deſcribere Sanctorum Angelorum & Virginum Martyrum contin[uam] ferè præſentiam, ac peruigilem cuſtodiam, qui ſpecie adſpectabili ductores ex[hi]bant itineris, vt c. 14. narratur, ac metatores. Certè c. 3. deijs dicitur, *Angeli ve[nien]de cælis, alijque Sancti ac virgines ſacræ, conſocias ſuas viſitantes, illaſque ad propoſitum [ſo]bre & ſanctum confortantes:*

Amant ſanè Angeli caſtorum præſentiam, vt quibus moribus hic ſimiles [ſint], cuſtodia ſua conſtanter efficiant, vt ſimiles in gloria refulgeant aureola virgin[itatis] decorati: vnde SS. Cæciliæ, Luciæ, Agneti, Theophilæ; alijs, Angeli comites, & [in]tra ſpurcorum aſſultus defenſores exſtitere: vt dum ſe virgines tali vident co[ele]ſti præſidio communitas, ſine metu Deo famulentur. Tractat præclarè hoc argu[men]tum S. Ambroſius: *Sed faceſſant hic ſacris virginibus metus, quibus tanta præſidia tr[ibu]it, primum Eccleſia, quæ tenera prolis ſolicita ſucceſſu, ipſa quaſi murus abundantibus in [ma]turium increſcit vberibus, donec ſoluto obſidionis hoſtilis incurſu, pacem validæ iuue[ntu]ti materno præſidio virtutis acquirat. Vnde Propheta ait.* Fiat pax in virtute tua, & ab[un]dentia in turribus tuis: *Tum ipſe pacis Dominus, poſtquam validioribus brachijs com[plexus] ſibi vineta complexus, palmites ſuos germinare conſpexerit, vultu Præſule, naſcentibus [ge]mmis auras temperat, ſicut ipſe teſtatur dicens, Vinea mea eſt in conſpectu meo, mille Sal[omo]ni, & ducenti qui ſeruant fructũ eius. Supra ait, 60. potentes in circuitu propaginis eius, [ge]ſtis armatos telis, & eruditos præliaribus diſciplinis: hic mille ducentos. Creuit numeru[s], creuit & fructus: quia quò ſanctior quiſque, eò munitior: Sic Eliſæus Propheta exer[citus] Angelorum præſidia ſibi adeſſe monſtrauit: Sic Ieſus Naue ducem militiæ cæleſti [a]gnouit; poſſunt igitur in nobis fructum cuſtodire, qui etiam poſſunt militare pro n[obis]. Vobis autem Virgines ſpirituale præſidium eſt, quæ pudore intemerato ſacrum Domin[i] uatis cubile, neque mirum ſi pro vobis Angeli militant, quæ Angelorum moribus [ſi]tatis, meretur eorum præſidium caſtitas virginalis, quorum vitam meretur: & quid p[lu]ribus exſequar laudem caſtitatis? Caſtitàs etiam Angelos fecit: qui eam ſeruauit Ang[elus] eſt, qui perdidit Diabolus. Hinc religio etiam nomen accepit, virgo eſt, quæ Deo nubit, m[a]trix eſt quæ Deos fecit. Nam de reſurrectione quid dicam? cuius præmia iam tenetis.* In [re]ſurrectione *autem* neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut Angeli in co[elo] *quod nobis promittitur, vobis præſto eſt: votorumque noſtrorum vſus apud vos eſt. De[ſi]mundo eſtis, & non eſtis in hoc mundo: ſeculum vos habere meruit, tenere non potuit, q[ui] præclarum autem Angelos propter intemperantiam cecidiſſe de cælo, Virgines propter cæ[li]moniam tranſiſſe de ſeculo?* Hæc de ſecuritate virginum diſputat S. Ambroſius: [ad] non quarumuis virginum elatarum, & inflatarum typho ſuperbiæ: quibus S. Au[gu]ſtino teſte expedit, vt Deus lapſum quandoque permittat: ſed humilium, ſed De[um] timentium, quas ſuperbo Lucifero opponit: has dicit defendi ab Angelis, dummodo ſuis diffiſæ viribus ſæpè ad patrocinium confugiant cœlitum, quia *Angelis ſuis Deus mandauit* de his, *vt cuſtodiant in omnibus vijs ſuis.*

Cuſtodes ſunt caſtitatis.

S. Ambr. li. 1. de virg. p. 4.

Caſtitas Angelos facit.

Et humiles.

(o)

CAPV

CAPVT XIV.

Studium Orationis.

terum & necessarium castitatis conseruandæ præsidium, crebra ad Deum atio. hinc Chrysostomus de orando Deum, ait: *Qui enim fiet, vt quisque vir- erceat, continenter adeat, & supplex ad genua accidat ei, qui virtutem omnem lar- suppeditat?* Id si de omni virtute verum est, quanto potius de dono admi- stitatis, quod paucis, nec nisi petentibus Deus elargitur? Sapient. 8. *Sciui non possem esse continens, nisi Deus det: & idcirco adij Dominum, & deprecatus n, & dixi ex totis præcordijs meis.* Salomonem imitatus sanctus Augustinus fragium is adierat castitatis, eluctari ex abysso miseriarum (in quam se tem dederat, pridem frena laxando cupiditatibus) ardenter desiderabat, o obtinenda continentia calidas in hanc sententiam fundit preces: *Tota non nisi magna misericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis: imperas nobis ntiam, per quam colligimur, & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus, nus nim te amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. O Amor qui sem- s, & nunquam extingueris! caritas Deus meus, accende me, continentiam iubes: da bes, & iube, quod vis.* Eodem vtebatur remedio S. Apostolus 2. Cor. 12. *Datus stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Domi- rgaui, vt discederet à me.*

Oratio. necessaria castis. S. Chrysost. Salomon. S. August. Lib. 10. cõfess. c. 29.

Non ignorabat ea voti illius seruandi aptissima remedia S. Vrsula, ad quæ quo- periculum imminere poterat castitati, ilico confugiebat. Ac primò quidem ssis legatis Agrippinis Rex Vrsulam in filij coniugem postulasset: & Dio- sanctæ Vrsulæ parens pro filia voto virginitatis adstricta solicitè rem Deo commendaret: subdit vetus Historia: *Inter hæc cum virgo Domini vultum Patris quam dissimulantis turbulentum deprehendisset, latere eam non potuit, quod ipsa turbationis causa fuerit, itaque pro se nimis solicita, paternæ solicitudini condo- nxque ad sua arma conuolans, sicut S. Iudith & Esther, pro liberatione patriæ, ieiunijs, orationibus pernox incubuit, in auribus sponsi celerius obtentura, quod petijt, cum quo verè vnus spiritus fuit, cumque noctem diei, imò noctes diebus in vigilijs, & ieunijs continuaret, ex infirmitate humani corporis fatiscentibus membris, cum in lo cor eius vigilaret, ad modicum obdormiret, & per visionem diuina reuelatione de vitæ suæ ordine, de coagonistarum suarum numero, de glorioſa martyrij palma perdo- ceri meruit.*

S. Vrsula periculum vitat oratione. 1.

Alterum sancta Vrsula periculum adijt castitatis, cum triennio penè e- uolto sponsus vrgeret ex pacto fœdus Matrimoniale, de quo vetus hæc ha- bet istoria: *Sic ergo cum magna iucunditate celebrato per triennium hoc Martyrij prælio, cum adornatis sponsalibus condicta nuptiarum die iuuenis in amorem Virginis a- mmin per urgeret, Beata Vrsula quamuis diuinæ promissionis oraculo non incredula, pro humana tamen fragilitate solicita con virgines suas, quas iam in Domino tam verbis, quam exemplis erudierat, vt in tali rerum articulo diuinæ misericordiæ ianuam instantius pulsa- rent admonuit, ne castitatis procinctum perderent; sub quo Regi suo cœlesti irreprehensibili- ter placitasset. His dictis cum iam quasi currentibus stimulum addidisset, deuotæ Deo virgines ex toto corde in lacrymas effusæ, tam pro suâ singulæ quam pro Regiæ conseruanda virginitate supernum cœperunt auxilium ardentissima spiritus contritione inuocare. Pius autem DOMINVS, qui semper propè est omni- bus inuocantibus se in veritate, tam pia vota non distulit, sed ventum*

2. Vet. hist. c. 20.

de the-

L. 2. c. 19. *de thesauris suis produxit.* Egregia laus orationis nunquam ferè interruptæ diur S. Prudentiæ, nepti Gelasij Iunioris, de qua Anonymus, *Super omnes erat prudens & deuota, multumque orans, & psalmos iugiter habebat in ore, Dominumque frequenti meditatione gestabat in corde: ista in habitu, verbis & gestibus religionis exemplum, atque honestatis cunctis præbebat.* Idem virgines pariter præstitere Romæ, dum sacra Mayrum cœmiteria perlustrarent, *vt peruigiles in oratione*, ait vetus historia, *animas Deo commendarent, lacrymisque interiorem habitum, quasi iam ad æterni Regis triclinium processuræ, studiosius componerent.* Omitto quæ de S. Constantiæ precibus proruanda castitate alias dixi.

Et aliæ Virgines Romæ.

Exstat breuis & ardens oratio S. Thomæ Aquinatis apud Surium, qua in summo periculo castitatis ad Christum & Deiparam effudit supplex. *Ne quæso Domine IESV, & tu sanctissima mater, & Virgo MARIA; vt tam immani scelere me obstringam.* Quando diuino robore cõfirmatus, arrepto titione, lupã regit cubili, quo obserato, & repagulis obfirmato, ab Angelis meruit cœlesti altheo amiciri. Similis exstat apud S. Damasc. oratio Iosaphati, quẽ cũ magus, tecnis diabolicis, libidinis facibus accendisset: nec memoria suppliciorum orci, iuuret castissimum pectus, ad preces has conuersus est. *Domine Deus omnipotens, qui bus potens es, & misericors, Domine, inquam, spes desperatorum, & carentum adiutorio, mei quæso serui tui inutilis in præsentia recordare, & benigno, ac propitio vultu me respice, nec me in hostium meorum manum incidere permittas; non super gaudeant mihi qui oderunt me iniquè: nec me iniquitatibus corrumpi sinas, corpusque meum, quod tibi cum exhibere promitto, probro, & contumelia afficere: te enim concupisco, te adoro Patrem & Filium, & Spiritum Sanctum in secula, Amen.* Successit diuina consolatio, quam fouit totam noctem, dum preces continuat: grauior subinde redijt tentatio, quam ardentioribus adhuc orationibus superauit, diuina recreatus visione, qua deformior omni cœno sanieque tota mundi pulchritudo quasi præsens apparuit. Sed nihil in hoc genere excellentius oratione feruentissima Theophilæ Virginis, cũ in prostibulum raperetur. Exstat apud Baronium: nam manibus & oculis in cœlum sublatis, miserabiliter adspiciens, ita precabatur: *Mi IESV, mea amor, mea lux, meus spiritus, meus custos castitatis, & vitæ, festina: quoniam non est tempus quidem precandi; ne pactum conuentum fallam; ne prodas me bestiis ne lupi tuam pecudem lanient, serua sponse sponsam, meam conserua castitatem, ons castitatis, vt tuum quoque nomen nunc quoque maximè glorificetur, quod intelligitur glorificatur ab Angelis.* Hæc dum orat cum lacrymis, adest repente cœlo Angelus, qui terribili fulgore conspicuus, primum lenonem irruentem morti dedit, alios obcœcauit: tum ipsam liberam è lupanari ad Ecclesiam deduxit virginem, triumphantibus gaudio Christianis, tam egregio, ad virginis preces, erecto trophæo virginitatis. Ita virgines decet humiles esse, sibi in periculis diffidere, ac supplices ad Dei opem, & cœlitum confugere suffragia, quo certius eruantu

Oratio S. Thomæ in tentatione periculosa.

Io. Damasc. c. 30. Iosaphati.

Ardentissima S. Theoph. Baro. ad A. 301.

Auxilium præsens Angeli in discrimine

Psal. 120. Hi montes illi, de quibus Psalmista ait, *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium meum: auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram.*

CAPVT

CAPVT XV.

Prudentia ac circumspectio cum arcta sensuum custodia.

PETERE volebat Salomon Sap. 8. continentiam, & postulat sapientiam. *Da mihi sedium tuarum adsistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis, quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij, & legum.* An eandem credebat esse sapientiam, quæ est continentia? an potius viam expeditam ad continentiam, tum acquirendam, tũ acquisitã coseruandã existimabat sapiẽtiam? Id ex vero iudicabat, cũ sit in præcipuis castitatis præsidiis numeranda; Sapientia enim est, quæ castitatem tutam efficit, quæ omnia circumspicit, omnia declinat pericula; primis statim initijs aptis occurrit remedijs: per hanc tentationes longè ante præuidentur; præuisæ cordis aditu remouentur, oppessulato aduersus illos animo sanctis cogitationibus, & occupationibus honestis, & obseruatis quinque sensuum ostijs, ne qua pateat hosti animæ, qua in cordis arcem latenter irrepat. Non ignorabat Iobus vir sanctissimus huius præsidij necessitatem, qui eius adminiculo de se ait. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Serpentina hæc est à Christo nobis commendata prudentia, vt aures obstruamus incantatorijs ne dulci voluptuosorum cantilene deliniti irretiamur laqueis.

Via ad continentiam Sapientia.

Eius officia.

Iobi cautela.

Hausit hanc cœlitus prudentiam Sancta Vrsula: cum ingenioso pioq; dolo trennnos sponsum spe Matrimonij lactauit, vt rudimentis fidei diligenter instrueret; Interim ipsa virginum vndena millia eadem prudentia piè circumuenit, dum naualibus, & quasi bellicis meditationibus sensim abstraheret à mundi illecebris sponsorum, ac procorum illicibus, dum sensim teneras ac promtas mentes amore virginitatis accenderet, Christi fidem instillaret, cœlestium præmiorum ingeret cupiditatem. Hinc vrgebat quotidianas penè ad naues coitiones, vt à virorum, & amicorum adspectibus, & colloquiis separatæ, mutuis inter se coalescerent obsequiis, castis fouerentur sermonibus; ab omni, quod honestati, virgineoq; pudori aduersatur quam remotissimè sensus cohiberent. Ita factum est, vt inter se in nauibus quasi in religiosa familia congregatæ proles regiæ, ducum, & Principum filiæ non detrectarent vilium etiam & ignobilium puellarum (quales permultæ singulis chiliadibus degebant) congressum: sed mutuis inter se beneuolentiæ officijs vnus quasi omnium spiritus, cor vnum & voluntas efficeretur: ita sensim quidquid arrumpuellarum innatus fastus deprimebatur; deliciæ, cupediæque remouebantur, ad duriora toleranda animus exercebatur: corpus etiam quasi callo ob duritiem ad labores ferendos aptabatur.

Pius S. Vrsulæ trienij dolus in captãdo sponso.

Conuertendis virginibus.

Quæ earũ exercitationes.

Cõuictus commoda.

Deerat in nauibus vagandi licentia, coercebatur linguæ effrenatio, subducebantur odorum deliciæ: si quid molle, fractum & effeminatum in ornatu, motu, gestúque corporis, tam exemplum Sanctæ Vrsulæ, quam suauis & opportuna correctio facilè reiiciebat: nam cum in Reginam omnium obtutus defigerentur; & ei placere cuperent omnes, fingere se ad eius exemplum gestiebant singulæ. Hanc mirificè iuuabat plurimum Chiliarcharum, pariter & sancta æmulatio, qua suas quæq; chiliadas, quam celerrimè studebant ad arbitrium, & nutum Reginæ conformare, dum ipsę suo etiam docerent exemplo subiectas ad summum virginitatis apicem euolimare.

Exempli Prælatorũ vis.

Facilis sanè & expeditus regendi subditos modus, & ad persuadendum aptissimus, si exemplo potius præeas, quam verbo doceas: Proni semper ad parendum sunt subditorum animi, qui sponte etiam ad exemplum principis se solent fingere. Ideò præerant ferè ceteris, quas prudentia commendabat.

Carpo-

Carpophora chiliarchis l.2.c.6. vocatur *prudentissima, & viuacis valde animi, & misericordissimi.* Philippia c.7. *Multa vigens astutia, virtute & prudentia.* c. 13. Sinc[illegible] Regis filia *Commendabilis valde & sagax, virgo erat viuacissimi sensus & ingenij, [illegible]raeque religionis amatrix.* c. 14. Chelindris Chiliarchis *Virgo praeclarissima, & [illegible] sapiens valdè, & casta, & multa probitate animi fuit.* c.19. *Verena Virgo honestissi[illegible], & multae intelligentiae, ac prudentiae fuit, magnumq; locum inter principaliores & prud[illegible]tiores habuit, propter multam animi sui probitatem. Margarita sagacissimae fuit me[illegible] & ingeniosè prudens, & valdè decora.*

Harum & aequalium solertia, prudentiaque ceteraeiuniores aetate regeb[illegible]tur, ita vigili, & circumspecta S. Vrsulae solicitudine, singulariqúe prudentia [illegible]ctum est, vt omnes inimico tentandi aditus praecluderentur: amor quotidianis [illegible]ginitatis cresceret incrementis; singulae etiam virgines ad custodiendum t[illegible]saurum hunc cautiores euaderent, quoties domum, vel sua vesperi contub[illegible]nia repeterent, & quando congressum virorum, vel amicorum non poter[illegible] declinare.

Ad hanc arctam sensuum custodiam & suspectum virorum consortium [illegible]tandum serio hortatur Sanctus Ambrosius virgines, vt secum semper comites [illegible]dicitiae habeant. *Attende tibi, quod dico tibi, cuicumque Virgini loquor: nam tibi [illegible] non deest institutionis Magistra: attende inquam Virgo sacrae praesertim professionis, [illegible] ab hominis irreuerentis oculis caue, & si ad tempus ptaetererit quasi viator, tamen [illegible] suum aperit, & ab omni aqua proxima bibet, vt te inebriet: nullus sit tuus sine ma[illegible] progressus, quae sit anxia custos pudoris, ipsa quoque ad Ecclesiam progressio ratio sit a[illegible]lescentulis. Considera quanta fuerit Maria, & tamen nusquam alibi, nisi in cubic[illegible] reperitur, cum quaeritur: illa te doceat, quid sequaris: Angelum in specie viri vidit, & pa[illegible]bat corde, peregrinabatur adspectu, vnde ad eam dicit Angelus: Ne timeas Maria: [illegible]cet solitudo verecundiam, & Gymnasium pudoris secretum est: quid enim tibi opus est, vel [illegible] proximum accedere? spes fatui facilis in domum proximi, qui autem sapiens est verecun[illegible]tur.* Ita Sanctus Ambrosius cautas semper vult esse virgines, vigiles, & solicit[illegible], ne curioso congressu, vel adspectu inquinentur: suadet secretum, & solitudine, vel in publico socium testem & custodem pudicitiae requirit. Talem solitudinem [illegible] pudoris gymnasium ipsa virginibus nostris naualis congressio praestabat; nihil in [illegible] nisi pudicum, & honestum vel hauriebant auribus, vel vsurpabant oculis: tot ac[illegible]rant custodes pudicitiae, quot virgines: quae quo praecellebant magis genere ceter[illegible] hoc contendebant studiosius prudentia, verecundia, modestia & amore virginit[illegible]tis ad S. Vrsulae exemplum praelucere alijs: Celebratur inter alias modestia S. L[illegible]titiae: *Laetitia*, ait B. Herman. *Virgo omnibus adornata virtutibus, quae iuxta nomen ips[illegible] multos bonae conuersationis suae exemplo & opinionis laetificauit: modestissima quippe ani[illegible] fuit, & verbo loquens raro, vtilibus intenta colloquiis.* Tales & ceteraeae. De S. Prude[illegible]tia ait, c.19. *Omnibus erat amabibis, & accepta, prae multa animi sui virtute & suauita[illegible] modesta fuit in verbis, moderata in moribus, composita in gestibus:* & c. 10. *Praeclara iux[illegible] nomen suum claruerat nomine ac bona opinione, fuit quippe in omni morum virtute comp[illegible]sita, facieq; decora.* Ita factum, vt nullis in tot millibus Virginum fatuis, otiosis, v[illegible] garrulis locus relinqueretur: quae prudentium instar cum lampadibus, & Sancte[illegible]rum operum exercitatione sponso IESV occurrere docebantur; vt venient[illegible] sponso paratae cum eo intrarent ad nuptias. Vnde in hac tanta multitudine sum[illegible]ma erat solitudo; cum congressio illa virginea gymnasium esset, & quaedam pudor[illegible] exercitatio: vbi quot virgines, tot documenta verecundiae, exempla pudicitiae, cu[illegible]stodes alienae castitatis: quare nec illud mirum, tam breui tempore, gentiles etia[illegible] puellas virtute effloruisse, vt omnes dignae essent martyrio, quia vt rectè Seneca ait, *longum iter per praecepta; breue, & efficax per exempla.*

S. Amb. l.3. de viduis p.4.

Comites pudicitiae.

Sensuum custodia.

Solitudo.

Commoda naualiũ exercitationum.

B. Herm. l.2.c.9.

* * *

CAPVT

CAPVT XVI.

Fuga otij.

BEllicum cecinerat S. Vrsula, Viragines expetebat: nouas Christi Amazones, quæ bellum carni & orco mouerent perpetuum: ad hoc certamen triennij o-gus peregrinatione; obfirmatus erat contra aduersa plurima animus, qui si otio tor-pat, nec velut ager fertilis vomere subigatur, spinas & lolium vitiorum omnium rminat, vt scitè Poëta quidam cecinerit:

Animi cul turæ ne-cessitas.

Fertilis assiduo si non renouetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

ùm enim humanus animus iam inde ab exortu suo condat gremio fomitem & se-ina concupiscentiæ: si illa non assiduo labore & coloni solerti industriâ exstir-:ntur, mirâ se luxuriâ diffundunt per otium.

Magister vitiorum otium. *Eccl.33.*

Ideo Sapiens in ludo vitiorum non alium agnoscit Magistrum, quàm otium. *Multam enim malitiam docuit otiositas:* cuius Magistri ea peruersitas est, vt non tan-m malè doceat, sed malitiam, sed radicem & originem vitiositatis, nec leuem il-m, sed multam: nam ad grauissima quæque scelera erudit: vti non tantùm in So-omitis feriatis; sed otioso Salomone satis vsu compertum est. An mirum igitur deri debeat, vti stagnum refugium est bufonibus & venenosis animalibus, sic o-osum centurijs Dæmonum infestari, in quo vt puluinari suauissimè conquiescunt. Puluinar diaboli.

Occasio tentationũ

ulgatissimum inter Anachoretas erat oraculum: qui laborat, ab vno tantùm Dæ-one vellicari: desidem & cessatorem ab innumeris exagitari: quibus vt te libe-s, præcipit S. Hieronymus: *Nunquam te Diabolus non occupatum inueniat: plerumque im, cùm manus cessat ab opere, mens se impurus occupat cogitationibus.*

S. Vrsula remouet nauticis laboribus.

Nouerat has artes veteratorias dæmonum prudentissima Regina Vrsula: pro-erea salutari consilio nauticam cum suis exercuit: remos quandoque duxit, vela xpandit, clauum est moderata: licet enim ad ea obeunda non deessent regij na-rchi, artis peritissimi, qui etiam postea classem abripiendam sunt comitati: cùm men triennij tempore vigerent puellares ludi & nauales exercitationes, hæc ipsa pè munia à Virginibus (præsente interdum perito gubernatore) obita non dubi-; ita etiam vetus insinuat historia: cùm enim descripsisset, quomodo S. Vrsulæ onitu timorem Domini didicissent Virgines, subijcit: *Post hæc dato signo (quia Cap.9.*
are contiguum erat) raptim ad naues conuolant, armamenta explicant, altumq; petentes, odò concursibus, modò discursibus, interdum fugam, interdum bellum simulant: omniq; dorum genere exercitatæ, nihil quod animæ occurreret, intentatum relinquunt: sicq; er dies singulos puellariter palæstrizantes, aliquando circa meridiem, aliquando ad nonam: liquando die toto in ludis absumto, ad vesperam reuersæ sunt. An ista potuere sine mem-rorum agitatione, corporis defatigatione, succedentium sibi Virginum gratâ vicis-itudine geri?

Cõmoda istorum.

Præclara hæc & ingeniosa corporis exercitatio: primò enim recreabat velifi-antes, ac spectatores: deinde fallebat parentes & amicos, qui hæc omnia voluptā-is causâ credebant, non virtutis amore agitari. Interim Virginum membra gratis & iucundis laboribus occallebant, ad itineris ferendas molestias extra patriam; egiæ puellæ paulatim iucundissimis laboribus cum æqualium æmulatione susce-tis præparabantur: vt quæ genere ac dignitate maiores essent, hoc etiam auerent orporis robur in ductandis remis, membrorum agilitatem in explicandis & detor-uendis quaquauersum carbasis, prudentiam in clauo moderando ceteris osten-ere. An potuit tentanti Dæmoni locus supereſſe, cùm omnia labor & seria sem-er exercitatio occuparet? Interim gratâ vicissitudine iactis in ipso mari anchoris, uies iucunda laborem interpolabat, qua durante precibus & diuinis canticis in-ulgebant, vt corpus labore recrearetur & roboretur, non tamen vires nimiâ con-entione fatiscerent.

l. 3. de Virg. p. 2.

Hanc viciſſitudinem præſcribit Virginibus S. Ambroſius, exemplo vine: *Bonus*, ait, *Agricola optimam vitem & fœtus terræ cohibet & defendit à frigore, & n à meridiano Sole vratur, explorat : agrum quoque vicibus exercet, vel ſi non patitu tioſam, diuerſa alternat ſemina, mutatis vt fœtibus arua requieſcant. Tu quoque, l go veterana, paſtoris tui colles diuerſis ſeminbus ſere : nunc alimonijs mediocribus, n ieiunijs parcioribus, lectione, opere, prece, vt mutatio laboris induciæ ſint quie ergo & tu boni Agricolæ exemplum ſecuta, non perennibus ieiunijs, tanquam depreſſis vo ribus humum tuam findas, floreat in hortis tuis roſa pudoris, lilium mentis, & irrigu ſacri ſanguinis, violaria bibant fontem : vulgo hæc ferunt, quod velis prolixè facere, quando ne feceris.*

Viciſſitudo exercitationum.

Hæc ſuadet Virgini S. Ambroſius : eadem ſuis præſcribebat Vrſula, grat viciſſitudine quotidianarum actionum orexin excitabat, eadem vel ſimilia ſequ tibus diebus continuabat.

Temporis diurni diſtributio.

Equidem exiſtimo, tali viciſſitudine interpolatas fuiſſe Virginum exerci tiones : vt primò exhortatio quædam S. Vrſulæ præiret pia, & ad Dei infla mandum mutuumque amorem accommodata, quam communis videtur co precatio excepiſſe : tum naualis meditatio corpori exercendo peridonea, qu ex primæ diei deſcriptione veteris hiſtoriæ ſatis colligitur ; quæ cap. 8. ita s

vet. hiſt. c. 8

Puellares autem cunei ſaluberrima Reginæ monita arrectis auribus auidiſſimè audien cordaq; eum manibus ad cœlum leuantes, quaſi iam militari ſacramento coniuratæ in C ſtum, ad omnia diuinæ Religionis munera ſuam deuotionem ſpoſponderunt, mutuaq; critate ſeipſas in hoc ſtudium cohortatæ ſunt, vtpote quibus iam tunc cor vnum & an vna erat, ſupernaq; dulcedine præguſtata, in mentibus earum mundus & gloria eius luerat.

Huic comprecationi cùm naualis velitatio ſucceſſiſſet, eam intercipie grata quies in mari capta, chiliarcharumque ſingulis in nauibus inſtitutio ſa in rebus fidei, vel cantus : poſtea repetita nauigatione, in vrbem rediba die illo, ſanctè & caſtè, nec ſine corporis aliqua, iucunda certè fatigatione, curſo.

Hæc officia pietatis, & corporis honeſta occupatio, & diuini amoris fo bant igniculos, & arcebant pericula caſtitatis, membra etiam ad labores Ch ſti cauſa tolerandos roborabant : ipſas autem inter ſe Virgines mutuo & inſo bili caritatis vinculo colligabant.

CAPVT XVII.

Ieiunia Virginum & Sobrietas.

DVo Virginibus cum Salomone Chriſto Sponſo ſunt altaria conſtruenda : terum ad thus precum adolendum, alterum ad carnes animalium immola das, proprij corporis afflictatione : Ideo ſobrietas ab Aſceticis Magiſtris præ puè caſtis hominibus præſcribitur : vt foco libidinis omnis materia vel ligna ſu trahantur ; nam S. Ambroſij oraculum eſt : *Paſcitur libido conuiuijs, nutritur delic vino accenditur, ebrietate inflammatur.*

Nemo hanc rem deducit clariùs, vel probat firmiùs, S. Hieronymo Epiſto ad Euſtochium : *Si quid itaque in me poteſt eſſe conſilij, ſi experto creditur, hoc p mum moneo, hoc obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno : hæc aduer adoleſcentiam prima arma ſunt Dæmonum : non ſic auaritia quatit, inflat ſuperbia, lectat ambitio ; facilè alijs caremus vitijs : hic hoſtis nobis incluſus eſt, quocunque pergimus, nobiſcum portamus inimicum : Vinum & adoleſcentia duplex eſt incendi voluptatis, quid oleum flammæ adijcimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium mi ſtramus?*

Venenum caſtitatis vinum.

Obſe

Ieiunium S. Vrſulæ in regia.

Obſeruabat ad amuſſim hæc præcepta caſtimoniæ, S. Spiritûs edocta Magiſtrio S. Vrſula; ſæpe vacabat ieiunio, præſertim cùm vrgeret virginitatis periculum: id iuprà oſtendimus, cùm Legati de nuptijs contrahendis aduenisſent, ait enim c. 4. veus hiſtoria: *Cumq; noctem diei, imò noctes diebus in vigilijs & ieiunijs continuaret, infirmitate humani corporis, fatiſcentibus membris.* Hanc inediam ſenſim Virgines ed dijt: cùm enim triennio naualibus certaminibus diſtinerentur, ait Auctor: *aliquando circa meridiem, aliquando circa nonam, aliquando die toto* in ludis abſumto, ad veſperam redijſſe: non mihi perſuaſerim, Virgines quotidie magnum ciborum

Virginum in nauibus

aparatum nauibus intuliſſe: Indultum fuerit primis diebus aliquid puellis regijs, poſtea tamen animaduersâ S. Vrſulæ abſtinentiâ, caſtigaſſe videntur iſtam mollitiem, & ita totos inediâ dies interdum tranſmiſiſſe: quod ipſis in itinere pedeſtri perquam fuit familiare: ſicut & in nauibus, cùm Baſileam verſus pergerent: Illud videtur veroſimile, puellas etiam regias vulgari tantùm & parabili victu nutritas eſſe, & ad dimenſum ſtatis horis eum accepiſſe.

De pedeſtri itinere B. Hermannus ita loquitur, vbi, cùm infantes dixiſſet nullo cibo vel lacte eguiſſe, de Virginibus c. 14. ſcribit: *Reliquarum verò quàm plures Virginum nequaquam multo indigebant cibo, quod Dei gratia, quæ illas forinſecus conſeruans ſupernabat, intrinſecus aderat confortans eas, & ſuſtentans*, & c. 15. *Omne præterea cibi corporalis delectamentum multis faſtidio erat.* Subditq; c. 14. *Qui autem horum, quæ ſcripſimus, incredulus fuerit, legat vitas Patrum, & inueniet plures ſemel in hebdomada modico cibo guſtato ſuſtentatos.* Plenæ ſunt hiſtoriæ Eccleſiaſticæ exemplis, vt Chriſti Seruatoris, Moyſis, Eliæ, S. Catharinæ Senenſis, quæ breuitatis causâ prætereo. Hic victûs tenuitate id Virgines conſecutæ ſunt, vt minimo contentæ, ruſticano eam cibo pro delicijs vterentur. De S. Chriſtina, Cunegunde, Mechtunde a Wibrande ſuprà dixi, cùm inualetudine tentatæ ſubſiſtere cogerentur, & vicinis ſuccederent mapalibus, diuerſorium ſupplices emendicantes, & agricolæ ex veſtium ornatu non abs re illuſtre Virginum genus ſuſpicarentur, ſuamq; inopiam & caſæ vilitatem opponerent, contentas ſe eorum & cibis & tecto fore, ſi per ipſos & ijs liceret frui, dixerunt: Iam tum aſſueuerant Principum etiam filiæ cibis obuijs, iisque modiciſſimis: quos eo nutrire meliùs ſpiritum rectè iudicabant, quo caro macerata ieiunijs ac parſimoniâ victûs rationi faciliùs ſubderetur.

Cap. 14. Temperantia in peregrinatione

4. Virginũ abſtinẽtia.

S. Cunerę.

De S. Cuneræ Vrſulanæ Virginis inſigni abſtinentia, varij Auctores meminere; quæ, cùm ſubducta communi Virginum lanienæ Coloniæ Regi Rhenenſi circa Britanniam mancipij inſtar deſeruiret; orationibus, vigilijs & abſtinentijs ferè contiuis vtebatur: genium etiam defraudabat, vt haberet, quod egenis largiretur: erat hæc Regis Orcadum filia, pridem in Gymnaſio S. Vrſulæ ad virginitatis amorem inſtituta, callebat media omnia, quæ huic virtuti conſeruandæ ſunt adiumento: ideo corpori ſubtrahebat, ne fomiti ignis, igni materia ſuggereretur. Quocirca prudenter S. Ambroſius Virgines commonet: *Eſcis quoque omnibus, quæ gignunt membris calorem, parcè vtendum puto, carnes enim etiam aquilas volantes deponunt: in nobis quoque ales illa interior, de qua legimus, renouabitur ſicut aquilæ iuuentus ſua, ſublime tenens virgineo propè volatu ſuperfluæ carnis neſciat appetentiam, conuiuiorum deuitandæ celebritates, fugiendæ ſalutationes, ipſas viſitationes eſſe in iunioribus pauciores volo: ſi fortè deferendum ſit, parentibus aut æqualibus, teritur enim officijs pudor, audacia emicat, riſus ſubrepit, modeſtia ſoluitur, dum affectatur vrbanitas.*

l. 3. de virgin. p. 1.

* * *

CAPVT XVIII.

Corporis afflictatio & labor peregrinationis, item an Peregrinatio Virgines deceat.

ASſuetæ Virgines triennio nauigationi, & corporum etiam exercitationi conuictui, cùm iam genere inæquales, moribus, virtute, & amore æquales euaſiſſent, educendæ iam quaſi in aciem illud audiere: *Audi, Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum.* Hilares ad nutum cœleſtis Sponſi paratiſſimæ conſcendunt naues, in patriam nunquam redituræ, iam ſecuræ de Martyrio, ad per iter arduum ac difficile velut ad Cœlitum delicias properant. Lectus ijs rudentes nautici, vel dura humus, cibus obuius: productæ vigiliæ, continuæ preces; ſolitudo in cœtu maxima, ab omni congreſſu & alloquio viroru: hæc arma caſtitatis & inſtrumenta pudicitiæ, quæ Sponſus cœleſtis interpre Vrſula, vt docebat, ſic diuinæ gratiæ melle condiebat, vt mirificè guſtum Parth nium afficerent.

Vitæ aſperitas.

Succedebat pedeſtre iter perquam difficilè, ſi quid amanti difficile: vbi mnus ſub dio, & modicus capiebatur; ad ſignum progredi, ſtare, vires refici iubebantur: nec labor iſte caſtis mentibus, præſertim amantibus: quas talib moleſtijs quaſi præludijs Deus ad Martyrij certamen erudiebat. Sciebant V gines hoſtis tartarei continuas inſidias, quas adminiſtrâ carne domeſtico proc tore molitur: ideo ſemper quaſi in acie ſtabant, carnis cupiditates generc ſui victoriâ continuò deprimendo. Poterant de ſe dicere, quod S. Hieronym ait: *Quaſi in procinctu & in acie ſtamus ſemper ad pugnam: vult nos loco mouere hoſtis, & de gradu decedere: Sed ſolidanda veſtigia ſunt, & dicendum: Statui pra petram pedes meos. Petra* verò, cui inſiſtamus, qua nitamur, ne ſuperemu *Chriſtus eſt*: & viua in eius præſenti auxilio ſpes ac fiducia: hic eſt, qui ta quam *Sponſus paſcitur inter lilia*, & inter eos, qui *veſtimenta* ſua *non coinquinaru Virgines enim ſunt.* Hæc petra fundamenti, quæ omnem boni deſiderij ſtructu ram ſuſtinet, quibus baſibus ſolidatæ Virgines noſtræ, amore ſcilicet in Cr cem acti IESV Sponſi, (cui vt ſponſæ optabant conformari) nihil credebant a duum in peregrinatione iſta longinqua: mellea videbantur omnia, quæ eas Spon ſimiles efficiebant.

S. Hiero. ep. ad Demetr. Cõſtantia Fiducia in Deum.

Sunt, qui hanc Virginum vel viduarum peregrinationem vehementer in probent, nolunt decere eas prodire in publicum, vagari, peregrinari: vbi plu pudor periculi ſubit, quàm animus capiat emolumenti: laudant illud Ambroſ de Deipara: *Prodire domo neſcia, niſi cùm ad Eccleſiam conueniret, & hoc ipſum cum parentibus & propinquis domeſtico operoſa ſecreto.* Sed idem ſanctus Doctor ſub dit: *Quid quod annis omnibus quoq; ibat in Ieruſalem, ſolenni die Paſchæ, & cum Ioſepho.* Quis iure reprehendat S. Helenæ per Aſiam, Palæſtinam, Britanniam Galliam & Europã ferè totam tam vtiles, erectis vbiq; Chriſti Martyribus Eccleſijs peregrinationes? Quis S. Paulę & Melaniæ Romanarum viduarum? quis S. Brigitt Suedicæ cum filiâ Catharinâ, & S. Beggæ & Idæ Romanam profectionem? qua Deus ſępè Virginib. imperauit, proſpecturus vtique, ne quid detrimenti paterentur Vnam ſufficiat laudaſſe teſtem S. Bonam Virginem: quæ nata Piſis Bernardo patre matre Bernâ, ei ſeptenni Chriſtus adſtitit, & has leges pudicitiæ conſeruandæ tu lit: *Lecto pudicè cubato ſola: veſtis cilicium eſto: vt latrones domeſticos effugias, pudorem peregrè ad Duũm templa circumferto: Hieroſolymam adi, Compoſtellam inuiſe.* Dur & ferreæ leges, quas vir ægrè ſeruaret, quid puella & ſeptennis, ipſaq; ſæpiùs ægra Annuit, & libenter Virgo Legiſlatori Sponſo: Plura etiam præſtitit: non lecto

Deceat-ne Feminas peregrinatio

Probat eã S. Ambroſ.

S. Helena.

Melania.

S. Brigitta.

S. Bona.

Leges à Chriſto Virgini latæ.

ſed

ſe ſtramine inuoluit pudorem. *Si non tam molliter* (rectè Faſti Mariani aiunt) *certè ſe-cuùs dormiturum:* non ſemel, ſed decies ex Italiâ ad S. Iacobi ſepulcrum in Gallæ-ciam abijt: tum omnibus ſeptimanis tres dies non niſi pane & aquâ traduxit, & re-liquis, quibus opiparè vixit, leguminibus vixit, etiam tunc, cùm ab Ieroſolymitano itinere, & longâ Saracenorum captiuitate redux continuâ febri laboraret: quo-modo cum Deo ipſa certat Virgo; vt ægro corpori ægrè faciat? non conqueritur de ſeruitute, non de febri continuâ & perpetuâ totius vitæ: addit inſuper & victûs tenuitatem, vt nihil omnino carni velut hoſti domeſtico delectamenti relinqua-tur. Nouerat ſancta Virgo aureum S. Gregorij dictum: *Quis neſciat, quòd melius ſit ardere flammâ febrium, quàm vitiorum?* Ideo febres Virgo Bona in beneficijs nu-merabat: velut præſentiſſimam periclitantis pudicitiæ medicinam: Nihil-ne igitur tantis afflictionibus ac ærumnis diuinæ conſolationis? totum-ne cœlum ei ſem-per æneum, nunquam arriſit ſerenum? Imò applaudebat hiſce ſtudijs Chriſtus Sponſus & Legiſlator, qui vires & gratiam miniſtrabat, vt hilariter etiam ferret: qui Ieroſolymis ad ſepulcrum ſuum orantis capiti ter manum ſuam impoſuit, & poſt quadraginta diale ieiunium traductum in eâdem eremo, in qua Chriſtus id impleuerat, annulo ſibi Bonam deſpondit, & multis deinde miraculis ſanctitatem eius mundo illuſtrauit.

Mirum ſui odium.

S. Greg. l. 33 Moral. c. 23 Febriũ ardor frenat libidinem.

Similia de S. Angela item Itala dicam infrà, quæ multum diuq; etiam diui-no monitu non Romam tantùm, ſed & in Terram Sanctam peregrinatum abijt an-te, quàm famoſiſſimæ Sodalitati Vrſulanæ iaceret fundamenta: vt exemplo antè & vitâ S. Vrſulam exprimeret, cuius Congregationem moliebatur.

S. Angelæ Brixienſis peregri-nationes.

Ad hoc excitat Virginis officium S. Ambroſius exemplo Deiparæ Eliſabe-tham viſi tantis, dum ait: *Mariam, quæ antè ſola in intimis penetralibus verſabatur, ne à publico virginitatis pudor, non ab ſtudio aſperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardabat: in montana Virgo cum feſtinatione, Virgo officij memor, iniuriæ im-memor, affectu vrgente non ſexu, relictâ perrexit domo. Diſcite, Virgines, non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquot in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera, in publico feſtina, manſit apud cognatam quaſi menſibus tribus.*

S. Amb. l. 2 ſuper Luc.

Ita Virgines ſanctæ à Deo iuſſæ celeriter & promtè Alpium etiam cacumina ſubſilierunt, & nullas itineris moleſtias ſubterfugerunt, vt parerent Sponſo impe-ranti, & pudicitiam etiam membrorum defatigatione cuſtodirent, ſicque corpus martyrio præpararent, quibus fortè in patriâ potuiſſet grauius virginitatis perden-dæ periculum imminere.

CAPVT IX.

Obedientia Vrſulanæ militiæ.

EST hoc Militiæ proprium, ad nutum parere Polemarcho: *Summa* (ait S. Greg.) *militiæ laus inter alia bona meritò hæc eſt, Obedientiam ſanctæ Reipub. vtilitatibus ex-hibere, quodq; ſibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare;* vt Braſidas apud Thu-cydidem dicere ſit ſolitus: *Tria hæc eſſe bonæ militiæ, velle, vereri, obedire.* Norant id Romani, quos Ioſephus Iudæus dixit duabus rebus potiſſimùm ad ſum-mam potentiam peruenisſe, *obedientiâ & armorum exercitatione.*

lib. 12. Reg. ep. 24. Virtus pcipua militię obediẽtia. *Thucyd. l. 5. Ioſeph. l. 2. b. Iud. c. 25.* cur militia dicatur Vr-ſulana Sodalitas.

Militiam ſacram & Partheniam ducebat Vrſula, quæ mundo carnique aper-tas indicebat inimicitias: ideo belli huius exordium meritò à Sigeberto, Belluacenſi, alijſq; ita deſcribitur: *Omnibus bellis famoſius fuit bellum, quod candidatus ſan-ctarum vndecim millium Virginum exercitus bellauit duce S. Vrſula.* Ideo etiam dux & imperatrix illius, deſcriptionem totam in turmas & chiliadas ad militiæ normam exegit; ſuas Chiliadibus præfecit Chiliarchas; & quatuor delegit Puellas princi-pes, velut ſacrum & ſecretum belli conſilium, vtque ſtiparent Reginam, & quæ

Bellũ eius. chiliarchę

à totâ militiâ peragendâ, fideliter exſequerentur: quibus & in ipſas Chiliarchas erat imperium, vt omnia recto ordine, ex legibus militaribus, in nouis his Parthenum caſtris gererentur.

Quare non mirum eſt, ſi huius quoque ſacræ militiæ ſtabilimentum fuerit obedientia, vt lectiſſimæ non Britanniæ tantum, ſed totius Europæ Virgines, vnanimi conſenſu, paribus armis, mutuo auxilio & conſilio ad hoſtes caſtitatis debellandos incumberent: erat hæc etiam obedientiæ & diſciplinæ huius militaris obſeruatio vinculum tenaciſſimum, quo membra omnia inter ſe, & cum capite cohærentur, & dum ſingulę imperata exſequuntur munia, ſumma animorum omnium conſenſio & pax tranquilliſſima oriebatur. Hanc laudem etiam obedientiæ militari tribuit Valerius Maximus, vbi eam vocat *præcipuum decus & ſtabilimentum Romani Imperij, ac tenaciſſimum vinculum, in cuius ſinu & tutela ſerenus tranquillusq; beatæ pacis ſtatus acquieſcit.*

Valer. Max. l. 2. c. 2.

in ea obedientia promta.

Porrò auctoratis in hunc ſacrum exercitum Virginibus, incumbebat neceſſitas, ad nutum in omnibus, ſuis Præſidibus obediendi: cùm quotidiana, imò horaria eſſent diuerſarum exercitationum imperia, dum velitarentur in mari: non tam difficilis parendi ratio: vt quæque enim Virgo genere, ſic virtute quoque nobilior eminebat promtiore parendi ſtudio, cui haud ægrè conſonabant inferiores: vnde gratiſſimus exſtitit concentus Virginum, Cœlitibus iucundiſſimus, voluntatum & operum: Imperabat S. Vrſula conſulto antè precibus Numine, & re cum Principibus Virginibus, ſæpè etiam cum Epiſcopis in deliberationem vocatâ, parebat hilariter chiliarchæ, nutum & exemplum chiliarcharum ſequebantur chiliades, cum tâ piâ & ſanctâ quadam inter ipſas æmulatione, quę chiliadum reliquas parendi ſtudio anteiret.

cum æmulatione æqualium.

Habent hoc mentes generoſæ & regiæ proprium, vt omni in opere, cui ſe applicant, excellere geſtiant: cùm igitur in contentionem animi demiſſionis veniunt, non quieſcunt ante, quàm ſe cunctis ſubmiſerint, vt hinc Chriſti præcepto obſtringuantur: *Recumbe in nouiſſimo loco.* Videre id fuit in Regibus, qui calcatis ſceptris Religioſam abiectionem imperijs prætulerunt: eorum quidam ad paſcendos greges ſe demiſere; nec vllum tam vile fuit domûs officium, quod non ambirent maiore animi contentione, quàm coſmophili ſolent honoribus inhiare: ſic & honeſtiſſimâ æmulatione ad exhaurienda promtiſſimè Superiorum omnia mandata Virginum regij ſanguinis excubabant, vt nihil tam arduum, vel in Britanniâ, vel in itinere principi poſſe videretur, quod non generosâ animi inductione promtè aggrederentur & conſtanter perruptis occurrentibus difficultatibus perficerent.

Luc. 14.

Cuſtos caſtitatis.

Erat hæc ipſa promta obedientia non minimum præſidium caſtitatis conſeruandæ, qua fiebat, vt ſicut ratio & voluntas Virginum Deo ſubijciebatur per S. Vrſulam, ijs diuina iuſſa declaranti; ſic viciſſim rationi corpus Virginibus ſubderetur, vt nulli facile motus inordinati contra Deum & rationem orirentur. Omnes enim perturbationes animi, quas inuiti ſuſtinemus, & appetitûs rebellio fomesq; libidinis originem traxit à Protoplaſtorum inobedientiâ: parebant in Paradiſo omnes animi paſſiones ad nutum rationi, ſed vbi cum rationis deliberato aſſenſu voluntas humana diuinæ voluntati repugnauit, excuſſit ſtatim iugum rationis appetitus, armauit in eam omnes affectus & perturbationes, quas cogitur inuitus cum regere nequit, tolerare ſaltem. Ideo qui carnis voluntati repugnantiam ſuperare neceſſariò debent in omnibus diuinæ ac Superiorum, quos loco Dei habent, voluntati ſe accommodare, teſte S. Bernardo: *Si poſſidere vult anima, ſi regnare deſiderat ſupra membra ſua, neceſſe eſt, vt ſit ipſa mitis, & ſuperiori ſuo ſubiecta: quoniam talem inuenit inferius ſuum, qualem ſe exhibuerit ſuperiori ſuo: armantur enim creaturæ ad vlciſcendam ſui Creatoris iniuriam.* Argutè, vt ſemper, S. Auguſtinus hîc ita ratiocinatur: *In medio quodam loco anima conſtituta legem accepit, hærere ſuperiori, regere inferiorem: regere non poteſt inferiorem, niſi regatur à meliore: trahitur ab inferiore, deſeruit ergo meliorem.* Rectè igitur ſtatim ab exordio huic Congregationi militiæ nomen Vrſula tribuit: officia more militari diuiſit: vt quemadmodum in omni exercitu, ſic in ho

Origo rebellionis appetitus ex inobedientia.

S. Bernard.

S. Auguſt.

Pa

Pythenico decus omne & ſtabilimentum huius militiæ parendi ſtudio & diſcipli-
na ſeueriſſima obſeruatione contineretur ; nam dum ratio & appetitus ſuperior
quibuſcunque in rebus paret diuinæ maieſtati, eius etiam auxilio appetitûs inferio-
rougna comprimitur: eſt enim, teſte S. Gregorio, *obedientia ſola virtus, quæ ceteras*
virtutes menti inſerit, inſertasq; cuſtodit, vt eâ vigente floreat inprimis caſtitas, &
triumphet de hoſte omnium pernicioſiſſimo carne. *Vir obediens* (ait Sapiens in Pro-
verbijs) *loquetur victorias.* Hinc ortum in tot millium Virginum congreſſu, altiſſi-
mum, cùm orandum eſſet, ſilentium, ſumma animorum conſenſio paxq; iucundiſ-
ſima, ac cor vnum & anima vna ; ſingulæ enim proprijs voluntatibus repudiatis,
in vnam diuinam à S. Vrſula & chiliarchis propoſitam (quas Dei loco habebant)
inuebantur, ad quam amuſſim gratâ Cœlitibus æmulatione omnia dirigebant o-
pera; quam meritò viam expeditiſſimam & compendiariam Aſcetæ ad perfectio-
nem appellarunt: vt rectè Dorotheus de diſcipulo ſuo Doſitheo delicatè nutrito
dicat, cùm non poſſet graues corporis afflictationes ob imbecillitatem tolerare,
ſuo obediendi ſtudio breui ad eum perfectionis apicem peruenisſe, vt Magiſter e-
ius cœlitus didicerit, eum in cœlis eâdem gloriæ coronâ donatum eſſe, qua Paulus
& Antonius primi & famoſiſſimi Anachoretæ fruerentur. Eſt enim *Obedientia*
(vt S. Auguſtinus) *maxima virtus, & ſic dixerim, omnium origo materq; virtutum:*
& S. Hieron. *O felix & abundans gratia! in obedientia ſumma virtutum clauſa eſt; nam*
ſimplici greſſu hominem ducit ad Chriſtum.

l. 35. Moral. c. 10. Obedientia mater virtutum.

Vnã oĩum voluntatem & eor efficit.

Dorotheus;

Biblioth. PP. to. 3. diſt. 1. S. Aug. l. 1. aduerſ. legis & Proph. c. 14. S. Hiero. in reg. Monac. §. 6.

CAPVT XX.

Sodalitas Vrſulana idea florentis Religioſi ſtatus.

Ingularis vitæ Religioſæ felicitas eſt, quod remotis omnibus ſalutis impedimen-
tis, & procellarum mundi fluctibus, ereptum hominem in portu conſtituat tran-
quilliſſimo: in quo ſoli Deo & ſaluti proximi quandoque vacet, & quamuis proxi-
mo verbo proſit, hoc etiam cedat illi ad propriæ gratiæ & perfectionis incremen-
tum: remouet religio inſatiabilem opum congerendarum cupiditatem, de qua
dicitur: *Radix omnium malorum eſt cupiditas*, qua ſuccisâ venenati fraudum, iniu-
ritiæ, aliorumq; vitiorum fructus exareſcunt: exſtirpat amorem & ſtudium volu-
tatum, è quo pullulant ſpurcæ cogitationes, quæ omnem aditum diuinis inſtinctibus præcludunt, & inflammato fomite ſuccendunt omnes cupiditates, vt ex tem-
plo Dei proſtibulum fiat Cacodæmonis, quod incendium extinguit amor Virgini-
tatis, vni intentus curæ placendi Deo. Denique ambitionem honoris, laudis & pro-
priæ æſtimationis, cum amore proprij arbitrij, (quo quis ardet ſuis viuere legibus,
omnia cupiditatibus ſuis & libertate metiri) penitus reſecat, & alienam in omnibus
rebus ſequitur voluntatem, quibus exciſis peſtiferis radicibus, & ſublatis ſalutis im-
pedimentis, tranquilla mens incumbit in vnum Dei ſeruitium; quo cogitatus, verba
omnia opera reuocat.

Religio portus trã quilliſſimꝰ

1. Tim. 6. Reſecat auaritiam, voluptates, ambitionẽ

Nulla hîc prauorum hominum conſuetudo, flagitioſiſſima nequiſſimorum exempla, peſtifera contaminatorum colloquia, mores corrupti, quibus ſenſim ſine aduerſione probatiſſimus quiſque inquinatur: dum ei quotidie aliquid improbitatis affricatur, donec cum lupis ſciat vlulare.

prauam ſocietatẽ,

Iam ſi quis Vrſulanæ Sodalitatis inſtituta & viuendi normam, tam in nauibus, quàm pedeſtri itinere contempletur, mirabitur nihil ei ad exactam hanc Deo ſeruiendi rationem defuiſſe: Aberat inprimis in regijs etiam puellis inexhauſta auri cupiditas, quæ Chriſti amore voluntariam amplexæ paupertatem, contemtis regnis, ſpretis ampliſſimis poſſeſſionibus, communi tantùm & vili ijs oblato cibo, vel commeatu ab Angelis collecto, quaſi ſtipe corrogatâ victitabant, contentæ parui-
ſſimo, vt cum Apoſtolo dicere poſſent: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus*, imò non ſuperflua tantùm reſecuerunt, vix neceſſaria in itinere cor-

Accõmodantur ea Sodalitati Vrſulanæ. Paupertatis amor. Tẽperãtię

1. Tim. 6.

pori fouendo tribuebant, nam multæ Virginum quasi perpetuam sibi ieiunij lege indixerant. An hîc locus esse poterat cogitationibus spurcis, & desiderijs ven reis, omni materiâ lignisque subtractis igni Cupidinis? *De abstinentiâ*, ait S. Le *prodeunt castæ cogitationes, rationabilis voluntas, salubriora consilia, ac per voluntarias flictiones caro concupiscentijs moritur, virtutibus spiritus innouatur.* Aberant carnis lecebræ, corpore vigilijs, laboribus, orationibus longisq; itineribus fatigato: na velut in acie stabant continuò Virgines, in id intentæ, quomodo possent hosti domestico, subductis quandoq; necessarijs rebus, incommodare, ne cordis castru proditori tartareo cederet.

Castitas fota corporis asperitate. *S. Leo ser. 2. de ieiunio.*

Nec hîc vigere poterat propriæ laudis, æstimationis, ac libertatis appetent cùm regiæ Virgines iam pares infimis, vnâ præcellere alias laude, sui ipsius des cientiâ, & exactissimæ obedientiæ desiderio cuperent, vt quisquis harum Virginu mores inspexerit, hoc libro explicatos, virtutum omnium expressam imaginem intuiturus, quæ Religiosos cumprimis decent.

Sui ipsius despicietia

Solet diuina bonitas certare cum suis beneficentiæ studio, vt quo quis in Deu liberalior est, pluraq; virtutum opera ad Dei laudem exercet, hoc Deus eum & hac vitâ, & post eam copiosiùs remuneretur. Ita Religiosis, qui omnia Dei amo postposuere, atque adeo summam quasi prodigalitatem (si tamen homo in Deu liberalis esse potest, cuius ipse nec egeat obsequijs, nec lædatur sceleribus) erga Deu ostenderunt, præter cœlestis regni certam promissionem, huius etiam vitæ cent plum repromisit, dum ijs solet cœlestes etiam animi delicias elargiri, dummod perfectè proprijs nuncium remiserint cupiditatibus, vt eæ omnes mundi voluptat longè superent. Hoc nectare inprimis Virgines nostras ita inebriauit, vt nul persentiscerent itineris Romani longè difficillimi molestias, & in ipso Alpium ac scensu, quasi in Paradiso spatiari, & omnibus circumfluere voluptatibus viderentu *Introducebat* eas iam tum cœlestis Sponsus *in cellam vinariam*, & *ordinabat in ijs ca tatem*, ex qua inæstimabile gaudium & pax animi redundabat.

Cœtuplum Religiosorum in hac vita.

Videant Religiosi aridi & vagi, quibus desipit oratio, tormentum est regular obseruatio disciplinæ, qua viâ cœlestes illæ deliciæ possint obtineri. Profectò no illâ corporis prauâ indulgentiâ, qua reseratis sensuum omnium fenestris cupidita tum frena laxantur: quando nec ipsi quidem Apostoli Paraclitum recipere potue runt, quamdiu delectationi corporeæ, quam ex præsentiâ Christi viuentis hauric bant, nimium adhærebant, de quibus ita differit S. Bernardus: *Quis audeat illecebr deditus, sectans lenocinia carnis suæ, carnis vtique peccatricis, genitæ in peccatis, assueta pe catis, in qua denique peccatum non est, illum exspectare Paracletum? audeat, inquam, qu huic sterquilinio semper inhæret, qui carnem fouet, in carne seminat, carnem sapit, illa nihilominus consolationem supernæ visitationis, illum torrentem voluptatis, illam sperare gratiam Spiritus vehementis, quam, vt Veritas ipsa testatur, ne cum ipsa quidem Verbi ca ne percipere vllatenus Apostoli potuerunt: errat omnino, si quis cœlestem illam dulcedinem huic cineri, diuinum illud balsamum huic veneno, charismata illa spiritus misceri posse huiusmodi illecebris, arbitratur.* Quæ satis indicant, nunquam Religiosum ad gustan das Spiritûs Sancti delicias aptum fore, nisi penitus mundo spreto, carnis commo ditatibus, & propriæ existimationi nuncium remiserit: ac cum sanctis hisce Virgini bus, totum se diuino cultui manciparit.

Carnis amor fugat cœlestes cõsolationes

S. Ber. ser. 6 in Adscē. D. Notent tepidi Religiosi.

Neque tantùm Sodalitas ista cuiusuis Religionis ideam proponit; sed eius, quæ maximè floret, & in primo (vt dici solet) vigore, sine legum relaxatione perse uerat. Cuius vigoris hæc potissimùm signa recensentur, si rerum communitas exactè seruetur: si regnet caritas & concordia; absit ambitio, & vigeat obedientia: quàm rarissima cum consanguineis, eaque tantùm spiritualis sit communicatio: denique zelus animarum floreat, eaque causâ nulla defatigatio defugiatur. Nolo singula seorsim breuitatis causâ persequi, satis è dictis apparet, licet quædam ad v sum peculiaria fuerint; victum certè fuisse communem & frugalem, summam etiam animorum consensionem, vt inter tot millia nullum animorum dissidium, imò nec vocem quidem altissimo in silentio in nauibus, dum pijs vacarent operibus,

Signa 6 flo rentissimæ Religionis

vel

vel in itinere auditam existimem: porrò quæ poterat esse cum consanguineis familiaritas, cùm educerentur in peregrinationem? antea verò in Britanniâ vix erat, vel fuerit, tota circa res spirituales & cœlestes distinebatur, vt parentes & consanguineos vel fide imbuerent, vel eâ iam imbutos ad Martyrij societatem incitarent: nam ea commendabatur in reliquis, quæ plures exemplo verboq; Christo adduxisset. Neque verò ea multitudo Religiosam quietem vnquam interturbabat, vel impediebat, quo minus à singulis exactè cuncta seruarentur; quia nulla volebat videri exinia; cunctę reliquas modestiâ & promtitudine obsequendi superare nitebantur. Ego, quoties hanc Sodalitatem tot millium considero, videor aptè posse ijs comparari, quæ S. Hieron. oculatus testis de Ægyptijs cœnobijs refert; in quibus interdum quinque millia cœnobitarum numerabantur; omnes tamen eodem Archimandrita & Magistro ad perfectam virtutem summo silentio sine screatu etiam eruebantur, ne quis putet eam multitudinem aliquid perturbationis attulisse. *Primaait, apud eos consideratio est, obedire maioribus, & quidquid dixerint, facere; diuisi sunt per decurias atque centurias, ita vt nouem hominibus decimus præsit: & rursus decem Prepositos sub se centesimus habeat: manent separati, sed iunctis cellulis, vsque ad horam nonam, vt institutum est, nemo pergit ad alium, exceptis suis Decanis, quos diximus, vt si cogitationibus suis fortè quis fluctuet, illius consoletur alloquijs, post horam nonam in commune concurritur, Psalmi resonant, Scriptura recitatur ex more, & completis orationibus, cunctisq; resplentibus, medius, quem Patrem vocant, incipit disputare, quo loquente tantum silentium est vt nemo alium adspicere, nemo audeat exscreare. Dicentis laus est in fletu audientium, tactæ voluuntur per ora lacrymæ, & ne in singultus quidem erumpit dolor. Post hæc concilium soluitur, & vnaquæque Decuria cum suo Parente pergit ad mensam, quibus per singulas hebdomadas vicissim ministrant: nullus in cibo strepitus est, nemo comedens loquitur; dehinc consurgunt pariter, & hymno dicto ad præsepia redeunt, ibi vsque ad vesperam cum suis quisque loquitur, & dicit: Vidistis illum & illum? quanta in ipso sit gratia? quantum silentium, quàm moderatus incessus? si infirmum viderint, consolantur, si in Dei amore feruentes, cohortantur ad studium.* Hæc S. Hieronymus. Potuit ergo in maxima multitudine ordo pulcherrimus obseruari, silentium altissimum, & exactissima obedientia, cunctis in centurias & decurias aptè distributis, licet multa etiam millia vnum in locum conuenissent.

in maxima frequentia

S. Hieron, ep. 22.

Summus ordo & silentium.

Certè Isidorus suo in cœnobio plus quam mille alumnos numerauit; huic successit Apollonius, qui adaucto numero quinque millibus præfuit. Sanctus verò Pachomius varijs in domibus (vt S. Vrsula nauibus) modico disiunctis interuallo, sortem millia Discipulorum habuit, in qua verò domo degebat ipse, plures quam mille morabantur, quos omnes commodioris gubernationis gratiâ in 24. classes pro numero Græcarum literarum distribuerat. Sed omnes longè Serapion vicit, in decem millia cœnobitarum, pluribus tamen diuisos domicilijs gubernauit. Quem tamen etiam Vrsulæ Sodalitas superauit, & numero, & personarum dignitate, tot enim in ea Episcopi, præter Reges & Principes eminebant, licet Virginum congregationem, Episcoporum & SS. Angelorum directa consilio, sola moderaretur, vt verissimum existimem, florentissimæ Religionis ideam exstitisse, in qua præter perfectum mundi contemtum, summa animorum vnio, incredibilis obedientia, solitudinis ac silentij in maximo cœtu rigor floruerit cum Angelica castitate: vt licet vix seiunctæ fuerint, idipsum tamen mirificè videatur contulisse ad morum compositionem & vitæ sanctitatem, in præsentiâ tot Virginum sanctissimarum, quarum intuitus continua erat commonitio vitæ perfectioris: præsertim cùm nulla hic (quod tamen nec in Apostolorum cœtu vel aliâ congregatione facilè vsuvenit) esset, quam Deus non ad cœlestem gloriam elegisset, & si vndecim millia spectes, nulla, quæ non ad Virginitatis aureolam etiam Martyrij coronam adiunxerit.

Multorum milliũ cõgregatiões

nunq̃ tamẽ similis altera Vrsulanæ.

CAPVT

CAPVT XXI.

Amicitia vera SS. Virginum inter se, & Religionis virtus.

DVas tantùm iustitiæ partes excutiemus, Religionem erga Deum & Sancto
nisi hanc duliam vocare malis, & mutuam amicitiam, quibus virtutibus vna
quasi ex Militante & Triumphante Ecclesia familiarem consuetudinem & societ
tem constituebant.

Erant, vt sæpe dixi, cultûs diuini perquam studiosæ: orationi, rerumq; diuina
rum contemplationi apprimè deditæ: hinc voto se virginitatis multę adstrinxeran
fortè & peregrinationis; in aduersis verò omnibus crebra ad Deum & commun
precatio, diuini consilij in arduis rebus suscipiendis imploratio: Cœlitum etiam ass
dua inuocatio, quos quàm fauentes habuerint, aliàs vidimus. Præterea sacros San
ctorum cineres piè deuenerabantur, vt quorum sciebant corpora in cœlis Sole splé
didiora cum maiestate & gloria resurrectura, & quorum iucundo adspectu & fam
liari consortio æternùm erant recreandæ, ijs hîc etiam pia religionis libarent oscul
vt per ipsas illas sacras exuuias nostro mortaliũ solatio relictas, toti Sodalitati in vi
tute progressum & in martyrio constantiam impetrarent. Hunc in finem suscep
tam diuturna periculosaq; Romana peregrinatio diuino monitu: nam fortè istorum
Sanctorum precibus ipsis, alijsq; ex Italia in eandem Sodalitatem adscribendis, sta
tuit lauream Deus impertiri. Ipse Sanctorum cultus ita in veteri describitur histori
*Vbi per dies aliquot perlustratis vbique diuersis Sanctorum liminibus, peruigiles in oration
Deo animas suas commendarent, lacrymisq; interiorem habitum quasi iam ad æterni Reg
triclinium processuræ componerent, peractisq; tandem votis, itinere, quo venerant, Basilea
reuersæ sunt.* Insinuat voto se etiam suscipiendæ peregrinationis obligasse. Addi
B. Hermann. *Quæ cùm illic quatuor dierum moram facerent, orationis gratiâ Sanctorum
loca circumeuntes, & Ecclesias agonis sui triumphum atque martyrij sacri talicem, quem a
proximo erant bibituræ, Domino & suæ Genitrici glorioſæ, reliquisq; Sanctis deuotè com
mendarunt.*

SS. Reliquiarum cultus.

Non ignorabant, quantum sæpe in ipsis tormentis præsidij Sanctorum depre
catio, vel eorum aut Angelorum attulisset præsentiâ. Mam myriadi Achatiana
adstabant in cruciatibus Angeli, roborabant ad tormenta, acuminatos submoue
bant murices, aliàs verò sæpe visi sunt cum palmis & coronis occurrere; vt iam ex
spirantes magno gaudio ad cœlos vsque deducerent laureatos: Victori Martyr
inter cruciatus duodecim Angeli cœlo coronam attulerunt, & alteram laurean
feminę, quæ exhilarata cœlesti spectaculo, cùm bina palmarum cacumina maximo
nisu depressa essent, iterum à se inuicem discessura, vt mediam distraherent femi
nam, libens alligari distrahiq; voluit, & corpore quidem lacerato, animum tamen
integrum & coronatum cœlo intulit. Surius.

præsertim SS. Aplorũ

Hoc vt S. Vrsula præsidium consequeretur, impetrauit Romę SS. Apostolorum
Reliquias, quas secum in cistulis eburneis vt pretiosissima cimelia Coloniam attu
lit, quæ hodie ijsdem in capsulis piè adseruantur: repertus in ijsdem & annulus con
iugalis est, vt vel hinc conijcias, quænam S. Vrsula in maximis thesauris numerarit,
quibusq; in vita carius nihil habuerit.

Digna sancta Martyr, cuius sanctæ exuuiæ toto orbe à Regibus & Principi
bus tam ardenter desiderentur, vt ad eam visendam è Polonia, Francia, Italia,
Principes etiam viri sæpe peregrinatum ierint, quæ viuens Romam abijt, vt sanctis
illis SS. Apostolorum exuuijs potiretur.

Amicitia mutua Virginum ob prædesti nationem.

Porrò sicut Sanctos, cum quibus Virgines se in cœlis regnaturas sperabant, ho
nore & amore congruo prosequebantur, ita se inuicem, quas diuino sciebant oracu
lo eâdem gloriâ coronandas, mutuâ beneuolentiæ significatione ac verâ amicitiâ
colebant, quando pulchritudinem animæ sanctæ non ignorabant.

S. Ca-

S. Catharinam Senensem legimus, si quem Concionatorem per plateas incedentem cerneret, ilico domo erupisse, vestigia & locum quem pedibus calcarat, magnae pietatis sensu osculari solitam: rogata, cur id faceret, respondit, Deo reuelante didicisse, quanta esset animarum in gratia Dei agentium pulchritudo & decor: hanc ob causam tanti se facere, & felices ducere eos, qui earum conuersioni insisterent, vt quem illi pedibus pressissent locum, ei os suum apprimere non dubitaret: quę visa semel animæ pulchritudine vellet vel centies pro vna seruanda occumbere: quod si tanti quorumuis hominum animas fecit S. Catharina, quanti fecisse putandum est Virgines nostras tot inuiolatas Christi sponsas vno loco pro Christo & Virginitate Martyrio coronandas? Hinc accidit, vt quidam amore casto Virginum prouocati, cum eas scirent ad Martyrium contendere, quas invita dilexerant, nec in morte tam arcti voluerint ab ijs separari. De Carpophorà dicit Anonymus, *Pariter cum fratre profecta est: nam multo se inuicem amore dilexerant; vterque sanè eorum magna vigebat caritate*, & c. 8. *Fuchelinus sponsus Lætitiæ Regis filius sponsæ suæ moribus & virtuti per omnia comparandus; porrò hic idem nimio Virginis tractus amore, suis omnibus notis, cognatis, parentibus dolorem ex discessu relinquens, sponsæ suæ adhærens, cum illa proficiscitur, Martyrq; glorioſus efficitur*, & c. 23. *Giramanus puer quidam præclarissimus sedecim annorum filius auunculi S. Nataliæ, immenso illius tractus amore illam sequebatur, pergens cum illo, elegantissimus & decorus valde: hic idem puer eundo & redeundo illi adhæsit, pariterq; cum illa trucidatus occubuit.*

Animæ vnius præstantia.

amore alio rum multi tracti ad martyriũ. l. 1. c. 7.

Emicabat in his sancta castaq; amicitia, quam nullæ terrenæ vel humanæ rationes, sed solus diuinus amor conflauerat, quæ esse nisi in bonis non potest. Celebrapud Laërtium dictum est Aristotelis, *Maximum bonum esse bonorum amicitiam*, hausserat id fortè à Socrate, quem idem Laërtius solitum ait dicere, *nullam possessionem vero bonoq; amico esse pretiosiorem*, nec aliam rem vllam esse in mundo, ex qua vel maior vtilitas, vel maior etiam voluptas capiatur, dummodo (vt Aristoteles vult) vera amicitiæ fundamentum sola sit honestas, solaq; virtus, eaq; stabilis ac solida, quæ hoc vinculo colligetur. Ex quibus conuincitur, ita perfectam fuisse & solidam inter has SS. Virgines amicitiæ rationem, vt præter eas in paucissimis alijs, aut inter Religiosos tantùm reperiatur.

Arist. 3. Ethic. c. 3 & 4 Honestas fũdamẽtũ amicitiæ.

Nullum erat amicitiæ Virginum fundamentum aliud, quàm fidei Christianæ professio, Virginitatis conseruandę commune studium, & sanguinis simul pro Christi profundendi concors voluntas: quod vinculum dici non potest, quàm arctè oraculum diuinitus datum confirmarit, omnes nulla excepta Martyrio coronandas, & in cœlis æternùm sociandas: vt iam non sibi inter mortales, sed Cœlites versari viderentur.

Motiua huius amicitiæ diuina.

S. Antonium Patauinum Surius & Ribadeneira ad 13. Iunij referunt, in ciuitate quadam Galliæ quoties incidebat in scribam quendam, ad infamiam prope flagitiosum, submisso eundem poplite & aperto capite solitum fuisse venerari: cùm verò scriba contumeliam ratus, penè ferrum in virum sanctum stringeret, comiter eundem S. Antonius affatus est, *multis se precibus à Deo Martyrij donum flagitasse, quod cùm obtinere nequeat, gestire se gaudio, si vel Martyres liceat venerari: & te, quem video Martyrium pro Christo facturum.*

S Antoni⁹ Patauinus honorat futurum Martyrem

Erat cur maior inter sacras Virgines amicitia & mutua etiam reuerentia nasceretur, quas & vitæ sanctimonia & castitas cõmendabat, & societas Martyrij arctiùs colligabat, quàm scribæ illi S. Antonium. Stimulabant hanc amicitiam Cœlites, qui specie adspectabili crebrò inter eas visebantur, quas breui consortes essent habiturę beatitatis. Augebatur mutuæ magnitudo beneuolẽtiæ, ex illa similitudine morum, studiorum, institutorum; ex promtis, in rebus omnibus alijs oblatis, obsequijs, ex quotidianis de rebus diuinis colloquijs, quibus se mutuò ad Christi amorem & Martyrij constantiam animabant. Itaque se mutuò non vt mortales, sed viua Christi membra, Spiritus S. sponsas electissimas, SS. Trinitatis templa sanctissima colebantur, vt hoc sæpè grato spectaculo attonitæ exclamare potuerint: *Castra Dei sunt hæc*, non militum, sed filiarum Dei, sponsarum Spiritus Sancti.

Feli-

Felices quicunque simili adscripti Sodalitati, mutuis se officijs & obseq
præuenire gestiunt, amoris & virtutis vinculo colligati : illi præguſtare sibi vid
tur aliquam cœlestis illius Ecclesiæ triumphantis familiaritatem & iucunditat
dum quot socios numerant, tot habent in laboribus adiutores, in tristitiâ consc
tores, in dubijs consiliarios, in omnibus affectu fratres, quorum copiâ ipsorum i
pia subleuetur: miseros verò illos, qui eos sibi sodales adsciscunt, qui ad omnem
probitatem faces & arma præbent.

CAPVT XXII.

Fortitudo & Constantia SS. Virginum.

S. Ambr. l. 1 de offic. c. 36 Christianæ fortitudinis notio.

FOrtitudinem Christianam S. Ambrosius ita describit : *Fortitudo vocatur, qu
do vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque infle
tur; non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi vento quodam variarum
rum circumfertur inuitatione : quid autem excellentius ac magnificentius, quàm exerc
mentem, affligere carnem, & in seruitutem redigere, vt obediat imperio, consilijs obtem
ret, vt in adeundis laboribus impigrè exsequatur propositum animi, & voluntate*
Eluxit ea fortitudo animi in SS. Virginibus : nam vbi Societatem coiuere, fi
tim Regiæ puellæ assuetæ ad imperium & indignantis animi fastidium, ob neg
cta famulorum obsequia, mutuo deinceps vsæ conuictu illam animi impotenti
compresserunt, illecebras, quæ præscindebantur, obliuiscebantur : ad quosuis
sus obfirmabant animum, nec eum vllâ euentuum vicissitudine inflectebant,
dicere etiam membra laboribus exercere, chiliarcharum imperijs aures accomm
dare, iussa licet ardua constanter exsequi. Subdit ibidem sanctus Doctor duo e
Indicia illius duo. mia fortitudinis argumenta ac indicia : primum, vt externa corporis pro minin
quis habeat, & quasi superflua despicienda magis, quàm expetenda ducat : secu
dò, vt ea, quæ summa sunt, omnesq; res, in quibus honestas cernitur, præclarâ
nimi celsitudine vsque ad effectum exsequatur : *Quid enim tam præclarum, qu
vt ita animum informes tuum, vt neque diuitias, neque voluptates, neque honores in m
ximis constituas, neque in his studium omne conteras? quod cùm ita affectus fueris, nece
est, vt illud decorum & honestum præponendum putes, illiq; mentem ita intendas tuam,
quidquid acciderit, quo frangi homines solent, patrimonij amissio, honoris imminutio, aut o
trectatio infidelium quasi superior non sentias : Deinde, vt te salutis ipsius pericula pro iust
tiâ susceptâ non moueant.* Habuere Virgines externa corporis pro minimis, & qu
si superflua despexere ; quæ desertis opibus, spretis regnis integris, contemtis co
poris voluptatibus, gulæ oblectamentis, omnibusq; vitæ commodis vilem ac com
munem hominum victum elegerunt, modico & tenui contentæ alimento, vt à pau
pertinâ viuendi ratione abesse nihil viderentur. Vnum verò erat, quò collimaban
calcato omni mundi fastu, corporis refrenatis sensibus, domitis animi perturbatio
nibus, per varias longinquæ peregrinationis molestias, infidelium obuias libente
acceptas iniurias, obtrectationes, contumelias, seruato Virginitatis flore per mill
cruciatus sanguinem Sponso suo dotis nomine consignare, qui ipsarum amore suum
antè profuderat.

Apex ipsi. Iure exclamo cum S. Ambrosio : *Hæc vera fortitudo est, quam habet Christ
Athleta, qui nisi legitimè certarit, non coronatur : An mediocre tibi videtur præceptum
Fortitudinis? Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio autem spem
vide quot certamina, & vna corona? quod præceptum non dat, nisi qui est confortatus à Do
mino Iesu, cuius caro requiem non habebat : afflictio vndique, foris pugnæ, intus timores
& quamuis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in mortibus positus, animo ta
men non frangebatur, sed præliabatur, adeo, vt potentior fieret suis infirmitatibus.* Miri
ficè Virginibus sacris ista congruunt. Multæ erant ærumnæ Virginum, cùm patriâ
excederent : multæ in nauigatione, in pedestri itinere multæ, matres fœcundæ
patien-

patientiæ: non id quidem ex natura sua ; sed quia à talibus personis, electis Christi sponsis, velut maxima beneficia ; semen ingentium meritorum, & ad Martyri lauream præparatio recipiebantur. Hisce aduersis amor in sponsum tentabat, longa satis periclitatione, tot in itinere ex eo nascentibus incommodis, laboribus, molestijs corporis, defectu etiam virium in illis, quæ propè Basileam & Argentoratum feliciter decessere: sustinebant tamen Virgines illa omnia viriliter, nec vlli aduersis frangebantur : leuabat probationem licet arduam, licet difficilem, & dictis quinque cum virium defectu spes certa præsentis diuini auxilij tot prodigijs manifestati: vt licet quinque illæ corpore deficerent, non succumberent animo & hoc scirent ingens Dei beneficium, quod citius vocaret ad præmium, & talibus prodigijs Diuas tutelares locorum istorum constitueret. Quot in his certamina? & vna corona? illa illa coronæ cœlestis spes quam animo præcipiebant, iuxta ris molestiam, & cruciatuum atrocitatem leniebat: *Si enim compatimur & conglorificabimur. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quia momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

Spes cœlestis coronę cos fortitudinis. *Rom.* 8. 2. *Cor.* 4.

Inter reliquos ab animi fortitudine commendatur Rex Auitus, Dux Alexandriæ Sibaldus Princeps, & præcipuè Fuchelingus Regis filius, *Is Hunnorum Principis impietatem, & malitiam palam omnibus reprehendit Coloniæ, nihil eius tormenta reformidans*: ei soror erat Lucretia puella paruula, & illa *animo constantissima, fratriqúe per omnia similis, discreta multaq; virtutis* fuisse perhibetur. c. 8. Quatuor item Vrsulæ comitæ Verena, Verenia, Ieronia, Illustris *animo* dicuntur *constantes, in omni honestate, morum probitate virginali vigentes, vniuersis gratæ & acceptæ.* Sic Gyana Ducis Brabātini filia *multum sapiens animoqúe constans & fortis, totiusque honestatis gratia* prædicatur. Denique Præcipua virgo neptis S. Elisabeth, *constantior* dicitur *ceteris & virtuosior, maioriq; famæ & nominis, prudens & astuta.* Vbi nunc illi molles & delicatuli, qui vix hoste viso, leui occurrente in seruitio diuino molestia, despondent animum, abijciunt clypeum, turpiter fugiunt, ij Viragines has intueantur, earum in aduersis casibus fortitudinem admirentur, & imitentur : viderant quinque è suis deficere viribus non animo : non desperarunt ; hæ ipsæ cum progredi cum reliquis non valerent, an querulas in Deum iactauêre voces ; vel in S. Vrsulam aut societatem, quod ita desererentur? inter ignotos & Gentiles omni ope destituerentur? ideò optimè sua contentæ sorte, gaudebant : quæ tam fauentes haberent comites cœlites, vt ipsis gradientibus Angeli pontes per riuos substernerent, fontes educerent, de necessarijs abundè prouiderent, & ipsis post mortem euentura prænunciarent: vt harum etiam S. Virginum patientiam & constantiam, quæ voluntate tantum Martyr eserāt, Deus & in vita, & post eam, maioribus quam ferè alias miraculis decorarit: poterant cum Apostolo tot iam laboribus, periculis & mortibus exantlatis cum gaudio dicere: *Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Rom. 8.

CAPVT XXIII.

Perseuerantia Sanctarum Virginum.

Perseuerātiæ necessitas. *Matth.* 24. 2. *Tim.* 2. *S. Aug ser.* 8. *ad fratres in Eremo.*

HVic virtuti Christus Matth. 24. spondet beatitudinem: *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*, & soli quidem Apostolus: *Nemo coronatur, nisi qui legitimè certauerit* : quæ verba sic exponit S. Augustinus : *Non aliud* ait *certamen, quam*

quam cum perseuerantia ad finem vsque decertare, & eum qui hoc fecerit, coronat lauream promereri: adfertque commune effatum à S. Hieronymo etiam v Patum: *Iter perfectionis cœpisse multorum est, ad culmen peruenisse paucorum.* Q ta filiorum Israël in egressu Ægypti multitudo? solorum bellatorum sexc millia numerabantur: & tamen è tanto exercitu duo superstites terram promi nis attigerunt. *Non est igitur magnum inchoare, quod bonum est,* (ait S. August. lib. S. Bern ep. 253. *at consummare hoc solum perfectum est.* Egregiè & piè S. Bernard. *Quid prodest Chri sequi, si non contingat consequi? ideò Paulus ait, sic currite vt comprehendatis: ibi tu C stiane fige tui cursus profectusque metam, vbi Christus posuit, factus obediēs vsque ad tem; quantumlibet ergò cucurreris, si ad mortem non perueneris, brauium non pre des.* Ideò sanctus ille Parthenius exercitus duce Vrsula contra itineris mole armabat se patientia, contra ingruentes aduersos casus constantia muniebat, c ipsa ad mortem vsque perseuerantia eum laureatum & victorem Deo sisteret, stibus triumphatis: Hanc virtutem Episcopi in itinere, præsertim Cyriacus Po fex, & S. Vrsula perpetuo virginibus inculcabant; ad hanc ipso excelso animo Ardor Martyrij consequēdi. constanti: Spiritus S. quodam instinctu, & afflatu ferebantur, vt mortem ip licet atrocissimam in votis haberent, quo citius sponso æternùm coniunger tur; ideò & pueri, ac infantulæ etiam diuino quodam impulsu ad ipsos etiam ciatus anhelabant. Atq; hoc rarum, in tanta tot millium personarum multitud neminem cessisse de statione; cunctos viciſſe viriliter & esse pariter Martyrio co natos.

Insignis tamen præ alijs animi constantia se prodidit in ijs parentibus, Hic simi-lis matri Machabæ-orum. oblatis antè filijs, & nepotibus multis, hoc egere verbo, & exemplo, vt ipsi antè rentum ora pulchra morte pro religione defungerentur.

Lucius rex cognatus S. Vrsulæ tres filios præmisit Christo Martyres: a c
1 bus ipse fuerat fidei aggregatus. Exsultauit Syranus Rex cum vxore quando a
2 se liberos cernebant inuicta animi fortitudine se gladijs offerre barbarorum tru
3 dandos. Quid Gerasina Regina Siciliæ, nonne quatuor filias & filiolum Adr
4 num siccis vidit oculis laniari? nec huic cessit Adrianus Dux cum vxore, ii
5 quinque etiam filias Christo immolandas obtulere: Iam verò Canutus rex deuexa cum vxore Balbina, coram oculis duos filios & quatuor filias mori tes pro Christo libenter conspexere, quem ipsi parentes liberorum monitu de cerant.

6 Quid de Eustachio comite dicam & vxore Sibilia? non tantum sex ipsi fi
7 Christo hilariter obtulere, sed etiam cum Macarius frater cum 4. filiabus pari co
8 stantia pro fide occumberet, gaudijs incesserunt.

Omnium tamen animi magnitudinem Pipinus Rex orientalis plagæ sup rauit, erat & ipse S. Vrsulæ coniunctus sanguine, qui cum vxore Marga non filios tantum, sed horum progeniem copiosam hilari vultu stiterunt: q nuerant ipsi filios quatuor, filias tres; qui omnes cum filijs, & filiabus vndec liberis sanguinem profuderunt, in quibus Adolphus Rex cum suis emineba beris, quos vna cum parentibus, & fratribus libens prodegit, vt eadem h ra beatitate æterna donatos reciperet in cœlis glorioſos. Adhuc parentes queru tur & lamentantur cum filios Deus ad religiosam vitam euocat, quando felices Reges isti iudicarunt, quod licet in tot filijs toties morerentur, præcisa omni spe p steritatis, liberos tamen Deo & cœlo genuissent, & quidem Martyres, qu bus ipsi statim cœlesti in gloria, & regno nullo fine terminando sociare tur.

Pulchra cõiunctio 7. Machabæorum V. T. & tot noui. Vndè singulari diuino consilio octingentos post annos accidisse cred vt ad eam sedem martyrij Vrsulani Sanctorum Machabæorum sacri cineres, & c pita cum matre translata sint: vt ibi veteris instrumenti inuicta Machabæoru constantia celebraretur, vbi tot noui Testamenti Machabææ matres & p tres filios antè se pari constantia simili lanienæ obtulissent.

Potest

Potest de his parentibus prædicari, quod de S. Felicitate laudat S. Augustinus: *Magnum spectaculum positum est antè oculos fidei nostræ: aure audiuimus, corde vidimus vtrumque matrem ante sanctam vitam finisse filios suos, longè contrarijs vobis consuetudinis humanæ, non enim amittebat filios suos, sed præmittebat, nec intuebatur quam vitam finirent, sed quam inchoarent: desinebant enim viuere, vbi aliquando fuerant morituri, & incipiebant viuere sine fine victuri: parum est fuisse spectatricem matrem, mirati potius sumus hortatricem, fœcundior virtutibus, quam fœtibus, videns certantes, in quibus omnibus & ipsa certabat, & in omnibus vincentibus & ipsa vincebat.* S. Aug. ser. 110. de diuersis.

Quid ego de S. Vrsulæ constantia dicam? ea nouissima ferè omnium occubuit: prius quidem in oculis eius sponso interemto: si fortè eo permota spectaculo victas dare tyranno manus, & ipsius libidini indulgeret: vicit amorem sponsi amor Sermonis, & virginitatis: imò in ipso fortiter triumphante tyrannum triumphauit, & ipsa, nec minus in tot millibus virginibus antè se trucidatis, toties eundem vicit: quos neci addixerat, vt horrore cruciatuum à proposito deijceretur Vrsula: Verum illa magis inuictam mentem confirmabant: nam exsultabat animo: quod antè se tot millia præmitteret, secura de istarum perseuerantia, ad quam fortè his vocibus se excitabat: *Fortis vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio: lampades eius lampades ignis; si dederit homo omnem substantiam, quasi nihilum reputabit.* Poterat & cum S. Chrysostomo dicere: *vnum opus habetis tantum, vt perseueretis, & exspectetis futurum: non vt iterum certetis: ad ipsam iam coronam proximi facti estis, certamina cuncta superauistis, vincula, tribulationes, substantiæ vestræ direptæ sunt, quid ergò? nisi quia de certo ad hoc statis, vt coronemini: hoc solum tolerate aduentum coronæ: o quanta magnitudo coronæ, & exhortationis, & consolationis! veluti si quis ad Athletam hoc diceret, qui cunctos superasset, & deiecisset, & nullum reliquum haberet, qui sibi concertaret, & deinde futurum non nisi vt coronaretur, ac dilationem ferre non posset, dum arbiter certaminis aduenisset cum corona: ille autem impatienter ferens vellet exire, & fugere, non tolerans sitim & flammam æstuationis: hoc igitur & ipsa significauit dicens: Adhuc enim & modicum tempus, & qui venturus est veniet, & non tardabit.* Hæc S. Chrysostomus. S. Vrsulæ constantia. S. Chrysost. hom. 21. in epist. ad Hebræos. Egregia adhortatio ad perseuerantiam.

Similibus S. Vrsula potuit certantes Virgines animare: quæ non fortius dixit, cum constantius certamen ipsa subijt, tam brachio, quam corde sagitta vulnerato.

Hæc inuicta tot tenerrimarum Virginum constantia, & ad mortem in tantis cruciatibus perseuerantia animare Christianum debet, vt in sanctioris vitę curriculo, nunquam timore deijciatur, nec animum despondeat cum aduersis percellitur: ille qui Virgines tam teneras vocatas prodigijs tam raris deduxit, longinquæ peregrinationis molestias leniuit, qui subiectis tormentis adfuit, vt nullo dolore victæ deficerent, & nobis vires addet, vt cœpta feliciter decurramus: si nos diffisi nobis, sępius à Deo perseuerantiæ donum (quod nemo teste Trid. Concilio suis potest viribus obtinere) flagitemus. Rectè ergò monet S. Augustinus: *Proijce te in eum, noli metuere, non se subtrahet, vt cadas, proijce te, securus excipiet te, & sanabit te.* Nullus in Dei operibus defectus esse poterit, si nos nobis non desimus, si fundamento rectè posito superstruamus: quia *non quæruntur in Christianis initia, sed finis:* Paulus malè cœpit, sed benè finiuit, Iudæ laudantur initia; sed finis proditione damnatur. Solus finis coronat opus. Discenda fiducia in Deum. S. Augustin. 8. Confess. c. 11. Petendum quotidiè perseuerantiæ donũ.

CAPVT XXIIII.

Frequens vitæ & virtutum harum consideratio & imitatio.

Boni exẽpli inspecti vis in S. Antonio

S. Antonium Anachoretam refert in vita S. Pauli, S. Hieron. cum eius alloq fruitus, ad suos discipulos reuerteretur, illique prodeuntes obuiam ab eo terent: *Vbinam hactenus fuisti Pater*, ille multo cum fletu respondens ait: *vani peccatori, qui non nisi vmbra sum Monachi, & falso religiosi nomine glorior, Eliam, vidi Ioannem Baptistam in deserto, cum vidi Paulum in paradiso.* Quid ni pie tis cultoribus, idem accidat, licet aliquos spectent in vita spiritali se progressus cisse, nec vmbras se esse hominis Christiani, si suas virtutes exiles, cum his puel rum heroicis factis compararint, quæ solo triennio ad eum perfectionis apicem p uenêre, vt per tot vitæ, viæque molestias, tam sublimibus Martyrij, & Virginit laureolis decorarentur. Simile quiddam S. Macario vsu venit, qui cum alici Monachos inuisisset, & magnum eorum progressum oculis vsurpasset, ad si reuersus, plorabat identidem & ingeminabat: *vidi Monachos, verè Monachos, sum ego Monachus, vt qui nudum tantummodo nomen Monachi geram*; Idem fate tur, qui voto se castitatis obligauit, si harum in custodienda virginitate vigilantia in frenanda gula abstinentiam; in corpore peregrinationis laboribus fatigando stantiam; in tormentis pro amore virginitatis tolerandis incredibile desiderium tentè inspexerit: nam si ea suis expendat momentis, erit cur exclamare possit, n ego hactenus castè vixi: si ijs armis defendenda castitas est: nomen & vmbram h bui, qui ita corporis asperitates declinaui, huic rei aptè accommodat S. Greg. M. lud Iobi pronunciatum: *respiciet homines* (iustos & sanctos) *& dicet peccaui, videnda illustria illorum exempla humiliabitur & confundetur: sicut pauperes, tum magis euident inopiam suam perspiciunt, cum amplissimos diuitum & potentum thesauros intuentur; tum magis se anima humiliat, suamq; pauperiem agnoscit, cum illustria sanctorum exemp & laudabiles eorum vitas coram intuetur.*

S. Macario.

S. Greg. lib. 24. Moral. c 9.

Excitãdus ad imitandum animus.

Nec tamen ideò viso tanto Parthenicæ sodalitatis virtutum fastigio deijcie dus animus est, quasi nemo possit ad id adspirare: vel corporis omnia commoda d clinare, & ad cupiditatum omnium refrenationem incumbere: imò similis puell rum tenerrimarum inspecta vita S. Augustinum fluctuantem metu pari mirificè rexit ad spem vitæ perfectioris, vt de se ipse fatetur, his verbis: *Retinebant me nu nugarum, & vanitates vanitatum, & antiquæ amicæ meæ, & succutiebant vestem mea carneam, & submurmurabant: putasne nos & à momento isto non erimus tecum vltra in ternum? retardabant me cunctantem abripere, atque excutere ab ijs, & transilire, q vocabar, cum diceret mihi consuetudo violenta: putasne sine istis poteris?* Sed hæc vt ip fatetur, *tepidissimè dicebat*, videamus nunc quomodo visa Sanctarum Virginum vi ac continentia ad eius amorem fuerit stimulatus: *Aperiebatur* (ait) *ab ea parte, qua i tenderam faciem, & quo transire trepidabam casta dignitas continentiæ, serena, & nõ diss lutè hilaris, honestè blandiens, vt venirem, neque dubitarem, & extendens ad me suscipie dum, & amplectendum pias manus, plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri, puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & Virgines, anus, & in nibus continentia ipsa nequaquam sterilis; sed fœcunda mater filiorum gaudiorum marito te Domine: & irridebant me irrisione exhortatoria, quasi diceret: tu no poteris, quod isti, & istæ? an verò isti & istæ in semetipsis possunt, an non Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas, & no stas? proijce te in eum, noli metuere: non se subtrahet, vt cadas: proijce securus, & sanabit te.* Hæc est illa *grandis lucta*, & *carnis ac spiritus rixa*, vt ea vocat Sanctus Augustinus, at vbi disruptis vinculis, quibus tenebatur, ita in Dei obsequium toto animo contulit, vt iam nullam spem seculi huius qua rere

Exemplis Virginum corrigitur.

Lucta & rixa eiusdem.

S. Aug. 8. Confes. c. 11. S. Augustini naturæ corruptio.

9. Cõfes. c. 1.

ent,quid verò tunc senserit,& expertus sit, ipse gaudio maximo delibutus expo-
nit: *Quam suaue mihi subito factum est,carere suauitatibus nugarum, & quas amittere me-
tuebam,iam dimittere gaudiũ erat; ejciebas enim eas à me,tu,& summa suauitas, ejciebas,
& intrabas pro ijs,omni voluptate dulcior; sed nõ carni,& sanguini; omni luce clarior,omni
secreto interior,omni honore sublimior; sed non sublimibus in se.* Hæc vis exemplorum, præsertim,quæ in puellari ætate,& sexu infirmiore cernuntur: plus ea omnibus ratiocinibus subtilissimum Doctorem permouerunt: nec enim diffidere gratiæ illi diuinæ,sibi etiam promissæ,& oblatæ poterat,cuius virtute tot ætate, & sexu debiliore tam grandia effecissent. Cur non tot Virginum Vrsulanarum lecta, & inspecta virginitate,quæ pro eius flore illibato conseruando regnis, opibus, cunctisque spretis lecebris tanto numero per tot itinera,& vitæ discrimina, ad sanguinis etiam effusionem properarunt excitetur animus,ad eadem tentanda, & constanter perurgenda: quando simili mentis consideratione S. August. ferream suam consuetudinem resecuit: vt castitatis castra,licet post eius naufragium, constanter tamen ad vitæ finem vsque sequeretur?

Geminum huic idem S. August. scribit Treueris ætate sua accidisse: cum duo familiares Imperatoris in horto muris contiguo inambularent, irruisse in vicinam casam seruorum Dei,in qua cum codicem vitę S. Antonij Anachoretæ reperissent,legere cœperunt,mirari virtutem senis, accendi,& inter legendum meditari; mox arripere similem vitam relicta seculari militia; cum alter ad amicum hæc proloquereture: *Quid quærimus? cuius rei causa militamus? maiorne esse poterit spes nostra in palatio quam vt amici imperatoris simus? & ibi quid non fragile,plenumque periculis? at per quot discrimina peruenitur ad grandius periculum? & quamdiu istud erit? Amicus autem Dei esse si uolo,ecce,nunc fio. ego me abrupi ab illa spe nostra,& Deo seruire statui,& hoc ex hora hac, in hoc loco aggrediar: te si piget imitari,noli aduersari.* 8. Confes. cap. 6. Aulicorũ duorum conuersio lecta S. Antonij vita.

Vides vtilitatem attentæ lectionis,& considerationis vitæ sanctorum, & modum: quo sint res gestę tales euoluendæ: interpolarunt isti modicam lectionem pijs spirijs,& affectibus,concepto statim ea ipsa hora imitandi proposito, quod nulla malefactauit familiaritas; nulla venerearum voluptatum ferrea consuetudo. Porrò gratum valuit hæc ipsa morum correctionis huius narratio apud S. August. lactatum æstu cupiditatis & periculosis mundi procellis, vt exclamarit: *Surgunt indocti, & cœlum rapiunt,& nos cum doctrinis nostris sine corde ecce ibi volutamur in carne & sanguine: an quia præcesserunt pudet sequi? & non pudet nec saltem sequi?* Persuadet S. Augustvitæ emẽdationẽ.

Legant relegantque piæ mentes sæpius virginitatis verè ideam pulcherrimam Virginum Vrsulanarum,& si quandoque lenocinantes carnis illecebræ illis blandiantur: harum contemplentur animi constantiam, & amorem, quo sponso cœlesti totis præcordijs adhæsere, vt nullis Tyranni blanditijs, nullis tormentorum cruciatibus,à Christo auelli potuerint: in quo infinito bono collecta reperiebant omnia,quæ solet malesuada hominis cupiditas in varijs sparsa creatis rebus tam imprudenter cum salutis naufragio quærere: vt prorsus desipere se notet speculator animus,si in quo sponso suo bona omnia Virgines istæ reperere, quæ creata omnia infinitis partibus antecellunt, hoc fonte bonorum omnium repudiato, riuulos diosdam consectetur,qui tamen nequeunt humanum appetitum satiare. Præclarè hoc argumentum tractat S. Ambrosius: *Primum quod nuptura præ ceteris concupiscunt, & sponsi decore se iactant, eo necesse est impares sacris se fateantur virginibus est, quibus solis contigit dicere,* speciosus præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, *quis est iste Sponsus? non vilibus addictus obsequijs; non caducis superbus diuitijs; sed cuius sedes in seculum seculi,* Filiæ regum in honore eius: Adstitit regina à dexteris tuis in vestitu deaurato varietate circumamicta *virtutum:* audi igitur filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, In Deo fonte collecta bona omnia. *Lib. 1. de virg. p. 3.* Pulchritudo. Opes.

tuum, & domum patris tui, quoniam concupiuit rex speciem tuam, *quia ipse Deus tuus: & aduerte, quantum tibi Spiritus sanctus scripturæ testificatione detulerit, Regnum, aurum, pulchritudinem: Regnum*, vel quia sponsa Regis æterni, vel quia inuictum nimium gerens, *ab illecebris voluptatum non captiua haberis, sed quasi regina dominaris: Aurum, quia sicut illa materia igne examinata pretiosior est; ita corporis species originalis, spiritui consecrata diuino, formæ suæ acquirit augmentum. Pulchritudinem* vero quis potest maiorem æstimare decore eius, *quæ amatur à rege, probatur à Iudice, laudatur Domino?* Cantic. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* huc vsque Ambrosius.

Regnum.

Insanis ergò quisquis in creatis varijs rebus beatitatem quæris & animæ quietatem: quæ pecudum potius quam hominis bonum sunt, cum vno Deo potentum noster expleri appetitus: *Quid ergo*, miratur S. Augustinus, *per multa varia hominculo, quærendo bona animæ tuæ & corporis tui? ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit*, (Deum inquam) *desidera simplex bonum, quod est omne bonum, satis est.*

Solus is satiat appetitum. *S. Aug. l. de spiritu & anima. c. 54*

CAPVT XXV.

Qui sacris Virginibus pares, imò superiores in gloria possint esse.

Patientia via ad gloriam. Hac possumus Martyres superare. Exemplo Aleidis leprosæ.

MVnierunt sibi Sodales Vrsulanæ viam ad cœlestem gloriam virginitatis inuictæ patientiæ, ac fortitudinis amore: his virtutum insignibus quis eas æmulatus fuerit, eosdem triumphos, & tropæa consequetur: imò quis hac eas laude præcesserit, anteibit gloria: vti Deus circa Annum Domini 1252 Aleidi Cisterciensis Asceterij Cameræ B. Mariæ Sanctimoniali significauit, qua vt meritis in cœlis auctoribus cumularet, lepra percussit, vt consortio Virginum sic parata, sola sibi, vt vni Deo magna patientiæ laude deseruiret: accessit ad incrementum dolorum orbitas, visus. Manus contractæ erant, earum cutis, arboreæ corticis in morem varijs secabatur vulneribus: non dissimilis vultus, pectoris, ac brachiorum efflorescentia: ariditate enim nimia oblongis scissa sulcis horrendum videntibus, & miserabile præbebat spectaculum: crura cum pedibus inflata formam vituli excoriati exhibebant. Scatebat corpus omne vermibus, & putrulenta scabies membra populabatur: accedebat ea doloris acrimonia, trin vel quaternis per diem vicibus, vt præ magnitudine quandoque ingeminaret, *nunc crucior in inferno*: & postea: *nunc in purgatorio torqueor*, quę licet non indolenter, libenter certè tolerabat, vt & defunctis in purgatorio fidelibus subueniret: & veniam impetraret peccatoribus. Ideò licet leprosos alios, ac quosuis morbidos attactu persanaret, ipsa tamen suos libenter dolores perferebat: aderat S. Vrsulæ, & vndecim millium Virginum solennitas, in qua Matutinas decantari horas cum audiret: hoc à sponso flagitauit vnicè, ne velut à choro, sic ab earum in cœlo consortio seiungeretur: hic ei, vt alias Christus respondere his verbis dignatus est: *Age filia quod agis: non enim tantum in sodalium diuæ Vrsulæ numerum refereris, sed & altiori multo gradu super eas eueheris.* Idem sponsus sub auroram adstitit ægræ, & mortem annuntiauit: quæ cum illuxit, recta via est cœlum petere, in cuius occursum tota cœlestis effusa curia est cum Christo, & Matre sua, qui eam his vltrò vocibus salutauit: *Bonum certa-*

Immanis dolor.

Solatium Dei in morbo. Superat gloria Sodalitatem Vrsulanã.

certamen certasti, cursum consummasti, fidem seruasti, propter quod nunc venio, vt replici corona tam Martyris, quam Virginis decorata, in æternam requiem introducaris. Hæc ferè de ea Menologium Cisterciense ad diem 11. Iunij.

Obseruent ij, qui varijs in huius vitæ pelago procellis calamitatum agitantur, se ex ijs esse, quos DEVS præcipuo fauore, & singulari amore prosequitur, quos vt intimos, & oculissimos amicos, *deducit via mirabili*, vt post mortem coronet gloriosius: id ipsum S. Vrsulæ festo didicit à sancto Angelo B. Elisabetha Schönaugiensis, cuius ex ipso cœlesti internuncio excepta exhortatio, mirificè S. Vrsulæ Sodalitatis commendat fortitudinem inuictam; Dei denuncit omnipotentiam, & pusilli abiectique animi homines in aduersis erigit: vt puellarum tenerrimarum fortitudinem imitentur. Ita igitur scribit ipsa S. Elisabeth: *Factum est autem priusquam hæc verba terminasset Angelus, qui mecum loquebatur, vt superueniret festiuitas Beatarum Virginum Vrsulæ, & sociarum eius vndecim millium. Tunc decantabatur in vigilia matutina sermo ille diuinus, quo dicitur*; Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum, & deducet illos in via mirabili: *vnde ergò sumta occasione interrogaui instructorem meum, cum inter filia missæ mihi more suo apparuisset, dicens. Domine, domine demonstra mihi, quæ nam est illa via mirabilis, cuius meminit scriptura dicens*; & deducet illos in via mirabili. *Qui continuo respondens ait: via Sanctorum Martyrum hæc est. Rursus interrogaui dicens. Et quare vocatur mirabilis: Bene inquit mirabilis appellari potest: Nunquid enim non est mirabile in oculis hominum, quod mentem fragilis hominis ita Deus inflammat, vt præ amoris magnitudine, quo intus erga eum æstuat, & propriæ vitæ obliuiscatur in tantum, vt ad grauissimos quoslibet cruciatus velut insensibilis fiat, & sui cura libenter omnia pro nomine eius sustineat? hoc intueri potes in sacris istis virginibus, quarum hodie martyrium celebratis: fragiles erant, & sexu, & ætate: nec aliquem habebant defensorem, & tamen non timuerunt tyrannos, & gladios eorum, sed cum omni constantia obtulerunt tenera membra sua in mortem pro Domino: quia diuini amoris incendio confortabantur in spiritu, vt eam foris non sentirent. Et hoc eadem vehementer erat mirabile in oculis hominum, non autem in oculis Domini, cui possibilia sunt omnia. Et nonne viam hanc mirabilem vidisti in spiritu, & erat pulchrior & nobilior ceteris omnibus? Ita scito, quod retributio Martyrum in retributione excellentior est, & gloriæ eorum nihil comparatur.* Hactenus Angelus de gloria Martyum.

Electos ducit deus in via mirabili.

SS. Virginum constantia.

At quomodo supra vidimus S. Aleidem hasce etiam Martyres gloria superasse, si nulla martyrij retributione potest esse excellentior? An hoc de Aureola dixit voluit, quæ reliquas videtur splendore superare? ita existimo: quis enim dubitet Sanct. Franciscum, & Dominicum, & te inprimis Sponsum S. Dei genitricis sanctissimum Iosephum: multos etiam Martyres essentiali illa, vt vocant, beatitate superare? vt vel hinc liceat patientiæ in mortis, & calamitatibus constanter toleratæ pretium æstimare, quæ si multorum annorum curriculo, vt S. Aleidi contigit, quotidiana sumat amoris Dei, & patiendi desiderij incrementa, non dubitare quis debet, quin mercedem etiam longè præstantiorem in cœlis meretur.

Quæ martyria in pace?

Non est ergo, quod quisquam existimet, deesse sibi martyrij iam in pace occasionem: si enim quæ patienda nobis quotidiè Deus offert, si ea, quæ à corporis infirmitatibus, hostium obtrectationibus, ab ipsa etiam aëris inclementia, casuum varietate quotidiè obueniunt, libenter Christi pro nobis tam atrocia perpessi amore sustineamus, si etiam sitienti animo amara dulcibus, aspera lenibus, aduersa prosperis anteponamus, Christo similiores, nunquam nisi in cruce, vel calamitatum procellis omni pluma mollius cubemus, ita vt benefactis obtrectatores cumulentur, ma-

Obuia & quotidiana ferre libēter grā de martyrium.

cumulentur, maledicta & iniurias vt gemmas ſtudioſè colligamus in on
bus miſerijs, vt votis, & voluptatibus acquieſcamus, tunc multorum et
Martyrum palmas in diuturna vitæ præſentis vſura longiſſimè ſuperabim
S. Greg. in hom. *Mori à perſequente*, ait S. Gregorius: *Martyrium in aperto opere eſt: ferre*
rò contumelias & odientem diligere, Martyrium eſt in occulta cogitatione. Hæc eſt
dia virginitatis, quam exemplo docuerunt virgines Vrſulanæ: ſed quia non mi
omnium Eccleſiæ militantis ſtatuum, & omnis ætatis, ſexus & conditionis ho
num, ideam ſolidarum virtutum lineamentis perfectam & numeris omnibus ab
lutam figurarunt: eam ſubijciemus, vt omnes habeant, quod in ea Sodalitate
tantum admirentur, ſed etiam imitentur.

CAPVT XXVI.

In Epiſcopis Vrſulanæ Sodalitatis relucet idea vitæ Pontificalis.

PLenæ ſunt epiſtolæ S. Pauli ad Titum, & Timotheum dotibus, & virtutib
quas vita Pontificalis exigit, & quæ in 20. pluribuſque Sodalitatibus Vrſula
1. Dos Epiſcopalis vitæ exemplum. Præſulibus enituerunt. Prima vitæ & morum exemplum: *In omnibus*, ait, *te ipſ*
Tit. 2. *præſta exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum*
1. Tim. 4. *num, irreprehenſibile: vt is, qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de no*
1. Pet. 5. Et ad Timotheum: *Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in caritate*
fide, in caſtitate. Hinc Petrus vult, vt Epiſcopus ſit *forma gregis*: & Chriſtus ijſd
inculcat: *Vos eſtis ſal terræ & lux mundi: non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſ*
Curabant id ſedulo Britannici Præſules: vnde cumprimis ab exemplo vitæ co
Lib. 2. Anonym. c. 3. li. 1. c. 2. mendantur. S. Columbanus dicitur *homo bonæ conuerſationis, & laudabilis vita,*
tam ſtirpis generoſitate, quam morum virtute clarus refulgebat. S. Iwanus *vir gr*
dæuus, bonæque vitæ, ſagax, & prudens. Iterum *ſapiens valdè, & boni homo teſtimon*
S. Eleutherius, *vir nobilis ac bonæ conuerſationis & vitæ.* S. Lotharius, *vir autenti*
& nobilis; ætate verò iuuenis; ſed caſtus erat, multarumq; virtutum gratia pollebat. Iteru
Ca. 1 c. 2. *Vir prudens, ac boni teſtimonij, caſtus, animoq; ſtrenuus, & benè diſcretus nominatur.* Tal
erāt hi ſubiectis populis, & in itinere Virginibus, Regibus & alijs, qualcs ex Apoſt
S. Chryſ in primā Epiſ. ad Titum. lo, iubet S. Chryſoſtomus eſſe Pontificem. *Sit exemplar doctrinæ & virtutis, ſiue ſpe*
lum vitæ, quod omnibus proponitur ad imitandum, veluti archetypus, & primitiua quæd
imago omnia in ſe habens, quæ bona, & honeſta ſunt.

2. Pudicitia. *1. Tim. 3.* Exigit idem Apoſtolus in Timotheo Epiſcopo, vt ſit *pudicus*: in Tito, vt ſit *ſa*
ctus & continens. Vehementer circa ætatem Vrſulæ S. Cyprianus Clerum ad pe
culoſam vitandam mulierum familiaritatem ſic cohortatur: *Lubrica ſpes eſt, quæ int*
Auctor libri de ſingularitate Clericorū. *fomenta peccati ſaluari ſe ſperat, incerta victoria eſt, inter hoſtilia arma pugnare; impoſſibi*
liberatio eſt flammis circumdari, nec ardere. De *carbonibus ſcintillæ diſſiliunt, de ferro rubi*
nutritur. morbos aſpides ſibilant, & mulier fundit concupiſcentiæ peſtilentiam. Sic igitur am
bulate, ſic agite, vt ſemper in Clericis Eccleſiæ Senatus candidus cōſtet, ſeueritas in vobis ci
ca feminas vigeat, auctoritas polleat, vigor teneatur, grauitas veneretur.

Eliſabeth. c. 10. Hinc de Epiſcopis Vrſulanæ congregationis monet Eliſabetha, eos in itiner
ſeparatas à Virginibus manſiones habuiſſe, nec niſi diebus feſtis ad diuina peragenc
coram ijs apparuiſſe; vt aureolam virginitatis conſeruarent, quam pleriſque Anc
nymus, vel Eliſabeth tribuit; hæc de Sancto Cyriaco magiſtratum ſummum abd
Cap. 7. cante ait: *Ipſe autem conſtanter in ſuo propoſito permanebat propter amorem virginitat*
noſtræ: nam & ab infantia ſua ipſe immaculatam virginitatem cuſtodierat in ſe ipſo. D
Lib. 2. c. 3. S. Columbano docet idem Anonymus, *integer erat corpore*: *nam Virgo exſtitit mul*
Lib. 2. c. 4. *vigens caſtitate.* De Iwano decrepito ſene: *Caſtus & virginitatis adhuc flore decoratu*
Lib. 1. c. 2. & alibi, *ab vtero Matris ſuæ ſemper caſtus exſtitit.*

Acc

ccedat ad exemplum vitæ docendi munus: *Summa*, ait S. Hilar. *omnium virtutũ* 3. dos doctrina.
opaliũ est scientia & doctrina, & Hieron. ad Oceanum, *Absq; sermone conuersatio,* S. Hil. l. 8. de Trinit.
tantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. hinc Tito mandat Apostolus: *vt potens* Necessaria.
sit exhortari. Tit. 1.

Curatum id ab Episcopis nostris diligenter, quod ita testatur Elisabetha, *Cuncti* Fuit in omnibus Episcopis huius Sodalitatis.
Episcopi qui in itinere nobiscum fuerunt, segregatas à nobis mansiones habebant: sed diebus
Dominicis in medium nostri venire solebant, confortantes nos diuino sermone, & Dominici
Sacramenti communione. Cuncti dicit, neminem excipit, ne Cyriacum quidem: vt ei iure potuerim ante Martyrium orationem attribuere.

Duo tamen præ reliquis celebres verbi diuini præcones recẽsentur, S. Maurisius, Maurisius vis dicẽdi.
de quo ibidem Elisabeth: *Fuit autem vir sanctissimæ vitæ, & virtutem magnam habebat prædicatio eius, eratque ei maximum studium, vt quicunq; infidelis, siue Iudæus, siue gentil ad eum venisset, non discederet ab eo, quousq; sacro baptismate eum lauisset.* At Columbanus multum valebat eloquio, quoties apud virgines sacris de rebus differebat, S. Columbani.
materiam concionum eius triplicem Anonymus ita describit: *Plurimum sanè in illo sanctarum valebat agmine Virginum, nunc omnem illas terrorem hortabatur, atque tristitiam deponere, nunc ad seruandam virginitatis pudicitiam, nunc ad tolerandam pro Christo sponso Virginum martyrij passionem eas sedulus admonebat.*

Denique Apostolus non vult Episcopum, *turpis esse lucri cupidum*; sed caritate fer- 4. Caritas & fortitudo.
uidum, fortitudine animi munitum, vt possit, quod ab eo Christus requirit, paratus,
si opus est, vitam pro ouibus ponere. In tormentis ac cruciatibus amore Christi tolerandis gloriari, & cum Tertulliano dicere: *Licet nos nunc sarmentitios & semi-* Ter. Apol. c. 50.
nos appellatis, quia ad stipitem dimidij axis deuincti sarmentorum ambitu vrimur, hic
est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis, tali curru triumphamur.

Tales Antistites nostri spreto natalium splendore, diuitijs, amplissimis honorum titulis, in itinere pauperes, sola freti diuina prouidentia vitam inopem traduxere: sat ditites, quos aurum ignitum caritatis nunquam deficiebat.

Iam verò in tormentis hilares Duce Cyriaco: cum eo tempore ferè martyrij so- Episcopi tunc primi Martyres fuerunt.
lis causa Episcopat. susciperentur, vnde ex S. Hieron. sic locum Apostoli exponit Auarus Pelagius, *qui Episcopatũ desiderat, bonum opus, id est Martyrium desiderat, ideò in-* Alu. l. de planctu Eccl. ex S. Hiero.
quit ab Apostolo dictum est, bonum opus desiderat, cum quisquis plebibus præerat, primus ad
tormenta Martyrij trahebatur; tum ergo fuit laudabile Episcopatum quærere, quando per hoc
non dubium fuit ad supplicia grauiora peruenire. Verissimum hoc Vrsulano tempore, quo persecutio Maximini in capita potissimum Ecclesiæ, Pontifices & Doctores vsque publicis edictis inquirebat: quando præter Anterum & Pontianum Cyriacus etiam gladio cecidit, Dux & Antesignanus exercitus, vt ei liceat verbis S. Cypriani, Ep. 57. ad Cornelium.
quibus Cornelio publicam fidei confessionem gratulatur, acclamare:

Exsultantes accepimus, te illic Ducem confessionis Fratribus exstitisse: sed & confessionem Cornelius Papa exẽplo suo fecit omnes Romanos confessores.
tuis de fratrum confessione creuisse, vt dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorem populum suaseris fieri; dum primus paratus es pro omnibus confiteri: vt non
inueniamus, quid prius in vobis prædicare debeamus: vtrumne tuam promtam & stabilem
fidem, aut inseparabilem fratrum caritatẽ. Virtus illic Episcopi publicè comprobata est, adiun-
ctio sequentis fraternitatis ostensa est, dum apud vos vnus animus & vna vox est: Ecclesia
omnis Romana cõfessa est. Hæc in Ecclesia Romana duce S. Cornelio laudat Cypria- Cyriacus clerũ Romanum & Britanniũ.
nus: & nos de Clero Romano, populoq; Britañico, Duce S. Cyriaco possumus affirmare, cuius ductum Episcopi cõplures, Cleri pars nobilissima, cum Principib. etiam
virginibus, viris, femineisq; secuti: fidẽ & confessionẽ imitati, laureã Martyrij pariter sunt consecuti: Quãuis & ceteri Pontifices, Cęsarius imprimis & Maurisus affectatores Diaconi Vrsulani.
Clericos Martyres habuêre: qui grauiter officio suo fungebãtur instar S. Laurẽtij, q
ũ viuebat, & postea Sixto publicè ingerebat: *Tu nunq̃ sine Diacono sacrificiũ offerre cõ-* Surius in vita.
sueueras. Talis Claud. Spolet. erat, de quo S. Elisabeth: *Hic secum adduxit ad nos B. Clau*
dium Spoletanũ, quem ipse in Diaconũ ordinauerat & Focatũ adolescentẽ laicum fratrẽ eius. Hi
huic adhæserũt Episcopis nostris, & diligẽter eis ministrauerunt & martyriũ cũ eis subierunt.
olent Diaconi, dum calix vini à Sacerdote sacrificij tempore Deo conceptis verbis offertur,

offertur, brachium Sacerdotis contingere, & cum eodem oblationis verba *offe-*
mus tibi Domine calicem, iuxta præscriptũ Romani Missalis recitare, quasi cum Pr
byteris ipsi sacrificent: id tunc etiam in vltimo tot antistitum sacrificio, quo sing
se Deo victimas holocaustas Martyrij tyrannorum manibus immolarunt, ijdem p
stiterunt, cum ijsdem sanguine fuso Christum cruento se sacrificio Patri in ara cru
offerentem imitati.

CAPVT XXVII.

Regum, Ducum, & militum viuendi norma.

Sap. 6. à v. 2.

Regũ impiorũ periculosissima conditio.

SAlomon verbis sanè peracerbis & minacibus Reges officij sui, periculique salu
sita commonet: *Audite ergò Reges & intelligite, discite iudices finium terræ, quon
data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, &
gitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec
stodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis: Horrende & cito ap
rebit vobis, quoniam iudicium his, qui præsunt fiet, exiguo enim conceditur misericordia:
tentes autem potenter tormenta patientur: non enim subtrahet personam cuiusquam D
nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ille fecit, & aqu
ter est illi cura de omnibus, fortioribus autem fortior instat cruciatus.* Habent domina
& regna continua & innumera penè vitiorum omnium inuitamenta; rara per
ctionis Christianæ adminicula: nam opum redundantia, deliciarum torrens; assi
tatorum laudes, vitę totius licentia, quid sunt nisi præcipitia in quæuis vitiorum
nera, lubricis & pronis ad omnem impietatem animis. Hinc superbia, fastus, lux
crapula, turpitudo cognata sunt aulis scelera: vt taceam aliena, quibus innume
rea Regum obligatur conscientia, dum vel suo subditis exemplo facem ad quæ
præferunt facinora: vel cum possunt ac debent, non corrigunt: imò laudant, in o
lis habent, alijs præficiunt, vt vitia fundantur latius, moribusque similes sibi sub
ctos Rex improbus habeat: quamuis quæ Deo laus, hac ætate nostra liceat aulas
iam sanctas, & verè Theodosianas inuenire.

Virtutes Christianę Regũ Vrsulanorũ.

Has vt euaderent scelerũ voragines, Reges Vrsulanæ Sodalitatis, iustitia præs
tim, animi demissione, pietatè in Deum, mansuetudine in subditos, in se ipsos seue
tate, domitis animi perturbationibus & victoriâ sui partâ, verè iam liberi Reges
sui Domini, solium stabilierunt, vt norma possint esse vitæ in Regia licentia sanc
& Christianè traducendæ.

Iustitia Dionethi.

In Dionetho parente Vrsulæ, iustitia, pietas, & inculpata vita commendat
Rex Dionethus ait auctor vitæ; *tam vita, quam nomine, qui religiosus in omnibus ce
monijs Catholicæ professionis sic principari nouit supra homines, vt non obliuiscere
lem Creatori suo subiectionem deberet: sic à subditis tributum exigeret, vt semper se me
nerit Regi suo cœlesti id, quod ab eo factus est, debere. Is ergò sub iugo Christi, sub quo ipse
reprehensibiliter militauerat, alijs irreprehensibiliter & iustissimè imperabat.*

Pietas in Deum & subditos.

Postea verò, quam amans subditorum, nihil regni perdendi sanguinisque fu
dendi periculo moueretur: animo verò totus angeretur, vt subiectorum excidiu
imminens auerteret, quod oculis ei tantum obuersabatur, ita narrat: *At ex alte
parte, etsi proprij sanguinis prodigus esset, pro Catholica Religione, & Zelo iustitiæ, quippè
viuere Christus erat, & mori lucrum, tamen quia sub illo cura regni erat, & tam effera
barbari illius violentiam suis viribus desperabat posse sustinere, iam sibi videre visus est
oculis suis cædes hominum promiscuæ ætatis fieri, vrbes diruì, Matronas atque Virgi
constuprari, Ecclesias cremari, sancta profanari, & quidquid miseriarum aliquando vit
accidit, præsertim Christianos vincentibus paganis.* Hæc prima solaque Regis hui
solicitudo, vt orthodoxa religio, salusque Regni totius æterna nullum detrimen
pateretur: huc omnis industria, vota, precesq; dirigebantur. Vtinã oẽs Reges, & be
li Duces eadẽ angeret cura: nec ita iã in postremis haberent vastari à militibus ci
tates, depopulari vicos, omniũ expilari bona: quorũ officiũ est populũ à rapinis d
fender

ferere, deprædationes auertere. Quam pauci Sanctum Alexandrum Ducem imitantur, cuius hoc in reliquis virtutibus eximium elogium est: *Alexander Iustitiæ dux erat nobilis & inclytus, potens & strenuus, consilio prudens, honestate & probitate animi præstans, omni populo acceptus. Erat enim princeps magnificus, & valde honestus, plebis sibi subditæ defensor: non sinens milites, & prædones violentiam inferre villanis.* Tales oportet esse duces, atque Reges, quoties ad bella procedunt, non magnificos tantum; sed & strenuos, consilio prudentes, manu fortes, *honestate & probitate præstantes:* quibus nihil antiquius sit, quam subditorum fortunas defendere: è quibus & licitis modis neruum belli colligant: vt possint tueri militarem disciplinã, rapinas militum auertere: imò & subditis egenis impertiri. Reges enim clementes & liberales esse cõuenit, & cum Tito diem credere perditum, quo non egentibus beneficia contulerint: hinc idem Dux Alexander alibi, *vir honestus valdè, amator religionis & pauperum nominatur.* Eadem laus Osualdo Regi cum affinibus misericordiæ virtutibus tribuitur, nam cum Anonymus vxorem eius à cura pauperum commendasset, Mariti geminas dotes ita persequitur: *Ipse siquidem Rex Maritus pijssimus, & in omni virtute & bonitate coniugi comparabatur: erat sanè humilis, religiosus, mitis, misericors & totius honestatis amator.* Non degeneres hi sancti Coniuges proles genuerunt. Testis Richarus Melchiæ Ducis filiæ matrimonio fœderatus: *Ambo ait,* Anonymus, *religiosissimæ conuersationis fuerunt: nam Patri Osualdo religionis honestate cõparari poterunt, tandem diuinitus inspirati relictis dignitatibus, diuitijs & honoribus cum sola filia Placida abeuntes, virginum se sacris choris associarunt.*

Officium belli Ducũ in defendendis rusticis l. 2. c. 16.

Liberalitas l. c. 2. 10.

Misericordia.

Lib. 2. c. 12.

In Auito Rege solium sibi cum fortitudine, potentiaque, clementia, iustitia, pietatique sociarant, quem cultus diuini studium, & insignis in Deiparam religio, templis erigendis ac dotandis reliquis fecit illustriorem, vnius Anonymus meminit: nec ab re erit breuem virtutum eius syllabum aduertere: *Auitus Rex vir potens, & fortis, pius & mitis, hic idẽ Rex vir bonus existẽs, iustitiæ tenax, & pietatis exsecutor. Sanè iste Rex multis bonorum morum virtutibus pollens, animique vigens multa probitate, Dominam nostram intimo dilexit affectu, atque circa eius obsequium tota mentis intentione feruebat. Ecclesiam quippè nobilem ipsius honori construxit multis ditatam honoribus & prædijs.* Reliquos tamen Reges omnes, suique, ac rerum humanarum contemtu Rex Adolphus superauit, cuius ingentem Catalogum virtutum verè regiarum & Christianarum hinc contexit Anonymus, vt normam reliquerit vitæ sanctæ Regiæ numeris omnibus absolutam: is cum in parente eiusdem Pipino Rege præ ceteris omnibus amorem Dei feruentem commendasset, subdit: *Adolphus Rex incredibili Christi ardens dilectione, religiosus fuit, & Deo deuotus, humilis, pius, mansuetus, misericors, veritatis amator & iustitiæ, pauperum atque humilium defensor exstitit, sui ferè, ac totius dignitatis, ac regni contemtor; in cibo parcus ac potu, moderatus in vestitu, atque in omni animi virtute conspicuus. Rex igitur Pipinus cum Adolpho filio Rege pijssimo, cùm pro certo cognouisset, quod expeditio hæc à Deo fieret, compuncti & ipsi cum vxoribus iuncti societati pro Christo omnium Rege mortem subire desiderantes, peregrè cum illis profecti sunt.* Nouerant ij *omne sub regno grauiore regnum esse,* ideò quod præstari sibi cupiebant à populo, hoc ipsi Deo Regi suo primi præstiterunt, cuius amori regnum terrenum calcarunt: vt æternum in cœlis tanto nobilius adipiscerentur: cuius intuitu cruciatus, & tormenta lenia ducebant cum Apostolo: *Id enim quod in præsenti est, momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur: sed quæ non videntur: quæ enim videntur tẽporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt.* Hæc cum illustratione mentis diuiniore Reges perspicerent, & efficacis gratiæ cœlestis auxilijs ad æternæ vitæ bona voluntas eorum inclinaretur, nullo negotio ditiones amore cœlestis regni deseruerunt: vnde de Regibus vniuersè sic pronunciat Anonymus: *Reges siquidem relictis terrenis regnis, quorũ Deus dulci gratia sua tetigerat corda, filias suas secuti, patriã, terras, dignitates & diuitias cõtemnebãt; & cœlestia perpetua regna possidere meruerũt.* Meritò sordebat Ignatio terra, cũ cœlũ suspiceret: & hæc omnia Paulus *vt stercora* despiciebat amore Christi, quẽ imitata scribitur Honesta Ducis Leonis vxor. *Quæ in dieb. iucunditatis, vtpote filia*

Lib. 2. c. 14.

Auitus Rex fundat & dotat Ecclesiam.

Adolphus Rex idea Principũ.

2. Cor. 4. v. 12.

Lib. 2. c. 2.

Phil. 3. 8.

Regis

Lib 2. c. 2. *Regis, & vxor Regij Mariti coronam in capite gestabat, hæc omnia velut stercora pro Ch... vniuersorum Rege deputans, dereliquit:* nam cùm amor Christi paterno mundiq... potentior, cum facile superat, cuius medullas occupauit: vnde de Oliuerio R... Lib 2. c 8. dicitur, *quod à sponsa Oliua conuersus, Patri & Matri, Terris & Regno abrenuncians, ... greque proficiscens, sacrarum Virginum socius efficitur.*

Ducis Leonis Militis cõuersio. Atque vt Oliuæ sanctitas Oliuerium, sic amor Honestæ Coniugis Leonem ... tẽ & Ducem ad sacra pertraxit, & parthenica castra, qui licet ductandis exercit... alias caperetur, nunq̃ tamen virtutis, probitatis & pietatis obliuiscebatur: quæ ... castrorum comites sunt: ideò tam facili negotio, viso tã incredibili desiderio to... sodalitatis moriendi pro Christo, virgineis se turmis associauit, trecẽtas & 35. col... tẽ vnam ijs adiungens. Rideret hic eum Michol & derideret Ducem Leonẽ n... in castris militum flammas & cædes spirantem: nunc agno mitiorem in Parth... exercitu cultorem pietatis, ea sola suspirantem, quæ Christi sunt, & amore eius n... 2. Reg. 6. 22 tem anhelantem, quibus ille cũ Dauide respondere poterat: *Ante Dominũ, qui e... me, ludam, & vilior fiã plus quã factus sum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis ... gloriosior apparebo.* Nunc profectò cum *Ancilla Domini* Duce Parthenici exercitu ... tot ancillis Christi filijs, vel sponsis potius in cœlesti beatorum capitolio Dux ... triumphat clarior & gloriosior: quã omnes orbis victores Pompei, Cæsares, Alex... dri, cum de partibus aliquot mundi subactis, palmatis vestibus, aureo curru v... triumpharent.

Alterius militis. Lib. 2. c. 10. Sancta Nobiliana Regis filia fratrem habuit: cui Balbina virgo desponsa, m... tares etiam spiritus exuit, & sacram persuasit militiam, de qua Anonymus: *Rex ... rus vnam direxit filiam Balbinam nomine, virginem valde præclaram multa animi vir... præditam: hanc illustrissimus adolescens Honoratus filius Regis cuiusdam frater Sanctæ ... bilianæ subarrhando desponsauerat, quam illa conuertens de milite seculi, Martyrem fecit, ... militem Christi.*

Cæsarius miles. Alium militem Cæsarium nomine, Verena virgo iam antea sanguine & fami... ritate coniunctum sibi verbis & exemplo Martyrij fecit & mortis ipsius comm... nione; sed & reliquiarum eodem loco honoratiore translatarum coniunctiore ... rem; ipse gestam capite tertio narrat apud S. Elisabetham.

Quindecim alij cõsanguinei Dionethi. Fortia pati Christianum. Tertul. Apol. c. 50. cõtra gentes. Gloriosissimũ etiã olim apud gentes. Quindecim alios milites Consanguineos suos Dionethus Rex secum sacræ m... tiæ auctoratos, præcessit ad pugnam, & cum eis gloriosè mortuus, de hoste vict... riam reportauit: nam sicut *fortia agere* dicebat Scæuola *Romanum est.* Ita *fortia p...* Christianum; exemplo Ducis Christi, qui crucis elato vexillo mortẽ atrocissim... oppetendo, victor hostẽ debellauit. Hunc secuti tot veri Reges, se ipsos edomitis ... nimi cupiditatibus, regunt: *Hic est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis, tali cu... triumphamus,* probat gloriam triumphi talis eminentissimam Tertullianus his va... subiectis gentilium historijs: *Apud vos quoque gentes Mutius dextram suam libens in... reliquit: ô sublimitas animi! Empedocles totum se Catanensium Aethneis incendijs dona... ô vigor mentis! Regulus ne vnus pro multis hostibus viueret, toto corpore cruces patitur: ô f... tem virum, & in captiuitate victorem! Anaxarchus cùm ptisanæ pilo concunderetur; Tu... de, tunde, ait Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non cædis. Atthia meretrix carnifice i... fatigato, postremo linguam suam concerptam in Tyranni sæuientis faciem exspuit, vt exspu... ret & vocem, ne coniuratos confiteri posset, si etiam victa voluisset. Zeno Eleates à Diony... quidnam Philosophia præstaret, cum respondisset, contemtum mortis, impassibilis flagellis T... ranni, obiectus sententiam suam ad mortem vsque signabat.* Hactenus Tertullian. parua hæc: si cum his, quæ tanti Reges & Duces sponte solius amore Christi, nulla necessitate coacti pertulerunt, qui tunc demum regnare se credebant, cum in seruitio Dei tormentis exquisitissimis subijcerentur.

CAPV...

CAPVT XXVIII.

Adoleſcentiæ benè & Chriſtianè inſtitutæ regula.

Flos ætatis ab omnibus cenſetur Adoleſcentia; ſed niſi laudabilis inſtitutionis
adminiculis vinciatur, ſerpit, & in omne vitiorum genus prona voluitur. Nam *S. Aug. ſer. 240. de tẽp.* *& quàm vlla ætas*, vt S. Auguſtinus notat, *pluribus & grauioribus tentationum tem-*
pestibus quatitur: hæc enim fluctuum crebriore impetu ſeculi inundantis operitur, præſu-
mit viribus, formæ dignitate iactatur, pompa rerum temporalium præfulgere, aut exoptat,
aut audet. Aura quauis leuior iactatur inconſtantiſſimus adoleſcens, proiectus in li-
bidinem, ludos, iocos; adeſt imbecillitas maxima conſilij, vt nequeat effrenatas ani-
mi cupiditates cohibere: vnde velut habenis laxatis audacter & præceps in quæuis
vitia, niſi cuſtos adſit peruigil verecundia; de qua S. Ambroſius, *vt in ſenibus gra-*
uitas, in iuuenibus alacritas, ita in Adoleſcentibus Verecundia, velut quadam dote commen-
data naturæ. Accedat pudicitia, cuius Paulus Titum cõmonet, & ex eo Hieronymus,
virginium, ait, *Adoleſcentulorum hoc poſuit, vt pudici ſint in omnibus, tam ſcilicet mente,*
quàm corpore, tam opere, quàm cogitatione: vt nulla ſit in adoleſcente ſuſpicio turpitudinis.
Hæc gemma præcipua, quæ tot Regum & Ducum filios, variarum Virginum ſponſos
ad hanc ſequendam Sodalitatem inflammauit, quam vt conſeruarent incorruptam,
ſanguine conſignarunt. Erant illorum plerique formæ quædam prodigia, diuitijs &
omnium rerum abundantia circumfluebant, ad ſceptra regnaq; nati: cuncta, quæ
mortales tam ambitiosè ſitiunt, nec amore digna cenſebant.

Adoleſcentiæ picula verecundia auertit *S. Ambr. l. 1 de off. c. 17.* pudicitia ornat eam *S. Hiero. ep. ad Sixtum.*

Ætherio ſponſo nihil ad vitæ mortalis beatitatem deeſſe videbatur, *qui*, teſte Anonymo, *ob probitatem morum, animiq; virtutem, & propter elegantiam corporis & pul-*
chritudinem dictus eſt Holofernes: hic ſiquidem iuuenis communi Patris ſui regni conſilio,
à Principibus in Regem eſt electus, atque legitimè coronatus: nec ea tamen fortunæ pro-
ſperitas & amor ſponſę, verecundiam & pudicitiam minimùm labefactauit, quo mi-
nus innocentiam & florem virginitatis conſeruaret, tantum matris Demetriæ caſta
potuit inſtitutio, quam Deus occultis gratiæ donis iuuabat & adminiculabatur.

Ætherij felicitas regia.

iuncta pudicitiæ & innocẽtiæ

Nec diſſimilis Euphromus Regis filius, cuius hoc elogium, *Euphromus probiſſimus*
Adoleſcens, illuſtris valde, multa animi vigens honeſtate: vix enim 18. annorum erat, & ta-
men ſerius fuit in mente, ſatis modeſtus & mãſuetus, humilis & pudicus. Is tres ſorores ſuas,
consobrinas nouem, ac totidem fratrum filias ad virginitatis & martyrij cõmunem
laudem inflammauit feliciter: quid in ſorore Carpophora verbo fecerit & exemplo,
poſtea refert: *Soror ipſius B. Carpophora virgo exſtitit pudẽtiſſima, & viuacis valde ingenij,*
& miſericordiſſimi, omniq; virginali probitate conſpicua, quæ pariter cum fratre profecta eſt,
non multo ſe inuicem amore dilexerant, vterque ſanè illorum magna caſtitate vigebat.

Euphrom. pudicus. *Lib. 2. c. 6.*

Præterea maturitas morum, cõpoſitio corporis, & prudentia mirificè cõmendant
Adoleſcentiam, licet in paucis inueniatur. Laudat hoc in Greg. Thaumaturgo Nyſ-
ſenus: *Omnibus*, ait, *omiſſis, quorum ſtudio iuuenilis ætas tenetur, equitatione, venatione,*
cœtu amœniore, indumentis, aleatione, ſtatim totus acquirendis virtutibus incumbebat, de-
ideps eligens ac perſequens, quidquid ſuæ ætati conueniens ſemper & accommodatum eſſet,
initium autem acquirendarum virtutum à ſtudio ſapientiæ fecit. Hæc morum maturitas
Vrſulanis adoleſcentibus regijs fuit, vt ab omnib. diligerentur. Paucos recenſebo:
Siphredus hoc pacto cunctis ad virtutẽ adſpectu ſolo facẽ præferebat, de quo Ano-
nymus: *Adoleſcens regius pulcher & decorus nomine Siphredus, animo valde probus & hone-*
ſtus atq; maturus, qui multis præ honeſtate morũ magno exemplo erat, tam viris, q̃ Virginib.
De filio Magni ſubditur: *Porrò Princeps præfatus Magnus tres filios habuit, quorum vnus*
Sigemundus nomine adoleſcens præclarus ſecum pergẽs à multis diligebatur, ob morũ bonorũ
honeſtatem. In Fuchelingo ſumma fuerũt omnia, ſi bona fortunę, corporis, animi, na-
turalia, & quæ vires excedunt naturæ, cõſideres; vnum hoc in eo præcipuum, quòd
exemplo vitæ multum alijs profuerit. *Iſta ſponſum*, ait Anonymus, *habebat adoleſcentẽ*
regis cuiuſdam filium Fuchelingum nomine, qui ſponſæ ſuæ moribus & virtute per omnia fuit
comparandus, deniq; is multum in comitum ſuorum & Virginum conuentu ſuo profuit exẽplo.

Siphredi morum cõpoſitio.

Sigemũdi. Fuchelingi exemplum vitę. *Lib. 2. c. 3.*

& Arthuri

Par in Arthuro morum compositio, virtus, & alijs exemplo vitę prælucendi conatus

Lib. 2. c. 15.

supra ætatem cum sorore prudens; de ijs sic Anonymus: *Sponsus B. Virgultæ illustrissimus iuuenis exstitit filius Arthuri Regis strenuissimi & præpotentis, atque ditissimi, ex*

cum sorore Natalia.

nobilissimæ virginis Nataliæ, hic idem verò iuuenis Arthurus dicebatur, qui amore sp[onsæ] tractus ipsam sequitur, Virginum choris adiunctus sacrarum. Qui sponsus, si in terra mansi[sset] set natiua, sine dubio Rex erat futurus, multis reuera hic idem iuuenis ac soror ipsius B. Na[talia] lia exemplo fuit: nam multa pollebant animi virtute, prudentia, discretione, honestate, e[t] gantia & pulchritudine refulgentes.

Adolescentes decet parentes reuereri. S. Ambr. l. 1 de offic. c. 17

Adhæc Adolescentum est, parentes amare, reuereri, monitis eorum obtẽperare. S. Ambrosius: *Est bonorum adolescentum timorem Dei habere, deferre parentib. honorem, Ioseph addit, cùm somniasset, quòd Sol & Luna & stellæ adorarent eum, sedulũ tamen obsequium deferebat patri.* Plena sunt omnia similibus exẽplis Virginum Vrsulanarum, inprimis in Regib. illis, quos filiarũ amor, reuerentia, pietas adiunxit societati, velut in Vrsula, quæ diuina semper respõsa cũ parentib. comunicabat. Illustre pariter enituit stu[dium] Ætherij sponsi, vt parentes gentiles fidẽ edoceret Christi, nec ante destitit, qu[am] vtrique Baptismum, matri etiam Martyrij desiderium persuasisset. De Rege Can[uto] sic ait Anonymus: *Rex etiam quidam insignis, & virtute nobilis Canutus, vnà cum [con]xore Balbina illustris & optimè filiorum Regina, atque filiarum exemplo attracti, persuasi [et] etiam illorum admoniti, cum sacris Virginibus iter arripiunt, duo filij cum eis pergunt:* de tertio ait, *frater illius iuuenis quidam valde probus & commendabilis, nomine Philipp[us] cum parentum affectu, tum sponsæ suæ illustris amore associatur eis.*

Familiares esse bonis.

Accedebat delectus eorum, quibus amicitiâ & famililiaritate iungantur, qu[orum] rum consilio regantur, & ad optima quæuis impellantur: nam ætatis illius leu[itas] & inconstantia iuncta imbecillitati consilij, nimis exigit æqualium & sodalium p[ro]bam indolem, quam sequi delectet, cùm ad meliora impellũt. Tullij monitum fi[t]: *Est adolescentis, Maiores natu vereri, exq; his deligere optimos & probatissimos; quorum consilio & autoritate nitatur.* Pleroſque iuuenum & adolescentum Vrsulanæ Sod[alitatis] quarundam Virginum castus ex perspecta virtute genitus ad audendum pa[rem] traxit amor, familiaritas, exhortatio; plures horum iam enumeraui: quibus acce[dit] sendi Canutus Pinnosæ sponsus, eiusq; frater Simeon Ducis filij, huic desponsa f[uit] S. Cordula, quę fratris & sponsæ permouit exẽplũ. Tres alij subijciuntur hoc mod[o]

eosimitari

Lib. 2. c. 4.

Primus dicebatur Euodius, & erat filius Comitis vnius, & alter Ducis cuiusdam filius, tert[ius] dictus est Siranus, & hic filius fuit Regis cuiusdã probissimi. Tres verò iuuenes isti, cum spo[nsæ]

Exemplo multorum

sarũ illecti amore, tum ceterorũ tam iuuenũ, quam Virginũ capti exẽplo, & cõtemnẽtes om[nia] secuti & ipsi Dominũ cum Virginib. proficiscentes. Porrò & filius sororis B. Ivvani Episcopi [Ca]lantius iuuenis Regius ac valde egregius, morumq; honestate præclarus, suam sequitur sponsa[m] illius amore illectus, atq; auunculi Ivvani Episcopi, sororisq; ipsius Benedictæ tractus amore [et] & dilectione. Euticium etiam sponsæ, sed Folquinum fratris traxit amor: *Euticius ita[que]*

Lib. 3. c. 5.

B. Philogenæ sponsus sponsæ tractus amore illam sequitur ceteris associatus: Frater S. Euti[cii] adolescens bonæ indolis Folquinus nomine, ac multis pro honestate illius gratus & amabil[is] sponsam nobilem in domo paterna relinquens, Germano adhærebat, cum eo proficiscens. Ex[em]plum filiorum imitata mater Tiburtia, tres vna secũ rapuit filias. Sicharum parãte[m] reducere à Sodalitate sponsã, potentius & efficacius exemplũ, & monitũ tot Regio[num] adolescẽtũ in eandẽ traxit societatẽ Martyrij. *Sicharus*, ait Anonym[us], *B. Luciæ illustri[s] sponsus assumtis secum Virginibus multis & nobilib. sponsam suam insequitur, illius attracti[us] amore, arbitrabatur ipsam sororemq; ipsius Dorotheam ceterasq; Virgines cum illis profi[ci]scentes peractis nuptijs reducere; sed secus accidit: illaqueatus est profectò & ipse aliorum in[i]uenum, quos ibi reperit, persuasione captus, Virginumq; & Reginarum exemplo irretitus, pa[tri]am terram, parentes, delicias & diuitias relinquens, sponsæq; suæ adhærens, suisq; sodalibus peregrè proficiscitur, corpus & animam pro Christo vniuersorum Rege traditurus.* De Ischi[rione]

Lib. 2. c. 11.

narrat similia: *Hæc* (Præclara) *sponsum habuit probissimum, prudentem & honestum, Isc[hi]chium nomine, Regis cuiusdam filium, qui sponsæ eiusdem attractus amore & exemplo [ea]per eam secutus est Christum, atque Auunculo sponsæ suæ Regi pio, illustriq; Reginæ adhæren[s] cum eis peregrè profectus est.*

Lau

Laudatur in Samuele puero, Daniele duodenni, Ieremia, cùm in flore ætatis ..., & alijs adolescentibus, quòd diuinis instinctibus paruerint, præsertim cùm ...tæ sanctiorem ineundam rationem cœlitus inuitarentur, talibus hæc scribebat ...nes: *Scribo vobis, Adolescentes, quoniam vicistis malignum, scribo vobis iuue-...quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum.* Talis ...*arus sponsus Endaræ Principis cuiusdam magni filius, is cùm amore sponsæ illectus, ...diuina inspiratione admonitus, cum tribus sororibus, Anna, Cleopatra & Iuliana, ...non & cum nouem Virginibus cognatis suis, alijsq; quampluribus sacrarum Virginum ...associatus, cum illis proficiscitur.* Idem de Dagoberti Regis filio subdit: *B. Beni-...sponsus illustris ipsius Dagobertus insequitur, gratiâ Dei inspiratus, & ipse sacrarum ...inum vnà cum nobili sponsa sua Societati aggregatus, cum illis peregrè proficiscitur.*

Ierem. Deo vocãti parendũ

1. Ioan. 2. 13.

Lib. 2. c. 21.

Hæc Adolescentiæ Christianæ vera disciplina, semitaque, quam inoffenso ...securi salutis ingrediantur, spretis falsis mundi promissis, carnis illecebris, ...ssimorum sodalium lenocinijs, quibus quotquot velut Sirenum scopulis ad-...scunt, non salutis tantùm, sed & fortunarum & vitæ corporis quandoque triste ...ragium faciunt: quod amore seculi, velut ebrij vel somno sopiti, tunc incipiunt ...is aduertere & deplorare; cùm in alteram vitam mortui euigilabunt. *Omnes*, ait S. Augustinus, *istæ felicitates, quæ videntur seculi, somnia sunt dormientium. Et quomodo ...videt thesauros in somnis, diues est, sed euigilabit, & pauper erit; sic omnia ista vana ...seculi, de quibus homines gaudent, in somnò gaudent: euigilabunt, quando nolent; si ...modò euigilant, quando vtile est, & inuenient somnia illa fuisse, & transisse*, sicut dicit ...ptura, *velut somnium surgentis.* Et alio loco: *Dormierunt somnum suum, & nihil in-...runt viri diuitiarum in manibus suis.*

Vanorum adolescẽtũ deceptio.

S. August. in Psal. 131.

CAPVT XXIX.

Coniugum officia.

TRimum & præcipuum amor mutuus: *Vnusquisque*, mandat eis Apostolus, *vxorem, sicut se ipsum, diligat; vxor autem timeat virum suum.* Amor coniunctio-...n quærit, vnde diutinam non fert absentiam alterius; hæc esca fuit, qua per v-...es Deus viros Principes etiam adiunxit Societati. Vxor Leonis Ducis Honesta ...octo virgineos inter choros incredibili mentis voluptate versabatur, *nimirum ...psa*, ait Anonymus, *S. Spiritus ardore succensa, illarum comes effici desiderat & socia, ...cùm moram efficeret, Leo Dux ipsius maritus cum amore coniugis tractus, tum etiam ...itate opinionis earundem Virginum (quæ vtique dulcis & felix spargebatur) captus, inse-...ur illam: quò cùm peruenisset, summaq; lætitiâ omnes reperisset gaudentes, peregrinatio-...quoque pro Christo illas cerneret tanto affectu desiderantes, insistente coniuge, sororibus, ...natis, amicis, flectitur animo: dans fidem cum illis proficiscendi reuertitur cum Honesta v-...e ad iter dispositum se præparaturus.* Gemina conuersio fuit Sinceri Ducis, vxoris ...m pijs inductus monitis, *Dux*, inquit, *Sincerus Regis filius per Sibiliam vxorem con-...sus est, vxor itaque illius Sibilia mulier fuit prudentissimi ingenij, atque sagax valde, ...cognatam in cœtu Virginum habebat, nomine Præclaram, virtutis magnæ virginem, & ...filia Regis fuerat Euphronij Sibiliæ auunculi, multoq; se se inuicem fuerunt amore diligen-...Hæc verò ab ipsa inuitata, simul & à Patre virginis Vrsulæ euocata, venit cum Duce ma-...inuisere Vrsulam beatam ipsius cognatam, quæ dum paucis diebus moram facerent, cum ...ini amoris instinctu, tum Virginum sacrarum admonitione & exemplo persuasi, cum & no-...ssimorum iuuenum adhortationibus admoniti, consenserunt ire cum illis, atque vniuersas ...ndi diuitias, omnes seculi delicias spernentes, peregrè profecti sunt, pro amore Christi se ...sua relinquentes.*

Ephes. 5. 33. Amor coniugum necessarius non fert absentiam

Lib. 2. c. 17. occasio est conuersionis Leonis

Lib. 2. c. 15. & Sinceri Ducis.

Magnus quidem amor maritalis, quem tamen amor Dei in multis feminis ...am Reginis longè superauit: has vbi martyrij succendit ignis, omnem mo-...runt lapidem, vt maritis ægrè persuasis ad crucem euolarent. Marcellam Co-...es duxerat, de qua sic Anonymus: *Marcella per omnia tam matri, quàm fratri-*

Amor Xpi potentior maritali. in Marcella

Lib. 2. c. 3.

bus æquabatur meritis & virtutibus, pium habens Comitem, probum & honestum, dictus est Ioannes. Quæ contra ipsius voluntatem est profecta; nam eo multùm resistente, vix tandem abeundi licentiam extorsit. Maiora reliquit eâdem succensa flamâ *Sibilia Mater.* De qua subdit: *Sibilia Mater fuit illustrissima & Regina nobilissima, hæc finxit apud maritum Regem, se inuisere matrem, atque ceteros cognatos cognatas, ac Vrsulam Virginem suam Consobrinam, & ita instante peregrinationis tempore cum eis proficiscitur, regnum contemnens temporale Christi amore, & gloriosæq; Matris eius dilectione, ab eis interminabilem vitæ & gloriosam recipiens coronam. Iuuencula siquidem erat vix annorum viginti, nam discessu suo inopinato, multorum corda dolore vehementi vulnerauit. Dolebat Rex ipse maritus eiusdem Reginæ suæ ipsius absentia, mœrebant populi regni sui, imò vniuersi, qui eam nouerant, eius discessum lacrymosis vocibus plangebant. Ecce Regina hæc adhuc iuuencula omnia contemnens reliquit, vt Christum lucrifaceret, reliquit terras, regnum & diuitias, reliquit maritum Regem atque tres liberos paruulos.*

& Sibilia.

Vxor virũ peccãtem leniter corrigere potest. Monicæ exemplo. *l. 9. Cõf. c. 9 Lib. 2. c. 20*

Accidit non rarò, vt coniuges moribus dispares fœderentur, tunc tamen vxorem decet patientia, quamuis valeat interdum mariti vitæ licentiam verecunda monitione corrigere, quod Monicam matrem suam fecisse narrat Augustinus: *vbi plenis annis nubilis facta est, tradita viro seruiuit veluti Domino, & satagit eum lucrari sibi, loquens te illi moribus suis, quibus eam pulchram faciebas & reuerenter amabilem, atque mirabilem viro suo.* Par emicuit Euticiæ sororis Dariæ studium & industria. *Fuit,* ait Anonymus, *religiosissima, Dominum timebat, & hominem propter Dominum reuerebatur. Sapiens siquidem erat, valde modesta, clemens & honesta, maritum etiam habebat virum nobilem; sed edacem & vini multi potatorem, quem tamen illa frequenti admonitione & piâ, ex parte magna emendatum correxit.* Benigna vxor Alexandri *Dariæ fratris matrona* vocatur *optima, animo pacata, semper ad pacem maritum & ceteros, quos potuit, instigans.*

Solertia S. Gerasinæ. *Lib. 2. c. 19. Cap. 15.*

Magnâ solertiâ Gerasina Regina Siciliæ Quintianum maritum auertit ab errore, de qua S. Elisabeth: *Habebat Spiritum Dei abundanter, virum suum Quintinum Regem, cùm esset primò tyrannus crudelissimus, conuertit, & quasi de lupo agnum mansuetissimum fecit.* Huic moribus perquam similis Laurentius fuit, ex persecutore martyr, vt libro primo refert Anonymus, *Rex quoque Laurentius iam ante Paganus, atque Christianorum inimicus, ac sæuus tyrannus, postea nutu Domini correptus, mirabiliterq; conuersus ex lupo agnus efficitur, qui sponsam suam sequitur Resinde virginem beatissimam.* *Lib. 1. c. 8.*

Nihil potentius est, ait S. Chrysostomus, *muliere bona ædificandum & informandum maritum, quæcunque voluerit: neque tam leuiter amico neque Magistros, neque Principes patietur, vt coniugem admonentem atque consulentem: habet enim voluptatem quandam admonitio vxoria, cùm plurimum ametur, qui consulit.*

Iam verò, quæ cura sit parentibus adhibenda, quo liberi rectè iuxta præceptum diuinum & rationis dictamen educentur, tam casta Virginis Vrsulæ, quàm Ætherij sponsi docet educatio, locis suis inculcata, cuius cùm Anonymus incredibiles fructus retulisset, ad matres conuersus, monet: *Discant ergo matres ab ista sanctimentes exemplum, & doceant filios & filias suas, atque familiam suam castè viuere, iustè & piè incedere.* S. Elisabeth curam filiæ informandæ diligentem adhibuit: vnum in reliquis maximè commendauit cultum Deiparæ: *Denique,* ait Anonymus *& ipsa Dominam nostram plurimum diligens filiam docuit, quatenus eandem cælorum Reginam totius gratiæ matrem, præ omnibus diligeret, eamq; iugiter in corde haberet & memoria.* Alexandri Ducis & vxoris Eugeniæ etiam celebratur in reliquis proliũ optima institutio. *Tres* namque *filios habuerunt, & septem filias, quas summâ nutrierunt diligentiâ, in castitate fuerant imitantes.* Videre toto libro secundo similia licet: tantùm parentum & filiarum virtutes pariles considerentur, obseruantissimos illos enim dicti Paulini fuisse comperiemus, cùm ait: *Et vos, Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate eos in disciplina.* Vocat eos depositum S. Chrysostomus, ad quod à furum & prædonum insidijs conseruandum, ita hortatur

Educatio bona liberorũ sũmę curæ esse debet. *l. 1. c. 23.*

l. 2 c. 16. Filij sunt depositum parentum.

S. Chrysost. in 1. Tim. 2 hom. 9.

Magnum

Magnum habemus pretiosumq; depositum, scilicet filios, ingenti illos conseruemus cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis astutus auferat, nulla nobis possessio, nullus fundus, aequè nobis gratus esse debet; quippe hæc omnia filijs quæruntur: si igitur maior possessionum nobis est cura, quàm eorum, quorum illa gratiâ comparantur, id profectò absurdissimum & stolidissimum est. Exerceamus ergo ad virtutem & pietatem molles filiorum animos, ceteris omnia secundo loco quæramus: nam siquidem illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderunt: sin autem probi, nihil ex paupertate lædentur: vis filium relinquere diuitem, bonum illum ac benignum esse doce: ita etiam rem familiarem auctiorem facere poteris. Rectè depositum vocantur filij, quos Deus, vt bona sua credidit parentum curæ custodienda, & velut thesaurum in suum cœleste regnum cùm mandarit, transferendum. Non igitur debent parentes ijs, vt proprijs abuti bonis, & mundo prædoni sanè pessimo nimia securitate committere: depositum suum à parentibus Deus repetet; repetit quandoque in viuis, dum ad castitatis votum & religionem occultis inuitamentis gratiæ pellicit, vt seueriori & fideliori custodiæ tantum thesaurum tradat: Reddant tunc igitur Deo suum, quod repetit meritò. Fecit id in Vrsula, quæ vnica erat regni totius & posteritatis talium Regum spes: nec tamen inuitam parentes ausi sunt à proposito virginitatis ad nuptias inuitare. Quam multi patres & matres aliæ Reges etiam cum liberis & nepotibus omnibus, vel penè omnibus, se sponte lanienæ crudelissimæ obtulerunt, hoc magis exsultantes, quo plures Deo proles consecrarent, securi de eorum salute, quibus si diutius in Regiæ vitæ licentia viuis manere licuisset, iure poterant metuere perniciem sempiternam? Quam paucos hodie tales parentes est reperire? quid mirum igitur, quòd sinat proles sæpè citius emori Deus, vt inuiti cogantur Deo reddere proles, quas nunquam Deo petenti ad sanctiorem vitam tradidissent.

Reddendi Deo cum eos repetit.

Addo matronarum quarundam in reliquis excellentiorum virtutes, vt ab Anonymo recensentur, *Seuera vxor Comitis nobilissimi, bona mulier dicitur, misericors, & deuota Christi pauperibus, & egenis multa bona faciens.* Honesta vxor Ducis Leonis, *magnâ virtutum gratiâ pollens, iuuencula quidem erat ætate, sed religiosis & honestissimis moribus pollebat, pia existens, casta & misericors, ipsius etiam studio & industriâ maritus conuersus est, honestissima, & multum commendabilis. Mathildis Regis Ottoni Vsualdi vxor & ditissimi, matrona in omnibus honestissima, bonæq; conuersationis & vitæ optimæ, Dei & pauperum amatrix existens. Victorina soror Dariæ, mulier erat* Cap. 10. *claræ conuersationis & honestæ, & multum orans, & in lectione assidua. Zaphirina* Cap. 12. *soror Regis Arthuri egregia, quæ multum erat honesta, commendabilis, & vitæ bonæ, Comitis Rogerij vxor. Theodora vxor Comitis Flandrensis, erat de nobiliori Saxonum stirpe oriunda, mulier bona & fidelis, matrona humilis, piaq; & mitis, multâ denique earum honestate refulgebat, insignis & maximæ fuit virtutis, honesta valde & misericors.* Similes plures tædij vitandi causâ prætermitto.

Maritatæ quædam virtutibus illustres. *Lib. 2. c. 15. Cap. 17.*

Mulierem fortem Sapiens in veteri lege, vel ab vltimis finibus orbis inquirat, hîc decurias multas, imò centuriam in lege gratiæ, fuit vno tempore reperire: nec ignobiles, sed regio ferè satu: tam fortes, vt tormenta exquisitissima fidei amore haberent in optatis, res omnes mortales generosè despicerent: ad æterna & cœlestia bona ardentissimis animi desiderijs anhelarent.

Centuria fortium mulierum

CAPVT XXX.

Viduarum studia & occupationes.

SEptem in viduis dotes & virtutes exigit Apostolus, 1. Timoth. quinto capite; 7. dotes viduarum
1) Prima, filios & domum benè & piè regere; 2. parentes colere; 3. mortuo marito sperare in Domino, 4. instare precibus, 5. fugere delicias, 6. esse irreprehensibiles, 7. pijs operibus inprimis hospitalitatis & misericordiæ se dedere.

Eas Monica habuit *l.2. Cōf.c.9*

Monica viduarum idea fuit; quam adumbrat ita filius: *Fuerat vnius viri vxo mutuam vicem parentibus reddiderat, domum ſuam piè tractauerat, in operibus bonis te ſtimonium habebat, nutrierat filios, toties eos parturiens, quoties abs te deuiare cerneba Poſtremò nobis, Domine, omnibus, qui ex munere tuo ante dormitionem eius in te iam co ſociati viuebamus, perceptâ gratiâ Baptiſmi tui, ita curam impendit, quaſi omnes genuiſſe ita ſeruiuit, quaſi omnibus genita fuiſſet.*

& S. Alexandria, ab auo nomen & virtutes tulit *lib.2.c.20.*

Talis erat Alexandria ſoror Dariæ; quàm ea parentes, maiores & auum in primis coluerit, ex nominis mutatione licet æſtimare: dicebatur priùs Eugenia ſed quia virtutes Alexandri aui moribus exprimebat, Alexandria fuit nominata *Agnominata eſt*, ait Anonymus, *Alexandria, propter multam bonorum morum p bitatem, animiq; virtutem, qua Regem Alexandrum auum ſuum magnæ virtutis viru & probitatis imitabatur.* Quomodo rexerit domum & educarit ſoboles, ſanctita earum demonſtrat admirabilis; duos ex viro ſuſceperat filios, Columbanum Ep ſcopum, & Euodium Ducem maritum, vtrique peregrinationem & martyrij lau ream perſuaſit: Euodius ſanè Dux relicta coniuge, liberis & diuitijs aſſumta ſe cum filiola ſecutus matrem eſt: filiam habebat Alexandria Marcellam Comiti co pulatam, & hanc multum obnitente marito vix tandem ab eo precibus extortâ li centiâ, cum filiabus ad eiuſdem itineris moleſtias ſuperandas perpulit. Eade Alexandria multum valebat autoritate; conſilio ſimul, & auxilio, ſemper ade rat Vrſulæ Virgini, cuius cum ſorore Eulalia, plerumque ſtipabat latus, vt cunct pie pariter & prudenter gererentur, Deo ſemper nixa, cuius etiam in omnibus re bus arduis auxilium & ſolatium experiebatur. Huic perſimilis Geraſina Dari ſoror, Regina Siciliæ, quæ comperto rem eam totam diuino conſilio, non hu mano gubernari, libenter quatuor ſtipata filiabus & Adriano decenni filio, lu xum & delicias exoſa, pietatem illam exemplo conſilioq; ſuo voluit promouere quam hoc aptiorem ad regendum & ducendum exercitum Parthenium Dionethu Rex ideo iudicabat, quod ſciret eam defuncto marito, Spiritus Sancti afflatu & im pulſu in Regni gubernatione & liberorum educatione magis, quàm Palatinorum conſilijs niti; cuius laudes ſic Eliſabeth perſequitur: *Sancta Geraſina Regina fu Siciliæ, & verè erat de fideli radice Aaron, & habebat ſpiritum Dei abundanter: Vi rum ſuum Quintianum Regem, cùm eſſet primò Tyrannus crudeliſſimus, conuertit: Eo au tem tempore, quo B.Vrſula de ſancto propoſito ſuo occultè tractabat, Pater eius magnan habens ſolicitudinem illius negotij, direxit epiſtolam ad B.Geraſinam, aperuitq; ei volun tatem filiæ ſuæ, & reuelationes, quas diuinitus acceperant, ei detexit, & quærebant au dire conſilium eius, quia ſciebant eam eſſe magnæ ſcientiæ mulierem: illa autem diuin virtute inſpirata, & intelligens verbum exijſſe à Domino, iter aggreſſa eſt, cum quatuo filiabus ſuis, Babila, Iuliana, Victoria & Aurea: & paruulo filio ſuo Adriano, qui amor ſororum ſuarum vltro ſe ingeſſit peregrinationi, & relicto regno in manu vnius filij ſui & duarum filiarum, vſque in Britanniam nauigauit. Eius itaque conſilijs totus exercitu ſacer Virginum collectus & ordinatus eſt, & erat ductrix omnium in cunctis vijs peregri nationis earum per conſiliorum ſuorum gubernationem, & ad vltimum cum eis Martyrium paſſa eſt.*

Proles educat ad martyriū, Colūbanū Epiſcopū, Euodium Ducem, Marcellā maritatam

Dirigit S. Vrſulam.

Geraſinæ viduę pietas,

& cœleſtis afflatus.

regit & ducit exercitum.

Meruit hoc ductu ſuo talem funeralis tituli inſcriptionem: *Sancta Geraſina, quæ duxit ſacras Virgines*, docebat Geraſina caſtitatem filias ſuas, amorem De & orationis ſtudium, exemplo ſimul & verbo: & meruiſſe videtur Spiritus Sancti raros & extraordinarios inſtinctus ijs medijs, quibus Euangelica vidua Anna Prophetiſſa, *cuius*, ait Ambroſius, *diuerſorium erat in templo, colloquium in prece, vita in ieiunio.* Huius Neptis Conſtantia, quàm amauerit caſtitatem, Deo voti religione obligatam, ſæpiùs dixi: & quàm Martyrij cum alijs ſanctis liberis Geraſinæ cupida fuerit, iter ex Sicilia in Britanniam, & inde Romam inſtitutum indicat. Felix tot caſtis prolibus, & ſanctis Martyribus mater vidua, quos non mundo, ſed cœlo genuerat; & Deo Sponſo caſtè, ſanctè, nec molliter educarat, vt illa Machabæa, quæ tenerum filiolum his vocibus ad Martyrium inuitabat: *Peto, nate, vt adſpicias ad cœlum, vt non timeas carnificem iſtum; ſed dignus ſororibus tuis effectus, particeps ſuſcipe mortem, vt in illa miſeratione cum ſororibus tuis te recipiam.*

proles educat caſtè,

Luc. 2. Ambr. l. de viduis.

Caſtitas Neptis eiº Cōſtantiæ

Similis Machabææ matri *2. Mach.7*

Simi-

Similiter ipsa decennem suum Adrianum videtur ad mortem animasse, vt & illi liceat illud Scripturæ accommodare: *Supra autem modum mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes liberos sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferret propter spem, quam in Deum habebat.* Hac spe freta Gerasina dux esse totius peregrinationis Romanæ voluit, licet sexagenaria propè, cùm dictante Spiritu Sancto sciret à Deo cuncta gubernari, cuius peregrinationis studium postea viduæ complures Helena, Paula, Marcella, Melania, Brigida, Begga, Ida, cum alijs sunt imitatæ. Viduæ peregrinæ.

Similis Heroina fuit Axpaxa Regina, virilis animi vidua, quæ fortiter & prudenter marito defuncto regnum administrauit, selegit autem Virgines in exercitum Parthenicum inscribendas: in ea dotes non tantùm illæ recitatæ viduarum, sed quorumuis Principum ac Regum clarissimè velut in speculo refulserunt, vt Deboram hîc liceat & Iudith admirari; collegit eas Anonymus: *Axpara, inquit, Consobrina Regis Holofernis, hæc autem commendabilis Regina, & Ducissa, de propria commendabili oriunda fuit, & præ morum suorum virtute eximia, qua pollebat honestate, cunctis cara exstitit & accepta. Erat siquidem hæc eadem Matrona in maritali Regno Regina. Denique dignitas optimè per eam gubernatur, virilis itaque fuit animi, magnæq; intelligentiæ, & ingentis sapientiæ, & honestatis, & summæ moderantiæ constans etiam erat animo, & in omnibus prudentissima.* Nec dubium est, quin ea, quæ videtur aliquot millia Virginum ex parte sponsi Virgini Vrsulæ transmisse, reiectis alijs, quas morum leuitas inquinabat, multum autoritate valuerit in Parthenico exercitu tempore peregrinationis in officio retinendo: ne quid leuitatis vspiam toleraretur. Itaque sicut vidua Gerasina velut Dux & Antegnana ceteras turmas omnes præcedebat, & Alexandria cum Eulalia Virginis Vrsulæ latus, dum obiret diuersas chiliadas, stipabant: sic hanc in media vel postrema acie fuisse crediderim, vel vbi Ætherij sponsi virgineæ legiones gradiebantur, velut moderatricem earum incessisse. Glorioſior iam in castris Virgineis, quàm cùm in Principum consessu Regno mariti dominarentur: sed in viduis eleemosynariam quis fortè desideret: celebres hac virtute matronas quasdam numerat Sodalitas Vrsulana, Reginam Præclaram, Seueri Comitis vxorem, Honestum Ducis Leonis coniugem, & Elisabetham, vt suspicor, viduam: in præclaris huius laudibus hæc non infima iungitur, *multas pro amore nostræ Dominæ eleemosynas pauperibus & egenis largiens erogabat deuota.* Axpara vidua virilis animi. Virtutes eius Regiæ. *Lib. 2. c. 24.*

Hæc sufficiant de Viduis Vrsulanis adnotasse, quarum status nomine cœlitus etiam comprehensus quandam in Ecclesia præ maritali tenet eminentiam, vt præclarè S. Aldhelmus Occidentalium Saxonum Episcopus his verbis obseruauit: *Cum tres*, ait, *sint status in Ecclesia, Virginitas, Cœlibatus, & Coniugium, ex reuelatione Angelica didicimus; si meritorum ratio habenda est, eum has inter virtutes constituendum esse ordinem, vt sit Virginitas aurum, Cœlibatus argentum, Coniugium æramentum; Virginitas diuitiæ, Cœlibatus mediocritas, Coniugium paupertas; Virginitas pax, Cœlibatus redemtio, Coniugium captiuitas; Virginitas Sol, Cœlibatus lucerna, Coniugium tenebræ; Virginitas Regina, Cœlibatus Dominus, iugalitas ancilla.* *to. 3 Bibliot. PP. l. de virgivit. laudib. c. 9.*

CAPVT XXXI.

Infantium & Puellarum in Exercitu Vrsulano mores.

TRia paruulorum & paruularum adfuere genera, primi nondum nati, cum matribus martyribus trucidati, de quibus alibi; alij lactentes, alij nondum nubiles, virtutibus & prodigiosis actibus non minùs, quàm ceteræ Virgines illustres, spec-

ngēs pdi-
gi ū in his
Paruulis.
S. Ambr. l 3 de velandis virg.

ſpeculum ætatis tenellulæ, & nobile potentiæ diuinæ tropæum poſuerunt, quòd cùm earum quingentæ eſſent, nulla pedem pauida retulerit, omnes martyrio coronatæ, vt moribus virtutibus q; cum ſenibus tales æquet Ambroſius: *Non ætas reijcitur florentior, vbi morum eſt ſenecta. Teclam non ſenecta, ſed virtus probauit. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem*, perfecta ſanè laus omnipotentis Dei, quòd lactentes infantulæ, quinquennes & ſexennes puellulæ mortem amore Chriſti ſitiant, tormenta flagitent, effuſione proprij ſanguinis fidem & amorem Chriſti palam teſtificantes; de ijſdem addit: *Non mireris in adoleſcentulis paſſionem, cùm legis in paruulis paſſionem*, & de his ſcriptum eſt: *Adoleſcentulæ dilexerunt te nimis*: tenetior in his Dei dilectio, miris & dulciſſimis Angelorum & Cœlitum apparitionibus foucbantur: vnde liquidiſſimis perfuſæ voluptatibus in cœlum oculos, manus & mentes intendebant: maternum iam tùm amorem cum

gaudia earum ex adſpectu Angelorum.

diuino commutantes, de quibus Anonymus: *Virginum iſtarum ſanctis agminibus Angelorum adfuit frequentia, & tanta Sanctorum, vt ſupra & circa omnem eis modum auferrent, & mœſtitiam, dulci ſua viſione & præſentiâ, denique & infantulæ, quæ in terarum vlnis geſtabantur, & ſinibus, viſiones Angelicas admirantes, inſolitas illas perſonas & effigies rutilantes, & ſurſum in aëra digitos extendentes, præ admiratione ſonos emittebant, dicentes, Ha, ha.* Diligebat has paruulas Deus præcipuè, vt ſe præ Virginibus alijs ſingulares quoſdam fauores impertiebat: vt neque præſentia ſuâ cuiquam in itinere quidquam crearent moleſtiæ, quas Chriſtus inter primitias

cur in hoc Martyrio congruerit adeſſe.

natus recens ſibi voluit dedicari; ſic in hoc certamine, in quo ſtatus omnes Eccleſiæ, omnis ætas, conditio, ſexus, decurrere, pro laurea debebat, nolebat non eſſe paruulos, quos vt ideam virtutum Apoſtolis & electis Saluator propoſuerat, his verbis: *Niſi efficiamini, ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.*

ablactabat illas Deus.
Iſa. 28.

Vnde deinceps lacte materno voluit illas Deus abſtinere; quas ipſe mirabili modo nutriebat, quibus ſenſim ſui cognitionem & amorem inſtillabat: *quem enim docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum, ablactatos à lacte, & auulſos ab vberibus.* Itaque quod Agnes de Sponſo canebat: *Lac & mel ex ore eius ſuſcepi*, infantuli dum Cœlites adſpicerent, & digitos extremos ſugerent, omni lacte matterno dulciùs hauriebant: vt matrum eis deſiperet alimentum, tam iucundè cœleſtibus & refectis nectare. *Lactentes*, ait Anonymus, *infantulæ, quæ vberum lacte nutriri ſolebant, iam nullo prorſus mammillarum nutrimento alebantur, ſed digitos immittebant, & de ipſis digitis rorem de cœlo miniſtratum ſugebant, cuius vigore ſuſtentabantur.*

Tribus ſolent rebus paruuli matribus vel nutricibus moleſtiam generare, ſordibus, vagitu, & onere. His omnibus Vrſulani paruuli carebant defectibus: vt gaudio portantibus eſſent, non faſtidio; recrearent, non affligerent. Pergit enim: *Nunquam in eodem itinere, vt paruulorum mos eſt & natura, ſordebant ſe ma-*

carebant ſordibus.

Lib. 2 c. 9. Cap. 14.

nec onerabant portantes.

facientes, ſed nec plorantes vagiebant, alijs inferentes moleſtiam, & alibi de ſummarum Alpium adſcenſu: *Tantâ quippe agilitate, vt quædam ait earundem Virginum: ipſæ illæ, quæ infantulas geſtabant in brachijs, conſcendebant, quanta & iſtæ, quæ abſque onere nihil portantes ſcandebant:* ſed quid de grandiuſculis dicemus, quinquennibus, ſexennibus, octennibus? earum conſtantem cum alijs progreſſionem atque diſcurſu, fatigatione, motuum, geſtuum, vel corporis leuitate, cum ſumma modeſtia, ſic enarrat: *Concordi namque proceſſione illis incedentibus, nulla vt mos iuuencularum ac virginum, hac illac ſe abrumpens diſiungebat. Tanta denique Angelorum ac Virginum ſacrarum frequentia de cœlis ad earum cuſtodiam aderat directa, vt illarum perſonæ miro viderentur vbique ſplendore refulgentes, non ſolùm adultæ, & maiorum illarum adſpectum mirabantur, & præſentiam, verùm & paruulæ, ſummâ namque diſciplinâ gradientes incedebant, modeſtiſſimè in verbis & geſtibus ſe habebant*, & cap. *denique & puellæ octo aut quinque annorum cum ingenti alacritate ibant, & vix vllam quandoque laſſitudinem habebant & ſentiebant.* Dixiſſes non homines, ſed Angelos & Cœlites fuiſſe paruulos iſtos & paruulas: nam corporis integritas, ciborum abſtinentia, mentis innocentia, laboris continuitas, Angelicam naturam referebant

Paruulorū inceſſus in itinere. ſine fatigatione. vita Angelica & cœleſtis.

bat, hoc præmium erat pudicitiæ & innocentiæ ætatis tenellulæ. Meritò: cùm pudicitia Tertulliano *sit flos morum, honor corporum, decor sexuum, fundamentum sanctitatis, præiudicium omnis bonæ mentis, quanquam rara, vixq́ perpetua, tamen aliquatenus in seculo morabitur, si disciplina persuaserit, si censura compresserit.* *Tertul. l. de pudicitia.*

Hac castitatis & pudicitiæ laude paruulæ nostræ celebrantur, quas inter excellunt S. Luciæ soror Placidâ, & altera Placida Giramani Ducis filij soror, ac Gerbugis Nataliæ Comites: Gerasina matre cognomine genita: Bertha quinquennis Helena Fuchelingi soror, Thasis decennis Sinceri Ducis filia; sed in reliquis Lucretiæ Reginæ decennis filia vocatur *Sanctissima*, & de Comitis Eustachij tribu paruulis dicitur, *tres in puellari statu & ætate degentes, quas summâ nutrierunt diligentiâ, omni castitate atque modestiâ*, & infra: *Sorores autem quinque reliquas, patrem & matrem in honestate virtutum & castitate fuerunt imitantes.* Tales his verbis ad se invitat Saluator: *Sinite paruulos ad me venire, talium est enim regnum cœlorum:* imò Virgines istæ innocentes & pusiones, ait Basilius, *anticipant gloriam resurrectionis:* quidni sint adultioribus etiam quandoque fortiores? nam Ætherij sponsi soror ætate maturior, turpiter à castris Virgineis amore sponsi mortalis defecit, altera verò Florentina paruula gloriosè Martyrij & Virginitatis aureolam reportauit, quia Angelorum more cœlestibus, non caducis rebus intendebat: *O Virginitas opulentia indeficiens*, ait Athanasius, *Corona immarcessibilis, templum Dei, domicilium Spiritûs Sancti, margarita pretiosa, mortis & inferni profligatrix, Angelorum vita, corona Sanctorum.* Hæc tamen in istis paruulis candicat puriùs, vincit feliciùs, triumphat gloriosiùs. Hoc vtinam omnis virtutis & honestatis speculum, omnis ætas, sexus, status & conditio frequenter inspiciat, & solerter imitetur, secundante Christi gratiâ, cui laus, honor, virtus & gloria in secula seculorum, AMEN.

Enumeratio quarundam paruularum.

Lib. 2. c. 16. castitas earum.

lib. de virg. circa fin.

* * *

TOMI

TOMI SECVNDI
MARTYRII S. VRSVLÆ,
LIBER SEPTIMVS.

SEPVLTVRA, INVENTIO, Et
Eleuatio Sodalitatis Vrſulanæ, cum duobus libris Reuelationum Anonymi.

CAPVT I.

Deus ſtatim poſt Martyrium mirificè Sodalitatem Vrſulanam illuſtrat.

POST certamina & heroica facinora Parthenicæ mili
quatuor iam libris explicata, totidem ſequentibus hono
ijs à DEO mortalibusq; ſtatim à morte inchoatos perſequ
mur. *Nimis honorati ſunt amici tui, Deus*, canit Dauid cu
admiratione. Parum eſt DEO, laborem electorum breui
mum, in cœlis æternâ gloriâ compenſare, niſi in terris etia,
quo ſe DEI causâ magis abiecerunt, hominum æſtimat
nem & honores declinarunt, ac ſui contemtum ambitioſi
in mundo quæſierunt, mortalium famâ laudibusq; celebrentur, & orbis totius v
neratione colantur. Hinc DEVS vix iam occiſis Virginibus, cœpit famam & cla
tatem nominis earum, operâ Cœlitum etiam diuulgare citiùs, quàm funerarent
nam vt centum annis antè fecerat myriadi Achatianæ militum, qui inſigni mart
rio montem Armeniæ Ararath decorarant, ſimilibus DEVS hos viuos, & poſt mo
tem obitam ornauit fauoribus.

Pſal. 138. Deus exaltat humiles.

Myriadis Achatianę triumphus

Fuerunt Martyrum Achatianorum initio nouem millia, qui Angelicis a
ſpicijs, cùm innumeram hoſtium multitudinem profligaſſent, omnes Angelis m
giſtris, fidem Chriſtianam didicerunt, & quantum profeciſſent, patiendo (quo
longè nobiliſſimum profectûs in ſchola Chriſti experimentum) demonſtrarun
præſentibus tamen Cœlitibus, qui eos animarent; nam cum quinque in eos ig
(vt multi volunt) armarentur, eorumq; iuſſu procella lapidum in eoſdem effund
retur, lapides in funditores rediere; cùm flagris laniarentur, terra contremui
quo miraculo permotus S. Theodorus chiliarcha cum ſua chiliade Martyribus ac
ceſſit, vt myrias Achatiana compleretur: quibus cùm murices calcandi ſparg
rentur, præacutas illas ſudes Angeli ſubmouerunt: inde in crucem actis, & ia
morituris vox cœleſtis inſonuit: *Venite Benedicti Patris mei, percipite regnum, quo
vobis paratum eſt ab origine mundi.* Simul cum hac voce cœli aperti ſunt, & tantu
ſplendor Martyrum corpora circumfulſit, vt nemo poſſet mortalium ea fixis ocul
intueri. Dehinc terræ motus horrendùm immugijt, qui fugauit ſpectatores o
mnes, metu penè exanimes: ſimul ita concuſſit montem Ararath, vt excuſſi
è manibus pedibusq; clauis, corpora ab Angelis in terra reuerenter deponerentu

Angelorũ magiſteria & auxilia. Vox diuina inuitãs.

ne hu

umanis polluerentur manibus: ipsi Cœlites non in communi fouea, sed singula ab ijs seorsim tumularunt, cœlesti interim harmonia resonante; dum Angeli o- um Martyrum istorum magistri, nunc etiam pollinctorum munere fungerentur: Ita rè Surius. Sepultura Angelica. Surius in nouiss. edit.

Hæc qui perpenderit, mirari desinet, si paria Cœlitum obsequia in hisce sepe- ilis Virginibus legerit; si mirabilem Dei prouidentiam hoc libro explicandam, qu vsus est, vt isthæc historia, Virginumq; præcipuarum notitia posteris incorru- pta ide traderetur; & eæ ex nomine etiam notæ pietatem acuerent cultorum: quum tot vbique terrarum miraculis ad has peculiares sibi dilectas sponsas magis tot orbe percelebrandas Deus comprobat; vt quo studiosius ipsæ patriæ, mundi, nominisq; splendorem & claritatem, vili electa morte fugiebant, hoc amplius Deus mdis naturæ cursum excedentibus eas mundo declararit. Satis id sepulturæ ratio nominaq; præcipuis apposita, tot tam mirabiles diuerso tempore factæ exhumatio- ne & eleuationes præuijs prodigijs visis, & toto orbe per quatuor orbis plagas factę translationes manifestant. Ita sicut quatuor libris præcedentibus, vitam & virtutes prosecuti Virginum sumus; totidem sequentibus, honores ipsis à Deo & hominibus habitos per eleuationes, translationes, cultum & miracula describemus.

CAPVT II.

Epitaphiographi SS. Virginum, S. Iacobus Patriarcha Antiochenus, S. Quirillus Sacerdos, & S. Ortmaria virgo, à quibus etiam hæc historia Colonienſibus tradita est.

VT historia tam mirabilis ad posteros summâ fide peueniret, voluit diuina prouidentia, non omnes primâ necari die: Quatuor ex omni numero totius Sodalitatis breui tempore superfuisse certum est, vel probatis monimentis, vel clarireuelationibus: nam de S. Cordula & Cunera, illa postridie, hac in festo SS. Simonis & Iudæ martyrio coronatis, satis vulgatum est è proprijs ipsarum rebus gestis. Post necę Virginum superstites S. Cordula & Cunera.

De S. Iacobo idem à S. Verenâ B. Elisabetha didicit, qui biduo superstes cum eet, multum historiæ tradendæ posteritati profuit: consentit eius tumuli repertus ulus inchoatus, nondum completus. S. Iacobus

Præter hos S. Quirillus Sacerdos, qui multo ante Colonienſe suburbium incoluerat, ciuibus pridem notus, sex dies accepto letali cum alijs vulnere vixit, vt titulus eius sepulcralis hoc exemplo manifestat: *Hic iacet in ant S. Martyr Quirillus Presbyter sepultus, qui vixit post suum martyrium sex dies.* & S. Quirillus.

xerat is cum S. Sigillinde Britannâ Virgine aliquot annos ibidem loci; quæ am cœlitus didicit Virginum Britannicarum aduentum; & cum ea profectus t Romam, inde reduces appulsi Coloniam, cum alijs sunt interemti.

Erat in suburbio collis, cui Sacellum S. Magdalenæ cum parthenone Virginum incumbebat; & in Sacello vetus antrum, in quod postea membrorum usta & artus diuulsi à corporibus tumulati sunt: In hoc S. Quirillus delituit ulnere iam accepto. S. Iacobus eodem loci latebras etiam suas biduo repetit, i, panico terrore perculsis & fugientibus hostibus, statim se videtur accinxisse peri, & ciues de obsidentium fugâ exhilaratos, ad incidenda cippis lapideis nomina, quæ toto itinere collegerat, animasse; dum ipse occisos lustrat Martyres, & sua singulis apponeret nomina. Qua in re, & ipse eo tempore, & incisores diuino etiam & cœlesti ductu & gubernatione vsi sunt, vt apparebit postea.

Cum

Cum his superfuisse quinta videri posset S. Ortmaria virgo, quam adiuuisse multum, vt præcipuarum Virginum tituli notarentur, hæc in sepulcro quodam reperta inscriptio satis indicat: *Hic iacet S. Ortmaria virgo, quæ attulit S. Vrsulæ de Scotia ad dotum suum mille Virgines, quæ fecit titulari omnes excellentissimas Virgines*: quibus cùm hoc non exstet, quo die postea martyrium subierit, nihil affirmo: forte in nauibus consignata nomina S. Iacobo tradidit, qui ea ciuibus dedit insculpenda lapidibus, quos ipse postea singulis apposuit sarcophagis cum Quirillo, quem sepeliendis operam impendisse Virginibus, c. 6. ostendetur. Qualibus verò incisoribus vel scriptoribus vsus sit S. Iacobus, quorum operâ biduo vel triduo tam multa notari nomina potuerunt, licet id autographum S. Elisabethæ Schönaugiensis non significet: reperi tamen in peruetusto membraneo Cæciliano M. S. ad finem capitis 18. his descriptum verbis: *Quoniam autem B. Verena reuelante didiceram, quod S. Iacobus Antiochenus Episcopus sepulturas sanctarum Virginum titulasset, orta est dubitatio apud me & quosdam, qui de hoc mecum conferebant: quomodo hoc fieri posset, vt cum ita tertia post eas passus fuerit, sicut habet supradicta narratio, tot Virginum aliorumq; Martyrum titulos in tam breui spatio conscribere potuisset: Magnum etenim aceruum eorum in quodam sacro loco reseruatum esse audiui. Et factum est die quadam, cùm de ipsis sacris Virginibus officium solenne ageremus, quædam ex eis mihi apparuerunt circiter 12. & antecedebat eas vna, quæ ceteris omnibus miro quodam & notabili decore præeminebat: Nam ipsa erat B. Verena: Hanc ergo cùm rogassem, vt de supradicta dubitatione me expediret, responsum tale reddidit mihi: Non solus titulationes nostras scripsit S. Iacobus Episcopus, sed Clerici cum eo plurimi. Elegerat enim ad hoc opus vndecim Clericos, & singulos singulis millenarijs Virginum præfecerat, & curam eis commiserat conscribendi nomina earum. Ergo cum adiutoribus, quos sibi singuli adiunxerant, nomina, quæ illic inueniuntur, scripserunt, & sepulturis nostris adhibuerunt: nomina autem, quæ ipsis ignota erant, per B. Iacobum, qui diligenter ea notauerat, cognouerunt: quædam autem eis diuinâ reuelatione manifesta sunt: plurima etiam omnino neglecta sunt.* Horum Clericorum vnus Livoldus fuit, cuius hæc reperta est in titulis sepulcralibus inscriptio: *Ego Livoldus Subdiaconus sepeliui corpora sanctarum Virginum cum Clematio.*

S. Ortmaria.

S. Iacobus nota curat incidenda

adiutoribus 11. Clericis

Ita S. Aquilini Colonienſis eo tempore Antistitis præmonitu & exhortatione ciues, vt gratos se Diuis tutelaribus & libertatis vindicibus exhiberent, quotquot poterant, operam suam nominibus incidendis impenderunt, S. Quirillo & Iacobo dictantibus ea, vel scripto tradentibus: à quibus etiam totarei gestæ series, ortus S. Vrsulæ, & Ætherij sponsi fœdera sponsalitia, comitatus in peregrinatione, & reliqua ciues & Aquilinus Præsul videntur fida relatione didicisse: vnde non improbabilis ea quorundam opinio fluxit, ab ipso S. Aquilino martyrium S. Vrsulæ fuisse literis rudi compendio consignatum; cuius eo maior autoritas & fides est, quòd aliæ diuersorum locorum historiæ cum hac apprimè consentiant, vita S. Christianæ Basileæ, SS. Cunegundis, Wibrandis & Mechtundis in Reinfeldensi comitatu, S. Aureliæ Argentorati, S. Cuneræ in Rhenensi oppido, S. Sigillindis Coloniæ mortuarum & tumulatarum, quarum singularum res gestæ diuersis in locis, autoribus & temporibus congruenter maiorum constanti traditione conscriptę, quoad omnia adiuncta, mira consensione cum veteri conspirant historia Vrsulana, eamque ita confirmant, & certis testimonijs, quæ ab ipsis Virginibus ante mortem loci incolæ accepere, vt nulla videatur fraus admiscerì potuisse, cùm singularum dictarum Virginum sanctitatem clarissimis Deus miraculis multis seculis comprobarit: quæ postea fortè Diocletiani tempore perierit: nam circa Ann. 500. sermo vetus panegyricus vult, ea tempestate martyrium Vrsulanum non exstitisse literis consignatum.

& Ciuibus

Probabilitas veteris Vrsulanæ historiæ.

Ad S. Iacobum redeo præcipuum quasi Epitaphiographum: quem scribentem vel dictantem nomina, Deus altiori lumine impertiuit. Ideo à S. Verena cap. Elisabetha stupens ænigmaticam figuram, quam S. Ætherio sponso apposuerat, cui artificiosè Regis & Axparæ nomen incluserat, audijt: *quod significare voluit tuli scriptor, cùm ita admiscuit nomen eius nomini regio, hoc manifestiùs exprimi non op[ortebat]*

S. Iacobus præscius futurorũ.

S. Elisa. c 11

obl, *quia futurum erat, vt per te hæc omnia manifestarentur.* Et c. 12. cùm de innocentia vitæ S. Ætherij ait, hæc subdit: *Quanquam hoc ita fuerit, tamen antequam fieret Christianam suscepisset, tam modestè, tamq; innocenter vixerat secundùm statum vitæ sui, quem tunc gerebat, vt videretur Scriptori tituli eius rectè omnes annos posuisse fideles.* Quibus insinuat verbis, duo S. Iacobum cœlitus de Ætherio, dum titulus eius procuratione incideretur, cognouisse: primò, fore, vt eleuatis aliquando corporibus tituli illi diuino responso declararentur, quod factum est Ann. 1156. & 1183. Secundò, eâ fuisse innocentiâ præditum S. Ætherium gentilem, vt videretur ipsi etiam fidelis exstitisse. Porrò ideo fortè, & suo nihil præfigi aliud nomini voluit, quàm vocem *Iacobus* expressit, præscius hæc cœlitus declaranda: accessit & alia demissio, qua inductus, nec se videtur ciuibus declarasse Patriarcham esse; nec voluisse, vt id titulo adiungeretur.

Occiso S. Iacobo biduo post commune martyrium, totum onus reliqua discendi nomina incubuit in S. Quirillum, letaliter saucium, eo tunc vigore, vt S. Florinam (de qua cap. 4.) sepelierit; nec tamen omnia propter hostium quorundam infestationem scribi potuere; imò nec singula loculis corpora separatis ditioni: nam in sarcophagis lapideis pridem à S. Aquilino præparatis gemina quandoque vel terna, & præcipuarum tantùm personarum locata corpora suis distincta sunt nominibus.

Hoc initium traditionis Colonienſis de Vrsulana historia fuit, & manauit ab ijs, quæ de S. Sigillinde nota erant, vel à SS. Iacobo & Quirillo didicerant, cum à maioribus continuâ successione quasi per manus ciues acceperunt, vt licet sub Diocletiano scripta ab Aquilino perijsset historia, à posteris tamen, præsertim Seuino & S. Cuniberto eadem à iuratis testibus ita haberi potuisset, sicut de SS. Virginibus infra Basileam defunctis ante 140. annos factum esse demonstrabo. Origo traditionis historiæ Vrsulanæ.

CAPVT III.

Pollinctores SS. Angeli cum S. Aquilino & ciuibus Colonienſibus.

Catharinam Virginem, notum est, à SS. Angelis in monte tumulatam, vti & Moysen: Sic S. Landradam, cùm homines intercederent, ne eò loci, vi sepeliri petierat, conderetur, Angeli casta eius membra eò delata composuerunt: plus etiam S. Agathæ contulerunt Cœlites; qui tumulum sepultæ ornarunt marmore, cum hac epigraphe: *Mentem sanctam, spontaneum honorem, Deo & patriæ dilectionem*, vt non mirum alicui videri debeat, si tot millibus Virginum tumulandis, Cœlites ipsi vespillones adesse, non sint dedignati, quarum ductores in via fuerant metatores fuerant. Rem ipsam breuiter exsequitur S. Vrsula apud S. Elisabetam: *Nobis omnibus in sanguine nostro iacentibus, venerandus ille Præsul, sicut præceptum illi fuerat, opus magnæ pietatis operatus est in nos, & cum magna diligentia & honore sepeliendi officium nobis impendit; ipsi autem & ipsis qui cum ipso laborabant, in nobis adfuit Maiestas Domini, & ministrabant illi Angeli Dei, & velociter impletum est opus sepulturæ nostræ: nos autem non distulimus rogare Dominum pro eo* (Aquilino Episcopo Colonienſi) *vt redderet ei mercedem laboris sui, factumq; est, vt citò posthac subtraheretur ab hac vita: deditq; ei Deus honorem singularem pro ea honorificentia, quam exhiberat nobis.* Sancti ab Angelis sepulti. *Elisab. c. 17*

Primus & præcipuus humationis curator S. Aquilinus, quartus à S. Materno Colonienſium Episcopus, iam tum cùm Virgines Româ adornarent reditum, voce cœlitus lapsâ præmonitus, ex eo tempore arcas tot Episcopis, Regibus, Principibus, Virginibusque (serie totâ Martyrij per quietem visâ) magnâ industriâ conquisiuit, & ea, quæ ad tantam funerationem necessaria videbantur. Ijdem iuuant in sepeliendis SS. Virginibus. S. Aquilini Epi studiũ

Atque vt ciues ſuos ad opus tam ſanctum excitaret ardentiùs, ipſe manu peri admouit, diſperſa Martyrum legit membra, condidit ſarcophagis, & (10 Reges, quo Epiſcopi Virginesque loco tumulandæ eſſent, ſolerti induſtriâ diſp ſauit. Ardebant ciuium animi ex innato gentis huius proximis ſuecurrendi i dio, & Præſulis exemplo ac monitis pridem inflammati: & verò maximè, vt ga tos & memores ſe præſtarent obtenti beneficij in vrbis liberatione. Qui ergo i guine ſuo innocentiſſimo fuſo ſanguinem nocentiſſimorum ciuium fundend in ciuitatis vaſtatione redemerant, æquum erat, vt ijſdem cum vitæ ſuæ perici vicem penderent: ideo cibi ſomniſque oblitos, exiſtimo aſſultantibus ſæpe h ſtibus perſtitiſſe, ne ab ijs in præterfluentem abijcerentur: vel ne beſtijs de no obiecta cadauera relinquerentur. Vt meritò S. Vrſula dicat *velociter opus ſepultu completum eſſe*, præſertim cùm adeſſent adſpectabili formâ Angeli, qui anim bant in opere tam ſancto ciues; & ritè cuncta ſic diſponebant, vt ſuis quæq nomina loculis ſine confuſione in illa multitudine, & crebrâ hoſtium infeſta ne peragerentur, ad poſterorum, cùm eleuanda eſſent corpora, certam M tyrum notitiam.

Ciuium ardor.

CAPVT IV.

Situs Vrſulani ſepulcreti, & quam operoſa, ſumtuoſa, pia, diligens & accurata fuerit funeratio.

Forma ciuitatis.

CIuitas Colonienſis Martyrij tempore quadrangulari ſpecie adſita Rheno, a ab Oriente radit eandem duos colles, ad Auſtrum Capitolinum, ad Aq lonem eum, cui Metropolitana D. Petri Baſilica incumbit, complectebatur: qu ordine tertius Greesbergenſis ſuburbanus ad Septentrionem itidem collis, Rhe no margini propinquus ſequebatur, in cuius, iam magnam partem ſolo æquati, ſtis camporum ſpatijs verſus omnem partem ſtrages Vrſulana cùm accidiſſet, id

Situs agri Vrſulani.

nominis mutatio.

ager Vrſulanus deinceps mutato nomine cœpit nuncupari: quòd ſanguinem hauſe Parthenium, corpora ſuſceperit gremio, multisq; ſeculis fouerit; ideo foſsâ mur cinctus, & vrbi prope contiguus effectus eſt, ne barbarorum aſſultibus violaret donec ciuitatis aucto pomerio, mœnibus eiuſdem clauderetur, domibus & Ecc ſijs permultis in eo paulatim ædificatis, quæ fines illius agri ſatis indicant. Na qua ciuitatem reſpicit ad Auſtrum, templum S. Maximini, Societatis IESV S. Pauli, S. Andreæ, PP. Prædicatorum, & Mariæ Indulgentiarum continet; in

Fines eius

foueis antiquis hæret hodie nomen, quæ à porta aleatoria Baſilicam verſus Vrſu nam, & hinc ad arboretum Grani, poſt Monaſterium Machabæitieum ad S. Cu berti Collegiatam vſq; Eccleſiam olim porrigebantur, vt ager ille ſat capacis opp ſpatia quinasq; parœcias cõplectatur, totus Virgineis tumulis ab Aquilino Præſu Clero populoq; Colonienſi conſecratus: in veſtibulo tom. 2. vide eius delineation

Hiſce in campis latiſſimis operosè, magnis etiam impendijs, tot millia Mart rùm corpora ciues funerarunt: nam vt ex inuentionibus diuerſorum temporum, corporum colligi potuit, foueas oblongas quadratas, ad lineam rectas, ad amuſſi ferè æquales, & ab occaſu Solis, ortum verſus porrectas, per agri vaſti ſpatia paſſi effoderunt, in quibus centum, ducenta, vel quinquaginta corpora tumularu eo ferè loci, quo cæſa terram ſanguine cruentarant. Conſtat S. Eliſabethæ tempo talem vnam foſſam ſacris oſſibus plenam inuentam eſſe: *Magnum*, inquit, *etenim ceruum eorum in quodam ſacro loco reſeruatum eſſe audiui.* Tempore Conradi Col nienſis Archiepiſcopi quingenta ſunt vna vice detecta corpora per Belgium diſtr buta, & Raymundus Gurcenſis Cardinalis ait: *Circa tempora fel. rec. Nicolai Quin Papæ inuentum eſt quoddam reſeruaculum oſſibus Sanctorum plenum, quod etiam eleuatum & alijs Sanctis appoſitum exiſtit.* Sic cum S. Conſtantia centum alia ſunt egeſta co pora: cum Gorgonio Epiſcopo ſupra centum & triginta proximis è locis eruta.

Foſſæ ſepulcrales qua figura egeſtæ. Capacitas earum. S. Eliſ. c. 18.

in diplomate eleuationis.

Ne

Nec tamen permixta temerè, vel inter se confusa membra collocarunt: neque proximè corpora corporibus imposuerunt, sed decenter, ordinatim & honorificè singula magnâ diligentia, curâq; sita sunt, quantum temporis angustia, Martyrum multitudo, redeuntium subinde hostium infestatio patiebatur. Id quomodo contigerit, licet ij, qui diuersis inuentionibus, varijs seculis præfuerunt, vel eas conscripserunt, obscuriùs insinuent, & picturæ nonnullæ sarcophagorum lapideorum in dispositionem corporum, quàm manuum, brachiorumq; compositionem satis edendant, multò tamen apertiùs licuit intueri, cùm in hac historia limanda desudrem. Nam admirabili diuinâ prouidentiâ prorsus accidit, vt in corde, vel etiam centro ferè totius agri Vrsulani fouea persimilis eis, quas descripsi, detegeretur, in qua cum sexcentis violentæ necis, &, vt multi putant, martyrij tolerati præclaris indicijs supra centum corpora Anno Societatis IESV seculari 1640. à 3. Iulij sequentibusq; diebus & mensibus præsertim, quibus Societas nostra referendis Deo gratijs abilabat, sunt reperta: quæ decenter & accuratione maximâ tumulata, situm eunem omnino referebant, quem veteres picturæ quadringentorum & plurium anorum in capitis & brachiorum collocatione nobis exhibent, vt ex his ipsis à nobis uentis corporibus velut archetypis illa credi possent extypa fuisse adumbrata: d cùm hærerent adhuc multi dubij, biennio post, cùm illustris Legatus Cæsaus D. Ioannes à Crane, prope tumulum S. Vrsulæ, nouum Sacellum elegans sumtuosum moliretur, & arena prope templum in vinea calci miscenda effoeretur, corpus persimile conditum in sabulo situ membrorum eodem statim aparuit, quas vt indubitatas exuuias Vrsulanæ Sodalitatis omnes ideo confitenur, quòd constet, eò loci neminem hactenus ob fundi sanctitatem fuisse præter Martyres humatum.

Ordo seruatus in deponēdis corporib⁹.

colligitur ex inuentionibus.

& picturis veteribus.

Deinde nummi veteres inter corpora recens inuenta depositi, qui Domitiani, Augusti, & M. Aurelij Antonini præ se ferunt imagines, satis arguunt sepulturæ vetustatem: sed de hoc, cùm examinata probataq; fuerint, aliàs: Funerationis Vrsulæ modum licet hinc & ex alijs inuentionibus talem colligere.

Quamuis præcipuorum Episcoporum, Regum & Virginum corpora sint lapideis condita monimentis, quorum permulta licet quotidie in Basilica Vrsulana cernere, nominibus & picturis adiectis, qua membrorum dispositione, & quibus cum ndicijs sint sepulta: plerique tamen Martyres sine capulis in terra sunt ordine pulchro depositi, simili ferè ratione.

Pleraque corpora Vrsulana sunt in terra sine tūbis sepulta

In foueâ quadrangulari octo pedes altâ, sede cim circiter lata, 30. 40. 50. vel 60. pedes longa, certis in locis receptacula quædam egesserunt, in quæ sanguinem concretum & glebas cruentatas, effuderunt: vel ex argilla, lateribusque secreuerunt locum, & lapidibus operuerunt, phialis, poculis, & alijs vasis fictilibus vel vitreis, sanguine vel arenâ sanguinolentâ plenis intra cauum conclusis & firmatis, ne terræ aggestæ mole frangerentur.

Receptacula sanguinis infimo loco curata.

Deinde area tota instrata corporibus est, vno palmum vel semipedem aliquando à sequenti vel viciniore seiuncto. Situs autem corporum hic ferè fuit. Non caput tantùm, sed & humeri cum pectore rectà versus orientem Solem sunt collocata, brachijs & manibus decussatim supra pectus compositis, qui mos initio nascentis Ecclesiæ fuit fidelibus, quasi Christum è Cruce suspensum (cuius facies versus Occidentem directa fuit) adspicerent, quòd eius virtute resurrectura sua sperarent immortalia corpora.

Dispositio corporum infimorū.

Post primam lineam proximè pedes, alius ordo corporum versus ortum, deinde tertius, quartus, quintus ad finem vsque longitudinis fossæ dispositus fuit.

Areâ verò totâ semel instratâ, desuper arenâ vel terra corporibus est iniectâ, ad vnius vel duorum palmorum altitudinem: tum iterum locus totus totidem ferè cadaueribus impletus fuit eodem ordine, quibus iterum sabulo coopertis, tertia prioribus imposita series est: & quibusdam in locis etiam quarta. His rursus arenâ tectis, mutila & truncata brachia, pedes, manus, coxæ, crania, mandibulæ, vertebræ, vel quidquid mutilorum membrorum vspiam repertum est, ea supre-

Secunda series eorū

Supra seriē supremam locata sūt mutila membra.

ſupremo in loco ſparſa, vel vno in loco decenter ſunt collocata: quorum etiam corporum ſanguis vel inſtrumenta necis reperiri potuerunt, eadem vrceolis, phialis vel vaſis alijs iuxta ſingula corpora poſitis, excepta diligenter ſunt, pieque conſeruata.

Atque hic quidem videtur ritus paſſim per agrum totum eſſe diligenter obſeruatus; niſi quòd ſanguis & mutila membra prope Magdalenæum Sallum reperta, ſint effuſa in puteum præaltum Eccleſiæ, de quo ſequenti capite fuſiùs.

Ita non temerè (qui modus hodie contagio ſerpente, multaq; mortalium millia perimente, vel ingenti militum cæsâ multitudine obſeruatur) in foſſam alium nullo ordine congeſta multa cadauera ſunt, terra diligenter aggeſta, ne peſtis exiret, & aërem inficiat; ſed ordinatim per camporum vaſtiſſima ſpatia corpora ſunt piè, decenter & honorificè ritu fidelium ſita, locataque, foſſis artificioſè tectis, & æqualibus egeſtis; corporibus deinde ſeorſim ab alijs piè ſummaque accurate verſus ortum ad lineam diſpoſitis, adiectis indicijs Martyrij, vel necis inſtrumentis, ac arenis ſanguinolentis, ne quis poſſet de nece talibus propter fidem illatâ dubitare.

Omnes oppidani iuuerũt ad funerationẽ.

Videntur autem omnes oppidani, ſexus vterque, cum Clero, Duce Praſule, partitis inter ſe operis gnauiter ad eam ſolennem parentationem ſtudium ſuum contuliſſe: Ciues enim, reor, effodiendâ terrâ, parandis tumulis, aptandis lapideis monimentis, incidendis nominibus, deportandis ad ſepulcretum corporibus multum deſudaſſe. Clericos autem dictandis nominibus, deponendis corporibus, titulis & vrceolis ſanguine refertis apponendis fuiſſe occupatos, quos inter Livoldus Subdiaconus laudem præcipuam meruit, quem non improbabiliter detur fuiſſe S. Aquilini in Pontificatu Colonienſi ſucceſſorem. Mulieres & Virgines ſuo non defuerunt officio, quæ videntur phialis, poculis vitreis vel teſtaceis allatis vaſis ſanguinem & cruentas glebas, arenas & ceſpites collegiſſe; Virginum nuda quædam veſtiſſe, vel curaſſe corpora, compoſuiſſe decuſſatim brachia, abſterſiſſe ſanguinem, eduxiſſe fixas è corporibus ſagittas, repertas quasque res ſingulis diligenter appoſuiſſe.

Ciues,

Clerici,

Mulieres,

etiam Angeli.

Interim adſpectabili formâ miſcebantur his pollinctoribus Angeli, qui rerum maximè neceſſariarum obſeruatu monebant operas: ab ijs fortè deſcriptæ ad lineam foſſæ, corporum ordo, ſitusque conſtitutus, in titulis incidendis & apponendis, ne quis error incideret, admoniti.

Hoſtes etiam ab inuadendis & mactandis ciuibus deterriti: omnes adigendum & perficiendum opus, non parcendum ſumtibus, quàm honorificentiſſimè & religioſiſſimè tumulandos Dei Martyres, exſtimulati.

& Sacræ Virgines.

Nec ipſæ cœlis adſcriptæ iam Virgines defuere: nam Eliſabethæ teſtantur ipſæ, quòd titulis ab errore vindicandis inuigilarint, & vetus aſſerit hiſtoria, earum adſpectu, minis & terrore fugatum ab vrbe hoſtilem exercitum.

Cura Præſulis Aquilini. *Cap.* 27.

Præcipua tamen cura, ſtudium & induſtria Præſulis Agrippini commendatur à S. Vrſula, qui fortè nimio labore contraxit morbum, è quo feliciter brui pòſt ad Virgines beatas in cœlum emigrauit: Huius enim ſolertiæ monitiſque tribuendum exiſtimo, quòd nullis parcitum publicis ſumtibus ſit, agris maximis & fructuoſiſſimis ſuburbanis vel emtis, vel in hunc ſacrum vſum ad honorem Martyrum oblatis & conſecratis: vt de Clematij fundis ſermo inſinuat uſtiſſimus: & quidquid ad religioſiſſimam hanc funerationem, ferè trigintà millium corporum veſtiendorum, vel piè deponendorum, cultum pertinebat, vltrò liberaliter donatis impendijs, operâ, labore, ſolertiaque, ſingulis inter ſe piâ quadam æmulatione certantibus: quòd ijs Martyribus ciues bona fortunæ, corporis incolumitatem, & vitam ſe debere faterentur; hoſtibus ceſſiſſe prædâ: niſi tot innocentes Virgines ſanguinis ſui pretio, precumque ſuffragio redemiſſent.

Sumtus adhibiti.

Totam huius funerationis seriem disertè his verbis vetus describit historia: *Fratis ergo pacis hostibus, conclusis ciuibus insperata pax reddita est, longoq; luctu soluti Colonienses portis eruperunt: & ecce passim super nudam humum inhumata Virginum cadauera inuenerunt; nec multum eos res fefellit, quippe qui iam pridem transeuntium eidem sanctarum puellarum vestes, habitus & naues nouerant, sed quia facilè animaduerterant, deuotas Deo Virgines pro conseruandæ pudicitiæ signaculo in agone martyrij occubuisse, seq; earum patrocinantibus meritis non modò mortem, sed etiam cruciatus barbaro- non omni morte grauiores euasisse, vnanimi consensu non quasi homines, sed quasi Deum inhumanis corporibus venerantes, non priuatis, non publicis sumptibus pepercerunt, dum non modò humanitatis officio, verum etiam humillimæ venerationis studio, pro se quisque fingentes, alij dilaniata, disiectaq; membra Martyrum congerunt, alij vestibus cooperunt, alij terram effodiunt, alij sarcophagis imponunt: breuiq; tempore, sicut illic est cinere, sanctissimæ Virginum reliquiæ ad æternam Colonienſium gloriam pausauerunt in pace.* Ratio funerationis ex veteri historia.

CAPVT V.

Locus defluuij sanguinis, eiusq; receptaculum immutat antiquum nomen.

HIstoriæ veritas clarissimè ex loci inspecti signis eruitur: hoc, vt suprà docui, vidit Polybius, qui ideo Græciam, Aphricam, Hispaniam, Galliamq; peragrauit, vt ex incolarum sermonibus, locis ipsis, & impressis notis & indicijs visis, literis statiora consignaret.

Conflictûs certo in loco habiti aperta sunt vestigia, si is antè diuerso nomine appellatus, nomenclationem nouam inde traxerit. Quis de prælio ad Rhodanum habito circa Lugdunum dubitet, quo Seuerus Imperator Albinum cum copijs internecione deleuit? Dio autor est, tantam ibi copiam fuisse effusi sanguinis, vt fluuios influeret: alij volunt planitiem patentissimam appellationem immutasse, & etiamnum adhuc à fuso sanguine nomen retinere. Eodem Seuero Imperatore Lugduni orta inter Christianos persecutio atrocissima est, in qua S. Gregor. Turon. lib. 1. hist. Franc. c. 29. autor est, tantam cædem esse multitudinem Christianorum, *vt per plateas flumina decurrerent sanguinis Christiani; nec numerum aut nomina Martyrum inire licuerit.* Addit Rheinandus in indiculo SS. Lugdunensium, fol. 123. *fuerunt sanguinis lacum in ima valle collectum eo loco, vbi nunc est S. Romani Ecclesia, stagnante ibidem cæsorum cruore, qui è colle, in quo passi sunt, plenis riuis decurrebat, qua etiam ex causa fama est, nemini intra eam Parochiam sepulturæ ius, vel etiam facultatem esse, solo hic sanctificato non sustinente cadauera excipere. Addunt inde sanguinem Ararì illapsum esse, & aduersa aqua Matisconem vsque, hoc est leucas circiter decem ascendisse, factamq; ex ea causa fluuio nominis mutationem, vt qui eo vsque Arar dictus erat, exinde Sangona appellaretur: quo nomine iam à temporibus Iuliani Apostatæ nuncupatum liquet ex Ammiano Marcellino Iuliani æquali, qui Sangonæ nomen vsurpat in Galliæ descriptione.* Hactenus Rheinandus. Simile quiddam stadio Vrsulano contigit.

Magna sanguinis effusio nomen loci immutat.

Lugduni.

Ingens sanguinis pro fusio.

Collis erat eleuatior suburbanus, tunc temporis à loci natura Greesberg ob natiuum collem dictus, hodieque nomen idem Boream versus retinet, is statim à cæsis Virginibus Ager Vrsulanus mutato nomine est appellatus; ita quingentis ferè ab hinc annis vocatum fuisse, in diplomate suo Philippus de Heinsberg Archiepiscopus Colonienſis testatur, his verbis: *Notum facimus omnibus Christi-fidelibus, quòd Capellam in memoriam SS. Virginum in loco, qui dicitur S. Vrsulæ ager, in Colonia constructam, concessimus possidendam, Ann. 1178.*

Collis Greesberg accipit nomen Agri Vrsulani.

Porrò collis decliuitas Rhenum versus protensa, per quam in Rhenum vsque defluxisse sanguis Martyrum perhibetur, *Sanguinis Platea* appellata fuit:

& porta ciuitatis eodem venit nomine, per quam rectà cruor in præterfluente se exonerauit.

Hæc centum ab hinc annis M. S. Codex ex Archiuo Machabæitarum collectus de hoc loco testatur: *Ad cuius rei perpetuam memoriam hæc ipsa adhuc platea, quæ portam cœnobij (*Machabæitici*) præterit, Rhenumq; versus declinat, Sanguinis eum vulgò die Blut straß appellatur vsque hodie, porta itidem vrbis ad Rhenum, licet humilis & angusta, eodem se gaudet nomine insignitam.* Consentit P. Canisius in Martyrologio ad diem 21. Octobr. his verbis: *Locus Martyrij* (Vrsulani) *vbi ad Rhenum occisæ sunt, vsque hodie Platea Sanguinis nominatur.* Idem D. Fleien in sua historia fatetur.

Puteus in quem effusus sanguis

Exstat in eodem SS. Machabæorum templo puteus, quem ciues videntur intra Sacellum loci, quod tunc S. Magdalenæ sacrum erat, nunc ampliatum SS. Machabæorum honori consecratum est, opere tumultuario excitasse: in hunc omnis, qui colligi potuit, coagulatus cruor cum glebis etiam eo purpuratis congestus est: & is videtur fuisse, qui in decliuitate collis ex confluxu sanguinis diuersorum corporum collectus est.

Idem sarcophagis illatus.

Nam quorum Martyrum cruor ex corporis situ ab alijs separatim discerni potuit, cuiusnam esset; is testaceis ampullis exceptus ipsis sarcophagis singulorum inditus est, vel appositus ijs cum rebus alijs, quæ apud singulos repertæ sunt, vt de pectinibus etiam infrà apparebit: vnde in ipsam Italiam S. Vrsulæ cruor quotannis ebulliens potuit transportari.

Huic puteo SS. Martyrum sanguine locupletato saxea moles forma cylindri & pyramidali operimento fastigiata incumbit circa templi angulum extremum, qui ostio primo obijcitur: ibidem sacri sanguinis in præaltam scrobem effusio artificiosè depicta cernitur; quam traditio loci illius Sanctimonialium continuata confirmat, quæ è S. Vrsulana Sodalitate præstantissima pignora, cum SS. Machabæi & S. Ioachimi cranio piè & religiosè conseruat. Cui affixa hæc est epigraphe: *Patrum earundem sanguinem; huic S. Magdalenæ quondam infusum Sacello reuerenter collunto.*

Hanc Maiorum Colonienſium ſolertem pietatem, qua cum corporibus sacrum sanguinem, & minutissimas apud singulas repertas res condiderunt, pronuit, & Præsulis Aquilini vigilantia, & Sanctorum, vt dixi, Angelorum præsens obsequium, ne quid ex eo thesauro deperiret.

Palæstra martyrij.

Coloniam igitur sedem huius Martyrij testatur Ager mutato nomine Vrsulanus nominatus: & ne opponas ob solam sepulturam ita appellatum, clamat vicus ille, qui sanguine Virgineo redundauit, clamat puteus sacri sanguinis receptaculum, plenus adhuc glebis cruentatis: ipsi etiam sarcophagi proprio multorum sanguine adiectis nominibus ditati sunt: quæ quomodo allatis aliunde corporibus fieri potuissent, ego non video.

CAPVT VI.

S. Quirillus & Clematius S. Florinam cognatam S. Vrsulæ sepeliunt.

Longitudo agri Vrsulani.

TOta funeratio tot millium seiunctissimis locis facta est quaquauersum ad Occidentalem & Orientalem agri sanguinei plagam ad ea vsque spatia, quæ S. Cordulæ & S. Gereonis ferè templa complectuntur: vnde in S. Cordulæ templi pomario, & S. Maximini immunitate supra centum reperta aliquando corpora sunt, & S. Odilia circa S. Gereonem est exhumata: quamuis Solinus, cùm munierit agrum, versus Occidentem eius spatia contraxerit.

Et licet breui confecta tempore sit, si tot millia considerentur, & ea adhibita diligentia, vt nomina sandapilis inderentur, tertio tamen die, quo S. Iacobus cæsus est, absolui non potuit; quo occiso totum onus videtur in S. Quirillum superstitem incubuisse, vt reliqua, quantum fieri posset, corpora dignoscerentur; quod cùm prestari ab eo in tanta multitudine ægrè posset, multa in vnum congesta locum sunt.

S. Florina corpus suũ detegit.

Iam sepultis, vt credebatur, omnibus, fortè inter vepreta abiecta latebat S. Florina cognata S. Vrsulæ, hæc per quietem S. Quirillum & Clematium (qui fortè extra vrbem in Magdalenæo Sacello in sepulturam diligentiùs incumbebant) monuit non semel, abiecti sui corporis inhumati; nec enim ab alio, quàm Quirillo, dignosci Virgo, nec sciri nomen potuisset, quam solicitè & religiosè requisitam, & repertam tumularunt; cuius præ omnibus reliquis titulis, lapidis inscriptio prolixissima est, ipsamq; rem gestam his verbis explicat: DIVINIS FLAMMIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITI, ET VIRTVTIS MAGNÆ MAIESTATIS, EGO QVIRILLVS PRESBYTER ET CLEMATIVS SEPELIVIMVS CORPVS S. FLORINÆ VIRGINIS.

Hoc defunctus officio Quirillus, post letale vulnus hausturn & martyrium commune die sexto, 27. Octobris ad societatem in cœlis gloriosam decessit, vna adhuc in Rhenensi oppido relicta S. Cunera Reguli illius loci seruitijs mancipata; sepultus est in antro Sacelli Magdalenæi, cum hac alias allata inscriptione: HIC LICET IN ANTRO S. MARTYR QVIRILLVS PRESBYTER SEPVLTVS, QVI EXIT SEX DIES POST SVVM MARTYRIVM. Quiescit in eodem Sacello modò ampliato in Altari, S. Sigillindis honori consecrato, ad chori ingressum versus sinistram templi partem, parte eius in montem veterem translata.

Historicũ fũdamẽtũ titulorum inciſionis.

Videt hinc pius Lector, vnde in tanta multitudine, ea tamen tot illustrium personarum nomina haberi potuerint; si solis historicis insistam fundamentis: solus S. Quirilli tam diu superstitis titulus, & S. Ortmariæ sufficere potuissent, vt quis sibi persuaderi sineret, & rei gestæ seriem, & nomina quorundam ad posteritatis memoriam adnotari potuisse, licet ipsa S. Elisabethæ reuelatione careremus, quæ S. Iacobum vult diuinitus seruatum biduum, vt isti rei potissimum inuigilaret. In quibus verò maximè enituit feruor Clematij, vnde & eius postea corpus circa Virginum sepulcra conditum est hac apposita inscriptione: HIC IACET SEPVLTVS CLEMATIVS, QVI MANIBVS SVIS SEPELIVIT SACRAS VIRGINES.

Socius eius fuit Livoldus Subdiaconus, qui pari videtur sanctitatis fama fuisse celebratus, cuius reliquiæ postea sunt ad Montis-veteris Cœnobium transportatæ.

CAPVT VII.

Templum à ciuibus S. Vrsulæ excitatur, quod creditur mortuorum aliorum corpora eijcere.

PRimum S. Vrsulæ honori templum exædificatum est à ciuibus, eo loci, vbi nunc eorundem basilica cernitur: hoc insinuare videtur vetus historia, quæ cap. 17. ait de ciuibus: *Vnanimi consensu non quasi homines, sed quasi Deum è humanis corporibus venerantes, non priuatis, non publicis sumtibus pepercerunt, reuigq; tempore, sicut hodie illic est cernere, sanctissimæ Virginum reliquiæ ad æternam Colonienſium gloriam pausauerunt in pace.* Quæ magnificentia fuit in excitata basilica declarata, in qua præcipua corpora recondiderunt.

Cur S. Helena S. Vrsulę nõ excitarit Ecclesiam?

Hæc etiam causa est, quòd multi mirantur, & ideo S. Helenæ tempori contendunt esse posteriorem, quia Britanna ipsa (vt multi credunt) Britanicis Virginibus templum excitasset, quæ S. Gereoni Coloniæ, tam nobile condit opere musiuo Mausoleum, vt vulgò ad Aureos Martyres fuerit nominatum. Dico enim iam tum stetisse S. Vrsulæ Basilicam à ciuibus ædificatam, & ciuium magnâ pietate frequentatam, ita vt tum religio ciuibus Colonienſibus esset, in ea Ecclesia homines alios sepelire: ne sacræ reliquiæ cum profanis mixtæ corporibus secerni non possent, ideo vetus histor. cap. 8. ait: *Ex eo autem iam crescente diuini religione, non modò consuetudo, sed pro consuetudine sacramentum ciuibus inoleuit vt intra ambitum Virgininalis sepulturæ nemo vsque hodie cuiusquam mortui corpus audeat sepelire.*

Clematius restaurat exustum templum.

Porrò cùm eadem Ecclesia concremata esset, Deus Clematium ex Oriente accersiuit Coloniam, vt templum exustum S. Vrsulæ restauraret. Is verò, imo religione loci, tum consuetudine ciuium, imò & prodigiorum magnitudine, ut ibidem patrabantur, & secum facta meminerat, impulsus, sub grauibus minis anarum perennium, ne quis eò loci quenquam mortalium extra Virgines Vrsulanas sepeliret, his verbis vetuit: *Si quis autem super tantam maiestatem huius Basilicæ ubi Sanctæ Virgines pro Christi nomine sanguinem suum fuderunt, corpus alicuius deposuit, exceptis Virginibus, sciat se sempiterni tartari ignibus puniendum.* Huic exsecrationi subijci solet hæc monitio: *Propter huius tituli sententiam nullum corpus apud Ecclesiam SS. Virginum sepelitur.*

Vetat ibi quẽquam sepeliri.

Sed an etiam humari possint, disceptatur. Asserunt posse nonnulli, quibus fauet D. Hermannus Fleien, quia apud Machabæos passim alij funerantur, & cur SS. Virgines consortium aliorum corporum refugerent, cum quibus in cœlis sunt æternum regnaturæ?

Ego tamen plurium puto sententiæ doctissimorum virorum adhærendum, qui antiquam Colonienſium traditionem, (quòd etiam sepulta ibi alia corpora terra sæpiùs remouerit) suo calculo comprobarunt. Moueor primò tantâ hominum admiratione Clematij, vt ipse ait, *virtutis magnæ maiestatis* (de qua sequenti capite) & exsecratione subiectâ: *Si quis super tantam maiestatem huius basilicæ corpus alicuius deposuerit*, vt ea maiestate non videatur aliud significari, quàm factam sæpius ejectationem profanorum corporum, à ciuibus ipsi commemoratam: ita ea (quam incidi templo fecit) comminatio, monitio quædam est, ne iram Dei prouocent ibi condendo alia corpora cum salutis periculo, qui offensam suam, & loci maiestatem virtute sua, & eiectione cadauerum sæpiùs declarauit.

Li. 4. Dial. c. 53. & 54. terra egurgitat malorum cadauera.

Nec nouum id & inusitatum videri debet, S. Gregor. autor est, viros Sanctos demortuos non passos, præsertim si contaminati flagitijs, eorum Ecclesijs inferri tur: ita S. Faustinus Martyr, in cuius Ecclesiâ Valerianus Brixienſis Patricius iussu Episcopi sepultus erat, noctu custodem monuit, vt Episcopo significaret, intra 50. dies morituru, nisi fœtentes carnes exhumatas eijceret: & quia Sacrilegium non ausus fuit Episcopo declarare, dicto temporis spatio decessit Episcopus. Genuæ etiam alius lubricæ vitæ tumulatus in S. Syri Martyris templo cum esset nocte concubia auditæ voces sunt: aduolant custodes territi, cernunt educi à dæmonibus terrimis spiritibus corpus, quod pedibus ligatum extra Ecclesiam alio in loco reperierunt. Similia habet S. Greg. Turon. l. 1. de gloria Martyrum.

Etiam infantium,

Alia tamen hic vrget causa, cur etiam infantes recens baptizati, vt alibi dicam, ab hac sepulturâ diuinitus arceantur, quam refert Lindanus Episcopus Ruremundanus, ne ossa sacra cum profanis misceantur, nec id nouum & inauditum Rhenandus noster in indiculo Sanctorum Lugdunensium fol. 123. de Ecclesiâ S. Romani idem ex traditione loci commemorat: *Ferunt sanguinis locum in ima valle collectum eo loco, vbi nunc est S. Romani Ecclesia, stagnante ibidem cæsorum cruore, qui è colle, in quo passi sunt, plenis riuis defluebat. Quia etiam ex causâ fama est, nemini intra eam Parœciam sepulturæ ius, vel etiam facultatem esse, solo hic sanctificato, non sustinente cadauera excipere.*

vt Lugduni.

Colo

Colonienſium traditionem complectitur tabula in templo S. Vrſulæ, quæ verſibus antiqui ſeculi experientiam rei manifeſtat, & miracula templi præ- Probatur traditione

Iſta legat ciuis, peregrinus & aduena quiuis,
Hæc tria non celet gens genti, ſæpe reuelet,
Quæ Deus ob memorem ſacris conceſſit honorem
Virginibus, quarum caput VRSVLA; *Chriſtus earum*
Sponſus, vt expreſsè declaret eas nimis eſſe
Munere magnorum claras magno meritorum.

Primum miraculum, quòd alieni non poſſint hîc ſepeliri.

Primus honor talis, & gratia tum ſpecialis,
Quòd ſacer hic vitat locus, & ſibi nulla maritat
Corpora, dedignans aliena, ſolum ſibi ſignans,
Septaq́ quæ florum quondam data Virgineorum
Sunt tumulis, temerè tumulata nequit retinere
Funera, quæcunque mirâ virtute, ſolumq́
Proïcit oblata; ſunt hæc bis terq́ probata.
Teſtis vt eſſe ſolet Pipini regia proles,
Nobilis iſtarum quàm conuentus Dominarum.

Hanc traditionem ſuo confirmauit calculo circa Ann. 1350. Franciſcus Petracha, cùm Coloniæ ſacras reliquias inſpiceret; ita enim ſcribit: *Vidi tot ſimul tra ca membra ſacrarum Virginum, & terram generoſis dicatam reliquijs, ac degenerum, vt iunt, cadauerum expultricem.* ex Frãciſco Petrarcha *Lib. 7. epiſt. c. 4.*

Initio ſeculi ſuperioris prodijt Vrſulana hiſtoria typis Martini de Werdena: In qua res ſic memoratur: *Ex quo in illo loco ſeu ambitu Virginalis ſepulturæ nemo vſquhodie mortui cuiuſquam corpus ibidem valeat ſepelire. Quod patet per quendam puerum filium Regis Britanniæ, quo mortuo magna deuotione affectauit pater, hunc ſepeliri in Eccleſia vndecim millium Virginum, quo humato omni mane reperiebatur tumba cum puero eiecta, & ſupra terram ſtans, quòd in hoc ſancto loco meritò nullum cadauer requieſceret.*

Lindanus verò Ruremundenſis Epiſcopus apud Baron. in notis ad 21. Octob. hæc refert: *Hunc autem locum, vbi nunc viſitur S. Vrſulæ Collegium, Virginum nobilium fuiſſe certaminis arenam, inde pij non imperitè videntur adſtruere, quod templi area nullum ſuſcipit ſepeliendum; imò pueros recens baptizatos de nocte quaſi euomens in ſuperficiem reijcit viſendos, cuius rei miracula narrant incolæ non rara, quæ non alibi temerè inueniantur:* huius viri autoritas eo pluris facienda, quod Baronius eius iudicium præcipuè de Vrſulana ſua narratione exquiſierit, idemq́; de verbo ad verbum recitet. Lindano Epo Ruremundenſi ad 21. Oct.

Fauet ad Ann. 451. Chriſtophorus Browerus, alijq́; veteres & recentiores: obijcit D. Hermannus Fleien poſſe apud Machabæitas ſepeliri alios. Sed alia eſt ratio loci huius; alia Baſilicæ Clematianæ, cuius *tota templi area vni Virginum memoriæ ſanctione inuiolata cuſtodita eſt*, vt rectè Browerus ait: in hac enim præcipui Reges, Epiſcopi, Virgines: & totius Sodalitatis duces Cyriacus, Vrſula, Ætherius ſunt funerati: paucula verò corpora & conciſa ferè mutilaq́; Martyrũ membra, cum ſacro ſanguine in exiguo S. Magdalenæ Sacello condita: cuius cùm anguſtiæ à Solino Epiſcopo Ann. 463. laxarentur, ædificato templo anguſtiore, facile fuit ſacras Virginum reliquias certis in locis & honeſtioribus collocare, vt in reliqua ſatis ampla templi area fideles alij ſepelirentur. Clematius verò, cùm totius Baſilicæ ſuæ fundum oppletum cerneret tot Sanctarum Virginum reliquijs, & conſuetudine exceptum, ne quis alius ibi ſepeliretur, fortè & prodigioſa iam tum facta eiectione cadauerum (quam videtur *virtutem magnæ maieſtatis*, iterumque *Baſilicæ maieſtatem* appellare) addidit rectè adiurationem, quam Deus poſtea ſæpe ratam habuit, tum inprimis, quando Pipini proles Viuentia ibi ſepulta eſt, quam terra reiecit, lib. 9. c. 7. demonſtrabo. P. Chriſt. Brouvero. Obiecta diſſoluuntur.

Nec

Ideone inuidæ SS. Virgines?

Nec ideo inuidas dicemus sacras Virgines: cuperent & ipsæ alia secum condi corpora, nisi voluntas obstaret Numinis, qui Martyres potissimum eo loci miraculis & prodigijs & visis nobilitati voluit celebrari, & eorum sacras exuuias fecerit reperiri ab alijs, vt cùm ex fida S. Elisabethæ reuelatione liqueat, cunctas aliquando Deo manifestandas, facilius veræ reliquiæ ab aliorum corporibus distinguantur.

CAPVT VIII.

Templum exustum à Clematio ex Oriente diuinitus euocato restauratur, & de Clematiorum familia.

Clematij varij.

COnstat tam in Occidente Coloniæ Agrippinæ, quàm in Oriente Alexandriæ Clematios celebres extitisse: & quidem tempore Martyrij Vrsulani, & paulo post Coloniæ fuisse triplex aut quadruplex indicat titulus sepulcralis, consonus S. Elisabethæ reuelatio cap. vlt. Quot fuerint, dubium esse potest.

Primum arbitror, tempore Martyrij Coloniæ sedem, & domicilium constituisse, qui primis diebus statim humandis corporibus operam suam impenderit, cuius hic exstat titulus apud Gerlacum: *Hic iacet sepultus S. Clematius, qui manu suis sepeliuit sacras Virgines.* Hunc eundem, opinor, qui cum Livoldo Subdiacono, vt suprà monstraui, Virgines varias, & cum S. Quirillo Martyre cœlitus monitus S. Florinam sepeliuit, vti altera indicat sepulcralis hæc inscriptio: *Diuinis flammis visionibus frequenter admoniti, & virtutis magnæ maiestatis, ego Quirillus Presbyter & Clematius sepeliuimus corpus S. Florinæ.* Fortè Clematius origine Romanus potens & magnarum opum, prædium quoddam suburbanum in loco Martyrij habuit in quo Virgines primarias sepeliuit, quod etiam obtulisse videtur ciuibus, prò tenuibus Virginibus excitando.

Elisa. 21.

Idem Clematius, vel alius, completa funeratione diuinitus admonitus est vt quædam inhumata corpora traderet sepulturæ, de quo S. Elisabetha: *Non post multos autem dies completa humatione nostra, venit Clematius vir venerabilis, & tulit corpora quædam, quæ in loco quodam adhuc supererant, & sepeliuit ea cum honore magno, sicut & fuerat à maiestate Domini prænonitus fuerat.* De his exstat talis inscriptio: *Clematius peruenit ista corpora occisa, cum alijs Virginibus, & sepeliuit ea in pace.*

Alexandrini castitas

Marcellin. lib. 14. init.

Similis Clematiorum familia nobilis Alexandriæ in Ægypto vno & altero seculo post S. Vrsulæ martyrium exstitit: prædicat vnius egregiam castimoniam & vitæ innocentiam Ammianus Marcellinus lib. 14. in principio, quam is vitæ protulit: nam cùm sceleratissima nobilis viri Clematij socrus ipsum ad incestum nocinijs frustra solicitaret, nec minis eius amorem impetraret, audax & nefaria scelus infamis lupa in castissimi viri exitium molita est: nam oblato reginæ monili id dolis effecit, vt scelere nullo contactus idem nec hiscere, nec loqui permissus occideretur. Ex hac Clematiorum Orientalium familia fortè is fuit, qui variis prodigijs Coloniam euocatus est, vt Ecclesiam sanctarum Virginum incendio collapsam suis impendijs restauraret, & cultum earum in itu & reditu Asiaticis & Europæis persuaderet. Is enim ex partibus Orientis, in quibus Alexandriam Ægypti sitam esse liquet, venisse perhibetur, vt vetus his verbis historia cap. 18. memorat:

vt. hist. c. 18.

Aliquanto autem tempore euoluto diuinitus frequenter per visionem admonitus, & qui legatione sanctarum Virginum, accitus vir religiosus nomine Clematius ex Orientis partibus aduenit, qui pro voto suo Ecclesiam super sanctissimos cineres à fundamentis constructam in honorem SS. Virginum compleuit.

Elisa. vlt.

Occasio aduentus Clematij ex Oriente,

Hunc ita discernit à priore apud S. Elisabetham S. Vrsula: rogata enim de priore Clematio pollinctore: *Nunquid Domina, Hic erat ille Clematius, qui Ecclesiam vestram dicitur construxisse? ait nequaquam, sed post longum tempus ille aduenit.* Ducentis & viginti circiter post martyrium annis: hanc enim ædificatam ibi Eccle-

siam

narrant Archæa Machabæitica. Occasio aduentus fuit intermissio, & negligentia cultus Vrsulani Colonienſium: hanc vt corrigerent, Alexandriâ fuit euocandus Clematius pietate præstans & opibus, quem nocturna SS. Virginum visa crebra tam diu terruerunt, donec voto concepto de excitando Virginibus Vrsulanis in loco Martyrij ipsarum templo, iter difficile aggressus magnis itineribus Coloniam contenderet. Rem ita narrat M. S. codex apud Surium in vltima editione, & concio vetustissima lib. II. recitanda: *Hæc nihilominus negligentia de honorandis thesauri pretiosissimi loculis in nostratibus* (Colonienſibus) *adeo vehementer induruit, vt ex remotis valde Orientalium regionum partibus Clematius quidam vir vt rerum exitus docuit, clarus simul & religiosus, atque ad honorandas illustrandas* erigit tẽplum *fama pariter & munere SS. Virginum sepulturas idoneus, crebris visionum prodigijs terroribus, & documentis Coloniam inuitatus accederet, & quæcunque, coactus in eo loco primùm timore spoponderat, hîc in redintegranda beatarum Virginum Basilica deuotionis deuotione perficeret. Cuius monimenta lapidibus istic seruantur incisa, quæ & huic operi putauimus inserenda.*

DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITVS (VT VETVTIS MAGNÆ MAIESTATIS MARTYRII COELESTIVM VIRGINVM INSIGNENTIVM) EX PARTIBVS ORIENTIS EXHIBITVS, PRO VOTO CLEMATIVS VIR CONSVLARIS DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM VOTO, QVO DEBEBAT, A FVNDAMENTIS RESTITVIT.

Hanc eandem putat Ecclesiam D. Fleien, in qua S. Cunibertus pòst An. 640. In eo S. Cunibertus fecit. fecisse legitur, & columbæ indicio S. Vrsulæ tumulum reperisse: quod si etiam per Longobardorum vastationes, vel Hungarorum incensa non est, ipsa est, in quam Ann. 922. Hermannus primus Colonienſis Antistes transtulit illustre Collegium Canonicarum, quarum Gertzheimense Monasterium, Hungarorum vastationibus conflagrarat: quamuis iam ante idipsum tempus Virginum ibi Cœnobium fuisse videatur, inde à Clematij æuo, vel S. Cuniberti tempore: cui accessione Virginum Gertzheimensium dos aucta creuerit.

Plura de templo hoc, reliquijs eius, dotis incrementis, libro nòno referam, in quo præcipuæ Sodalitatis personæ adseruantur. S. Vrsula quidem ac Ætherius ipsius duobus continentur argenteis sarcophagis inauratis, gemmisque opere musiuo variegatis. Cyriaci etiam Pontificis, Pantuli Episcopi Basileensis, aliarumque principum Virginum sacræ exuuiæ: supra duas chiliades capitum, & ossa innumera sacra toto templo passim cultui exposita proponuntur: exstantque sacrapilæ lapideæ prægrandes è terra erutæ, quibus eas maiorum pietas magno fructu post martyrium incluserat.

Ex his colligo verosimile, duos vel tres fuisse Clematios, omnes cultores sacrarum Virginum eximios; omnes diuinitus ad eam venerationem diuerso tempore inuitatos; maximè tamen cultum SS. Virginum toto pene orbe propagasse Clematium templi ædificatorem: nam & Coloniæ sopitam illam pietatem exciuit, & in itu, redituque per magnam Europæ Asiæque partem præconium Martyrij fecit; ita enim de eo meminit M. S. codex Surianus: *Qui non modo in loco proprio pretiosorum corporum venerationem debitam redintegrauit & auxit, verùm etiam in externas prouincias, vnde venerat, & per quas iter fecerat, famam tantam eundo & redeundo perduxit.*

* * *

CAPVT

CAPVT IX.

Tumulus S. Cuneræ templo in Rhenensi oppido decoratur, & prodigia prope eum patrata.

SOla è Sodalitate Vrsulanâ S. Cunera fuit, quæ Coloniæ Martyrium non consummauit: inchoauit certè, cùm ibi fidem cum alijs professa, palam lanienti se offerret; sed abducta & seruituti mancipata, post longius fidei & virginitatis certamen, tres ipsos annos superstes, in festo SS. Simonis & Iudæ, iussu Reginæ strangulata est, dum venationi Rex operam daret: qui vt domum redijt, & ei veniens de more Regina cum omni familia occurreret: abesset autem ab eo comitatu Cunera, mirari Rex, & vbi esset, Reginam percontari; illa ad dolos pridem meditatos conuersa, parentes finxit Cuneræ ex Britannia magna festinatione filium in patriam reuexisse. Ducuntur in stabulum equi Regij, conditorium S. Cunerę Martyris, illi repugnare & recalcitrare, nec vllis potuere flagris adigi, vt sanctam tem soli pedibus & sordibus inquinarent: vnde in vicinum eos deduci stabulum necesse fuit, quod alacres nullo negotio subierunt. Interim instruitur cœna, Rex cum Regina accumbit mensæ. Sub vesperam intendentibus iam se tenebris, ilico in triclinium aduolant famuli metu penè exanimes, rem prodigiosam referens is, qui Regi à stabulo erat, candelas in eo crucis in modum apparere. Ille attonitus iubet rei veritatem explorare propiùs, & locum luminis: iussi accedunt ad ardentem lucem proximè, quæ protinus euanuit: Ergo dum terram ipsam inspiciunt curiosiùs, obseruant recens egestam & congestam rursus humum. Placet eâ refossâ, quid lateat, indagare: qui dum altiùs fodiunt, in Cuneræ Martyris caput dauer incidunt, quam cum mappula pone collocata strangulatam educunt, & cogi videndam offerunt: is tam atroci fato & flagitio interemtam luxit, prouolutus in eam amore acerbissimè, nec poterat de autore facinoris dubitare, quam mendacij ream euictio facti & sceleris ipsa testis conscientia agebat: vnde & multi olim (& in his Ioannes Leydensis Carmelita, in Chronico Hollandiæ, cap. 4.) tam crudeliter sui vix potens animaduertit in Reginam, vt in furorem acta fenestra triduo passis crinibus vagaretur, vestes discerperet, capillos euelleret, in se sæuiret atrociter, se ipsam denique ex alto præcipitem ageret, proprij sceleris rea, testis iudex & carnifex. Vt tamen Regis exstaret in Cuneram Martyrem amoris monimentum, Palatium Rhenense stabulo diruto reddidit augustius, ibidem nobili ecclesiâ, ad S. Martyris honorem excitatâ: vt videatur sanctæ Virginis precibus ad Christi fidem accessisse.

Equi ferocientes ad tumulum S. Cuneræ

Lumina prodigiosa

Pœna necatę S. Virginis.

CAPVT X.

Virginibus ante Martyrium in reditu mortuis Ecclesiæ excitantur.

CHristiana Virgo, cùm circa Basileam in reditu Romano, (dum Colonum ad Martyrij palæstram festinatur) virium defectu substitisset, & inter Parochias Wylen & Krentzach decessisset, piâ æmulatione dissidium ortum est inter Ecclesiæ vtriusque Parochianos, cui sanctæ Virginis exuuiæ deberentur: litem omnem cum iuuenci conscenso edito monte vicino diremissent, ibidem Virgini excitata est tertia Parochia, ab ipsa miraculis statim inclyta S. Christianæ dominata: cui noui limites, terminiq; sunt attributi; quæ celebrior facta reliquis tanquòd concursu peregrinorum, beneficia cœlestia & petentium & obtinentium mirificè fuerit frequentata.

Parochia S. Christianæ.

Fri

Pari ratione, cùm SS. Cunegundis, Wibrandis & Mechtundis duobus supra Basileam milliaribus in monte diœcesis Constantiensis Eichsel locum quietis obtinuissent, è vestigio ad earundem etiam honorem Ecclesia constructa est, & templum earum intra, vna extra adiunctis Virginum imaginibus sunt tumulatæ, quæ iam frequenti vicinorum accessu longè latèque celebratæ miraculis inclaruerunt. Templũ SS. Cunegundis, Wibrãdis & Mechtundis.

Postea S. Aureliæ, cùm prope Argentoratum è vita excessisset, & magnis coruscaret prodigijs, templum est ædificatum circa Ann. 500. vel 550. vbi modò Sanctimoniales sub S. Augustini regula Christo militant. De his cùm pluribus fit agendum infrà, illud tantùm hîc sufficiat indicasse, iam tum à decessu harum circa & post tertium seculum Christianum ijs in locis sanctarum Vrsulanarum Virginum honori templa fuisse excitata. S. Aureliæ

CAPVT XI.

De Antiquitate loci Machabæitarum, in quo sanguis Martyrum collectus est, & Parthenone loci eius ante S. Vrsulæ aduentum.

CLematius ex Oriente Coloniam veniens occasionem dedit, vt Solinus Episcopus cœperit cliuum Magdalenæum angustiori templo decorare, cuius initium altiùs est repetendum.

Locum præcipuum lanienæ SS. Virginum multi volunt cliuum esse Greesbegensem, in quo SS. Martyrum sanguis hodie conseruatur. In hoc colle quidam ex Optimatibus Agrippinensium circumfluens copijs, sed apprimè pius Sacellum S. Magdalenæ condidit ad priuatum ferè religionis vsum: quo semotus à strepitu frequentis strepitu secedebat, vt liberior à curis publicis & priuatis animus orationi vacaret ardentiùs; is sanctè defunctus hereditariam suam pietatem vxori transcripsit: quam ipsa fecit auctiorem, voluitque ad alios propagare: curam enim adiecit, vt secessus istius socias haberet, quæ mundi spretis pompis, Deo simul militarent: votis piæ feminæ Deus adspirauit; nam puellas eiusdem propositi complures excitauit, quæ cum præfecta vidua Parthenonem erexerunt, in quem etiam finem ipsa vicinos agros, & omnes suas maritiq; facultates liberaliter erogauit. Collis Greesberg Sacello Magdalenæo exornatur. & Parthenone.

Ad hunc secessum Magdalenæum Deus ex vltima Britannia euocauit Sigillindem Virginem regiæ prosapiæ cum Quirillo Sacerdote, qui visa puellarum Colonensium in suburbano cliuo pietate: solitudine Parthenonis inuitati, vltro non inuitis virginibus delegere sibi eundem quietis locum, in quo DEO soli à curis mundi segregati militarent. In hoc Sacello Magdalenæo eadem cœlitus monita a quot pòst annis didicit aduentum Vrsulanæ Sodalitatis, eius peregrinationem & martyrium ibidem subeundum. Ideo cum S. Quirillo & exercitu Parthenico iter Romanum prosecuta, post reditum eodem loci excensione facta cum tot millibus interfecta est, & cum Quirillo (quem sex dies superstitem fuisse post letalia accepta vulnera diximus) in eodem Sacello est funerata: quando locus ille mutato nomine cœpit ager Vrsulanus appellari, viaq; decliuis Rhenum versus Sanguinis locus, licet nondum ciuitatis mœnibus ambiretur. S. Sigillindis & S. Quirillus eũ incolũt. Ibi fit cædes Martyrum plurimorum.

Porrò cùm Clematius ex Oriente cœlitus euocatus templum SS. Virginum opere magnifico restauraſſet, fuit eius peregrini pietate, Colonienſis Episcopus Solinus excitatus, vt cliuum etiam Magdalenæum templo celebriore exornaret. Is enim, ne locus ille sacer hostium pateret continuis assultibus, agrum Vrsulanum fossâ vallo; circumsepsit, & laxatis Sacelli angustijs id augustiori templo comprehendit; sacraque corpora ac dilaniata membra minore curâ olim tumulata sarcophagis lapideis condidit: ne tamen Ecclesia sanctarum vndecim millium Virginum Solin. Eps laxat Sacelli Magdalenæi angustias.

honori consecraretur, obstitere septingentos annos Clematiani templi Rector & Aquilini, qui sibi agri Vrsulani possessionem vnicè vindicarunt.

Sunt in hac Ecclesia præter S. Sigillindis & Quirilli reliquias S. Gerasinæ Reginæ Siciliæ cum quatuor filiabus, item S. Marculi Byzantini, S. Foilani Lucensis, & S. Pastelasij Agriensis Antistitum exuuiæ collocatæ.

Quomodo verò ad dictam Ecclesiam SS. Machabæorum cineres translati sint, vt pertinax illa multorum seculorum contentio Magdalenæas inter & Vrsulanas Virgines excitata sopiretur, suo loco disceptabo.

CAPVT XII.

De Inuentionibus & Eleuationibus SS. Virginum, & tempore earum à Deo præstituto.

DIu sub terra SS. Martyrum corpora condita delituerunt, donec diuinæ maiestati placuit in lucem proferre, publico populorum cultui proponere, toto orbe dispersis orbe sacris illarum exuuijs honorem & inuocationem ipsarum paulatim propagare. Sic S. Stephani ossa aliquot post Martyrium ætatibus Deus manifestauit, & S. Gereonis octingentos post fusum pro Christo sanguinem annos S. Norberti indicio Ann. 1121. detexit: & hasce pariter voluit aliquot seculis latere in tumulis, nec vna vice, sed diuersis ætatibus, tum hîc, tum alibi factis visis (quæ Virginum sepulcra declararent) eas cultui & veneration hominum exponendas indicare, quo cultus horum Martyrum & memoria sensim conenescens, nouis subinde inuentionibus & prodigijs instaurata perennaret.

Corpora SS. diuinitùs indicata

Et quia, si in vllis reliquijs, in his sanè, suspicio inesse poterat falsitatis obstoriæ ambiguitatem diu ventilatam, placuit infinitæ Sapientiæ, vt in hanc rem operam conferrent sanctissimi iuxta & doctissimi viri, & firmiùs historiæ veritatem illustrium personarum auctoritate obsignaretur: nam ad diuersarum Virginum inuentionem varijs excitati prodigijs SS. Cunibertus, Willebrordus, Norbertus, Albertus M. alijque doctrinâ & sanctitate orbi notissimi viri multum contulerunt.

sãctissimis & doctissimis viris.

Est etiam quidam seruatus ordo stabili & æterno DEI decreto præfinitus; nam post seculum sextum prima reperta S. Vrsula est, seculo sequenti S. Cunegundis, postea Martyres aliæ, nouissimè ferè Virgines non Martyres: in quibus hoc est obseruatum, cùm ad earum effodienda corpora quidam destinati terram ejicerent, cœlitus, ne pergerent, esse prohibitos. Constat enim ex processu Iudicij (quem libro decimo fusiùs explicabo) variorum iuratorum testium fida relatione, cùm Virgines illæ tres Cunegundis, Mechtundis & Wibrandis, quotidie maioribus circa Basileam prodigijs vbique famâ increbrescente celebrarentur, & multi ad earum Ecclesiam vndique virorum etiam illustrium concursus fierent; adfuit inter reliquos Austriæ Ducem, is dederat quibusdam in mandatis, vt egestâ humi earum Virginum sepulcra summâ diligentiâ perquirerent: aiebat enim, ad maiorem Virginum cultum eas nobiliori condere monimento, qui dum manum admouissent operi, vox è sepulcris clara insonuit, quæ cooperiri iubebat sepulcra, nec adhuc tegi, quorum aperiendorum tempus à Deo præstitutum nondum aduenisset; verba ipsa Germanico rhythmo enuncíata hæc testes referunt: Decket zu/ es ist noch zu früh. Qua voce fossores exterriti, ab opere proposito destiterunt: Nam S. Vrsulam, Cuneram, aliasq; Virgines Martyres ante decreuerat Deus publicæ veneration proponere: cùm has ipsas circa An. 1504. vt suo dicetur loco, statuisset Deus manifestatas eleuare.

Ordine à Deo seruato.

Virgines renuunt ante tẽpus præstitutũ eleuari.

* * *

CAPV

CAPVT XIII.

Inuentio prima S. Vrsulæ, indicio columbæ S. Cuniberto sacris operante, circa An. 640.

NE historia SS. Virginum sensim oboleretur vetustate, (ob ruinam Germaniæ, quam Francica, Wandalica, & Attilana vastitas inuexerat) sed testatior poteris traderetur, & memoria Virginum, reiq; gestæ series renouaretur, Deus elegit S. Cunibertum Colonien sem Episcopum, Dagoberti Regis Francorum & Sigeberti Cancellarium, virum iam inde à puero sanctissimum, & in regiâ educatum. In nuero tunc primùm eum inter ephebos suos suspicere cœpit Rex, quando noctem tempestâ lectum adolescentis cœlesti luce collustratum animaduertit: iam enim præsagiebat regi animus, ab illo sidere auspicato Galliæ tenebras discutiendas; itaque exosculatus puerum in filium adoptauit: Sed is nobiliorem hereditatem cœli, diuino lumine irradiatus ambiebat, qui statim ad excolendum literis animum, & diuinum cultum mundo valere iusso addixit, eo profectu, vt Remedio, Agippinensium Episcopo fatis sublato, Cleri totius suffragijs, populique precibus reluctuitus ad cathedram eueheretur. Cuniberti adolescentis virtus. fit Epus Colonien sis.

In qua dum præcipuo studio in Dei & Sanctorum cultum, in ciuium pectoria accendendum incumberet, ac quodam die iuxta morem in Basilica S. Vrsulæ Clematiana, annua solennitate ad aram faceret, sacrificantis capiti candidissima è cœlo columba visa est insidere, quæ inde per templum stupente Clero populoque volitans, iuxta Virginis cuiusdam tumulum resedit, subitoque ab oculis spectantium euanuit. Tumulus iste S. Vrsulæ exstitit, vt testatur sepulcro ipsi S. Virginis inscriptio, & tabula iuxta affixa vetustior, quæ cùm primum templi miraculum de cadauerum eiectione recitasset, hoc alterum ita memorat: reperit sepulcrum S. Vrsulæ.

Post illud signum sequitur memorabile dignum,
Vt manifestetur Deus, indeq; magnificetur,
Dum foret incerta cunctis nouorumq; reperta
Vrsula, quæ tumba niueo candore columba
Sic tua monstrauit, hoc ordine, sicq; probauit,
Cum sacer innumero populo, præsenteq; Clero
Præsul in istarum Cunibertus relliquiarum
Aede sacra staret, Missaq; sacrum celebraret
Officium, celeri volatu nuncia veri,
Ecce columba viri recipit se vertice, miri
Splendida candoris, rediens & iens tribus horis,
Post medium tandem populus videt omnis eandem
Condere se pulchro, quo quondam Sancta sepulcro
Vrsula membrorum loculum sortita sacrorum
Delituit, toto dubio scrupuloq; remoto
Indicio certo, mandato corpus aperto
Præsulis extrahitur loculo regale, venitur
Ad tumulum, legitur nomen cum re reperitur.
Quas populus gaudens, Clerusq; Deus sibi plaudens,
Mente pias hilari laudes dat nescio fari.
Hinc opus exstruitur auro, gemmisq; politur,
Cella beatarum custos bona relliquiarum.

Ex eo tempore cœptum videtur celebrari festum translationis S. Vrsulæ, non quidem quasi corpus tumulo sublatum eleuatiore sit monimento decoratum: quod non nisi sub Ann. 1156. factum, S. Elisabetha confirmat; sed quia caput eductum

è capulo, argenteæ clauſum thecæ, publico fuerit cultui expoſitum, vt alibi oſte-

Ara ad quã fecit.

dam. Ara quidem, ad quam S. Cunibertus ſacris operatus eſt, mille ſtetit ad-
tatem vſque noſtram annis, ad initium chori in medio: ſed arcuato diligenter-
pere, clatris etiam ferreis vndique circumſepta, mensâ tamen altaris amotâ, rei-
rò geſtæ ſeries in muro veteri picturâ expreſſa videbatur. Sed arâ principe rec-
à Reuerendiſſ. D. Georgio Paulo Strauio Ioppenſi Epiſcopo, Proëpiſcopo Colonic-
ſumtuoſiſſimo opere conſtructâ, cùm proſpectum in chorum & aram primari-
vetuſta moles impediret, eam deijcere viſum eſt Capitulo: ruderibus tamen
Cunibertinæ reliquis ſtantibus, & ara noua priori adſita, S. Cuniberto ad rei-
moriam ab eodem Epiſcopo Ioppenſi conſecrata, ne rei geſtæ memoria ſepeliret-
ideoq; eidem aræ S. Cuniberti ſacrificantis effigies impoſita cum columba viſit-

Ex qua inuentione conſtat, ſexto iam ſeculo annuâ ſolennitate S. Vrſulæ
ſtum celebratum eſſe, ipſa etiam titulorum ſepulcralium veritas teſtatior fit, cùm
nim in eo tumulo talis inſcriptio reperta ſit.

SANCTA VRSVLA REGINA.

Non poterant de aliorum veritate titulorum dubitare, quando vnus eorum
oſtento diuino, Clero populoq; fuerat approbatus.

Origo veteris hiſtoriæ Vrſulanæ.

Exinde ſuſpicor, S. Cunibertum adieciſſe animum, vt SS. Virginum hiſtoria
vel ex vetuſtis repertis monimentis erueretur, præſertim ijs, quæ à Solino loci illius
colendi & Virgines venerandi ſtudioſiſſimo; vel ab ipſo Aquilino relicta, tabu-
conſignata erant (ſi non illa furor Diocletiani ſuſtulerit) vel etiam ex teſtata
uium traditione & Machabæitici cliui ſacrarum Virginum archæis, conſcribe-
tur: quam fortè etiam compendio narratam in ipſo S. Vrſulæ monimento rep-
rerunt. Vnde meritò hæc Cunibertina dicitur hiſtoria, ſat eleganti pro eo ſeculi
ſtylo adornata (licet antea rudi modo & ſuccinctè ſermonis inſtar fuerit conſigna-
ta) ab autore S. Cuniberto aut eius æquali, cui id in mandatis dedit, cùm eius ſcri-
ptionis certa non exſtet alia memoria, & iam ſeculo vndecimo hiſtoria paſſim an-
tiqua diceretur.

CAPVT XIV.

Eleuatio S. Cuneræ Virginis per SS. VVillibrordum, Adalbertum & VVerenfridum facta circa Ann. 700.

ALtera SS. Virginum, quam Deus voluit per ſanctiſſimos viros ſeculo ſeptimo poſt S. Vrſulam leuatam, publico cultui proponere, S. Cunerâ fuit cuius hiſtoria poſteris, vt probatior euaderet, Deus Britannos adhibuit tres ſanctitate claros, quorum ſtudio S. Vrſulæ, Virginumque Britannicarum nomen & cultus latiùs ſpargeretur.

S. Willibrordus Anglus.

Præcipuus horum S. Willibrordus Anglus primus Vltraiectenſium Epiſcopus fuit, quem cum alijs vndecim delectis Apoſtolici vt numeri, ita ſpiritûs vir Egbertus ad Friſonum & Saxonum conuerſionem in Germaniam ablegara Operam ipſorum promouit feliciter Pipini autoritas, qui cùm Radbodum Friſonum Regem Traiecto exturbaſſet, fecit eis ampliſſimam poteſtatem fidei orthodoxæ diffeminandæ, ſucceſſu auſpicatiſſimo: vnde cum S. Swiberto Romam miſſus eſt, & à Sergio Pontifice vterque donatus infulâ: Willibrordus autem Friſonum Protoëpiſcopus eſt renunciatus, quibus quadraginta annos magno fidei incremento circa Ann. 700. præfuit: tanto felicior in gentilibus conuertendis quanto Deus per ipſum clarioribus prodigijs fidei veritatem teſtabatur.

fit Epus.

Hi

lic cùm Coloniam tenderet, adierunt eum Rhenenſium optimates, impensè tes Antiſtitem, vt corpus S. Cuneræ (cuius deprecatione plurima quotidie ula patrabantur) eleuaret: ſed vrgebant eum negotia, cum Plectrude Pipini Coloniæ expedienda, quæ moram non ferebant. Recepit ergo ciuibus ſe mareditu petitioni ſatisfacturum. Adit Plectrudem.

Expeditis Coloniæ rebus, cùm Rhenum verſus nauigaret, præſens naufragij ilum adijt: quod virum ſanctum impulit, ne in mora eſſet, quo minus S. Cumulo eleuatiore condita, maiore populi religione coleretur. Egreſſus nauim uit ſuos, (ait Ioannes à Leydis c. 6.) *vt ad locum S. Cuneræ deuotè & humiliter ac-* Eleuat S. Cuneram.
nt, & adhibitis (vt Breuiarium Vltraiectinum ait) *SS. Adelberto & VVerenfrido um alijs, de Clero & populo, ſacras reliquias integras repertas, eleuauit, & decentiore cluſit, quem diem, ſicuti & Martyrij eius, qui incidit in quartum Kalendas Decembris, nſibus celebrem eſſe decreuit.*

Addit Molanus in Natalibus Belgij, eam tum glorioſam multis fuiſſe miracu- Examinat teſtes.
non niſi præmiſſis fide dignorum teſtimonijs eleuatam, vt iure opiner, auditâ iuium narratione eorum, quæ è maioribus acceperant, concinnatam eſſe vieius antiquiſſimam, quæ in varijs manuſcriptis reperitur codicibus Belgico tino idiomate: vel ſaltem autoritate S. Willibrordi approbatam exiſtimo, rtim cùm eadem à Philippo Archiepiſcopo fuerit in loculo reperta, quam libro recitabo, in qua tota rei geſtæ ſeries cum S. Vrſulæ hiſtoria congruit, quæ o vno ante in vulgus videtur emanaſſe. Et hinc fortè celebrior in Angliam e tempore Bedæ fama Britannicarum Virginum Coloniæ occiſarum penetraquarum is 21. Octobris meminit.

CAPVT XV.

Ann. 1106. Vrbe Colonienſi obſidione liberatâ quædam apparent SS. Virginum, & ſepulcra ſua manifeſtant.

Circa An. Dñi 1106. Henricus quintus parentem Henricum bello perſecutus eſt: Obſidio Coloniēſ.
is Coloniam velut ad aſylum tutiſſimum confugit, quam arctâ vallauit obſidione filius; qui cùm vrbem crebris arietibus pulſaret, & multis in locis mœnia pè ſubruiſſet, ciues ſolutâ obſidione cùm ad ea reparanda incumberent, & altiùs am effoderent; ecce tibi clarâ die adſtant fodientibus Virgines binæ cœleſti lu- Occaſio inuentionis quarūdam SS. Virginum
me radioſæ, commonent ſuaui & modeſtâ correctione, iſti vt loco & cœmiterio aliquantulum honoris & reuerentiæ tribuerent, in quo ſacra vndecim millium Virginum corpora (è quorum, inquiebant, Sodalitio & nos ſumus) condita requieſcerent.

Fama prodigij ſtatim totâ vrbe vulgatur: concurritur à ciuibus, qui ſancta- Detectio reliquiarū
rum reliquiarum auidiſſimi (memores flagrorum, quibus 30. annos ante S. Anno Colonienſium Præſul ob neglectum SS. Maurorum cultum cæſus nocte ab ijſdem Martyribus fuerat) magnâ ſolicitudine, reuerentiâ & piâ æmulatione humum egerunt, ita plurima illic corpora reperta, ſolenni ritu ſunt leuata, & per diuerſas vrbis Eccleſias, indeq; in Belgium diſtributa. Videri de hac ipſa eleuatione poteſt Arnol- Trāslatio.
dus Raiſſe in auctario ad 21. Octobris.

Voluit S. Vrſula poſt pacem partam inquilinos ad ſui Sodalium q; cultum excitare, quarum patrocinio ſæpiùs & eo ipſo videtur tempore ciuitas eſſe conſeruata: decebat enim eius beneficij ciues admoneri, vt Diuas ſuas tutelares maiore deinceps honore proſequerentur.

***

CAPVT XVI.

S. Norbertus Archiepiscopus Magdeburgensis reperit cœlesti viso monitus corpus vnius Virginis & S. Gereonis, An. 1121.

HVnc etiam testem reliquiarum Vrsulanæ Sodalitatis, & historicæ veritatis Deus excitauit Norbertum, Ordinis Præmonstratensis Patriarcham, postea Magdeburgensis Ecclesiæ Metropolitam. Is, cùm summis in Cæsaris aula perfunctus honoribus, mundo valere iusso, vitæ religiosæ cum delectis socijs Præmonstrati in Gallia posuisset fundamenta, à Christo è Cruce pendente Ordinis totius be propagandi incrementa didicit, Antwerpiæ recens exortam hæresin in sen oppressit feliciter; Parthenopolin verò suam cum vitæ discrimine & sodalium rum exilio (nisi cœlum obstitisset) à corruptissimis moribus liberauit. Huic para Virgo Mater (cuius cultui se totamq; familiam dedicarat) vestem candid S. verò Augustinus, leges aureis exaratas literis tradidisse dicitur.

Adolescentia S. Norberti.

gesta eius.

Virgo Vrsulana ei apparet.

Veneratis Coloniam circa Ann. Domini 1121. ad quærendas Sanctorum quias, quem in finem suis ieiunia & certas indixerat preces; quibus dum vac vna de numero sanctarum vndecim millium Virginum ipsi apparuit; nomen & cum vbi quiesceret, indicauit: quæ postridie studiosè inuestigata, reperta est, & lenni ritu eleuata. Postera die, cùm idem apud S. Gereonem noctem preci traduxisset, 13. Octobris manè in medio Ecclesiæ, vbi nullum sepulturæ vestigi

S. Gereonē reperit.

apparebat, suffodi iussit pauimentum: vbi magno cunctorum gaudio S. Gere ossa cum socijs Martyribus reperta sunt, quæ Fridericus primus Colonien sium P sul magnifico apparatu, populi veneration i proposuit; ex quo tempore maius C lonienses incessit studium sanctos Martyres, quorum sanguine est irrigata, nerandi & inquirendi: nam eo ipso tempore plures inuentas Vrsulanas esse V gines, indicat S. Norberti translatio reliquiarum, de qua libro sequenti age fusiùs.

CAPVT XVII.

Generalis inuentio & eleuatio SS. Episcoporum, Regum & Virginum è Sodalitate Vrsulana, Ann. 1155.

PLacuit tandem diuinæ bonitati, sacras reliquias, quæ nongentis annis sub te ferè ingloriæ, certè ignotæ delituerant (licet quarundam corpora in templo t mulata essent) placuit, inquam, illas proferre in lucem, vt paulatim earum hon toto orbe propagaretur.

Tépus generalis eleuationis

Incidit solennis hæc inuentio Virginum in Ann. Dñi 1155. Imperatore Frid rico Ænobarbo, Adriano quarto Pontifice Maximo, & Colonien sium Arch Præsule Arnoldo secundo. Causa inuentionis preces fuere SS. Virginum, Omnipotentis Dei decretum. Hanc S. Verena c. 18. S. Elisabethæ aperit his ve bis: *Quòd ita in his diebus manifestata sunt corpora nostra, orationes nostræ impetra runt à Domino, qui iam vltra ferre non vult gemitus nostros, quos habebamus pro e quòd tam negligenter absconditæ eramus; neque aliud dignæ laudis Domino pro nobis e hibebatur.*

Causa.

Occasio.

Occasionem, inquirendi eâ tempestate sacra pignora, reperi in antiq

M.S

M.S. codicibus Carthusiæ Coloniensis, natam ex diuersis, factis ciuibus SS. Virginum visionibus, qualis S. Norberto fuit, oblata indicato sepulcro. S. Elisabeth in diuinam prouidentiam reijcit c. 2. his verbis: *Quando complacuit Domino misereri super Martyres suas pretiosas, quæ per multa tempora iacuerant sine honore sub pedibus hominum & iumentorum, secus muros vrbis Coloniæ; accidit vt viri quidam ibidem manentes accederent ad locum Martyrij earum, & aperirent multa monimenta sanctorum corporum, tota ea inde sublata transferrent ad loca religiosa, quæ erant in circuitu, sicut à Domino fuerit ordinatum.* Elisab. c. 2. Prouidentia Dei.

Florebat eâ tempestate Tuitiensis Abbas Gerlacus doctrinâ & vitæ integritate: huic Archipræsules Colonienses Arnoldus secundus, Fridericus & Reinoldus cùm extra diœcesin, in Italiâ bellis detinerentur, commiserunt, vt eleuationi centrali & interesset, & summâ autoritate præesset: fecit nauiter Gerlacus imperata: & quia non vnum tantùm, sed nouem ipsos annos Coloniensium incredibile tantum sacras reliquias inquirendi tenuit, quoad vixit, (nam operi sancto immortuus est) nulli pepercit labori, nullam subterfugit molestiam; ipse titulos omnes sarcophagis extulit, sacra corpora manibus suis leuauit, vt testatur in M.S. codice his verbis: *Quia deuotionem SS. Martyrum, quas præter opinionem cunctorum viuentium cum nostris transferri vidimus, & quorum insuper corpora, vel titulos è tumulis manibus nostris eruimus, in quibus etiam mille martyriorum signa & adspeximus, & venerati sumus, ... posterorum memoriæ commendare curamus.* Gerlacus Abbas Tuitiensis præest. eius industria.

Hoc tempore repertum iterum S. Vrsulæ corpus, quod ob hostium crebras vastationes, si leuatum aliàs est, repositum in tumulo fuerat, vel vt S. Elisabetha vult, nunquam totum è terra sublatum erat, capite tantùm S. Cuniberti æuo translato: effossus est sponsus Ætherius cum matre Demetria, præcipui etiam Episcopi, S. Cyriacus Pontifex, Pantulus Basileensis, Foilanus Lucensis, Iacobus Antiochenus Aristites; & Principes Virgines plurimæ, quarum titulos c. 19. adferam. Inuenitur S. Vrsulæ corpus. Sponsus Ætherius. Epi multi.

Hanc inuentionem breuiter in Chronico Spanheimensi ad Ann. 1163. ita describit Trithemius: *His temporibus per nouem continuos annos corpora sanctarum vndecim mille Virginum, & aliorum Sanctorum, qui cum ipsis passi sunt, in suburbio Coloniensis ciuitatis inuenta de terra leuata sunt, quorum multa in sarcophagis posita nomina, titulos & dignitates eorum ostendebant; multa etiam sine nominibus inuenta fuerunt, è quibus S. Elisabeth Monialis, & Magistra in Schônavv, multa nomina, & merita, ac dignitates Angelicâ reuelatione didicit, & ad Gerlacum Tuitiensis Monasterij Abbatem scripsit.*

Fuit hæc inuentio, præsertim tot Episcoporum & Regum, Principumq; virorum, occasio reuelationis, quam de Sodalitate Vrsulanâ sequenti anno S. Elisabeth vulgauit: hanc enim singulari prouidentiâ spiritu prophetico celeberrimam ex tempore Deus cœlestibus visis excitauit, vt quæ in titulis & repertis corporibus obscura à doctis etiam viris proponebantur, enodaret: quod in Treuirensium Annalium lib. 14. P. Christophorus Browerus his describit verbis: *Hoc etiam An. 1156. celebris vndecim millium S. Vrsulæ Sodalium inuentio Coloniæ celebrari cœpit, in qua cùm multa è saxo monimenta facta, tituliq; complures illustres ex loco Martyrij in lucem proferretur; & in ijs tum Episcoporum, tum aliorum autoritate præstantium virorum inscriptiones eijcerentur, incessit multorum animos religio, curaq;, rem non penitus exploratam viâ rationeq; certâ cognoscendi. Quorum in numero erat Gerlacus Abbas Tuitiensis, quem haud immeritò dubitationis quidam aculeus pungebat, ne mala scilicet opera inuentores quæstûs causâ hæc lemmata excogitassent. Quare descriptos ab se titulos, ad Elisabetham Virginem Schônaugiensem perferri optauit, vt si quid mentis incitatione cœlitus innotesceret, id certiùs ipsâ interprete totâ de re disceret, acciperetq;.* Hæc Browerus. Occasio reuelationis S. Elisabethæ.

Sed ante, quàm de eius vaticinio dicamus, titulos inspiciamus.

CAPVT XVIII.

Quæ fides historica titulis sepulcralibus Vrsulanis debeatur.

Autoritas titulorum

TItulis sepulcralibus, epitaphijs, veteribus nummis, & quibusuis inscriptionibus historici veteres, recentesque plurimum semper detulerunt: indeque historicam & chronologicam veritatem petiuerunt, antiquas etiam veterum reiectas historias nouis istis, vt testatioribus repertis indicijs correxerunt: de quibus licet copiosè sit actum libro primo, quædam tamen hîc addenda videntur.

Baronius, vt suprà ostendimus, ex ijs etiam fastos & indices Vaticanos Pontificum Romanorum emendauit, & mille testibus præposuit: videri possunt quæ Lipsius & alij ex ijs passim eruunt.

Præterea Sanctarum reliquiæ hoc potissimum testimonio communiter sunt comprobatæ: Licet enim Edesseni sibi S. Thomæ Apostoli Lipsana tota vindicassent sub Alexandro, eò delata: dum fortè aliqua ex ijs ossa tantùm obtinuerunt, lamina tamen sepulcralis in Indijs reperta, teste Maffeo & Osorio, euicit, præpuam eorum partem adhuc ibidem adseruari. Iam inde ab incunabulis Ecclesiæ mos ille viguit, vt dum hostes ingruerent, reliquiæ Sanctorum terra abderentur, inditis certis titulis, vel alibi conseruatis: quibus res gesta contineretur. Exstat huius consuetudinis decretum Braccarensis concilij c. 3. apud Biuarium. Vbi cùm Episcopus Conimbricensis Elipandus dixisset: *Barbari sunt intra nos, Emeritam habent, Asturicam similiter, propediem & venturi super nos, proficiscatur vnusquisque in locum suum, corporaq; Sanctorum honestè abscondat, & de locis & speluncis, vbi postea fuerint, relationem nobis mittant, ne per cursum temporis in obliuionem veniant.* Omnes assentiuntes responderunt, *Iustum, bonum & congruum consilium nobis videtur, pro temporis necessitate.* Sæpe tamen accidit, vt posteri locorum obliuiscerentur, ad quæ reliquiæ translatæ fuerant, vt opus fuerit diuino monitu eas addiscere, id de S. Norberto ostendi cap. 14. & de S. Asturio lib. de viris illustrib. in Asturio S. Ildefonsus his verbis memorat: *Nam cum Sedis suæ Sacerdotio fungeretur, diuinâ dicitur reuelatione nitus in Complutensi sepultos municipio, quod ab vrbe eius fermè 60. milliarijs situm e Dei Martyres perscrutari, qui concitus recurrens, quos & tellus aggeris, & obliuio tempo presserat, in lucem & gloriam terrenæ cognitionis prouehendos inuenit.*

Mos Christianorum in persecutione.

Biuarius ad Dext. n. 423

approbatur in Concil. Braccarēsi

S. Ildef. l. de viris illust. in Astur.

Apparitiones Sanctorum, qui sepulcra indicant.

Idem Biuarius ait, (cuius fide & periculo narro) Flauio Dextero auctore tatem conciliasse, quòd cùm in Hispania vulgatus esset Ann. Christi 159. & S. Iacobi discipulos Cæcilium, Ctesiphontem & Iscium igni exustos dicere sicque martyrio coronatos, de quo controuertebatur: vertente anno lamin Granatensis montis detectæ idem confirmarunt: eæ à tempore Neronis latu rant cum hac inscriptione: *Ann. 2. Neronis Imperatoris, Martij Kalendis passi fuit Martyrium in hoc loco Illipulitano, electus ad hunc effectum S. Ischius Apostoli Iacobi discipulus, cum suis discipulis Turillo, Pannutio, Maronio, Centulio per medium gnem, in quo viui combusti fuerunt, quorum puluere in sacri huius montis cauern iacent.*

Eodem mense inuenta est alia ærea tabula, quæ hæc continebat verba: *Corpus vstum S. Melitonis Martyris, passus sub Neronis Imperatoris potentatu.* Decima Aprilis educti sunt pulueres sacri S. Ctesiphontis, cum plumbea tabella, & trigesima eiusdem, reliquiæ S. Cæcilij cum sua. Vide Biuarij Apologiam Chronici fol. 17.

ob titulos recēs inuētos Pontif. immutat officium. Biuar. A. C 57. fol. 115.

Celebrabat Hispania hos Sanctos ritu Confessorum, nihil constabat de Martyrio; repertis eorum in monte Granatensi reliquijs, cum istis inscriptionibus & Summi Pontificis authoritate recognitis, iam Hispania cœpit eos vt Martyres venerari. Vide Biuarium, cuius periculo refero.

Quòd

Quòd si ea fides semper habita est, & iure, titulis sepulcralibus: his sanè po- Eminentia titulorum Vrsulanorũ cœlitus cõfirmata.
Vrsulanis erit tribuenda, quorum veritatem decies & sæpiùs comprobauit
entia, quando sacræ Virgines visæ sua cum ipsis nominibus sepulcra indica-
Quibus apertis ipsarum tituli viso responderunt, id hoc & sequenti libro sæpiùs
abo, vt si decem pluribusque vicibus hæc cœlitus contestata veritas sit, non
ri possit, de alijs titulis iuxta repertis, eodem autore viro sanctissimo pro-
ui.

Inde ex ijs ipsis velut incorruptis iudicibus, sæpè diuinitus approbatis olim li-
nunc etiam nobis licebit decidere historiæ Vrsulanæ difficultates.

Circa Ann. Domini 1156. incertum videbatur de peregrinatione Romana Dubia historiæ Vrsulanæ ex ijs enodantur. Peregrinatio
um, quam vetus historia Vrsulana defendebat; eo ipso verò tempore
dus in Anglia fabulosis vulgatis libris eam inficiabatur. Titulos hos eadem
uo adhuc Galfredo in lucem protulit Deus: In his est incisus *S. Pantulus, gines Basileâ deduxit Romam. 2. Cyriacus Papa, qui Romæ suscepit, & cum ijs- loniæ trucidatus est. 3. Marinus Episcopus, qui Româ cum Virginibus profectus est am.*

Eodem seculo à Galfredo locus Martyrij in dubium reuocatus est: soli hi ti- & Martyrij locus.
cum clarè docuerunt: nam S. Foilani memorat, quòd *veniens ab Apostoli- hoc in loco fuerit occisus.* Et clariùs S. Pantuli, *Pantulus Basileensis Episcopus es sacras cum gaudio susceptas Romam perduxit, vnde reuersus Coloniam peruenit, um eis martyrium suscepit.*

Ne etiam suspicio nasci posset ab alijs, suppositicia & conficta esse nomina,
non constaret aliquem è Sodalitate fuisse superstitem, à quo sculpi ij tituli po-
nt: inuenta S. Quirilli inscriptio est, quæ *sex* eum *diebus vixisse* diceret,
Ortmariæ Virginis, quæ præcipuarum Virginum nomina curauit adno-
ani.

Est hoc luculentum historiæ Vrsulanæ monimentum, quo personæ ipsæ,
rinatio, locusq; Martyrij apertè conuincitur: quos titulos nunquam hacte-
ici datos, cùm non inspexerint aduersarij, vti nec ipsa sacra corpora, & lo-
n per Germaniam testatissima vestigia; venia ijs danda est, quod progressi
ùs tot alios sua auctoritate in errorem pertraxerint. Quòd frigitur vna S. Fe-
Papæ & Martyris funeralis inscriptio tantum momenti attulit, vt in Martyro-
restitueretur, quem summi viri omni conatu erasum ibant, quid non tot
eni tituli tam inter se, quàm cum historia consentientes, & tot prodigijs con-
rmati; testibus etiam integerrimis SS. Cuniberto, Norberto, Alberto M. & alijs
ati, momenti habebunt ad huius historiæ veritatem stabiliendam?

CAPVT XIX.

Tituli Episcopum, Regum, & Virginum præcipuarum Sodalitatis Vrsulanæ, quos è sarcophis eduxit & transscripsit Gerlacus Abbas Tuitiensis.

NImis prolixus sim, si omnium Ecclesiarum titulos velim recensere, satis
pro confirmanda veritate historica sit, eos proferre in medium, quos ipse
Gerlacus Abbas, cùm præfuit leuationi (in qua præcipuarum personarum in-
ta corpora in sarcophagis prægrandibus lapideis; qui hodie in Basilica Vrsu-
a passim apparent) ipse eduxit manibus, & accuratè transscripsit in librum, qui
die apud Abbatem Tuitiensem adseruatur.

TITV-

TITVLI SEPVLCRALIS Ann.1156. & seq. inuenti cum SS. Martyribus, & è tumulis educti.

INCIPIUNT REVELATIONES *Titulorum, vel Nominum SS. Martyrum, & SS. Virginum.*

Ex libro Tuitiensi ante 500. ferè annos cõscripto.

ANn. ab Incarnatione Domini nostri IESV Christi 1155. indictione quarta, & continuâ nouem sequentium annorum reuolutione, Romanum regente Imperium Friderico Cæsare, Romanæ quoque Ecclesiæ Pontificatum Adriano Papa 4. administrante, præsidentibus etiam per successiones S. Colonienſi Ecclesiæ Archiepiscopis, videlicet Arnoldo, Friderico 2. & Reinoldo Archicancellario in Ecclesia Tuitiensi Gerlaco Abbate existente, leuata sunt corpora SS. Martyrum, & SS. Virginum in suburbio Colonienſis ciuitatis. Quorum nomina vel titulos in eorum sepulcris inuentos, & in Archiuis eiusdem Ecclesiæ reconditos ad posterorum notitiam, idcirco schedulis & apicibus dignum duximus adnotari: quia deuotionem SS. Martyrum, quos præter opinionem cunctorum viuentium oculis nostris transferri vidimus, & quorum insuper corpora, vel titulos è tumulis manibus nostris eduximus, in quibus etiam mille Martyriorum signa aspeximus, & venerati sumus, arctiùs posterorum memoriæ commendare curamus; singillatim ergo singulorum titulos, vti in lapidibus cum eis inuentis exaratum esse perspicitur, incipientes à maioribus, hoc modo digessimus.

Inuentio SS. corporum.

Signa martyrij.

Tituli.

TITVLVS S. CYRIACI PAPÆ.

S. Cyriacus Papa Romanus, qui cum gaudio suscepit sacras Virgines, & cum ijsdem reuersus, Martyrium suscepit, & S. Alina V.

TITVLVS S. IACOBI. In Titulo S. Iacobi nihil aliud reperitur est, nisi, *Jacobus.*

Titulus S. Simplicij. *S. Simplicius Rauennensis Archiepiscopus.*

Titu

ulus S. Marini. *Hic iacet S. Marinus Mediolanensis sextus, qui veniebat de Roma cum sacris Virginibus, & S. Verasia V.*

Marculi. *S. Marculus Episcopus in Græcia, qui cum sacris Virginibus Martyrium suscepit.*

Foilani Episcopi & M. *S. Foilanus Lucensis Episcopus veniens ab Apostolica Sede missus, hoc in loco fuit occisus, & cum istis sacris Virginibus est sepultus, & ferro peremtus.*

Mauriſi Episcopi & M. *Mauriſius Episcopus cum Babila & Iuliana est sepultus.*

Clementis. *S. Clemens Martyr & Episcopus.*

Pantuli Episcopi. *Pantulus Basileensis Episcopus Virgines sacras cum gaudio susceptas Romam perduxit, vnde reuersus, Coloniam peruenit, ibiq; cum eis Martyrium suscepit, & S. Grata iunior.*

Iouinij. *S. Iouinius Eborensis Episcopus, frater s. Pantuli.*

Maromij. *S. Maromius Episcopus Nouariensis, & Cardinalis.*

Vincentij. *Vincentius Presbyter, & Cardinalis.*

Viſmari. *S. Viſmarus Martyr, & Episcopus de monte Jurano.*

Nicetij. *S. Nicetius Capellanus, & Sacerdos.*

Quirilli. *Hic iacet in antro S. Martyr Quirillus Presbyter sepultus, qui vixit sex dies post martyrium suum.*

Corimij. *S. Corimius Martyr, & Cardinalis.*

Firmini. *S Firminus Martyr, & Cardinalis.*

Polimij. *S. Polimius Martyr & Cardinalis.*

Iuſtiniani. *S. Iuſtinianus Martyr Parminensis.*

Claudij. *S. Claudius Spoletanus Martyr.*

In Titulo *S. Ætherij Regis* corona, crux, & alia quædam Regalia signa descripta videntur, quæ nos prætereuntes, scripturam solam digeſſimus.

Hic iacet Ætherius, qui vixit annos viginti quinque, in pace decesſit. Demetria Regina.

Clematij. *Clematius inuenit iſta corpora occiſa cum alijs Virginibus, & ſepeliuit ea in pace.*

Polocronij. *S. Polocronius, qui miſſus fuit à Roma cum SS. Virg.*

Geneſij. *S. Geneſius Anconensis Conſul.*

Succeſſi. *S. Succeſſus Martyr & frater s. Geneſij.*

S. Po-

S. Poëmij. *S. Poëmius Martyr & frater S. Pamphyli.*
S. Quirilli. *Hic iacet S. Quirillus Martyr & frater S. Marcu.*
S. Polifemus. *Martyr Carriarius. Focatus Martyr.*

Hic iacet ſepultus S. Clematius, qui manibus ſuis ſepeliuit ſa[cras] Virgines.

Deſcriptis in priori pagina nominibus titulisq; SS. Martyrum, qui virilis ſexûs robore, gloriam calcantes, pro amore IESV Chriſti, mortis atrocitatem appetiuerunt, operæpretium duxi, ſanctarum etiam Virginum, quæ cum ſeculo & ſexu vicerunt, nomina titulosque paginæ ſequenti inſerere, & inuentæ ſunt curâ Domini Gerlaci Abbatis ſtudioſiſſimi earum, qui in eis colligendis, fouendis, honorandis, peruigili ſtudio dies pariter continuabat & noctes.

Titulus S. Vrſulæ, Reginæ, beatiſſimæ Virginis.

SANCTA VRSVLA REGINA.

S. Florentinæ. *S. Florentina puella.*
S. Ortmariæ. *Hic iacet S. Ortmaria, quæ attulit S. Vrſulæ de ſuis ad dotum ſuum mille Virgines, quæ fecit titulari omnes excellentiſſimas Virgines.*
S. Albinæ. *S. Albina Britannica, vna ex vndecim, quarum quilibet mille Virgines adduxit.*
S. Eſſentiæ. *S. Eſſentia Virgo, vna de illis vndecim Virginibus.*
S. Baragiæ. *S. Baragia Virgo, vna de illis vndecim Virginibus.*
S. Pinnoſæ. *S. Pinnoſa Virgo, principalium vna.*
S. Panafreta *Virgo, vna de illis vndecim Virginibus.*

S. {
Tiſma virgo, & ſoror S. Cordulæ virginis, vna de illis vndecim
Geraſina, quæ duxit ſanctas Virgines.
Axpara Duciſſa. *S. Cariſma virgo, filia Ducis.*
Secunda virgo, filia Ducis, vixit annis 28.
Vrſumaria virgo, filia Arariſi Ducis.
Euphroſyna virgo, filia Ducis.
Paphia virgo, filia Ducis.
}

Titulus Maximus S. Florinæ Virginis.

Diuinis flammeis viſionibus frequenter admoniti, & virtute magnæ maieſtatis, ego Quirillus Preſbyter, & Clematius, ſepeliui mus corpus S. Florinæ Virginis. S. Peri-

Priminia Virgo, quarta sororum S. Pinnosæ Virginis.
Pinera Virgo, soror S. Pinnosæ Virginis.
Pmellea Virgo, soror S. Gratæ Virginis.
Pmellina Virgo, soror S. alterius Verenæ Virginis.
Piragia Virgo, soror S. Sigillindis Virginis.
Praſia Virgo, soror S. Verenæ Virginis.
Eſſentia Virgo, soror S. Pantulæ Virginis.

Alma V.
Puſinna V.
Pantula V.
Columbina V.
Sanbaria V.
Paphia V.
Grata iunior II. V.
Caſsia V.
Brittula V.
Hebora V.
Ceumata V.
Teumata V.
Saffarina V.
Finnira V.
Getramia V.
Flarinia V.
Terentia II. V.
Palladia V.
Beta.
Kariſa.
Valeria.
Babyla.
Vrbina.
Firmindina.
Cariſia.
Exſpara.
Juliana.
Barga.
Smarina II. V.

Fala.
Venapia.
Victorina.
Juliana.
Sigillindis.
Patmia.
Caila II. V.
VVerumia.
Barginia.
Symphonia.
Secunda.
Corbilia II. V.
Bobbilia.
Vania.
Alua II. V.
Cariſſa.
Vrbina.
Viraga.
Vdia.
Triphonica.
Foraminia.
Acariſma.
Balagia.
Juliana.
Caradumia.
Carthagiana.
Patripalia.
Samia.

Subditur post multa hoc SS. Martyrum encomium.

Enumeratio personarũ illustriũ 9. annis eleuatarum.

O quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, & quàm vale redolens odor vnguentorum tuorum, Domine IESV Christ qui hos sanctos Martyres de vltimo Oceani litore, & de longi quæ finibus terræ coadunauit, & non solùm Virgines, vti cundùm textum Passionis earum cunctorum viuentium l bet opinio, verùm etiam ipsum Apostolicæ Sedis Præsulem quosdam Patriarchas, ac magnarum vrbium Archiepiscop Episcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & omnis Ecc siastici ordinis Ministros, Reges quoque, Duces, Comites, m lites, & totius professionis Christianæ homines, vtriusq; vi licet sexûs, in vnum corpus huius beatæ legionis aggrega quos omnes ad generale quoddam Concilium in campis grippinæ conuocans, pro corruptione incorruptionem, p morte carnis animæ immortalitatem, pro dimissione terre rum dignitatum vel patrimoniorum, cœleste regnum di tiasque perpetuas contulisti: & ô quàm mirabilis adhuc in Sanctis existis, qui sicut in primordio mundi de tenebris l cem, & posthæc in homine apparens de tenebris errorum & i fidelitatis, lumen fidei & veritatis splendere fecisti; sic nu absconsa reuelans, eos, qui hactenus erant ignoti, cùm titul rum & nominum ipsorum testimonio ad omnium hominu salutem mundo innotescere voluisti. Quapropter, qu niam in hac causa altitudinem sapientiæ tuæ & scientiæ inu stigare nequimus, tibi immortali Regi seculorum honore deferimus & gloriam in secula seculorum, AMEN.

Hæc ex Gerlaci monimentis. Nolui autem Harberni, Gerlaci successoris, referre totum catalogum, quia miscet corpora Maurorum & Thebæorum. Eos autem virorum titulos produxi, qui maiores possunt in hac historia parere difficultat quas libro primo enodaui. Porrò liber iste cum titulis eodem tempore conscript est, quo viuebat Galfredus in Anglia, eosdemq; titulos sequenti seculo Cantipra nus confirmauit, vt libro vndecimo docebitur, quem librum aliquoties loci Præ tus inspiciendum obtulit, in quo cum etiam Virgines multæ Harberni succesſo tempore ab An. 1161. repertæ habeantur, eas recensebo. Virorum titulis ob eoru multitudinem prætermissis, præsertim cùm nomina eorum S. Gereonis socijs, & lijs Sanctis permisceantur, vt ægrè à solis Vrsulanis segregentur: ita autem The doricus Cœnobita ea recitat.

Hæc quoq; Virginum corpora sanctarum, quarum nomin subiecta pagina descripta continet, in diebus D. Harberni Ab batis aduenisse noscuntur, in cuius vtique tempore, maiorem sanctorum virorum numerum, quàm feminei sexûs aduenisse manifestum est.

S. Pan

Tannafreta, vna de illis vndecim Virginibus.
Ifania Virgo, filia Ducis Britta.
Iufra Virgo, filia Carumi Regis.
Senagaria Virgo, filia Comitis.
Tomana Virgo Britta.
Maoximia Virgo.
Frigia Virg.
Caraoxmia V.
Assabaria V.
Margaria.
Sirauina.
Nobilia V.
Tumiana V.
Cadamia Virgo.
S. Verena Virg.
S. Clamata V.
S. Terentia V.
S. Sannia V.
S. Pallipadia.
S. Tamaria.
S. Saturnia.
S. Glimaria V. nobilis Mr.
S. Inniuia V.

CAPVT XX.

S. Elisabetha visio & reuelatio, qua explicantur dicti Tituli, Ann. 1156. inchoata.

TItuli sepulcrales, tam ijs dictis nouem annis, quàm posterioribus temporibus inuenti, sufficerent ad ipsam historiam obliuione sepultam restituendam: & cùm allatis alibi firmamentis historicis satis momenti haberent, ad pertinacem etiam conuincendum, vt manifestæ adhæreat veritati, cùm nihil grauitatis momenti in hac narretur historia, cui non similia multa præcessisse in vetere memoriâ sit demonstratum: Voluit nihilominus DEVS eandem rem diuinis etiam comprobare testimonijs, quæ non euertunt, vt multi imperitè credierunt, fundamenta historica; sed ea tantùm explicant & stabiliunt, oraq; in ijs difficultates dilucidè explicant: vt iam clarius apparebit. *Diuina testimonia.*

Nam cùm cœlestibus visis moniti ciues (vt quinquaginta annis antè tempore solutæ obsidionis, & triginta quinque tempore S. Norberti fecerunt) iam per nouem annos, incredibili quærendarum reliquiarum studio, corporum aliquot millia è terra eruissent: & Gerlacus Abbas, inspectis singulis arcis lapidis, plurima nomina, adiunctis honorum insignibus, & cognatione, in multis reperisset: Episcoporum sanè oblata vel inuenta ab ipso nomina, & ipsius, & doctissimorum hominum mentem vehementer perculerunt, ne qua talibus impostura subesse videretur; cùm nulla de Cyriaco Papa, nulla de Episcopis in vulgata S. Vrsulæ historia mentio haberetur. Visum ergo fuit faciendum, vt diuinum aliquod oraculum hac super re antè consuleretur, quàm temerario ausu publico cultui non satis testatæ reliquiæ proponerentur. *Occasio eorum.* *Dubitatio Gerlaci Abbatis.*

Erat eâ tempestate, Ordinis S. Benedicti, Virgo religiosa S. Elisabetha Schönaugiensis in diœcesi Treuirensi cœnobij, à cœlestibus responsis celeberrima: ad hanc Gerlacus Abbas titulos summâ fide è lapidibus transscriptos misit, rogauitque, vt, si quid cœlitus de veritate illorum disceret, DEO ieiunijs & precibus solicitato, literis ad SS. Virginum honorem consignaret. *S. Elisabethæ fama sanctitatis.*

Rem gestam ita S. Elisabetha cap. 3. narrat : *In tempore eodem, quo dicti sunt Martyres inuenti sunt, reperta sunt inter sepulturas Virginum multa corpora sanctorum Episcoporum, atque aliorum magnorum virorum, erantque in monimentis singulorum repositi lapides, habentes titulos sibi inscriptos, ex quibus dignoscebatur, qui, aut vnde fuissent. Horum præcipuos, & maximè notabiles transmisit ad me ex supradicta vrbe præfatus Abbas, sperans, aliquid mihi per gratiam Dei de eis posse reuelari, & cupiens certificari per me, vtrum credendum eis esset, an non : habebat quippe suspicionem de inuentoribus Sanctorum corporum, ne forte lucrandi causâ titulos illos dolosè conscribi fecissent : quales autem fuerint tituli illi, & quid de illis mihi reuelatum sit, in præsenti sermone per diuersa loca occupatos legentium anteponere, curaui, vt hinc animaduertatur, quàm dignè à fidelibus Christi omni honore prosequenda sit sancta Sodalitas, quàm tam sublimium personarum comitatu diuina paternitas honorare dignata est.*

Defectus eius reuelatio.

Nolo hanc reuelationem recensere, quam libro sequenti Notis illustrabo tam ab omni fraudis suspicione vindicabo : illud tantùm dico, nihil in ea contineri nouum, cuius vel non exstet fundamentum historicum, vel similes sanctæ gestæ Ecclesiasticæ, quas nemo hactenus in dubium reuocauit : solùm illa quædam adiuncta Martyrij fusiùs explicat, & nodos propositos ab alijs, cœlitus accepto responso dissoluit ; quantum verò ei fidei attribuendum iure sit, quam S. Rom. Ecclesia in Sanctis numerat, lib. 1. docui : nec tamen vnquam ego vt fundamento, niti volui in capitibus controuersiarum, sed confirmare tantùm dicta eius auctoritate, quæ per se ita historicis fundamentis stabilita sunt vt, licet hac reuelatione destituerentur, per se tamen apud æquum Iudicem plus fidei mererentur, quàm vlla hactenus fabella aduersariorum : fui tam in eius adiunctis enarrandis copiosior, vt clarè ostenderem, ea tempori, loco & personis, & diuinæ circa Virgines prouidentiæ, alijs etiam Sanctis exhibitæ quam maximè conuenire. Porrò, licet reliquiarum inuentio, vt ex Gerlaco docui, Ann. 1155. cœperit, sequenti tamen anno data reuelatio est, non connuis diebus, sed per annum integrum interpolatis vicibus.

Apparet Sodalitas Vrsulana triumphãs

Vnum hoc loco præterire non debeo S. Elisabethæ oblatum visum, quo cœlestis gloria totius Sodalitatis Vrsulanæ fuit adumbrata : Cùm enim cap. 1. aperuisset, quomodo sanctarum Virginum precibus eam dubiorum enodationem obtinuisset, & annua S. Vrsulæ festiuitas ageretur, dum sacro Missæ officio præsens adesset, & Euangelium caneretur, vidit lucis clarissimam regionem, in qua virgineus exercitus candidatus apparuit, caput singularum auro corona, dextras palma nobilis decorabat, micabant niueo candore vestimenta, fronsque sanguine purpurata Martyrij signum præferebat. Aderant ijsdem victricibus instrumentis viri glorioſi, quos inter multi Pontificalibus infulis ornati cernebantur. Ipsa verò S. Vrsula Virgo Dux Sodalitatis, Verena comite assistit S. Elisabetham, eique Martyrij causam, seriemque aperuit, ac rationem omnem sepulturæ, ad quam cum loci Episcopo & ciuibus, cœlo demissi genij multùm contulerunt ; denique promittit mercedem ei, qui sanctarum Virginum Martyrium scripto renouarit.

Cum mitratis Pontificibus.

CAPV

CAPVT XXI.

De ijſdem SS. Virginibus ſit B. Hermanno Steinfeldenſi Ann. 1183. reuelatio.

Præmonſtratenſis Ordo, iure quaſi hereditario vindicat ſibi cultum & venerationem vti Deiparæ, ſic vndecim millium Virginum, quarum vna Religioſius Patriarchæ, ſe viſendam obtulit, ſuumque ſepulcrum indicauit, quaſi offerret Diuam Ordinis illius tutelarem: Eximia tamen inter alios emicuit B. Hermanni Steinfeldienſis in ſanctas illas Religio. Omnium nationum ſcriptis linguis peruulgatus eſt tenerrimus huius in Deiparam amor, quem ipſa tandem honore remunerata eſt, vt eum Sponſi nomine & affectu dignaretur. Quo cultu ſancta vndecim millia Virginum ſit proſecutus, ſatis clamant frequentia earum viſa & ſcripta, quæ de earundem cultu concinnauit. Eminent ea hymni, & is libellus, quem dictante ferè Deiparâ, quaſi Notarius eius cepit, & poſteris de Genealogia S. Vrſulæ, de peregrinatione Martyrioque Virginum tradidit, multa de hoc dubia libro primo diſſoluta ſunt, occaſio tantùm noſtri ſcribendi eſt aperienda.

Præmonſtratẽſium cultus Vrſulanus.

Emicat in B. Hermanno.

Cum enim magnam circa Vrſulanam hiſtoriam lucem corpora è ſepulcris eorum ipſis titulis attuliſſent; tum S. Eliſabeth ambigua per multa diſſoluiſſet, multa tamen adhuc tenebris obruta deliteſcerent, circa perſonas Sodalitatis, non etiam eductas, vel centum etiam annis poſtea educendas è monimentis; placuit eandem hiſtoriam diuinæ Maieſtati à capite ad Martyrij vſque calcem diuino afflatu inſpirare, vt, quæ rara prouidentiæ ſuæ opera in ea, velut altera Iſraelitarum profectione ſupra naturæ vires edidiſſet, ea ad ſanctarum Virginum cultum promouendum vulgata, excitarent homines, vt magis magisque exſtimularentur ad reliqua perſcrutanda corpora, quorum ſepulcra ſunt poſtea varijs veſtigijs prodigijs indicata; præſertim, cùm ea reperirent ſæpè nomina, quæ diu, ſeculo antè diuinitus prodita fuerant.

Occaſio ſcribendæ reuelationis.

Scripſit eam vaticinationem circa Ann. 1183. vt ipſe initio dedicatoriæ epiſtolæ memorat, quam ſacris Deo Virginibus, & Ordini Præmonſtratenſium Diparæ monitu dedicauit, quandò is maximè Patriarchæ ſui inhærens veſtigijs, in earum venerationem totus incumbebat.

Tempus.

Nec verò quidquam in hac etiam narratione reperiri poteſt, quod non apprimè cum veteri hiſtoria, cum loci veſtigijs, maiorum traditione, cum ſacra denique & profana temporis memoria congruat, vt cuiuis, qui totam cum notis ſine præiudicata opinione legerit, fatendum ſit, omnes qui haſce reſpuerunt reuelationes, ob temporis illius (quo eam geſtam eſſe omnia enumerata firmamenta conſentiunt) ignorationem ita iudicaſſe, præſertim, ſi ea quæ circa multarum Virginum inuentiones adhuc dicentur, viderit aptè cum tota hiſtoria & omnibus eius membris congruere: ſed hanc ipſam hic enucleatiùs in fine libri huius expendemus: priorem S. Eliſabethæ commodius libro ſequenti tranſlationum (quarum ibi frequens mentio) propoſituri.

Probabilitas eius.

* * *

CAPVT XXII.

S. Cordula de festo suo postridie S. Vrsulæ instituendo, monet Helentrudam.

S. Cordula præ ceteris S. Vrsulæ Sodalibus eâ pollet prærogatiuâ, quòd eius festiuitas postridie S. Vrsulæ tabulis Romani Martyrologij consignetur, olim semiduplici ritu eam vniuersalis Ecclesia sit venerata: passim verò a in Gallijs & Germania solenniter celebretur: occasionem eius ipsa Martyr buit, cùm per quietem visa est Deo dicatæ Virgini in Paderbornensi dice in cœnobio, quod Heerse vocant: nunc verò nobilium Canonicarum C gium est. In eo degebat Helendruda (alij Helendandam vocant) magnâ sanctimoniâ, & cœlestibus vaticinijs, prodigijsque celebris. Cui per quie S. Cordula apparuit, cyclade supra humanam artem elaboratâ; caput am bat corona rosis & lilijs intertexta, vultus mortali illustrior, qui cœlestem spir patriam: ea cùm Helendrudam vt sodalem & contubernalem blando salut nomine: & an agnosceret quæ esset, amicè percontaretur; mirari ipsa, tanto se indignam nomine & fauore diceret: vtpote peccatis obnoxiam, ac fragilis miserijs subditam; quonam pacto eam noscet, quæ Cœlitibus adsc immortalitate frueretur? Cui illa: Ego sum vna ex sacro vndecim millium ginum Colonienſium numero, quæ illis Martyrio laureatis noctem vnam su stes fui, dieque posterâ sponte me barbaris obtuli iugulandam; vt collegio p thenico meruerim in cœlo glorioſa sociari; sed in terris ab ea me societate m tales eximunt: Cùm enim anniuersario cultu sodalium Martyrum solennitat tota celebret Colonia, nulla nominis mei peragitur memoria. Tibi igitur ho num impero, vt Sanctimonialibus ad corpora nostra deuotè excubantibus no denuncies nomine, vt cùm Sodalium mearum festiua celebritas annuo ritu p agitur, postridie mihi etiam aliquid honoris impertiant, nec enim decet, ne plis etiam expedit, vt sola illarum, quæ ibi requiescunt, expers honoris sim, q pars fui certaminis, & mei vnius nominis memoria deleatur. Hic Helentr percontari de nomine: Cui sanctissima Virgo frontem offert nomine suo exa tam, in qua distinctis literis CORDVLÆ vocem legit. Coloniam igitur di num oraculum Virginibus basilicæ Vrsulanæ Helentruda nunciauit: fidem mnes ei tribuere, cuius sanctimoniam Deus miraculis multis confirmauit. eo tempore mos inualuit, vt 22. Octobris S. Cordulæ dies festus ageretur. H Surius.

Quo anno vixerit, nondum comperi, constat iam ante annum 1156. q S. Elisabetha eius Martyrij 22. Octobris patrati meminit, accidisse. Imò & an annum 1135. quo Bruno secundus eius altare consecrauit, & festiuitatis vt diue iam eo tempore meminit à pridianâ solennitate S. Vrsulæ. Adde, quod ia altera Cordularum circa Ann. 1156. reperta erat, & magno ciuium plausu recepta pro ea, quæ postridie cæsa est: quem errorem se- quens inuentio detexit & correxit.

CAPVT

CAPVT XXIII.

Iterum apparet circa Ann. Domini 1278. & locum sepulturæ patefacit.

CIrca Ann. salutis 1263. Coloniæ ab Ordine militari Equitum S. Ioannis exstructa est Ecclesia S. Ioanni sacra, in qua iam Sacerdotes diuina quotidie agunt officia, viuebat in eo laicus Ingebrandus nomine, rigidus sui ipsius cen- & corporis afflictationibus impendio deditus: alterum dixisses Wilhelmum: iciunijs, vigilijs, precibus, ipsa etiam lorica ferrea, qua miles vsus fuerat, nudum corpus induit, accedebat orationis studium, & continua ferè precandi consuetudo: quod tamen fraternæ caritatis officium, cùm vsus esset, nunquam imperaret: vnde gratus omnibus, nemini grauis, Deo & hominibus acceptus: singularia à diuina maiestate meruit obtinere beneficia. Fortè noctem precibus transegerat, cùm tandem corpori defesso nonnihil quietis indulgeret, adstare sibi Virginem, veste auro gemmisque radiante, caput aureâ coronâ redimitum, cuius Solis instar coruscabat, quæ his senem dictis compellauit: *Ne timeas, ego vna sum ancillarum Christi, quæ pro eius nomine & fide, intra septa huius claustri cum aliis multis sororibus quondam prostrata occubui: inde peto deuotè, vt ossa mea, quæ adhuc iacent negligenter abscondita, exhumari procures, & producas in lucem.*

Vitæ austeritas Ingebrandi.

Apparet ei S. Cordula

Manè Priorem loci adit Ingebrandus, & visum aperit, Prior monet, si deinde in somnis interpelletur, locum indaget sepulturæ; facit imperata: nam à Virgine formâ speciosiore increpitus de negligentia, locum exquirit, quæ corulum arborem in orientali pomarij plaga nominat, prope quam fodiat, tempus iam resurrectionis aduenisse, properato esse opus. Nondum acquiescit Prior, nouam Virginis demissè, vt exquirat, imperat, quod cum præmisso ieiunio & precibus acriùs iam reprehensus à Virgine postularet; illa, monstratâ fronte legere desiderauit. Legit idiota, legendi vt scribendi imperitus, in aurea frontis lamina has voces: *Cordula Virgo Regina*, licet sensum non perciperet. Ille, ne memoria exiderent, has voces iterum & iterum ingeminans, ad lectum Prioris aduolat, & exclamat: *Cordula Virgo Regina*, quæ cum sæpiùs coram Priore iterasset, & adhuc digrederetur, omnium oblitus est. Prior haud cunctandum ratus, fossoribus locum designat scrutandi sepulcri, quod etiam reperiunt, & in eo insignia diuersa, quæ apud corpora sanctarum vndecim millium Virginum in locis plurimis conspicuerant inueniri, tanta etiam odoris suauissima fragrantia circa sacrum illum locum afflauit præsentes, vt ipsi sibi in amœnissimo viderentur Paradiso constituti, vt narrant M. SS. Codices Cœnobij.

Idiota legit nomen

Reperitur sacrũ corp⁹

Cũ odore suauissimo

CAPVT XXIV.

B. Albertus Magnus Episcopus Ratisbonensis eleuat eam.

QVanctos hactenus Vrsulanæ Sodalitatis testes adduximus, Cunibertum, Wilhelebrordum, Adelbertum, Werenfridum, Norbertum, Elisabetham, & Hermannum: addere placuit diuinæ sapientiæ, doctrinæque miraculum, Ecclesiæ lumen, Religiosorum simul & Pontificum ideam, B. Albertum M. Episcopum Ratisbonensem, vt is in hac leuatione, quæ magnas contentiones peperit, solo ingenij acumine rimaretur omnia, quæ rem hanc possent ambiguam facere, atque secum ritè expenderet.

Laus B. Alberti Mag.

Nam Prior Ioannitarum anxius, ne tantum negotium minùs cautè dignèque perageret, B. Albertum Magnum consuluit, verba scriptoris æqualis appendit: *Cum illis temporibus vir Reuerendus & Venerandus Dominus Albertus Ratisbonensis Episcopus, Ordinis Prædicatorum, Professor sacræ Theologiæ, qui illis diebus in scientijs & studijs liberalibus, tam diuinis, quàm humanis, nulli (vt creditur) secundus habitus, in sancta ciuitate Coloniensi frequenter moram traheret, eo, quòd iam senio confectus, in ea locum habitationis perpetuæ delegisset, celerius adijt, consilium ab eo super his petiturus, dimissis eo tempore sacris illis ossibus discoopertis, & intactis. Veniens itaque apud Dominum Pontificem, narrauit ei per ordinem factum super tribus apparitionibus istis. Pater lætabundus efficitur, & exsurgens, ait: Vadam & ego visurus, quomodo Dominus visiones has magnas opere impleuerit: & secutus Priorem, venit ad locum Fratrum, qui auditis verbis Ingebrandi inuentoris reliquiarum, resolutus illacrymas, laudans Deum, ex intimo sui cordis, præcepit ab omnibus Ambrosianum hymnum, Te Deum laudamus, decantari. Ipse verò indutus Pontificalibus, eleuat de terra, & transtulit easdem reliquias cum omni solennitate, qua decuit, in Ecclesiam Fratrum, & ibi deuotè peractis Missarum solennijs, reposuit eas in loco decenti infra chorum, vbi tunc eadem die, & post interualla temporum, ad laudem Dei & S. Vrsulæ miracula plurima facta fuisse referuntur.* Eadem recitat autor vitæ B. Alberti ed. An. 1621. Antuerpiæ typis vulgatæ l. c.

Pietas.

Leuatio B Cordulę

Quod ad sanctitatem B. Alberti attinet & vitæ rationem; Natus est in Lawingensi oppido Sueuiæ, Paduæ literis imbutus, ac D. Virginis MARIÆ deuotus, S. Dominici habitum à S. Iordano accepit, ab eadem, cùm hebetis esset ingenij, conseruatus in Religione, eos breuî diuino fauente auxilio progressus fecit, vt Coloniæ & Parisijs summa laude profiteretur, Coloniæ quidem Ann. 1248. inde quinquennio completo alìò amandatus: redijt tamen Ann. 1240. quamo mugitum S. Thomæ discipuli sui prædixit, qui toto terrarum orbe audiendi, quem Parisios profectus, Coloniæ post se Magistrum reliquit in Cathedra, qæ hodieque ibidem visitur. Cumque idem multis post annis in Monasterio Fossanouæ Ann. 1274. decederet, eo tempore, quo Albertus cum Fratribus Coloniæ mensæ accumbebat, repentè erupit in fletum. Cuius rei causam cùm Prior lijque solicitè perquirerent, respondit: *Frater Thomas de Aquino filius meus in Christo, qui fuit lumen Ecclesiæ, modò ex hac vita migrauit ad Dominum.*

Adolescentia B. Alberti. Deiparæ ope doctrinam impetrat.

Absens cognoscit mortem S. Thomę

Aggressus aliquando Commentarios adornare in S. Dionysij Hierarchiam Ecclesiasticam: cùm difficultatis tædio calamum pararet abijcere, adstitit ei S. Paulus, qui eum ad operis incepti perfectionem est cohortatus. Inde vel inuitus ad Infulam vocatus, triennio vix exacto bonâ Summi Pontificis veniâ al Episcopatu, & Coloniam ad scribendos libros se retulit, quando etiam S. Cordulam inuentam, diligenter Ingebrandi discussis narrationibus è terra leuat, vt publico cultui proponeretur. Hunc Deus videtur testem Vrsulanæ histo selegisse, vt eius auctoritate, & reliquorum corporum inuentio ritè facta, & cus Martyrij, iuxta narrationem Ingebrandi, huius Pontificis calculo approbatus, testatior posteris traderetur. Hæc de eo varij, præsertim P. Vincentius Justinianus in Biblijs Mariæ; qui addit: *Plura alia Sanctorum pignora Deo Sanctisq; reuelantibus venerandum senem de terra sublata, ad honoratiora loca transtulisse.*

Adstitit ei S. Paulus.

(o)

CA

CAPVT XXV.

Vtra Cordula sit ab Alberto M. eleuata.

Vas fuisse magni nominis Cordulas in Sodalitate Vrsulana, constat ex B. Hermanno: altera Comitis Quirini filia, quæ proxima post Pinnosam, S. Vrsulæ cessit: inter quinque Principes, toti exercitui Parthenio præfectas, & postridie cidata: altera Regis filia, sororem Columbam habuit sextam Chiliarcharum: etiam effossæ Cordulæ sunt; prima Gerlaci tempore, quam statim creditum sse eam, quæ in naui delituit: at centum annis pòst reperta altera apud S. Ioanquites, quam B. Albertus M. vt dixi, eleuauit. Binæ repertę Cordulę

Mox oriri cœpit controuersia Vrsulanas inter Virgines, & dictos Equites, ossiderent eam, quæ in naui se ocultasset: fauebat Vrsulanis visum S. Cordu-Helendrudæ oblatum, quæ ad Virgines Vrsulanæ basilicæ missa edixerat, eas *are ad nostra corpora*: & quia Ioannitarum recens effossa Cordula Reginæ none præferebat, cùm prior Comitis Quirini filia diceretur. Obtinuere tamen hi, eo semper tempore Coloniæ persuasissimum fuit, nec amplius dubitatum; ea, quæ in naui delituisset, apud ipsos quiescere: id fortè ex inscriptione tituli ralis compertum est: statim enim ipsi sepulcrali lapidi, qui adhuc in pomario Cordulæ superat, hanc inciderunt epigraphen: *Hic inuentum est corpus B. Cor-Virginis & Reginæ, quæ post mortem SS. Virginum in naui latuit, præsidente Ioanne 21. nec non Reuerendo Patre Domino Suffrido Archiepiscopo Colonienſi, nec non re-nante glorioso Principe Domino Rudolpho Romanorum Rege, Ann. Dominicæ Incarn. 1278. e Valentini Martyris.* Orta controuersia. Cur Coloniæ putetur esse, q postridie occisa scribitur.

Ex eo tempore solenniter festum S. Cordulæ postridie S. Vrsulæ celebrant nitæ, vnde non dubito, quin re per Archiepiscopum vel Albertum M. diligenexploratâ, pro ipsis fuerit pronunciatum. Nec obstat Reginæ nomen, quando nes Principes, Virgines, & ipsæ Chiliarchæ Reginæ dicebantur: Sanctimonialeporrò templi excubare dicebantur ad corpora, quia in agro Vrsulano (qui ferè Gereone, vel saltem à B. Virg. Mariæ ad Indulgentias dicta basilica, ad Rhenum sue protenditur) plurimarum & præcipuarum Virginum sepulcra Monasterij sui metro complectebantur. Cõfutatio obiectionum.

Porrò vetustissimæ membranæ M. SS. loci meminerunt; cùm Virginum aliqua pertinaciùs S. Cordulam sibi vindicaret, inter ipsam & priorem Ioannitarum ueniſſe, vt cuius Ecclesiæ Cordula dimidij anni spatio priùs coruscaret miracuea censeretur, quæ in nauim se abdidisset, vix tres elapsi menses erant, cùm Hollandia graui ægritudine afflicta mulier consilio adstantis Religiosæ feminæ uit S. Cordulæ in templo Ioannitarum quiescenti coronam, si eius deprecatione itati restitueretur: vix votum nuncuparat, redit integra, & confirmata valetud, quæ grata pro beneficio, pretiosam ilico coronam transmittit Coloniam, qua eisdem caput adornaretur. Hanc cùm Ordinis Commendator Virgini Vrsulanæ, ciæ repugnarat acriùs, videndam obtulisset, agnouit miraculum, & eò facilius ssit veritati, quod id etiam sibi dato diuinitus oraculo diceret indicatum. Exstat huius ipsius prodigij litisque compositæ vetustissima, sed elaboratissima pictura, ui hæc paucis expressa verbis subijcitur historia. Certum est nunquam Ioannitis cinceps motam litem, & Deum hanc præ omnibus, quæ ad meam notitiam venerunt, miraculis ornare voluisse: de quibus suo loco. Videri etiam possunt, quæ habet Sacrarium Colonienſe: & Baronius in Notis ad 22. Octobris, vbi ait de huius anslatione agi, in vita Alberti M. p. 2. c. 9. Triennio ante leuationem S. Cordulæ Albertus M. Antistitã S. Vrsulę censuris innodatũ liberauit, quę res videtur ab inritu vindicanda. Superant literæ cõmissionis B. Alberto M. nomine Sedis Aplicæ S. Cordula sanat ęgrã.

scriptæ,

scriptæ, vt eam circa An. 1274. absolueret hoc exemplo: *Venerabili in Christo F. P. Alberto Ordinis Fratrum Prædicat. Episcopo quondam Ratisponensi F. Vilhelmus de Mabecke D. Papæ Pœnitentiarius & Capellanus salutem in Domino: Ex parte Abbatissæ & Conuentuum SS. Virginum & S. Caciliæ, secularium Ecclesiarum Coloniensium, fuit propositum coram Nobis, quod ipsæ Excommunicationis incurrerunt sententiam, per discretum virum Bernardum de Castineto, D. Papæ Capellanum, ac tunc in partibus Alemanniæ Apostolicæ Sedis Nuncium in personas Ecclesiasticas, quæ in ciuitate & suburbijs Coloniensibus, occasione incarcerationis bonæ memoriæ Archiepiscopi Coloniensis Ecclesiastico interdicto suppositis, remanerent, ac in participantes N. viro Comiti Iuliacensi & eius primogenito, ac de ijs adhærentibus: quæ Abbatissæ & Conuentus ijsdem participarunt in cibo, potu & loquela, ac alijs omnibus actibus, præterquam in crimine, auctoritate Apostolica generaliter promulgatam, & absolutione beneficiorum non obtenta, ex quodam imprudentiæ lubrico se immiscuere diuinis, super quibus humiliter supplicatum fuit ab ijs per dem Apostolicam misericorditer prouideri. Nos igitur auctoritate D. Papæ Paternitati Vestræ, cum Ecclesia Colonien sis vacet ad præsens, & Iurisdictio præfati Bernardi exspirarit, committimus, quatenus Abbatissas & Conuentus prædictos absoluas à sententia excommunicationis, quam propter prædicta incurrerunt, iuxta formam Ecclesiæ & iniungas eis pro modo culpæ pœnitentiâ salutari, & quod interdictum studeant de cetero inuiolabiliter obseruare: super irregularitate, si quam ex præmissis contraxerunt, agentes dispensatiue misericorditer cum ijsdem, prout secundum Deum animarum suarum saluti videritis expedire. Datum Lugduni 3. Non. Nouembr. Pontificatus D. N. Gregorij Papæ 10. An.* Hinc colligo, iam ante 1274. Coloniam se recepisse Albertum ad studia Episcopatu relicto: & vnionem Ordinis Prædicatorij cum Vrsulano Collegio mutuis semper officijs caritatis conseruatam: de qua vide fusè lib. 9.

CAPVT XXVI.

Parisijs apparent Ann. 1286. SS. Christina, Basilia, & Imna indicato suo sepulcro Coloniæ, vbi eleuantur.

Virtutes Ioannis de Eppa Crucigeri Religiosi.

AMant vt Deus, ita Cœlites, *cum simplicibus sermocinari*, testis eius Ingebrandus Eques S. Ioannis, *vir simplex & rectus*: testis & Ioannes de Eppa è sacro Crucigerorum familia Laicus; erat is religiosæ vitæ speculum, quem insignis animi demissio ac paupertatis amor mundo despicabilem, superis acceptissimum reddiderunt; rigidus, vt omnis disciplinæ religiosæ, sic silentij inprimis obseruator, ne mens in Deum intenta, vanis colloquijs diffluaret ad exteriora, & cœlestibus priuaretur delicijs, dum vaga consolationes mendicat è rebus creatis. Degebat is Parisijs in Monasterio, quod S. Crucis Patribus S. Luduicus Rex, egregius Crucis propugnator An. 1250. excitauit. Ecce tibi tribus interpolatis vicibus An. 1285. cœlesti viso excitatur, & admonetur, Coloniam vt se conferat, & tria *SS.* Virginum è Sodalitate Vrsulanâ corpora è terrâ (loco ei sepulcrali indicato) eruat; atque vt manifestior rei subesset fides, nomina ipsi sua Virgines declararunt: Christina, Basilia & Imna dicebantur.

Parisijs monetur, Coloniæ vt sacra corpora eleuet.

Erat loci Prior Remigius Delmel, cui cùm visa detexissent, & is rè maturè deliberatâ parendum censeret monitioni, non fine occulto Dei afflatu, ne mora diuinæ iussioni injiceretur, continuò Ioannem Coloniam dimisit ad Archiepiscopum Coloniensem Sifridum, cui rei gestæ seriem aperuit: Sifridus, vt erat probandæ veritatis percupidus, dat in mandatis, vt loco à Martyribus indicato terra egeratur, & felici euentu tria dicta corpora magno Archipræsulis & totius vrbis gaudio repererunt: quæ ipse Sifridus stipatus vniuersis Cleri totius Collegijs solenni pompâ eleuauit, & per diuersas vrbis Collegiatas Ecclesias distribui

Inc

Inde Parisios reuersus est Ioannes, iterum à S. Odilia, vt libro sequenti dicam, ann vertente Coloniam ablegatus, vt illius translationi diuinitus constitutæ mait apud Colonienses fides haberetur. Ita historia translationis S. Odiliæ, a nelio typis vulgata: & authenticum Officialis Colonienſis eius temporis mutumentum, quod libro sequenti recitabo: & qui nouissimè rem gestam narrat Hericus Russelius.

CAPVT XXVII.

Inuentio S. Valerij Regis Hispaniarum, An. 1320. & An. 1323. S. Maximini.

CIrca Ann. Dñi 1327. præerat S. Claræ Virginibus (vt eius coæuus Ioannita huius inuentionis scriptor memorat) Coloniæ Petronilla, à teneris vitam professi Monasticam, & eos in religiosa perfectione progressus fecerat, vt Angelicæ potiùs, quàm humanam vitam viueret. Magno autem tenebatur desiderio Sanctorum reliquias, inprimis sanctarum vndecim millium Virginum veneran-di, quas cùm se occasio offerebat, vt acquireret, nullam operam & diligentiam neglegebat: ita porrò cum ipsis Sanctis, quorum reliquias honorabat, suauiter nonnunquam colloquebatur, vt & responsa ab ijs cœlestia reciperet, & locum sepulturæ Virginum Vrsulanarum nondum è terra erutarum doceretur. Sic Colonensibus locum ostendit, vbi ossa cuiusdam Episcopi Armenici & sociorum eius, qui cum Thebæis occubuerant, in gloria delitescebant. Sic & Ioannitis, vt infrà dicam, S. Constantiæ Reginæ sepulcrum declarauit.

Petronilla Sanctimonialis Franciscana, reuelationibus clara.

Eadem Vrsulanis Virginibus ossa S. Valerij, Regis Hispaniæ, & filiæ eius Theodoræ monstrauit, cuius Regis monimentum lapideum cum eiusdem imagine & inscriptione sepulcrali in medio ferè templi visitur: qua occasione eodem loco & tempore plura reperta sunt corpora. Porrò quæ de hoc Rege & alijs obijci possunt, ea vide libro 2. fusè examinata. Constat enim ex Vasconcelo & alijs ipso Apostolorum æuo in Hispania Regulos quosdam fuisse fidei orthodoxæ professores. E B. Hermannus disertè affirmat cap. 8. plures, quàm ipse recensuisset, Principes & Reges adfuisse: *Adfuerunt adhuc plures, tam de Hibernia, quàm de ceteris regnis Arum, Principum, & Ducissarum & Comitissarum filiæ, quarum nomina ibi non narrantur.* Monet tamen cap. 7. tunc temporis sub Romanis (qui rerum vbique ferè potiebantur) *Regum fuisse modica regna, sicut in libris Regum dicitur, quòd triginta duo Reges contra tres ad bellum venerint præparati, & etiam filij Regum Reges, & Ducum Duces, & Comitum Comites appellari solent.*

Detegit sepulcrũ Regis Valerij

Hanc inuentionem ex antiquis Ioannitarum Colonienſium membranis erui, æmporis illius scriptore concinnatis: eius præter Canisianum, ita meminit Colonense Martyrologium 14. Febr. *apud Coloniam translatio S. Valerij Regis & M. e Societate S. Vrsulæ Virginis.* Cratepolius in Sanctis Germaniæ hæc de eo memorat: *S. Valerius Rex, qui fuit ex S. Collegio vndecim millium Virginum, Coloniæ requieſcit.* Suffragatur his Ferrarius: *Coloniæ Agrippinæ S. Valerij Regis & M. qui vnà cum SS. Vrsula & sociabus hoc eodem anno coronatus traditur.* Sausaius verò in supplemento Mart. Gallicani hæc de eo habet: *Coloniæ S. Valerij Martyris, quem necatum ob pietatem Christianæ confessionem à barbaris, qui S. Vrsulam, eiusq; socias trucidarunt, eodem anno Agrippinensis Ecclesiæ traditio testatur.* Festum eius iam inde à trecentis annis 14. Febr. à basilica S. Vrsulæ solenniter agitur, Sacro de eo decantato: ita enim templi marocollum peruetustum præscribit: *14. Febr. in festo S. Valentini, S. Valerij translatio, posita in altari, circa quod corpus S. Valerij fuit inuentum.* Inuento S. Valerio statim actum de ornandis eius sacris ossibus. Supereſt hac super re documentum authenticum Imaginæ de Waldecke Canonicæ hoc exemplo: *Ego Imagina de VValdecke Canonica secularis Ecclesiæ SS. XI. millium Virginum Colonienſium, bonâ deliberatione*

In nouo catalogo SS.

praha-

præhabitâ domum meam Clauſtralem, quæ quondam fuit Lutgardis de Buire, aſſignaui ſupportaui Iuttæ commoranti in infirmaria, vt vendatur quantocyus vendi poterit, 30. martij, & hæc pecunia ad ornamenta capſæ S. Valerij Regis & Martyris integraliter co uertetur: & ſi per aliquod tempus ſteterit, quòd dicta domus pro tanto vendi non poter tunc ipſa Iutta eandem domum locabit perſonis, quæ ſint bonæ famæ, pro annuo cenſu, de huiuſmodi cenſu ſoluetur vnum malderum ſiliginis pro anniuerſario: & ſi quid tu de prædicto cenſu reſiduum fuerit, ad ornamenta dictæ capſæ conuertetur. In cuius rei teſ monium præſens ſcriptum præfatæ Iuttæ tradidi, ſigillo V. D. Pyronettæ Abbatiſſæ, vna cum gillo meo communitum. Et nos Pyronetta D. G. ad rogatum Imaginæ ſigillum noſtrum pr ſentibus appoſuimus in teſtimonium præmiſſarum. Actum præſentibus viris diſcretis D minis F. Ioanne de Iuliaco, Ordinis Fratrum Minorum, Henrico de Gimnich. Datu Ann. 1338.

Triennio ferè poſt Ann. 1323. non ſine prodigijs alius de eodem parthen exercitu Maximinus nomen ſuum & ſepulturæ locum indicauit. Locus circa b ſilicam Vrſulanam vitibus conſitus eſt; vineæ varijs ciuium, nobilium & illuſtriu diuerſarum familiarum nominibus inſigniebantur. In reliquis Iſelburgica emin bat, cuius vinitor, dum culturæ inſudat, & terram horti plantandis forte pampin egerit, vocem delapſam cœlitus inaudit, qua fodere profundiùs iubebatur, abd tam illic mille & pluribus annis gazam reperturus: ille primam contemnere iuſſi nem, opus inchoatum proſequi: donec iterum verbis ijſdem percellitur magis, q perſuaſus, mandatum exſequeretur. Alijs opus, & clarioribus indicijs, vt monit acquieſceret, ideo nomen ſuum Maximini tertio clamore prodidit, vnum ſe affi mans eſſe de Societate vndecim mille Virginum, ea in terræ parte quam ligone moliebatur, humatum: altiùs terram egereret, fore enim, vt breui corpus ſuum, ſe acephalum inueniret. Hic fidem adhibere foſſor cœpit, & terram, vt iuſſus, pr fundiùs rimari: qui dum ſolicitus labori inſtat, oſſa ſacra reperit, capite deſidera clanculum mox quædam ex ſacris exuuijs abdit priuatæ & domeſticæ pietatis i uitamentum: partem præcipuam ad S. Vrſulæ baſilicam rei geſtæ ſeriem exponen defert. Incidit ſubinde in grauem infirmitatem, iamque ad extrema redactu mortem orabat, quæ fugere videbatur, nec reſpirandi ſpes tamen vlla affulgeba monitus de conſcientiæ examine inſtituendo, ſi quid fortè commiſſum in Deum Cœlites, vel homines, vel ſi voti religione, aut debiti alicuius obligatione tenere tur; menti tandem ſuccurrerunt ſublectę S. Maximini reliquiæ: quod cùm ſecreto rum arbitro Sacerdoti pandiſſet, & eius conſilio pars reliqua baſilicæ S. Vrſulæ illa ta eſſet, dicto citiùs, tranquillâ morte deceſſit.

Inuētio ob reliquias tetentas.

Fidem narrationi duæ faciunt circa altare, in quo ſacra lipſana hodie ſeruan tur, inſcriptiones: quod prope templi ſacrarium ſitum, ligneis ſeptis & cancell præmunitur: & hanc præfert literis grandiuſculis exaratam epigraphen: *An. 1323 à Deo eſt manifeſtatum in Iſenburgenſi horto corpus S. Maximini ſine capite, cuius reliqui in hoc altari ſunt, qui Maximinus vinitori nomen & locum aperuit.* Reperta poſtea ſun in ipsâ arâ ſacra quædam oſſa vitro contecta, cum hac peruetuſto charactere ſcri ptâ narratione: *An. Domini 1323. quidam vinitor inhabitans domum dictam Zo Iſen bergh apud portam immunitatis Eccleſiæ vndecim millium Virginum, audiuit vocem diui nitus dicentem: Fode profundius, & inuenies theſaurum, duabus vicibus: & tertia vice dixit: Vocor Maximinus, vnus de Societate vndecim millium Virginum; fode, & inue nies corpus meum ſine capite: quo facto inuenit reliquias, de quibus partem dedit hic, & par tem iſtic, & partem ſibi reſeruauit. Tandem in agone laborans mori non potuit; ſed conſilio ſui Confeſſoris partem quam reſeruauit, dedit ad Eccleſiam præfatam, quo facto citò de hoc ſe culo migrauit.*

Inuētio S. Maximini

Domum Iſenburgicam eo tempore incolebat Iutta de Iſenburg, quam ven didiſſe videtur Capitulo: nam exſtat inſtrumentum fratris eiuſdem, quo renuncia omni iuri ſuo Germanicè ſcriptum: id Latinè reddo genuina nominatione templi ſeruatâ: *Nos Robinus ab Iſenburg D. G. Chorepiſcopus Treuirenſis præſentibus profite mur, nos renunciaſſe & ceſſiſſe, & præſentibus renunciamus & cedimus, iuri & prætenſioni*

domũs

dom. sororis nostræ Iuttæ, quam vendidit Capitulo Zu sente Teruilgen dictæ Isenburgicæ. dom. in aream Ecclesiæ sitæ, & promittimus nos nullam prætensionem deinceps habituros. Datæ An. Dom. 1348. feria tertia post festum S. Gereonis. Hæc prima, quam reperi Germanica nominatio templi deducta, vt alibi probo à Latinis vocibus Sanctarum Virginum, qua voce communiter id templum à tempore Attilano ferè fuit nominatum.

CAPVT XXVIII.

Inuentio S. Constantiæ Reginæ, & 100. aliorum Corporum An. 1327.

Eiusdem sanctimonialis Petronillæ indicio, S. Constantia Regina cum alijs pluribus vtriusque sexus hominibus, Episcopis, ducibus, & nobilibus, in dicto equirum S. Ioannis cœnobio detecta est: cum enim crebris visis Petronilla vrgeretur, vt S. Constantiæ Virginis tumulus inuestigaretur, in hæc verba scripsit ad eos: *Scire dev. caritas vestra Domini & Fratres carissimi, quod Constantia Virgo, & ipsa Regina cum multis olim sibi associatis vtriusque sexus hominibus, in loco vestro pro Christi confessione Martyrium passa est.* (Ecce aliud pro loco Martyrij testimonium à Cœlitibus Petronillæ indicatum) *& ibidem terræ suppositæ: hæc his diebus petit suas reliquias à vobis effodi, & de terra eleuari.* Magno ea narratio fuit gaudio Ioannitis, qui cum de loco diligenter inquisiuissent, audissentque, in vinea minuscula proxima pomario propè septimam vitem requiescere, vrgent fossionem; sed ad eam cum nihil reperissent, & neque ad septimam oppositæ partis, singulas cœperunt vites suffodere: mox ad tot. & plura inuenerunt S. Sodalitatis Vrsulanæ corpora Episcoporum, Ducum, Nobilium, & Virginum, appositis nominibus, status, sexûs, & conditionis. Inter quæ educta iunior Constantia cognata Constantiæ Reginæ alterius, quam quærebant: ea sepulcro lateritio includebatur. Ad hæc corpus S. Odiliæ (quæ diuersa est ab ea, quam lib. sequenti ostendemus Huyum translatam esse) corpora S. Osilæ, Basiliæ, Benedictæ, & alterius Osiliæ ac Cornulæ virginum, item Sapientiæ, Prudentiæ, & Florentinę cognatarum S. Vrsulæ: Effossa cum his est S. Benedicta, magni Principis filia, cum 4. sororibus. Et Osilia alterius filia Comitis. Ossa etiam S. Florentinæ V. filiæ Ægidij, & Constantiæ filiæ cuiusdam Regis è Græcia: Clementiæ, filiæ Principis Pannoniæ, & aliorum plurimorum vtriusque sexus hominum, quorum nec nomina, neque tituli reperti, nec Petronillæ indicio manifestati: tanto iam thesauro inuento, occasione S. Constantiæ, cum ipsa tamen nusquam appareret, rem ad Petronillam retulerunt, quæ respondit, continuis se fatigari visis, & magna animi perturbatione affligi, quod eius Virginis corpus, cuius indicia toties inculcarat, non magis perquirerent, cum septum vineam inter, & tumulum, eos à fodiendo, loco tam diserte indicato, auertisset; addidit pirũ exsurgere ad caput S. Constantiæ iuxtà vineam: qua radicitùs euulsa, cùm terram altiùs foderent, sepulcrum & corpus S. Constantiæ Virginis, cum singulis antè monstratis indicijs detexerunt. Iuxta virginis corpus ossa B. Reinaldi Episcopi ex Græcia, Ioannis Episcopi de Armenia, Willibrãdi Ducis de Italia, pluriumq; aliorum effoderunt; eaque in Ecclesiam cum alijs reliquijs transtulerunt, & ipsam Constantiam iuxtà corpus S. Cordulæ decenter locarunt. Inuenta est An. 1327. 18. Iulij, in festo SS. Marci & Marcelliani, Pontificè Maximo Ioanne 22. Colonienſi Antistite Henrico à Virnenburch.

S. Constãtia cæsa in pomario Ioannitarum.

100. Corpora reperiuntur: & plurima cũ titulis.

Inuentio Constantiæ & Episcoporum.

Magnum hæc leuatio momentum attulit ad veritatem reuelationis B. Herminni centum 44. annis ante editæ historica veritate comprobandam: fecerat is An. 1183. mentionem plurimarum Virginum, & S. Florentinæ Regis Ægidij filiæ, & Cornulæ, Benedictæ, Sapientiæ, Prudentiæ, Clementiæ &c. quæ hoc anno repertæ demonstrarunt totius vaticinij veritatem.

Demonstrat veritatẽ reuelationis B. Herman.

B. Hermannus cap. 6. S. Benedictam facit 7. Chiliarcharum, quam sor[illegible] 4. comitatæ, omnes Principis cuiusdam inclyti filiæ, Cornula, Prudentia, Sapi[illegible]tia, & Illustriss: omnes istæ hic effossæ sunt, extra vltimam. Item Clementiam f[illegible] filiam potentissimi comitis, & Chiliarcharum tertiam, quæ hic Pannonici Prin[illegible]pis filia appellatur. Nisi velis, quod libens concessero plures eiusdem nomini[illegible] ea Sodalitate occubuisse. Quæ ratio me conuicit, vt cogerer admittere B. Herm[illegible]ni, & quam ille sæpius laudat, probatq; S. Elisabethæ vaticinationem.

CAPVT XXIX.

Prodigiosa inuentio S. Gorgonij, & 136. corporum ad S. Maximinum, item S. Martialis Ducis Hispaniæ, An. 1348.

INter ditissimas reliquijs & sanctorum exuuijs vrbis Coloniensis Ecclesias, i[illegible] S. Maximini templum numero, Virginum, quæ regulam S. Augustini profit[illegible]tur, in quarum sacello quodam à quibusdam creditur olim S. Maximinus sacris[illegible]peratus: Est hæc quædam Colonia Parthenonis Vrsulani: nam inde vndec[illegible] numero Canonicæ, ad hoc sacellum paupertatis amore, & arctioris disciplinæ [illegible]dio concesserunt, sufficientibus ab ipso Collegio, Vrsulano, dotatæ censibus ci[illegible] Ann. Domini 1188. copiam vidi literarum, quibus eo anno à Clementia Sanctar[illegible] Virginum Antistita, & conuentu toto eiusdem loci manumittebantur, vt arct[illegible] Dei obsequio se manciparent: ijs præter S. Vrsulæ Canonicas subscripsêre C[illegible]thedralis Ecclesiæ Canonici, & waldenerus homo solitarius Ecclesiæ B. Maxi[illegible]ni, quem Cæsarius lib. 11. cap. 27. Cœnobij *Maximini* vocat *initiatorem*, & d[illegible] Coloniæ literis daret operam adhuc superstitem:

Origo Parthenonis S. Maximini.

Cæsarius lib. 11. c. 27.

Eundem hunc locum fecit celebriorem translatio quamplurimorum è S. V[illegible]sulæ basilica Martyrum: quorum venerationem ibidem à quadringentis annis [illegible]tæ indulgentiæ vehementer promouerunt. Sed latebat in ipso fundo ingens sac[illegible]rum exuuiarũ thesaurus, sparsus eo toto spatio, quod Virginum habitationem [illegible]plectebatur; quam tandem placuit diuinæ bonitati circa An. 1348. & vertente an[illegible] ad solatium virginum, præsidium ciuitatis, & cultum auctiorem Vrsulanæ sodali[illegible]tis detegere, quando Episcopi, Reges, Principes, Virginesque multæ plurimor[illegible] adiectis nominibus sunt repertæ, quorum Deus sanctitatem, raris voluit prodig[illegible] indicare: rem gestam in pervetusto M. S. Pergameneo Monasterii libro osten[illegible] mihi Dominus Casparus Brincius. Ex-Rector Vniuersitatis, (qui horum pleraq[illegible] insigni humanitate mecum communicauit) Teutonicè consignatam, nominib[illegible] adiectis Martyrum, sicut in titulis inuenta fuerunt, ego Latio versam sermone [illegible]ctori summâ fide repræsento: vt videat catalogum huius Ecclesiæ, nihil à tempo[illegible] legitimo Martyrij alienum continere (nec fortè etiam alios:) si sincerè, vt nomi[illegible] scripta sunt, inspiciantur.

Inuentio 136. corporum.

Notum sit omnibus, quotquot has legent, vel audierint legi literas, quod tem[illegible]re Archiepiscopi Coloniensis VValrami à Gulich nominati, & Decani Metropolitani Co[illegible]radi à Rennenberch, A. post Christum natũ 1348. & proximo insequenti, inuẽta sunt apud Maximinum, & exhumata intra Sanctimonialium immunitatem quaquaversum ci[illegible] cœnobium, Sanctorum lipsana diuersis vicibus, vt excreuerit numerus ad 136. corpora Sodalitate Sanctarum vndecim millium Virginum: In his exhumatus etiam Rex quida[illegible] Siciliæ est Theodorus dictus, cum vxore Regina Firmindina; filio Theodisco, & filia Pigno[illegible] etiã inuenta Euphrosyna Regina Hispaniæ, Gorgonius Episcop. item Hispaniæ; Petronilla C[illegible]mitissa; item Amerus Rex, cũ Anastasia Regina vxore, & Respondiasculo vtriusq; Cõfessari[illegible]hi,

ut pro nobis Deum orent, obsecramus. Nullum dictorum nominum repugnat temporis nostri historia; nam tunc & in Sicilia, & Hispania Reges fuisse, & nonnullos ex his quosdam Catholicos alibi demonstraui: Quod si mihi aliæ Ecclesiæ catalogorum suorum fundamenta monstrare voluerint, & eos non minùs quàm hunc aliàs defendendos suscipiam: temerè enim hic varia sine ratione, & documento certo nomina & inuentiones allegare, quid est nisi coniectus, vtinam etiam non erroribus, & falsitatibus, chartas implere? Neverò putaret quisquam horum titulos & corpora, supposititia fuisse; Deus eleuationem illam insigni prodigio comprobauit; dum enim sacræ exuuiæ in vicino S. Catharinæ altari (quod adhuc in contiguo illius sacelli sacrario visitur) religiosè deponerentur, in conferta præsentium turba mulier adfuit, quadringentis infestata vexationibus, qui ilicò virtute Sanctorum Martyrum cunctis stupentibus, & Deum, Martyresque laudantibus est liberata, in cuius rei mnemosynon affixa sacelli tali inscriptione tabella visitur: *Notum sit omnibus, quod cum in templo S. Maximini eleuarentur sacræ reliquiæ, & in S. Catharinæ altari collocarentur, mulier obsessa 400. omnibus liberata est, virtute reliquiarum huius sacelli.* Diem translationis huius additiones Greffgen ad Vsuardi Martyrologium, ita consignant: *6. Kalend. Octobr. apud Coloniam Agrippinam in Ecclesia S. Maximini inuentio & translatio S. Gorgonij Episcopi, & Martyris, & sociorum eius, qui Gorgonius Confessor fuit Regis, & Reginæ Hispaniæ, & de collegio Sanctarum vndecim millium Virginum.* Potrò easdem inuentas reliquias triennio post is, qui Walramo successit: Wilhelmus non approbauit tantum, sed & cultum earum celebrem ob miracula Indulgentijs datis stabiliuit.

Miraculo probatur.

Bulla Archiepiscopi Wilhelmi An. 1351. post eleuationem SS. corporum in templo S. Maximini factam data.

Wilhelmus Dei gratia S. Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus Sacri Imperij per Italiam Archicancell. vniuersis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Vt reliquiæ vndecim millium Virginum ad Capellam S. Catharinæ Virginis in Monasterio S. Maximini Colonienſ, translatæ, honore debito ac Christi fidelium frequentia ampliori honorentur omnibus verè pœnitentibus, confessis & contritis præfatam Capellam piè visitantibus, nec non ad decorandum & exaltandum reliquias memoratas manus porrigentibus adiutrices 40. dies indulgentiarum impertimur. Datum Coloniæ Ann. Dom. 1351. Febr. 11.

Ostenduntur in eodem S. Maximini sacello reliquiæ S. Martialis Ducis & Leophaniæ Hispanorum: num eodem tẽpore, vel postea repertę sint, cùm in primo scripto nomina non adnotentur, incõpertum habeo: illud tamen & fida Sanctimonialiũ traditione, & è M. SS. varijs constat, S. Martialẽ se & nomen in mari manifestasse, cùm enim quidam varijs iactati procellis, aduersâ vsi nauigatione fecissent naufragium, & inter scopulos, cum morte luctarentur, adstitit S. Martialis naufragis, & in tanto discrimine vitam & opem promisit, hac tamen lege, si Coloniam profecti in S. Maximini ad lævam sacello reliquias suas visitarent, qui vt salui & incolumes eò peruenêre, locum sanctorum cinerum templo inquilinis demonstrarunt, nomẽ etiam S. Martialis à Martyre indicatum aperuerunt. Porrò vix alibi reperies tam clarin cranijs Christi pugilum vestigia; tam luculentas Martyrij indices, in capitibus plagas: videre est frontes lato vulnere quasi hasta transfixas, capita iaculis & orbicularibus vulneribus penetrata: exstant duo in capite S. Leophaniæ vulnera, totidem superant spicula educta sacro è vertice multis prodigijs nobilitata, nam, qui febribus rigent vel æstuant, si vinum vel frigidam sumserint, hisce contactam iaculis, sanitati restituuntur; hoc etiam mirum, licet ferrea spiculorum acies seculis tribus sæpiùs in aquã vel vinum mergatur, nullam hactenus contraxisse rubiginem. Repertus etiam in S. Martialis sarcophago sanguis, qui iam arefactus subnigro colore liuet; & caro eiusdem: crines etiam capitis cum carne in cranio desiccati ostenduntur.

Febres S. Leophania curat.

Sunt quidem, & aliæ factæ Coloniæ diuersis in locis similes præuijs visis inuentiones, vt apud S. Ioannis equites cum S. Cordula Sodalem suam Sanctam Annam

Virginem mirabiliter indicauit: sed quia nec satis testata reperio: nec cum adiu. ctis vllis narratâ, malo præterire, quàm incerta posteris prodere; nunc à Marty. bus ad Virgines Vrsulanas non Martyres veniamus, quas cum antea tantum qu. nas reperissem, Argentinâ (loco licet Hæretico) tres aliæ submittuntur cum ipsâ. Aureliæ vita.

CAPVT XXX.

S Aureliæ Argentorati An.1460. facta apparitio, inuentio & eleuatio.

POst præcipuos Martyres Vrsulanæ Sodalitatis; Deus Virgines ante M. tyrium defunctas in via, mundo colendas proposuit: primamque S. Aurelia cuius Martyrologium Romanum 15. Octobris meminit: eius inuentionem, & e. uationem mihi transmissam à loci commendatore ex Germanicis M.SS. monime tis à temporis illius scriptore, cuius interpretis officio functus, Latio donabo. Sic a tem loquitur.

Insignis apparitio S. Aureliæ.

Paucis antè annis nostrâ memoriâ accidit, circa annum Domini 1460. cùm pia paucis persona in D. Aurelia feruidas ad Deum funderet preces, è tumulo S. Aurelia vi prodijt adspectabili forma, plenâ luce, querelas ingeminans, quod in gloria delitescer ist nec vllo mortales eam cultu dignarentur: ita ostium versùs cùm exire vellet, supplex pe sona dicta fit Sanctæ Virgini, rogat demisse, quo locorum concessura. Respondit Aurel Coloniam se cogitare ad Sodales reliquas, vt communi cum ipsis honore, & cultu perfruat quæ sola ist hic omni destituta reuerentia quiescret: hic obtestari illa, orare, imò exora locum, & stationem illam ne desereret, acturam se, vt congruo honore deinceps celebret Confestim illa, quæ viderat prodigium, Consules adit, & Magistratum vrbis Argentine sis: querelas S. Virginiis exponit, & imprimis, quod testudinem subterraneam sepulcro i cumbentem minari iam ruinam dixerat, itaque humilem, & abiectam esse, vt vulgo dess ceretur. Famâ miraculi vulgatâ ciues operam dedêre, vt tumulus innouaretur: Ergò du operimẽto semoto sarcophagus reseratur, tota integra lineis amicta vestibus inuenitur: clau deinde tumulo, insculpunt lapidi sepulcrali S. Aureliæ effigiem eleuato monimento; cry tamque eius eleganti ssimis adornãt picturis: tum sanctè promittunt ciues, plus se honoris a inceps & reuerentiæ S. Virgini exhibituros, quam hactenus, suam agnoscentes & deprecat tes negligentiam, habuissent, Hucusque M.SS. Argentoratensia, nunc trium Soda um Virginum sepulcra inspiciamus, quas S. Vrsula febrienti reliquerat Aureliæ, r solatio destituta moreretur, cuius rei hactenus apud nullum autorem vel minimu reperi vestigium: ex ijs autem, quæ in earum sepulcro inuenta sunt olim loci Com mendator hæc curauit transcribenda.

Incorrupta reperitur.

CAPVT XXXI.

Sanctarum Virginum Argentoratensium Einbettæ, VVorbettæ & VVitbettæ glorioſa mors & corporum incorruptorum inuentio.

QVæ de veritate Vrsulanæ historiæ Deus toties miraculis cœlestibus reue. lauit, ea nunc Hæreticorum constans narratio & traditio sic stabilit, vt si vel hoc solùm, quod dicturus sum, firmamentum supereſſet, nemo rerum æquus æstimator futurus esset, qui non plus fidei narrationi nostræ tribuendum censeret, quam Galfredianæ, Boëtianæ, vel vllius alterius aduersariæ ve.

nibis contrariæ; hic rursum interpretem tantum agam, non encomiastem: eaq; tantùm referam, quæ mihi Argentinenses Catholici, transmisêre vernaculo idioconsignata.

Ad maius solatium & auxilium S. Aureliæ (quæ in reditu ex vrbe Romana Coloniam versus, dum nauigãdo febriret) S. Vrsula tres ei è Sodalitate Virgines reliquit, Einbettam, Vorbettam, & Vvilbettam: hæ piè iam mortuâ & sepultâ S. Aureliâ in loco vbi decesserat virginalem pudicitiam suam casta, integra & innocente vitâ Deo noctes dieſque seruiendo consecrarunt; erant extorres patria: carebant solatio parentum, & amicorum, & quod summo dolori & molestiæ erat, destituebantur consortio, & contubernio earum, quas in vita carissimas habuerant, Sodalium Vrsulanarum; priuabantur palma Martyrij, quâ sorcias virgines iam decoratas non ignorabant: interim solæ supererant in hoc calamitosissimo mundi exilio, & vitæ mortalis peregrinatione, ac præstolabantur magnâ patientiâ, extremâ cupertate, & solitudine finem exitus è vita, quem ijs Deus præfixisset; interim consummabant omnium virtutum vsu & exercitatione continua, vsque ad præstitutum & decretum sibi à Deo diem perseuerant, quo piè è vita hac decesserunt, & in templo Argentoratensi quod Seniorem S. Petrum appellant, sunt tumulatæ. Multis deinde decursis temporibus, cum omnis earum ex humanis mentibus erasa videretur memoria; diuinâ prouidentia factum est, vt casu sepulcrum illarum aperiretur: ecce tibi apparent omnes tres iuxta se collocatæ virgines, totæ integræ, & incorruptæ, virginali amictæ habitu & ipso penitùs incorrupto: iuxta titulus erat collocatus, in quo Sanctarum Virginum nomina continebantur, & quomodo de Sodalitate Parthenica S. Vrsulæ Argentinam cum S. Aurelia febriente venissent: ita rursum coniunctæ, sed decentiori loculo compositæ sunt, & reconditæ propè altare quodam eiusdem Ecclesiæ, vbi & hodie in pace requiescunt. hactenus monimenta M. SS. Argentoratensia.

Tres Virgines socię S. Aurelię.

Vita eatũ sanctissima.

Mors & locus sepulturæ.

Inuentio.

Titulus sepulcralis.

Dubium moueri posset, quod illud S. Petri Senioris templum Ann. Christi 237 & sequentibus, cum eæ Virgines ibi sepultæ sunt, cum primus loci Episcopus S. Amandus nominetur, qui à Dagoberto Francorum Rege institutus Ann. 640. vt testatur Franciscus Guillimannus libro Episcoporum Argentinensium: Respondent passim Autores, & in his Guillimannus fol. 59. his verbis: *Primum & antiquissimum Argentinæ templum D. Petri est, Seniorem vocant, ad alterius differentiam conditi multis post annis. Senioris enim origo & consecratio Diui Materni est. Is multis in vrbe, & in propinquo conuersis istud Christianis nouis, in quo sua coleret sacra, templum eorum opibus, & auxilio constituit, & Diui Petri Apostolorum Principis, cuius autoritate & mandato primùm ad ea loca appulerat, titulo & nomine insigniuit, atque dedicauit.* Eiusdem templi eleganter, vt solet, meminit P. Broweruslib. 2. Annal. Treuir. vbi cùm ad contactum baculi S. Petri Diu. Maternum dixiet, à mortuis suscitatum, subdit: *Nec immeritò Tribocorum posteri Alsati Christiæ religionis incunabula B. Materno adscribunt, quem magna gratia, gloriaque factum Apostolum suum, & Principem fidei, salutisque allatæ prædicant: & qui eius Ecclesiæ rectas persequuntur, maiorum literis ac voce tradunt, S. Maternum inani Deorum superstitione gentem liberasse, magnis, & illustribus miraculis ibi claruisse, Ecclesias isthic multas veneratione Apostoli titulo, & nomine insignes erexisse, ac dedicasse, ex quibus ad hanc ætatem veterrimæ memoriæ proditum est, perdurasse Argentorati B. Petri, quam vocant Senioris, & in conspectu Molshemiensis oppidi, quæ Latinè Domus Petri, vulgò Dompieter appellata est.* Potuêre ergò virgines illæ tres à superstitibus quibusdam Christianis in D. Petri templo tumulari.

Origo templi Senioris S. Petri Argentinensis indagatur.

* * *

CAPVT XXXII.

Inuentio & eleuatio S. Christianæ, & trium aliarum S. Vrsul. Sodalium, non Martyrum, An. 1504.

CLarissima hæc est inuentio, varijs nobilitata prodigijs, quam lib. 10. firmatu iuratis testibus producam, hic, quod instituto nostro satis erit, examen hu tum, & leuationis processum paucis exsequar.

Raymundus S.R.E.S. Mariæ nouæ Presbyter Cardinalis Gurcensis, legatu latere An. 1504. Officiali Basileensi, alijsque SS. Theologiæ & I. V. Doctorib. co misit, vt de S.S. Christianæ, Wibrandis, Cunegundæ, & Mechtundis miraculis sepulcris accuratè inquirerent, auditis & examinatis testibus. Illi primò Eichl lensem Ecclesiam diœcesis Constantiensis adiere, quam, etiam cum sepulcris spexerunt, antiquissimis Ecclesiæ M. SS. excussis monimentis : vnam reperer virginem in cœmiterio, reliquas intra Ecclesiam eodem loculo tumulatas. ibi in tustissimo Missali M.S. inueniunt agros ad SS. Virginum honorem An. 1192. Ecc siæ oblatos, & Indulgentias An. 1298. ijs donatas, qui *SS.* Virginum; Ecclesiam f quentarent; audierunt etiam supra 70. juratos testes, qui eas Vrsulanas fuisse Vir nes, & ante martyrium in reditu Romano demortuas, ibidemac varia miracula tulerunt, quæ Deus per earum deprecationem quotidie operabatur.

Inuentio S. Christianæ.

Inde S. Christianæ Ecclesiam in monte erectam viserunt, ac remoto sepulcr lapide repererunt tumulum quatuor muris opere lateritio cõstructum, intra qu lapideus Sarcophagus incluſus ossa sacra condebat, cum ipsa carne, quæ nondu ita diffluxerat, quin coërceri digitis posset. Clauso deinde monimento, & celeb to ex more solenni ritu sacro missæ officio, auditi de ea jurati testes sunt, qui eti magna eò loci patrata prodigia sunt attestati.

Testimoniũ Raymundi Cardinalis.

His ad Raymundum S.R.E. Cardinalem perlatis, indixit solennem Sanctar Virginum leuationem, testatur eo madato. 1. Virgines illas quatuor è Sodalitate Vrsulæ exstitisse: 2. non ex ijs esse, quæ ex Britannia venerant; sed quæ tempo peregrinationis Romanæ varijs in locis accesserant. 3. magnis fulsisse in vita post eam miraculis. 4. antè Martyrium ibi decessisse. 5. varias Coloniæ hacten factas Virginum leuationes. 6. Has licet non gladio persecutoris occubueri in martyribus tamen esse numerandas. 7. Breuiter totam S. Vrsulæ narrat hist riam, enumerat cum Cyriaco Papa Episcopos & Reges dictæ Sodalitatis. 8. C fert plenissimas indulgentias ijs, qui eleemosynis pro construendis eleganti op re capsis virginum honorem promouerent.

Eleuatio solennis.

Idem Cardinalis 16. Iunij cum Episcopo & Protoepiscopo Basileensi, Abbatib & Prælatis Eixselium eques condendit, ibidem decantato Spir. S. Hymno, ipse cras trium *SS.* Virginum exuuias in alias fabrè & politè factas capsas transtulit, & altare deportandas curauit; cumque effusiones hominum ex oppidis, & concurs ex agris multos templi angustijs excluderent, pro eius foribus erexit aram, & re quijs eidem impositis, fecit solenniter, quinque circiter hominum millibus congr gatis : postridiè 17. Iunij eodem ritu & solennitate S. Christianam leuauit, ist vtrobique contestatus, quod reliquias Virginum: *Quæ cum vndecim*, vt Cardina ait,) *mille Sanctis Virginibus de Societate S. Vrsulæ existentibus per sedem Apostolicam, c nonizatæ existunt*, de vno loco in alium transtulerit. patrata sunt ea septimana prod gia varia, quæ lib. decimo recensentur.

CAPVT XXXIII.

Ann. 1608. *Reperta vna Sanctarum Virginum, & eleuata claret miraculo.*

VEnio ad nostra tempora, è quibus patet, nondum omnia SS. Virginum corp ra lucem adspexisse. Ann. 1607. mense Augusto, stabat iuxta Machabæorum templu

templum domus, sita inter plateam sanguinis, (vt olim vocabatur) & aream templi vestibuli: hanc cum deijcerent, in cella penuaria, repertum est virginis cuiusdam corpus in terra arenosa, ad altitudinem viri defossum, quod odor suauissimus sanctum esse indicabat. Aderat fossori Vosmerus sacrarum Virginum conscientiæ secretus arbiter, qui proprijs ossa sacra manibus collegit, & rei huius gestæ seriem sua manu testatus est. An. 1622. 13. Februarij. Inuentio vnius Virginis.

Florebant eo tempore Nazarethanæ Virgines maiores studio religiosæ disciplinæ ac perfectionis, quibus præerat à confessionibus D. Fridericus Huls; eæ facilè diuina sacra 20. Augusti impetrarunt. Forte iacebat virgo Gertrudis eo tempore in eodem cœnobio membris omnibus capta, petijtque, vt sacra sibi exosculanda proferentur pignora, & Confessarius sacrificaturus, de sanctis Virginibus sui infirmam neminisset. Primùm ne obtineret, concursus externorum præpedijt, ob quem necesse fuit seponi reliquias: alterum impetrauit, nec absque fructu; quoties sacrum de S. Vrsula, & virginibus legebatur, dolor omnis è corpore tantisper fugiebat, licet Gertrudis nec interesset ei, nesciretque rem diuinam peragi, membris tamen vti nec cum stupore præsentium poterat; Sed cum malum ingraueseceret, tentata medicorum remedia sunt omnia, adhibita balnea, frictiones, iiunctiones, tantùm abest, vt ijs morbi violentia remitteret, vt etiam accessione factâ consilia Physicorum superaret, qui omnes vno fatebantur ore, pedem sinistrum à planta ad suprema usque femoris partem arteriarum & neruorum obstructione calorem, & motum omnem perdidisse; vt nec fomentis externis posset restaurari, sed iam emortuus videretur, adeoque de vita conclamarent: hic vrgere Gertrudis diuina, quando humana defecerant præsidia, instare apud Dom. vt sacris liceret reliquijs oscula libare; censuit ea, rem in tempus commodius differendam. Nox erat, cum Gertrudis magno animi gaudio persentiscit, certam fiduciam attactu reliquiarum recuperescendi: Ipsa etiam D. Catharina de Malmunder 20. Ian. An. 1608. diuiniore sensu instinctu vrgeri se, vt sacra ossa ad ægram deferret, sed quia diei illius obstabant negotia, in diem posterum reiecit, quando nocte intempesta videre sibi Gertrudis visa est per quietem Dominam cum sacro capite, digito, viniq; scypho, quæ oblatis reliquijs, ægram in spem vocaret sanitatis: nec phasma fuisse vanum rei probauit euentus: nam manè festo S. Agnetis die adest ipsa talibus etiam quas nocte viderat, reliquiarum instructa partibus, quæ ijsdem, quas ex ore loquentis hausisse se memorat vocibus, ad cultum reliquiarum, & spem sanitatis infirmam animabat. Inde magno delibuta gaudio S. Virginis caput religiosè exosculatur, & supplex per eius preces orat sanitatem, cui Domina demisso in vinum S. Virginis digito propinat, quo hausto membra cœpit erigere, primoque statim abiecto fulcro gressum moliri, postridiè verò altero dimisso templum sine scipione vel adminiculo visit, ac omnibus confirmata viribus ad diu intermissi muneris sui functionem redit, rem ipsam suis scripto persequitur D. Fridericus Huls, & D. Vosmerus: eandem vtriusque cœnobij sanctimoniales attestantur.

Omitto nouissimam anni 1640. centum corporum inuentionem in meditullio fori Vrsulani, quod nondum approbata, nec ea cultui publico sint exposita, quæ si fuerint agnita, receptaq; pro Martyrũ exuuijs spero ceteris accuratius, & luculentius perscribetur, cum nullam putem hactenus inuentorum corporum exactiorem factam esse signorum martyrij, testiumque ac diuturniorem etiam discussionem: vt posteri si plura deinceps inueniantur certam ideam habeant, quam imitentur.

(o)

ALTERA PARS LIB. VII. INVENTIONVM

LIBRI DVO REVELATIONVM ANONYMI, QVI VEROSIMILITER ESSE CREDITVR B. HERMANNVS STEINFELdiensis: eæ cœperunt An. 1183. cœlitus inspirari.

Dijcio duos hos libros inuentionibus, tum quod earum occasione duj hinc inde natis è titulis ortum habuerint; tum etiam, quod eadē pro is nomina permulta funeralibus incisionibus c. 19. allatis, & è sepulcris e tis contenta, non solum in his libris exprimantur cum ijsdem officijs, c nitatibus, sanguinis & affinitatis propinquitate; sed etiam genus earundem pe narum, patria, cognationes fusius exponantur, nec omittatur opportunitas, qua dem se sodalitati coniunxerint; quid in ea præstiterint, quæ memorabilia gesser vt dum probat S. Cyriacum Pontificem Romanum, patriam & genus regium er rat, modum abdicationis describit, socios etiam peregrinationis Cardinales du Cæsarium Meldensem & Pantulum Basileensem Episcopos etiam & necessa eorundem recenset, & sic de ceteris: vnde mirificè titulorum & inuentionum v tas stabilitur & illustratur. Præmitto verò reuelationi S. Elisabethæ, licet te pore sit posterior: quia clarius huius veritas fuit euentu sæpius post 100. & plures nos varijs secutis inuentionibus posterioribus confirmata: deinde quod ipse crel laudet Elisabethæ vaticinium, vt cœlitus reuelatum, vnde quisquis huic, quoc uentus ipsius euidentia probauit, ascensus erit, non poterit alteri dissentire; plu libro sequenti proferam rationes.

De auctore libri B. Hermanno satis, est libro primo disputatum, & initio libri cundi recurret addendi multa locus. Sunt in eo quatuor indicia veri Prophetæ, q à Cornelio Lapide requiruntur.

Corn. à Lapide in Min. Prophetas argumenta vera Prophetia 4.

1. Scriptoris explorata sanctitas vitæ, cuius ab immemorato tempore cultu re giosè, miracula non annua, sed menstrua, quæ hodie continuantur, Archiepiscop & Elector Colonien sis curauit pridem iuratis auditis testibus, auctenticis tabu firmanda: vt mihi loci Prælatus & Commissarius processus asseuerarunt. 2. Co formitas eius cum Ecclesiæ doctrina & scriptura. 3 Euentus, quem Deus annis iam 144. post confirmauit, dum eos permisit titulos è sepulcro educi, & ipsa nomi quæ nullis hausta ex historijs, nullis excepta libris, primus ipse mundo tanto an manifestarat. 4. Vtilitas eius, conformat enim mores, & imitationem prouoc

Detur de prophetia præteritorum? S. Thō. 1. 2. q. 171. a 3.

Dubitari primò potest, cum hæc de præteritis sit, an dici prophetia possit, R. cu Doctore Angelico: *Propriè quidem prophetiam esse futurorum; illa enim longè distant humana cognitione; secundario tamen ad eam etiā pertinere, præsentia, & præterita cogn cere*, Quis enim Moysen Prophetam egisse neget, cum creationem mundi, cœl rumq; prodidit? quis Christum, & alios, qui secreta cordium reuelarunt? 2. Qu modo tot nomina, consanguinitatem & officia cognouerit? R. Potuit 1. De sine phantasiæ adminiculo species nouas earum rerum intellectui spiritales inder 2. potuit eadem prius oculis & phantasiæ cum intellectus illustratione subijcer potuit 3. soli imaginationi & intellectui id manifestare inditis intellectui & phar tasiæ simul nouis speciebus, id hic factum existimamus, & quidem vigilanti: gebat enim B. Herman. Amanuensem, & mandabat ea literis, quę sibi diuinitus d ctabantur: cum esset quasi *calamus scribæ velociter scribentis*: hinc se passim Notariu appellat. Accesiêre crebra Deiparæ S. Vrsulæ & aliarum *SS.* Virginum visa, qu nonnulla scribenda adspectabili forma suggerebant.

Nunc ad rem ipsam veniamus, & singula capita perscrutemur, an vllum possit in dicium repugnantiæ cum vetere D. Vrsulæ, vel profana, sacraue temporis, histo ria reperiri.

PASSIO

PASSIO SIVE HISTORIA VNDECIM MILLIVM VIRGINVM.

INCIPIT EPISTOLA AD VIRGINES, Christi vniuersas, super historiam nouam vndecim millium Virginum cœlitus nuper reuelatam.

VNiuersis Christi virginibus pijs Ecclesię Sanctæ filiabus Frater N. salutem ac interminabilem perennis vitæ iucunditatem Ann. millesimo centesimo octogesimo tertio inspirante Domino, piacte ipsius Genitrice cooperante cunctorum Regina, [2] nouam vndecim millium Virginum historiam describentes admonitione persuasi sumus diuina, hanc vestræ caritati dedicare & sanctitati. Hæc enim sunt verba cœlorum reginæ dicenti. [3] Tu communi vniuersorum vtilitati prouidere dispone, hic opus virginibus dedicando. Igitur eis ex parte mei scribas, eisque dicas, quatenus illas & castitate imitentur, & sanctitate. Vos itaque virgines venerandæ, atque in Christo diligendæ, animo lætanti, cordeque deuoto susci pite munus vobis cœlitus transmissum, scientes quoniam [4] si eisdem sacris virginibus debitam exhibueritis reuerentiam, deuotoque honore, & studio eas dilexeritis, meritis illarum apud dominum suffragantibus præmio vos donari perpetuo. Porrò & fratribus Præmonstratensis Ordinis eandem quoque dedicari iussit historiam, dicens: [5] illos amatores vndecim millium virginũ & veneratores esse præcipuos. Beata quoq; Vrsula earundem sanctissimarum dominarum princeps, & magistra, hoc opere fermè peracto cuidam visibili specie apparuit, dicens: Cum hic idem Notarius hoc opus describeret, nos vndena Virginum

1. Tempus scriptionis. Causa efficiens. Cooperãs. 2.

3. Dedicat virginib⁹.

4.

Et PP. Præmonstratensibus.

5. Merces scriptori parata.

6. num millia coram domino [6] stantes orauimus, quatenus ipse dominus pro labore huius opusculi, retributionis illi mercedē restituat. Lectores igitur monentes obsecramus, ne sub omentis vulnere scandalizati saucienter, dicentes [7] quis diebus istis, & modernis antiquorum facta, personas, nomina, conditiones, & genealogias scire poterit, aut stylo veraci depromere? Amice Christi, cur super his ambigendo dubitas? Non é idem spiritus, qui quondam patribus nostris, ea, quæ ab ipso mundi exordio acciderunt, cœlitus inspirando manifestauit, potest & nunc sacrarum virginum suarum expeditionem sanctam, & mirabilem, illarum dilectoribus ad laudem, & gloriam suam, atque ad plurimorum ædificationem pandendo reuelare?

1. *Vniuersis.*] Scripta est hæc epistola peractâ totâ reuelatione: narrat enim visum sibi oblatum de præmio scriptori huic parato meritis, & deprecatione Sanctarum Virginum, dum in operis calce desudaret, huius epistolæ partem dictauit Deipara, cuius verba parenætica ad virgines apponit.

Et *Primò* quidem nomine eiusdem dedicat opus Virginibus, & Ordini Præmonstratensi. *Secundò* finem scriptionis indicat, vt lectores Sanctarum Virginum castitatem, & sanctitatem imitentur, virgines colant, diligant, crebroque inuocent. *Tertiò*, opus commendat à mercede, quæ ob solam scriptionem promissa est. *Quartò*, soluit obiectiones.

2. *Historia noua.*] Tum quia altera præmissa iam vetus dicebatur, tum etiam quia 30. annis ferè antè prodierat Galfredi fabula, quam licet S. Elisabethæ visio confutasset, multa tamen fuerant subinde nata dubia, quæ pias angebant mentes de veritate tam inusitatæ historiæ, vt noua fuerit opus reuelatione ad ea discutienda, personasque Sodalitatis, modum peregrinationis, locumque Martyrij accuratius describenda.

3. *Tu communi vniuersorum vtilitati prouidere dispone.*] Rectè B. Suarez: affirmat reuelationis causam finalem extrinsecam ex intentione Dei reuelantis esse aliorum vtilitatem: hinc opus fuit hanc ipsam à grauissimorum aduersariorum obiectis pænè iniuriosis vindicare, cum nihil contineat à fide, nihil à moribus alienum; sed lectoris mentem piè excitet ad castitatis, & Martyrij amorem, proposito tam raro tenerrimarum Virginum, & tot personarum illustrissimarum exemplo.

Suarez sect. 7.

4. *Si eisdem sacris Virginibus debitam [illegible] bueritis reuerentiam.*] Magna promissio vita[illegible] insinuari videtur, æternæ, dummodo comit[illegible] cultum Vrsulanum aliqua virtutum imita[illegible] & morum conformatio: porrò de præsidio [illegible] tò harum virginum in morte. V. lib. 9. ca[illegible] 68. 69.

5. *Illos amatores vndecim millium Virgin[illegible] & veneratores esse præcipuos.*] Egregia laus [illegible] Virgine Maria profecta, candidoq; Præm[illegible] stratensium ordini tributa, quam à Patriar[illegible] suo S. Norberto tanto Virginum cultore [illegible] serunt. Imò S. Norberti detectio corpor[illegible] Gereonis, & vnius Vrsulanæ Virginis, vide[illegible] occasionem præbuisse ciuibus, alia corp[illegible] perscrutandi, indeque 34. annis post nata fe[illegible] generalis illa leuatio millium aliquot cor[illegible] rum, nouem ipsos est summo ciuium ard[illegible] continuata.

6. *Stantes orauimus quatenus ipse dominus [illegible] labore huius opusculi retributionis illi mercedem [illegible] stituat.*] Promisit hoc ipsum B. Elisabethę B. [illegible] sula, c. 21. his verbis: *Et qui renouauerit Passio[illegible] nostram, reddat ei Deus mercedem operis sui.* E[illegible] promissionis fides exsoluta, vndenis millil[illegible] mercedem à Deo exorantibus. Quem non [illegible] citet tam certa merces vt plures deinc[illegible] tanto inuitati præmio hanc defensionem [illegible] storicam suscipiant? Nam si vt Regis mort[illegible] promissorum compotes euadant, terræ filij, [illegible] aularum asseclæ, noctes diesque peruigiles [illegible] cubant, omnes exhauriunt obiectas difficul[illegible] tes, hanc cœlestem tàm certam pollicitati[illegible] nem, & præsentem etiam solutionem, vt co[illegible] sequamur adhuc dormitamus?

7. Q

7. *Quis diebus istis.*] Probat exemplo Deum posse, & solere etiam genalo- posteris quandoque priorum seculorum ... Et sanè insanissima fuisset insania id ... nisi clarè cognouisset diuinæ illius ...ionis veritatem? quam nos ab experientia, quasi demonstratam tenere videmur exploratam, quia eadem nomina cum designatione eorumdem officiorum, & cognationum tot annis postea reperta sunt in monimentis: vt paulò antè vidimus hoc ipso in libro.

NCIPIT REVELATIO NOVA ITINERIS, ET PASSIONIS vndecim millium Virginum. 1.

CAPVT I.

DEvs ab æterno cuncta sapienter disponens, occasione nuptiarum nobilissimæ Virginis Vrsulæ, suique sponsi iuuenis regij, & præclarissimi. 3 totius orbis nobiliores domicellas virgines, & iuuenculas, sapienti suo consilio, ac prouidentia ad cœlestes inuitare dignatus est nuptias, filio suo regi æterno desponsandas, perpetuoque secum permansuras, quare beatarum vndecim millium Virginum sacræ reliquiæ apud Christifideles non sunt parui pendendæ. 4 In vno siquidem loco Ciuitate Colonia vniuersæ pro sponso suo cœlesti, & amatore Martyri palmam assecutæ sunt gloriosam. 5 Nunc itaque per orbem Dei prouidente clementia dispersæ suis veneratoribus apud Dominum precibus assiduis succurrunt, ipsarumque suffragijs, & meritis 6 pia cœlorum Regina earundem ductrix & Patrona amatoribus illarum piè opitulari non cessat. 7 Denique in Passione ipsarum satis ostenditur illustris gloria earum, & Martyrij triumphus, 8 euidentius tamen in Virginis cuiusdam memoriæ felicis Elisabeth visione, nobilis illarum profectio, & magnificentia habetur conscripta. Præterea & 9 dominus ipsarum sponsus, & amator ampliori eas adhuc volens gloria clarificare, nuper anno millesimo centesimo octogesimo tertio, 10 quæ huc vsque super illarum peregrinationis itinere latebant, & gestis, dignatur reuelare.

2. Prouidentia Dei. 3. 4. Locꝰ Martyrij. 5. 6. 7. Citat veterem historiã Cunibertinã. 8. Et S. Elisabethæ reuelationẽ. 9. 10.

In

11. In exordio itaque narrationis huius [11] iuxta eiusdem B. Vr-
sulæ admonitionem, quæ ceterarum ductrix exstitit Vir-
num, & magistra, Passionis earum seriem tangemus, &
quæ, vel vndè fuerint: atque genus, & patriam ostenden-
Plures sanè religiosorum vidimus, qui ignorabant peni-
cuius conditionis forent aut nationis. De diuersis siquid
12. partibus erant, [12] Anglorum, Britonum, VVallionum,
Scotorum, atque ex alijs adhuc pluribus regnis, & regioni-
fuerunt oriundæ. Porrò & Reges quidam, Duces, Comi-
ac Principes, atque Episcoporum plerique cum eis sunt pro-
fecti, & matronarum plures, glorioſum cum illis Mart-
subeuntes tropæum.

1. *Incipit.*] Præfatio hæc quædam est, in qua reddit lectorem *primò attentum* ex causa tantæ congregationis, eius nobilitate, fine, loco Martyrij. *Secundò benevolum* ob beneficia quæ Virgines præstant suis cultoribus vbique terrarum, & Deipara earum intuitu. *Tertiò* docilem 1. enim acturum se promittit de occasione congregationis. 2. de personis congregatis viris & feminis, Episcopis, Regibus, Ducibus, matronis, quæ cum Virginibus fuerunt: de earum patria, statu, & conditione. 3. de ijs, quæ latebant circa peregrinationem. Occasionē reuelationis nouæ in medio insinuat prolepsi. Licet in vetere historia ipsarum, & clarius adhuc in reuelatione S. Elisabethæ earum gesta describantur, voluit tamen Deus 25. annis post, quæ hactenus ignorabantur, aperire.

2. *Deus ab æterno.*] Causam tam taræ congregationis reijcit in Dei prouidentiam, de qua. V. lib. 3. c. 4.

3. *Totius orbis nobiliores domicellas.*] Malè ergò quidam obijciunt ex vno non potuisse regno educi tot virginum millia (quamuis & alibi dictum sit in vna quandoque ciuitate 20. millia reperta esse) cum ex toto orbe conuenerint. Licet pleræque è duobus regnis, & locis finitimis accesserint, vt in fine capitis asserit. Hinc confirmantur tituli, in quibus è Sicilia, Græcia, Hispania, Mauritania, aliqua venisse perhibentur.

4. *In vno siquidem loco Ciuitate Colonia vniuersa.*] Duo mouentur contra hoc dubia. *Primò* quomodo dicatur factum in ciuitate, quod extra eam in suburbio contigit? *Secundò*, quomodo S. Cunera Coloniæ Martyrium fecerit? Ad primum Resp. Cum hæc B. Herman-nus An. 1183. scriberet biennio ferè ante Pl-pum Heinsbergensem Archipræsulem au-ciuium suburbium illud & agrum Vrsula intra pomerium vrbis arcuatis mœnibus clusisse, vnde rectè in ciuitate Colonien-tyrium fecisse dici possunt.

De S. Cunera respondi alias, sola qui alibi strangulata est; initium tamen Mar-cœpit Coloniæ, ex professione fidei ibiden-cta, quod sufficit, licet alibi fuerit consum-rum.

5. *Nunc itaque per orbem Dei prouidentiæ mentia dispersa.*] Vide totum librum o-uum.

6. *Pia cœlorum Regina earum ductrix, & trona amatoribus illarum piè opitulari non cessa*] Nunquid idem est autor, & stylus gemin-iusdem in iubilo, dum Dei genitricem præ-tem ità facit: *Te O turba generosa, præ illa flo-rosa, sola rosa principalis, nec est ibi rosa talis, qu-sibi coæqualis, mater tota curialis, quæ tulit cœli-minum. Ipsa est dilecta mea, vos precedens in cho-hæc est illa Iesu Mater, Maria Virgo virginum.* vos præit cum honore & infra: *Tibi laudem Maria, quæ vos duxit in hac via.* Quomodo D-Virgo cultores Sanctarum Virginum adiun-dixi alibi. Quam vicissim Sacræ Virgines c-tum Deiparæ promoueant, ostendit visio Henrico Calcarensi Priori Carthusiæ Col-nensi oblata. de qua. V. l. 9. c. 31.

7. *Denique in Passione ipsarum satis ostenditur illustris gloria earum.*] Citat hic veterem historiam S. Vrsulæ, initio allatam, vnde hæc vera est cœlitus hausta reuelatio, vt que quam tuetur historiam, quod in ea i-lustris earum gloria, & Martyrij triumph-ostendatur.

8. *Euide-*

Euidentius tamen in Virginis cuiusdam meritis felicis Elisabeth visione, nobilis earum professionis magnificentia Passionis habetur conscripta.] Laudat S. Elisabethæ Schonaugiensis prophetiam 26. annis antè circiter conscriptam, quam præfert historiæ veteri : nam 10. capitibus auget, vel in itinere adiunctos socios describit, vti & S. Vrsulæ martyrium copiosè c. 21.

Dominus ipsarum Sponsus & amator, ambitiosè adhuc eas volens gloriâ clarificare.] Simili modo hic in iubilo, Sponsum describit : *Dulcis Sponsus, qui vos amat, sic ad vos de throno clamat: O dilecta Consodales, sponsa mea speciosa, nouæ, caræ dilectrices, vester ego sum & ero, qui amastis corde vero, me Sponsum osculamini.*

Qua huc vsque latebant.] Nondum attigerat S. Elisabetha genealogias, nec peregrinationis difficultates excusserat.

Iuxta S. Vrsulæ admonitionem.] Vti hic S. Vrsula præcipit de narrationis ordine, ita & petiam D. Virgo, vt cùm cap. 8. mandat, vt mandam Elisabetham laudet à cultu eximio in præparam, & patet etiam ex Epistola dedicat.

Anglorum, Britonum, Vallionum, Scotorum.] Qui Angli & Walliones in Britannia An. 237 ? fateor nullos tunc fuisse, nec nisi ducentis post annis cùm Saxones ingressi sunt, Albionem esse Angliam ; & Cambriam, in quam Britones concesserant, Walliam appellatam. Vnde dico, B. Hermannum vsitatis suæ ætate nominibus vsum esse, easque designare regiones, quæ tunc temporis Albion, Cambria & Scotia seu Hibernia, communi autem vocabulo dicebatur Britannia : omnes eam complectitur populos, qui Britannicas insulas varijs diuisi regnis incolebant, vide lib. 10 ca. 23. Ita Septuaginta in Ieremiam interpretantur Alexandriam, quæ centum & plu-

bus annis pòst ab Alexandro nomen traxit, quia ipsorum æuo ita dicebatur. De Scotia putant multi Duce Camdeno nomen illud æuo S. Vrsulæ non viguisse : & hic quidem contendit, probare Scotorum nomen Latinorum libris ante Constantinum non fuisse celebratum, contra Iosephum Scaligerum, qui in Propertio legit *Scotobrigantes* & Buchananum & Scotos complures. Demus Camdeno, quod petit Porphyrium tempore Constantini primum apud S Hieron. ad Cteſiphontem : *Scoticas gentes* Britannis accensuisse, ideone nomen Scotorum incolis ignotum erat? seculo præcedente S. Vrsulæ non scripserint de Scotis Romani, quia teste Origene, *Romanis inaccessa loca*, habebant : ideone non fuerunt? Hunnos annis ducentis & pluribus Græci priùs quàm Romani celebrarunt scriptis : & multis tamen seculis antè Hunnis, quàm exteris fuit hoc nomen manifestum : sic & Britannis antè Scotorum nomen, quàm Latinis innotuit. Beda l. 1. c. 1. Scotos vetustiores incolas Britanniæ facit, quàm Pictos, à quibus sedes hi petebant : & tamen Eumenius sub Constantio Pictos in Caledonia locat, imò coæuos facit C. Iul. Cæsari, dum sic ad Constantium loquitur : *Adhæc oratio etiam tunc rudis, & soli Britanni Picti modò & Hibernis assueti hostibus adhuc seminudis, facilè Romanis armis signisq; cesserunt : prope vt hoc vno Cæsar gloriari in illa expeditione debuerit, quod nauigasset Oceanum.* Huic congruenter Nennus vel Ninus Britannus apud Vsserium p. 731. *Si quis scire voluerit, quanto tempore fuerit inhabitabilis, & deserta Hibernia, sic mihi peritissimi Scotorum nuntiauerunt Scythæ (aliter Scoti) in quarta ætate mundi obtinuerũt Hiberniam: Scytha aũt qui sunt in Occidente, & Picti de Aquilone pugnabant vnanimiter & vno impetu cõtra Britones:* vnde hi lõgè ante S. Vrsulæ ætatem Scotos in Hibernia statuerunt, vt defendi tituli de Scotis cõmodè possint

In Britannia tit. Scoti, mihi fol. 61.

CAPVT II.

Quod Rex quidam paganus B. Vrsulam filio suo desponsari rogauit.

Ceterum Rex quidam [1] de Britannia minori fuit oriundus, nobilis & religiosus, vxorque illius generosa similiter erat, illustris & religiosa. Qui, cùm liberis carerent, quotidianis beneficorum obsequijs, iugique orationum instantiâ obtinuerunt à Domino filiam, [2] qui se filium sperauerũt impetraturos. Quã ducantes secundum legem Domini, eam docebant incedere, Vrsulamque proprio nomine appellabant. Hæc cum ad annos peruenisset nubiles, elegãs valdè fuit & decora, vniuersorumq; oculis gratissima. Denique & morum illius honestas atque modestia, vbique prædicabatur, vbique laudabatur. Fama tandem ipsius felix & suauis, odorq; bonæ opinionis eius ad Regẽ quendam

1 Parentes S. Vrsulæ.

2 Ortus.

dam peruenit paganum, ſed diuitijs atq; potentiâ huius pueræ patre fortiorem. Rex ſiquidem hic idem auſteri erat animi, ad
3 3 vxor illius ab infantia bonis pollebat moribus. Qui filium a-
4 bebant iuuenem & honeſtum in omnibus. 4 Porrò iuuenis bo-nę exſtitit indolis, ſpecioſus formâ & decorus. Cui pater & ma-ter eius præfati Regis boni filiam, in matrimonium copulare
Petitur ad nuptias. quærebant. Conſilio ſanè habito mittunt legatos, cum blanitijs tentant, & promiſſis parentum animum ad conſenſum ai-
5 cere, 5 cùm etiam minis geſtiunt nolentes compellere. Quid plura? Religioſo Rege ſuper filiâ nihilominus religiosâ & pudicâ titubante, nimisq; fluctuante, quid ſibi eſſet agendum? ni-
Angelus paranymphus matrimonij. titur de cœlo Angelus huius copulæ paranymphus, ſuadet fi-ã præbere cõſenſum legatis, ſponſam vocari, dotalitia ſuſcipere, & proprium patrẽ de imminẽtibus periculis eruere, alterum-q; Regem vnà cum filio promiſſis nuptijs lętificare. Prętereà ſi-
Pacta nuptialia. det Vrſulã Virginem vndecim millia Virginum expetere, quarum ex Societate triennio inſtruantur præparanda nuptijs futuris. Suſcepto igitur nuncio bono, legati reuertũtur in regionem ſuam, hilares; bona nunciant, Regem & filium lætifica-
Conſenſus 6 Continuò vniuerſarum prouinciarum conuocantur 6 fili-, Regum, Ducum, Principum, Comitumq; ac Nobilium, & no-
Delectus Virginum litaris generis puellæ. In plures ſiquidem Reges, & regiones tunc temporis illa fuêre regna diuiſa. Rex tamen idem pater iuuenis labore permaximo acies Virginum electarum plures congigans prædictæ Virgini Vrſulæ, cum ingenti dirigit apparatu ad gloria. Pater ſanè eiuſdem Virginis, Virgines electas, elegantes,
7 nobiles, vbique colligens, & 7 adunans illi donauit. Quas ille
Inſtruũtur à S Vrſula. Viſitantur ab Angelis velu tcœlitus ſibi tranſmiſſas ſuſcipiens, fide Chriſti & religione, Virgo & nobilis & glorioſa nobiliter inſtruxit. 8 Venerunt
8 ſæpiùs Angeli inter eas de cœlis directi, viſitare illas, atq; in bo-
tentãtur à Dęmonib. no corroborare propoſito. Deniq; & Angeli tenebrarum crebriùs venerunt nuptias eis ſuadere legitimas, atque opera maligna, & deſideria carnis adimplenda incitare. At illę Dei adiuta gratiâ, atque Angelorum ſanctorum munitæ cuſtodiâ, in religioſo fuerunt quotidie proficientes ſtudio, Angeli ſiquidem de cęlis B. Vrſulam omnem futuri triumphi ſeriem edocentes
9 9 prædicunt eas Coloniam ituras pariter, glorioſoq; martyrii tropæo omnes coronandas. 1L

De Britannia minore.] Intelligi per hanc Hibernia, quæ respectu Albionis, quæ nglia vocatur, minor Britannia dicta tolomæo & alijs, vide lib.3.c.3.

2. *Qui se filium sperauerunt impetraturos.*] achimum & Annam plus Deipara nobi-, quàm vllos parentes filius : pari ratio- Vrsula suos parentes aliàs futuris seculis s, transmisit cognitioni posteritatis, uius tot nepotes, vel neptes cœlo ge-

3 *Vxor ab infantia.*] Demetria licet gen- quæ etiam cum filio & filia Martyrio hiæ fuit coronata, de qua vide, quæ narrat Elabetha c. 22.

4 *Porrò iuuenis exstitit bona indolis.*] Confir- ctum B. Elisabethę de eo, quæ c. 12. ait, innocentiam & castitatem licet gentilis rtem vsque conseruarit.

5 *Cùm etiam minùs gestiunt nolentes compellere.*] quæ historia vetus habet c. 3. & nos lib. 3.

6 *Filia Regum, Ducum, &c.*] Quæ con- initate & affinitate coniunctæ erant Regi- rat etiam eâ tempestate Britannia in varios Reges, vel Regulos.

7 *Vbique colligens, & adunans.*] Verbum perfamiliare B. Hermanno, vnde sic ait in iubilo : *Laudem Deo decantemus, qui à mundo nos protexit, & de mundo nos transuexit : nos de terris adunauit, & in cœlis coronauit.*

8. *Venerunt sæpiùs Angeli.*] Quàm delectentur consortio Virginum, easque tueantur, testatur vita B. Cæciliæ, quæ sponsum Valerianum monuit, caueret pudori suo manus inferre, *mecum enim habeo custodem corporis mei Angelum Domini.* Hunc cùm aueret sponsus eius, fraterque Tiburtius oculis adspicere, postea, quàm Baptismatis vndâ respersi sunt, multâ luce conspicuum Angelum viderunt, qui serto nobili vtrumque coronauit, & precantes miro odore perfudit : ita Surius. Nota est S. Agnetis custodia, cùm enim spoliata vestibus in lustrum abriperetur, mox ab Angelo diuinâ luce contra lenones armatur, & veste de cœlo datâ amicitur, qui etiam irrumpentem Veneris satellitem Dæmoni tradidit suffocandum. Legi potest vita S. Iulianæ tom. 1. Surij. Item Chrysanthi & Dariæ.

9. *Prædicunt eas Coloniam ituras.*] Factum id paulò ante abitum, quando commoniti hac super re Episcopi & Reges, adiungere se Sodalitati statuerunt, & conditâ die cœlitus definitâ, classem conscenderunt cum Virginibus.

CAPVT III.

Quòd Episcoporum quidam & Principum cum eis sunt profecti, & quia puellæ paruulæ in cœtu erant illarum.

Adiungũt Virginib' se aliæ.

Interim dum in fide Christi & amore tot Virginum in- stituuntur millia ad iter dispositum, à Rege Patre Virginis præ- parantur nauigia. 1 Exstiterunt inter eas etiam puellæ plures 1 paruulæ lactentes, & infantulæ, quæ cùm adhuc inueniuntur, non modicum quibusdam generant ambiguitatis scrupulum. Quarum quædam septennes, vel quinquennes & infra fue- Paruulæ. runt, 2 vnius etiam anni, quædam vel dimidij, ac duorum 2 mensium vix exstiterunt, & hæc erat ratio (quemadmodum super earundem Virginum quædam apparentes testatæ sunt) Ex nobis, inquiunt, multæ, fratres habuerunt, & sorores, cognatas etiam & sibi propinquas, atque caras matronas, quæ quando Angelis sibi annunciantibus, peregrinationem præ- Maritatæ. cierunt instare futuram, coronam quoque Martyrij, Virgi- nitatis præmium sibi cœlitus promissum, 3 sorores & cogna- 3

tas cum filiabus paruulis sibi associantes, retributionis æternæ præmia, & illas pariter optant consequi secum. Peruenit præterea rumor earum & fama felix ad Episcopos terræ illius, ad nobiles quoque & militares, qui scientes verè, quod Deus erat cum eis, per quem talia fiebant, relictis quamplures illorum diuitijs, dignitatibus & terris, patriâ & cognatis, associati sunt eis, peregrinari & ipsi cupientes, atque mori pro Christo. Erant nihilominus inter eas Regum quædam quidem, Ducum, Comitum ac Principum filiæ, quarum priores exsiterunt fratres & amici, quidam etiam sponsi, qui eas in proximo, fuissent (si in patriâ remansissent) connubij legitimo iure ducturi. Interea dum expensæ ad iter peregrinationis atque nauigia præparantur, Angeli veniunt de cœlis, alijque Sancti ac Virgines sacræ, consocias suas visitantes, illasq; ad propositum salubre & sanctum confortantes.

Episcopi.

Reges.

Duces.

1 *Exstiterunt inter eas.*] Dubium incidens de repertis paruulis expedit.

2. *Vnius etiam anni quædam, vel dimidij, ac duorum mensium vix exstiterunt.*] Credo eas matres, quarum fœtus bimestres videbantur in itinere Romano tantùm accessisse: testis enim Bonfinius est, ex Narbonensi patria plurimas amore Martyrij sociatas; at qui sex mensium erant vel vnius anni, de horum accessu cum matribus respondent rogatæ Virgines visione externa, dum scriberet, eum alloquentes. Porrò eam B. Hermanno intercessisse familiaritatem cum ipsis, testatur vitæ illius autor, cap. 29. his verbis: *Tantâ fuit illis* (Vrsulanis Virginibus) *familiaritate connexus, vt multa per illas secreta cognosceret, vt aliqua illi sua nomina reuelarent: cumq; applicuisset dextram ad scribendum. Ecce vna Virginum illi euidenter apparuit, & stans coram eo, quid scripturus esset, benignissimè & familiarissimè informauit.*

3 *Sorores & cognatas cum filiabus paruulis sibi associantes retributionis æternæ præmia, & illas pariter optant consequi secum.*] Nota est fortitudo pueri Melithonis, vnius è 40. Martyribus Sebastenis: cum enim Melithon natu minimus negligeretur, ecce tibi accurrit mater, sublatumque in humeros apportauit ad reliquorum cumulum, vt in rogum cum alijs abijceretur, ita Basil. tom. 2. Miranda prorsus hac de re memorat P. Trigautius in triumphis Iaponicis, lib. 5. cap. 11. his verbis: *Præ omnibus admirabile mihi videtur, quod subiungo, ad futuri certaminis famam Thomas Neophytus quidam cum vxore & septem prolibus, communi consilio statuit, vitam, si res ferat, in Christi causa ponere, & ad crucem pro eundam, vestes iam diu sibi consuerant, è prol[illegible] in vicino pago viuebat filia, iam coniugio illiga[illegible], quæ cùm audisset in parentum ædes venturos minist[illegible], qui de Christiana fide quærerent, eò cum tribus fi[illegible]lis suis accurrit, excubitores à marito dispositos, [illegible] domo egrederetur, fallens, dictitansq; se ideo veni[illegible], vt de suis, & filiolis suis sacrificium Deo offerret in[illegible]dorem suauitatis, quæ res non immerito in stupor[illegible] Ethnicos, qui aderant, rapuit, tametsi trecenti [illegible]lites in eum vicum cum suo iudice venissent, & in[illegible]rim dum toto triduo vijs omnibus pusillus ille g[illegible] ad defectionem solicitaretur, puerulus nondum sex[illegible]nis crepundia sua cum æqualibus diuidebat, quod a[illegible]reret ea sibi in posterum nullo vsui futuram, quod [illegible] domino mactandus esset, abeunt tandem satellites [illegible]fecta re desperationem secum referentes, quod è [illegible] pueris, nec vnum à Christi fide dimouere potuisse[illegible]* Atque ne quis opponat vnam potuisse reper[illegible] familiam, quæ ita ad Martyrium anhelaret, v[illegible] verò tot millia omnis ætatis & sexus præserti[illegible] imbecillioris? Audi ex eodem, l. 2. c. 15. prodigium. Cum enim increbuisset octo Arim[illegible] pro fide exurendos esse: intra dies paucos e[illegible] Arimensi agro toto omnis gradus ætatis, se[illegible]xus, tanto numero concurrit, vt ad vigin[illegible] millia excreuerit multitudo; precatorios glo[illegible]bulos è collo conspicuos fidei suæ testes osten[illegible]tabat: Hi omnes tanta festinatione aduola[illegible]runt, vt nemo de commeatu conserendo co[illegible]gitarit, vel obliuione corporis in diuina rapti, vel quod morituri omnes sibi viderentur, curamque superfluam ducerent vitæ, quam expositurì veniebant sustinendæ. Lætum spe-

Ardor martyrij incredibilis in coniugib. *Trigault. l. 5 c. 11. Triũph Iapon.* & 7. ꝓlib.

ctaculum

gadum Deo, Angelis & hominibus, in latiſ-
ſimo campo ſub arcem in oculis Tyranni tri-
duo totum Neophyti præter Arimenſes ad vi-
ginti millia Martyrij candidati, aut potius
iamam animo purpurati ad Martyrium ſpe-
ctaculum, & ſi res ferret, exſpectandum, ad
uolarant: nocturnæ tenebræ excitatis ignibus
pellebantur, diceres ſibi quemque ſuam py-
ram ad inſtar Martyrum excitare, Tyran-
numque prouocare, vt quo omnes ardebant
incendio, concremaret: quæ omnia cùm im-
patientius ferret Dynaſta, edici iuſſit niſi ſece-
derent, ſe omnes immiſſis ſclopetarijs confe-
ctum; ſed illi tum demum exſultare, nec
inuentus eſt vel vnus è tanto numero, quem
ſclopetorum metus eiecerit, quin potius in
globum acti, ne glans vlla temerè periret,
ſubſiterunt. Deinde deducturi octo Mar-
tyres ſeni procedebant, incenſos cereos, vel
ſupplicatoria manu geſtabant, ſupra viginti
milia, latiſſimam & lætiſſimam ſupplican-
tium pompam explicabant. Cùm autem ſa-
cræ victimæ in igne exſpiraſſent, vltra ſe non
continuerunt Chriſtiani, qui repugnantibus
fruſtra miniſtris in medios ignes inuolarent.
Sacras exuuias flammis ereptúri, & licet am-
buſtis veſtibus, corporibusque ignium veſti-
gia ſecum retulerint, nullum propè fuiſſe do-
loris ſenſum, referebant, cùm intrepidè pru-
nas & ſtillantia cadauera extraherent: hoc cœ-
litibus gratiſſimum ſpectaculum ante viginti
tres annos exhibuit Iaponia: an putamus,
Chriſtianos primos circa Ann. 237. tam vici-
nos Apoſtolorum temporibus, minùs amore
Martyrij incaluiſſe? Non diſſimile narrat i-
dem Auctor lib. 3. cap. 4. cùm edictum alibi
promulgatum eſſet, qui à fide non deficerent, omnes vna die concremandos; Catholi-
cos ſingulos, vt fidem profiterentur, ſingulas
ante ædes ſuas columnas erexiſſe, ad quas ex-
urerentur, pauperiores veſtes diſtraxiſſe, vt
columnas emerent, & Martyrio frueretur.
Aliàs 70. ſe vltro ſtitiſſe Tyranno cum vincu-
lis, quibus conſtricti perimerentur.

Per ignes vadunt.

CAPVT IV.

De Genealogia B. Vrſulæ, ſociarumq; ſuarum, Virginum principalium.

1 Prædictus itaque Rex 2 Pater S. Virginis Vrſulæ, tres ha-
buit ſorores, & tres fratres; vna ſororum, Ioſippa dicebatur,
& Thelindris alia, tertia verò Eulalia. Porrò fratrum vnus
Heluidius vocabatur, ſecundus Luduicus, tertius autem
Hervvicus. Vxor namque Luduici Hermegardis eſt appel-
lata, quorum filia beata fuit 3 Pinnoſa, quæ poſt S. Vrſulam
totius Collegij beatarum Virginum gerebat Principatum.
Cuius ſoror ſancta Euodia ſecum profecta eſt, ſequens eam.
Hervvicus ſiquidem vxorem habebat, quæ nuncupata eſt
Hadevvigis, & tres in hoc ſacro exercitu filias habuerunt.
Quarum vna 4 Sapientia, alia Serena, tertia Eulalia vocabatur.
Beata ſanè Sapientia ſuper mille Virgines magiſterium habebat.
Denique; Dux Heluidius, filium etiam habuit probum iuuenem
Heluidium nomine de vxore ſua, quæ Malcha eſt appellata,
& filia erat nobiliſſimi Principis cuiuſdam. Sanè vxor iunioris
Heluidij, illorum filia Anna vocabatur, qui duas in eodem
comitatu filias habebant, quarum vna Spes, & altera Euphro-

1. 2 Dionethi 3. ſorores, totidem fratres.

3

4

ſyna dicebatur. Ioſippa ſiquidem illorum fratrum ſoror prima, maritum habebat Euſebium. Et hic fuit dux nobis, & tres in hoc cœtu ſancto habuit filias, quarum vna Eleutheria dicta eſt, & altera Ioſippa. Tertia verò Neſtor, quæ de alia vxore procreata eſt. Eleutheria nempe post

5. Virgines Principes. S. Vrſulam, Pinnoſam & Cordulam, ſuper omnes Virgines eſt conſtituta Magiſtra, poſteaque beata Florentia profuit vniuerſis, quæ filia Regis exſtitit cuiuſdam inclyti, cui dictus eſt Ægidius, vxorque illius Helena vocabatur. Hic idem ſanè Rex, conſobrinus erat Regis B. Vrſulæ patris. Sancta ſiquidem Florentia Ægidij Regis filia, ſororem secum habebat nomine Placentiam, magnæ virtutis, virginem valde illuſtrem & inclytam, quæ primorum ſuorum virtute, animique conſtantia & ſuauitate, tam Deo cara exſtitit & amabilis, quàm hominibus commendabilis. Quæ ambæ illuſtriſſimis fuerunt deſponſatæ iuuenibus multum nobilibus. Porrò ſponſus Virginis Placentiæ nobiliſſimi

Placentia ſpõſum ad martyriũ pellicit. Ducis cuiuſdam filius nomine Florinus ipſius amore illectus, cum ea ceteris adiunctus, proficiſcitur. Porrò ſororum prædictarum altera Thelindris filiam quoque inter ceteras habuit Placidam. Tertia verò Eulalia ſecuta eſt Virgines ſanctas, exulans & ipſa pro Chriſto. Inter illas nihilominus virgo quædam exſtitit illuſtris nomine Celindris, filia materteræ Regis Virginis Vrſulæ Patris, & hæc mille Virginibus præerat. Cuius ſoror dicta eſt Virgilia, cum ea in eadem exiſtens comitatu.

Cordula. Cordula ſiquidem virgo illuſtriſſima, cuius iam ſuprà mentionem fecimus, filia illuſtriſſimi fuit Comitis, qui appellatus eſt Quirinus, vxorque illius eſt Hadwigis dicta, quæ filia fuit Harderici illuſtriſſimi Comitis. Mortuo itaque Quirino duxit eam Helvidius frater eius patruus B. Vrſulæ in vxorem. Hardericus verò Comes

Vrſula Principis Daniæ filia. vir multæ probitatis, Auunculus erat piæ Reginæ matris Vrſulæ Virginis, cuius vxor Vrſula dicebatur, & erat de Daniæ nobiliſſimi cuiuſdam Principis filia de regali proſapia, qui proprio nomine Ebbo dictus eſt. Duas itaque filias virgines illuſtriſſimas in hoc cœtu ſacro habebant Iuliam & Ebbinam magnæ virtutis & probitatis domicellas.

TA

TABVLA GENEALOGICA
Paterna S. Vrsulæ.

N N N

Dioneth⁹, 2 Heluidi⁹, 3 Luduic⁹, 4 Hervvic⁹, 1 Iosippa 2 Thelindris 3 Eulalia M. Ægidi⁹ Rex cōsob. Dionethi
vxor vxor 1. vxor 2 vxor vxor vxor vxor
Dan. Malcha, Advvigis ma Herme- Hade- Eusebij Du- fil. Helena
fil. ter S. Cordulæ. gardis. vvigis. cis. filiæ

S. Vrsula, Heluidi⁹ iunior M. Piñosa 1. Sapiētia Eleutheria Placida Florentia, Placentia.
vxor post S. Vr- chiliarchis, 5. prīcipaliū
sulam, Serena, Iosippa.
Anna. Euodia. Eulalia.

Spes, Euphrosyna. Nestoria de alia vxore.



Prædictus itaque Rex.] Contexit hic mi- Genealogiam: qualis etiam videtur in vi- monstrata S. Elisabethæ, dum c. 15. ita ait: *Pro hac cùm essem cogitans de eodem Martyre* (S. Adriano) *& cupiens certius aliquid cognoscere de eo, nocte quadam visum est mihi in visione somnij, quasi oretur mihi liber aureis literis scriptus, & legi in sermonem magnum de eo, & parentela eius, & qualiter cum quatuor sororibus eius egressus fuisset de terra sua, & quomodo cum ijs Martyrium suscepit, nomina autem earum sororum, quæ ibi legebam, hæserant. Sed quamuis omnia sæpe & diligenter in eadem visione legisse mihi viderer, tamen ordinem reticuit erat, in memoria retinere non potui.* Itaque reseruata fuit hæc B. Hermanno reuelatio, qui licet breuiter vnam tantum hic attingat, in secundo tamen libro continuas familiarum origines persequitur vberiùs.

Pater S. Vrsula.] Vide adiectam tabellam genealogicam.

3. *Pinnosa.*] Huius solius meminit nominatim, post S. Vrsulam & Cordulam historia vetus, cuius titulus repertus Ann. 1156. cum hac Epigraphe: *S. Pinnosa Virginum Principalium vna.* Præter hanc decem aliæ eiusdem ferè nominis inuentæ sunt.

4. *B. Sapientia.*] Hæc cognata S. Vrsulæ, cuius nomen primùm B. Hermannus protulit, inuenta est post hanc scriptionem 144. annis post A. 1327. apud Ioannitas, vbi etiam S. Cordula, Ægidius Rex & vxor Helena effossa dicitur: vide libri huius cap. 28. item S. Florentia filia Regis Ægidij in pomario S. Cordulæ reperta est. Porrò in S. Cæcilia, corpus S. Dionethi quiescit, ibidē frater eius Hervvicus Rex & Advvigis colitur, S. Iosippæ brachiùm Olyssipone seruatur. Cetera distinctè in tabula paterna genealogiæ S. Vrsulæ indicantur, vt superuacaneum sit ijs repetendis immorari.

CAPVT V.

Quòd Comes quidam cum vxore & sex filiabus profectus est cum Virginibus sacris.

1 Beata Lucia virgo prudentissima, & illustris genere, ac moribus, cognata fuit S. Cordulæ, & hæc secum sororem habebat nomine Sapientiam, quarum pater Rex erat, sed paganus. Huius autem consobrinus, sanctus fuit Donatus, qui postea Romæ factus fuit Papa, mutato nomine dictus est Cyriacus, qui etiam relicto Papatu easdem Virgines est secutus, cum illis occubuit interemtus. Præfata itaque Lucia prudens & generosa exstitit, vna de principalibus vndecim Virginibus, quæ capita fuerunt, & Principes totius sacri 1

S. Cyriac⁹ Papa consobrinus S. Luciæ.

Collegij, & hæc mille præfuit Virginibus, Magiſtra illarum exiſtens. Sancta quoque Oſanna, erat filia Rogerij Ducis, cognati B. Pinnoſæ. Porrò ſancta Sapientia, virgo ſapiens & nobilis, cuius paulò antè mentionem fecimus, B. Vrſulæ conſobrina, vna etiam de Principalibus vndecim, Auunculum in eodem habuit comitatu ſacro, 2 Euſtachium nomine. Qui Comes illuſtris erat & potens, cuius vxor Sibilia vocata eſt. Hic idem Sanè Comes ſeptem habuit filias, quarum una in terrâ iam obierat natiuâ, ſed ſex reliquæ, Virginum Beatarum ſecutæ ſunt agmina, quarum nomina hæc ſunt: Margareta, Florentia, Euſebia, Margarita, VValburgis, Eleutheria: harum ſiquidem ſororum tres maritis copulatæ, & tres reliquæ virgines fuerunt. Pater itaque filiarum earundem ſex, & mater, cum illarum affectu, tum ſpe Martyrij exoptati, relictis dignitatibus & terris, ſecuti ſunt filias, pro Chriſto mori deſiderantes. Denique idem Comes Euſtachius fratrem habebat Epiſcopum, qui Eleutherius eſt appellatus. Hic ſimiliter, abiectâ Pontificatûs dignitate, fratrem ſecutus eſt & neptes, exulans & ipſe pro Chriſto. Porrò Comitiſſæ vxor Euſtachij iam dicti Comitis, fratrem habuit nobilem Principem & probum, qui dictus eſt 3 Macharius, & hic cum quatuor filiabus adiunctus eſt illis, quarum vna Margarita dicebatur, Serena, Aleidis, Micronia: Heluidius etiam iunior Dux nobilis, ſupradictus filius patrui Beatæ Vrſulæ, cum Anna vxore ſequebatur duas filias, ſanctam Speram & beatam Euphroſynam. Adhæſit nihilominus eis beata Blandula, Comitis cuiuſdam illuſtriſſimi filia, cuius mater erat matertera B. Sapientiæ, S. Vrſulæ cognata.

2 S. Euſtachius Comes cum vxore Sibilia, 6. filias ſecum traxerunt ad martyrium.

Frater Euſtachij S. Eleutheri Epſ & Martyr.

Sibiliæ vxoris frater Macharius cũ 4 filiab. ſe adiũxit.

3

Heluidius cum vxore & 2. filiab. Martyr.

1. *B. Lucia.*] Baptiſmus eius Romæ celebratus narratur, cap. 16.

2. *Euſtachium.*] Huius & vxoris genealogiam habes l. 2. c. 5.

3. *Macharius.*] Eius genus ibidem recenſetur.

CA-

CAPVT VI.

Quod vndecim principalium Virginum hic series, aciesq; vniuersarum aditer instruitur.

1 Beata Vrsula ceterarum ductrix & Regina, nutu DEI, Episcoporumque consilio, qui cum ea fuerunt, nauigijs præparatis, ad se accitis prudentioribus tam Virginum, quàm virorum, numerant Sodalium acies, constituunt Principes, eligunt sanctiores, animoque constantiores vndecim Virgines. 3 Diuisis itaque Virginum millibus, cuilibet millenario vnum deligunt ex his vndecim Magistram & Principem, super vniuersa quippe sociarum Virginum agmina istæ primæ extiterunt & maiores: Beata Vrsula, pijssimi Regis filia, omnium erat caput, princeps, prudens valde, & mente sagax. Post quam 4 Beata Pinnosa illustris cuiusdam Ducis filia patrui Beatæ Vrsulæ, & ipsa Virgo fuit prudentissima, ab infantia semper viuacis exstitit animi. 5 Post quam sancta Cordula, filia nobilissimi Comitis cuiusdam. Post quam B. Eleutheria, filia amitæ S. Vrsulæ, & Ducis cuiusdam. Post quam 6 beata Florentia, quæ filia erat Regis Ægidij, qui consobrinus fuit patris Beatæ Vrsulæ. Istæ quinque Virgines quasi capita & priores exstiterunt super exercitum omnem Virginum. Post has vndecim elegerunt Virgines Regum filias, Ducum, Principum ac Comitum, animo prudentes, mente intelligentes atque sagaces, quarum quæuis mille præficitur Virginibus, illas instruendo, quarum ista sunt nomina: Prima fuit Beata Iotha, filia Regis cuiusdam, virgo sapientissima, moribus insignis, & ornata virtutibus. Et hæc habuit secum duas sorores Geminianam & Beatam Iustitiam, quæ Beatæ Vrsulæ ferunt cognatæ. Secunda erat sancta Benigna, cuiusdam Ducis filia illustrissimi, quam quatuor sequebantur sorores, sancta Sibilia, Mobilia, Euphrosyna & Eustachia. Tertia beata Clementia, filia potentissimi Comitis, quæ duas secum habebat sorores, sanctam Iulianam & beatam Inductam. Quarta sancta Sapientia, Principis cuiusdam nobiliffimi filia, patrui S. Vrsulæ, & ipsa Virgo illustrissima, sapiens, & decora,

1 Delectus chiliarcharum.

2

3

Impatrix S. Vrsula.

4 4. Principes post eã Pinnosa,

5 Cordula, Eleutheria

6 Florentia.

Chiliarchæ 11.

1. B. Iotha.

2. S. Benigna.

3. S. Clementia.

4. S. Sapientia.

quæ

quæ duas ſecum duxit ſorores, ſanctam Eulaliam, & beatam
5 S Carpophora. Serenam. Quinta beata Carpophora, Regis cuiuſdam filia
boni hominis & religioſi: quæ duas ſecum habuit ſorores, Hi-
6. S. Columba. tropiam & Pallodoram. Sexta ſancta Columba, & ipſa ſimi-
liter filia erat Regis cuiuſdam, & hanc ſequebatur ſoror va-
7 beata Cordula. Septima 7 ſancta Benedicta, filia Principis
7. S Benedicta. cuiuſdam inclyti & deuoti, & iſti quatuor erant ſorores
cum comitantes, decoræ & prudentes, ſancta Cornula, Pru-
8 dentia, Sapientia, Illuſtris. Octaua 8 ſancta Odilia, cuiuſdam
8 S. Odilia filia potentis, & iſta duas ſorores ſecum habebat, vnam ad-
tam & alteram lactentem, beatam Iuliam & ſanctam Vr-
9. S. Celindris. tiam. Nona beata Celindris, quæ exſtitit filia Comitis vi-
potentis, nobiliſſimi & diuitis, & ipſa illuſtriſſima morib
& genere, prudensque valde fuit & elegans. Quæ ſolam
10 S Sibilia cum habuit ſororem ſanctam Virgiliam. Decima ſancta S
bilia, quæ filia fuit Regis viri prudentis & ſtrenui, & hanc
ſecutæ ſunt ſorores, beata Iuliana, Lucia & Eugenia. Vn-
11. S. Lucia decima beata Lucia virgo prudentiſſima, & illuſtris anim
& genere, Regis filia cuiuſdam, & hæc cognata exſtitit ſpon
ſi ſanctæ Vrſulæ, quæ ſolam ſecum ſororem duxit paruula
nomine Placidam. Porrò iſtæ vndecim Virgines ſuper vn
uerſum ſanctarum Virginum cœtum gerebant magiſterium
& quælibet earum mille præfuit Virginibus, regens eas & gu-
Adfuerunt etiam Epi, Principes, bernans. Fuerunt præterea inter eas, vt ſuprà dictum eſt
Epiſcopi ac Principes, & Nobiles quamplures earundem Vir-
Sponſi Virginum, ginum plurimarum parentes. Quidam etiam ipſarum ſpon-
ſi exſtiterunt multarum, ſed ad illarum nuptias necdum per-
Comites, uenerant, Sponſo cœleſti eas præueniente. Comitiſſæ ſimi-
Reginæ, liter interfuerunt quædam & Duciſſæ, atque Reginæ, excep-
tis nobilibus adhuc matronis compluribus. Exſtiterunt
Nutrices, etiam inter eas nutrices quamplures, quæ ſimili ardore mar-
5. Ætherij 2. ſorores. tyrij & deſiderio Paſſionis anhelabant. Denique Rex iunio-
filius Regis beatæ Vrſulæ, ſponſus duas illic ſorores habebat
vnam infra annos puellares, & alteram nubilem, quæ Comit
cuidam nobili deſponſata eſt & iuueni. Quæ cum ſancta Vr-
Altera defecit ad nuptias. ſula & ceteris Virginibus Chriſtum habere Sponſum recuſa-
uit, Comitem illi præponens, ad matrem redijt nuptura

mari

nato. De qua frater eius B. Vrſulæ ſponſus ait: [9] Soror mea plus gloriam & dignitatem dilexit terrenam, quàm cœleſtem, reuerſa ducens Comitem maritum, qui poſtmodum in breui malè obijt interemtus. Tunc illa ſerò pœnituit, ſacrarum Virginum deſeruiſſe Comitatum, & ipſa in breui poſt mortua eſt. 9 ideo punita.

1. *Acta Vrſula nutu Dei, Epiſcoporumq; conſilio.*] Optimus ſeruatus deligendi magiſtras virgines modus. 1. Nutu Dei, precibus antè ſolicitato. 2. Conſilio Epiſcoporum, quorum ſeptem bonio Societati adhæſerunt. 3. Accitis prudentioribus tam virginum, quàm virorum, vt inde de dotibus Virginum informatio caperetur.

2. *Eligunt ſanctiores, animoq; conſtantiores.*] Duo præcipuè Chiliarchis ſeu magiſtris neceſſaria 1. vitæ integritas & exemplum, quo potiùs quàm monitis ad morum honeſtatem, virginitatis amorem, & omnem virtutem informarent, ac in officio continerent; deinde animi magnitudo & inuicta conſtantia, qua in itinere ex martyrio toti ſuæ Chiliadi prælucerent. Vnde licet quædam aliæ videantur mille virgines adduxiſſe, quod tituli funerales inſinuant, alias tamen communi conſilio delectæ, quæ reliquis præficerentur.

3. *Diuiſis Virginum millibus.*] Malè igitur quidam opinantur, certum acceptum fuiſſe numerum pro incerto, cùm idem expreſſis verbis vetus hiſtoria cap. 8. teſtetur: *Perfecta claſſe completi, lectiſſimarum Virginum diſpoſito diuinitus numero.*

4. *B. Pinnoſa.*] Titulum eius ſuprà produxi. Incerti etiam alij ſororum S. Pinnoſæ, quos vide hoc lib. 7. cap. 19. quarum hîc non fit mentio vt clarum ſit verum eſſe, quod ipſe B. Hermannus fatetur, plures adfuiſſe nobiliſſimarum Virginum, quas ipſe non nominauit.

5. *Poſtquam Cordula.*] Duas enumerat Cordulas: altera fuit vna è quinque Principibus toti exercitui virgineo præpoſita, & quæ in naui delituit, poſtridie coronata; altera Regis filia, ſoror S. Columbæ, quæ ſexta Chiliarcharum erat, hæc cùm primò reperta eſſet cum ſorore ante B. Hermanni reuelationem, credita paſſim fuit illa eſſe, quæ occiſa poſtridie eſt, idque titulo eius quidam addiderunt; ſed centum annis poſtea detecta primùm magnis prodigijs eſt, & cœlitus etiam ſignificatum, eam in naui delituiſſe, ſopitâ Coloniæ, non tamen alibi, controuerſiâ.

6. *B. Florentia AEgidij Regis.*] Hanc filiam cum Rege Ægidio parente, Ioannitæ repererunt.

7. *S. Benedicta.*] Apud eoſdem eleuata eſt An. 1327. vnde confirmat B. Hermanni reuelationem. v. hoc lib. c. 28.

8. *S. Odilia filia cuiuſdam potentis.*] Reperta illa eſt circa S. Gereonem multis viſis aliquo Pariſijs euocato, & Huyum tranſlata circa A. 1287. centum & pluribus annis poſt hanc ſcriptionem. v. c. 8. c. 26. & 27.

9. *Soror mea.*] Videtur ipſe S. Ætherius ſponſus per viſionem adſpectabilem, hæc ipſi B. Hermanno indicaſſe.

CAPVT VII.

De numero Regum & Epiſcoporum, qui de Anglia cum ſacris ſunt profecti Virginibus, pariter fuere trucidati.

Regum & Epiſcoporum, qui cum eiſdem Chriſti ſacris Virginibus de Britannia ſunt profecti, & illarum patria venerunt, breuiter hîc Genealogia & ſeries tangitur; ſed in fine hiſtoriæ huius [1] in alio volumine conuerſio illorum & ſtatus exponetur latiùs. [2] Quinque ſiquidem Epiſcopi eas de Anglia 1 2 5. Epi è Britannia Vir-

gines comitati.

glia ſunt ſecuti, ſed plures illis poſtea ſunt additi in diuerſis gnis & regionibus. Priorum autem Epiſcoporum hæc eſt ſe es

1 S. Wilhelmus.

& Genealogia: quorum vnus ſanctus erat, V Vilhelmus dicea- tur, qui propriè vocatus eſt Michaël, pater verò illius V Vilhel- mus dicebatur: inde iſte traxit cognomen, vir ſanè pruden & ſapiens erat, nobiliq; ortus proſapiâ, ac de regali ſtirpe pro e- nitus. Conſobrinus etenim erat Regis S. Vrſulæ patris, & m l- tas in hoc ſacro Virginum comitatu habuit cognatas. Po ò S. Iacobus vir ſtrenuus, frater ipſius, & beata Geraſina ſoro lius matrona illuſtris, cum tribus filiabus ſecum proficiſcen s

2. S. Columbanus.

fuerunt. Alter Epiſcoporum ſanctus Columbanus dicebat vir nobilis, de Regali ortus proſapiâ, filius fuit ſanctæ Alex driæ illuſtris Duciſſæ, ſororis Vrſulæ matris. Vir namque p dens erat, caſtus, magniq; conſilij, ac ſanctæ conuerſation

3. S. Ivvan⁹

Tertius verò Epiſcoporum beatus erat Iwanus, vir grandæu bonæque vitæ, ſagax & prudens, atque ab vtero matris ſ ſemper caſtus exſtitit, erat enim ipſe de nobiliſſimâ ſtirpe p genitus, auunculus matris Vrſulæ Virginis, & beatæ Alexa-

4. S. Eleutherius.

driæ, ac ſanctæ Eulaliæ. Quartus Epiſcoporum ſanctus f Eleutherius, vir nobilis & ſapiens, magnique conſilij, & ind ſtrius. Iſte frater erat beati Euſtachij Comitis, cuius vxor S bilia ſecum fuit in eadem expeditione cum ſex filiabus. Qui

5. S. Lotharius.

tus itaque fuit Epiſcopus ſanctus Lotharius, & ipſe vir gener ſus, ac de Regali ſtirpe progenitus. Conſobrinus verò nobili ſimi iuuenis beatæ Vrſulæ ſponſi, vir prudens & boni teſtim

3 nij, caſtus, animoque ſtrenuus, & benè diſcretus. 3 Porrò de E piſcopis, qui poſtmodum illis ſunt in itinere aſſociati, nihil n

4 ſcimus, 4 excepto Cæſario Meldenſi Epiſcopo, nobili vir

5 Cõfirmat reuelationem S. Eliſabethæ.

cuius nos caput habemus, partemque corporis eius. 5 Den que felicis memoriæ virgo Eliſabeth, hæc ſatis de illorum ſerie ſcribens exponit, quæ inter ceteros Epiſcopos ſancto ſanctum Mauriſum eſſe narrat fratrem matris Vrſulæ Virginis

6 Reges enumerat.

6 Nunc de Regum quorundam ſerie, quæ nuper ſunt cœlitus reuelata, narremus, quorum quidam patres ac fratres, auun-

1 Holofernes ſeu Ætherius ſponſus.

culi & ſponſi exſtiterunt quarundam Virginum illarum, quas ipſe Rex cœleſtis mirabili ſuâ & dulci gratiâ per eaſdem Virgi-

7

nes mirabiliter conuertit. Primus illorum fuit 7 ſanctus Holo-

fernes

res iuuenis præclariſſimus, rex & filius regis B. Vrſulæ ſpon-
us. Hic cum eis non eſt profectus; ſed poſtmodum 8 illis de Ro- 8
na reuertentibus magnificè aſſociatus pergit cum eis Colo-
niam, & felicem vnà cum illis martyrij eſt adeptus palmam.
Holofernes autem nomen Holofernes, neq; illi eſt proprium; ſed pro-
pter virtutem animi multam, & corporis pulchritudinem, ita
eſt cognominatus, quem domina Eliſabeth Ætherium vocat.
Secundus autem erat inclytus iuuenis Rex Oliuerius, nobiliſſi- 2. Oliueri⁹
mi Regis Oliuerij ſenioris filius, qui per ſponſam ſuam Virgi-
nem Oliuam illuſtriſſimam eſt conuerſus, quæ magni Regis
Cleopatri fuit filia, qui Patruus exſtitit Vrſulæ Patris. Tertius
fuit Crophorus iuuenis præclariſſimus Rex, & Regis Pinnoſi 3 Crophor⁹
filius illuſtriſſimi, qui cum vxore Cleopatra Virginum aſſocia-
tus eſt collegio, etiam erat hic idem Crophorus Virginis Vrſulę
cognatus. Quartus Rex erat Lucius, pater Iothæ Virginis, quæ 4. Lucius.
prima fuit xi. Virginum principalium. Vir etiam erat nobiliſſi-
mus & potens, & vitæ bonę. Hic vxore pijſſima regina mortua,
ipse Iotham filiam & duas illius ſorores conuerſus cum illis pro-
ficiſcitur. Erat & ipſe Virginis Vrſulæ cognatus. Quintus ſanè
Rex Clodoueus fuit, vir ſtrenuus & fortis, & religioſus, qui 5 Clodoue⁹
cum vxore Regina nomine Blandina pia & religioſa per filiam
Eugeniam nobilem Duciſſam, & per maritum ipſius Ducem
piiſſimum Alexandrum conuertitur, & duas filias ſecum du-
centes ſacris aſſociantur Virginibus. Sextus ſiquidem Rex erat
Canutus vir nobilis & grandæuus, magnæq; probitatis, hono- 6. Canutus
ri & virtutis, vnà cum vxore Balbina illuſtri Regina & pru-
dentiſſima, conuerſus eſt: qui filiorum duorum ac quatuor fi-
liarum exemplo attracti atque exhortatione perſuaſi, vni filio-
rum ſuorum Carolo regnum relinquentes peregrè pro Chriſto
vniuerſorum Rege & Domino profecti ſunt. Septimus Regum
Pipinus de Orientali terræ illius plaga, cum vxore illuſtri Mar- 7 Pipinus, cum vxore & 7. liberis
grita proficiſcitur. Erat autem ipſe Rex Virginis Vrſulæ con-
ſanguineus. Quatuor ſanè filij eorum, tres filiæ religioſum Re-
gem, & matrem deuotam Reginam & piam cum filijs & filiabus
undecim liberis ſequuntur, pro Chriſto vero Rege conte- & 11. nepo-
nentes omnia. Octauus etiam Rex Adulphus, iam dicti Regis tibus.
Pipini filius, homo religioſiſſimus cum vxore Dionyſia ho- 8. Adulph⁹ cum vxore & liberis.

neſta valde Regina & virtuoſa, patri & matri adiunctus perit cum illis. Filios verò & filias ſecum ducentes, omnibus mundi pompis abrenunciantes læti Dominum ſequuntur. Nonus quoque Regum Auitus nomine, vir diues & probus filias duas ſecutus illuſtriſſimas virgines, beatam Columbam & Corcolam ſororem eius. Sancta denique Columba ex numero fuit Virginum vndecim principalium. Auunculus præterea erat Odiliæ virginis, quæ vna fuit Virginum principalium. Decimus ſanè Regum Siranus, qui multa morum probitate polebat, & hic cum vxore Sibilia illuſtriſſimam filiam Sibiliam, & tres illius ſorores ſecuti ſunt. Denique beata Sibilia virgo prudens & honeſta valde, de principalibus vndecim fuit Virginibus, mille virgines gubernans. Vndecimus ſiquidem Regum erat inclytus Rex Danorum Refridus, qui peroxorem Oliuam adhuc valde iuuenculam conuerſus, illam ſequitur, iungens ſe ſanctarum Virginum cœtui. Hæc eadem Oliua filia Ducis de Saxonia, viri nobiliſſimi, quaſi apis ſtudioſiſſima circuit, quærens, quos ad Dominum conuerta. Nos ſanè omnes hos Reges & Reginas, Duces & Comites ſequentes non audemus affirmare legitimos, ſed tamen virtute, potentia, diuitijs & genere Regibus comparari, & Regum nominibus appellari. Nos itaque veritatem diligentes, puram veritatis tramite incedentes, reuelata ſcribimus, falſitatiſque 9 ambaginem prorſus deteſtantes. 9 Erant enim tunc temporis Regum regna modica, ſicut in Libro Regum legitur, 10 quod 10 triginta duo Reges contra tres ad bellum veneranter præparati, & etiam filij Regum, Reges, & Ducum, Duces, & Comitum, Comites appellari ſolent.

9. Auitus.

10. Siranꝰ.

11. Refridꝰ

1. *In alio volumine conuerſio illorum & ſtatus exponetur latiùs.*] Hic liber perierat: eum reconditum beneficio Cœlitum è tenebris erui, qui admirabile dat lumen geſtis Vrſulanis; nam & Raſo expreſsè teſtatur B. Hermannum has genealogias contexuiſſe, & Steinfeldiæ fuiſſe aſſeruatas.

2. *Quinque ſiquidem Epiſcopi eas de Anglia ſunt ſecuti; ſed plures illu poſtea ſunt additi in diuerſis regnis.*] Britannos ſolos recenſet hoc loco, præter eos, quos ex Albione ſecum S. Ætherius, vt Clementem I piſcopum aſſum ſit, reliqui acceſsére in itinere Romano: confundit autem hic Angliam cum Britannia, temporis ſui more.

3. *Porrò de Epiſcopis, qui poſtmodum illis ſunt in itinere ſociati, nos nihil ſcimus.*] Vel hinc pat non omnia reuelari ſemper Prophetæ, ſed qu dam eos quand que celare Deum; idem Eli fatetur, præſertim cum id non opus: conſtat nim de alijs abundè ex repertis titulis, & S. Eli bethæ narratione, quam hic approbat.

4. *Excepto Caſario Meldenſi Epiſcopo, cuius caput habemus.*] Non obſtat Steinfeldiæ cap illud non reperiri, potuit bellicis motibus pe ditum eſſe; potuit tranſmiſſum eſſe aliò, pote ibidem adhuc eſſe, ſed innominatum.

5. *Denique felicis memoriæ Eliſabeth hoc ſatis de il ſerie ſcribens exponit.*] Facit hoc c. 6. 7. 8. 9. 10.

6. Nu

6. *Tunc de Regum quorundam serie, quæ nuper cœlitus reuelata sunt, narremus.*] Sciuit ergo fuisse diuinam reuelationem, quod scire potuit certo, si species nouæ intellectuales horum nominum & dellorum genealogia fuerint impressæ.

7. *Sanctus Holofernes sponsus.*] Tria ei fuêre nomina vel cognomina. Primò enim in Britannia nomine proprio Conanus ante baptismum dicebatur, cui hoc B. Hermannus ei cognomen Holofernis addit, ob virtutem animi, & corporis speciem, ac formæ venustatem eximiam, quasi ὀλοφανεὶς diceretur. Tertium post baptismum accedit, cum Ætherius fuit nominatus, vti titulus sepulcralis & S. Elisabeth cap. 11. apertè testatur.

8. *Illis de Roma venientibus.*] Malè ergo qui putant à S. Vrsula Romam esse deductum sponsum. Porrò Regum catalogum & virtutes v. c. 18.

9. *Erant enim tunc temporis.*] Obiectionem diluit, quomodo tot Reges maximè in Britannia, de quibus Chronologi & Historici non meminerunt? Respondet *primò* regna fuisse plurima & parua, *secundò* quosdam ex illis fuisse Regum filios. Porrò quam certus fuerit B. Hermann. à se vera scribi his testatur verbis: *Nos itaque veritatem diligentes puro veritatis tramite incedentes reuelata scribimus, falsitatisq; ambaginem prorsus detestantes.*] Quod tam affirmatè non diceret, nisi certus esset, & fortè euidentia in attestante de veritate.

10. *Triginta duo Reges.*] Ita 3. Regum c. 20. dicitur: *Benedab Rex Syriæ congregauit omnem exercitum, & 32. Reges secum.* Miror oscitantiam Vsserij, qui hoc loco taxat Anonymi reuelationem, negatque in vllo libro Regum fieri horum 32. Regum mentionem. *Vsser. c. 15. Brit. Eccl.*

CAPVT VIII.

Quod sibi sunt concordantes in hac vndecim millium Virginum expeditione, frater huius historiæ notarius, & domina Elisabeth.

Et autoritate aliorum & testimonio nostram tutamur partiatem, 1 Virginis Christi Elisabeth deuotæ in medium profeemus testimonium, & quid illa de tam sublimium personarum profectione sentiat, ostendemus. Ait enim de Colonia se titulos sibi transmissos vidisse Episcoporum, Virginum, Reginarum & Ducissarum nobilissimarum vndecim millium sociorum & sociarum. Inter quos B. Gerasinæ Siciliensis Reginæ reperit titulum, & quatuor filiarum eius Virginum, vniusq; filii sui adhuc pueri. Et hanc totius exercitus Virginum dicit esse principem & ductricem atque sororem Reginæ Matris Vrsulæ Virginis. Præterea & Reginam Constantiam 2 Regni Constantinopolitani imperatricem, & virginem asserit interfuisse cum S. Marculo Episcopo ipsius auunculo. Sãctam quoq; Axparam illustrissimam Ducissam, & filiam materteræ præclarissimi iuuenis Vrsulæ sponsi adfuisse descripsit. Nos itaque ipsi, quam tunquam vidimus 3 testimonium, in hac parte perhibemus, quod quæ de iam dictis scribendo protulit personis, vera sunt. Et multò minùs, quã eiusdẽ materiæ veritas exposcat, scripsit: quod tamen iuuante Dño per nos latius supplebitur. 4 Axpara sanè hæc eadẽ & Ducissa fuit & Regina sapiẽs valde & industria ac prouida. Porrò alias de ipsa & filiab. eius atq; cõsobrinis ipsi⁹

Iterũ cõfirmat S. Elisabethę reuelationem 1

& titulos sepulcrales

2

3 Promittit suppleturũ se ea, quæ ipsa omisit

4 Reginas enumerat Axpara.

Anchira Ducissa, & filiabus suis quatuor, & Eleutheria Comitissa, ac filia sua virgine Lucentia præclarissima tractabitur. Aderat etiam Sibilia regina magnæ virtutis iuuencula, S. Eulaliæ filia, Vrsulæ Virginis matertera. 5 Regina verò Norwendorum Hodierna cum filia virgine Hodierna adfuit. Regina præterea Suauorum Benedicta, cum duabus filiabus virginibus Hiacyntha & Sophia similiter aderat. Regina etiam 6 Lucretia iam ante pagana ab Angelo Christi admonita cum duabus reginis, ac filia eius Scenni virgine sanctissima cum eis proficiscitur. Regina quidem Clara nomine, religiosa valde, & eleemosyna maxima, cum duabus filiabus virginibus Sapientia & Caritate, sequitur illas. Rex sanè Bonifacius iam ante paganus cum filia Bonifacia virgine religiosissima aderat. 7 Rex etiam Laurentius iam ante paganus, atque Christianorum inimicus ac sæuus Tyrannus, postea nutu Dei correptus, mirabiliterque conuersus ex lupo agnus efficitur. Qui sponsam suam sequitur Resindem Virginem beatissimam reginam Corthaniæ filiam de Hibernia: Denique & ipsam Resindem sponsæ suæ matrem cum duabus reginis Hestora & Magmorach secum ducebat, quarum vna soror erat ipsius. Adfuerunt adhuc plures tam de Hibernia, quam de ceteris regnis Principum filiæ, & Regum, Ducissarum, & Comitissarum, Filia etiam 8 Arthuri Regis de Britannia, beata Natalia, atque sancta Polodora cum sorore Iulia ipsius cognata Polycarpi Regis filia, Virgines illustrissimæ cum nobili Virginum aderant comitatu. Filia nihilominus adfuit magni Regis, & Ducis inclyti Nicomedis. Eustemia virgo prudentissima, & deuota valde, cum sororibus Eudonia & Eugenia Virginibus prædictarum Virginum cognatis. Filiæ verò quondam Regis Normannorum: qui nunc Comes appellatur de Normandia. 9 Beata Dorothea, & soror eius Lucia cum suo adfuerunt comitatu nobilissimo. Filiæ præterea quondam 10 Regis Flandrensium, qui nunc Comes dicitur, Lucia, Germana cum matre Theodora præclarissima matrona adfuerunt, peregrinantes pro Christo. Filia sanè Duc

Sibilia.

5

Hodierna

Benedicta

6

Lucretia, Clara,

Rex Bonifacius cum filia Bonifacia.

7

Laurentij Rex antea hostis Christianorum sequitur sponsam Resindem

8

Natalia.

Iulia,

Eustemia,

9

Dorothea & Lucia.

10

Bra

lantini Louanienſis Gyana, atque cognata ipſius Hywa-
fiia auunculi eius,& duæ filiæ Comitis Himwanenſis Iſan-
Herdara cum illis proficiſcuntur. Filia etiam Ducis Fri-
m Eliſabeth cognata Reginæ Danorum, & ſoror i-
ſimiliter pergunt cum illis, Dux verò Alexander
vxore, & tribus ſororibus, Dux etiam Sincerus I-
Regis filius cum vxore & filia Thaiſi & duabus ſo-
bus illis adhæſerunt. Præterea cum ceteris Principi-
, & Comitibus adfuit Hardericus Comes illuſtriſſi- Harderic⁹ Comes cũ vxore Vr-ſula.
auunculus Reginæ Virginis Vrſulæ matris, cum vxo-
Vrſula muliere deuota & ſtrenua, multumque laudabili.
ſta Vrſula Comitiſſa Regina Virgo Vrſula nomen acce-
Habebant ſanè ſecum tres filias Iulianam, & Ebinam
gines præclaras, atque Hadwigem Duciſſam, Cordulæ
ginis matrem. Eliſabeth virgo ſanctiſſima Ioannis ma- Eliſabeth⁹ duæ exi miæ cultri ces Deipa-ræ.
Principis filia, cuius mater Eliſabeth dicebatur, & erat
or S. Cæſarij Epiſcopi Meldenſis. Inter cetera, quæ age-
t opera bona, mater hæc & filia Dominam noſtram
mo affectu dilexerunt. 11 Vnde ipſa Regina cœlorum 11
teriam dans fratri expeditionem earum ſcribenti, iniun-
, vt eam ſcriberet; eſt enim ſeries expeditionis eius pul-
ra. Sancta etiam Neſtoria Virgo adfuit illuſtriſſima, cu-
mater Ægidia filia fuit Hunerici Regis magni VVallio-
n. Pater ſiquidem Neſtoriæ Virginis Dux erat Euſe-
bius, & eadem Virgo ſoror Eleutheriæ & Ioſippæ Virgi-
nim ex parte patris. Ecce prædictorum Regum, & Re-
gharum, Ducum, Comitum, & Principum, illuſtriſſi-
rarum Virginum, & matronarum expeditionum ſeriem
ilcherrimam ſingillatim deſcripſimus in alio volumine,
& pleniorem, in quibus Lector, ſi eam vſque in finem per-
gerit, Virginum plurimarum nobilium, & domicellarum
udabilem vitam, mirabitur, & religioſam conuerſatio-
m earum pudicam.

1. *Virginis Chriſti Eliſabeth deuota in medium profertur teſtimonium.*] Approbat reuelatio-nem illam ſequenti libro exponendam, pro-fectq; quæ ipſa habet c. 4. 14. & 15.

2. *Regni Conſtantinopolitani imperatricem.*] Eo modo, quo S. Maternus vocatur Archiepi-ſcopus Colonienſis, quia poſteriores loci An-tiſtites ea fuerunt ornari dignitate: ita quia poſteriores Reges Thraciæ, & Byzantij di-cti fuerunt Imperatores Conſtantinopolitani, quandoque priores eo honoris titulo inſi-gniuntur.

3. *Testimonium perhibemus.*] Quod si veram B. Hermanni ab euentu monstrauerimus reuelationem: sanè & hanc visionem, quam is ita laudat, & c. 25. expresè docet esse cœlitus acceptam, amplecti & defendere debemus, vt rectè cœperimus vtramque cum vetere & profana, sacraq; temporis historia conciliare.

4. *Axpara.*] Quas Reginas S. Elisabeth fusè describit occasione itineris, vel titulorum, eas verbo tantùm B. Hermannus attingit, supplendo prætermissa: sic de Axpara fusè S. Elisabeth c. 9. egerat occasione figuræ repertæ in sepulcro S. Ætherij: vnde frustra aliqui illud oraculum in dubium vocant, ob figuram illam, cùm eam de nouo, suo confirmet B. Hermannus suffragio: titulus enim eius inuentus est cum hac epigraphe: *S. Axpara Ducissa*: eum probat B. Hermannus, ac vocatam Ducissam simul, & Reginam asserit: genus eius v. l. 2. c. 28.

5. *Regina Norvvendorum.*] Seu Wandalorum Septentrionalium, Wandali enim *VVenden* dicti (quorum res gestas Crantzius persequitur libris 14.) Reges habuêre non in patria tantùm, sed & Hispania & Africa, de quibus v. lib. 2. c. 25.

6. *Lucretia ab Angelo Christi admonita.*] Vti & S. Marculus cum Constantia Byzantio Romam euocati ab Angelo, teste S. Elisabetha, c. 14.

7. *Rex etiam Laurentius iam antè paganus, atque Christianorum inimicus.*] Rex ille non idololatra tantùm; sed & fidei & Christianorum persecutor, Dei potentia (*in cuius manu sunt corda regum*) ex lupo agni instar cicur redditus, si[ti]sam Resindem, quam afflictim deperibat, [ha]cutus est: obserua prouidentiam diuinam: [Re]sindis sponsa esca erat, qua Laurentius Re[gem] fidei, & societati accederet; is verò & spe [re]matrem, & sororem suam cum altera Re[gina] suo rapuit exemplo ad Martyrium, quam n[on] Dei sapientia, quæ suo quemuis hamo capi[at] æterna decoret gloria?

8. *Arthuri Regis.*] Multi fuêre in Britan[nia] Arthuri Reges; hic tamen non exstat in histo[ria] circa ea tempora, quia vt Gildas lamentatur [de] lorum temporum annales perierunt; ideo [non] audiendus est Galfredus, qui nescio, quos è [fa]buloso scriptore, fabulosus ipse autor, re[fe]comminiscitur.

9. *Dorothea Regis Normannorum.*] Intell[ige] Regem Norwegiæ, cuius posteri Gallicam [Ne]cuparunt Normanniam, de quibus B. Herm[an]nus ait, *hodie Comites, non Reges* habere: q[uo]cùm circa Ann. 861. illis ea regio tribueret[ur] ita conuentum est, vt ibidem non nisi Comi[tes] vterentur titulo.

10. *Filia praterea Regis Flandrensium.*] Proli[xe] de hac disputationem lib. 1. c. 28. dedi.

11. *Ipsa Regina Cœlorum materiam dans Fr[ancis] expeditionem eorum scribenti iniunxit.*] Hinc c[o]lige, quid Deipara contulerit ad hanc script[u]nem; aderat enim, vti & quandoque S. Vrsu[la] & certorum commone faciebat: hic quide[m] vt clientulas suas à cultu sui commendaret.

CAPVT IX.

Quòd sacræ Virgines cœlitus iubentur iter arripere.

Dumq; Virginum earundem à Deo[1] dispositum peregrinationis tempus instaret, sacreq; dies expeditionis adfuisset: diuinitus admonentur iter arripere, atque ad naues confugere. Tunc surrexerunt omnes Virgines illę cursim ad nauigia festinantes, & nulli dubium, quin Sanctorum multi, tam Angelorum, quàm ceterorum adfuissent, illas ducentes, illisq; congratulantes. Aderat præterea & Satan cum innumerabili satellitum suorum multitudine, aliquas ex ipsis impedire volentes. At illæ diuina protectione munitæ, & maligni spiritus vacui reuertuntur & inanes. Quantus ibi luctus! quantusq; mœror & planctus! cùm filiæ tam nobiles, tamq; decoræ & elegantes à parentibus & amicis ab inuicem separarentur, atque spes nul-

Discessio sodalitatis

Mœror parentum.

nulla de cetero foret remeandi? Gladius tui amoris hoc fecit, Bone IESV, bis acutus, qui separauit filios & filias à parentibus, à coris & notis. Confestim itaque oculis parentum, amicorumque obtutibus velificantes subducuntur, Angelica visitatione gaudentes confortantur, illorumque præsentia delectatæ, quæ retro oblitæ sunt, ad gaudia sibi promissa festinant. Lætitia Virginum

2 Porrò lactentes infantulæ, quæ vberum lacte nutriri solebant, iam nullo prorsus mammillarum nutrimento alebantur; sed 3 digitos in ora mittebant, & statim de ipsis digitis roren sibi cœlitus ministratum sugebant, cuius vigore sustentabantur. Nunquam in eodem itinere, vt paruulorum mos est & natura, sordebant se madefacientes; sed nec plorantes vagibant, alijs inferentes molestiam, & istæ in numero vndecim millium non fuerunt, sed supra sunt adnumeratæ, quarum numerus paruularum ferè ad quingentos habebatur. Sed ne alicui ista incredibilia videantur & friuola, quæ de ipsis infantibus diximus, ecce quæ nuper in nostra Parochia contigisse percepimus, ad confirmationem horum proferemus. Denique matrona quædam tres vno partu edidit infantulas, harum quindecim superuixit diebus vna, alia tribus hebdomadibus, & tertia quatuor. Nulla siquidem earum vel vberum vel cibi alicuius alebatur nutrimento, dum aduiuerent. Ecce adhuc in medio proferemus, quæ ab honestis Abbatibus quibusdam, & viris, & mulieribus pro certo comperimus. Virgo quædam iam prouectioris existens ætatis, sanctéque conuersationis & vitæ, multis annis lecto decumbens, in inferiori corporis parte præmortua fermè, nullum cibi vel potûs degustat alimentum, aliquando tamen parum escæ ingerit ori, qua masticata ipsam substantiam exspuens egeri, ac sic solo illius succo alitur. Præterea vix oui vnius testam vno plenam hauriens sumit, & hæc est dieta illius. Idem sanè vini tantillulum taliter haustum intrinsecus consumitur naturali æstu, & non eget, vt saltem rarò de lecto moueatur. Sed nec propter requisita naturæ mouetur de stratu suo. Idem ex pluribus Dei miraculis, quæ ipse pia dignatione sua in quibusdam bene notis operatur, ad illorum testimonium, quæ de ipsis adhuc sacris Virginibus sumus dicturi, narrabi-

2 & infantiũ

3

quingentarũ numero

Confirmat similibus exemplis.

mus. Quandam Dei famulam nouimus & Virginem, quæ fr
quenter in oratione; dum Spiritus Sancti succenderetur cal
re, sursum in aërem subleuata stabat orationes suas perficien
Quod similiter Abbati cuidam religioso, quem satis cogn
uimus, accidisse percepimus. Denique aliquando de rebus su
quædam cistellæ nostræ imposuimus, diligenti cura, claue fe
rea firmantes, quæ postmodum illa obserata arca, manu ten
bat nobis ostendens. Quid ergo mirum, si Dominus sacraru
Virginum Sponsus aliqua mira cum illis operatur, Roma
eas deducendo, atque Coloniam reducendo? Ecce cùm nup
hic idem Notarius super quibusdam, quæ in hoc volumin
continentur, dubius hæsitaret miraculis, cœlitus illi diceb
4 tur, quod 4quæ scripsisti, omnino vera sunt, atque adhuc tant
& tam admiranda inter easdem Virgines Dominus patrau
miracula, quæ si scripta forent, vix aliquis hominum illis cr
dendo fidem præberet.

1. *Dispositum à Deo peregrinationis tempus instavit.*] Dies ea fuit manifestata cœlitus, vt necessaria ad iter, & plures naues aptarentur, & Reges, Episcopiq; admoniti eo die cum Virginibus classem conscenderent, quo martyrij laurea donarentur.

2. *Porrò lactentes infantulæ nullo prorsus mammillarum nutrimento alebantur.*] Quatuor de lactentibus prodigia refert: 1. non vlos lactis alimento, 2. è digitis sux isse rorem alimentarium, 3. sordibus caruisse, 4. omni vagitu abstinuisse. Nota sunt, peruulgataq; Sanctorum exempla, qui iam inde ab ortu certis hebdomadæ diebus à lacte abstinuerunt; S. Sisinnius Thaunensis Episcopus quarta & sexta feria Sabbatoque tantùm, & de die semel sugebat vbera. *Petr. Equilinus lib. 3.* Idem faciebat diebus Lunæ, Mercurij & Veneris Ioannes de Firmo vocatus de Aluerna, *Gretserus de disciplinis c. 14.* S. Nicolaus cum reliquos dies noctesque lugeret, quarta tamen & sexta feria nullo nutricis lenocinio, vel naturæ necessitate adigi poterat, vt ante vesperam lac gustaret. *Surius in Decembri.* In Tullensi territorio puella duodennis percepta in Paschate sacra Synaxi, primùm per decem menses panem, deinde omnem cibum & potum per triennium fastidiuit, & post ad communem hominum vitam redijt, *Sigebertus ad Ann. 823. Regino lib. 2. Albertus* etiam *Magnus l. 7. de animalib.* autor est Coloniæ sub Friderico 2. mulierem sine alimonia sæpe 30. dies vixisse: & virum se melancholicum vidisse ait, qui absque cibo septem perseuerauit hebdomadas: alternis tantùm diebus aquam exsorbentem. Perusiæ verò Palum
Interamnensis annos nata viginti, sumta sa
Synaxi nullis alijs alimentis septem vixit
nos, id quod Innocentius 8. re diligentere
minata inspexit, *Fulgosus l. 1. & 2. &*
Idem alibi refert de Nicolao Heluetio Vnd
ualdensi, qui solitariam vitam cùm deger
15. annos ab omni nutrimento & potu vbi te
perauit, rem accuratè discussit loci Dioece
Constantiensis Episcopus, qui cùm sub ol
dientiæ præcepto ei cibi esum præcepis
quod futurum antè prædixerat, euenit, vt
duo stomachi dolore grauiter laboraret. C
cludo cum puella Margarita, quæ Ann. 15
apud Spirenses in villa Rhodo decimo æta
anno correpta capitis & ventris dolore, ci
festum S. Michaëlis cibum fastidire cœp
sub Natalem Domini nihil alimenti admi
nihil per aluum egessit, quamuis à potu non a
horreret: à quo tamen circa Pascha pror
abstinuit, æstiuis etiam caloribus, vt omni v
næ redditione liberaretur; quam rem, nequ
subesset fraudis, Ferdinandus Romanoru
Rex (vt autor est *Gerardus Buroldianus*) p
medicos exploratam testatissimam fec
Quod si miraris ea, quæ subdit.

3. *Sed digitos in ora mittebant, & statim de*
digitis rorem sibi cœlitus subministratum sugeban
cuius vigore sustentabantur.] Mirare etiam San
sonem, Iud. 15 è maxilla asini bibentem, de qu
Scriptura, *Aperuit Dominus molarem dentem in ma*
xilla asini, & egressæ sunt ex ea aquæ, quibus hausi
refocillauit spiritum, & vires recepit. Eo
duri

Abstinentia paruulorũ

Adultorũ.

ſſum in morem ſpongiæ, vt quidam vo-
, onbibitam è terra ſalientem aquam ſup-
ſitienti: nonne facilius poroſa digito-
extremitas inditum cœlitus humorem ſu-
otuit miniſtrare? S. Agnetis Politianæ
i digiti poſt mortem balſami liquorem
iſſimum diu ſtillarunt, vt autor eſt Ray-
, *in eius vita apud Surium vlt. April.*
. Catharinæ fundunt à ſe guttatim hu-
, quale vnum totum humidum quaſi é-
n ex aqua monſtrauit mihi D. Blancken-
Veteris Montis Prælatus dignißimus hoc
46. Aliud Virgines Greuerodenſes ſer-
quo diuerſis temporibus mel, lac, aqua,
s, oleum, & aromatites emanarunt: de
eo dante fuſius alias agam. S. Thereſæ
pulpa caro præciſa etiam liquorem ægris ſaluti-
ferum inexhauſta ſcaturigine effundit, vti &
crudum S. Cyriaci cranium, autore Surio *in vita S. Silueſtri Abbatis 27. Nouemb.* Similem Deus vim
puerorum pulpæ carni in extremis digitis in-
didit, vt inde rorem cœleſtem exſugentes vi-
tam ſuſtentarent.

4. *Quæ ſcripſiſti, omnino vera ſunt.*] Decebat tam illuſtrem Societatem, qualis ex orbe terrarum nunquam ad tam nobilem finem à diuina prouidentia congregata erat, maioribus à Deo fauoribus condecorari, vnde quo liberaliores in Deum tot Reges & Principes, viri cum tenellis virginibus in calcandis amore Chriſti fluxis inueniebantur, hoc ſe etiam liberaliorem Deus in donis cœleſtibus cumulãdis exhibebat.

CAPVT X.

Quomodo Rex Holofernes Vrſulæ ſponſus diuinitus iubetur ſequi ſponſam ſuam.

Maligni autem ſpiritus, qui ad illarum diſceſſum venerant, tantes, ſi aliquid ſui iuris in eis reperirent, fruſtratos ſeſe do-
tes aggrediuntur Principes, quorum filiæ ſorores abierant, Luctus Britanniæ
cognatæ dolore nimio illorum corda ſauciant. Adeo verò
rimorum mœror extitit grauis ſuper illarum abſentia, vt
vix multis temporibus conſolationis medelam reciperent.
Sicut enim Ægyptij quondam ſuis ſpoliabantur principibus Ob diſceſſũ virginũ
caris in mari rubro demerſis, ita nunc multa terrarum regna
illuſtriſſimis ſpoliantur virginibus, matronis & principibus.
Quocirca graui gemunt luctu, flentes nunquam reuerſuras.
Adhuc autem dolor additur dolori letalis fermè & exitialis, 2
um in breui poſt filius Regis rex iunior Holofernes inclytus 3
& Regis Ætherij.
pius, totiq; populo carus & acceptus, beatæ Virginis Vrſulæ
ſponſus, gratia inſpiratus diuina, patriam & regnum deſerere
diſpoſuit, qui ſpes totius regni exſtitit terræ illius. Ipſe quidem
diuino fretus auxilio, cœleſtiq; adiutus adminiculo: ſponſam
ſuam, exercitumque illius piarum virginum agmina 4 animo 4
ſequitur virili, Angelica protectione deductus. 5 Beatus 5
quẽs Ioẽs comitatur
quippe Ioannes Apoſtolus, atque Angelici quidam ſpiritus ſæ-
pe illi adfuerunt piè ducentes eum à malignorum ſpirituum
infeſtatione defenſabant. Hic idem verò Euangeliſta dulciſſi-
mus ab ipſo virginum earundem peregrinationis exordio

ſem-

ſemper illis aderat in bono confortans propoſito, & vſq; in finem eas pia ſolicitdine gubernauit. Cùmq; idem iu-nis cum ſuis comitibus virgines ſacras ſumma inſequere-festinantia, dæmones illum frequenter impetentes retrah-nitebantur, mala ſuggerentes. Qui Dei protectus cuſto-Angelicoq; munitus præſidio cœptum iter deuotus proſeq-tur. Iam enim animus multo dilectionis ardore æſtuans, ea-dem ſponſam vtpote rex inclytus, pius, & mitis ſua præſen-
6 gloria magna, [6] nobili apparatu, & honore regio viſitau-
7 [7] Vnde ſecretorum eiuſdem Virginis, quæ cœlitus reuel-illi exſtiterant, conſcius, conſtanti animo inſtitit, & fide-quatenus honorificè ſecundùm Dei diſpoſitionem om-conſummata perficerentur.

fruſtra dæmonibus obſiſtētib.

1. *Quomodo.*] Spectat capitis huius argumentum ad 18. caput, narratur enim hic anticipata ſponſi nauigatio, oblata occaſione doloris amicorum ex diſceſſu ſororum, fratrum, agnatorum; nec erat is regni vnius proprius; ad plurimos ſpectabat; quia, vt ait B. Hermannus, *multa terrarum regna illuſtriſsimis ſpoliantur Virginibus, Matronis & Principibus.* Iam enim increbuerat eas omnes ad Martyrium profectas nunquam in patriam redituras.

2. *Adhuc autem dolor additur dolori letaliter fermè.*] Ex amore ſubditorum, & exſpectatione, quam egregia Conani indoles de ſe excitarat, quaſi communis quædam deſperatio naſcitur, in eo luctu ob eius diſceſſum.

3. *Cum in breui poſt filius Regis rex iunior.*] Incidit profectio ſponſi in reditum Romanæ peregrinationis, vt expreſsiùs declarat S. Eliſabeth c. 12. *Cum reuerteretur exercitus à Roma Beatarum Virginum, in ipſa nocte, qua ſexti diei iter conſummatum erat, AEtherius Rex per viſionem à Domino admonitus eſt.*

4. *Animò inſequitur virili, Angelica protectione deductus.*] Opus hic erat hoc copioſiore diuino ſolatio, quo Catechumenus hic maioribus exponebatur periculis.

5. *Idem Euangeliſta.*] Quidni caſtiſsimus cuſtos Deiparæ S. Ioannes, hunc caſtiſsimum Regem deduceret, qui ad vigeſimum quintum ætatis annum inter tot aulæ delicias gentilis caſtimoniam illibatam conſeruarat? Ita B. Eduardo Anglorum Regi etiam ſæpe S. Ioannes Euangeliſta viſus eſt: gemina ſanè hiſtoria eſt, vnam ſi martyrij lauream decerpſeris, qua S. Ætherius præ ſucceſſore S. Eduardo Rege item Angliæ decoratur. Vterque coniugio illigatus caſtitatis florem à teneris illibatum prætulit poſteritati, vterque Romanam peregrinationem incenſo ſtudio deſiderauit, Eduardus ta-à Pontifice voti religione, quo ſe alligarat. ſendi S. Petri reliquias, exſolutus eſt: Æthe-verò iter arripuit; ſed antè, martyrio decor-quam id decurreret. Eduardus à S. Petro-gno prodigio inunctus in Regem: Æthe-à Vicario Romani Pontificis S. Petri ſucceſſ-& Baptiſmo ablutus, & caſto matrimonio-pulatus. Rarus vtriuſque S. Ioannis cuſt-defenſio: Nihil negabat S. Eduardus ei, qui-quid S. Ioannis nomine poſtularet, periclit-eam pietatem ipſe S. Ioannes eſt, mendica-lum indutus, dum importunè ſtipem flag-S. Ioannis Euangeliſtæ nomine, quo Rex auc-cum ad manum carius vel precioſius nil h-ret, eum aureo donauit annulo, magno ſu-ſubditorum emolumento. Duo Angli Hi-ſolymam abierunt loca ſacra viſitaturi, cum à via aberraſſent, occurrit eis ſenex, e-nes reducit in viam & vrbem proximam, cum eos lautè excepiſſet, & manè diei inſequ-tis ex vrbe deductos ſecuros de felici in patr-reditu reddidiſſet, ſolius Regis intuitu, ob c-pietatem ſe ijs in periculis adfore: profeſſus-ſe Ioannem Apoſtolum eſſe, qui præcipuo an-re Regis caſtitatem complecteretur, & annul-Regi reportandum peregrinis obtulit, hac-nunciatione: *inſtare diem obitus, & poſt aliq-menſes ego Regem veſtrum viſitans viſitabo, vt mec-ſequatur Agnum, quocunque ierit.* An mirum-deatur S. Eduardo talia eueniſſe, quando t-diu ante S. Ætherium Albionis etiam Reg-caſtum & martyrem tam ſolicitè deduxit in-Fuit hæc iam inde à S. Vrſula & Ætherio glo-regni huius, quod nullum tot caſtos coniu-& religioſos Reges viderit: imò & martyres.

6. *Nobili apparatu & honore regio viſitaui-* Videtur enim in comitatu ſuo alios habui-

Reg-

Principes viros, qui ad nuptias inuitati & postea edocti à sponso de cœlitus S. Vrsulæ peregrinatione pro compad martyrium, suo eos etiam exemplo lem arripiendum excitauit. Ideo sub-

nde secretorum eiusdem Virginis, quæ cæli- ei revelata exstiterant, conscius.] Quia in dis- omano hæc illi cœlitus indicata; ideo uit magnificentia, quasi nuptias alibi celebraturus profectus est, eo consilio, vt plures terræ filij eadem die (sicut æterno Dei consilio decretum norat) & ipse cum sponsa martyrio coronarentur spectaculo admirabili, quo post natos homines illustrius tot personis summo loco natis certantibus mundus non viderat; adeo vt si tituli diuerso tempore reperti inspiciantur, vix hic dimidia eorum Principum virorum pars enumerata videatur, qui tamen Sodalitati interfuerunt.

CAPVT XI.

d in duobus diebus & dimidio, Angelis ducentibus, vsque Coloniam peruenerunt.

Quemadmodum quondam [1] Moyse de Ægypto populum 1
æliticum in terram repromissionis ducente aderat diuina
usodia, nocte dieq; illos protegens; ita nunc Virginum ista-
ir sanctis agminibus [2] Angelorum adfuit frequentia, & tan- 2
Sanctorum, vt suprà, & circa conuersantes, omnem eis me-
an auferrent & mœstitiam, dulci sua visione & præsentia.
Denique & infantulæ, quæ in ceterarum vlnis gestabantur
nibus, visiones Angelicas admirantes, insolitasq; illarum
sonas, & effigies rutilantes, & sursum in aëre digitos exten-
tes præ admiratione sonos emittebant, dicentes, Ha, ha.
Velocissimo siquidem cursu naues mare secantes ad magnum 3
Reni fluuium tranquilla nauigatione Deo ducente, Angeli-
oq; ductu regente prosperè peruenerunt. Vbi contra eius-
dem Rheni cursum & impetum [4] velificantes tertia die circa 4 Celeritas nauigationis aduersus flumine
tam Colonienſi ciuitati applicuerunt, & plusquam octo
rum iter in duobus & dimidio perfecerunt. [5] Porrò scri- 5 Laudat & defendit veterē historiā Cunibertinā.
tor Passionis earundem Virginum dicit, eas inter diem & no-
tem à portu, quo ingressæ sunt naues, dietamq; prope Colo-
niam peruenisse in vicum quendam, qui dicitur Tile forense,
Contigit enim fieri, vt aliquorum Principum caritate detineren-
tur, & sic tertia die Coloniam peruenerunt. [6] Illic ab Archie- 6 Coloniam veniunt.
piscopo & ciuibus eiusdem ciuitatis honorabiliter exceptæ
processerunt. [7] Necdum sanè aduenerat felicis illarum trium- 7 Causę peregrinatiōis Romanæ.
phi tempus & agonis, quo in eodem loco pretioso erant coro-
nandæ martyrio. Nam gens Hunnorum barbarica & crudelis
adhuc aberat, à quibus fuerunt pro Christo perimendæ.

Vnde

8 Vnde rursus Angelico admonentur responso, quatenus 8 Io-
mam proficiscantur, ibiq; Deo ac Genitrici eius, atque A
stolis, & Sanctis, quorum illic reliquiæ habebantur & corpo
sese commendent. Asserentes etiam pollicentur, quoni
de Roma reuertentes, in eadem ciuitate beati agonis adepti
sint triumphum. Quorum acquiescentes monitis, nauese
petunt, atq; ab Archiepiscopo, reliquisq; ciuibus & nobilib
9 cum summo deducuntur honore, 9 à quibus etiam necessa
quibus indigebant, copiosè ministrantur.

1. *Moyse de Aegypto populum Israëliticum in terram repromissionis educente.*] Aptior vix est alia historia in sacris literis, quod infrà patebit clariùs, cùm huius peregrinationis prodigia explicabuntur.

2. *Angelorum adfuit frequentia.*] Vide quæ dixi lib. 3. c. 26. ex S. Paulino.

3. *Velocissimo siquidem cursu nauis mare secantes.*] Non ea debet mira videri peregrinationis celeritas, quando magis inusitata de S. Raymundo narrant Scriptores: Cùm enim pro ea, qua par est Christiana libertate, illicitos Iacobi Regis Arragonum amores acri oratione perstrinxisset, & ex nautis regio edicto absterritis recipere iam nemo in nauim suam eum vellet, nouus nauta, noua vela mari suspendit, pallium suum adspirante cœlesti aura, & ex intra horas milliaria emensus centum sexaginta, & Barcinonem appulsus, in Cœnobium ad suos per occlusam portam ingressus est. Cur ergo non eadem adspirante aura spatium non adeo magnum Vrsulæ classis die & nocte potuisset emetiri?

4. *Velificantes.*] Historia vetus addit, sub remigationem: quia sub velis etiam remigabant.

5. *Porrò scriptor Passionis earundem Virginum.*] Laudat historiæ veteris c. 11. hæc verba: *Impulsa namq; classem sub vnius diei noctiuq; spatio secundo cursu in portum, qui Tile dicitur, perpulit:* vt inde c
gere sit, B. Hermannum eadem veteri, qu
modò, vsum esse historia Vrsulana, quam
& S. Elisabeth vocant crebrò *Passionem V
num.*

6. *Illic ab Archiepiscopo.*] Vocat eum B. E
beth c. 20. Aquilinum: vnde duplici vatio
tione comprobatur, tunc fideles Catholicos
loniæ permansisse, nec à Metropolo Tung
sium vel Treuirensium Episcopo fuisse gu
natos. Addunt multa exemplaria M.SS. vt
ierense & Vltraiectinæ Carthusiæ, *per hu
quieuerunt.*

7. *Necdum sanè.*] Causas adfert duas d
martyrij, 1. quia tempus destinatum non
aderat, 2. nec hostes Hunni seu Gothi acc
rant.

8. *Romam proficiscantur.*] 1. vt se Deo & S
ctis commendarent. 2. Sanctorum Apost
rum & Martyrum inspectis tropæis ad mor
Christi amore opperendam se excitarent.
labore peregrinationis aptarent corpora adt
randa pro Christo aduersa omnia.

9. *A quibus necessaria copiosè ministrabant.*] Hac liberalitate Colonienses meruisse viden
vt SS. tot Martyrum consortio perpetuò fr
rentur.

CAPVT XII.

Quod Basileam venientes relictis ibi nauibus processiones ordinabant Romam tendentes.

Igitur Domino, glorioſaq; Matre eius Virginum ſacrarum
1 Regina, nec non Angelis ſanctis eas proſperè ducentibus, d
nuò contra ictum fluuij & curſum tendentes, tribus diebus
dimidio, plus quàm octo dierum iter expleuerunt, & Baſilea
2 adeuntes ciuitatem. Quò cùm peruenissent, ab ipſo Epiſcop
Baſileę excipiuntur honorificè
nomi

nine Pantulo, ciuibus & magnatibus honorificè excipiun-
ur. Illic naues relinquentes, 3 Domino, suæq; Matri benedictæ 3
ecommendantes, ad iter se præparant desideratum, acies in-
truunt pulcherrimas, processiones ordinant decentissimas.
Narrata etenim Elisabeth 4 Virgo Christi deuota Basileensem 4
Episcopum cum eis Romam scribit profectum, atque Marty-
ij palmam Coloniæ vnà cum illis consecutum. Siquidem bi-
ris non subuehuntur, nec quadrigis; sed nec mulorum & equo-
un releuabantur ministerio. Habebant tamen Episcopi &
Pri cipes, nec non de ipsis matronis & Virginibus, quæ inter
as uerunt excellentiores quædam, fermè ad centum equos
ores, & 5 mulos somarios, qui eorum apparatus deferebant & 5
atinas. Porrò decenti ordine suas instituunt acies & proces-
ores. Vna fuit XI. omnium millium Virginum processio;
bata sanè Vrsula quandoque in medio, quandoque etiam 6
n apite omnium cum Episcopis quibusdam & Sacerdotibus Ordo pro-
pr ceſſit, cum matronis & Virginibus ad hoc sibi assumtis; cedẽtium.
h bebat verò secum sororem patris sui B. Eulaliam, & duas 7
matris suæ sorores matronas honestas & prudentissimas
S. Eulaliam & B. Eugeniam, quæ Alexandria dicebatur.
Concordi namque processione illis incedentibus, nulla, vt
mos est iuuencularum ac virginum, hac aut illac abrumpens
se disiungebat. 8 Tanta denique Angelorum ac Virginum sa- 8
crorum frequentia de cœlis ad earum custodiam aderat dire- Cœlitum
ct, vt illarum personas miro viderent vbique splendore reful- præsentia.
gentes. Non solùm adultæ & maiores illarum adspectum mira-
bantur & præsentiam, verùm & paruulæ, vt suprà dictum est,
eorum intuitu iucundabantur, & super illorum splendore
icantes vehementer gaudebant. 9 Summa namque disciplina 9
gadientes incedebant, modestissimè in verbis & gestibus se
h bebant. Porrò 10 plerique lectorum, qui passionis earundem 10
Virginum legebant historiam, arbitrabantur eas virorum ca- & virorum
re solatio & comitatu, quia nulla ibi fit mentio virorum; sed
amen diligentiùs si eadem consideretur historia, facillimè ani-
maduertent, illas virorum gubernari consilio, adiutorio & mi-
nisterio. Legitur in passione illarum, quod sub vnius diei &
octis spatio prope Coloniam velificantes venerunt ad oppi- Laudat Cu
nibertiná
historiam.

dum forense, vbi nauium vela demittebantur, anchoræ exp-
nebantur, hospitia eis præparabantur, vela in malis suspen-
bantur, classesq; gubernaculis regebantur. Per quos ista
bant, nisi per viros in hac arte peritos? Audemus sanè con-
mare, vt paulò antè diuinitùs est reuelatum, plus quam t-
centos fuisse viros in eodem comitatu, quorum duce
& pauci plures cum eis voluntariè martyrij palmam sub-
runt. Propter numerositatem verò Virginum multarum
nulla in Passione illarum fuit mentio matronarum aut vi-
11 rum. [11] Domina siquidem Elisabeth, & viros & matron
Reginas & Comitissas in earum scribit societate fuisse, qu
& nos approbamus.

1. *Nec non Angelis sanctis eas prosperè ducentibus.*] Felices itineris comites, Deus, Deipara, sancti Angeli, quomodo ab hoste periculum?

2. *Ab ipso Episcopo nomine Pantulo, ciuibus, &c.*] Hunc præter S. Elisabetham probat antiquissima Basiliensium traditio, Chronicon, Historici non Catholici tantum; sed & Hæretici. Exstat & Coloniæ luculentus sepulcralis titulus, quo eius Acta breuiter explicantur: tumulus adhuc superest.

3. *Domino & benedictæ Matri se commendantes.*] Ob nouam difficultatem pedestris itineris, fortè & hic conducti equi aliqui ac muli, centum enim scribit B. Hermannus adfuisse *equos fortes & mulos somarios* pro sarcinis deferendis.

4. *Virgo Christi deuota.*] Citat & probat titulum eius sepulcralem & martyrium, de quo c. 6. S. Elisabeth agit, vt videas B. Hermannum continuò in hac scriptione veterem historiam, & S. Elisabethæ reuelationem inspexisse, ab ijs narrata fusius omisisse, dubia declarasse, quæ verò in istis prætermissa notabat, accuratè suppleuisse.

5. *Equos sommarios.*] M. S. S. Pauli rubeæ vallis habet saccinarios: nam Germanis equi onusti sarcinis dicuntur Somperden. Ita Molanus.

Molanus in Natalibus Belgij die 5. Nouembr.

6. *Beata sanè Vrsula.*] De hac pompa supplicationis v. quæ dixi lib. 4. c. 10.

7. *Habebat verò secum.*] Stipabant S. Vrsulam adhuc teneram Eulalia & Alexandria, omittit Gerasinam: illa enim præisse videtur exercitum totum, & ductasse semper ordines: cum S. Vrsula, duabus sociata comitibus, mutaret stationem & iter.

8. *Tanta Angelorum & Virginum sacrarum frequentia.*] Adspectabili etiam forma apparentium, qui Virgines consolabantur, animabant, commeatum subuehebant.

9. *Summa namque disciplina gradientes.*] Mirare talem ordinem, modestiam, disciplinam, religionem, obedientiam ac patientiam in teneri-
mis Virginibus.

10. *Plerique lectorum qui passionis earundem ginum legerunt historiam.*] Citat ex veteri hist c. 11. *Sed ventum de thesauris produxit, impulsa classem in portum, qui Tile dicitur, pertulit,* (vela) *itaque arrepto litore* (ergo gubernat nauium aderant) *sequenti die adductis auct aduerso flumine subremigantes:* (ecce remige nautas) addit propter Virginum multitudi viros illos & matronas nec computari, q â potiori & nobiliori parte sumatur denomi tio: vbi enim vnquam auditum & lectum, incorruptarum Virginum millia fecisse par martyrium?

11. *Domina siquidem Elisabeth & viros & ma nas, Reginas & Comitissas in earum scribit soci fuisse, quod & nos approbamus.*] Prudenter ipsa Elisabeth cum titulos virorum inuentos ins xisset c. 6. opposuit historiam antiquam S. renæ affirmanti Episcopos & viros adfuisse qua classis dicitur abducta repentino vento c Virginibus, cui ita respondet S. Vere *Pater S. Vrsulæ Rex Britanniæ Scoticæ Maurus mine, fidelis, conscius erat voluntatis filiæ suæ, quid de ea Deus ordinasset, cognoscebat, quem modum & ipsa. Atque hoc quibusdam quos fam liares habebat, detexit, acceptoq; consilio cautè p ordinauit, vt filia sua, quam tenerrimè diligeb viros, quorum solatio tam ipsa, quam exerci tius indigebat, in comitatu suo discedens haber* Huc vsque S. Verena apud S. Elisabetham, qua assertione subdit B. Hermannus suum verbis iudicium: *Quod & nos approbamus.* Co lige, amice lector, quomodo non cæco men tis impulsu, sed maturo præmisso examine quæ hisce duobus dicebantur, ac præmedita scripserint, cum accuratè librata veteri histori & cum alijs super hac re editis reuelationibu conferre consueuerint, nec acquieuerint, antè quàm obiecta cuncta cœlitus essent dissoluta

Illu

Illud mirum, quod B. Hermannus hic ait: *Plusquam trecentos viros fuisse in earum comitatu, quorum ducenti, & pauci plures cum eis voluntariè Martyrij palmam subierunt.* Quò centum reliqui deuenerunt? & quomodo verè S. Vrsulæ Colniæ prænunciatum fuit: *Integro comitum numero huc reuertetis?* Possent dicta verba de solis accipi Virginibus, & reliqui in via varijs in locis obijsse, vt 8. Virginibus aliàs dixi euenisse. Fortè & quidam in Tilensi portu ducti pœnitentia redierunt: nam de sorore sua S. Ætherius c. 6. narrat, eam ante nauigationis initium terreni sponsi amorem Christi castis amplexibus præposuisse.

CAPVT XIII.

Quod sine impedimento, & absque difficultate per arctas vias, & difficiles incesserunt.

Porrò vestimenta illarum, & calceamenta nullo atterebatur labore; sed nec magno aliquæ earum tædio laborabat, aut graui difficultate. 2 Nec etiam ægritudinis alicuius sensêrunt dispendium, neque minimo lassitudinis grauabantur fastidio. Omnia eis exstiterunt iucunda, vniuersa illis succedebant prospera. Denique & puellæ octo & quinque annorum cum ingenti alacritate ibant, & 3 vix vllam quandoque lassitudinem sentiebant. Mirabile est satis, quod nunc referemus, sed duris cordibus, & obturatis auribus fortè videbitur incredibile, quia nulla eis via, quantacumque arcta fuerit, & angusta, esse potuit impedimento. Adeo sanè expeditè in laboriosis gradiebantur vijs, quemadmodum si in planis irent ac spatiosis. Sicut enim quædam earumdem Virginum sacrarum nuper respondebant, cum super ipsarum vijs interrogarentur, & itinere, si aliquam in angustis itineribus difficultatem paterentur, nullo se viarum incommodo grauari fatebantur, vel arctari, atque adijcientes dicebant, veluti si multæ animæ in paruo alicuius paradisi regno, vel loco tenerentur modico: ita & nos in ipso itinere nullius viæ arctabamur grauamine: nullaq; via nobis fuit angusta. Quæ cùm 4 sæpè ad riuos, ad fluminum vada, ad arctissimos fluuiorum transitus veniissent: absque difficultate, & absque sui læsione transierunt sine ministerio nauigij alicuius aut pontis. Qualiter ista fierent, & quomodo per arduas incederent vias, ac montium ardua transcenderent, & fluminum vada transirent, 5 penitùs ignoramus, nec etiam reuelentur, orando inuestigare audemus. Nos sanè cum

1 Miracula in peregrinatione.

2

3

4 Transitus per fluuios

5

mirantibus pariter admiramur, & in his, ſicut in cete
DEVM mirabilem prædicamus. Diuina ſiquidem opera
iudicia noſtro ſenſu comprehendere non poſſumus, nec æ
6 mare audemus, 6 reuelata ſcribimus: & ad ea, quæ non ſu
reuelanda, Deum & Sanctos eius, vt reuelentur, nequ
quam cogimus. Legitur, quod Dominus quinque millia h
minum de quinque panibus & duobus piſcibus ſatiauit, c
prodigioſus quod duodecim cophini pleni de fragmentis ſupererant co
edentibus. Operabatur ibi Dominus in hominibus, o
7 ratur & hic prout vult in Virginibus: 7 Sed cùm ipſæ Vir
nes ſacræ, quomodo hæc fierent, ſumma inſtantia int
rogarentur, adfuerunt ſtatim plures reſpondentes: Q
nos tantum diſtringitis interrogando? abſque difficultat
& ſine læſione noſtri tranſiuimus. Sed ſcias pro certo, q
plura de nobis non ſcripſiſti, quæ ſint admiranda. Q
8 8 cùm ſerò vel manè dietam ſibi deliberantes proponeren
ibi, vel ibi pernoctabimus; abſque dubio, & ſine impe
mento cum permaxima ſui cordis iucunditate illuc ſerò p
uenerunt.

1. *Porrò.*] Renouantur hic Iſraëliticæ profectionis miracula.

2. *Nec ægritudinis ſenſerunt diſpendium, neque minimo laſſitudinis grauabantur fœſtidio.*] Quomodo ergo S. Chriſtiana prope Baſileam; tres Eichſelienſes Virgines in Comitatu Rheinfeldenſi; S. Aurelia Argentorati mortuæ ſunt, & præ virium debilitate coactæ ſunt ſecedere ad mapalia ruſticorum? Potuit, vt alias dixi, id priuilegium tantum ijs datum eſſe Virginibus, & alijs, qui Coloniâ ſoluerant, rectius tamen dixeris eas cum Moyſe & Aarone indolenter, nulla infirmitate ex labore itineris contracta (quippe quæ ad certa loca ductu Angelico pedibus gradiebantur) deceſſiſſe, cum id Dei æterna prouidentia accidiſſe videatur, qui locis iſtis de illa ſancta Sodalitate Diuas tutelares tribuebat, vt certa exſtarent talis peregrinationis veſtigia, ita & in paradiſo iuſtitia originali affecti, ſine morbo & moleſtia fatis conceſſiſſent homines. De S. Aurelia tamen negare non poſſumus, quin febri extincta ſit: ita teſtatur loci traditio, & ſcripta monimenta: non tamen eam ægrotationem in itinere pedeſtri, de quo hoc affirmat B. Hermannus, contraxit; ſed poſt quietem Baſileenſem, & aliquam nauigationem, quia hanc etiam volebat Deus Allatiæ præſidem eſſe, vt febrilibus ardoribus ſua deprecatione mederetur: hæc autem ſupernumeraria fuit, & Romæ primum ſe coniu
Sodalitati.

3. *Vix vllam laſſitudinem ſentiebant.*] Et
quinque annorum puellæ. Inſolens prorſus
quod ſimili in re ſcribit Nauclerus *vol. 2. Chr*
graph. general. 41. cum Innocentius 3. circa
1215. celebrato Lateranenſi Concilio omne
bique ad ſuſcipiendam crucem pro terræ ſa
recuperatione excitaret, indictis in eum fi
publicis ſupplicationibus, in regno Francię p
rorum 20. millia cruce accepta ſe dederunt
neri, quaſi per ipſos Deus eſſet terram ſanc
recuperaturus, ergo turmatim diuiſi per ſin
los portus acceſſerunt, alij Maſſiliam, alij Br
duſium, reliqui Genuam, quidam ad prop
redierunt: ſiquidem mare cum acceſſiſſent,
rique à piratis doloſè nauibus abripiebant
quaſi Hieroſolymam ducerentur, qui aut
mari ſubmerſi ſunt, aut Saracenis venditi.
pueri ſiue diuino impulſu, ſiue gloriola duct
coæuorũ æmulatione Alpib. tranſcęſis ſi non
certè aliqui eorum nullam in itinere tam ard
difficultatem ſenſerunt: quid hic putemus fa
eſſe, cũ Deus hos ad Martyrium priuilegio qu
dã elegerit, & vires abundè ſubminiſtrarit, vt
tali in ſocietate fruerentur, quæ oẽs ætatis, ſex
& cõditionis natos & nondũ natos, infantes, vir
nes, viduas ac cõiugatas, Laicos & Eccleſiaſtico
Põtifices, Presbyteros, Diaconos, Subdiacono
Cler

tus erant manifestata, quam ea quæ Deus eum celatum voluit, ideo subdit.

6. Reuelata scribimus, & ad ea quæ non reuelanda, Deum ac Sanctos eius, vt reuelantur, nequaquam cogimus.] Sciebat Deum certa tantùm & suis temporibus decreuisse manifestare, & vltra decretum hoc inquirere, periculosam esse curiositatem, præsertim cum paulò post subdat:

7. *Cum ipsa Virgines quomodo hæc fierent, summa instantia interrogarentur, adfuerunt pluries statim respondentes, Quid nos tantum distringitis interrogando? absque difficultate & sine lasione nostri transiuimus.*] Ita vult Deus quædam opera sua nos suspicere, & demirari; non tamen modum comprehendere, vt suum fidei meritum relinquatur, quamuis, vt è similibus historijs ostendi, modus ille facilè colligi possit.

8. *Cùm serò vel manè dietam sibi deliberantes proponerent.*] Aderant specie corporali velut metatores, Angeli, quibuscum de diurno itinere deliberabant S. Vrsula, & Episcopi. Porrò dieta veteribus idem fuit, quod cœnaculum, & cœnatio, in qua æstate ad vmbram, hieme ad Solem cœnabatur: Varro dictum inde locum putat, quod per diem in eo ederetur. Autor noster pro mansione & itineris diurni termino, vel spatio ipsius itineris accipit. Dieta quid

CAPVT XIV.

Quod nulla super eas pluuia decidit, ex quo de palatio Regis sunt egressæ eundo Romam & redeundo.

Ex quo sanè ab aula Regis B. Vrsulæ patris discesserunt, 1 nullo perfundebantur imbre pluuiali, euntes Romam, siue redeuntes; quia diuina eas clementia ab omni molestia protexit. Sed ne alicui hoc incredibile videatur, narrabimus quoddam simile quod multis benè compertum est. Deniq; B. Bernardus Abbas Clarauallensis, dum aliquando sub diuo, videlicet sub aëre cum fratre quodam sedens, literas dictaret, alterq; illas scribendo notaret, ecce vbique in circuitu pluebat, & ipsi à pluuia scribentes illæsi permanserunt & intacti. 2 Aderat sanè Virginibus sacris in omnibus pijssimæ cælorum Reginæ custodia & gratia: sida illorum ductrix, pia fideliter eas ducens, quam imitatę sunt virginitatis suæ florem filio suo virginum piarum sponso offerentes. Porrò infantuli, qui in finibus quorundam gestabantur, nullo, vti dictum est, cibo vel lacte alebantur: sed cùm fortè digitum

1 Confirmat exemplo S Bernardi

2 Deiparæ præsentia.

gitum ori imponerent, nutrimentum ſibi diuinitus datum ſu-
3 xerunt. 3 Reliquarum verò quam plures virginum nequaquam
Virginum tẽperantia multo indigebant cibo, quoniam Dei gratia, qui illas foris ex-
cus conſeruans gubernabat, intrinſecus aderat confortans ac
& ſuſtentans. Qui autem horum, quæ ſcripſimus, incredu-
lus fuerit, legat vitas Patrum, & inueniet plures ſemel in hebdo-
mada modico cibo guſtato ſuſtentatos. Legat & vitam B. Ma-
riæ Ægyptiacæ, & inueniet eam duobus panibus & dimi-
dio per decem & ſeptem annos ſuſtentatam, ac poſtmodum pau-
cis herbarum radicibus vixiſſe. Denique plus quam valeant
iſtæ Virgines in edendo conſumere, omnium illorum admi-
4 ſtrabatur copia. 4 Angelorum enim quidam ipſorum duc-
Angeli mẽtatores. res, quemadmodum Domina noſtra nuper ait, eas ſemper pre-
cedentes, honeſtorum ſpecies virorum ſibi aſſumſerunt, ac-
cedentesq; ad maiores ciuitatis & primos, quo nocte fueru[nt]
venturæ, ſuper illarum eis aduentu prædixerunt. Qui cu[m]
Chriſtianorum liberalitas. gaudio de pluribus occurrerunt leucis nobiles & matron[æ]
5 plebei & villani, cum deuotione feruenti 5 offerentes neceſ-
ria. Fertilis quidem erat annus, tempusq; abundans bonis
6 niuerſorum copiam præbebat. 6 Noctibus ſæpiſſimè in pra[ta]
quieſcentes dormierunt, nullius moleſtiæ ſentientes grau-
men, tota namque nocte immenſi luminis claritas ſupere-
atque in circuitu illarum coruſcans radiabat. Ad arduos ta-
Alpinus adſcenſus. dem montes Alpium venientes, nec non ad ipſum montem
qui ceteris & altitudine præeminet, & horrore accedente
qui ſolo etiam adſpectu robuſtiſſimorum quoque virorum
terrere ſolet corda, facilitate ſumma tranſilierunt. Tan-
quippe agilitate, vt quædam ait, earundem Virginum, tam illa-
7 7 quæ infantulas geſtabant in brachijs, conſcendebant, quar-
ta & iſtæ, quæ abſque onere nihil portantes, ſcandebant
adeo reuera facile, vt illa dixit, ipſis patuit eiuſdem montis a-
dui adſcenſus & alti, quemadmodum alicui noſtrûm in dom[o]
aliqua commanenti concederetur, vſque ad oſtium eiuſden[i]
domûs peruenire. Denique & Domina noſtra, cùm de ipſ[o]
monte, atque ſuper alijs eiuſdem itineris difficultatibus in-
terrogaretur, ait, quod videretur illis ipſum montem con-
8 ſcendentibus, 8 quaſi in planiſſima via incedentes, atque

bene

...ne spatiosè ambularent. Quomodo autem hæc fierent, fa-
...eo me penitùs ignorare.

1. *Nullo superfundebantur imbre pluuiali.*] Si-
...de Iosepho Anchieta narraui alibi. De
...culpho autor est Surius *ad 5. Februar.*
...quos Comitis, cui ab obsequijs erat, in-
...sta nocte custodiret in pascuis, & imber
...us terram aquis inundaret, vir sanctus
...mmotus, atque è libro pia lectione pasce-
...mum; fax enim ignea densas inter pluuias
...no cœlo ad terras vsque effulgens lumen
...rabat: Aquila verò prægrandis, alis pro-
... supra caput volitans, arcebat imbrem.
... securus, quem sub vmbra alarum ita
...git Deus?

2. *Aderat pijssima cœlorum Regina custodia, fida ductrix.*] Causam huius custodiæ adsi-
...morem Virginitatis. Rectè Regina Vir-
... Virgines protegit, quæ prima voto con-
...it Deo Virginitatem. Colligunt id SS. Pa-
...x illo Luc. 2. *Quomodo fiet istud, quoniam non cognosco? Quod profectò non diceret,* (ait
...gustinus) *nisi Virginem se Deo antè vouisset.*
... S. Ambrosius Deiparam appellat *Magi-
...Virginitatis*; Nazianzenus, *Lucem Virgi-
...* S. Bernardus, *Primiceriam Virginum*; Idio-
...*ucem Virginitatis.* Denique Ecclesia *Virgi-
...irginum* nominat. Quomodo ergo hanc desereret Deipara Societatem, in qua vndena millia comitum indiuiduarum numerabat? Vnde S. Bonauentura quodam in loco ait: *Vt tua deuotio accepta sit* (Deiparæ) *& reuerentia grata, ipsius puritatem & munditiam omni virtute, mente & corpore illibatè in te ipse seruando toto conatu nitaris humilitatem & mansuetudinem eius imitari.*

3. *Reliquarum verò plures Virginum.*] De hac abstinentia vide, quæ dixi ad c. 5.

4. *Angelorum etiam quidam ipsarum ductores.*] V. lib. 4. c. 15. & de miraculis lib. 10. c. 3.

5. *Offerentes necessaria.* Prædicat eam liberalitatem Bonfinius, v. & lib. 4. c. 19.

6. *Noctibus in pratis.*] Æstas erat, & affulgebat cœlestis lux, vt Israëlitis columna ignis. De his lib. 4. fusè c. 16.

7. *Quæ infantulas gestabant brachijs.*] Negat eas onere fuisse præpeditas. Cum enim Deus has etiam vellet martyrij laurea decorari, portantibus oneris molestias minuit puellarum: quæ tam incensis desiderijs corporis molem amore Dei deponere gestiebant, vt mens soluta citiùs ad cœlos subuolaret.

8. *Quasi in planissima via incedentes.*] Quam verè de his Scriptura loquitur: *Erunt praua in directa, & aspera in vias planas?*

CAPVT XV.

Quod ipsæ Virgines admirabantur sæpiùs, quomodo montium, viarumq; grauium itinera transierunt.

Beata siquidem Vrsula, vti testabatur, nec non & aliæ quæ-
...m, cùm super harum difficultatibus viarum interrogaren-
...tur, tunc temporis sese vehementer admirati dicebant, & qua-
...er eosdem montes, ceteraq; itinera difficillima transierunt.
...orrò Domina nostra dulci sua eas gratia crebriùs confor- 1
...ans lætificauit, ita vt consolatione ipsius benignissima, omnis
...is labor leuis fieret & delectabilis, omne præterea cibi corpo-
...is delectamentum multis fastidio erat. Aderat planè illis
...lcis Virginum Regina gubernando eas, & regendo cum suis
...ngelis, & Sanctis illas custodiens. Vnde 2 nullus latronum, 2
...rum aut prædonum eis obesse potuit, aut corruptor. 3 Plu- 3
...s siquidem Virginum & Matronarum nobilium, quæ oc-
...rrerunt eis visitantes illas, bono exemplo ipsarum attractæ,

Christiq; gratia cœlitùs operante, patriam, & ipsæ, atque p
rentes reliquerunt, Christum secutæ sunt omnium Regu
4 verum. 4 Poterit aliquis lectorum super his & ceteris, quæ s
prà diximus, vacillando dubitare, aut irridendo ea improba
dissimulans Dei omnipotentiam, eiusdemq; clementiam co
siderare: qui quando vult, & quomodo vult, in suis operar
seruis & ancillis, ipse mirabilis Deus mirabiliter agens. Cor
Probat Deũ debuisse Virgines extraordinarijs medijs iuuare
deret primò, earundem Virginum quanta sit multitudo; qua
ta nobilitas & teneritudo, quod cœlesti sponso Angelico nu
cio, dum adhuc in terra forent natiua, prædicuntur Roma
proficisci. Nauigio vsque Basileam venientes defuerunt tan
multitudini bigæ & quadrigæ, equi & muli, pedes ire non v
lebant, nisi Dominus illarum dirigeret gressus, piè operan
in eis. Qui sanè quondam Israëliticum populum de Ægyp
fugientem duce Moyse per mare rubrum sicco pede, atq
per desertum in columna nubis & ignis in terram perduxit
promissionis: multisque signis & prodigijs illos certificaui
Hic idem Deus potens & clemens suas etiam Virgines tene
& nobiles, atque puellas, signis, virtutibus, prodigijs & magn
libus, quibus ipse magnus & mirabilis voluit per vias arct
semitas & siluas, montes arduos & Alpes, riuos & fluuios tr
Confirmat è vitis SS.
ducere potuit & perducere. Si cui autem ista impossibilia v
dentur, & Deum, cui omnia sunt possibilia, in suis Virginib
ista nolle operantem, si passiones Sanctorum legit & vita
atque sanctarum Virginum & matronarum martyria & gest
nec non & vitas Patrum in memoria habuerit, Dominum
in illis mirabiliter operantem cognouerit, credet & cogno
scet, in his etiam Virginibus suis illum magnificè agentem
Legitur etiam de beatissima Maria Ægyptiaca, quoniam Co
næ Dominicæ nocte signo crucis edito pede sicco per Iordan
fluuium ad Zosimam peruenit, & sumto corpore Domini &
sanguine iterum remeans, in spatio vnius horæ xx. dierum
ter corpore adhuc corruptibili explens, ad interiora deserti d
uinitùs adiuta peruenit: vbi & mortua postmodum est in
uenta. Scripsimus superiùs, quia Angeli, & supra, & cir
ca illas visibiliter conuersantes apparerent, quod tamen no
audemus adstruere, quod qualibet die, & quauis hora visibil
specie, velut apparentes ab eis cernerentur.

Terrò Domina nostra dulcissima.] Difficultatem itineris leniebat Deus interius confortando Virgines, lassitudinem corporis impendendo, cœlesti dulcedine mentes recreando; interius verò confragosa loca quasi complanando, aderat ea Cœlitum frequentia, quorum spectatus omnem itineris molestiam absterbat.

Nullus latronum.] Arcebat latrones, corruptores; Deus: licet etiam fortè Alexandri Severi Imperatoris expeditio Germanica in iter omnium incidisset, eam enim seruabat is princeps militarem disciplinam, præsertim in Ecclesia spurcorum militum effreni licentia, quod maius à Principe Catholico sperari non potuisset. V.lib.4.c.14.

Plures siquidem Virginum & matronarum.] Ceterum itu etiam Romano accessit augmentum Malatis, quod Bonfinius de Narbonensi tenet prouincia.

Poterit aliquis.] Rationibus probabilem cit hanc defensionem diuinam, quia promissa ijs erat, & à Deo euocata ea multitudo & teneritudo quodammodo exigebat Virginum nobilium. Confirmat deinde iter hoc, 1. ex peregrinatione Israëlitarum, 2. exemplo Sanctorum aliorum, vt S. Mariæ Ægyptiacæ, de qua duo B. Hermannus asserit: Primum Surius hoc modo refert: *Conuersa enim à vita prauitate Deiparæ precibus, eius ductu in solitudinem venit, cum duobus & dimidiato pane lapidis instar induratis, è quibus pauxillum delibans 17. omnino vixit annis, iam cum abitus è vita constaret, Zosimas cum SS. Eucharistia Iordanem adijt, cum illa cruce signans Iordanem, super aquas velut terram graditur, & percepto pane Angelico Iordanem iterum iterum calcans regreditur.* Id tamen quod B. Hermannus de 20. dierum itinere horæ spatio emenso Surius non attingit. Sed Petrus Equilinus ita *lib.4.c.24.* narrat, cum de Zosima loquitur: *Posteaquam ipsam mortuam reperisset, tunc ille pro certo cognouit, & mox vt Sacramentum Domini accepit, & ad desertum redijt, vitam finiuit; & quod spatium itineris dierum 20. illa vnâ horâ perambulauit.*

CAPVT XVI.

Quod Cæsarius Meldensis Episcopus eis est adiunctus, & quod Apostolicus cum Cardinalibus & Romanis nobili eas exceperunt processione.

Quæ cùm ad [1] vnam dietam prope Romam venissent, 1
B. Cæsarius Meldensis Episcopus, vir prudens & honestus, 2
cum suo superuenit comitatu: nam & ipse similiter Romam erat profecturus. Qui cùm occurrisset, cognita illarum itineris causa, iunctus est eis pariter cum illis proficiscens. In eodem sanè Virginum Collegio hic idem Episcopus sororem reperit S. Elisabeth matronam religiosam & valde honestam cum filia sua Elisabeth præclarissima, virgine deuotissima. Filium etiam illic reperit alterius sororis suæ, iuniorem Helmilium, Ducem illustrissimum, vxoremq; ipsius, filium patrui B. Vrsulæ patris. Inuenit etiam ibi duas filias eiusdem Ducis S. Spem & B. Euphrosynam. Sed & plures inter eas reperit cognatas. Qui Spiritu Dei accensus, sequitur etiam Virgines sacras, corpusq; pro Domino traditurus & animam. Hunc etiam duo de suis sequuntur Capellanis, & quatuor de comitatu suo laici. Cumq; prope Romam omni mentis acritate [3] sanæ & incolumes venissent, ipse quidem [4] Apo- 3. 4 Cyriacus Papa oc-

stoli-

currit Virginibus. ſtolicus cum Clero & Cardinalibus, Principibus, Matron
Virginibus, plebeis, & ciuibus cum magna exſultatione, noc
liq; proceſſione, vt dignum erat, illas excepit. Præterea &
vicinis ciuitatibus, vicis & caſtellis properabant tam nobi
quam plebei gloriam earum certatim videre. Tota deni
ciuitas illis obuiam venit admiratione capti ſimul & nouit
earum modeſtia. Virgines autem Chriſti virginali gratia refulgentes, mirabil
de ſe cunctis opinionem virtutis, & decus ſparſerunt inſig
cœleſtis gratiæ, & boni odoris fragrantiam omnibus miniſtra-
5 runt. Quæ cum illic 5 quatuor diebus moram traherent, c
6 tionis gratia 6 Sanctorum loca circumeuntes & Eccleſias, a
Obeunt loca ſacra. nis ſui triumphum, atque martyrij ſacri calicem, quem in p
ximo erant bibituræ, Domino & ſuæ Genitrici glorioſæ,
que Apoſtolis, reliquisque Sanctis deuotè commendaru
Catechumenæ baptizantur. Fuerunt inter eas Virgines quamplures Catechumenæ, q
cùm adhuc in Palatio Regis eſſent S. Vrſulæ patris, acce
runt cœlitùs reſponſum, quoniam Romæ forent baptiz
dæ. Illæ verò tunc temporis adſtante Clero, & Cardinalib
& Magnatibus, ab ipſo Apoſtolico cum ingenti gloria bap
zantur & honore. Quarum primæ & nobiliores beata e
Lucia & ſancta Anaſtaſia, duorum filiæ Regum, quæ aml
exſtiterunt cognatæ iuuenis illuſtriſſimi B. Vrſulæ ſponſi.

1. *Dietam.*] Vltimam intelligit manſionem, ante, quam Romam ingrederentur.

2. *B. Cæſarius Meldenſis Epiſcopus.*] De eo vide lib. 1. c. 44.

3. *Sana & incolumes.*] Nam in reditu tantum aliquæ ſciuntur ſubſtitiſſe, & ferè ex ijs, quæ dum reuerterentur, acceſſerant, vt vita S. Aureliæ & Raymundi proceſſus confirmat.

4. *Apoſtolicus.*] Hunc c. 4. vocat Papam Cyriacum.

5. *Quatuor diebus moram fecerunt.*] Pro randum enim videtur fuiſſe, quia breui peracta cædes Alexandri Imperatoris eſt.

6. *Sanctorum loca circumeuntes.*] Idem in quentia, vt vocant, ita deſcribit: *Et Rom abeunt, per Monaſteria fundentes lacrymas, trah ſuſpiria, commendant animas Sanctis, & redu* De voce Monaſteriorum fuſè egi lib. 1. cap. reliqua ex libro 4. clara & aperta ſunt.

CAPVT XVII.

Quod Apoſtolicus per viſum eſt admonitus, vt relicta dignitate Apoſtolatus cum eiſdem Virginibus proficiſcatur.

1 1 Paucis itaque diebus illic ſacræ Virgines moram faciente licentiam expetunt redire proponentes. Quarum exemplo

2 Cyria-

Cyriacus Papa tunc Romanæ Sedi præsidens accensus, re- 2
gnata sui Apostolatûs dignitate, Romanis multis tamen
retrahere volentibus, earumdem comes efficitur Virgi-
nis, atque caput de cetero illarum & magister. Ipsi denique
Papæ Cyriaco 3 tres in visu Sancti apparuerunt candidi, ex- 3
ortantes eum, quatenus relicta dignitate Papatûs sui, cum
ipsis Virginibus comitaretur, exemplumq; bonum ceteris
præberet tantæ sublimitatis contemtu, promittentes etiam
obtinentur ei, quod & ipse coronam foret æternam per Mar-
tyrii palmam adepturus. Præterea inquiunt asserentes, quo-
niam si Romæ remanserit, in breui sit moriturus. Qui quod
contra voluntatem Cardinalium, Romaniq; Senatûs consi-
lium illic discedens proficiscitur: 4 de Catalogo Romanorum 4
Pontificum nomen ipsius deletur. Cuius reuera nomen co-
ram Domino inter Christi Martyres pretiosos in libro vitæ
perpetuò descriptum continetur. Habebat & ipse quasdam
in hoc sacro Virginum Collegio cognatas proxima sibi con-
sanguinitate coniunctas. Denique 5 S. Sibilia vxor B. Eusta- 5
chii Martyris & Comitis cum sex filiabus suis eius exstiterunt
cognatæ, Insuper & aliæ de cœtu illarum quam plures. Por-
rò ducente illas IESV Christo cœlesti pio duce, gubernanteq;
eas mundi Regina semper Virgine Maria, denuò reuertuntur.
Inanes siquidem & vacuæ redire non poterant, quoniam nutu
Dei, præceptoq; diuino iter istud perfecerunt. 6 Sanè eundo 6
Romam, & redeundo, iuxta Virginis Elisabeth bonæ memo-
riæ visionem, plures illis adiuncti sunt Episcoporum, itineris
eadem & coronæ facti participes.

1 *Paucis itaque diebus.*] Cyriacus vicarius, licet prima nocte sui Martyrij oraculum hausisset, elitus, distulit tamen abdicationem, vt maturiùs deliberaret, quomodo sine turbis, & ... e, ac bono Ecclesiæ, Clero non abnuente dignus tali dignitate successor constitueretur: donec Virgines vrgerent abitum.

2 *Cyriacus Papa tunc Romanæ Sedi præsidens.*] Potuitne clarioribus verbis suam de Pontificatu Cyriaci mentem aperire? Consentit S. Elisabeth, quæ c. 7. ita ait: *In tempore quo ingressa sum vrbem Romam, præsidebat Apostolicæ Sedi vir sanctus nomine Cyriacus, & cum esset vir prudens & nobilis, sublimatus erat in Apostolicam dignitatem, iamq; per annum & vndecim septimanas Romanam Ecclesiam rexerat.* Maluimus tamen, ne quid insolens diceremus, & catalogum Pontificum vt antiquissimum ita receptissimum videremur immutare, Vicarium vocare, qui eo ipso tempore, vt census Pontificum insinuat, relegato Pontifice, necessarius Vrbi fuit & Ecclesiæ. Nec tamen ideo reijcimus reuelationes, quando Vicario ea ferè tribuuntur omnia, quæ Ordinario, præsertim, si spes absit, vt redeat. Sed de hoc fusè alibi.

3. *Tres in visu Sancti apparuerunt candidi.*] S. Elisabeth rem ita narrat c. 7. *Nocte verò quæ proxima post aduentum nostrum, reuelatum est ei à Domino, quod relicta Sede Apostolica nobiscum esset profecturus.* Modum reuelationis per tres viros factæ clariùs exponit B. Hermannus.

4. *De Catalogo Romanorum Pontificum nomen ipsius*

ipsius deletur.] B. Elisabeth cap. 8. ita refert: *Post hæc cum perspexissem catalogum Romanorum Pontificum, neque vsquam nomen S. Cyriaci illic reperissem, rursum interrogaui B. Verenam, cum se mihi die quadam præsentasset, quare inter ceteros Romanos Præsides adscriptus non fuisset, & dixit, hoc ex indignatione Cleri accidisse, pro eo, quod in ordine dignitatis suæ vsque ad finem permanere noluisset.* Eadem ferè habet Vincentius Bellouacensis, S. Antoninus, & Canonum Interpretes, præsertim Gratianus, Ioannes Andreæ, Augustinus de Ancona, Ioannes Burgundus, alij.

5. *S. Sibilla vxor B. Eustachij.*] Huius Genealogiam v. lib. 2. c. 4.

6. *Sanè eundo Romam, & redeundo iuxta Viniu Elisabeth bonæ memoriæ visionem plures illi adscripti sunt Episcoporum.*] v. caput eius 6. 10. & 14.

CAPVT XVIII.

Quod Cardinales duo, & Principes duo, cum alijs quibusdam Papam Cyriacum sequuntur, & quia Moguntiæ Holofernem inuenerunt.

1 Successor S. Cyriaci. Beato siquidem Cyriaco Papæ [1] subrogatur in summum Pontificem Hilarius vir prudens & bonus, multaque morum honestate conspicuus, miræ verò fuit abstinentiæ, castus amator Dei & pauperum. Porrò beatum Papam Cyriacum [2] dum

2 Comites itineris. sequuntur Cardinales Pontius & Petrus, quorum vnus Petrus Vincentius dicebatur, quod binomius erat. Sequuntur & illi Diacones duo Calistus & Kilianus: horum prior filius erat sororis Cyriaci Papæ, & alter cognatus. Proficiscuntur cum eis Subdiaconi tres Ambrosius, Iustinus atque Christianus. Sequebatur similiter eum B. Florentius Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus, qui & ipse cognatus fuit eiusdem Apostolici. Principes etiam duo comitabantur cum eis S. Eugenius, & B. Nicostratus, parati & ipsi vnà cum Virginibus animas suas dare pro Christo. Denique & septem de familia ipsius Papæ secuti sunt eum. Porrò matrona quædam nobilis eius neptis quæ dicta est Herrengardis, cum filia sua & tribus puellis eum sequebatur. Exercitus itaque Christi tantus Virginum, & tam sublimium personarum, de Roma proficiscens [3] cum in-

3 genti gaudio ad ciuitatem Coloniam exsultationis tripudio tendebant, cœlitùs sibi promissam felicis triumphi coronam præ oculis habentes, totoq; affectu illam desiderantes ad bra-

4 uium festinant. [4] Paucis sanè diebus ciuitatem Basileam, vbi naues suas reliquerant, adierant. Quas denuò intrantes in signi ciuitati Moguntiæ applicuerunt, quæ est super Rhenum

Moguntiæ acta. sita. Quò dum peruenissent, repererunt ibi iuuenem illustrissi-

mum

n beatæ Virginis Vrſulæ ſponſum, moribus & genere no-
mum. Hic pridie ante ductu Angelico cùm pluribus ſo-
uorum quidam erant Chriſtiani & quidam Catechume-
enerat paratus ipſe & comites eius pariter cum ſponſa ſua
more Chriſti proprium ſanguinem fundere. Denique
Virgo Chriſti Eliſabeth dicit illum & matrem ſuam cum fi- 5
ia paruula & Epiſcopum quendam nomine Clementem ad-
uſſe. Cuius [6] aduentum B. Vrſula triduo ante, quàm il- 6
ueniſſet, Angelo ſibi annunciante præſciuit. Conti-
uditaque lætitiæ & gaudij vniuerſis ingens oritur exſulta-
io quoniam ſuper eius aduentu omnes fuerunt iucundita-
te immenſa gratulantes. Egredientibus eis de nauibus oc-
urrit cum Clero 7 Archiepiſcopus & ciuibus, excipientes v- 7
ni arſas Virgines atque ſocios illarum nobili proceſſione in
ætitia magna & exſultatione. Biduo ſanè ibi pauſantes
ndam faciunt. Interim iuuenis Regis beatæ Virginis
ſponſus iam triennio antè Catechumenus exſtiterat: cum
ingenti nobilium gloria & Principum, [8] à B. Cyriaco Papa 8
baltizatur. Qui corde deuoto Baptiſmi gratiam ſuſcipiens,
Deo & hominibus dilectus, vniuerſisque, qui eum nouerant
& viderant, amabilis erat & gratioſus: adſiſtente illi B. Vr-
ſula ipſius ſponſa, cum omnibus Epiſcopis, Cardinalibus,
& Regibus, & Principibus, atque vniuerſo illius ciuitatis
Clero. Baptizati ſunt etiam cum eo quidam ſociorum eius,
qui cum ipſo venerant, quoniam iam ante Catechumeni
extiterunt.

Subrogatur in ſummum Pontificem Hilarium.] Hilapis quidam offenſionis eſt, cur apertæ fal-
tis, & cum B. Eliſabetha repugnantiæ conde-
tur hæc reuelatio, noſtraq; chronologia
ſus deſtrui videatur: nam Hilarius Pontifex
ſucceſſor Cyriaci A. 461. Pontificatum auſpica-
ueſt, de mortuo Leone M. ſub quo Attila Ro-
num vaſtauit imperium, vt B. Herm. fauere
ſem Attilano tempori credi poſſit, ſi nolimus
ta penitus id comprobare. Sed expedita re-
nſio: idem qui hic Latina voce Hilarius,
. Herm. Græco & genuino nomine Anteros,
. Eliſabeth alijsq; nominatur: nam Græca vox
Ἀντερὸς Latinè idem, quod Floridus ſignificat,
Hilarus, vel Hilarius. V. quæ de hoc ipſo cap.
t alibi diſputata.

2. *Duo ſequuntur Cardinales Pontius & Petrus.*] S. Eliſabeth vnum tantum Vincentium, ſeu Pe-
trum Vincentium nominauit, quia tunc eius tantùm nomen repertum erat; ſed quia poſtea Pontius etiam inuentus eſt, eum defendit B. Hermann. de quibus vide lib. 5. cap. 3. & lib. 1. cap. 42.

3. *Cum ingenti gaudio ad ciuitatem Coloniam exſultionis tripudio tendebant.*] Animabant omnes 1. tot diuerſis locis, perſonis, temporibus factæ reuelationes martyrij Sodalitatis illius, 2. tropæa inſpecta SS. Apoſtolorum & Martyrum, præſertim S. Cæciliæ, 3. præſentia S. Cyriaci, Patriarchæ Antiocheni, tot aliorum Epiſcoporum, qui eodem ſpiritu Coloniam ad Martyrium properabant.

4. *Paucis ſanè diebus.*] Si teneritudo perſonarum, & Italiæ pedeſtris itineris longitudo con-

do consideretur, pauci dies dicendi, licet mensem tempus reditus superarit.

5. *Virgo Christi Elisabeth dicit.*] Id c.12. fusè persequitur, suntq; horum omnium Coloniæ reperta corpora ijsdem inscriptionibus: de S. Clemente agit c.13.

6. *Cuius aduentum B. Vrsula triduò ante, quàm illuc aduenissent, præsciuit.*] Supplet B. Hermannus, quod omiserat B. Elisabeth, huic enim non videtur indicatum oraculum factum B. Vrsulæ infra Argentoratum, de sponsi aduentu.

7. *Archiepiscopus.*] Quis ille fuerit, dixi lib. 5. cap. 15.

8. *A B. Cyriaco Papa baptizatur.*] Primus hunc Baptismum Moguntiæ factum esse, B. Hermannus vulgauit: nihil de eo constiterat ex antiqua historia, nihil ex titulis, vel locorum traditione: de cuius veritate eo [illegible]nus dubitandum, quod liqueat prioru[illegible] ipsius dictorum veritatem esse euentu ipso [illegible]monstratam: Sed ei videtur repugn[illegible], quod historia cap. 7. dicit: *Conditione [illegible] nuptiarum libenter accepta, iuuenis cœpit patr[illegible]dentiùs insistere, vt ad satisfaciendum puella d[illegible]rijs per Baptismi consecrationem legibus statim in[illegible]retur Christianis*: vbi licet voluntas & de[illegible]rium Baptismi significetur, nondum tamen [illegible]ptismus ipse dicitur collatus: nam pacta [illegible]talia nil aliud continebant, quam id, q[illegible] S. Elisabeth cap. 12. expressit, sponsum tr[illegible] annis ante nuptias imbuendum esse fide Ca[illegible]lica. Hinc multorum ortus error est, qui [illegible]loniæ faciunt sponsum S. Vrsulæ occurrisse, [illegible] quo alibi.

CAPVT XIX.

Quod Angeli de cœlis adsint, vbi Vrsulæ Virginis sponsus baptizatur.

1 Aperto siquidem cœlo [1] Angeli lucis à Deo directi venit illuc præsentes, cum alijs compluribus Sanctorum person[illegible], huic tam festiuæ solennitati congaudentes. Denique ip[illegible] iuuenis regius tantæ Virginis sponsus adhuc virgo existe[illegible] [2] numquam mulierem cognouit, [3] aut vxorem, [4] custodie[illegible]te illum matre sua, & doctrinante optima muliere, & R[illegible]gina pijssima. Quæ in omni castitate, munditia, & h[illegible]nestate morum eum instruens erudiuit. [5] Discant ergo m[illegible]tres ab ista sumentes exemplum, & doceant filios & fil[illegible] suas, atque familiam castè viuere, iustè & piè incec[illegible]re. Porrò & ipse ex earundem sacrarum Virginum c[illegible]tu plures habebat cognatas, de quarum numero istæ fu[illegible]runt: Beata Benedicta, & Lucia, quæ de vndecim pri[illegible]cipalibus erant Virginibus, atque Anastasia, Virgines [illegible]lustrissimæ, & prudentes valde, nec non aliæque plure[illegible] Fuit etiam beata Lucentia cum eo, Virgo prudentissim[illegible] & nobilis tam animo, & genere. Filia patrui patris ipsi[illegible] [6] Vrsulæ sponsi, cum matre honestissima Comitissa. [6] Pat[illegible] itaque eiusdem iuuenis Rex senior de lupo & vrso crudeli m[illegible]tatus in ouem, in proprio regno baptizatus bona obijt mo[illegible]te, & vera Christi confessione. Quanti tunc gaudij iucundit[illegible]

Eximia la' Ætherij.

2.3.4

5

Cognatas multas habet præsentes.

6

Patris eius Agrippini conuersio.

vn

uersos lætificauit, cùm iuuenem tam generosum & no-
men sponsæ nobili viderent in omni probitate coæquari
& honestate. Elegantissimæ erat verò illa pulchritudinis, e-
legans & iste nimis fuit, & decorus. Viginti sanè & quinque
annorum & septem mensium fermè eo ipse idem iuuenis,
& illa verò decem & septem annorum erat & trium men-
sium. Quid plura? Filius ille Regis, & Rex iunior in-
clytus & illustris, atque ipsa nihilominus filia Regis inclyti
& Regina nobilis ac generosa immensam cunctorum læti-
tiam, qui ad tam admirandi gaudij spectaculum venerant,
subitò conuertit in lacrymas: mœroreque nimio vniuersos
afficiauit. Festinant ergo quantocyùs ad brauium; pro-
perant ad diu desideratum sibi martyrium. Filiæ Regum,
Principum & Ducum, imò Reges ipsi cum Reginis &
Ducissis, festinanti cursu pergunt Coloniam. Quò cùm
peueniissent, 7repererunt gentem Hunnorum barbaricam, i- 7 Hunni Co-
psam obsediisse ciuitatem. 8Princeps igitur eorundem barba- loniam ob-
sident. 8
rorum extra murum residens, super tanta puellarum multitu-
dine, atque domicellarum exercitus admiratus, eas sibi fecit
presentari. A quibus mox genus, patriam, atque aduen-
tûs illarum causam diligenti inquirit inuestigatione. Bea-
taquippe Vrsula cum sponso suo pariter præsentata tyran-
no, protinus oculis eius placuit, & animum in illam to-
tum iniecit, admirans Virginis elegantiam, pulchritudi-
nis expauit decorem, eamque sibi sociari concupiuit.
Quem Virgo iam antea cœlesti sponso, & 9Regis filio æ- 9
terni dotalitijs subarrhata cœlestibus contemnens, nefan-
di eius acquiescere desiderijs refugit. Porrò antequam
Hunnus incidissent tyrannorum, bono & salubri vtebantur Bona pau-
perib' largiuntur.
consilio: atque B. Laurentij exemplo, qui thesauros Ec-
clesiæ dedit pauperibus, agentes, quidquid illis expensa-
rum, vestium pretiosarum, thesaurorum, atque orna-
mentorum erat residuum, 10 ciuitate Colonia expenden- 10
tes, Ecclesijs, Christi pauperibus eroganda reliquerunt. Con-
siderent ista diuites, Prælati, & nobiles, Episcopi, &
Comites, qui Ecclesias Christi, & pauperes spoliant,
qui de alienis laboribus se ditant, & post mortem res pau-

perum Imperatoribus, & diuitibus in vanos vſus conſum-
dos relinquunt. Sibiq́ue infernalia ſupplicia mercantes c-
quirunt. Ecce Virgines iſtæ, ſuiq́ue comites, Reges, I-
ces & Principes, Reginæ, Comitiſſæ & Duciſſæ, terras, i-
uitias, patriam, honores, dignitates & parentes contemnu
exſultantes pro Chriſto corpora ſua tradiderunt pro D
ad ſupplicia, pro quibus æternæ vitæ conſecuti præmia per
nis gaudij iucunditate regnantes cum Chriſto perfruuntur.

1. *Angeli lucis veniunt à Deo directi illuc præſentes.*] Simile quiddam ſcribit Iacobus de Vitriaco, in Vita Sanctæ Mariæ Oegniacenſis, *lib. 2. cap. 4.* & ex eo Breidenbach. *lib. 1. cap. 32.* Cum Sancta Maria Oegniacenſis in pago Nitrenſi prope Niuellam degeret, vbi puerulus ad templum deportabatur baptizandus, vidit illa Dæmonem cum pudore ab infante recedere, cumq́ue ad fontem eum teneret, apertis diuinitùs oculis vidit Spiritum Sanctum in eiuſdem pueruli animam corporea ſpecie deſcendere, adeo vt circa eum iam fonte genitali tinctum innumerus Angelorum chorus circumſtaret.

2. *Numquam mulierem cognouit.*] Inſignis gentilis iuuenis & Regis inter aulæ delicias & mille Veneris irritamenta continentia.

3. *Aut vxorem.*] Habuit ergo vxorem, vbi verò copulatus matrimonio? non in Britannia, quia ante nuptias claſſis Sanctam Vrſulam eduxit è patria. Moguntiæ igitur, & poſt baptiſmum, ne Sacramentum Matrimonij prophanaretur, ita iam ante me ſenſit P. Philippus Bebius ſolertiſſimus Vrſulanæ hiſtoriæ inueſtigator. Hinc iſti annuli ſponſalitij, qui Coloniæ adſeruantur, vnde habet Mogũtia, quod ſibi glorietur de celebrato caſto hoc matrimonio, de quo vide lib. 5. c. 16

4. *Cuſtodiente illum matre ſua & doctrinante.*] Aderat mater Demetria iam Chriſtiana, quæ Moguntiæ monuiſſe videtur filium caſtitatis, tam breui ſpatio conſeruandæ, fortè & voto obligandæ: ad quod & S. Vrſulæ promiſſio Deo pridem facta poterat inuitare: quamuis admonitione quid opus ei: quem ad idem occultis ſtimulis efficax & copioſa Spiritus Sancti gratia inclinabat?

5. *Diſcant matres ab iſta ſumentes exemplum, & doceant filios & filias caſtè viuere, iuſtè & piè incedere.*] Plena matrum ſimilium exemplis vetus inſtrumentum, & hiſtoria Eccleſiaſtica; pauca delibaſſe ſufficiat. Anna mater Samuelis filium Deo offert, 1. Regum cap. 1. magnam filiorum curam pro ſalute habuit Salomona mater ſeptem Machabæorum, vt ſolicita fuit, ne quis eorum martyrio eximeretur? 2. Machab. cap. 7. Magna matris S. Auguſtini, Monicæ, ſolicitudo, nihil effecerunt eius gemitus, & aſſiduæ la-
mæ, ne filius interiret, nec perire p
tantarum lacrymarum filius, lib. 5. Co
ſionum. S. Felicitas ſeptem filios ita p
te in Deum, & cœleſtis vitæ amore imb
vt vnà cum matre læti pro Chriſto ſangu
profunderent, Antonino Imperatore re-
lij. Sancta Symphoroſa ſuos etiam filio
idem certamen animauit, 18. Iulij, Su
Baronius tom. 2. commendat S. Sophi
matrem trium liberorum Fidei, Spei,
ritatis, has omnes ita caſtis moribus al
eunte ætate inſtruxerat, vt cum matre
ter Adriano Imperatore vitam prodiger
licet prima duodecimum ætatis annum
dum attigiſſet. Poſſent ſimilia de
S. Elzearij Comitis, de Macilia S. Edm
de Blanca S. Luduici Regis memorari,
breuitatis cauſa prætermiſſo.

Matres ſolicitæ de ſalute filiorũ

6. *Pater itaq; eiuſdem iuuenis Rex ſenior.*] Con
ſionẽ Regis Agrippini deſcribit S. Eliſabeth
his verbis: *Nam pater eius Agrippinus in primo*
quo ipſe Baptiſmatis gratiã ſuſceperat, à vita deſ
Supplet hic additq; B. Hermannus, quæ o
rat de illius ante conuerſionem immanitate

7. *Reperierunt gentem Hunnorum barbaricam.*]
ximinus enim Gothos & Pannonios, qui H
etiam dicti ſunt ſiue à poſteris, ſiue à popul
bus ſuis, cum finitimis Vbiorum populis t
ad præſidia Romanorum (quæ in fide Sen
Romani contra Maximinum perſiſtebant)
pugnanda videtur miſiſſe, vt ita Rhenum
manì limitem & munimen imperij occupar

8. *Princeps eorundem barbarorũ.*] Quis ille fu
an Maximinus ipſe Imperator, vel eius Lega
affirmari nequit; alterum horũ fuiſſe exiſtir
rẽ tamẽ oẽm auſpicijs Maximini & imperio
credo, vt qui Maximi & Africani literis videa
paulò antè ad eã necẽ Virginib. inferẽdã inuita

9. *Et Regũ filio æterni deſponſitijs ſubarrhata cæleſt*
Ita S. Agnes reſpondebat tyranno: *Annulo ſuo*
arrhauit me Dominus meus Ieſus Chriſtus, & tanqu
ſponſam decorauit me corona, oſtendit mihi thoſa
incomparabiles, quos mihi ſe daturum promiſit,
ſum deſponſata, cui Angeli ſeruiunt, cuius pulch
tudinem Sol & Luna miratur.

10.

Ciuitate Colonia expendeuees Ecclesijs Christi ...us eroganda reliquerunt.] Certum est ad- multa Virginum ornamenta, cistulas, an- cimelia quædam, præsertim S. Vrsulæ, dulæ, & aliarum Virginum; poculum quo Rex Ætherius vsus dicitur: sed quo- delata Coloniam, quæ iam obsessa erat? an Moguntiæ deposuerunt eò mittenda? ita probabile videri suprà iudicaui, nisi malis in vicino loco: quædam tamen in nauibus relicta existimo, & reperta cum conterritis visu obsidentibus, antè, quam spoliare corpora cæsorum, & naues possent, panico metu relictis & abiectis armis profugerent.

CAPVT XX.

...omodo S. Vrsula suæ mortis seriem atq; Sodalium suarũ referens ...xposuit: atq; dæmones ad eorum interemtionem laborabant.

...tem Princeps ille Hunnorum dirus nimis & truculentus, ...n Virginis ipsius Vrsulæ Sodaliumq; suarum inuictam cer- ...et mentem; nec ad ea, quæ voluit, illas posse deflecti, astutia ...umuentus diaboli agit, vt sociæ Virgines, socijq; & sodales ... priùs sub B. Vrsulæ interimãtur pręsentia: arbitratur enim ...d illa ceterarum nece territa, tantò celeriùs ei consentiat, ...untati ipsius præbens effectum. Porrò sponsus felicis Virgi- ...inclytus à latere sponsę suæ gladio percussus interimitur, o- ...tam felicis Martyrij palmam pro Christo iugulatus accepit. ...hinc grassantur carnifices innoxium sanguinem fundentes ...xio se maculauere piaculo. Ipsa denique Virgo beata debac- ...ri cernẽs in sodalium nece malignos, stat imperterrita, nec ...nis tyranni vincitur, nec promissis delinita circumuenitur. ...rrò hæc eadem Virgo Vrsula nuper cuidam adsistens super ...ie passionis eius sciscitanti sic ait: Princeps ille putabat men- ...n meam ad amorẽ suum inclinare; [1] Vnde omnes priùs fecit ...rã me interfici Virgines, quo territa faciliùs ipsi cõsentirem; ...l cùm nollem iniquis eius consilijs prauæq; acquiescere vo- ...ntati, omnium ferè nouissimam me fecit occidi, & sagitta in ...rde percussa interij. Vniuersis sic sociabus meis interemtis ...socijs, me in sui iussit adduci præsentiam, ibiq; necari: vnde ...cidit, vt à sponso meo vnius lapidis iactu semota perimerer. ...ce hæc sunt Virginis eiusdem verba: [2] ita sanè loquebatur, ...tinè autẽ adhuc adiungens, dixit: Cumq; iam essemus inter- ...iendæ, en infinita dæmonum multitudo adfuit, diuersas spe- ...es & formas habentium: qui armis varij armati, per totum ...mpum vbi eramus iugulandæ, hac & illac discurrẽtes, ad no- ...rum interitum excitant interfectores. Deniq; & aër totus vsq; ...l cœlum Angelis & Sanctis atq; Virginibus sacris & matronis ...eatis apparuit plenus, qui ad nostrũ venerãt agonis triumphũ.

1 Martyriũ S. Vrsulæ.

2

1. *Vnde omnes prius coram me fecit interfici Virgines.*] Consentit historia vetus c. 15. vbi narrata Virginum strage, subijcitur cædes S. Vrsulæ, quæ sagitta transuerberata super aceruum Virginum corruit.

2. *Ita sanè loquebantur, Latinè.*] Fuerit ea visio externa, iuncta allocutioni: qualis communiter B. Elisabethæ de sancta hac Sodalitate manifestabatur; sæpe patrio, quandoque latino sermone: cuius ipsa idiomatis ignara, tamen Egberto suas dictabat crebrò relationes, quandoque etiam Teutonicè. De his de lib. 4. c. 23. & seq.

CAPVT XXI.

Quomodo de quouis Sanctorum ordine plures illis obuiam mittuntur, qui animas illarum ad cœlestia gaudia perferunt.

Cœlitum occursus

Vniuersi cœlestium ordinum chori tam Angelorum, qua reliquorum Sanctorum (inquit eadem Virgo) de suis consocijs plura nobis obuiam millia miserunt; præter Thronos, qui pacos de suo agmine in occursum nostrum direxerunt: Throni namque ita in Dei præsentia sunt confirmati, vt facilè ab eo separari non possint. Sed cùm ab Angelis in cœlum deferremur, ipsi Sancti nobis vbique lætantes occurrerent, viciniùs tamen

Virginum

nobis erant, propiusq; ad nos accesserunt sacrarum Virginum multitudines, atque beatarum matronarum acies, quæ quia certatim ad nos properantes familiariùs nobis adhæserunt: cùm iam apertis cœlis, ab Angelis, ceterisq; Sanctis, qui nobis gaudentes occurrerant, cum ingenti tripudio introduceremur.

Ingressus cœli.

vniuersi fermè Sancti, qui in cœlo remanserant, cum summo nobis gaudio occurrerunt; omnia cantibus dulcisonis ac iubilatione replent suauissima, in præsentiam Domini atq; in conspectu Matris eius nos gloriosè perducunt: Qui nostræ continuò congratulantes victoriæ, iubent Angelis, quatenus stolis induamur virginalibus, coronisq; adornemur præfulgidis.

Locus Vrsulanæ cõgregatiõis

Introducimur siquidem in mansionem quandam à ceteris Virginibus seiunctam, iam antè nobis à Domino præparatam: vbi pariter nos vndecim millia Virginum, cum perenni sumus iucunditate lætantes. Iuxta autem nos in parte vna, meus sponsus, & B. Papa Cyriacus, cum reliquis Sodalibus nostris viris in mansione quadam perlucida, æterna lætitia gaudentes. Ex latere sanè vno matronę sacræ consortes nostrę deputatam sibi habent mansionem ineffabili claritate coruscãtem, in qua & ipsæ felici gaudio sunt exsultãtes perpetuò. Porrò B. Michaël

&S

S. Euangelista Ioannes, qui comites indiuidui fuerunt, ac cu- Gloriosa introductio S. Vrsulæ.
ndis toto itinere nostro exstiterunt, cum pluribus Angelo-
rum obsequijs & Sanctorum, cùm ego ferè omnium nouissi-
ma interimerer, animam meam cum summa lætitia susci pien-
es, Domino suæq; Genitrici eam offerunt præsentantes. Hic
eura beatus exstat finis Virginum beatissimarum vndecim-
millium, sociorumq; illarum laudabilis & sanctus: quæ vniuer-
æ triumphalis necis palmam, perennisq; vitæ coronam rosei
fusione cruoris adeptæ sunt gloriam, atque cœlestis sponsi
amplexibus beatis perpetuo associatæ, pro cuius dulci amore
patriam, parentes, diuitias, atque delitias relinquentes, florem
virginei pudoris & immaculati mundiciam conseruauerunt
cardoris, ab ipso sanè in æternæ beatitudinis thalamum intro-
ductæ, perpeti cum eo gaudio iucundantes perfruentur.

Integram de hoc capite libro 1. institui quæstionem c. 40.

CAPVT XXII.

Quod infantes in vtero matrum pariter cum illis occidebantur, & adhuc inter cetera Virginum corpora reperiuntur.

Quandoque inter Virginum earundem sacrarum reliquias
& corpora, tam paruula inueniuntur ossa & corpuscula, [1] vt
vix trium mensium tempus & spatium à die conceptionis eo-
rum videantur habere. Vnde sanè plerique titubantes non
modicè quid ea portendant, sunt admirantes. Super quibus
B. Vrsula interrogata respondit, dicens: Matronarum aliquæ
inter nos exstiterunt, quarum quædam, cùm de terra nostra e-
grederemur, fuerunt prægnantes, nouiterque in vtero conci-
pientes, amore Christi, & ipsæ nihilominus spe regni cœlestis
nos secutæ nobiscum pariter occubuerunt interemtæ. Ha-
rum infantes, quæcumque in matrum vtero spiritum vitæ ha-
bebant, animamq; viuentem, cùm matres occiderentur, licet
gladius eos non attingeret, in morte tamen matrum & marty-
rio, atque [2] in illarum sanguine baptizati, absque dubio ab An-
gelis vnà cum matribus ad regna cœlestia perducebantur. Et
hæc est ratio verissima paruulorum, qui cum ceteris inue-

niuntur robuſtioribus. 3 Huic Capitulo inueniuntur Le-
rum aliqui refragari, prætendentes illam Domini ſententi
dicentis: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non po*
ſaluari. Plures autem Abbatum & literatorum, pietatem
mini, ac matrum fidem, atque in Deo dilectionem, pura
illarum confeſſionem ad Martyrium pro Chriſto ſponte
perantium commendant, dicentes, eoſdem infantes in con-
ſione matrum & ſanguine earum baptizatos. Pace dixer
Lectorum, quod pietas Chriſti multum foret dormitans &
guida, ſi pro ſuo nomine occiſos ſineret damnari. Sed cum
ce quadam eiuſdem hiſtoriæ & Capituli Notarius Legenti
apud ſe ſententias tacitus reuolueret, cœlitùs illi dicit
Pro certo ſcias, quod ſi infantes in matrum vteris mortantur,
mnantur, ſed pia illorum erit damnatio. Sed hoc ſcias, quod ſi
ter pro Chriſto occidatur, puer in vtero matris, confeßione ma
& ſanguine eius plenè cum matre ſaluatur. Non attendas, inqu
quid Magiſtri ſuper hoc loquantur: nuſquam enim diuina ſeu
tas habet in his, vt damnentur: quia ſicut diuina iuſtitia vbiqu
ſe extendit, vt feriens corrigat, ita diuina pietas vbique ſe dila
vt ſaluans ſubueniat. Item alia vice: *Nam ſicut diuina verit*
ipſaq; Dei iuſtitia & ſeueritas vbique ſeſe extendit, quatenus n
impunitum relinquat, ita ineffabilis eius miſericordia & cari
ſe vbique dilatat, vt innocentibus miſericorditer parcat.

3 Opponit ſententiam cõtrariam Theologorũ quorundam.

1. *Vt vix trium menſium tempus à die conceptionis earum videantur habere.*] Si quis neget eo tempore perfici Romanam peregrinationem potuiſſe, dicat eas matronas grauidas in itinere acceſſiſſe, vel cum ſponſo è Britannia ſoluiſſe, vel dici poſſunt trimeſtres viſos fœtus, qui quadrimeſtres eſſe poterant.

2. *In illarum ſanguine baptizati.*] Hanc quæſtionem fusè lib. 1. c. 37. perſequor.

3. *Huic capitulo inueniuntur Lectorum aliqui refragari.*] Nondum tunc Coloniæ incepta erat ſchola Alberti M. quæ ſequenti primum ſeculo Ann. 1228. nata eſt: & S. Thomæ poſt ann. 1
ita videntur Cœnobiorum quorundam, vt
nedictinorum Profeſſores intelligendi: ful
enim poſtea plures *Abbates & literatos* contra
tenuiſſe, puta *Abbatem Gerlacum Tuitienſem*
liosque. Scoti verò ſchola Coloniæ circa
1304. cœpit, vbi & ſepulcrum inuenit ſubli
appenſis in laminis æneis diſcipulorum eius
mo liſſimorum expreſſis imaginibus & nomi
bus, prope quod exeſis iam vetuſtate lit
hanc lapidi inciſam legi inſcriptionem: *Ioa*
Scotus S. Theologiæ Doctor ſubtilis obiit An. 1308.

CAPVT XXIII.

Quod lactentes paruulæ inter vndecim millia Virginum occi locum habeant & præmium cum ſanctis Innocentibus.

1 Puellæ ſiquidem paruulę, quæ inter eas fuerunt, & lactente

qu

cum Virginibus pariter sunt iugulatæ, supra vndecim
illum numerum reputantur: 2 istæ verò licet inter sanctos 2
nocentes non maneant, qui sub Herodiana persecutione
interemti, præmium tamen innocentiæ ac æternæ beati-
dnis cum ijs sortiuntur. Adhæc sanè quibusdam non mo-
icum ambiguitatis generat, quod tanta multitudo vndecim
illium Virginum dicatur, 3 & non aliqua earum saltem in 3
lomo patris sui sub habitu sit virginali corrupta. Dum itaque
lic quadam harum Notarius stans super his mente reuolueret,
cce cœlitus cogitationi eius respondetur: *Quia non est ita,*
ut putas, nam integer numerus vndecim millium ibi erat Virgi-
num. Cui & alia Virgo illustris de illarum numero interroga-
ccebat: *Erant in terra illarum, vt tu existimas, in quarundam* Diuina prouidētia, ne corruptæ miscerētur Virginib⁹.
domo paterna tres aut quatuor iuuenculæ, quarum aliqua ex his
sui corrupta, & nudo capite ac virginali habitu incedens, dissi-
mulabat se fuisse corruptam, sed cùm ad id fuisset ventum, vt Vir-
gines eligerentur, nutu diuino actum est, cœlestiq; prouidentia ge-
stum, vt verè virgines eligerentur ad B. Vrsulam mittendæ, ac
corruptæ in domo paterna relinquerentur. Vnde accidit, vt plenus
vndecim millium sacrarum Virginum numerus, atque inte-
ge foret, & perfectus. Ecce quantum & quale miraculum, ac
fats super earum electione admirandum, quod sic tantus Vir-
gium numerus absque corruptarum intermixtione eligi po-
tut ac discerni.

Lactentes.] De his fusè disputaui lib. 10. c. 38.

Ista verò licet inter sanctos Innocentes non maneat, qui sub Herodiana persecutione sunt interemti.] asserit: *primò*, hos infantes in cœlis statio-
& sedem gloriæ obtinere in Sodalitate Vr-
a, quæ seiuncta est à societate puerorum
ocentum, qui sub Herode fecerunt Marty-
. *Secundò*, æquales tamen videri in gloria cum illis: sicut enim consentientibus Theologis par est infantium illorum gloria, qui renati Baptismo statim ante vsum rationis moriuntur, ita & æquale eorum præmium, qui in infantia pro Christo occubuerunt.

3. *Et non aliqua earum saltem in domo patris sui sub habitu sit virginali corrupta.*] Alia proponitur quæstio discussa lib. 10. c. 35.

CAPVT XXIV.

Quod robusta inter cetera Virginum corpora inueniantur & membra, & capita, & corpora.

Accidit sæpe, vt magna corpora inter easdem inueniantur
Virgines, & robusta: Quorum quædam prædictorum, qui
cum

cum illis pariter perimebantur, sunt virorum, 1 quædam etiam matronarum, quarum multæ cum eis martyrizatæ exstiterunt: (*alia lectio habet, multæ cum eis occidebantur maritæ*) Quædam verò quarundam Virginum illarum sacrarum. Porrò vt quædam Virgo sacra de ipsarum numero asserens uper attestabatur, quod fuerint inter Virgines quædam aduæ, ætatisq; prouectæ, quæ Domino, glorioſæq; Matri eius, virginitatem suam deuouerant, se vsque ad mortem illibatam seruare. Erant præterea inter eas quædam satis perfectæ ætatis, quæ viris exstiterunt desponsatæ, quarum sponsi bellicis intenti negotijs, & morte præuenti, siue etiam quidam interfecti, sponsas suas reliquerunt intactas: Ita enim Dei prouidentia, qui solus nouit, quid de illis sibi foret agendum, nuptiæ illarum sunt dilatæ plurimarum. Et hæc est certissima causa corporum robustorum, quæ passim inter ceteras Virgines teneras inueniuntur.

Virgines quædam deuotæ.

1. *Quædam etiam Matronarum.*] Ponit varia Sodalitatis Vrsulanæ personarum genera: 1. enim viri aderant: 2. matronæ multæ maritatæ & aliæ viduæ, vt Demetria & Gerasina Reginæ: Virgines erant quædam, aliæ quidem proiecta ætate & senes, voto virginitatis obligatæ; aliæ verò perfecta ætate: unde & exstiterunt robusta, & confirmatæ ætatis corpora: Hanc personarum varietatem sepulcri tituli confirmarunt.

CAPVT XXV.

Quomodo tribus est reuelatum, quod viri etiam fuerunt in comitatu, & cum illis occisi.

1 [1]Personarum sublimium, atque virorum, qui in earundem Numerus virorum, Virginum beatissimarum fuerunt Societate intereremti, numerus erat aliquantulum plus quàm ducentorum: sic enim duobus constat cœlitus esse reuelatum. Fuerunt etiam inter illas matronæ, quæ de Virginum illarum non erant numero, Matronarū 2 plus quàm ducentæ: [2]Licet enim in passione illarum nullarum virorum, qui cum illis erant, fiat mentio præ numerositate Virginum & multitudine: tamen quiuis hominum, qui sanæ furit mentis, facillimè intelligens aduertet, illas virorum, sicut suprà diximus, non potuisse carere obsequio & ministerio tam nauigio, quàm pedestri itnere, Romam tendentes. Funiculus, vt quidam ait, triplex difficilè rumpitur. 3 [3]Tribus san-

cœli

...tùs reuelatum est, quod virorum quidam in earum fue-
...un comitatu, & matronarum; fratri cuidam, atque Virgi-
...ibus duabus. 4 Felicis memoriæ virgo Elisabeth scribit Cy- 4
...iacum Papam cum Cardinali Vincentio illarum interfuisse
...ui & Societati. Et nos scribimus eundem Papam cum
...ous Cardinalibus Pontio & Petro, atque cum pluribus ad- Cardinaliũ
...personis, qui eum sequebantur, interfuisse. Binomius si-
...ilem erat vnus illorum Cardinalium: nam Petrus Vincen-
...appellabatur. Nec hoc quidquam derogat veritati, quod
...non scripserit plures fuisse cum illo comitatos, & nos plu-
...scripserimus, eum fuisse secutos: 5 ita enim Euangelistæ vi- 5 Euangelistarum consensio.
...ur impares inter se, discordantes in pluribus locis. Scribit
...s illorum, Dominum quendam dæmoniacum, in quo erat
...ego dæmonum, curasse: Scribit alter duos de sepulcro pro-
...cessisse, atque à legione dæmonum per Christum curatos.
...cribit vnus latrones Dominum conuitiantes: scribit alter
...vnum solùm. Porrò Virgo Elisabeth prædicta docet plures E-
...piscoporum Virginibus sacris in eodem itinere fuisse associa-
...tos, quod nos satis approbamus. Hic reuera beatus exstat
...Virginum finis sacratissimarum vndecim millium, socio-
...rumq; illarum, sanctus & laudabilis; quæ vniuersæ trium-
...phalis necis palmam, perennisq; vitæ coronam rosei cruoris
...effusione sunt adeptæ, atque cœlestis sponsi amplexibus beatis
...perpetuò associatæ. Vniuersarum siquidem Virginum san-
...ctarum, Reginam cœlestis Sponsi sui Genitricem imitantes
...piam, vsque ad finem Virgines immaculatæ permanserunt,
...sanguinem suum pro eo fundentes, ab Angelis in cœlum suis
...consortibus sanctis, videlicet Virginibus, associandæ perfe-
...rentur: vbi felices sponsæ, dulcissimo Sponso summi Patris
...Vnigenito, benedictæ Virginis Mariæ dilecto coniunctæ Fi-
...lio, lætitia inenarrabili, & exsultatione gaudentes æterna,
sine fine regnabunt: Qui est vnà cum Matre sua, Vir-
ginum sanctarum 6 pia & perpeti Regina,
benedictus in secula, AMEN.

(o)

1. Per-

1. *Personarum sublimium atque virorum.*] Intelligit Episcopos, Reges, Principes, Comites: Confirmat autem virorum præsentiam reuelatione duorum. Addit de matronis ducentis, quas inter viduas & maritatas numerat.

2. *Licet enim in Passione earum antiqua.*] Magnum hoc veteris historiæ Vrsulanæ (vt modò vocatur) testimonium antiquitatis: quæ ante quadringentos & quinquaginta annos *Antiqua* dicebatur: erat iam tum quingentorum annorum æuo S. Cuniberti conscripta: & rectè tunc *Antiqua* appellabatur, vt à Galfredi fabula recens procusa distingueretur.

3. *Talibus sanè cœlitus reuelatum est.*] Constat de duobus: S. Elisabetha & B. Hermanno: quæ Virgo altera fuerit, ignoro.

4. *Felicis memoriæ Elisabeth.*] Obijcit sibi B. Hermannus, primò ex veteri historia de omissis viris: tum ex B. Elisabethæ reuelatione: nam vtramque defendendam suscepit, & veram credidit: Vnde nec nobis facilè ab ijs discedendum est. Patet & hinc, quam prudenter ac cautè sua scripserit, conferendo cum alijs, ne quid de suo extra reuelationem sibi factam adiungeret, quod aliorum libris receptis, vel reuelatis repugnaret. Consuluisse autem Theologos in dubijs, colligitur ex capite 22. vbi cum pro se Abbates & literatos laudaret, de Doctoribus refragantibus subijcit: *Sed cum vice quadam eiusdem historia & Capituli Notarius legentium apud se sententias tacitas reuolueret, dicit sibi a [illegible] Non attendas, quod Magistri supra hoc loqu[illegible]* Itaque cum consuluisset eos, responsa data proponebat, qui ea quandoque correxit. videri mirum debet, tunc aliquot Theol[illegible] oppositum tenuisse, quibus iam comm[illegible] schola duce Richardo de media villa adu[illegible]tur: multa enim vidit posterior ætas, [illegible] commissione scholæ Doctoris Angelici, & [illegible] tilis Scoti, quæ prior ætas ignorauit: mu[illegible] veterum sententiæ olim receptæ iam anti[illegible] tæ exoleuerunt: vt iam Petri Lombardi [illegible] gistri 26. articuli reijciantur. *Bel. in Script[illegible] Eccleſiaſtica f.* 341. Si quis verò dubite[illegible] tunc vixerint Theologi, dico paulò ante[illegible] ruisse Petrum Lombardum, cuius passim [illegible] scipuli tota Europa in cathedris celebrab[illegible] & S. Rupertum Coloniæ ac Tuitij.

5. *Ita etiam Euangelista.*] Ostendit exe[illegible] SS. Euangelistarum non esse repugnantiam, [illegible] alter addit, quæ prior prætermisit: nam S. Ioa[illegible] Euangelista postremus eorum scriptor o[illegible] pleraque, à prioribus narrata fusiùs, suppl[illegible] ab alijs præterita.

6. *Pia & perpeti Regina.*] Familiare [illegible] B. Hermanno in fine laudem Deo & Dei[illegible] dicere; vti in iubilo: *Tibi laudem cum Maria [illegible] nos duxit in hac via, nostro damus Saluatori, p[illegible] fuit dulce mori, qui amasti, qui iunisti, qui el[illegible] pertraxisti, tibi sit laus & gloria.*

LIBRVM SECVNDVM B. HERMANNI STEINFELDIENSIS

PRÆFATIO.

DRriusquam secundum eiusdem Scriptoris Librum aggrediar, nonnulla sunt circa eius inuentionem, autoritatem & vtilitatem præmittenda.

Libri huius Anno 1187. conscripti autographum Steinfeldiæ, vbi cœlitùs creditur inspiratum, à 50. annis Cœnobiarcha teste perijt, repertum est à me casu Coloniæ in quodam monasterio, quod à Præmonstratensibus olim fuit gubernatum, apographum: cùm frustra multis annis mecum in eo quærendo laborassent. Scriptum de Libro fuerat in Italiam, Franciam, Belgium, Angliam, nemo vnus illius vestigium deprehendit: sed nec autographum, à me visum hactenus memini, qui lecti à se fecerit mentionem, solus Autor prioris libelli reuocat ad hunc se frequenter, eoq; lectorem remittit, ne cursum historicæ narrationis filum interrumpere, inuitat autem rerum ipsarum nouitate, raritate & iucunditate ad eum diligentiùs euoluendum.

Liber hic perijt in loco, vbi reuelat' fuit.

Itaque cùm depositæ eius accipiendi spe libris his vndenis coronis accessissem, & ipso anno 1639. solenni in supplicatione corpus B. Hermanni 3. Iulij postridie Visitationis Deiparæ, fuisset insigni pompa & apparatu magnificentissimo, Magistratu comitante, & infinita ciuium frequentia ferretrum illud ciuis sui stipante, præcitis eidem Senatorijs tædis & insignibus vrbis circumlatũ; eo ipso sequẽtis anni decurrente die ager Vrsulanus detectus centuriam Martyrum (vt confidunt multi) paulatim erutorum ciuitati patefecit: sed dum anno 1641. die Visitantis Virginis aream Vrsulanum inspicio, post annuum conatum peracturus, vt inuenta martyrij indicia iuratis auditis testibus confirmentur: venio in notitiam, apographum Colonie supereſſe, trecentis ferè, vt apparet, ab hinc annis exaratum, & hactenus in ecclesia obijo, quod à Præmonstratensibus gubernatum est, conseruatum, vt videatur Deipara Visitans & ipsæ Vrsulanæ Virgines (quod Scriptori seu Notario cap. 22. pollicitur) autorem intra triennium vehementer exaltare voluisse: & librum eius quadringentis annis abditum, in lucem, ad multorum vtilitatem & gloriam Scripturis producere.

inuentus recens.

Hunc dum librum accuratiùs excutio, noua suboriri lux mihi visa est, explicari difficultates; multa, quæ præterieram, & abdita latebant, in Solem proferri. Sit enim autor spectandam expeditionis totius seriem, & delectus virgineos in regionibus diffitis habitos proponit, sic non chiliades tantum singulas, sed centurias, & decurias penè collectas, earum duces, custodes, principum puellarum nomina, genus, indolem, Regum & Principum eius temporis studia, mores, varietatem, multitudinem, originem, quorundam etiam vitia percenset, vt non præteriti, sed præsentis temporis rem gestam oculis subijcere videatur: Enimuero si ceat Vrsulanam historiam annulum nominare, gemma ipsius hactenus desiderata, liber iste posset appellari, in quo decimæ ferè partis Virginum omnium Vrsulanarum genus, & stirps illustrior declaratur, & plusquam vicesima pars eadem suis nominibus proprijs recensetur, quæ ne conficta temerè quispiam opinetur: eorum centurias aliquot ex ipsis monimentis erutorum, cum his congruere suis locis apertè commonstrabo, vt nulla fraudis esse possit vllius suspicio.

ei' materia

præstantia.

Autor huius libri, vel scriptor potiùs, aut, vt se ipse nominat, Notarius, non potest alius, quàm qui superioris, existimari: Colligam hic loca, quibus in eo lecto-

Autor eiusdẽ qui superioris

Lectorem remittit ad hunc libellum, & inuitat ad eius euolutionem: materiam etiam, de qua tractaturus, insinuat.

Promittit hunc librũ & materiã eiꝰ indicat cap. 7.

Cap. 7. proponit tam libro primo dicenda, quàm hoc secundo: *Regum, ... & Episcoporum, qui cum ijsdem sacris Virginibus de Britannia sunt profecti, & de illorum patria venerunt, breuiter hic genealogia & series tangitur. Sed in fine historiæ huius ... volumine conuersio illorum & status exponetur latius.*

Porrò Caput 6. 7. 8. breue compendium est eorum, quæ fusè hoc poste... referuntur; hic enim vberius inuitatio principum Sodalitatis personarum; acc... & cuiusque natalis conditio, status qualitasque; virtutes etiam, & naturæ diu... dona memorantur.

C. 8.

Cap. 8. *Axpara*, inquit, *hæc eadem & Ducissa fuit & Regina, sapiens valde & ... stria, ac prouida. Porrò aliàs de ipsa & filiabus eius, atque consobrinis ipsius, Anchira D... & filiabus suis quatuor, & Eleutheria Comitissa, & filia sua Lucentia præclarissima, tra... tur.* Præstat hoc fusè duobus extremis libri secundi capitibus: priore de Ax... genere, prolibus, comitatu: posteriore de Anchiræ progenie, de Eleutheria ... centiaq; stipatu familiaq; differit.

In fine capitis eiusdem.

In fine capitis plura pollicetur, Lectoremq; ad volumen totum euoluen... inuitat his verbis: *Ecce prædictorum Regum & Reginarum, Ducum & Comitum, & ... cipum illustrissimarum, Virginum & Matronarum expeditionum seriem plurimarum ... latim descripsimus in alio volumine, & pleniorem: in quibus Lector, si eam vsque ad ... perlegerit, Virginum plurimarum nobilium & domicellarum laudabilem vitam mirab... & religiosam conuersationem earum & pudicam.*

Denique in vltimo capite prioris libri (quod hactenus perierat, nuper tan... cum sequenti libro repertum est, & à me primo loco post paulo proferetur) oste... accuratius in hoc, quam superiore se debuisse sæpius ad calamum verba, syllab... & ipsa commata dictantium Cœlitum excipere, dum ait: *Accidit quoque crebriu... dum stylum apposuissem pagina, iussus ponere pennam, ignorare me penitus scribendi m... riam: & syllabæ, dictiones, commata, versus medietas, integer versus prænominabatur: & ... præcipuè tamen in subsequenti volumine expeditionum earum nobis euenit, vt nimoru... fermè deficeremus.* Continet enim sequens hic libellus intricatas quasdam genea... gias, & supra septem centurias nominum propriorum, vt necessario materiæ t... Autorẽ magis fatigarit, cum prior plurimũ narrationem historicam cõplecteret...

à B. Hermanno scriptus est

Iam verò Scriptorem esse B. Hermannum, Steinfeldiensem Cœnobitam, n... alium, vt alias probaui, confirmant hæc etiam: *Primò*, quod autographum pute... esse Steinfeldiæ scriptum, cum viueret ibi B. Hermannus, licet à 50. annis int... ciderit, Bellona sæuiente, & inde transcriptus ante trecentos circiter annos Cod... sit, pro cœnobio Weierensi, quod curæ Præmonstratensium tunc commissu... fuit: adeoq; & à Præmonstratensibus profectus, & ijsdem sit dedicatus: nec in ea... milia vlli ea ætate possit melius tribui, quam B. Hermanno. *Deinde*, quod ea Deipa...

Familiaritas eius cũ Deipara & SS. Virginibus.

Virginis, quę hoc in libro elucet, dictantis integra quandoque capita, & methodu... scribendorum digerentis, beneuolentia fauorque prorsus incredibilis, cum nulli... eius ætatis vita, moribus & gestis, vt cum B. Hermanni congruat: taceo familiari... ma & continua Virginum Vrsulanarum cum eodem colloquia, monitiones, instr... ctiones, nominum propriorũ suggestiones. Præterea promissa est ab ijsdem SS. Vi... ginibus Scriptori per Deiparam mira exaltatio c. 22. quam exhibuit B. Hermann... ea tam stupenda virginalis coniugij oblatione, prioris nominis in Iosephi mutation... commonitione noui muneris, vt alter Ioseph Iesum brachijs baiularet, quæ cum tu... ta sint omnibus ex vita, non sunt latiùs deducenda. Huc accedit, quod talis esse d... buit, qui patria fuerit Colonienſis, effossioni corporum Vrsulanorũ interfuerit, C... loniam sępius excurrerit, complura capita corporaque Sodalitatis ipsius obtinueri... eximia sanctitate Coloniæ impetrata claruerit. Similia enim insinuantur Scripto...

exaltatur B. Hermãnꝰ per Deiparã in vita ob hanc scriptionẽ

C. 22.

verbis istis S. Teclæ: *Scias, inquit illa pro certo, quia ex quo ciuitas tua* (Colonia) *funda... est, nunquam Monachus eam introiuit, qui tantum in ea profecerit, quantum tu profeciſti, e... adhuc proficies. Thesaurus enim te magnus exspectat, & pretiosus tam Martyrum sanctorum quàm Virginum sacrarum.*

Hæ

Hæc neq; Richardo Pręmonſtratenſi, neq; Tundalo, neq; alteri Coloniæ tunc, ...rvicinis locis commoranti (cuius quidem celebrior exſtet memoria) ſed ſoli B. ...poſſunt accõmodari: vita in manibus eſt: tria de his capita legantur, mecum ...ebit faciet: præſertim ſi animum intenderit in adnotationes, in quibus quandoq; ...emia è vita proferam: quæ hic breuitatis cauſa prætermitto. *vita c.29. 30.31.*

Tẽpus oraculi huius cœlitus dati diſertè exprimitur quadriennium poſt prius: ...nnu videlicet 1187. Quã diu vicibus interpolatis id acceperit, nõ meminit, videtur ...me nõ vno anno abſoluiſſe eius ſcriptionem: nam cum affecta eius valetudo, tæ...iunq; & faſtidium, in hoc magis, quàm in præcedenti libro exarando natum ſit, & ...nim nõ recta diſpoſitio vacationẽ quandam indulſerit, ita vt opus fuerit quandoq; ...xhortatione vehementiore, quandoq; coactione ad laborem reſumendum: & cum ...rimus liber ſupra triennium ſcribẽtem exercuerit, nõ minus videtur temporis huic ...ppoſuiſſe conſignando, qui præter alia breuiter continet virtutes heroicas præci...uarum Virginum, Epiſcoporũ, Regũ Principumque, qui hanc Sodalitatẽ præſentia ...ua honeſtarunt, ex cuius lectione ſtatus pene omnis hominum rectè viuendi poſſit ...ctem petere. Quocirca ſi vnius Agnetis, Agathę, Cęciliæ SS. Virginũ caſtitas & ...rtitudo legentem afficit: hic tot centuriarum, paris nobilitatis, animi conſtantięq. ...Virgnum, rara varietate perſonarum euentuumq. diſcriminatæ virtutes heroicæ ...ebris animum mirificè detinebunt. Tẽpus re...uelationis

Eſt ſanè cur in huius Martyrij narratione plus Deum admirabilem in Sanctis, ...am in alijs poſſimus prędicare. Nam ſi mira Dei ſuauitas elucet, vbi nonnullos ab ...pusncunabulis ita gratiæ ſuæ donis præparat cœlo, ſeparatq. ab illecebris mundi, ...quaſi nutrix & pædagogus informat & dirigit, vt ea, quæ Coſmophili in primis ha...ben, aſpernentur & reijciant: contra quæ carni moleſta, ab amoris, æſtimationis & ...moris proprij deſiderio aliena ſunt, appetant ſtudioſè; certè in his non vnam ſolã, ...ed hiliades videas aliquot, ita magiſterio Spiritũs S. eruditas, Regio ferè & illuſtri ...ſanguine procreatas, in aulæ delicijs enutritas ea faſtidiſſe, quib. mortalium vulgus ...maximè ducitur: nullas ijs diuitias & delitias, nullos honores ſapuiſſe: ſola eas diui...iorum bonorum ſpecie motas: in ſtudio pietatis, in caſtimonia & conſcientiæ inte...gritate conſeruanda, curam omnem & induſtriam collocaſſe, vt non mortales, ſed ...quasi Beatorũ è numero in cœlo ſuos amores, ſpes & iucunditates habere viderẽtur. ...Pernirũ eſt, plurimas ex his & gentilibus ortas parentibus, in ampla licentia & pec...catorum facultate, deſtitutas etiam magiſtri mortalis inſtitutione, animos tamẽ in...nocentes, ſanctos & lacte nitidiores conſeruaſſe: vt dum per cœnum & ignem licen...tiæ legalis Gentilitiæ ingrederentur, nulla tamen fœdiore labecula vel mentem ...inferent, vel corporis illibatum florem amitterent: imò quæ nec odore quidem i...mundi cupidinis afflarentur: tam ſolicitè enim ſponſus earum, puras & integras ſuas ſponſas ſemper conſeruauit: vt ſcriptor ob laborem nimiæ defatigationis penè exa...ſtuatus, odore tãtarum virtutum, animo refectus, tædium omne ſcriptionis abſter...ſit. Hoc enim de ſe ipſe narrat: *Vt nimio tædio fermè deficeremus: ſed cum repente reli...giosſimarum iuuencularum, nobiliſſimarum Regum filiarum & Principum admiranda reli...gio tam paganarum, quam Chriſtianarum, earumq; laudabilis, caſtæ & arctæ vitæ conuerſa...tio aritatis & abſtinentiæ, ſobrietatis & modeſtiæ virtus, totiusq; honeſtatis & feruoris de...cus obis cœlitus occurriſſet, mox omne prorſus tædium ab animo pellebatur, ita ſanè fiebat, vt inter ſpem & deſperationem, inter mentis faſtidium ſpiritusq; delectamentum, expedi...tionis illarum ſeriem conſummaremus.* Mirabilis Deus in Sãctis ſuis.

Habebunt in hoc volumine Reges quod mirentur & imitentur: & virtutum ſingularum, quas illa maieſtas exigit, viua, & natiuis expreſſa coloribus lineamenta, ...ncipes etiam viri, Duces, Comites, Toparchæ, nobiles, vxorati, cœlibes, ſponſi, ...quod emulẽtur: nec militibus & belli ducibus deerũt virtutũ decora, quę ſuſpiciant. Vtilis hic liber omni ſtatui hominum.

Eſt hic ſacrorum Præſulum & Epiſcoporum vera delineata effigies: inſignia ...virtutum expreſſa, quibus velut gemmis infulæ niteant.

Maritatæ quoque Reginæ, Duces & Principes feminæ: Viduæ etiam hic ma...gtras vitæ perfectioris, omnisq. ſanctimoniæ reperient. qui à tene ris ſpernũt terrena.

Tales hic integræ chiliades.

Cõſeruatę in innocẽtia & virginitate.

Omni ętati & ſexui.

Vt taceam Virgines tam nobiles & iam deſponſas, quam puellas impuberi Hic iuuenes & adoleſcentes, pueri, omnis ætas, ſexus, conditio, decurias aliquot i uenient vitæ ſanctioris, & exquiſitæ completæq. virtutis, cui velut ideæ, ſi mor quiſque ſuos ſtuduerit conformare, ad ſanctitatis apicem, Deo dante, ſuffragan bus tot Virginum precibus euolabit, vt vix vlla in ſocietate martyrum haberi ma ſingularis perſonarum, euentuum, rerumq. geſtarum notitia queat: quam hic ſi dioſus Lector inueniet. Breuiter enim cuncta, dilucideque, Deipara Virgine rum ordinem digerente, memorantur: genealogicæ ſeries & natales accuratè e plicantur, vt velut in tabella temporis illius principes familias Britannię, German Belgijq; liceat intueri: modos etiam raros & vias, quibus Deus intra triennium quilonares præſertim regiones capitibus Eccleſiaſticis & politicis vtriuſque ſex ſpoliarit, vt inde nobiliſſimum debellato tartaro tropæum erigeret gloriæ: in q diuina attributa, ſapientiæ, bonitatis & potentiæ clariſſimè velut in ſpeculo exhi rentur.

Explicat Dei prouidentiam

Mirari hic itaque licebit, quanta prudentia & cautione ſingulis è regionib collectæ, & per decurias, centurias & chiliades Virgines, ſuis cum cuſtodibus, d ctoribus, ductricibusq; ad S. Vrſulam ſint deſtinatæ, Epiſcopis ſanctiſſimis, Regib & principibus viris, matronis etiam honeſtiſſimis, caſtiſſimis, prudentiſſimis con tantibus, ne cui offerri vitium poſſet, vel innocentiſſimi Virginum intactarum a mi, minima leuitatis offenſiuncula in itinere vulnerari.

& humanã curam ac prudentiã in ductoribus.

Nobile caput extremum eſt libri prioris, vti huius clauſula, ſic poſterioris exo dium, in quo Cœlitum ſibi factos fauores candido apertoque ſtylo cum grati ani ſignificatione deſcribit autor. Multa hic rara occurrunt, quibus ſoleant moc Deus Cœlitesque, Hagiographos ad ſcribendum impellere, ſcribentes diriger monere, vrgere, præſertim verò hoc vnum accurare, ne error irrepat, vel animi p turbatio luminis cœleſtis claritatem obtenebret.

Sed antequam hoc caput & librum ſequentem aggrediar, meæ memor imb cillitatis, à Patre luminum, precibus Deiparæ & totius exercitus Vrſulani ſuppl auxilium imploro: vt quod meæ deeſt ingenij tenuitati, ac demerita prępediunt, t millium ſuffragijs ſubſidiaria quadam luce clementer tribuatur, ne aberret à ve calamus, & cœlitus oraculum redditum, falſitatis alicuius labe cõtaminetur à cor mentatore. Niſi enim ope diuiniore fulciamur, qui in rebus ſub ſenſum cadentib toties hallucinamur & deerramus, quantum in diuinis aberrabimus? & in hac q dem periculoſa materia, quam hic Cœlitum interpres erroribus inquinaſſet, n monitis identidem cœleſtibus fuiſſet directus & inſtitutus, ipſum audiamus.

EPILOGVS PRÆCEDENTIS LIBRI, & quaſi Procœmium ſequentis.

Quod Notarius huius Paſſionis cœlitus eſt admonitus expeditiones SS. Virginum deſcribere.

1 [1]Ecce in longum extenſa eſt Virginum tuarum IESV Chriſt nouæ hiſtoriæ materia, & multo facta eſt prolixior, quam in i pſo ſcribendi exordio eam putaremus extendi. Teſtis enim mihi es Domine, quia vix duorum aut trium foliorum in ipſ ſcribendi initio, me conſummare ſeriem exiſtimabam. Noſt

2 etiam, quoniam [2]frequenter contra voluntatem meam ad ſcri bendũ multo tædio affectus excitabar. Accidit quoq; crebrius dum ſtylum appoſuiſſem paginæ, [3]iuſſus ponere pẽnam, igno

cõtra volũtatẽ iubetur ſcribere.

3

rar

ver me penitus ſcribendi materiam: ſed quemadmodum cum
ueris agitur paruulis, cum primum literis ſunt imbuendi, ita
tunc nobiſcum agebatur; ſyllabæ, dictiones, commata, ver-
tus, medietas, integer verſus prænominabatur: & hoc præcipuè
tamen in ſubſequenti volumine expeditionum earum nobis e-
ueniit, vt 4 nimio tædio fermè deficeremus. Sed cum repente
religioſiſſimarum iuuencularum, nobiliſſimarum Regum fi-
liarum, & Principum admiranda 5 religio tam paganarum,
quam Chriſtianarum, earumq; laudabilis caſtæ & arctæ vitæ
conuerſatio, caritatis & abſtinentiæ, ſobrietatis & modeſtiæ
vitus, totiusq; honeſtatis & feruoris decus nobis cœlitus oc-
curriſſet, mox omne prorſus tædium ab animo pellebatur. Ita
nè fiebat, vt inter ſpem & deſperationem, inter mentis faſti-
dium ſpiritusq; delectamentum, expeditionis illarum ſeriem
conſummaremus. Præterea nobis aliquoties accidit, vt impa-
rinti animo menteq; parata, pennam ad ſcribendum aptare-
mus, en ſubitò cœlitus dicebatur: 6 dimitte: quidquid enim
ſcripſeris, totum erit mendacium. Gratanti ſiquidem corde
celicam admonitionem ſuſcipiens, ilico manum retraxi, otio
vacans aliquando per mediam diem, quouſque mentis pertur-
bationeſedata, ſperata tranquillitas rediret. En quicunque Le-
ctorum his, quæ diximus, credere voluerit, credat, neminem
laicimus: neque propriam laudem, te IESV teſte, ab hominibus
quærimus; ſcilicet 7 in his, & in cunctis operibus noſtris & ſtu-
dijs gloriam tuam, benedictæq; Genitricis tuæ vniuerſorum
Reginæ laudem amplificari deſideramus, ac magnificentiam
ſanctiſſimarum Virginum tuarum vndecim millium, quas mi-
ro & ineffabili honore ſublimiq; gloria coram te in cœleſtibus
fulgere feciſti: nos, prout tu dederis & conceſſeris, magnifica-
mus in terris & glorificamus. Confidimus enim & ſperamus,
quia quicunq; debitum nunc honorem impenderint & reue-
rentiam, 8 poſt hanc vitam gloria & honore donari perenni,
perpetuaq; beatitudine & gaudio perfrui cum Chriſto earun-
dem Virginum Sponſo: nec non & matre ipſius Regis æterni,
ſanctarum omnium Virginum Regina, quæ vnà cum eodem
filio ſuo in ſecula ſit benedicta, Amen. Explicit Deo iuuante
nouavndecim millium Paſſio, earundem Chriſti Virginum
interuentu nuper reuelata.

4 dictata ad calamum.

5 faſtidium inde natũ.

Leuatur ſanctitate Virginum

6 In perturbatione iubetur ceſſare à ſcriptione.

7 Recta eius intentio.

8

1. *Esce in longum.*] Scripturus libro superiori historicam Vrsulani Martyrij narrationem, cum neque methodus ei esset certa præfinita, & elocutio prudentiæ Scriptoris magnam partem relicta, voluit rem in pauca contrahere: sed dum affectu nimio ductus indulget calamo, creuit vehementer. Porrò modum, quem B. Hermannus in scribendo solitus sit obseruare, secessum ab hominum congressu quandoque cibi potusq; oblitus, inquirendo: ita refert vitæ coæuus auctor, cum narrat interpretationem Cantici Salomonis, quam Deiparæ mandato adornabat. *Aggressus*, inquit, *exponere & scribere Cantica Canticorum, in locum solitarium se recluſit, vbi nec clamantium insolentia turbaretur, nec multorum frequentaretur accessu: ibi sapissimè suæ debilitatis continua & quotidiana infirmitatis oblitus, tanta spiritus vehementia raptabatur, tanta fruebatur contemplationum dulcedine, tanta sacræ Scripturæ, quam tractabat, ebrietate potabatur, vt miserum omnino traderet obliuioni corpusculum, & horam vel cœnæ, vel prandij, vel minimè cogitaret, vel ignoraret omnino.*

2. *Frequenter contra voluntatem meam.*] Obseruare idem est in Hagiographis Prophetis veteris instrumenti, quos sæpe Deus reluctantes ad oracula profundenda efficienter impulit: vti & Balaamum, licet ariolum, sensisse etiam hagiographos laborem & difficultatem in scribendo, quæ diuino afflatu docti literis mandabant, constat ex lib. 2. Mach. c. 2. v. 27.

3. *Iussu ponere pennam.*] Adspectabiles aderant interdum lucubranti Virgines, nunc Parthenico schemate, nunc columbina specie: quæ vel materiam scriptionis suppeditabant, vel dictatrices ipsa verba suggerebant. Audi de hac admirabili familiaritate excerpta quædam ex M.S. Steinfeldiensis cœnobij coæuo B. Hermanni: *Fuit quidam deuotus Pater Præmonstratensis Ordinis nomine Hermannus, hic circa gloriosum exercitum sanctarum vndecim mille Virginum, ac Martyrum, magnum deuotionis affectum conceperat, ita vt per hoc multa secreta ab illis cognosceret, & aliqua ei sua nomina reuelarent, atque eum in desolationibus suis consolarentur. Vt ergo intimum affectum suum circa has sacras Virgines comprobaret, historiam & amorem in illarum honorem componere proposuit, cumq; applicasset dexteram ad scribendum, ecce Virginum vna apparuit ei, & stans coram eo, q scripturus esset, breuissimè & familiarissimè inf mauit. Quinetiam columbam pulcherrimam su humerum residere conspexit, quæ rostrum suum Etantis auriculæ incessanter affixit.* Conguit hi caput 29. vitæ.

4. *Nimio tadio fermè deficeremus.*] Erat B. H mannus ob crebras vigilias, productiores o tiones, vehementiores corporis labores & flictationes debiliore ventriculo, qui crudis poribus cerebrum grauedine, doloreq; cruc bat: vnde fastidium vti ciborum, sic contin tæ scriptionis nausea & defatigatio: videat caput 26. vitæ. Omnia tamen amor & studiu imitandarum virtutum Parthenicarum vel condimentum leniebat. Accedebant alter cœlestes deliciæ, visionesque, quibus depres morbis animus erigebatur, vt eodem capite c claratur.

5. *Religio paganarum.*] Intellige quæ vela te Baptismum voto Christianæ in Christu credebant: vel sic viuebant castè, velut Ch stianæ. Quod de sponso dicitur.

6. *Dimitte: quicquid enim scripserit, mendac erit.*] Videas hic Cœlitum vigilantiam, cura & solicitudinem, ne quis error in librum hu irreperet: & quomodo leuis etiam ira & imp tientia, aut grauior quædam animi perturbati Spiritus Sancti fauores præcipuos arceat.

7. *Scilicet in hu & cunctis operibus nostris.*] H vtinam scopus & vitæ nostræ totius, & edend rum librorum esset, non vt vana cuiusdam h muli memoria paucis in hoc mundo perenn seculis, anima tartari flammis mancipata; sed Dei, Deiparæ, Cœlitumq; gloria cognoscatu foueatur, augeatur.

8. *Post hanc vitam gloria donari perenni.*] Innu iam tum tempore suo fuisse eam fidelium pe suasionem, imò fidentiam, felicem ex hac vi transitum ad æternam beatitatem habiturum qui cliens Vrsulanus in vita tot Virginum suffr gijs adiuuatur. De quo alibi.

IN-

INCIPIT LIBER SECVNDVS 1
Expeditionis vndecim millium Virginum, & peregrinationis earum: in quo series narratur earum, atque sociarum illarum, matronarum, & [2] sociorum, qui principaliores inter eos fuerunt, [3] Anno 1187. reuelatus. 2 3

CAPVT I.

REx cœlestis IESVS Christus, pius SS. Virginum Sponsus, pijssimæ Virginis MARIÆ Vnigenitus, Virgines suas vndenorum millium agmina, [4] Episcoporum & Regum, atque Reginarum societate consolatur & comitatu. Præterea & Ducum, Comitum ac Principum quamplures eis adhærentes profecti sunt cum illis. Denique & filij Regum plurimi, iuuenes illustrissimi, earundem Virginum fratres, & sponsi cum ipsis pergentes palmam martyrij pro Christo vniuersorum Rege adepti sunt. Harum siquidem Virginum temporibus regna Regum non adeo erant, vti nunc dilatata sunt, nec tam immensa: quoniam [5] in plures diuisa fuere tunc temporis Reges, qui passim eis principabantur. Nos itaque [6] Reginæ cœlorum pijssimæ instinctu, admonitione simul & exhortatione, quæ fida & fidelis earundem Virginum ductrix exstitit & gubernatrix, Episcoporum quinque, qui vnà cum illis de Anglia proficiscebantur, atque Regum & Reginarum conuersionem, seriem & genealogiam hic descripsimus plurimarum. Adiuncti sunt eis postmodum Romam pergentibus, illincq; reuertẽtibus Episcoporum plures, nobilium matronarum & Principum, venerabilis describit [7] Elisabeth Virgo Christi deuota. Sed de his pauca nos scimus: sic enim diuina prouidit gratia, vt quæ à iam dicta sunt Elisabeth Christi Virgine omissa, per nos ceterorum ædificationi profutura pandantur. Porrò sacrarum Virginum multarum hic generationes & nomina sunt descripta: & hoc [8] cœlestis Reginæ agitur prouidentia, quod per vniuersam Christi

4 Omnis sexus & conditionis personæ in Vrsulano martyrio.

5

6 Deipara auctor scriptionis.

Diuisio libri.

7

8 Finis.

Ecclesiam, illarum sunt reliquiæ & corpora dispersa, si quan-
per aliquem Dei seruorum vel ancillarum, nutu Christi & s-
ritu earum nomina reuelentur, facilius credant, maioremq
fidem adhibeant, maiore dilectione illas amplexantes. S
9 [9]cum ferè hoc eodem opere perconsummato orantes inuel
garemus, si Reges vniuersi, Duces & Comites hic descripti
rent legitimi: cœlitùs nobis dicitur; quia etsi nequaquam cu
10 cti legitimi fuissent electi,[10] cum virtute, potentia & nobilit
Reges, Duces & Comites hic nominãdi, pares ijs fuere potentia.
illis meritò exstiterunt comparandi. Deum itaque testam
qui vniuersarum conscius est conscientiarum; quoniam plu
huius historiæ descripsimus capitula, & quidem inuitis iniu
11 gebantur nobis, seriesq; ipsarum & materia[11] sigillatim re
labatur, & vno perscripto, interim aliud, velut coactè, impe
batur cœlitùs describendum.

1. *Incipit liber secundus.*] Finito præcedenti capite, in eodem M.S. & eadem etiam linea, titulus sequens rubris tantum literis discriminatus, inchoabatur, ne quis dubitaret de eodem auctore.

2. *Et sociorum.*] Vt eximat vulgatam quorundam persuasionem, solas fuisse Virgines, plerisque capitulis virorum etiam comitantium facit mentionem.

3. *A.* 1187.] Iam sub annum 1183. cum auctor in priore libro caput 6. 7. 8. concinnaret, oportuit ipsum confusam etiam huius libri notionem habuisse: distinctior tamen, & accuratior capitulorum singulorum descriptio cœpit anno dicto: diuersis cœlitibus integra quandoque capitula dictantibus.

4. *Episcoporum & Regum.*] Enumerat hic personarum Sodalitatis Vrsulanæ varietatem, nobilitatem & maiestatem.

5. *In plures fuere tunc temporis diuisa Reges.*] Sola Hibernia tertia pars Britanniæ in sex minimum regna secabatur. V. l. 2. c. 23.

6. *Regina cœlorum simul instinctu, admonitione simul & exhortatione.*] Modum quo Deipara B. Hermannum in omnibus semper direxerit, præsertim qua ratione solita fuerit eum ad scribendum excitare, bellè refert auctor vitæ c. 49. vbi Cantici Salomonis expositionem vrget. *Nondum* (ait auctor vitæ) *plurimi noueramus vitam & facta viri iuxta institutionem ipsius Domini Iesu, aut secundum monita beatissimæ Matris eius in omnibus ordinari: dum igitur aliquando occasione accepta ipsum super hoc facto familiariter conuenissem, competentem excusationem non habens, coactus est dicere veritatem. Ait enim non temeritate quadam, nec virium mearum præsumptione, vt creditur, nec simplicitate deceptus (tanquam ignorans, quan ingenij tractatus iste requirat) opus istud aggr sum: sed matre Domini commonente. Ego verò nu quam sermonis breuitate & veritate contentus, dum reuelationis diligentius inquirebam* (audin columbini pectoris candorem & simplicitat ac obserua, an non cum phrasi dicta congru *Videbam*, inquit, *& ecce Mater Domini Iesu appa mihi, ferens manibus speciosam & spatiosam scu lam, in fundo sui parum olei continentem, & arri blandissimè dixit mihi: & hic modicum tibi est, v lud exhauriam reseruatum: & adiecit dicere & do Quoniam liber Cantici Canticorum diuersorum positionibus penè penitus est exhaustus, hoc prodi tamen, quod ad similitudinem huius modici olei ad superest, à te ad commendationem meam est nec rium exhauriri. Tanta igitur auctoris commenti & tanta commonitricis auctoritate confisus, mihi portabilem assumsi laborem, magis eligens ignor hominum, quam Matri Domini displicere.* Sim non instinctus tantum, sed admonitio sin & exhortatio Deiparæ loquentis hic fuit, & sequetur capita ipsa diuidentis, integra nonn quam dictantis, vt fastidium infirmi scripto subleuaret.

7. *Elisabeth Virgo deuota.*] Approbat eius V sulanam narrationem, vt cœlitus haustam: pr mittit ea se, quæ præteriit, enarraturum: ide libro superiore fecit sæpius.

8. *Hoc Regina cœlestis agitur prouidentia.*] Vi Deiparæ solicitudinem, vt Virgines illæ nom natim etiam totum iam per orbem diuisæ rum reliquijs colantur & inuocentur.

9. *Cum ferè hoc opere consummato orantes inu stigaremus.*] Vt verosimiliter narraret, & fide Lectori faceret, dubia Cœlitibus propon

ne

...ijs molestè ferentibus: contra, quam accidere ... visis, quibus Dæmon ludificatur rerum ...ium imperitos, nã examen perhorrescit: ...nebris, diuerticula & latibula, non lucẽ amat.

10. *Cum virtute, potentia & nobilitate illis meritò ...stituerunt comparandi.*] Historiæ Gentilium & ...æ eius temporis plenæ Regibus, Duci...s & Comitibus, in ipsis etiam Imperatorum ...mili: sed huc confugere non est opus. Erant ...ij confœderati Romanorum ipsorum in...ultorum locorum toparchæ: multo ta...men pares in regionibus nondum imperio Romano subiugatis: in quibus Dynastæ, virique Principes, si non ijs gaudebant nominibus, pares tamen tribus in rebus Regibus, Ducibus & Comitibus erant, generis origine, opum affluentia, vrbium & regionum dominatu.

11. *Sigillatim reuelabatur, & vno perscripto interim aliud*] Cõmuniter afflatu & illustratione mentis per impressas intellectui notiones Spiritus S. occultè suggerebat: singillatim tamen certa, quæ infrà recenset capita Deipara Virgo: nonnulla alia, quædam Virgines, vt dicetur, articulata voce dictabant.

CAPVT II.

Quod S. VVilhelmus Episcopus, & fr. ipsius Iacobus, atque soror ipsarum nobilissima matrona, cum illustri SS. Virginum comitatu cum eis profecti sunt.

Episcoporum quinque de Britannia cum Virginibus Co- 1
...am proficiscentium, primò genealogiam narrabimus, ac
...nde Regum ac Reginarum pandemus conuersionem. [2] B. i- 2
...ac, VVilhelmus Episcopus illarum vnus consors & consocius, Vvilhelm' Epsè regio stemmate.
...nobilissima progenitus fuit prosapia, cũ ex parte patris, tum
...m ex parte matris, de Regali erat stirpe oriundus, vir siquidẽ
...nuus, iustitięq; tenax & veritatis. Consobrinus pij Regis ex-
...it Virginis Vrsulę patris, atq; SS. Virginũ cognatus Pinnosę,
...pientiæ & Margaritæ. [3] Tres nãq; fratres habuit ac 2. sorores. 3
...ter autem ipsius senior Iacobus dicebatur: & hic cum duab. Fr eius 1. Iacobus.
...m sequebatur filiabus, vxore iam mortua. Filiarum sanè vna
...brẽtina dicta est, & altera Verena. Porrò sororum eius prima soror 1. Gerasina.
...rasina vocabatur, & hęc cum filia paruula, quæ similiter Ge-
...ina nuncupata est, ambos secuta est fratres. Altera quippe Secunda.
...rorum Florentina dicebatur, quæ duas cum eis direxit filias,
...Gelasiam & Florentinã. Alter namq; fratrum vnam cum illis Secũdus fr.
...iam misit nubilẽ, quæ Gerasina est appellata. Tertius siquidẽ Tertius.
...orum duas direxit filias, S. Genouefam & S. Bilonnam. Pater Parens horũ Magnus Princeps.
...VVilhelmi sanè fratrumq́; ipsius Magnus erat Princeps, filius
...egis cuiusdã: habebat quoq; in eodẽ cœtu Virginũ cognatas
...ures: Consobrinorũ itaq; suorum filiæ quædam cum eo mit-
...bantur virgines. Deniq; trecẽtas fermè virgines ipse & fr. eius cum 300.
...cobus, atque soror illorum Gerasina ad S. duxerunt Vrsulam.
...ecuti sunt illos & iuuenes duo præclarissimi ipsorũ cõsangui- Sponsi sequuntur sponsas.
...ei, nobiles, probi, quorum vnus Antonius Ducis cuiusdã erat
...lius, qui sponsã habebat in eodẽ Virginũ agmine honestissimã

Comi-

Comitis vnius filiam, quę Sirapionia vocabatur. Alter verò ingemundus dicebatur, filius Comitis nobilissimi, & ipse spõsum illic habuit magnæ virtutis & probitatis virginem, & hæc data est Pionia, de stirpe Regali exstitit, auunculum habens Regem. Multæ reuera virginum in eorũ fuere comitatu nobiles valde & elegantes, quæ sponsis erant nobilissimis desponsatæ: super quarum discessu illi mœrore ingenti lãguebant. Præterea inter ceteras fuerunt quædam virginum illustrissimæ in hoc eodem conuentu eiusdẽ Episcopi cognatæ ipsius. 4 B. Chelindris cum sorore Virgilia, filiæ Comitis vnius præpotentis, quarũ mater filia fuit Regis cuiusdã ditissimi. Filiæ nihilominus Auiti Regis boni viri, & honestissimi S. Columba, sororq; ipsius B. Cordulæ, illis adhærentes in earum societate pergebant. Itaq; S. Chelidris, atq; B. Cordula, cognationis sibi affinitate iungebantur: de principalibus vndecim fuerunt Virginibus: quæuis illarum millenario præfuit nobiliter, & istæ illustrissimis erant viris desponsatæ: qui multo dolore super earum absentia mœrebant. Habebant & neptes secum, & consobrinas quamplures. Porro S. Agatha, sororq; illius B. Agnes nobilissimæ Virgines, filiæ sororis S. Columbæ fuerunt, quarum pater Rex earum erat inclytus & fortis. B. verò Agatha sponsum habuit nobilissimum, qui duas sorores in earum habebat collegio virgines, S. Frotoniam & B. Eligendam, decoras & honestas.

S. Cordula filia Regis Auiti.

1. *Episcoporum quinque.*] Digerit librum in tres partes: primoque de Episcopis agit: quod fieri mandauit Deipara. V. c. 6. huius libri.

2. *B. VVilhelmus.*] Episcopos adhibuere, qui Virgines ducerent, vt custodes virginitatis earũ, adiunctis eandem in rem matronis ætate prouectioribus, & auctoritate præditis. Hunc lib. 1. c. 7 vero & proprio nomine Michaelem vocat, cognomen hoc à patre VVilhelmo adhæsit.

3. *Tres namque fratres habuit.*] Genealogiam eius apponam: sicut & in sequentibus: res enim per se satis intricata, nisi notulis & tabulis explicetur, perpetuas Lectori offundit tenebras:

S. WILHELMI EPISCOPI GENVS.

Rex Wilhelmus Princeps Magnus.] Vxor materterra Dionethi Regis.

1. S. Wilhelmus, alias Michaël Eps. ex vxore N. | 2. S. Iacobus, ex vx. | tertius, ex vx. | quartus. vi. | 1. Geràsina, S. Verena, S. Florentina. | 2. Florentina. S. Bilõna. S. Gerasina. Genouefa. | 3. Dionethus, S. Florentina. S. Gelasia. | Dafia. S. Vrsula.

Comitatus totus fuit trecentarum Virginum: ducibus & custodibus Wilhelmo Episcopo, Iacobo Principe, & Gerasina matrona. Prima hæc nobilissima cohors nomine Dionethi Regis collecta, è Regij sanguinis, & primæ nobilitatis puellis fuit, delectum agente Gerasina matrona, & Wilhelmo Episcopo: cui altera accessit pari numero, complurium filiarum Regum & Principum, de quibus c. 14. in familia Regis Auiti Martyris tractabitur: quasdam etiam illis hoc etiam extremo capite attingit.

4. *B. Chelindris cum sorore Virgilia.*] Comites fuerunt filiæ; & Chelindris quidem inter Chiliarchas nonum obtinuit ordinem: præter hanc complures adfuerunt eiusdem nominis: de aliis suo dicetur loco.

CA

CAPVT III.

Quod S. Columbanus Episcopus B. Vrsulæ consobrinus cum fratre suo Duce, matre & sorore ad sanctam venit Vrsulam.

S. Columbanus Episcopus homo bonæ conuersationis [1] Dariegen.
[illegible]tit, & laudabilis vitæ: hic B. VVilhelmi cognatus erat, & [illegible]tirpis generositate, quam morum virtute clarus refulge-[illegible] Denique mater S. Vrsulæ ipsius matertera fuit. Habe-[illegible]anè ipsa Regina mater Virginis [2] octo fratres & sex soro- [2] Habuit 8. fratres, 6. sorores.
[illegible]es. Primus itaque fratrum Eustachius dicebatur, alter VVil-[illegible]ordus, ac tertius Gilo: de reliquis autem fratribus & soro-[illegible]s, aliàs latiùs tractauimus. Eustachius verò Comes erat [1] Eustachi⁹ misit duas filias.
[illegible]tris, tam generis nobilitate, quam animi probitate reful-[illegible], qui duas in comitatu Virginum filias habuit, B. Eutro-[illegible]n ferè nubilem, & Bertham quinquennem. VVillebrordus [2] Willibrordus totidem.
[illegible]idem alter fratrum vir strenuus, duas cum eis similiter fi-[illegible] direxit S. Iustinam & B. Philomenam. Tertius fratrum [3] Gilo vnã
[illegible] vir fortis, potens, solam cum eis filiam misit, quæ dicta est [illegible]amara, hæc nempe pulchra erat valde & decora, mori-[illegible]q; optimis adornata, & plus ceteris dilecta, fuit enim nobi-[illegible]s, & Comiti cuidam in proximis desponsanda. Sororum au-[illegible] ipsius Reginæ [3] vna vocabatur Alexandria, sed proprio [3] Soror 1. Alexandria.
[illegible]nine dicta est Eugenia: ab auo namque suo, qui Alexander [illegible]ebatur, & erat Rex strenuus & potens, ac multum valens, [illegible] traxit cognomen. Altera quippe sororum Eulalia est ap-[illegible]lata. Porrò S. Alexandria duos in hoc sancto Virginum [illegible]mitatu filios habuit: quorum vnus Columbanus Episcopus [illegible]t, & alter Euodius Dux inclytus erat, atque valde honestus. [illegible]nique [4] Columbanus Episcopus vir prudens fuit, magniq; [illegible]nsilij, honestæq; vitæ, integer erat corpore: nam Virgo ex-[illegible]it, multa vigens castitate. Plurimum sanè in illo sacrarum [illegible]lebat Virginum agmine: nunc omnem illas terrorem hor-[illegible]atur atque tristitiam deponere, nunc ad seruandam vir-[illegible]nitatis puducitiam, nunc ad tolerandam pro Christo Vir-[illegible]num Sponso martyrij passionem eas sedulus admonebat. Filios misit S. Colũbanum & Euodium Ducem. 4

Euo-

Euodius siquidem Dux illustris frater ipsius, relictis terris, a-
tria & diuitijs, vxore & filijs, cum sola filia virgine Euge
per matrem & Episcopum fratrem secutus est Dominu
cum sacris proficiscens Virginibus: Vxor namque ipsius I
cissa duræ mentis erat & proteruæ, vnde illum sequi nole
quæ post in breui cognita eius morte, alium duxit marit
B. sanè Alexandria istorum mater fratrum filiam quoque
cum duxit matronam illustrem, Comitissam nobilem, no
ne Marcellam: hæc autem per omnia tam matri, quam
tribus coæquabatur meritis & virtutibus, virum habens
mitem probum & honestum, qui dictus est Ioannes,
contra ipsius voluntatem est profecta: nam eo multum
stente, vix tandem abeundi licentiam extorsit. Quæ fi
secum duas duxit virgines: vnam duodennem Cleopatr
nomine, quæ moribus erat insignis, & benè compos
Altera siquidem erat paruula, & Pretiosa dicebatur. Pater
que illarum B. Alexandriæ maritus Dux exstitit inclytus &
lustris, & Pipinus vocabatur, fraterque fuit Regis ma
de Britannia Arthuri magnifici & potentissimi: qui ia
ante SS. Virginum expeditionem ab hoc mundo migra
transierat. Soror quippe ipsius S. Alexandriæ, S. Eulal
tres secum filias ducens, sequebatur sororem ac filios ei
Prima siquidem filiarum ipsius Hodierna est nuncupata,
erat nubilis cuidam Comiti desponsata, quæ relicto spon
terreno, sponsum elegit cœlestem, B. Mariæ Virginis V
genitum. Secunda dicebatur Odilia, & tertia Sibilia, q
matrona fuit illustrissima, & Regina nobilissima. Hæc fin
se apud maritum Regem inuisere matrem, atque ceter
cognatos atque cognatas, ac Vrsulam Virginem suam co
sobrinam, & ita instante peregrinationis earum tempor
cum eis proficiscitur, regnum contemnens temporale, Chr
sti amore, glorioseq; Matris eius dilectione, ab eis interm
nabilem vitæ, & gloriosè recipiens coronam. Iuuencula
quidem erat vix annorum viginti: nam discessu suo inopinat
multorum corda dolore vehementi vulnerauit. Dolebat Re
ipse maritus eiusdem Reginæ super ipsius absentia, mœrebar
populi regni sui, imò vniuersi, qui eam nouerant, eius disce

sun

Filia Alexãdrię Marcella trahit secũ 2 filias

2. soror Dariæ Eulalia 3. adducit filias,

...macrymosis vocibus plangebant. Erat enim iuuenis ætate, ...entis intelligentia, atque animi sagacitate, & discretione ...la vigebat, omnibus erat amabilis, vniuersis dilecta. Ecce ...gna hæc adhuc iuuencula, omnia contemnens reliquit, vt ...stum lucrifaceret. Reliquit terras, regnum & diuitias: re...quit maritum Regem, atque liberos tres paruulos, masculum ...n; duasq; puellulas: præterea corpus & animam pro Deo ...emnens peregrè profecta moritura coronam Martyrij ...corona Regali concupiuit.

...*Columbanus.*] Priore capite Dionethi ...inas & consanguineas nonnullas recen... matris Dariæ sororum posteros nume... tyribus ascriptos.

...*cto fratres & sex sorores de his.*] Vide libri huius c. 19. & 20. hic truncatam exhibet S. Vrsulæ maternam genealogiam, vt eam præsertim cohortem conficiat, quam S. Columbanus duxit: eandem hoc loco claritatis causa subijcio oculis.

S. COLVMBANI GENEALOGIA.

Alexander Rex.

Gelasius, Sibilia

...hius, ...nes ...vx. | Willibrordus, ex vx. | Gilo, ex vx. | alij 5. fratres, | Eugenia. aliàs Alexandria, vxor Pipini Ducis M. & fratris Arthuri Regis. | S. Eulalia, vxor N. | S. Daria, vx. S. Dionethi.

...pia, Bertha. | Iustina, Philomena. | Adhamara. | S. Odilia, S. Hodierna, S. Sibilia nupta Regi. | S. Vrsula.

S. Columbanus, Episcopus. | S. Euodius Dux, ex vx. | S. Marcella nupta Ioani Comiti

S. Eugenia. | Cleopatra, Pretiosa.



...*Vna vocabatur Alexandria.*] Tam hæc, quam ...eius Eulalia materteræ stipabant plerum...atus S. Vrsulæ, quam consilio regebant, & ...itate iuuabant, vt maiore prudentia, sua...e, & facilitate totis virgineis castris vna ...deret Vrsula, lib. 1. c. 13.

...*Columbanus Episcopus vir prudens fuit.*] Per...eus sanè ad conscientias Virginum mode...as, corpore castus, animo prudens, vita in...r, eloquio facundus: is tria castis mentibus ...rebat præcipua. Fugam tristitiæ, mentis ...dam continua serenitate custodita, quę mul... valet ad dæmonis inuitamenta declinanda, ...res corporis superandos, martyrij lauream ...stanter obtinendam: Deinde pudicitiæ de... & ornamentum, quod leuitate minima non...il obfuscari solet, proponebat verbo & ex...plo, vt fidem sponso Christo promissam san...nis arrhâ confirmarent: & forte cum Apo...lo hæc sæpiùs admonebat: *De cetero fratres quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, siqua virtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.* Denique ad mortem amore sponsi pro nobis mortui fortiter oppetendam, excitabat: quis hunc neget Oratorem perfectum, & omni laude cumulatum, cuius vt vita casta, sic sermo disertus fuit ad persuadendum accommodatus? 4. Phil. v. 8

5. *Tertia Sibilia.*] Magna in tali Regina, ea ætate, & secundo rerum omnium fluxu virtus, tanta rerum omnium caducarum despicientia, coniugis, & liberorum tenellorum neglectio, corporis ipsius contemtus, & desiderium, vt id mille tormentis amore Christi obijciatur. Quam potens vis gratiæ, quam amor diuinus efficax? tam subitò facit animum in cœlestibus fixum, quæ mortales prima ducunt, vt sordes cõculcare? Mirare hęc, Lector, venerare, imitare.

CAPVT IV.

Quod S. Ivvanus Episcopus B. Pinnosam virginem & Euodiam sororem illius cum multo Virginum cœtu ad S. Vrsulam duxerit.

1 S. Ivvanus

[1]B. Iwanus Episcopus, vir nobilis erat, ac filius Regis Iemeonis illustrissimi Principis: sapiens enim fuit valde, ac boni homo testimonij, castus, & virginitatis adhuc flore decoratus. Auunculus exstitit Reginæ matris Vrsulæ, & S. Alexandriæ, atque B. Eulaliæ. Iste Dei ac martyrij feruens amore, c sacris profectus est Virginibus: Porrò Virgines in suo comitatu adduxit nobilissimas, elegantes & decoras ad B. Vrsulam pluſquam quingentas. B. siquidem [2]Pinnosa filia Ducis illustrissimi Luduici Vrsulæ Virginis patrui in sua erat Societate. Et hæc secum adduxit sponsum nobilissimum Ducis cuidam filium iuuenem decorum, animique virtute præclarum nomine Canutum. Huius mater filia Regis erat cuiusdam stirpis nuissimi. Habuit hic idem iuuenis Canutus fratrem Simonem probissimum adolescentem, qui B. Cordulæ sponsus exstitit Pinnosæ Virginis cognatæ: Et iste similiter sponsam Cordulam, atque fratrem consecutus est: Porrò B. Euodia illustris virgo S. Pinnosæ soror sequens illam, suum quoque secum duxit sponsum iuuenem, Comitis vnius filium valde honestum & elegantem, qui dictus est Moanander. Adhæsit etiam illis S. Eleutheria earum consanguinea, filia Amitæ Virginis S. Vrsulæ, prudentissima Virgo, æquitate seuera, & veritatis amatrix, cum suo sponso illustri viro, sagaci, & multùm commendabili: qui Principis cuiusdam magni exstitit filius: Hic Segmundum Regem habebat auunculum, materq; ipsius filia Regis erat vnius, nomenq; sponsi illius Sicherus dicebatur. Tres siquidem Virgines istæ S. Pinnosa, Cordula & Eleutheria cum sorore Iosippa super omnem exercitum Virginum habebant principatum. Atque S. Florentina ipsarum consobrina ex illa erat, magisterium habens: sed in alio hæc fuit comitatu. Mutas sanè de sua cognatione iam dictæ secum duxerant illustres & decoras virgines. Sequebatur autem B. Pinnosam atque sororem eius Euodiam adolescens regius, pulcher & decoru

Auunculꝰ Dariæ.

duxit 500.

2 Pinnosam

S. Cordulã

S. Eleutheriam.

3. Virgines principes totius exercitus.

nom

ne Siphredus, animo valde probus & honeſtus atque ma-
u: qui multis præ honeſtate morum magna exemplo erat
viris, quam virginibus. Illarum filius auunculi fuit: præ-
re in earum comitatu Princeps magnificus, & filius Sige-
uidi Regis præclariſſimi. 3 Hic idem Princeps proprio no-
mine Magnus vocabatur, vir vitæ honeſtate animiq; virtute
a vigens: vxorque illius cum illo pergit matrona nobilis,
umq; valens, nomine Matrona. Et hæc ſoror erat Iwani
picopi, mulier prudens & religioſa. Beata ſiquidem Bene-
virgo prudentiſſima, ac valde vniuerſis accepta, quæ fuit
decim principalibus, mille regens virgines, illorum exſti-
lia. Habebat ſanè hic idem Princeps cum S. Benedicta
uor filias, duas virgines S. Sapientiam & B. Illuſtrem, ma-
as duas S. Cornulam & B. Prudentiam. Porro S. Cornula
ſecum duxit filias, B. Columbam, Vrſulam, & Melchiam
ines honeſtiſſimas. Altera filiarum Prudentia duxit duas
lias Luciam & Euticiam. Aderat in eodem cœtu B. Odilia,
virgo ſapiens valde, omniq; animi virtute conſpicua & hone-
& hæc mille præfuit virginibus, vna de principalibus vn-
decim exiſtens. Filia ſiquidem ſororis Magni fuit Principis
dicti optimæ matronæ, filiaque Comitis viri prudentis &
ſtrenui. Hæc eadem virgo illuſtris duas ſecum duxit ſorores
virgines, S. Iuliam & Vrſiciam. Habebat ſanè hic idem Prin-
ceps ſecum probiſſimum fratrem nomine Sibaldum, fortem,
ſtrenuum & decorum: cuius vxor Cleopatra dicta eſt, & erat
filia Regis cuiuſdam, qui ambo ſecum filiam ducebant paruu-
lam, quæ ſimiliter Cleopatra dicebatur. Sequebantur verò
eum duæ ſorores virgines B. Formoſa & S. Eligentia. Præterea
etiam de conſobrinis ſuis ſeptem eum ſecutę ſunt virgines no-
biliſſimæ. Porrò Princeps præfatus Magnus tres filios habuit:
quorum vnus Sigemundus nomine adoleſcens præclarus ſe-
cum pergens à multis plurimum diligebatur, ob morum bo-
rum honeſtatem. Filiorum namque illius ſenior vnam ſe-
cum direxit filiam virginem S. Philogenam. Denique fratres
iſti ambo Magnus & Sibaldus duodecim virgines ſecum duxe-
runt, conſobrinorum filias & conſobrinarum. Quarum tres
inter ceteras fuerunt valde prudentes, magnæq; virtutis & ho-

3 Secutus Magnus Princeps, cum vxore ſorore S. Iwani & 4. filiabus.

Cornula cum 3.

S Prudētia

S. Odilia.

Acceſſit Sibald' cū vxore & 3. filiabus.

& 12. virginibus conſobrinis.

neſtatis S. Agatha, Emerentia, Immeria, quæ nobiliſſimis re-
re ſponſis deſponſatæ. Primus itaque illorum dicebatur E-
dius, & erat filius Comitis vnius, & alter Ducis cuiuſdat fi-
lius, tertius dictus eſt Siranus, & hic filius fuit Regis cuiuſ-
probiſſimi. Tres verò iuuenes iſti cùm ſponſarum amore e-
cti, tum ceterorum, tam iuuenum, quam virginum c
exemplo, & contemnentes omnia ſecuti & ipſi Domin
cum Virginibus proficiſcentes. Porrò & filius ſororis B. I
ni Epiſcopi Selantius, iuuenis Regius ac valde egregius,
rumque honeſtate præclarus, frater S. Benedictæ virginis
fatæ in alia ſocietate ſuam ſequitur ſponſam illuſtrem Sap
tiam filiam patrui Vrſulæ, quæ mille quoque præfuit Virg
bus, vna ex vndecim principalium Virginum magiſtra, il
amore illectus, atque auunculi Iwani Epiſcopi ſororiſq; ip
Benedictæ tractus dilectione.

Fr. S. Benedictæ ſpõſus Sapientiæ cũ ipſa

1. *B. Iwanus Epiſcopus.*] Fuit is ceteris ætate grandior: quem veroſimile dixiſſe illum famoſum Lucij Britannici Regis Legatum ad Eleutherium Papam cum Melitone miſſum. Faciet *primò* nominis affinitas, & ætas deuexa: *deinde* quod Eluanus ille poſt primum Theanem vel Theonum, (qui Lucij temporibus Londinenſis Præſul fuit) circa An. 180. ſecundus eam Cathedram inſcenderit, & ab Vſſerio conditor putetur fuiſſe Bibliothecæ Eccleſiæ S. Petri: ita ſuſpicor ad tempora S. Vrſulæ peruenisſe: potuiſſe non dubium eſt: nobilem hic adduxit cohortem è metropoli Britanniæ quingentorum capitum Parthenicorum.

Vſſer. in antiq. Britan. Eccl. in eccl. S. Petri.

Goduin' de Præſulib. Anglia.

2. *Pinnoſæ filiæ Ducis.*] Huius genealogiam alias dabo: proxima fuit hæc Princeps omnium Virginum à S. Vrſula, quæ Canutum Ducis filium ſponſum ſecum rapuit: fratrem huius Simonem Cordula ſponſa caſtitatis vinculis implicauit: at Pinnoſæ ſoror Manandrum vel Monandrum Comitis filium iiſdem amoribus irretiuit: vti Eleutheria conſanguinea triumc
rum Sicherum ad martyrij lauream inui
Dignæ tres hæ viragines nominatæ, quæ
caſtris exemplo pudicitiæ præfiderent: fa
enim caſtas Deoque deuotas virgines in o
tenere potuerunt, quæ principibus talibus,
da ætate, caſtos Chriſti hymenæos perſuaſi
ita decem ferè hoc capite recenſentur iu
nobiliſſimi, qui Virginum exemplo moni
comitatum hunc decorarunt Martyrij cu
vt non tantùm Virginum, ſed & iuuentutis
giæ flos delibatus è Britannia ſanguinem v
Chriſti amore profuderit: tanto Sodalitat
nius ornamento. Nulla ſimilis ætas tot ha
ſponſos illuſtriſſimos, ſponſarum amorem
cius laurea virginitatis & martyrij commu
tes: pauci tamen hic recenſiti cum tot alijs
ſim infra referendis.

3. *Hic idem Princeps Magnus vocabatur.*] vvani ſtirpem & neptes dabo; itemque M
Principis progeniem.

GENVS

GENVS S. IWANI EPISCOPI ET MAGNI PRINCIPIS.

Simeon Rex.

S. Ivan⁹ Eps, Filia ei⁹ S. Matrona M. Dariæ. maritus.			Vxor N. Rex Sigemundus.
S. Magnus Princeps Regis filius.			Sibaldus fr. Magni, soror Magni† Vxor nupta Comiti
...ta 1. Fil. 2 nup. Filię 3. virg. mart. Filiⁱ 1. Fil. 2. Fil. 3. N. misit filiã,			Cleopatra cũ sororib. { Formosa, Eligentia
...la Prudentia fil. cum 2. fil.	Benedicta Chiliarchis. Sapientia, Illustris.	Selãtiⁱ Sigemũdⁱ spõsⁱ Sa pientiæ, adolescẽs	Philogena V.
...ga, Lucia, Euticia.			Filia Cleopatra, Odilia Chiliarchis Iulia, Vrsicia,

†Consobrinæ Magni & Sebaldi.
Agathia cum sponso Euodio,
Emerentia,
Immeria & aliæ 9.

...a Ivvanus cum dicatur auunculus Dariæ, ...ale & Alexandriæ, nec tamen eundem ha- ...at trem Alexandrum cum Sibilia matre Da- ...e, ferit tantum vterinus frater Sibiliæ, ex alio ...re genitus. Ex hoc comitatu aliquot Vir- ...40. annis postea, quam hęc reuelatio con- ...est, inuentæ in sepulcris cum ijsdem no- ...us, vt apertè testantur Lectiones Ioanni- ..., his verbis: *Durantibus hu fossuris, inuene- ...ntum & plura S. Societatis corpora, &c. S. O- ...e S. Osilia, Benedicta, Cornula, item Sapientia, ...ditia, Florentia, &c. & aliorum plurimorum utriusque sexûs hominum, &c.* Sed de his suis locis. Ita fuit eius veritas tot annis postea per reperta eadem in tumulis nomina demonstrata: post annos 140. Illustris hæc cohors, duce S. Ivvano Londinensi, vt dixi, Episcopo: cum flore nobilium adolescentum, & quingentis castissimis virginibus: nec poterat hisce tali custode & duce in via subesse periculum, Magno etiam Principe cum fratre Sibaldo vnà cum vxoribus, liberis & agnatis, & sine dubio magno stipatorum numero comitantibus.

CAPVT V.

Quod S. Eleutherius Episcopus per Comitem Eustachium fratrem suum est conuersus.

B. Eleutherius Episcopus, & ipse similiter vir erat nobilis, ...onæ conuersationis & vitæ, hic per fratrem suum Comi- ...n Eustachium conuersus efficitur comes itineris, & socius ...rginum sacrarum. Qui Comes sex in illo sacro Virginum ...nuentu filias habuit, quarum tres erant virgines, ac tres ma- ...rnæ nobiliter viris copulatæ nobilibus: [2] prima B. Marga- ...ia fuit Comitissa: secunda Florentia, cuidam nobilissimo ...omiti nupta. Tertia Eusebia, quæ vxor similiter exstitit il- ...ustrissimi Principis, & prædiuitis atque potentis. Reliquæ ...es fuerunt virgines honestissimæ & sagaces, Deoque deuo- ...: Harum prima *S.* Margarita erat virgo illustrissima, &

1 B. Eleuthe rij frater zustachius 6. filias adduxit, 3 maritatas, totidẽ virgines cum sponsis.

2

B. VValburgis, atque S. Eleutheria. Tres ſiquidem Virgi
iſtæ tribus illuſtriſſimis viris fuerunt deſponſatæ; ſed B. M
garitæ, & S. Eleutheriæ ſponſi Felix & Euticius, duorum C
mitum filij ſponſarum iuncti amore, eas & patrem illarum
quebantur, ſe & omnia ſua relinquentes. Porrò ipſe Cor
pater earundem Virginum, cum vxore Sibilia nobiliſſi
matrona, & multum commendabili ſacrarum Virginum
mites effecti, cum eis profecti ſunt. Denique prima filiar
trium matronarum tres cum illis direxit filias, S. Eunomia
Praxedem & Iulittam: ſecunda duas, Hermolaam & Gert
dem: tertia ſimiliter duas, S. Genouefam & Ermingard

3 Prædictus ſed enim Epiſcopus Eleutherius, fraterque ip
3 Fratres Eu ſtachij. Comes Euſtachius, tres fratres habebant honeſtiſſimos, v
de verò probos, quorum Hardingerus Dux fuit illuſtris, at
alter Comes Florentius: tertius Rogerius Princeps magn
8. mittunt filias. magnæque potentiæ, ac vir bellicoſus. Quorum primus
filias miſit virgines, S. Pallodoram, Amœnam & Florentia
atque quarta filiarum eius nobilis Comitiſſa Hermolaa i
ſequitur. Secundus etiam fratrum tres cum illis filias dire
B. Philomenam, Helprodiam & Helpridiam. Tertius du
Filij tres Euſtachij. S. Iulianam & B. Hermolaam. Tres quoque filios habuit id
Comes, Hionam, Florentium, Galonem. Quorum prim
Comes duas miſit filias virgines, quæ præclariſſimis fueru
iuuenibus deſponſatæ, S. Eunomiam & Filademam. Secu
11. filias vel neptes adiungunt. dus filius tres cum illis direxit filias, B. Iulittam & Floram v
gines præclaras, atque tertiam, quæ matrona fuit nobili vi
nupta, quæ Philadelphia dicebatur: & hæc cum tribus filiab
ſequitur ceteras. Tertius autem filius tres miſit filias, S. V
ronam, Eutropidam & Illuſtrem. Habebant quippe tres
3. ſorores Euſtachij rores idem Eleutherius Epiſcopus, & frater illius Euſtachi
illuſtres & honeſtas: quorum vna Gertrudis nobiliſſima m
8. mittunt. trona ducens ſecum tres filias, cum illis proficiſcitur; quaru
iſta ſunt nomina, Margarita, Gelamia, Probantia. Reliqu
verò duæ quinque cum eis miſerunt filias virgines: ſecun
tres filias, Euſtragiam, Meldoniam, Principalem. Tertia dua
Sibilię vxoris fratres deſtinat 6. Præpotentiam & Amantiam. Denique mater ſex filiaru
Comitiſſa Sibilia Ducis cuiuſdam erat filia, quæ duos habu

fra

arrs illuſtriſſimos,&quatuor ſorores viris nobilibus nuptas.
nu fratrum Dux inclytus & potens duas cum eis miſit filias
rgines,B.Genelaam & S.Balbinam. Alter Macharius Prin-
s nobilis,bonæque vitæ, vir honeſtus & multum commen-
iis, cum quatuor filiabus iſtis adiunctus, pergit cum eis,
Chriſto ſe & omnia ſua relinquens. Filiarum ſanè tres vir-
s fuerunt, & vna matrona: quarum nomina ſunt hæc:
argareta, Serena, Aleidis, Micronia. Denique ſorores
uor prædictæ, nouem filias cum eis miſerunt: inter quas Sorores 9.
ſtina, Perionia, Regedia & Alſtrides nobiliſſimis ſpon-
ſponſatæ. 4 Quorum vnus Oriones iuuenis præclariſ- 4
s auum Regem habebat. Qui ambo diuino inſpirati a- Sponſi ſequũtur cũ ſororib. 5.
ſuas ſequuntur ſponſas, atque ſorores quinque honeſtiſ-
s, quas in eodem Virginum cœtu habebant Virgines,
uum quatuor fuêre viris deſponſatæ nobilibus: vna ſanè
um Tiberia, filium Regis cuiuſdam ſponſum habuit.
Euticius itaque B. Philogenæ ſponſus, ſponſæ tractus amo- 5
e, illam ſequitur, ceteris aſſociatus. Frater B.Euticij, adole-
ceus bonæ indolis, Folquinus nomine, ac multis pro hone-
tate ipſius gratus & amabilis, ſponſam nobilem in domo pa-
rena relinquens, Germano adhærebat, cum eo proficiſcens.
Mater nihilominus eorundem iuuenum Tiburtia Comitiſſa Tiburtia cũ 3. filiab.
nobilis cum tribus filiabus illis adiuncta ſequitur eos, omnia
relinquens. Duæ quidem filiarum virgines fuerunt, B.Mar-
garita, & S.Tiburtia, tertia iuuenis matrona Euſebia nomi-
ne, cum matre pergebat, eam ſequens. Habebat autem
hæc eadem Comitiſſa Tiburtia ſororem Duciſſam, nomine
Fuxedem, quæ cum ſola virgine Europa ſorori adiungitur,
cum ea & ceteris Virginibus proficiſcens. Matrona ſiquidem
quædam iam ætate prouecta nobilis, quæ dicta eſt Euſtragi- Euſtragiſilis cum 10. neptib.
lis auia Regis cuiuſdam viri magnifici & diuitis, proficiſci-
tur cum illis: ducens & ipſa ſecum virgines decem filiorum
& filiarum ſuarum, prudens & honeſta, magnarumque vir-
tutum femina.

1. B. Eleutherius.] Nobiles & huius Epiſco- & neptes ferè octodecim immolant; ac huius ſancti coniugis duæ progenies hecatomben me-
pinanipuli, in quibus Sibilia mater verè Ma- diam conficiunt: ea prius oculis obijcienda.
dbæa, & Euſtachius Comes ſex filias ſecum

EVSTACHII COMITIS ET VXORIS SIBILIÆ NATALES.



2. *Prima B. Margarita.*] Quis non miretur coniuges duos 24. siue filias, siue filiorum & filiarum proles martyrio deuouisse? Sed parum posteros, nisi fratres etiam & eorum soboles Christo dedicarent.

3. *Prædictus sed enim.*] Septendecim enim alias neptes è fratribus & sororibus cum fratre Episcopo & sorore vna ad idem propositum euocauit Eustachius; nec marito cessit vxor Sibilia. Florem & ipsa suæ familiæ secum rapuit.

4. *Quorum vnus.*] Nec satis est neptes inuitare: sponsos etiam earum, & sorores sponsorum vna pellicit Sibilia ad martyrium: nam sororum quatuor dictas filias nobiles totidem sponsi consecuti. Inter hos eminet filius Regis Oriones vel Orion dictus: & frater: deest nomen alterius ob incorrectius exemplar: fortè vterque dictus est Orion, frustra enim diceret *ambo sequuntur*, nisi alterius pariter feciſſet mentionem.

5. *Euticius.*] Sponsos dum secum attrahunt Virgines: magnam etiam partem familiæ Regiæ Orionis sponsi & Tiburtiæ Comitissæ eadẽ ferè opera tanto cum sodalitatis incremento Christo lucrantur martyrio laureandam. Atq S. Eustachius Comes cum fratre Eleuther Episcopo feliciter supra 80. vel proximos co guineos: vel sponsos consanguinearum c psorum parentibus, fororibus, fratribus Pa nicis copijs aggregauit. Felix vna & alte milia, quæ tantum nobilissimi sanguinis vt Christo libauit: quantum post Christum n tot seculis raræ vel vix vllæ stirpes illust tam pia causa profuderunt. Quantus hi mitatus fuerit, non adiungitur: magnum non dubito: cui Sapientia vna chiliarch cum sororibus, sponso & asseclis plurimi cessit: id disertè B. Hermannus lib. 1. c pronunciat: *Porrò S. Sapientia virgo sapi nobili B. Vrsula consobrina, vna etiam de prin libus vndecim, auunculum in eodem habuit com sacro Eustachium nomine: qui Comes illustri & potens, &c.* Sed nunc è regnis & sa sponsæ, ad ditiones Ætherij sponsi digre mur: & quanti delectus habiti: quæ cohortes, sed chiliades virginum consc videamus.

C.

CAPVT VI.

...d B. Lotharius Episcopus S. Carpophoram & sororem illius cum pluribus duxit Virginibus.

Venerabilis [1] Lotharius Episcopus vir fuit autenticus & ...otlis, ætate verò iuuenis, sed castus erat, multarumq; vir- ...tum gratia pollebat. Consobrinus siquidem exstitit Regij ...unis, qui B. Vrsulæ sponsus erat, patrem habens illustrissi- ...um Ducem. Mater sanè Episcopi [2] soror erat Reginæ ma- ...is prædicti iuuenis. Quæ duos fratres habebat, totidemque ...res. Ipsa verò Regina Lotharium nepotem suum Epi- ...opum ad beatam direxit Vrsulam filij sui sponsam, cum ...uto Virginum comitatu stipatum. Frater siquidem ipsius ...eginæ senior duas cum eo direxit filias virgines, Daulam ...Genouefam. Alter sanè solam misit filiam Eusebiam. ...olorum autem prima nobilis Ducissa, duas misit filias, Sym- ...phoniam & Magmaram. Altera similiter duas, Euphrosy- ...nam & Procham: harum quædam erant nubiles, & sponsos ...habebant illustres. Iam dictus Episcopus duos fratres habuit, ...tres sorores. Prima siquidem sororum tres cum illis filias ...direxit, Ellederam, Zoyam, Phylædriam. Altera duas, Ge- ...nouefam & Pallodoram. Tertia vnam Pallemoniam, quæ ...magnæ fuit probitatis virgo & viuacitatis. Hæc autem ho- ...nestate morum, & animi probitate, multis potuit comparari ...Reginis. Quam filius cuiusdam Regis Euphromus nomine ...desponsauerat probissimus adolescens, illustris valde, multa ...vigens animi honestate. Vixenim erat decem & octo anno- ...rum: & tamen serius fuit in mente, satis modestus & mansue- ...tis, humilis & pudicus. Hic quippe sponsæ suæ inuitatus a- ...more pariter cum ea ad Vrsulam pergebat Virginem, tres se- ...cum ducens virgines sorores, Carpophoram, Eutropiam ...& Pallodoram: nouem præterea virgines consobrinas secum ...duxit nobilissimas, quarum quædam fuerunt illustrissimis vi- ...ris desponsatæ. Tres sanè fratres habebat: Quorum primus ...tres cum illo misit filias, Serapiam, Nazariam, Eutropiam; al- ...ter verò fratrum duas direxit filias, Eleonoram & Eudoxiam.

1 Lotharius cõsobrinus Æthelij.

2 Fratres matris miserunt 3.

Sorores autem 4.

Episcopi fratres 5. Sorores 6.

Vnius sponsus

duxit secũ 3. sorores

consobrinas 9.

Por-

Porrò ſoror ipſius B. Carpophora virgo exſtitit prudentiſſima, & viuacis valde animi, atque miſericordiſſimi, omniq; pr bitate virginali conſpicua. Quæ pariter cum fratre profectaeſt nam multo ſe inuicem amore dilexerunt, vterque ſanè eorum, magna caſtitate vigebat; hæc eadem virgo Carpophora, na poſtmodum de principalibus vndecim fuit Virginibus: um mille præerat Virginibus ſibi ſubiectis. Porrò vna matertera rum eius Euodia nobilis Duciſſa, ipſi Virgini ſuæ nepti, ra triq; illius Euphromo aſſociatur adoleſcenti Regio: dua ſecum filias ducens, Sophiam & Mariam. Valde reuera iſtæ ororores duæ fuerunt valentes, multaq; prudentia, ſagacitate, atque eloquentia, morumque virtute pollentes. Deniue Petrus, qui & Vincentius dicebatur, Cardinalis, qui S. Cy acum ſecutus eſt Papam, cum ſacris Virginibus proficiſcentem, B. Euodiæ fuit frater, harum Virginum duarum auunculus. Hic idem ſanè Cardinalis, cum eandem ſororem ſuam, filiasque ipſius, ac ceteras Virgines, quas in eodem habebat ſacro collegio, cognatas eſſe comperiſſet, ingenti gaudio epletus, ſummo illas honore excepit. 3 Præfatus igitur Lotarius Epiſcopus, atque matrona iam dicta, & B. Carpopha Virgo, fraterque ipſius adoleſcens Regius, in ſuo habuerunt comitatu Virgines 4 mille ſeptingentas & triginta. Profectaeſt etiam cum eis nobilis quædam matrona, quæ dicta eſt Sapientia, cum filiabus duabus illuſtriſſimis Virginibus, Benedicta & Iuliana. Sanè & neptes eiuſdem matronæ Sapientiæ, tres filiæ ſororis eius cum ea profectæ ſunt, Viuentia, Iuſtina & Æmiliana. Venerat quoque cum eis & alia quædam matrona nobilis Euortia de ſtirpe Regia: & hæc ſecum quinque filias duxit & neptes nouem Virgines: Filiarum autem eius hæc ſunt vocabula, Euortia, Palladia, Ephemeria, Sincera, Alexandria. Erant etiam cognatæ magni Ducis Alexandri, & B. Iothæ Virginis. Quæ cum ad S. Vrſulam veniſſent, ipſarum mater Euortia illuſtris matrona mortua eſt in Domino, & honorificè Deo commendata eſt anima, atque terræ corpus ipſius. Quoda tem Epiſcoporum quinque prędictorum ſeries Regibus ac Reginis præponitur, hoc ſuggeſtione actum eſt Dominæ noſtræ ita enim ipſa fieri perſuaſit.

Matertera Euodia comitatur.

eũ 5. filiab.

Euodię fr. Vincẽtius Cardinalis

3 Comitat' 1730. Virginum.

4 Euortia cũ 5. filiab. & 9 neptib.

Episcopus Lotharius.] Lib. 1. c. 7. hæc laudes ad runtur: *Vir generosus, & de regali stirpe , consobrinus verò nobilißmi iuuenis B. Vr- , vir prudens atque boni testimonij: castus, animoq; strenuus, & bene discretus.*

2. *Soror erat Reginæ matris.*] Hæc cohors sponsi Ætherij nomine collecta est, & hic ideo maternum eius stemma percurrendum.

STEMMA MATERNVM S. ÆTHERII sponsi, & genus S. Lotharij.



3. *Præfatus igitur Lotharius.*] Enumerat hic ior ductores & custodes Virginum, Lo- rim Episcopum, Carpophoram Chiliar- han, Euodiam Ducem, & Euphromum Re- um: nam hæc non cohors, sed legio Vir- ni, quæ ceteris ferè omnibus præstitit.

Mille septingentas & triginta.] Frequentior illus alius fuit comitatus, collectus è re- matris S. Demetriæ. Videas hic verè digi- Dei, tam mira operantem, & talem legio- Virginum, quarundam etiam Gentilium, & mater sponsi & parens tunc adhuc Gen- Baptismo nondum erant initiati) sic animis tibus duce tali Episcopo conuenisse, plau- bus Cœlitibus & Angelis præsertim tute- laribus singularum: præuidebant enim cunctis à Deo lauream virginitatis & martyrij simul esse præparatam, & tam suauibus illecebris ad iugum Christi sponsi S. Vrsulæ prudentia pelliciendas. Magna profectò Dei in has electas Virgines liberalitas, paterna earum dilectio, cura & solicitudo, vt tantis breui cœlestibus donis & ignaræ quidem cumularentur. Hanc quidem primam legionem mater Demetria confecit opera S. Lotharij. Sed parens Agrippinus numero pene parem, genere & nobilitate illustriorem collegit, in qua Centuriæ multæ sanguinis Regij, ducentæ verò cognatæ sponsi censebantur, vt iam apparebit.

CAPVT VII.

Quod Rex Holofernes B. Vrsulæ sponsus diuina reuelatione admonitus, sponsæ suæ & reliquis occurrerit Virginibus.

Regum atque Reginarum, quæ in sacrarum Virginum comitatu vndecim millium fuerunt, reuelante Domina nostra, quæ gloriosa vniuersorum Regum & Reginarum exstat Regina, series hic & Genealogia describitur. Reges siquidem

dem relictis terrenis regnis, quorum Deus dulci sua gratia tetigerat corda, filias suas secuti, patriam, terras, dignitates & diuitias contemnebant, & cœlestia perpetua regna possidere meruerunt. Quorum summus iuuenis fuit illustrissimus B. Virginis Vrsulæ sponsus, qui ob probitatem morum, animíque virtutem, & propter elegantiam corporis & pulchritudinem dictus est Holofernes. Hoc autem nomen nequaquam erat ei proprium. Hic siquidem iuuenis cõmuni patris sui regni consilio, à Principibus in Regem est electus, atque [2] legitimè coronatus, qui tamen cum prædictis non est tunc temporis Virginibus profectus, sed postmodum diuina reuelatione admonitus, illis de Roma reuertentibus occurrit Moguntiæ. Sponsa namque sua Virgo Vrsula si in patria remansisset propria, patris sui foret regnum habitura, quia parentes eius liberis carebant alijs. Porrò pater ipsius iuuenis Holofernis præfatæ Virginis sponsi nobilis Rex, armis potens & diuitis, quinque fratres habuit, totidemque sorores, quorum quatuor nobilissimis erant coniugibus iuncti, quinto adhuc adolescente existente. Vnus sanè illorum filiam Regis cuiusdam duxerat in vxorem: sorores etiam nobilitr nuptæ viros habebant præclarissimos. Primus itaque fratrum duas ad B. Vrsulam direxit filias virgines, Philippiam & Eunomiam: Quarum Philippia multa vigens astutia, virtute & prudentia, spõsum habebat fratrem Regis cuiusdam: Secunda sororum nam misit filiam Nicolittam. Tertia duas, Europam & Nobilianam. Quarta tres misit filias, Euchodiam, Probam & Hiacyntham. Denique hæc prima sororum B. Nicolitta cum eisdem profecta est Virginibus, ducens secum filias tres, Nicolittam, Euphrasiam, & Eunomiam. Hæc autem matrona sapiens erat valde, moribusque honesta, vnde ductrix fuit totius expeditionis Regalium iuuencularum, quæ in suo fuêre comitatu, & princeps. Reliqui verò fratres tres, quique direxerunt filias virgines. Præterea & multæ adhuc domicellarum de prosapia Regali sunt directæ, illustres valde & præclaræ [3] plusquam ducentæ Virgines Holofernis cognatæ. Inter ceteras iuuenculas mittebantur illustrissimæ siquidem Virgines duæ B. Lucia, atque Anastasia, duorum Regum filiæ.

Spõsus cur dictus sit Holofernes.

Occurrit Moguntiæ S. Vrsulæ.

Virgines missæ ex linea paterna eius.

Fratres parentis y. miserũt filias

Sorores adiunxerunt 9.

B. Nicolitta soror Agrippini.

200 cognatæ sponsi secutæ.

3 Lucia & Anastasia Regum filiæ.

filia

...a, iam dicti Holofernis consanguineæ, in illa fuerunt expe-
...ione, 4 cum ingenti apparatu & pompa Regia. 5 Quarum 4.5
...rgo Lucia postmodum vna de principalibus effecta est vn-
...decim Virginibus, super mille Virgines gerens principatum,
...ua sororem secum habuit puellam nomine Placidam. Vir-
...go nanè Anastasia illustris alterius Regis filia, ipsius Luciæ fuit
...cognata, comes & indiuidua sodalis, quæ duas secum duxit
...ores, Eusebiam & Chelindrem. S. denique Lucia tres ha-
...uit fratres, & vnam sororem: quorum illa quinque secum
...duxit filias, Eumorphiam, Splendidam, Chorindam, VVille-
...am, Porthuram. Porrò Virgo Anastasia fratrum & sororum
...filis secum duxit octo, Euchodiam, Venustam, Resindem,
...Ptolchridiam, Lacedomiam, Verenam, Apollineam, Floram.
...Habebat etiam consobrinorum filias & consobrinarum vir-
...gines secum quamplures Comitum & Ducum valde inclytas
...iuuenculas. In istarum siquidem Virginum cœtu fuerunt
...mille sexcentæ quadraginta Virgines. Harum omnino du- 6
...ctor erat Episcopus quidam, atque frater Regis cuiusdam, Comitat⁹ 1640 Virg. ductore Episcopo.
...et non & B. Nicolitta soror Regis supradicta. Episcopus au-
...tem & frater Regis cum ad Virginem Vrsulam peruenissent,
...relictis ibi Virginibus, reuersi sunt in regionem suam. Quas
...omnes cum summo gaudio Rex & Regina S. Vrsulæ parentes
...exeperunt, honestissimè illas tractantes.

...*Reuelante Domina nostra.*] Deipara Virgo
...is SS. Episcoporum stemma voluit literis
...congnari, quibus deducendi, custodiendi, in-
...struendi, pascendique Virgines, cura spiritalis
...incumbebat: Reges deinde Martyres, qui po-
...tentia, opibus & autoritate plurimum in dedu-
...cendis Romam vsque & reducendis Coloniam
...ad læstram martyrij contulerunt, iubet enu-
...merari: sed præcipuos: quosdam enim omittit
...libro primo insinuatos. Indicat verò sequentia
...Deipara potissimum suggerente conscripta.

...*Legitimè coronatus.*] Vnicus erat Ætherius
...hic Holofernes furculus masculus Regiæ lineæ
...Pippini: vnde sub finem vitæ parentis legi-
...timè procerum regni calculis omnibus suffra-
...gatibus est coronatus ante contractum cum
...Vrsula connubium.

...*Plus quam ducentæ Virgines Holofernis cognatæ.*]
...Mare æmulationem duorum regnorum spon-
...si sponsæ: multum potuit ambitio Regiarum
...familiarum, plus tamen gratia cœlestis, quæ
...quemlibet suo traxit hamo: quam beneficus in v-
...nam sponsi familiam Deus, ex qua ducentas san-
guine proximo ei iunctas martyrio coronauit?

4. *Cum ingenti apparatu & pompa regia.*] Quam ex vestium ornatu, satellitio, nauium magnificentia, commeatus & sumtuum abundantia licebat augurari: vt enim capitis præcedentis legio paulo fuerit copiosior à matre Demetria adornata: in hac tamen Rex ipse voluit cum patruis & amitis regni sui maiestatem, opes & potentiam declarare.

5. *Quarum Virgo Lucia.*] Difficultas hic non modica est ex lib. 1. cap. 5. nata, vbi B. Lucia dicitur Regis pagani filia sororem secum Sapientiam adduxisse: hic verò sororem eiusdem vocat Placidam: conciliari id facile posset, si vtramque dixerimus eius sororem exstitisse: sed huic caput 6. libri 1. aduersatur. His verbis: *Vndecima B. Lucia Virgo prudentissima & illustri animo & genere, Regis cuiusdam filia, & hac cognata exstitit sponsi S. Vrsulæ, quæ solam secum sororem duxit paruulam nomine Placidam.* Fortè soror eius binomia fuit, Placida simul & Sapientia nominata:

si tamen diuersas esse malis, solam in suo comitatu adduxit Placidam, subsecuta cum Ætherio vel alijs Sapientia: vel è priore matrimonio Sapientia fuerit, sola genuina soror ex eode patre vel posteriore coniugio Placida. Sed ternam lineam contemplemur.

PATERNVM STEMMA ÆTHERII sponsi.



6. *Mille sexcenta.*] Legio & hæc copiosa 1640. Virginum: quarum plurimæ centuriæ Regij erant sanguinis. Ductores & custodes tres numerantur: Episcopus, qui functus officio legationis redijt. Regis item cuiusdam frater, & is reuersus in patriam, & S. Nicolitta Agrippini Regis soror: nec mirum adhibitum Episcopum Catholicum, vt duceret copias Gentilium etiam multarum puellarum: id enim Ætherius animo Christianus optabat, vt sponsæ votis omni modo satisfaceret. Reperta sunt etiam in tumulis nomina Virginum aliquarum, quæ licet chiliarchæ non fuerint in exercitu, adduxisse tamen mille Virgines dicuntur. In titulo S. Albinæ legitur: *S. Albina Britannica, vna ex vndecim, quarum qualibet mille Virgines adduxit.* Sic ro habet alter Orthmariæ: *Hic iacet S. Orthmaria, quæ attulit S. Vrsulæ de Scotia addotum mille Virgines.* Et tertius: *S. Pigmenius M. & Rex, ex cuius terra venerunt duo millia, & Re Alpsint, & filia eius Eria Virgo.* Cum his non cessit sponsus, sed nouo stipatus Regum, l cum & Virginum comitatu Moguntiæ ijs occurrit: quanta eius classis fuerit, præter nas personas à S. Elisabeth indicatas, incomp tum est: magnam fuisse oportuit, quæ tal Regem ad matrimonium alibi ineundum cuit: quamuis sciret, triduo post initum martyrio consummandum.

CAPVT VIII.

Quod Rex Oliuerius iunior per Oliuam Virginem conuersus est.

Oliuerij senioris filius Oliuerius iunior.

1 Rex etiam alius sancto Virginum interfuit sacrarum cœtui, adolescens strenuissimus, multumq; commendabilis Oliuerius dictus, probissimi Regis cuiusdam filius, qui similiter Oliuerius dicebatur, vxorq; illius Regina illustris Luminosa. Filius itaque illius Rex iunior Oliuerius, filiam alterius Regis nobilissimi, qui Cleopater est appellatus, desponsauerat Virginem

r valde honorabilem, & omni populo acceptabilem, quæ ia vocabatur: pulchra nimirum ista erat & elegans facie: norum fuit præstantior honestate: quocirca ab vniuersis gébatur, gratiamque magnam opinionis bonæ omnibus bebat. Cuius mater Nicostrata dicta est, matrona & Re- honestissima, Comitis cuiusdam filia strenuissimi & ho- is optimi. Cleopater autem Rex eiusdem virginis Oliuæ er, patruus exstitit Regis B. Vrsulæ patris vir potens, fortis robus: atque per omnia illi potuit æquiparari virtute, di- ijs & probitate, sed tantæ non erat religionis. Porrò ipsa o Oliua ipsius filia illustrissima, coram omni Principum uentu patris sui & concilio celebriter in Reginam est ele- , & nobiliter coronata, quia parentes eius filijs carebant. bebat tamen sorores duas, quarum maior, quæ dicebatur minosa, secum ad virginem Vrsulam profecta est: nam pſa soror virgo erat illustris & decora, multumque com- ndabilis. Inuitata siquidem fuit hæc eadem virgo Oliua egina à patre virginis Vrsulæ, venire ad filiam. Denique or ipsius Luminosa cuidam adolescenti filio Regis cuius- n erat desponsata. Cumque postmodum Rex iunior Oli- ius sponsam Oliuam pergeret inuisere, moramque ipsius, que absentiam ægrè ferret, ab eadem sponsa [2] conuersus pa- & matri, terris & regno abrenuncians, peregreque profici- ns, sacrarum virginum socius efficitur. Regina siquidem ter Oliuæ virginis & Reginæ fratres duos habebat, & soro- duas. Quorum vnus duas filias cum Oliua virgine direxit, alter fratrum vnam. Pinnosam, Vulturam, & Luminosam gines honestissimas. Miserunt & alias etiam cum ea vir- nes quasdam præclaras. Denique soror eorundem fratrum a solam misit filiam virginem Simeram, bonæ opinionis uenculam. Inter ceteras siquidem virgines, quæ in illius erunt comitatu, virgo Tecla, filia patrui eiusdem Oliuæ rginis & Reginæ multa morum honestate, animique virtute genti resplenduit. Cuius mater filia erat Regis cuiusdam otentissimi. Associata est etiam huic Oliuæ virgini illustris- ma virgo quædam Natalia magni nominis, ac bonæ opinio- is, filia Regis Arthuri Principis magni cum nobilissimo illu-

Spōsa eius Oliua.

Filia Cleopatri & Nicostratæ.

Coronata Regina.

Inuitatur à Dionetho Venit cum sorore Luminosa.

2

Matris fratres & vna soror 4. addunt.

Tecla filia patrui. v. cap. 21.

Natalia filia Regis.

ſtriſſimarum virginum comitatu. Porrò de his duabus B. ir-
gine Tecla atque Natalia nobili domicella, plura reſtant on-
Oliuæ comitatus 142. virg. gruo loco referenda. Habebat tamen Oliua virgo & Regina
in ſuo comitatu proprio, exceptâ illuſtris Nataliæ virgini ſo-
3 cietate, 3 centum quadraginta & duas virgines honeſtiſſimas
& decoras. Altera tres direxit Siluanam virginem præclariſ-
ſimam, quæ morum ſuauitate, animiq́ue honeſtate omnibus
exſtitit grata: elegans enim formâ fuit & nobilis proſapiâ, quæ
nobiliſſimo iuueni cuidam erat deſponſata Balduino Ducis
cuiuſdam filio, atque hæc ſecum duxit duas ſorores Euo-
miam & Geramiam. Fuerunt præterea in earum comitatu
S. Iuliana Comitis vnius filia, illarum cognata, ac B. Sincra
virgo nobiliſſima, earum etiam exiſtens conſanguinea, iu-
ſtres & præclaræ. Rex ſiquidem ſenior Oliuæ & Luminæ
virginum pater, quinque fratres habuit & duas ſorores, qui
vniuerſi vndecim cum illis direxerunt virgines. Primus ita-
Cleopatri fratres & ſorores de ſtinant 11. fratrum duas miſit filias, Euſtochiam & Menandram. Secun-
dus ſolam Alburgem caſtiſſimam virginem & bene morige-
tam. Tertius duas, VValburgem & Alquinam. Quartus so-
lam Perpetuam virginem præclaram & bonæ opinionis ju-
uenculam. Quintus ſanè liberis carebat: qui vxoris ſuæ de-
miſit ſorores Polodoxiam & Gelidoniam. Polodoxia ſiqui-
dem optimæ indolis domicella erat, virgo caſta & prude-
quæ ſponſum habebat iuuenem nobiliſſimum Ducis cui-
dam filium. Hæc omnibus exſtitit amabilis præ ſuauitate
morum & honeſtate. Mater verò illarum optimi Princi-
erat filia ditiſſimi & præpotentis. Denique ſoror Regis pri-
duas miſit filias, Euticiam & Sacroſam. Secunda ſolam non-
S. Lætitiæ laus. ne Lætitiam virginem omnibus adornatam virtutibus, qua
iuxta nomen ipſius multos bonæ conuerſationis ſuæ exem-
& opinionis lætificauit. Modeſtiſſima quippe animo fuit,
4 4 verbo, loquens rarò; vtilibus intenta colloquijs. Iſta ſpo-
Spõſus Fu-chelingus Regis filiꝰ ſum habuit adoleſcentem Regis cuiuſdam filium Fucheli-
gum nomine, qui ſponſæ ſuæ moribus & virtute per omn
erat comparandus: Porrò hic idem adoleſcens Regius, nim
virginis tractus amore, ſuis omnibus notis, cognatis, parent-
bus dolorem eius diſceſſu relinquens, ſponſæ ſuæ adhæren

cur

cum illa proficiscitur, Martyrq; gloriosus efficitur. Qui cum sponsa sua, ceterisq; virginum sodalibus Coloniæ Hunnorum Principi trucidandus præsentaretur, constanti animo tyrannum super sua reprehendit malitia & tyrannide. Qui si in paterno regno permansisset, vtique Rex esset futurus, legitimè coronandus. Denique multum in comitum suorum & Virginum conuentu, suo profecit exemplo. 5 Sorores equidem duas secum duxit virgines, S. Lucretiam & Helenam puellam paruulam. Ipsa sanè Lucretia soror ipsius, multa vigebat virtute, & tam morum honestate, quàm generis nobilitate insignis refulgebat. Constantissima verò fuit animo & discreta, fortiq; in omnibus comparanda. Quæ sponsum habebat Regem cuiusdam Regis filium, siquidem & ista graui doloris vulnere suo discessu multos sauciauit.

Reprehendit Hunnorũ Ducem.

Rex erat coronãd⁹

5

Rex etiam alius.] Dionethus Oliuam Regium sponsam pellexit ad societatem, quam postus Oliuerius Rex cum aliquot centurijs Virginum est consecutus; (c.21.) vterque laurea martyrij Regium diadema decorauit. De Oliuerij stemmate pauca constant. Oliuæ notius est, & disertius explanatum: cuius parens Cleopater lib.1.c.7. vocatur Patruus Dionethi.

OLIVÆ GENVS.

Soror 2. Soror 1. Frater 2. Frater 1. Nicostrata Cleopater Rex 1. frater 2. 3. 4. †

Siuana, Eubomia, Gemia. Simera. Luminosa. Vultura, Pinnosa. Oliua coronata. Luminosa virgo. Eustochia, Menandria. Alburgis. Walburgis, Alquina. Perpetua.

†5 ἄπαις, vxoris ei⁹ sorores Polodoxia, Gelidonia. 6. Reformius, vxor Anacleta Tecla. Soror 1. 2. Euticia, Sacrosa. Lætitia. sponsus Fuchelingus, Sorores eius Lucretia, Helena.

Conuersus patri & matri.] Mirum illud Rem Oliuerium fortè & vnicum parentum solium, familiæ columen, parentibus & regno deertis, posteritatis & stemmatis interituri nulla habita ratione sic ad martyrium euolasse.

Centum quadraginta duas virgines.] Et quomodo ei infrà cap.2. trecentæ tribuuntur? quia quorundam aliarum puellarum Regiarum auctoritatu, numerum dictum confecit; ille verò quem ipsa è regno patris collegerat 142. non excedebat.

4. Verbo, loquens raro.] Tres egregiæ vel quatuor in S. Lætitia commendantur virtutes: 1. lætitia serena mens, 2. modestia vultus & gestuum corporis, 3. verborum parcitas, 4 amor vtilium colloquiorum: fidæ custodes hæ castitatis. Prima remouet intestinos, tres reliquæ hostes externos arcent, ne qua pateat vel rima insidijs. Tria pariter sponsi eius perpetuant memoriam: 1. contemtus paratæ coronæ Regiæ præ laurea martyrij, 2. exemplum probitatis omnis, quo præluxit tam Virginibus, quam alijs. Denique egregia mentis generositas & fortitudo, qua tyrannum redarguit immanitatis. Non voluit Deus hæc virtutum decora obliterari: sed tam miro modo post tot secula, mundo proposuit imitanda, ad Sanctorum suorum gloriam exaggerandam: vt aulæ Regiæ nostri seculi centurias hic aliquot inueniant vitę sanctè & religiosè traducendæ, medijs etiam in delicijs & honoribus.

5. *Sorores equidem.*] Profuit Fuchelingus alijs: nihil ne suis? imò fratrem imitata soror

Lucretia, & ipsa Regium thalamum, sceptrum & coronam postposuit peregrinationis molestijs, inopiæ & morti atrocissimæ. Videas hic passim generosas indoles, vt sanguinis nobilitate, sic virtutum insignibus longè illustriores: quia in pares natalibus, ætate & virtute incidebant. Porrò caput Sanctæ huius vel alterius Lucretiæ piè adseruatur in statua pectorali gentea Coloniæ in nostro templo, cui hæc adscripta epigraphe: *S. Lucretia V. filia Regis, decem annorum nec mireris iam desponsam Regi: non idem tum & insolens in Regijs familijs.*

CAPVT IX.

Quod Rex Crophorus vnà cum vxore Cleopatra profectus est ad Vrsulam Virginem.

1 1 Rex siquidem tertius, qui in earundem Virginum sacrarum erat collegio, Crophorus vocabatur, & filius Regis exstitit Pinnosi nobilissimi viri & sagacissimi: cuius vxor Regina Pallodoxia est nuncupata, Matrona nobilis & honesta valde. Horum sanè filius illustrissimus iuuenis Crophorus prudentissimi fuit animi, probus & honestus, omniq; morum probitate ornatus, filiam Ducis Harderici Principis nobilissimi Cleopatram nomine duxerat vxorem. Hic cognatus sanctæ fuit Vrsulæ & B. Pinnosæ, atque S. Sapientiæ. Porrò & ipse Crophorus, vxorq; ipsius Cleopatra, ambo, priusquam hæc sacra Virginum foret expeditio, biennium ante coram Principibus regni patris sui legitimè sunt coronati. Quoniam consanguineus erat Regis Virginis Vrsulæ patris, inuitabatur vxore sua Regina Cleopatra visitare filiam illius, ac ceterarum Virginum sacrarum conuentum. 2 Venerunt ergo de Australi terræ illius parte cum nobili Virginum & iuuencularum comitatu, 3 Virgines ferè ducentas secum habentes. Denique Rex ipse & vxor eius Regina, ambo fuerunt Vrsulæ Virginis paretum consanguinei: ille ex parte patris, & ista ex parte matris: qui dum apud Virginem Vrsulam, ceterasq; ipsius sodales moram facerent, summa iucunditate lætantes, manifestè cognouerunt, euidentissimisq; signis viderunt, cœlitus illic perpetuis, quoniam à Deo facta sunt omnia, & ipsi 4 diuino admonitu responso, consenserunt sancto illi Virginum aggregari cœtui. Porrò & Comitissa quædam nobilis, ipsius Regis Crophori cognata, pariter cum ea profecta est, ducens & ipsa Virginis in suo comitatu sexaginta: 5 Berengardis enim vocabatur, quæ duas quoque secum filias duxit, quarum vna Berengard[is],

Crophor⁹ coronatus fuit cum vxore.

Cõsanguineus S. Vrsulæ.

2

3 200. adducit virgines

occasio cõuersionis.

4 Cognata eius cũ 60. accedit.

5

&a[lia]

atera dicta est Lucia, quæ post discessum Virginum denuò Lucia ducit virgines, sed redit.
d maritum redijt: non enim venit, vt cum illis proficiscens
iret, sed vt ductrix foret Regalium iuuencularum: dolo-
ensiquidem permaximum & mœrorem hic idem Rex iuue-
is coniunxque ipsius Regina suis post discessum eorum reli-
querunt.

1 *Rex siquidem tertius.*] Nouum decus accessit Regibus Crophoro & Cleopatra, qui iemo iam ante sceptris & coronis Regijs fuerant decorati: vterque sanguine proximè S. Vrsulam contingebat.

NATALES CROPHORI REGIS.



2 *Venerunt ergo de Australi terra illius parte.*] siue Angliæ, siue Hiberniæ plaga, quæ ceno Britannico vel Vergiuio alluitur, & reoici Galliam.

3 *Virgines ferè ducentæ.*] Facilè hunc numerum x integro regno conficere potuit: cum Ætherius sponsus aliquot millia collegerit è suo.

4. *Et ipsi diuino admoniti responso.*] Quale sequenti capite datum legimus internuncio S. Ioanne Euangelista.

5. *Berengardis enim.*] Turmam nouam adiunxit, ea 60. Virginum fuit.

CAPVT X.

Quod Rex Lucius per virginem Jotham filiam suam conuersus cum ea direxit Virgines decoras.

1 Rex etiam quidam magnificus, animi virtute & morum 1
honestate refulgens, nomine 2 Lucius, pater S. Virginis 3 Iothæ 2.3
preclarissimæ, relicto vni filiorum regno, secutus est vniuersum Regem IESVM Christum per filiam Iotham conuersus. Erat enim hæc eadem Virgo illustris in numero vndecim principalium Virginum, prima, sapiens valde, omnique animi virtute adornata resplenduit: & hic duas habuit secum sorores, Geminianam & Iustitiam. Hic idem verò Rex septem filios habebat, totidemque filias. Quatuor itaque filiarum maritis extiterunt copulatæ nobilissimis. Reliquæ tres iam dictæ sunt Virgines ingenti castitate, prudentia & honestate fulgentes. Porrò Rex pater illarum à S. Ioanne Apostolo per visum admonetur, quatenus relictis omnibus Christum sequens, cum sacris proficiscatur Virginibus. Denique vxor illius Regina pijssima, iam ante ab hoc seculo moriens migrauerat. S. Ioannes vocat Lucium Regem

ꝓmiſerat S. Iotham & Eugeniam filias

Erat itaquẽ hic idem Rex cognatus patris Vrſulæ Virginis, vnde B. Iotha cum ſuis ſororibus inuitatur ad cognatam ſuam venire Vrſulam, illamq́; inuiſere, ac Virginum aliquas ducere ſecum. Soror etiam iſtarum Virginum vna S. Eugenia illuſtris Duciſſa, cum duabus filiabus Margarita & Verena proficiſcitur cum illis. Quos ipſe Dux Sicherus nobilis maritus illius diuino afflatus ſpiritu lætus ſequitur, omnia relinquens.

Sorores 5. miſerunt filias.

Reliquæ tres filiæ Regis iſtarum ſorores matronæ, quinque cum eis direxerunt filias virgines clariſſimas, Eutropiam, Euodiam, Marcellam, Dionyſiam, Syntheriam.

fratres 7. adiunxerunt 9.

Denique ſeptem filij Regis B. Iothæ fratres, nouem cum illis filias direxerunt virgines. Primus namque illorum frater Rex Illerus,

Balbina Honoratũ ſpõſum filium Regis conuertit.

nam direxit filiam nomine Balbinam, virginem valde præclaram, multaq́ue animi virtute præditam. Hanc illuſtriſſimus adoleſcens Honoratus filius Regis cuiuſdam frater S. Nobilinæ ſubarrhando deſponſauerat: quem illa conuertens de mundi lite ſeculi Martyrem fecit & militem Chriſti. Alter verò fratrum duas miſit filias, Mariam & Martham. Tertius etiam duas, Margaritam & Ioannam. Reliqui fratres quatuor dimiſerunt filias, Venuſtam, Placentiam, Sibiliam & Euphraſiam: quarum quædam nobilibus viris exſtiterunt deſponſatæ. Regina ſiquidem Iuſtitia mater illorum, vxor Regis Lucij duos

Matris Iuſtitiæ fratres miſerũt 6. filias

habuit fratres, atque ſororem vnam. Quorum vnus Alexander Dux egregius & illuſtris, vir honeſtus valde, amator religionis & pauperum quinque filias illuc miſit.

Alexander Dux 5 filias

Alter ſanè fratrum ſolam direxit, quæ Melliflua dicebatur, quia moribus dulciſſima fuit & eloquio: quæ tamen proprio nomine dicta eſt Balbina. Soror autem iſtarum vnam miſit filiam, quæ Symphoriana dicebatur, & erat magnæ indolis & bonæ opinionis, iſta, multumq́ue ab omnibus dilecta. Filium itaque Regis cuiuſdam habebat ſponſum, magnæ probitatis iuuenem, qui poſt diſceſſum Virginis multo languebat dolore ſuper illius abſentia. De iam dicto Alexandro Duce nobiliſſimo & viro eximio, & ſuper eius conuerſione, vxorisq́; illius aliàs ſuo loco poſt Regum ſeriem tractabimus.

comitatus 330. Virg.

Habuit verò Rex idem trecentas ſecum Virgines & ferè triginta.

Rex etiam quidam.] Memorabilis & diuinus S.Lucij Regis accessus ad martyrium, inspirante eum S. Ioanne Apostolo, & filia Iotha chiliarcharum faces admouente: quid ni Principatum Regia Virgo Iotha chiliarcharum obtineret, quæ iam antea duas sorores conniuente parente, & ingentem cognatarum numerum conscripserat Parthenicæ militiæ autorandas? quid effecerit in familia, series genealogica docebit.

FAMILIA S. LVCII REGIS ET Iustitiæ vxoris.



Lucium.] Hunc manipulum Lucij stirps dedit, Lucio Rege antesignano cum genero suo Sicero exsultante, cum quatuor filias & neptem 16. coram se videret martyrij corona laureatas: & felicius in cœlis æternum, quam in terris modico temporis spatio coronatas.

Iotha.] Quam solers & sagax Iotha Virgo, qui sic florem materni paterniq; generis decerpsit, & 330. Virginum cohortem primipilo Lucio Rege, centurionibus Sichero Duce & Honorato Regis filio sic nobilitauit, vt odor virtutum suauissimus hinc è terris cœlos ipsos penetrans totam Beatorum triumphantem Ecclesiam mirificè recrearit? Quem non ad virginitatis florem Deo consecrandum, ad corpus etiam, si opus, ante mille cruciatibus offerendum, quam quis peccato letifero se commaculare existimulet Regum, Ducum, Virginumque Regiarum tam nobile propositum exemplum? Et doleant illustres parentes, filium quandoque filiamque à mundi cæcis amoribus & erroribus abstrahi, & in secessum religiosum commigrare: quando Reges & Duces isti se suosque tanta alacritate cruciamentis omnibus amore Christi sponte obiecerunt? Hæc est, prô dolor! seculi nostri cæcitas, exsultare communiter, cum progenies nobiles diuitijs abundant, delicijs diffluunt, sceleribus insordescunt: dummodo stemma suum fastuosè tueantur, vel eleuent: an verò quosdam posteros cœlo generent, exilis apud multos cogitatio, solicitudo nulla: imò cum vnus aliquis illustris genere piam de deserendo mundo concipit cogitationem: non vna sufficit: decem cognatæ familiæ quandoque excitantur, quæ spiritum diuinum in corde ortum perimant, & laqueis scelerum suauiter irretitum expellant similes animi affectiones. ô tempora!

Seculi nostri cæcitas in illustribus sæpe familijs.

CAPVT XI.

Quod Rex Clodoueus cum vxore Blandina & filiabus suis cum sacris proficiscitur virginibus.

1 Rex similiter Clodoueus totus de partibus illis religiosus, bonæque vitæ existens, cum vxore Blandina bene religiosa valdeq; honesta Regina, exemplo filiæ suæ Eugeniæ pij Alexandri

1 Rex Clodoueus à filia cõuertitur cum Blandina vxore

xandri Ducis ſupradicti vxoris, ipſiusque Ducis generi ſui x-
hortatione attracti, regnum Hermolao filio ſuo relinquen:s,
viro forti & ſtrenuo, ſe ſacris virginibus Chriſti aſſociarut,
cum eis proficiſcentes. Quatuor itaque filios habebant, &
quinque filias, quarum duæ virgines fuerunt, & tres nobi-
ter nuptæ. Rex ſanè & Regina eaſdem virgines filias ſecu.
2. virgines filias ſecũ duxerunt. duxerunt, VValburgem ſanctiſſimam, & Sabinam Deo & o-
minibus acceptas. Porrò filius eorum Rex duas cum illis i-
& filiorum 6. filias. rexit filias, Sapientiam & Illuſtrem, honeſtas valde & deco:s:
quæ ambæ duobus erant Ducibus deſponſatæ. Tres ſanè e-
filiarum 5. liqui, tres miſerunt filias, Euodiam, Deponentiam, Salu a-
riam. Prima namque filiarum, duas direxit filias, Euodi n
& Clementiam: altera, ſolam Mariam: tertia duas, Eu-
miam & Eracleam. Quarum quædam nobilibus erant v is
deſponſatæ. Sponſus ſiquidem S. Clementiæ nobiliſſimi i-
iuſdam Principis filius Eutropius nomine, ſponſæ ſuæ trac is
amore, aliorumque iuuenum exemplo perſuaſus, relicto Pri-
cipatu, dignitatisque honore, conuentui ſe virginum ſac-
Regis Clo douei 3. fr. mittunt 3. filias. rum iungens, cum illis proficiſcitur. Ipſe denique Rex t:s
habuit fratres, & duas ſorores. Quorum primus Dux inc-
tus, duas miſit filias, Europam & Alexandriam. Secun:s
tres filias direxit, Euchoniam, Siluanam & Hiſtoriam. T-
Sorores addunt 5. tius duas, Ichoniam & Probam. Porrò ſororum prima, d:s
miſit filias, Plenariam & Euchoniam. Secunda tres, Præc-
ram, Fulgenam & Euſtaiam. Quarum Præclara virgo, iu:a
nomen ſuum, claruerat nomine ac bona opinione. Fuit qu-
pe in omni morum virtute compoſita, facieque decora. H
ſiquidem ſponſum habuit probiſſimum, prudentem & ho-
ſtum, Iſichium nomine, Regis cuiuſdam filium, qui ſponſa-
iuſdem attractus amore & exemplo, per eam ſecutus eſt Ch-
ſtum: atque auunculo ſponſæ ſuæ Clodoueo Regi pio ill-
ſtrique Reginæ adhærens, cum eis peregrè profectus eſt, c-
pus & animam pro Rege cœleſti traditurus. Hic idem iu-
nis Regius, virginem honeſtiſſimam ſororem ſecum duxi,
nomine Blandulam. Denique & iſta à quodam glorioſiſſim
iuuene filio Regis cuiuſdam deſponſata eſt, dotalitijsq; nobi-
bus ſubarrhata. Porrò & aliæ complures de genere & pr-

ſapi

ia illius virginis nobiliſſimæ, cum eo comitantur. In eiuſ-
en autem Regis pijſſimi, vxorisq; ipſius Reginæ bonæ comi- comitatus 205. virg.
tatu, virgines fuerunt ducentæ & quinque.

Rex ſimiliter Clodoueus.] Iotha cum paternam & maternam lineam totam amore Chriſti ndiſſet, parum rata ſponſo datum, maiora feliter molitur per Alexandrum auunculum : is eodem igne inflammatus, velut ſcintilla modica ſubito totum regnum ſoceri Clodoici ſic accendit, vt & ipſe cum vxore Regina cum filiabus, cum neptibus numeroſiſſimis velut amore diuino limphatus aduolarit. Quam potens ad perſuadendum ardua, carniq; moleſta, tam exemplum vitæ, quam opportuna commonitio, licet inferioris & filiæ & neptis; præſertim cum aura cœleſtis flaminis adſpirat dictioni? Prius itaque Eugenia filia cum Alexandro marito domeſticam familiam Clodouei feliciter autorarunt militiæ Parthenicæ: poſtea totam paternam eiuſdem domum ſpoliarunt, & caſtris ijſdem adſcripſerunt, mirante Britannia, cœlo applaudente, & conatibus pijs annuente, vt ſequens edocet tabula.

ROLES ET NEPTES REGIS CLODOVEI Martyres.

* Blandina.	Clodoueus.					†
filij 1.3.	4. Hermolaus Rex vx.	Filia 1. Virgo M.	2. V. M.	3. nuptæ filiæ	4. nuptæ filiæ	5. nuptæ filiæ.
Eulia, Clementia, Sabaria.	Sapientia, Illuſtris	Walburgis,	Sabina,	Euodia, Clementia cum ſponſo Eutropio.	Maria,	Eunomia, Heraclea.

† 1. Frater Dux ex N.	2. ex N.	3. ex N.	1. Soror nupta 1.	2.	
Europa, Alexandria.	Euchomia, Siluana, Hiſtoria.	Ichonia, Proba.	Plenaria, Euchonia,	Præclara cum ſponſo Iſichio Fulgena, Regis filio eiusque Euſtaia.	ſorore Blandula.

regni totius decora & columina Regum ſuorum exemplo Chriſtum ſecuti, ſed in crucem amore noſtri ſuffixum, & pro nobis mortuum, vitam mortalem cum pompis mundi exoſi, ſolum iam anhelantes & veram cœleſtem noſtram patriam, extorres & rerum omnium egeni velut mendicabula quædam & terræ retrimenta perambularent Europam, piorum fidelium alti liberalitate, & tandem ſanguinem etiam fortunatius in Chriſti militia ſuccenturiatis inderent, quam in ſeculari. Dolendum Achilem, Æneam, Cyrum & alios Gentiles laudatores & ſcriptores inueniſſe, qui multis annis in flagitioſorum iſtorum hominum elogijs vero maioribus deſudarent; hos heroas, eorumq; inuictam animi magnitudinem obrutam hactenus ſilentio iacuiſſe. Excitabit, ſpero, Deus & Chriſtianos Poëtas, qui hos Oliuerios, Clodoueos, Canutos veris depictos coloribus & genuinis virtutum Chriſtianarum lineamentis orbi proponant in Vrſuleide imitandos. In his iuuet vires & ætatem impendere, tanto maiore ſcriptoris & pij lectoris emolumento, quanto bona, quæ promanant vtrique tali ex fonte, ſunt ſtabiliora, præſtantiora, diuiniora.

CAPVT XII.

Quod Rex Canutus cum Balbina vxore Regina, & cum duobus filijs & filiabus ſacris aſſociantur Virginibus.

1 Rex etiam quidam nobilis & virtute inſignis Canutus no- 1
mine

Canutus Rex & Balbina à filijs attrahûtur

mine, vnà cum vxore Balbina illuſtri & optima Regina, filiorum atque filiarum exemplo attracti, perſuaſione etiam eorum admoniti, cum ſacris Virginibus iter arripiunt, dantes prius vni filiorum Carolo regnum. Habebat ſanè duas filias virgines, Fidem & Floram, omni animi probitate conſpicuas, prudentes & honeſtas valde, ſecum proficiſcentes. Quarum B. Fides nobiliſſimo cuidam iuueni deſponſata fuit. Porrò ſex filias habebant, & quinque filios, quorum duo cum eis pergunt. Vrbanus Dux illuſtriſſimus & religioſus vnà cum vxore Caſinea, quæ filia Regis erat cuiuſdam, honeſtiſſima matrona. Frater illius iuuenis quidam valde probus & commendabilis, nomine Philippus, cum parentum affectu, tum ſponſuæ ac Beatricis nobiliſſimæ virginis illectus amore, aſſociatur illis, cum illis pergens: erat etiam hæc eadem virgo filia Ducis ſanctiſſimi viri, iuuencula felix, & ſecundum nomen ſuum, beataque Beatrix eſt appellata. Duxerunt ſanè Rex & Regina quatuor ſecum filias, virgines duas, Fidem & Floram, atque matronas duas, Sperantem & Florentiam. Quarum Florentia duas ſecum duxit filias, Pretioſam & Caritatem. Alteram etiam B. Caritatem. Habebant quippe matronæ iſtæ maritos Principes nobiliſſimos, & valde honoratos. Filiæ ſiquidem virgines iam dictæ nobiliſſimis & illuſtriſſimis erant viris deſponſatæ, Comitum & Ducum filijs. Porrò Rex Carolus illorum filius nullam cum eis filiam direxit; ſed vxor ipſius Regina duas cum eis miſit ſorores, Euphroſynam & Euticiam. Duo verò filij eorum reſidui quatuor miſerunt filias, Iuſtinam, Cordulam, Luciam & Cyprianam. Filiarum vna ex his duabus, quæ remanſerunt, tres direxit filias, Sperantem, Florentem & Floram: altera duas, Eugeniam & Feliciſſimam. Consobrinas etiam ſecum duxerunt virgines tredecim præclariſſimas, aliasque quamplures de parentela ſua iuuenculas, quarum multæ illuſtribus ſponſis nobiliter fuerunt deſponſatæ. In comitatu namque ſuo duxerunt virgines centum ſeptuginta tres, & quatuor matronas, quarum S. Sperans & Florentia filiæ Regis erant Canuti, & duæ cognatæ illius, Eugenia & Feliciſſima, nobiles matronæ. Harum quæuis duas ſecum habuit filias, Praxedemam, Genouefam, Alexandriam & Po-

Fides & Flora filiæ comitantur.

& filij Vrbanus cum vxore.

Philippus cũ ſponſa.

Filiæ matronę cum filiabus.

Caroli filij vxor 2 miſit ſorores.

comitatus 173. virg.

miam

nim. Sequebatur quoque illos adolescens Regius Alexan- Alexander cognat' cũ 3. sororib. accessit,
cognatus illorum filius sororis Regis cuiusdam cum soro-
ribus tribus, Eugenia, Felicitate, Perpetua. Secutus est eos præ-
terea iuuenis quidam Anacho nomine, illorum consangui-
nis nobilis, cum sponsa sua, quæ Hildegundis dicebatur. Fuit
quidem hæc virgo de stirpe Regia, dulcis moribus, honesta
valde & decora, ac prudens. Præterea & præclarissimæ fuerunt & 6. virgines cũ suis sponsis.
inter eas virgines S. Berta filia amitæ illorum, & B. Pinnosa filia
auunculi eorum, & S. Generosa, Felicitas & Perpetua pruden-
tissimæ virgines, & multa virtutum gratia valentes, quæ spon-
sos suos secum duxerunt nobiles valde & præclaros, atque po-
tentes.

Rex etiam quidam.] Plures ceteris hacte-
nus nominatis Regibus, Canutus proles Deo
concrauit, filios duos, filias quatuor, neptes
multas. Eiusdem animi, consors thalami
Balbina Regina: tanto hi Machabæa Salomona
portares: quanto plures ante se posteros siccis
viderunt trucidari. Et his piam mentem
filiæq; sanctæ martyrij candidatæ iniece-
runt. Affectabant eandem societatem fratres
duo, Vrbanus Dux cum vxore Regis filia, &
Philippus cum sponsa Beatrice: qui facilè cum
virginibus sororibus, Fide & Flora persuase-
runt parentibus, vt neptibus associatis sibi, nu-
merum augerent tam illustrium Christi pugi-
lum.

GENVS CANVTI REGIS ET VXORIS Balbinæ.



Coniuges & Reges, sex liberos, vndecim ne-
ptes, cum tot cognatis, consobrinis & consangui-
ne vtriusque sexus, exemplo monitisq; forma-
runt ad martyrium, tot peregrinationis incom-
mula per inaccessos pene Alpium montes, pedi-
tes superarunt, sceptris, opibus & patria spreta:
spe cœlestis & æterni regni, sibi & amantissimis
suis comparandi. Hoc iter ad astra præruptum
est, arduum & confragosum; sed amanti facile,
amœnum, expeditum: omnia enim vincit amor.

CAPVT XIII.

Quod Rex Pipinus cum vxore & cum filio Adulpho relictis omnibus secuti sunt Dominum.

1 Pipinus ex vxore Margarita

1 Rex etiam quidam Pipinus nomine, de orientali terr il-lius plaga erat, vxorq; illius illustris Margarita dicebatur Il-lustres ambo exstiterunt genere, atque morum nobilitate ul-gentes, ingenti etiam Dei amore feruentes desiderabant & pi peregrinari pro Christo, sacrarum virginum asociari comi-tui. Erat autem ipse Rex virginis Vrsulæ cognatus, atque E o-thæ, atque sororum illius. Habebat nempe quatuor filios & tres filias, quorum Adulphus nomine Rex est electus, at ue in regno confirmatus vnà cum vxore Dionysia illustri Regina, quæ religiosis pollebat moribus, 2 Rex siquidem iunior A l-phus incredibili Christi ardens dilectione religiosus fuit, & Deo deuotus, humilis, pius, mansuetus, misericors, verit amator & iustitiæ, pauperum atque humilium defensor e ti-tit, sui ferè & totius dignitatis ac regni contemtor. In co parcus ac potu, moderatus in vestitu, atque in omni animi r-tute conspicuus. Porrò duo fratrum illius erant vxorati, ed tertius adolescens Sidonius nomine, honestus valde fuit & r-tuosus, morumq; probitate multa vigens. Qui alterius Re is filiam desponsarat, optimam, rara etiam virtute fulgent n, nomine Præclaram. Rex itaque Adulphus iunior duos hab it filios & tres filias, quarum duæ sponsos habebant genero s, fratres germanos, vnius Regis filios. Rex itaque senior Pipi us à patre simul & à matre inuitatus est, Reginæ virginis Vrs æ parentibus filias illorum cum virginum agmine sibi dirige . Qui volentes ipsorum petitioni parere & voluntati, eligu t virgines de regni sui ditione & potestate nobiles atque eleg i-tes Vrsulæ virgini mittentes. Accepit autem idem Rex Si o-nium adolescentem filium suum cum sponsa Præclara vir i-ne præclarissima & amabili cunctis, atque filiam suam vir i-nem Sinceram nomine, commendabilem valde & sagace i: nam virgo erat viuacissimi sensus & ingenij, puraq; religio is amatrix, & has cum multis alijs direxit. Porrò & sponsi a

4. filios & 3. filias genuit.

2 Mira sanctitas filij Adulphi Regis.

Parentes S. Vrsulæ inuitant Pipinum.

mittunt filium cum sponsa & filiam cum sponso.

ci-

...ulem filiæ suæ cum ea direxit Eipredium nomine, filium ...is cuiusdam, bonis ornatum moribus, & valde probum. ...ique Rex Adulphus filius Regis tres filias, quas habuit, ...eis misit Encleticam, Sinceram & Nobilianam. Duo sa... fratres residui tres filias direxerunt Pinnosam, Hermolaam ...eminianam, virgines probissimas & valde honestas, quæ ...trissimis fuere viris nobiliter desponsatæ. Duæ siquidem ... Regis ipsius illustres matronæ Eunomia & Iuditta cum il... ...ergentes tres secum filias duxerunt Hermolam & Nicolit... sorores, atque Præclaram virginem castissimam & reli...ssimam, quæ semper patri restitit Duci nobili Euticio at... matri Iudittæ, ne marito copularetur. Habebat itaque ... Rex quinque fratres & tres sorores. Fratres itaque isti ...iserunt filias, & tres sorores illius septem direxerunt filias. ...rò fratrum suorum quidam Duces & Comites exstiterunt ...rincipes magnifici. Fuerunt verò inter easdem virgines ...dam maioris nominis & excellentiori genere, & præclaris ... desponsatæ. Vltima siquidem harum Magna dicebatur, ... magnæ probitatis fuit virgo & honestatis: filia sororis i...is Regis, & hæc sponsum habebat illustrissimum filium Re... cuiusdam probatissimum. Denique & ipsa illustris Marga... Regina duos habuit fratres & septem sorores. Fratres au... ambo septem direxerunt filias: & quatuor sorores nouem ...erunt filias. Reliquæ verò sorores tres virgines fuerunt Phi...lphia, Philomena & Pallodora: erant etiam istarum quam...tes nobiliter illustribus viris desponsatæ. Fuerunt siquidem ...larum comitatu 260. virgines electæ, exceptis matronis ...busdam ducentibus illas. Cumque postmodum fama felix ...idem virginum vndecim millium dulci odore dilataretur, ...it ipse pius Rex Pipinus cum Adulpho filio Rege pijssimo, ...as suas ac virgines atq; B. Vrsulam inuisere cognatam suam. Qui cum pro certo cognouissent, quod expeditio hæc à Deo ...ret, compuncti & ipsi, vnum de filijs Regem pro se & pro filio Rege Adulpho Rex constituit, atque ingenti apparatu reuer...tes cum vxoribus & multis adhuc virginibus sanctissimæ ...rarum virginum iuncti societati, pro Christo omnium Re... mortem subire desiderantes, peregrè cum illis profecti sunt.

Rex Adulphus 3. filias totidē fratres duo eo destināt

Sorores 2. cū 3. filiabs comitātur

Pipini fratres & sorores eo dirigūt 21 filias

à Margaritæ fratrib. missæ 7. à sororibus 3. filiæ.

comitatus 260. virg.

1. *Rex etiam quidam Pipinus.*] Hæc profecto familia tam præcedentes quam reliquas Regias longè superauit, in qua Reges duo cum vxoribus Reginis. Pater Rex & Regina mater cum septem liberis, quos solos habebant, spretis regnis ad martyrium vltro prouolant. Licet enim hic tantum quatuor Regis Pipini filios, & tres numeret filias: nec nisi martyrij quinque liberorum faciat mentionem, id clarius tamen his verbis lib. 1. cap. 7. pronunciarat: *Septimus Regum. Pipinus de Orientali terræ illius plaga cum vxore illustri Margarita proficiscitur. Erat autem ipse Rex virginis Vrsulæ consanguineus: Quatuor sanè filij eorum, tres filiæ religiosum Regem & matrem deuotam Reginam & piam cum filijs & filiabus vndecim liberis sequuntur.* Vbi cum vndecim liberorum mentio fiat, filiorum ac filiarum, in suspicionem venio, Adulphum Regem præter tres filias, duos etiam filios suos consortes esse martyrij voluisse, vt de stirpe sua nemo vnus superfuerit. Et dum in fine capitis asseritur, constitutum Regem pro Pipino & Adulpho ex filijs: alterum quidem nepotem, seu aliorum fratrum filium adoptasse reor: tunc enim ex enumeratis hoc capite neptibus & nepotibus, vndecimus numerus absoluetur. Mira profectò Regis Pipini & Reginæ Margaritæ fortitudo animi, & rerum humanarum despicientia, septem proles quotquot ex se genuissent, & vndecim, siue neptes, siue nepotes in holocaustum Deo consecrare: solatium tamen aliquod nepotem Regem stemmatis propagare: Hoc longè superior Adulphus Rex filius cum vxore Regina, qui duos filios, tres filias omnem posteritatis suæ spem (relictorum, vt credo, filio regno) sibi præciderunt, nihilominus quam cœlo ciuem & Martyrem genuisset.

2. *Rex siquidem.*] Admirabilis Adulphi huius Regis vita secularis, quæ extra martyrium sanctitatis famam meruisset: longè hoc Regum speculum absolutius Homeri Iliade, Virgilij Æneide, Xenophontis Cyropædia: Fundamentum perfectionis *fides vera*: & incredibilis diuinæ maiestatis dilectio, scopus hic omnis vitæ, gubernationis, & actionum, non quod illum peruersè Deo opponunt Politici, dictum *Ratio status*: hinc manauit illa sui ipsius contentio, mortalium rerum despicientia, humilium & afflictarum personarum defensio, pauperum subuentio, iustitiæ & veritatis amor absque ruco & fallacijs simulationis; heu nimis infestatarum & penè indiuiduas pestes! Erat in eum pius, in proximum mansuetus & misericors, in se durus & asper, cibi potusque temperantissimus. Hæc Regum Christianorum vera insignia, genuini colores & natiua lineamenta, quibus vtinam mores conformarent. Sed ad rem fabulam appendo stirpis huius sanctissimæ, [illegible]simæ, fortissimæ, verè Regiæ.

S. PIPINI REGIS POSTERI ET consanguinei Martyres.



CA

CAPVT XIV.

Quod Rex Auitus duas filias præmiſit, S. Columbam & Cordulam.

Rex præterea quidam Auitus nomine, vir fortis & potens, & mitis, duas in eodem virginum beatarum conuentu habebat, S. Columbam & B. Cordulam. Quarum Columx his vndecim vna fuit principalibus, quæ magiſterium r vniuerſas gerebant virgines, ſingulæ mille virginibus cipantes. Denique ſic idem Rex vir bonus exiſtens, iuſtienax, ac pietatis exſecutor, quinque filios habuit & tres fi- Duæ autem iam dictæ virgines ipſius filiæ cum nobili itatu virginum patrem præceſſerunt ad S. Vrſulam profi- entes. Tertia ſiquidem filiarum illius maior natu, Regi lam nupta, bonæ opinionis exſtitit, omnibusque accepta, Agatha dicebatur. Et hæc filias duas cum præfatis direſororibus, Agatham illuſtriſſimam virginem, ac ſororem ius Agnetem, piam virginem, mittens cum eiſdem filiabus enginta virgines, quarum plures de regali exſtiterunt proſa- Beata ſiquidem Columba, & ſoror ipſius Cordula, atque otes illarum iam dictæ, Agatha & Agnes, nobiliſſimis fuerunt viris deſponſatæ, qui multo dolore ſauciati, ſuper illarum abentia languebant. Porrò duo filiorum Regis Auiti fuerunt vxorati, quorum vnus filiam Regis duxerat cuiuſdam, & alter Dicis filiam illuſtriſſimi. Tres autem reliqui ſine vxoribus erat adoleſcentes. Porrò prior filiorum duas miſit filias, Eudoxiam & Philomenam. Alter ſimiliter duas, Vrſulam & Lucim. Denique ipſe Rex tres habuit probatiſſimos fratres & trenuos Comites & Duces, atque duas ſorores nobiliter ptas. Fratres ſanè illius ſeptem filias miſerunt virgines, quarum quædam nobiliſſimis exſtiterunt Principibus deſponſa-. Poſterior namque ſororum tres direxit filias, Iuuenalem, latimalem & Viuentiam. Altera duas, Melchydem & Euroſynam. Ipſa ſiquidem Regina coniunx Auiti Regis, mulier pietate plena & miſericordia, iam biennio ante defuncta , multæ virtutis & caritatis matrona humilis exiſtens, atque

I S. Colũba & Cordula filiæ Regis Auiti.

Soror nupta miſit Agatham & Agnetem filias.

& 60. regię ferè ſtirpis

Filij Regis adiunxerunt 4.

Fratres Regis Auiti 7. eo direxerunt. Sorores autem 5.

Reginę fratres & sorores desti natunt 14. filias.

pauperum amatrix. Hæc nempe fratres duos habuit & septm sorores. Qui vniuersi quatuordecim filias direxerunt virgines nobilissimas, quarum tres maioris erant nominis, ac virtute præclariores ceteris, sponsos habentes illustrissimos & deb. ros. Harum vna fuit Eulalia, altera Tiburtia, tertia Machia dicebatur, sponsi namque duarum virginum istarum, Eul æ & Tiburtiæ, duorum erant filij Regum, quorum prior Ni. laus, & alter Nicanor vocabatur, qui ambo cum illis pere i-

Chelidris & Virgilia cognatæ S. Columbæ accedunt cum 40.

nantes proficiscuntur. Porrò S. Chelindris virgo præclar i. ma, Comitis cuiusdam filia cum sorore Virgilia in huius v. ginis Columbæ fuerunt expeditione. Erat enim & illa cog i. ta virginis Columbæ, ducens secum quadraginta virgin: nam & ipsa sapiens valde, casta, & multa probitate animi f t vigens, atque vna de principalibus vndecim existens. Deni e & ipsa Ducem habebat sponsum nobilem & probatum on i

comitatus 300. coniũ gitur expe ditioni Wilhelmi Episcopi.

virtute iuuenem. In harum siquidem comitatu trecentæ f runt virgines præclaræ, nobiles & decoræ ad S. Vrsulam t dentes. Coniunctæ sunt virgines istæ expeditioni B. V Vilh mi Episcopi simul pergentes. Rex quippe Auitus instan peregrinationis sanctarum virginum tempore, suorum fi rum vni cœlestis regni desiderio regnum terrenum relinqu s associatur virginum choris, & cum illis proficiscitur. Hi-

Cum his S. Odilia & sorores.

dem sanè Rex auunculus beatæ fuit Odiliæ virginis, quæ sim liter exstitit vna vndecim principalium virginum, & hæc di s habens secum sorores, Iuliam & Vrsitiam, quæ filia fuit pote tissimi Comitis & boni viri. Sanè Rex iste multis bonoru morum virtutibus pollens, animique vigens multa probitat Dominam nostram intimo dilexit affectu, atque circa eius o sequium tota mentis intentione feruebat. 2 Ecclesiam quip

2 NB. Auiti Regis cultũ eximiũ Deiparæ Virginis.

nobilem in ipsius honorem construxit, multis ditatam hon ribus & prædijs: vnde ipsa pijssima cœlorum Regina mise cordiæ mater perennis, beneficiorum nequaquam immem sibi ab eo collatorum, materiam fratri & seriem ista scriber dedit vniuersa, quæ hic continentur, in corde, & in ore ponc illius. Affinis erat Rex iste Regi patri Vrsulæ virginis, proxim illi consanguinitate iunctus.

Ex præterea quidam Auitus.] Duo præci- in hoc Rege, nec cum alijs communia. quod eximius cultor exstiterit Dei Ge- ntemeratæ Mariæ, & templum eius magnificum construxerit: alterum, nc ei fauorem & honorem singularem ipsa Dei Mater exhibuerit: caput hoc oncipiendo, digerendo & eloquendo, ermanno scribenti ad calamum dictan- eriret tanti cultoris Deiparæ memoria: diserte Virgo Mater ei mandauit, his vt verbis exprimeret: *Vnde ipsa pijssima cœlorum Regina, misericordia mater perennis, beneficiorum nunquam immemor sibi ab eo collatorum: materiam Fratri & seriem ista scribenti dedit vniuersa, quæ hic continentur, in corde & in ore ponens illius.* Quam verè *diligentes se diligit* Dei Mater, & minimum etiam sibi delatum à clientibus cultum innumeris compensat officijs: & beneficia vocat, quæ sunt tenuitatis nostræ multis nominibus debita seruitia.

TEMMA AVITI REGIS CONSANGVINEI Dionethi.



Ecclesiam nobilem in honorem ipsius construxit.] Cultus Deiparæ in Britannia vetustissimus est, qui discipulis Domini duxit originem, quorum varij ibi degerunt: à quibus Glastoniense fuit erectum monasterium, & templum Dei Genitrici constitutum.

CAPVT XV.

Quod Rex Siranus plures filias præmisit, & ex his Sibiliam & Eugeniam.

Rex præterea Siranus nomine, diues & inclytus, multaq; armi virtute pollens, quinque filios habuit, & totidem filias. Quarum quatuor cum ingenti apparatu, pompaque multa & nobili comitatu ad S. Vrsulam diriguntur. Duæ siquidem illarum virgines erant, S. Sibilia & Eugenia; reliquæ duæ matronæ, B. Iuliana Comitissa & S. Lucia Ducissa. B. verò Iuliana Comitissa vnà secum duxit virginem filiam Luciam, & altera Ducissa duas, Euphrosynam & Eudoniam. Porrò & mater

1 Rex Siran' mittit 2. filias virg. & totidem nuptas cũ 3. filiabus. 2

Sibilia cognata S.Vrſulæ.

iſtarum Regina Sibilia dicebatur, & erat cognata matris ir-
ginis Vrſulæ. Filia ſanè ipſius S.Sibilia vna exſtitit ex his vr-
cim virginibus, quæ ſuper ceteras erant principales, quæ i-
pſa mille præfuit virginibus. Quinta namque filia Regis p-
la fuit abſque marito. Filiorum itaque Reginæ quatuor erat

Filij Reginæ iũxerũt 5.filias.

vxorati, & iſti omnes cum illis quinque filias direxerunt vi-
nes, Elpidem, Gelaſiam, Fulchiram, Gelaſiam & Euphroni-
Ipſe autem Rex ſolum habebat fratrem & quatuor ſoro-

Regis fratres & ſorores 9. direxerunt.

qui vniuerſi nouem miſerunt filias virgines decoras & eleg-
tes: quarum S. Euphronia & Virgulta, atque Carpoph-
& Iulitta, multa morum honeſtate vigentes, ſponſos habe-
runt nobiles. Sponſus ſanè B. Virgultæ illuſtriſſimus iuue-
filius exſtitit Regis Arthuri ſtrenuiſſimi & præpotentis at-
ditiſſimi, frater nobiliſſimæ virginis Nataliæ. Hic idem v-
iuuenis & prædictæ virginis ſponſus Arthurus dicebatur, i-
amore tractus ſponſæ ipſam ſequitur, virginum choris adi-
ctus ſacrarum. Qui ſponſus, ſi in terra remanſiſſet natiua, ſe
dubio Rex erat futurus. Multis reuera hic idem iuuenis, ac
ror ipſius B. Natalia, fuerunt exemplo: nam multa polleba
animi virtute, prudentia, diſcretione, honeſtate, elegan-

Comitatus 280. virg. 7. matron.

& pulchritudine refulgentes. Quid plura? Centum & oc-
ginta virgines in iſtarum fuerunt ſocietate, ac ſeptem mat-
næ illuſtres illarum cuſtodes. Quarum tres cum ad B. per-
niſſent Vrſulam, relictis ibi virginibus denuò reuertebant
Natalia ſiquidem virgo præfata in iſtarum non erat colleg-
Quatuor denique matronarum, quæ apud B. Vrſulam rema-
ſerunt, B. erat Iuliana, & ſoror eius Lucia, filiæ Regis Sira-

Lupina cũ 3. filiabus.

atque S. Lupina, nobiliſſimi cuiuſdam Principis filia, & vx-
præclari viri, multumq; diuitis & egregij hominis: quæ tres
cum duxit filias virgines, Eugentiam, Elegantiam & Præp-
tentiam. Quarta namque matrona fuit cognata virginis S-
biliæ, mulier bona, miſericors & deuota, Chriſti pauperib-

Serena eſt 2

& egenis multa bona faciens. Et hæc dicta eſt Serena, vxorq-
fuit nobiliſſimi Comitis. Denique & iſta duas ſecum duxit f-
lias, Eugeniam & Geminianam. Regina quippe Sibilia, m-
ter virginis Sibiliæ, tres habebat fratres & duas ſorores, quæ c
mnes ſeptem cum eis direxerunt filias, pulchras & elegantes

ac de

coras. Ex his quinque ſponſos habebant illuſtres, diui-
pibusq; ditatos. Sed cum poſtmodum ipſe Rex Siranus
admonitus ſpiritu, filio reſignato regno cum vxore Sibilia
gna ad ſanctas proficiſcens virgines pergeret, duo iam di-
arum virginum ſponſi, B. videlicet Serenæ & Euticiæ, illu-
riſſimi iuuenes Falconius & Nitidius, cum eis pergentes
ro Chriſto animas dant & corpora.

præterea Siranum.] Et hunc Deus cum ſecum ſponſos adoleſcentes Regios, quos ſimul
ibilia Regina afflatu diuiniore attraxit ardor tanti Regis exemplo inuaſit, vt eligerent
yrij lauream cum magno filiarum & cum ſponſis morte pro Chriſto obita iungi in
rum virginum ſtipatu. Qui allectauit cœlis feliciori coniugio nunquam finiendo.

STEMMA SIRANI REGIS ET SIBILIÆ Martyrum.



Quarum quatuor.] Reges iſti, quatuor ſi-
ptes octo libenter Chriſto conſecrarunt,
aquila prouocant ad volandum pullos, ſic ipſi
emplo fortitudinis ad martyrium præuo-
rum: hoc libentius tot ſuas filias, neptesque
nto quaſi vno vitæ mortalis amiſſuri,
s ſimul vita donatis immortali & felicif-
perpetuò fruerentur in cœlis. *Quam*
terræ filiorum *capiunt verbum iſtud?*
re, mi Lector, omnem veterem hiſto-
nullum reperies agonem nobilium & re-
perſonarum tam generosè depugna-
in quo tot tam illuſtres viri, feminæque
itudine regna, facultates & vitam a-
Chriſti prodegerint, quot in hoc tam exi-
libello, ſingulis ferè capitibus, tanta varieta-
ponuntur. Reges alios prætermittit, quod
eum vel poſterorum vita, non tam heroi-
tutum exſtent veſtigia, tres tamen lib. 1.
l 7. memoratos hic attexam. Cap. 6. *Rex*
nifacius iam ante Paganus cum filia Bonifacia
ſiſſima virgine aderat. Rex etiam Laurentius
mnè Paganus, & Chriſtianorum inimicus, ac ſa-
tyrannus, poſtea nutu Dei correptus, mirabiliterq;
conuerſus ex lupo agnus efficitur. Et cap. 7. *Vnde-*
cimus Regum erat inclytus Rex Danorum Refridus, qui
per vxorem Oliuam adhuc valde iuuenculam conuer-
ſus illam ſequitur. Ita videtur conſulto ſcriptor,
quoſdam integros comitatus virginum nec at-
tigiſſe, quod neque in virginibus, neque in du-
cibus & cuſtodibus quiddam occurreret ſingu-
lare, quod lectoris animum ad pietatem vel vir-
tutum imitationem inflammaret. Sed præter
hos complures inuenti Reges: nam apud Ioan-
nitas Rex Ægidius, cum vxore Helena colitur:
in S. Vrſulæ Baſilica Valerius Rex Hiſpaniæ
circa Ann. 1320. lapideo in ſarcophago detectus
eſt. Apud S. Cæciliam præter complures alios
etiam Hervvicus Rex frater forte Dionethi,
& ipſe Dionethus pater S. Vrſulæ, olim extra
muros ciuitatis cum quindecim militibus in-
uentus religiosè adſeruatur. Neque enim
B. Hermannus enumerauit Reges & Principes
viros, qui cum Ætherio ſponſo ſecunda ve-
cti claſſe acceſſerunt, & ipſe profitetur lon-
gè plures, quam expreſſerit, Duces Princi-
pesque adfuiſſe.

CA-

CAPVT XVI.

Quod B. Alexander Dux cum vxore & quinque filiabus associatur virginibus sanctis.

Alexander auunculus Iothæ.

1 Alexander frater Reginæ illustris Iustitiæ, Dux erat nobilis & inclytus, potens & strenuus, consilio prudens, honestate & probitate animi præstans, omni populo acceptus. Auunculus siquidem erat B. virginis Iothæ prudentissimæ Regis Loij filiæ, quæ prima fuit vndecim principalium virginum: nam mille præfuit virginibus. Porrò vxor eiusdem Ducis Eugenia mulier erat Christianissima, omniumq; virtutum gratia & honestate virum imitabatur. Tres namque filios habuerunt & septem filias, quas summa nutrierunt diligentia, omni castitate & modestia. Filiarum sanè duæ in clausto virginum erant & Sanctimonialium. Quarum vna exstitit Abbatissa, femina valde religiosa & virgo magnifica. Altera similiter sanctæ vitæ conuersationis, cunctis sororibus exemplo existens religionis & speculo. Sorores autem quinque reliquæ patrem & matrem in honestate virtutum & castitate fuerunt imitantes, quarum ista sunt vocabula, 2 Angelina, Mathildis, Symphoriana, Veronia, Hedewigis. Sanè illarum duæ fuerunt adultæ, & tres in puellari statu & ætate degentes. Pater verò earum Dux illustris Alexander & mater Eugenia nobilissimi Regis Clodouei filia viriq; prudentissimi, Iotham virginem atque sororem suam, neptes honestissimas cum filiabus quinque venientes, adiunxerunt se Virginum sacrarum collegio, cum multis proficiscentes. Præterea & duorum filiorum secum tres duxerunt filias, quorum vnus duas misit filias, Iuorittam & Pleriam. Alter vnam Martinam: multo reuera dolore adiacentes illæ regiones & subditos suo vulnerauit discessu. Erat enim Princeps magnificus & valde honestus, plebis sibi subditæ defensor, non sinens milites & prædones, violentiam inferre vicinis. Habebat siquidem in suo comitatu ad virginem Vrsulam proficiscentes 158. virgines electas.

ex vxore Eugenia filia Regis Clodouei 3 filios, 7. filias suscepit.

2 Filias 5 secum ducunt.

& 3 filias filiorum.

comitatus 158. virg.

lexander.] Verè magnus fide, religione
e in Deum, qui cum Iothæ neptis exem-
isti succensus amore totam Clodouei fa-
miliam inflammasset, secum pariter è domo,
quas potuit, filias rapuit Christo consecrandas,
necnon & filiorum filias, vt adiecta docet tabula.

ALEXANDRI GENVS.



Angelina.] Hoc nomen cum parentis &
in S. Cæciliæ templo, vbi plurima no-
corpora sunt, reperi his titulis adiectis,
S. Alexandri Ducis & Martyris cum vxore Eu-
S. Angelinæ virginis & Martyris Abbatissæ fi-
lia Alexandri. Qui tituli confirmarunt mi-
hanc reuelationem. De S. Angelina Ab-
manet scrupulus, cum ea videatur in clau-
manssisse, sed id diserè non affirmat, & constat Coloniæ Sigillindem virginem è cœno-
bio collis Greesbergensis cum S. Vrsula Ro-
mam contendisse, vt nihil vetet vel natu gran-
diorem reliquis sororibus Angelinam alteri li-
bero cœnobio præfuisse, vel eam, quæ Abbatissa
hic dicitur, patrem etiam diuino monitu secu-
tam esse: sicut S. Teresa & aliæ claustrales etiam
virgines varias orbis regiones sæpe pro mona-
steriorum inspectione peragrare debuerunt.

CAPVT XVII.

Quod Leo Dux cum vxore & binis sororibus exit.

Leo Dux inclytus & Regis Ancharamni potentissimi filius, 1
uius mater illustris Regina Martha dicebatur, tres sorores
hac virginum sacrarum societate habebat inclytas & illu-
trs, quarum duæ virgines Eutonia & Euphrasia dictæ sunt.
Verò prior illarum acutioris erat ingenij, & virgo multæ pro-
biatis, multaque animi probitate & virtute vigens. Sponsum
habebat illustrissimum iuuenem, optimis etiam moribus pol-
lentem & probum, filium Regis cuiusdam nomine Pipinum,
cumq; ipsius sponsa ad S. Vrsulam mitteretur, valde ei obstitit,
ne dirigeretur. Denique & ipse idem Regius iuuenis duas soro-
re habuit honestissimas, elegantes & decoras in istarum colle-
gio Anchiranam & Venustam, quæ nobilissimis desponsatæ
fuerunt iuuenibus. Itaque filia Regis Ancharamni soror Du-
cis Leonis, Euticia dicta, Comitem habebat maritum illustris-
simum, virumque bonum & honestum: qui duas virgines fi-
lias secum ducens, Eudoniam & Amphyteam, cum eis profi-
scitur: quarum prior Comiti cuidam erat desponsata, virgo
illustrissima, siquidem ipse Leo Dux inclytus Regis filius S. Ale-

Dux Leo sorores 3. habuit in soc. Vrsulæ

Sororis alteri 2. filiæ patrem comitantur.

xandri

xandri Ducis pijſſimi fuit conſobrinus: ætate quidem iuuenis erat, ſed probitate mentis ingenti pollebat: iuuenis exſtit atque bellicoſus, negotijs intentus bellicis, qui Regis cuiuſdam filiam nomine Honeſtam magna virtutum gratia pollentem duxerat vxorem: iuuencula quidem erat ætate, ſed religioſis & honeſtiſſimis moribus pollebat, pia exiſtens, caſta & mitis cors: ipſius enim ſtudio & induſtria Leo maritus eius eſt conuerſus. Quæ tres ſorores in ſanctarum virginum collegio habuit virgines, Papiam, Mariam & Reſideam: quarum Papia multum erat animo compoſita, prudens eloquio, & morum gratia pollens. Habebat namque ſponſum probiſſimum Regis cuiuſdam filium, Leonis Ducis conſobrinum. Quem tandem hæc eadem ſponſa ipſius, atque Ducis Leonis coniunx Honeſta conuertentes, quatenus & ipſe cum Virginibus proficiſceretur. Porrò illuſtris Dux Leo virginis Vrſulæ & B. Iothæ exſtitit cognatus, multasq; propterea in illo Virginum cœtu ſacro habuit cognatas & propinquas. Vnde vxor illius Honeſta ab ijſdem virginibus eſt inuitata: Regio apparatu & nobili militum comitatu & virginum venit illas inuiſere: amitam etiam ſuam ibi inuenit patris ſui ſororem Hicchariam nomine, matronam valde honeſtam, & illuſtrem Comitiſſam, cum duabus filiabus Eucharia & Blanditia, verum cum per octo dies moraretur in lætitia magna gaudens & exſultatione, atque in tam ſtupenda virginum ſacrarum & miranda ſocietate iucundaretur: nimirum & ipſa S. Spiritus ardore ſuccenſa illarum comes effici deſiderat & ſocia: quæ cum moram faceret, Leo Dux ipſius maritus cum amore coniugis tractus, tum etiam nouitate opinionis bonæ earundem virginum, quæ vtique dulcis & felix ſpargebatur captus, inquitur illam. Quo cum peruenisſet, [2] ſummaq; lætitia omnes reperiſſet gaudentes, peregrinationem quoque pro Chriſto illas cerneret tanto affectu deſiderantes, inſiſtente coniuge, ſororibus, cognatis, amicis, flectitur animo: dans fidem cum illis proficiſcendi, reuertitur cum Honeſta vxore ad iter diſpoſitum ſe præparaturus. Sed cum iam tempus inſtaret profectionis vniuerſarum, congregata multarum virginum acie nobiliſſimarum, Dux illarum factus, ſanctarum coniungitur agmini

bu

conuertitur ab vxore, quæ 3. præmiſerat ſorores.

Leo cognatus erat Vrſulæ & Iothæ.

Honeſta eius vxor inuitatur ab ijs.

inducitur vt maneat.

2 Leo eodē veniens perſuadetur.

Redeūt vt ad iter ſe comparēt.

vnà cum Honesta vxore honestissima & multum com-
nlabili : quæ licet legitimè coronata non foret, tamen
ebis iucunditatis suæ, vtpote filia Regis, & vxor Regij ma-
ti, coronam gestabat in capite. Hæc omnia velut stercora
o Christo vniuersorum Rege reputans dereliquit. Habe- comitatus 335. virg.
at ànè idem Dux Leo in suo comitatu virgines trecentas
igata quinque, atque matronas quinque, quæ illarum
er ductrices & custodes : quarum duabus reuertentibus
es emanserunt, Euticia filia Regis Comitissa illustris, &
Certrudis cuiusdam Principis vxor, atque B. Gyafridis
duabus filiabus Geminiana, & Beatrice virginibus: ha-
bent verò & ipse Dux Leo, vxorque ipsius S. Honesta se- Matronæ; custodes.
consobrinas & neptes honestissimas, inter quas S. fuit
acleta virgo illustrissima, amabilis multum, morumque
uitate & virtutum gratia valde commendabilis. Ista filia 4 Consanguineæ Leonis.
itamitæ Leonis Ducis, cuius mater erat illustris Ducissa
dtissima : tres enim sorores secum habuit virgines, qua-
rum vna ferè adulta prudentis erat animi, nomine Sophia:
eliquæ duæ Sapientia & Chelindris dicebantur. Ipsa siqui-
dem Anacleta prudentissimo iuueni filio Principis cuiusdam
ui desponsata, qui multum illius obstitit viæ, ne mittere-
ur: dilexit etiam Dominum toto corde & animo, ma-
remque ipsius Dominam nostram intimo dilexit affectu.
Batum etiam Ioannem Euangelistam sincera mente dilexit. 3
Porò & soror eius Sophia similiter sponsum habuit illustrem,
Comitis vnius filium. Erant præterea in hac eadem societate
virginum quamplures præclarissimæ sponsos habentes nobi-
lissimos & valde præclaros.

Leo Dux inclytus.] Consobrinus erat Alexandri Ducis, ad cuius item animum pellicien-dum multum lotha & S. Vrsula cognatæ contulerunt tunc, cum Honestam vxorem siue cubitas, siue humanitas ad inuisendas virgines, vbi sanctissimæ & iucundissimæ exemplum cæpiæ Sodalitatis, ad imitandum inflexit. Leo verò, quem vxoris absentis amor, ad iterandum permouerat, vbi tot millenas exactatrices, quot virgines erant, ad parem gloriam & certamen homine Christiano dignissimum audire sibi visus est, persuasus ilico manus dedit, coiuit societatem, dispositis in Ducatu negotijs redijt, non inter militum, sed virginum turmas, in castris Parthenicis autoratus Christi miles, qui hostem non persequendo, sed moriendo, & vltra caput ad lanienam offerendo victoriam reportauit. Sed eius piam progeniem fœcundam martyribus inspiciamus.

S. LEONIS DVCIS SERIES genealogica.



2. *Summaq; lætitia omnes reperisset gaudentes.*] *Digitus Dei hic erat*, qui cum cordibus singulorum amorem diuinum inscripsisset, fructus Spiritus ab Apostolo numeratos consequi necesse erat. *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia* (in peregrinatione & martyrio) *longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Hæ leges castrorum Parthenicorum, Spiritus diuini digito mentibus singulorum inscriptæ, è quibus odor suauissimus videntibus & præsentibus virtutum afflabatur: vt viri licet armis innutriti, & feroces leones, repentè mitiores agnis eandem affectarent animo toto societatem, peregrinationem, m[illegible]rium.

3. *B. etiam Ioannem Euangelistam sincera[illegible] dilexit.*] Post Deiparam Virginem custos [illegible]tronus ac dux sodalitatis huius fuit S. Io[illegible] Euangelista, ille virgo, & Virginis Dei M[illegible] custos à Christo constitutus. Regem ille Lu[illegible] ad martyrium inuitauit; idem classem alt[illegible] candidatorum martyrij, quo Ætherius sp[illegible] ad sponsam enauigauit, duxit incolumem, [illegible]tit Moguntiæ: vt meritò virgines hunc e[illegible] Diuum tutelarem in reliquis præcipuè del[illegible]rint & dilexerint.

CAPVT XVIII.

Quod Dux Sincerus cum filia & sororibus & nepote suo Richar[illegible] & vxore illius pergens proficiscitur.

1 Dux Sincerus

[1] Dux etiam quidam Sincerus, Iwani Regis fortissimi & p[illegible]tentissimi filius, cuius mater Regina Gyslah dicta est, cum [illegible]xore Sibilia, in earundem virginum fuit comitatu sacraru[illegible]

cum filia,

Habebat etiam solam secum filiam nomine Thasim puella[illegible] decennem. Fratres quoque habebat quinque & tres soror[illegible]

2. sororib.

quarum duæ virgines Anna beatissima & Amata, deuotæ, pr[illegible]dentes, castæ, omnique suauitate morum erant ornatæ: qu[illegible] contra suam voluntatem sponsis exstiterunt nobilissimis d[illegible]sponsatæ: quorum vnus virginis Annæ sponsus erat Regis c[illegible]iusdam filius, & alter Amatæ sponsus filius fratris cuiusdam

& harum sponsis,

Regis fuit Ducis cuiusdam. Denique iuuenes hi duo earu[illegible]dem virginum sponsi duarum, quatuor sorores in hac eade[illegible]

soci[illegible]

...citate habebant Donatam & Pretiosam (quæ filiæ Regis ... quorum 4 ororesdesponsæ comitatæ sūt
...unt) atque Eleutheriam ac Vedastem sorores, quæ filiæ ...is exstiterunt fratris ipsius Regis, & istæ similiter illustri-
...us ponsis erant desponsatæ. Tres siquidem fratrum Ducis ...teri filiorum Regis Iwani erant vxorati, & duo absque so-
...orbus adolescentes illorum trium fratrum. Primus tres mi- Fratres Sinceri miserūt filias 6.
...t filias virgines, Aldegundem, Mobiliam & Præclaram: alter ...ius, Mobiliam & Deuotam: tertius solam Odiliam. Porrò
...or fratrum istorum tertia filia Regis Iwani Methildis voca- Soror 3.
...atur, & erat Regina optimi Regis Oswaldi vxor & ditissimi:
...arona in omnibus honesta, bonæq; conuersationis & vitæ
...ptimæ, Dei atque pauperum amatrix existens, ipse siquidem
...e maritus ipsius pijssimus in omni virtute & bonitate con-
...ug Reginæ comparabatur. 2 Erat sanè humilis, religiosus, 2
...nis, misericors, & totius honestatis amator: tres namque
...lias virgines direxerunt ad Vrsulam virginem, Eunomiam,
...raclaram & Eudoniam. Habebant præterea tres filios no- & filiū Richardū cum vxore & fil.
...iter vxoratos, quorum medius Richarus filiam habuit con-
...ugem Ducis vnius nomine Melchiam, qui ambo religiosis-
...me conuersationis fuerunt. Nam patri Oswaldo religionis
...onestate comparari potuerunt. Tandem diuinitus inspirati
...elctis dignitatibus, diuitijs & honoribus, cum sola filia Pla-
...cia abeuntes, virginum se sacris choris associarunt. Dux au- Occasio accessus Sinceri p vxorē Sibiliam
...ter Sincerus Regis filius per Sibiliam vxorem conuersus est:
...vxor itaque ipsius Sibilia mulier fuit prudentissimi ingenij, at-
...que sagax valde, quæ cognatam in cœtu virginum habebat
...nomine Præclaram, virtutis magnæ virginem, & hæc filia
...Regis erat Elpronij Sibiliæ auunculi, multoque sese inuicem
...rarunt amore diligentes: hæc verò ab illa inuitata, simul &
...patre virginis Vrsulæ euocata venit cum Duce marito inui- euocatā à Dionetho
...sse Vrsulam beatam ipsius cognatam, atque iam dictam vir-
...ginem Præclaram, aliasq; quamplures in illarum collegio con-
...aguineas & virgines, & matronas. Quo dum paucis diebus
...oram facerent, cum diuini amoris instinctu, tum virginum
...rarum admonitione & exemplo persuasi, cum & nobilis-
...norum iuuenum exhortationibus admoniti consenserunt
...cum illis, atque vniuersas mundi diuitias, omnesque seculi

delicias ſpernentes peregrè profecti ſunt : pro amore Chriſti ſe & ſua relinquentes. Fuit ſanè vterque illorum tam Dux ſincerus, quam vxor Sibilia virginis Vrſulæ cognatus. Porrò hic idem Dux cum duabus ſuis ſororibus Anna & Amata præclaris virginibus venit, atque cum nobiliſſimo virginum conuentu ſupradictarum & aliarum multarum remanſit, illiadhærens, ſecum plus namque quam ducentæ quinquaginta virgines venerunt in ſuo adductæ comitatu : quarum plus quam quinquaginta de Regali exſtiterunt oriundæ proſapia, virgines honeſtæ, elegantes & decoræ, multaq; pompa ornatæ fuerunt refulgentes.

comitatus 250. virg.

1. *Dux etiam quidam Sincerus.*] Captus & hic cum vxore Sibilia ſimili & pia inuitatione: hæc in cœtu virgineo cognatam habebat Præclaram nomine: ſummus erat in eam amor, intima coniunctio, vt hæc inuitare auſa in caſtra Sibiliam, Sibilia Sincerum maritum, vterque velut Saul inter Prophetas prophetare, ſic hi virgines inter ſpirare protinus continentiam, amare peregrinationem, anhelare martyrium. Tam vtile cum bonis vel modiciſſimo tempore ſ tam potens exemplum æqualium natali pibus, dignitatibus ad inclinanda ſumm di faſtigia : Reges etiam & Duces hor ambitioſiſſimè inſuetos vel armis gerenc ratos ad manſuetudinem & humilitate ſti complectendam inducendos. Sed huius familiæ martyres in tabula repr mus.

S. SINCERI DVCIS FAMILIA.



2. *Erat ſanè humilis, religioſus, mitis, miſericors.*] Egregia Regis Oſvvaldi elogia. Cum faſtigium illud Regium contra ſoleat faſtuoſos, immites, impatientes, iracundos, cultus diuini negligentes facilè Reges gignere : ita Saul, Ioas alijq́ue prius commodis & temperatis moribus, mites & pij commendantur : at cum regiam paululum licentiam deguſtarunt, efferati ingenio, elati, crudelesq́; ab innocentum ſanguine manus non abſtinuerunt. Hic igitur Oſvvaldus cum vxore in ſeculari etiam vita, & regia libertate Chriſti veri cultores, non tam proles delicijs & otioſa vita ad luxum informarunt, qu ligione, Deiq́ue timore, arctis conſcien gibus ad martyrium præpararunt : felici nim ſe exiſtimabant, ſi ijs breui hac lucis carerent, cœloq́ue maturè tranſmitt quam ſi propagato ſtemmate vitioſam rent mundo progeniem : Talis ætate Ferdinandus II. & III. Imperatores. gibus & Ducibus ad Reginas & Regum gradum promoueamus, non minus in co gandis virginibus diligentes: ſic enim de ditur narrationem auctor.

CAPVT XIX.

De Genealogia Matris S. Vrsulæ.

Regina nobilis & inclyta mater Vrsulæ virginis octo fra- 1 Darię FFs. B. Mauris' Nicola' & Gerasina soror ex solo patre.
abebat, & sex sorores: quorum Maurisus Episcopus at-
Comes Nicolaus, & Gerasina Siciliensis Regina ex parte
s, de matre altera illius erant fratres. 2 Pater itaque eius-
Reginæ Gelasius nomine prima ipsius vxore mortua, 2 Gelasio, q. 2. habuit vxores.
ilia erat Regis de Sicilia, vtpote Princeps fortis, magnus
lytus filiam duxit strenuissimi Regis Alexandri viri pro-
ni & valde honesti nomine Sibiliam, de qua sex genuit
, & sex filias. Gelasium & Alexandrum, & Magnum,
niam quæ Alexandria vocabatur, Marcellam, Eulaliam,
ciam, Gerasinam, & Victorinam. Porrò Gelasius fratrum Gelasij iunioris filij miserũt 5.
m vnus erat Princeps præclarus, erat & robustus: cuius
de stirpe fuit Regali oriunda, magni Comitis Hilderici
, quæ dicta est Hildelina. Hic idem Gelasius iunior ex ea
genuit filios & sex filias. Denique tres ipsius filij, quinque
virgines ad Vrsulæ nuptias direxerunt, decoras valde
honestas. Quarum tres optimis exstiterunt desponsatæ iu- tres earum erant optimæ.
ibus & nobilibus. Margarita, quæ speciosissima fuit, mul-
que decora & amabilis, Mobilia honestissimæ conuersa-
is & vitæ erat laudabilis. Meandra virgo sapiens fuit, o-
nis pollens moribus, reliquæ duæ erant puellæ, prædicta-
n siquidem sex filiarum. Horum fratrum sororum duæ vir-
es erant, & quatuor matronæ honestissimis copulatæ ma-
s. Itaque duæ iam dictæ ad Vrsulam mittebantur garrulæ, duę garrulæ & loquaces.
caces & linguosæ, quæ multum sæpe sua superfluitate
borum socias grauabant turbantes. O quam indecens est Inuectiua in eas.
num in iuuenculis & iuuenculabus, in adolescentibus &
ginibus domicellis, præsumtio mentis & obduratio cordis!
r linguæ procacitatem & animi proteruiam, animæ virgi-
tas perditur & integritas mentis. Vnde si facultas daretur,
casio atque opportunitas, facillimè castitas corporis, in-
gritas & virginitas carnis violata perderetur. 3 Bonum si- 3 Senecę testimoniũ.
um, ait Seneca, est in adolescente, verecundia. Ceterum

Sorores harum matronę submiserunt 9 filias insignes.

sorores earundem virginum duarum non laudabilium hoe-
stæ quæcumque Matronæ nouem filias miserunt virgins:
quarum quædam puellæ fuerunt necdum nubiles. Quinque
autem ex his erant adultæ, præclarissimis viris desponsatæ.
Harum prima Margarita sagacissimæ fuit mentis, & ingen-
sè prudens, quæ valde decora; alia Prudentia, omnibus erat
amabilis & accepta, præ multa animi sui virtute & suauitate,
modesta fuit in verbis, moderata in moribus, composita in ge-
stibus. Tertia Amantia, & ipsa nihilominus viguit multa mo-
rum honestate & gratia. Quarta Melandria, speciosa fuit
ac mente composita, ac sagacis animi. Quinta super omnes
erat prudens atque deuota, multumque orans & Psalmos di-
giter habebat in ore, Dominumque frequenti meditatione
gestabat in corde: ista in habitu, verbis & gestibus, religiosis
4 exemplum atque honestatis cunctis præbebat. 4 Prudentia
quidem dicebatur ista, & Iwana: Istæ quinque virgines
à B. Vrsula exstiterunt multum dilectæ. Alexander fratrum
Reginæ secundus fortis erat robore, potens, inclytus & diuus.
Hic filiam Regis cuiusdam duxerat vxorem Benignam nomi-
ne, optimam matronam, animo pacatam, semper ad pacem
maritum ac ceteros, quos potuit, instigantem. Porrò & ipsi
tres filios genuerunt & septem filias, quarum quatuor virgines
Vrsulæ mittebantur. Verena virgo honestissima & multæ in-
telligentiæ ac prudentiæ fuit, magnumque locum inter prin-
cipaliores ac prudentiores habuit, propter multam animi ei
probitatem. Secunda sororum Verenia, & tertia Ieronia,
quarta Illustris. Quatuor sanè virgines istæ optimam ma-
trem imitantes, animo fuere constantes, in omni honestate
& probitate virginali vigentes, vniuersis gratæ exstiterunt
& acceptæ. Omnes denique viris erant desponsatæ nobi-
bus: sorores namque tres maritis copulatæ illustribus, septem
cum illis filias miserunt, quarum tres puellæ fuerunt, & qua-
tuor nubiles. Porrò tres filij præfati Principis Alexandri qua-
tuor filias direxerunt virgines, & vnam matronam prudentem
valde & honorabilem nomine Metildem. v.c.3.

a frater Dariæ Alexãder.

Vxor eius Benigna.

4 filias adiungunt.

Sorores earum 7. destinant.

Fratres mittunt 4. filias.

Regina nobilis.] Tertia pars libri ducit à Regina Daria (quam hic Marcellam vocat, vtique nomen) exordium, & iure: quia & ipsa conditu cum sponso Ætherio soluens è Britannia Coloniæ fecisse martyrium: cuius pars ossis in templo Societatis Iesu religiosè colitur.

Inter itaque eiusdem Reginæ Gelasius nomine.] S. Elisabeth cap. 10. vocat eum *Comitem de genere Magnorum Principum.* Genus eiusdem accuratè persequitur, vt facilius intelligatur, quot è S. Vrsulæ cognatione sanguine iunctæ martyrio sint laureatæ. Sed cum Gelasius auus maternus S. Vrsulę duas habuerit coniuges, liberos prioris & posterioris repræsentabo.

GENVS MATERNVM S. VRSVLÆ.



Bonum signum, ait Seneca, est in adolescente verecundia.] Verba sunt ea depromta ex eius epist. 1. cum ait, *Vbi se colligebat, verecundiam bonum in adolescente signum vix potuit excutere, adeo vultu suffusus est rubor*, magis in iuuenib. apparentibus & plus caloris est, & tenera frons. Idē epist. 5. *Nutriendus est pudor, qui quamdiu in animo vigerit, aliquis erit bonæ spei locus.* Cicero custodem virtutum nominat, *Verecundia custos est omnium virtutum, dedecus fugiens, laudemq; maximè insequens. Pulchra*, ait S. Ambr. l. 2. de off. *virtus est verecundia & suauis gratia, quæ non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus: est enim verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est, verecundia cum sit omnibus ætatibus, personis, temporibus & locis apta, tamen adolescentes iuuenibusq; animos maximè decet: vt artifex in materia commodiore melius operari solet, sic verecundia in ipso iuuenis corporis decore plus eminet.* Hinc à Gentilibus adolescentes dum erubescerent, laudabantur, animabantur. Diogenis Cynici dictum ad erubescētē laudatur apud Laër. *Bono animo sis, inquit, fili, istiusmodi est virtutis tinctura.* Et Cato apud Plutarchum aiebat, *Sibi magis placere iuuenes, qui rubescerent, quam qui pallescerent, quod rubor arguat probam indolem, pallor non item.* Quisquis sanè verecundiam à virgine vel adolescente sustulerit, amoto custode, & vitijs ostio reserato, necesse in quæuis scelera, præsertim turpitudinis barathrum audacter proruere. Voluit tamen Deus has procaciores in sancta illa societate tolerare, tum vt bonæ nonnihil exercerentur: tum verò maximè, vt eorum proteruia paulatim vsu & consuetudine tantæ sanctitatis sodalium corrigeretur, & ne cuncta miraculo geri viderentur, cum & nonnullæ imperfectiores in his initio reperirentur: quæ emendatis moribus, & castigatis anteactæ vitæ peccatis conspecta tam admirabili tot millium virginum pudicitia & sanctitate sensim se conformarunt parthenicis legibus cum reliquis martyrio tandem laureatæ.

4. *Prudentia siquidem dicebatur & Ivvana.*] Fuit enim binomia, sicut mater Vrsulæ Daria vel Marcella.

CAPVT XX.

Quot filias materteræ virginis Vrsulæ miserunt, hic narratur.

Tertius nempe fratrum Reginæ matris Vrsulæ Magnus dicebatur, Tertius frater Dariæ Magn.

cebatur,& paucas misit virgines: quia nequaquam multa pobitate vigebat, ignauus siquidem erat corde, satisque stolidus mente, à ceteris fratribus & cognatis degenerans exorbitabat, potationibus & ventri deditus erat, cuius vestigia vxor sola sequebatur, mulier proterua & linguosa. 1 Potest aliquis rectorum mirari, quare quorundam per nos vitia detegantur, cum in serie virginum sanctarum virtutes illarum & probitates debeant propalari, quod & fecimus, & adhuc facturi sumus: non enim à nobismetipsis loquimur; sed hæc quæ spiritu Dei cœlitus nobis suggeruntur, ea pandendo scribimus, & notando. Nunc prædictarum sex sororum seriem tangimus: quarum prima fuit B.Eugenia, quæ cognominata est Alexandria, propter multam morum bonorum probitatem, animique virtutem, quæ Regem Alexandrum auum suum magnæ virtutis virum & probitatis imitabatur. Qualis ista fuerit, satis ostendimus, cum seriem ipsius atque filiorum eius B.Columbani Episcopi sapientis viri, fratrisque illius Euodij Ducis inclyti virtutem, & S.Marcellæ pijssimæ sororis ipsorum Comitissæ describeremus. Porrò & S.Eulalia soror eiusdem Alexandriæ Duciss æ, matrona nobilis animo & virtute, cum duabus filiabus Hodierna & Odilia virginibus honestissimis, et tertia Sibilia viginti annorum matrona & Regina sororibus hærens Christum sequitur Regem verum. Hæc eadem siquidem Sibilia Regina fuit, magnæ virtutis & opinionis matrona. Denique Marcella sororum vna, mater Vrsulæ Reginæ nequaquam infructuosa exstitit, filiam enim misit Vrsulam, quæ caput, princeps & ductrix totius virginum sanctarum fuit excitûs. Hanc siquidem Reginam Domina Elisabeth alio vocabat nomine: Binomia sanè erat, eadem Marcella Regina. Eutycia quarta mulier fuit religiosissima, Dominum timebat, & hominem propter Deum reuerebatur. Sapiens siquidem erat valde modesta, clemens & honesta, maritum etiam habebat virum nobilem, sed edacem & vini multi potatorem, quem tamen illa frequenti admonitione & pia ex parte magna emendatum correxit, qui filios habebant duos, & nouem filias, quinque autem ex his virgines erant, & quatuor matronæ maritos habentes honestos: filiæ namque virgines mittebantur

Potator.

Iubetur scribere vita quorundam.

Sex sorores erant.

1 Alexãdria

Filij eius Colũban' Epi & Euodius Dux.

2. soror. S. Eulalia filiæ eius Hodierna, Odilia, Sibilia.

3. Marcella vel Daria.

4. Eutycia.

maritum potatorẽ corrigit.

qu-

nium quædam honestate multa præditæ matrem imitaban-
r. Præterea & quatuor sorores illarum quinque direxerunt
na virgines: vnus sanè fratrum vxoratus, duas misit filias
gnes. Quinta siquidem sororum Reginæ Gerasina nobi-
ter nupta filio Regis cuiusdam nobiliter se gerens honestate
præipua viuebat. Ista quinque filios habuit, totidemq; filias,
ui niuersi nouem filias miserunt virgines. Sexta verò soro-
in Victorina mulier erat præclaræ conuersationis & hone-
æ, & multum orans, atque in lectione assidua. Hæc maritum
abbat illustrem, Comitis Sigebaldi filium, iuuenem stre-
uum, fortem & probum, qui tres habentes filias, solam di-
xerunt virginem infra annos puellam nomine Placidam.
c. & c. 21.

destinat 5. virgines

5. soror Gerasina, cuius filij & filiæ 9. addiderunt virgines.

6. Victorina.

...otest aliquâ mirari.] Scelera quorundam eruoluit in sacris Scripturis posteritati literis signari: tum vt iustitia diuina in ijs emendo eluceret, tum vt & hic ob publica flagitia detestabilis eorum memoria cum detestatione cantæ improbitatis perennaret. Quandoq; etiam solatio societati hominum: ne miremur in familijs alias sanctissimis, cum personis integerrimis conscelerati ssimos exstitisse. Filiarum igitur Gelasij & Sibiliæ seriem hanc repræsentant.

SORORVM DARIÆ FILIÆ ET NEPTES Martyres.

Sibilia — Gelasius Rex

1. fil. Alexandria, vxor Pipini | 2. Eulalia M. | 3. Marcella, vxor Dionethi | 4. Euticia, vxor N. | 5. Gerasina, vxor filij Regis | 6. Victorina

2. Euodius Dux — M. Marcella vxor Comitis — Hodierna Odilia — S. Vrsula — Filius — filiæ 4. nuptæ 4. — filij 5. — filiæ 5. Placida

Sibilia Regina — 2. virgines — ab his missæ 9. virg. Martyres

Eugenia, Cleopatra, Pretiosa — filiæ 5.

Habemus iam quinque Gerasinas: Duas quidem Dariæ sorores: vnam sororem Wilhelmi Episcopi, quæ filiam cognominem secum addidit, quintam fratris Wilhelmi filiam virginem, vt possint deinceps tam Treuirenses, quam Colonienses, hi quidem tam apud Machabæos quàm S. Maximinam sua & propria gaudere S. Gerasina. Vnde per inuenta tam apud SS. Machabæos, quam S. Maximinum corpora, & titulos adiectos, hæc fuit reuelatio mirificè confirmata: nam cum nomen Gerasinæ in nullis alij Sanctis, si rectè memini, reperiatur: Colonæ tamen inter Vrsulanæ sodalitatis corpora quinquies minimum inuentum est, & post hac quidem scriptam reuelationem 150. annis ad S. Maximinum postrema vice. Quæres, Quot sorores habuerit Marcella seu Daria mater S. Vrsulæ? Resp. quinas, ex eodem patre & matre: & præter has sexta soror eiusdem Gerasina aliam habuit matrem: vt dicitur cap. 19. genuit enim Gelasius auus maternus S. Vrsulæ ex Sibilia sex tantum filias, præter totidem filios: vt docet cap. 20. hæ fillæ vocantur ibidem paulo inferius sex sorores, intellige inter se germanæ & vterinæ, sex enumeratorum fratrum: & tertia earum sororum vterinarum, seu tertia soror Magni, qui fratres inter postremus erat nominatus, appellatur Marcella seu Daria, ipsa B. Vrsulæ mater.

CA-

CAPVT XXI.

Quod Oliua virgo & Regina, atque cognatæ ipsius plures adduxerunt virgines.

1 Oliua Regina venit cũ Fideana cognata.

1 B. Oliua virgo dulcissima, & Regina illustrissima, nob[ilis]sima Regis Antipatri filia, qui patruus erat virginis Vr[sulæ] patris, Regi Oliuerio nobili multum, & iuueni fuit despons[ata], vti iam supra in serie Regum habetur descriptum. Hæc ad[uir]ginem Vrsulam cognatam suam cum nobilissimo virgin[um] comitatu venit inuitata. Venit præterea cum ea Fideana [Du]cis cuiusdam Herdingi nobilissimi filia, cuius illustrissima [ma]ter matrona nomine Fida Regis vnius erat filia. Porrò eadem virgo Fideana ingenua exstitit generis nobilitate, inger[io] quoque multum erat mentis & animi generositate, atque v[ni]uersis, qui eam nouerant, bonæque opinionis eius famam [pre]dierant, commendabilis valde & accepta. Cognata siquid[em] eiusdem Oliuæ fuit Reginæ, & proprio nomine Fideana di-

Hęc duxit secum tres sorores.

batur. Quæ tres secum duxit sorores, duas virgines Placen-

& vnius filiam.

tiam, & Placatam: quarum prior illustrissimum sponsum D[u]cis cuiusdam filium habuit. Tertia namque sororum, quæ cum gradiebatur, Methildis vocabatur, matrona nobilis & h[o]nesta Comitissa, solam secum ducens filiam virginem Enc[h]ram nomine, iuuenculam valde præclaram, sponsum habe-

cum spõso Ruchario.

tem nobilissimum Principis cuiusdam magni filium, qui E[u]charius dicebatur: iste autem cum amore sponsæ illect[us]

is attrahit 3. sorores & 9 cognatas

tum diuina inspiratione admonitus, cum tribus sororibu[s] Anna, Cleopatra & Iuliana: nec non & cum nouem virgin[ibus] bus cognatis suis, alijsque quampluribus sacrarum virginu[m] cœtui associatus, cum illis proficiscitur. Harum denique vi[r]ginum quædam præclarissimæ fuerunt, præclaros habent[es] sponsos. Porrò virgo præfata nobilis Fideana, ferè quadr[a]ginta secum virgines ducebat illustres & generosas, atque d[e]coras.

2 Fideana 40 adduxit

2 Præterea in comitatu Oliuæ virginis & Regina[e] quædam venit virgo nobilissima nomine Tecla, quæ & pr[o] bitate morum, animique virtute, ac generis nobilitate virg[i]ni Oliuæ comparari potuit: nam filia patrui eius erat, ipsi[us]

etian

...n collega fidelis. Pater itaque virginis Teclæ Reformius ...batur, & erat frater Regis Antipatri Oliuæ patris, Prin... nobilis & honoratus: qui iam ante ex hoc seculo migrans ...eat; & mater Anacleta filiam sequitur Teclam, cum O... proficiscens. Porrò hæc eadem Anacleta, virginis Te... mater, filia cuiusdam exstitit inclyti Regis. Fuit etiam ...n prædictis Virginibus, & illustrissima virgo Natalia, no... valde, cum suarum Virginum collegio associata, Regis ...uri filia potentis & magnifici, de qua loco suo latius, vt ...um est, tractabitur. Denique Rex idem Arthurus, duos ...es habebat, quorum vnus Episcopus dicebatur Bene...tus, & alter Pipinus, Dux egregius & nobilis, B. Alexan... maritus existens, virginis Vrsulæ materteræ, illustris... & multum valentis matronæ. Pater quippe Dux idem ...B. Columbani Episcopi, fratrisq; illius Euodij Ducis no...simi, atque sororis illorum S. Marcellæ optimæ Comitis... Tres siquidem fratres illi, Rex & duo reliqui, sororem ...ebant egregiam nomine Zaphirinam, quæ multum erat ...esta, commendabilis, & vitæ bonæ, Comitis Rogerij, ...prudentis & honesti vxor existens. Tres filias ex illarum ...o habuerunt cœtu virgines, Benignam, Nicolittam, ...am, quarum Benigna virgo per omnia fuit honesta, pru...s, animique virtute insignis, cunctis amabilis, specie ...ora, moribus dulcis & affabilis. Hæc autem sponsum ...uit nobilissimum Dagobertum, Regis cuiusdam filium, ...sanè sorores istæ, cum pluribus adhuc virginibus, ad Vr...um virginem sunt directæ. Beatam namque Benignam ...nsus illustris ipsius Dagobertus insequitur, gratia Dei in...atus, & ipse sacrarum Virginum vnà cum nobili sua spon...ocietati aggregatus, cum illis peregrè proficiscitur.

Oliua cognatā Teclā cum matre Anacleta.

& Natalia.

v. cap. 3.

Soror Pipini Zaphirina 3. mittit filias.

vni' spōs' Dagobert' sequitur.

B. Oliua virgo.] Quod cosmophilos inuitat ad mundi amorem potest, id omne Deus ...atura in Oliuam congesserat: Nata erat ...ibus parentibus, iam regni paterni diade...e coronata Regina: desponsa iuueni do...ortunæ naturæque cumulatissimo Regi O...rio: ætas erat iuuenilis, aderat formæ ve...as, fauor & amor subditorum: Parentum ...que delicium, vires corporis animique in...æ, sensuum vigor, acumen ingenij: quam ...uam vbi cum sponso primum amor diuinus sauciauit, hæc omnia cum Apostolo velut lutum & stercora, nec adspectu dignari: solum cogitare, loqui: velle IESVM, ei virginitatem, corpus & sanguinem consecrare: nec satis duorum cordium angustijs immensitatem sponsi coarctare: alios quoscunque possunt, verbo & exemplo ad eiusdem amorem pelliciunt, vt cum in se non nisi semel amore sponsi mori possent: in alijs eidem aggregatis sæpius eius causa morerentur. Ita cognatam Fideanam cum turma quadraginta Virginum: Teclam

Teclam item cum matre Anacleta & Zaphirinam cum alijs sibi coniunxit Oliua, vt licet proprius, quem è regno paterno conscripsit Virginum chorus, tantum fuerit 142. tot tamen stipata postea cognatarum minoribus [illegible] mis & manipulis est, vt trecentas secum [illegible] rarit.

STIRPS ET COGNATIO OLIVÆ.



Fida — Herdingus Dux — Nicostrata — An[illegible]

Arthurus Rex Pipinus Dux Benedictus Zapphirina vx. Alexandria vxor Rogerij Comitis — Fideana Placentia Placata cum xi. — Methildis vx. Comitis — Oliua [illegible] Oliueri [illegible] v.c. 8.

Natalia — Colũban⁹ Eps Euodius Dux Marcella v.c. 20. — Benigna, Nicolitta, Zoya. sponsa Dagoberti Regis filij — Princeps — Endara sponsus — Reformius, An[illegible] — Tecla

Iuliana, Cleopatra, Anna, Eucharius cum xi. cognatis.

Comitatus Fideanæ 40. virginum.

2. *Præterea in comitatu Oliuæ.*] Cecinit olim in persona tam vberis Oliuæ Psaltes Regius: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei: speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi: Confitebor tibi in seculum: quia fecisti* (tibi gloria tantæ fœcunditatis, non mihi) *& exspectabo nomen tuum: quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum* Sodalitatis Vrsulanæ. Sed parum Oliuam vnam trecentorum fructuum protulisse, alteram exemplo suo in sponso Oliuerio solicitè parturiuit, æque fœcundam ac fructiferam trecentarum etiam virginum. An non hæ duæ Oliuæ similes ijs, quas vidit Zacharias? *Vidi*, ait, *& ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, quæ [illegible] per caput eius, & duæ oliuæ super illud, vna à de[illegible] altera à sinistris: isti sunt duo filij Olei, qui as[illegible] Dominatori vniuersæ terræ.* Posset candelabr[illegible] aureo Sodalitas intelligi Vrsulana, lucens [illegible] aurea caritate, splendens castitate, septem [illegible] nis Spiritus S. repleta & sustentata, vtroque [illegible] Martyrum decorata; & his quidem [illegible] fauet Oliuæ denominatio, in quos & ca[illegible] lud Apocalyps. *Hi sunt duæ oliuæ, & duo ca[illegible] bra in conspectu Domini terræ stantes.* Horum [illegible] gia sępius imploremus, vberes petitionis fr[illegible] experiemur, dummodo crebrius eorum [illegible] nos inungamus.

Psal. 52.

Oliuę fructiferę duę

C. 4. v. 2.

CAPVT XXII.

Quomodo Fratri reuelatum est, quod corpus S. Oliuæ sit habiturus.

1 Cumque [1] Frater harum visionum notarius vice quad[illegible] orationi & precibus insisteret, vidit corpus quoddam ape[illegible] sepulcro supinatum iacere, coronamque auream in capit[illegible] lius. Super quo Frater admiratus, sciscitans à Domina no[illegible] quæsiuit, quidnam ista portenderent. Cui misericordiæ m[illegible] ter respondens ait: Nonne ante annos quatuor, virginis [illegible] iusdam Oliuæ tibi corpus est promissum? Ecce hæc eade[illegible] virgo est, cuius tu corpus habebis, Regina siquidem erat, [illegible] ronam in capite gestans; adhuc, inquit, sub terra latet sepul[illegible] sed tu corpus habebis illius. Super quo Frater gauisus adh[illegible] euidentius scire cupit, si certa foret visio, [2] à sacris Virginib[illegible] qu[illegible]

colloquiũ scriptoris cũ Deipara

Promittit ei corpus S. Oliuæ adhuc sepultum.

2

…rit: quæ fuerit illa Oliua, cuiusq; sit stirpis & conditionis,
…. Cleopatra S. Marcellæ Comitissæ filia respondit, dicens: S. Cleopatra ei narrat genus Oliuæ.
…r Oliuæ virginis eiusdem Cleopater dictus est, & erat pa-
…us Regis Vrsulæ patris, cuius mater Nicostrata dicebatur
…sinis Regina. Qui cum filios non haberet, desponsabat il-
…r Oliuerio iuueni cuidam probissimo, Regis senioris Oli-
…ri filio. Cleopater autem Oliuæ virginis pater regni sui
…ri cipes conuocans, ambos coronauit: tam sponsum filiæ,
…uam ipsam sponsam. A die verò desponsationis illius cele- profectionē ad S Vrsulam.
…erimæ, plusquam trium mensium defluxerat spatium, quo
…in breui erat legitimo connubio ducenda. Interim con-
…cantur virgines ad S. Vrsulam virginem dirigendæ. Tunc cum 30.
…Oliua virgo & Regina venit, cognatam eius visitare, ipsius
…ptijs volens interesse, quæ nobili Comitum stipata conuen-
…, adduxit secum virgines ferè trecentas. Insecutus est eam
…modum sponsus eius Rex Oliuerius, ducens & ipse de re-
…sui ditione adolescentulas & virgines ferè trecentas. Hic S. Teclæ colloquiū cum scriptore,
…eò idem Frater cum alia vice orans S. nominaret Oliuam,
…dixit illi virginum quædam dicens: Quotiescunque B. no-
…minaueris Oliuam, statim nominabis & Teclam iuxta illam.
E quæ est, inquit, illa Tecla; & si tu es eadem Tecla? Sum, 3
…illa: nam S. Oliua mea fuit cognata & collega, & non erat
…ulier, quam tanto diligerem affectu. Tu habiturus es cor-
…u illius, similiter & caput meum: Sed scias, nequaquam Amor Teclæ & Oliuæ.
…ua ab inuicem separari facilè volumus, vix vnquam in vita
…ius ab inuicem sequestratæ, vnde nec in morte separamur.
…hæsi namque lateri eius, cum interficeretur iaculo, & ego
…eremta gladio occubui. Scias, inquit illa, pro certo, quia Sanctitas scriptoris. 4.5
…ex quo ciuitas tua fundata est, 5 nunquam Monachus eam
…rauit, qui tantum in ea profecerit, quantum tu profeciſti,
…adhuc proficies. 6 Thesaurus enim te magnus exspectat 6
…pretiosus, tam Martyrum sanctorum, quam virginum sa- Merces ꝙ promissa hic & in cœlis.
…crum. Tu sanè nos in terris iuxta posse tuum exaltas, 7 &
…s tam in terris, quam in cœlis iuxta nostrum posse exaltabi-
…ris. Sed tu nostra nequaquam indiges exaltatione, quo- Exaltatio eius per Deiparam
…nam 8 Domina nostra, quam tanto diligis affectu, & iam ex-
…altauit, atque adhuc 9 in miro modo exaltabit. Cumque

hic idem Frater hæc scribens notaret, ipsa virgo Tecla c
pluribus illi adstitit virginibus, ponens hæc verba in ore ip
Aderat & S. Oliua rogans, ne ipsa & B. Tecla ab inuicem se-
parentur. Adhuc virgo Tecla subiungens ait: Cumque go
& mater mea ad B. Vrsulam pergeremus, quædam eti
cognata nostra nobilis matrona nobiscum venit, quæ dic
Elisabeth, cum tribus filiabus, quarum vna cum Elisa
iuncta erat matrimonio, sed reliquæ duæ fuerunt virgi
Sincera & Nicolitta. Tu autem scias pro certo, quoni
caput S. Sinceræ habes cognatæ meæ virginis nobiliss
Præterea te scire volo, quod corpus quod habes virginis I
næ, quæ & ipsa mea est consanguinea, multumq; mihi est
mis. Pater itaque ipsius, patris erat consobrinus mei, Com
lustris & valde valens. Denique & ipsa sororem nobiscum
bebat, nomine Teclam, quæ ambæ illustres exstiterunt, &
næ conuersationis, atque cum summo desiderio martyrij
mam subierunt. Beata siquidem Iuliana & S. Sincera
sororibus suis S. Oliuæ virginis & Reginæ proximæ fuer
cognatæ.

1. *Frater admiratus scisitans à Domina.*] At nec præsentem quidem fuisse dixerat: vnde tanta confidentia prodigiosum ab ea poscendi responsum? vita B. Hermanni plena tantæ familiaritatis exemplis. Vt rectè eius autor dixerit de eo: *Apponens igitur Virgo* (MARIA) *deuotum sibi iuuenem magnificare, ipsi non semel,* (Hermanno) *aut bis, aut quoties numero possit facile comprehendi, dulcissimam præsentiam suam exhibere curauit, & tanta sibi familiaritate per trebertimas reuelationes connexuit, vt etiam inter homines quoscunque, quos caritas solet coniungere specialis, tanta aliquando vix potuerit familiaritas inueniri.* Et infra exemplis ostendit: *In aliquo, ait, secretiori loco pariter considentes ille B. Matri de statu suo singula requirenti respondit: & ab ea vicissim quæcunque voluit, requisiuit:* vt mirari quis desinat audaciam interrogantis: quam tantus vsus & consuetudo genuerat.

2. *A sacris Virginibus quærit, qua fuerit illa.*] Qui tam familiariter vtebatur Domina & Regina; quid ni pediseguis Virginibus? claret id ex adnotatis initio libri huius.

3. *Et quæ est, inquit, illa Tecla.*] Iucundum cum sacris Virginibus colloquium, quod scriptoris simplicitas, morum similitudo, castitas, animi cãdor, Deiparæq; familiaritas cõciliarat. *Vnde nec in morte separamur.* Idem Cæsarius miles & Verena obtinuerant, vt verbis his narrat S. Elisabeth: *Miles fui in seculo filius ma
huius sacræ Virginis, cui nunc adiunctus sum.
mihi valde erat, ideoq; cum egrederetur de ter
comitatus sum eam, ipsa verò ad suscipiendum
viam me confortauit, & ego videns constantiam
sione, simul cum ea passus sum: Fuerunt autem
tempore ossa nostra ab inuicem separata, & ma
petrauimus à Domino, vt sic coniungerentur.*

4. *Ex quo ciuitas hic fundata est.*] Col
intelligit, natus enim Coloniæ cum esset,
feldia nonnunquam excurrebat B. Herm
eo præsertim tempore, cum vigeret ei
corporum, vt vitæ cap. 30. indicat.

5. *Nunquam monachus eam intrauit.*] quid Coloniam intrarunt Fundatores Ord
complures, SS. Bruno, Norbertus, Berm
alij religiosissimi viri? Videtur tamen B.
mannus ingressu suo per preces Deiparæ
millium Virginum, tanto plus gratiæ
& donorum cœlestium obtinuisse, quan
ligentius quinque vel plures annos in e
concinnanda historia laborarat: licet enu
ti sanctissimi viri tota vita maiores sibi
gloriæq; cumulos compararint.

6. *Thesaurus te magnus exspectat.*] Inuitar
gines eum, vt redeat Coloniam, impert
plura sanctarum Virginum corpora. Vid
enim Patres Præmonstratenses tum pro F
toris S. Norberti ad eas SS. Virgines aff

...d recens ipsis à Deipara reuelatio Vr-
...rtyrij dicata esset: hoc ipso internun
...manno fuisse vsi, dum tanto thesauro
...nè, vt infra patebit, inhiarent: vt mi-
...sit, ea, quæ hic accepisse memoratur
...n amplius Steinfeldiæ apparere: cre-
...enim ab eo aliò transmissa esse: ita ca-
...ianæ Cnechstedienses habent.

7. *...nos tam in terris, quam in cœlis.*] Exalta-
...in terris virgines, quando ægrum, af-
...tristem, præsentia sua recrearunt: de
...itæ autor cap. 29. *Tanta illis familiarita-
...puritate fuit connexus, vt multa per illas
...gnosceret, & aliqua illi sua nomina reuela-
...hoc in capite Tecla) & in suis eum tribu-
...solarentur.* Iterum cap. 32. *Et quidem
...tionibus, quas illi per præfatas sanctas Vir-
...strauit, paucissima hæc mihi comperta sunt,
...c scriptum memoria commendaui: super-
...n multa valde, quæ nec mihi comperta, nec
scripto commendata sunt.* Forte & hæc ipsa reuelatio, si clarè doceatur, ipsius, non alterius fuisse, plurimum conferet, vt Sanctorum canoni adscribatur, quod Germania vehementer desiderat.

8. *Domina, quam tanto diligis affectu.*] Videri caput 16. vitæ potest, quanta reuerentia cordisq; dulcedine nomen MARIÆ sit veneratus.

9. *Miro modo exaltabit.*] Quam mirus iste modus cap. 23. cum eum iam in sponsum assumsisset, mutato eiusdem nomine, & ei his verbis tradidit filiolum IESVM deportandum: *Porta filium meum, sicut à sponso meo Ioseph portatus est in AEgyptum: vt sicut idem onus, ita etiam similem honorem eiusdem nominis habeatis.* Hinc discat Lector, tam ex hoc, quam cap. 1. lib. 1. & vlt. S. Elisabethæ, quam fructuosum sit iuuare: vt cultus SS. Virginum illustretur, tales Deipara & SS. Virgines solent remunerari. Virgines has enumerat alibi non memoratas B. Hermannus.

Elisabeth mater M.
...acera, Nicolitta, & vna nupta Elisabeth

Comes
Iuliana, Tecla.

CAPVT XXIII.

Quod S. Natalia virgo illustris cum nobili virginum venit comitatu.

Natalia virgo beatissima, elegans & decora, tam morum ...estate nobilis & inclyta, quam generis prosapia illustris ...generosa. Regis Arthuri erat filia Britannici & hominis ...gnifici, hæc eum nobilissimo Virginum comitatu venit ...tre virginis Vrsulæ inuitata, quatenus & ipsa filiæ illius nu-...is interesset. Rex itaque pater Vrsulæ consanguineus erat ...gis Arthuri, B. Nataliæ patris. Trecentas siquidem & octo ...um duxit virgines, & matronas nobiles septem, sub qua-...n disciplina virgines erant & custodia. Licet hic idem [2] Ar-...rus Rex fuit magnus, potens & fortis, non fuit tamen ille ...icosus Rex, de quo tanta in historia Britonum narrantur: ...t tamen illi proxima consanguinitate coniunctus. Vxor ...mque Isenbaldi fratris Nataliæ virginis S. Porphyria, Regis ...iusdam filia nobilissimi & præpotentis, cum ea comitaba-...r, relinquens omnia. Beata sanè Porphyria duas secum du-...filias virgines valde præclaras, Eusebiam & Iotham, spon-...habentes nobiles. Porrò & B. Natalia Philippi Ducis vxor

1 Filia fuit Regis Arthuri.

ducit secũ 308. virg.

2 Porphyriã cũ 2. filiab.

Nataliam cũ 3. filiab. magnifici, quasi consobrina erat prædictæ virginis Natali, pariter illi associata secum comitabatur, sequens eam cum tribus filiabus, Egera, Hermolaa, Ermina. Quarum hæc prudentissima virgo & multum commendabilis sponsum habuit illustrem filium Regis cuiusdam. Præterea & Comitissa nobis

Helenam cum duab. ipsius Nataliæ virginis consanguinea, quæ dicebatur Heler, venit cum ea, filias duas secum ducens, Helenam & Elisabet. Similiter & Euphemia nobilis matrona, de regali existes prosapia, illius cognata, cum sola filia Hodierna illam sequebatur. 3 Sancta itaque virgo Natalia vnà secum duxit sorem Octoniam, atque duas filias sororis suæ Perpetuam & Gerburgem paruulam. Sanctam quoque Agnem fratris sui filiam,

Sororis, fratris, auunculi, ac Ducis auunculi sui filias Liburtiam & Adelinam secum decebat. Præterea & S. Gibonia illustris virgo & cognata ipsius & collega dilectissima, cuiusdam magni Principis filia, & vi optimi, atque B. Simenia virgo valde omnibus amabilis, vnius Comitis filia. Eiusdem Nataliæ virginis consanguinea cum

& materteræ filias venerunt. Denique & sorores duæ ipsius materteræ fil illi adhærentes cum ea profectæ sunt, Florentia & Flora. Porrò & S. Benedicta & soror illius Euphrosyna, ipsius Natal

cognatas. cognatæ nobilissimæ: Nec non & B. Brigida, Euphem & Eulalia, secuti sunt illam: sorores etiam duæ vnius mate-

Matertere sorores, teræ ipsius B. Benigna atque Illustris, virgines præclaræ, ne non & S. Euphrosyna ipsius cognata, Comitis cuiusdam nobilissimi filia, cum ea sunt profectæ. Harum quamplur sponsos habebant nobilissimos, Comitum & Ducum filio diuitijs multis ditatos. Præterea & Gyramanus puer præcl

Auunculi filium, rissimus quidam sedecim annorum, filius auunculi eiusden virginis Nataliæ, immenso illius tactus amore, illam sequebatur: pergens cum ea elegantissimus, & decorus valde Hic idem puer eundo Romam & redeundo illi adhæsit, par

qui occis' cũ Natalia terq; cum illa trucidatus occubuit, filius siquidem illustrissim erat Principis & ditissimi, nam sororem paruulam in illo habebat comitatu, Placidam nomine. Porrò 4 quidam Episcopus

4 Episcopus ductor virginũ redit ductor vir ginũ redit pus cum tribus viris nobilibus & matronis quibusdam virg

5 nes ducentibus venit cum egregio apparatu, 5 & sumtibus muneribus & donatiuis ingentibus, qui cum ad S. Vrsulam

venis

ueiſſet, ingenti gaudio ſunt ab ea excepti, ſed cum viderent nuptias differri, relictis ibi virginibus & matronis quibuſdam redire nolentibus, Epiſcopus cum paucis reuerſus eſt in regionem ſuam. In eiuſdem virginis Nataliæ ſocietate trecentæ fuerunt virgines, ſexaginta quinque, exceptis matronis quibuſdam nobilibus. comitatus 365. virg.

Nataliavirgo.] Ex hoc capite de Arthuro Britonum Rege & hiſtoria eorum claret B. Hermannum non leuiter literis informatum. Vnde & ſora Senecam citauit. Licet enim Coloniæ mox tinctus ijs fuerit, miſſus poſtea in Friſiam doctiſſimum virum Fridericum, vel alium audit Poëtas & Hiſtoricos manè: ſanctos Patres meridie Præmonſtratenſibus in Horti Dei cœnobio prælegentem, de quo ita Sigebertus in Chronico Abbatum loci: *Fuit in Sibrando de canonicis optimis literis imbuendis ingens ſolicitudo, accerſito magiſtro Friderico inſigni literatura viro dato, promiſſo ſtipendio largo erecta eſt in cœnobio ipſo publica: inſtituendaq; iuuentutis curam illi committit, ante meridiem Ethnicorum Poëtarum & Hiſtricorum audita lectione, ſumto prandio Eccleſiaſticos, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, illis pragis, vt omni doctrina exculti vera Theologia notitia haberent.* Hoc vel ſimili vſus magiſtro potuit Britonum hiſtoriam diligenter euoluiſſe, de qua hæc habet.

Arthurus Rex fuit magnus, potens & fortis, nouit tamen ille bellicoſus Rex, de quo tanta in hiſtoria Britonum narrantur: erat tamen illi proxima conſanguinitate coniunctus.] Hinc duæ difficultates contra meam ſententiam de chronologia martyrij Vrſulani ex Arthuri fabulis mouentur. *Prima*: Si Arthurus hic proximè fuit illi famoſo Britonum Arthuro iunctus ſanguine, coæuos fuiſſe oportuit. Floruit Arthurus Ann. 530. Occiſus Ann. 542. Igitur potius Vrſulanum martyrium Anno 450. erit adſcribendum. *Secunda*: Conſtat inter autores, & ipſe ſupra dixi, Galfredum de Arthuro meras concinnaſſe fabulas, adeoq; nomen Arthuri meruiſſe: & tamen hic eius liber & res geſtæ videntur diuino calculo comprobari. Ego ſic exiſtimo multos Arthuros Reges Britanniæ exſtitiſſe, vt hic liber etiam euincit. Deinde vnum reliquos gloria bellica præcelluiſſe. Hunc plerique putant eum eſſe, qui in prælio apud Cornubiam cœſus occubuit: is licet rebus geſtis veris laudem ſibi magnam compararit, eas tamen innumeris adiectis commentis extulit *Galfredus*, vt rectè de hoc Arthuro & Galfredi hiſtoria ita ſenſerit Malmeſburienſis? *Hic eſt Arthurus, de quo Britonum nugæ hodieq; delirant, dignus planè, quem non fallaces ſomniarent fabulæ, ſed veraces prædicarent hiſtoriæ: quippe qui labantem patriam diu ſuſtinuerit, infractasq; ciuium mentes ad bellum acuerit.* Crediderim ego, quod Ioui, Herculi, alijsque Dijs Gentium accidit, Arthuro contigiſſe: vt enim cum quidam 30. Iouium geſtas res legiſſent, ex ijs vnum conflarunt Iouem: eique ſoli tribuerunt, ſic cum multi regnaſſent in Britannia nominis eiuſdem Arthuri, confuſa temporum memoria, Galfredus & aſſeclæ vni Arthuro, qui anno 542. cæſus eſt, adſignarunt omnia. Fuerit igitur Vrſulani martyrij tempore bellica laude celebratiſſimus Arthurus, ex quo etiam alter Galfredi Arthurus deſcenderit: huic quæ prioris erant bellica facinora, tribuit Galfredus: de eo B. Hermannus loquitur, quem Nataliæ parens Arthurus ſanguine contingebat.

3. *Sancta itaque Natalia vna ſecum duxit.*] Mirabilis ſanè feruor virginis, totam familiam paternam & maternam exquiſitiſſimis virginibus ſpoliantis, id ſequens declarat tabula.

S. NATALIÆ GENVS.



Fuit coniuncta Oliuæ Nataliæ cohors, vnde earum comitatus excessit sexcentas virgines.

4. *Quidam Episcopus.*] Benedictus vocabatur, Regis Arthuri frater erat, vt cap. 21. dicitur.

5. *Sumtibus magnis.*] In vsum peregrinorum, & pro donatiuis sponsæ Vrsulæ oblatis

CAPVT XXIV.

De S. Elisabeth virgine nobilissima, & suo comitatu illustri.

1 *Lib. 1. c. 8.*

1 Inter ceteras virgines vndecim millium, Ioannis nobilissimi Principis fuit filia Elisabeth, deuotissima virgo, de stirpe Regia, honestæ conuersationis & vitæ, timens Deum ac diligens valde. Quæ cum multis animi floreret virtutibus, precipuè tamen, & super omnia ipsam omnium Dominam virtutum, matrem misericordiæ MARIAM, & sanctarum virginum Reginam toto corde & affectu dilexit. Porrò & mater ipsius Elisabeth dicta est, nobilis matrona, & præ honestate morum cunctis erat amabilis & gratiosa. Denique & ista Dominam nostram plurimum diligens, filiam docuit, quæ nus eandem cœli Reginam, totius gratiæ matrem, præ omnibus diligeret, eamque iugiter in corde haberet & memoria. Multas præterea, præ amore Dominæ nostræ, pauperibus & genis eleemosynas largiens erogabat, deuota. Beatus sanè Meldensis Episcopus Cæsarius, vir honestissimæ vitæ, totiusque virtutis & probitatis amator, matris huius matronæ fuit frater, qui Romæ ipsis Virginibus est adiunctus, passionisque rum factus est socius. Habuit etiam hæc eadem matrona rores quinque nobiliter nuptas, quarum vna Ducis Heluidij vxor fuit, virginis Vrsulæ patrui, pater hic idem erat Duc Heluidij iunioris, qui cum beatis profectus est Virginibu ducens vxorem secum & filias duas, S. Spem & Euphrosyna virgines præclarissimas. Beata siquidem Elisabeth virgo illustris & præfata, & genere nobilissima exstitit & morum virtute, sponsum habuit illustrissimum strenuissimi Regis Hederici filium, ingenti probitate conspicuum. Cum virgines vbique ad B. Vrsulam eligerentur mittendæ, venit & ista ia à cognatis suis S. Spe & sorore ipsius virginibus euocata, pulcherrimo virginum comitatu stipata: Quinque namque habuit fratres, quorum quiuis filiam vnam secum direxit, Estorgiam, Resindem, Amabiliam, & Florentiam. Deniq

Duæ Elisabeth sumę aultrices Deiparæ.

Cæsarius Meldensis fr. senioris eius soror Heluidij vxor

Heluidius iunior cũ vxore & 2. fil. sequitur.

Elisabeth iunior spõsũ attrahit

& fratrum 5. filias.

virg

vigo Præcipua conſtantior fuit ceteris & virtuoſior, maio-
riq; famæ & nominis, prudens fuit & aſtuta, ac morum pro-
biate refulgens inſigni. Habebat præterea ſponſum nobiliſ-
ſimum Regis cuiuſdam filium, adoleſcentem probiſſimum.
Quædam & ceterarum ſponſis exſtiterunt nobiliſſimis de-
ſponſatæ. Virgo itaque Eliſabeth ſorores duas habuit matro- totidem ſororum.
nas, Comitiſſam vnam & alteram Duciſſam, quarum prior
tres ſecum filias miſit, Eleutheriam, Boninam & Florentiam.
Atera ſanè duas, Floram & Elpridem. De conſobrinis ſuis 7. conſobrinas.
ſecum duxit virgines ſeptem illuſtres, Genouefam, Vulturam,
Anabiliam, Cleopatram, Deſpondeam, Electam, Amaran-
tim, quarum quædam nobiliter fuerunt viris nobilibus de-
ſponſatæ. Habuit & virginem ſecum collegam ſuam & cogna-
tam, Comitis cuiuſdam filiam, caſtam, & verbo & geſtu mo- Modeſtã,
deſtiſſimam, quæ proprio nomine Modeſta dicebatur. Et iſta q̃ adducit ſororem
ſoores ſecum duxit virgines conſanguineas, neptes & con- & matrem
ſobrinas, atque ſororem paruulam nomine Peregrinam.
Beatam ſanè virginem Modeſtam, mater ſecuta eſt nobilis Mater ſororem cum 2. fil.
matrona, quæ Peregrina vocabatur, ducens ſecum ſororem
matronam, quæ ſtrenui erat animi, fortis & conſtantis, quæ
vocebatur Elledera, & hæc duas ducebat filias, Sinceram
& Eliſabeth. Siquidem virgines iſtæ Eliſabeth & Modeſta comitatus 190. virg.
virginum aciem habebant centum nonaginta, decem minus
ducentis. Erat autem Cæſarius Epiſcopus ſupradictus, & ſo-
ror ipſius mater B. Eliſabeth virginis, [2] de nobiliſſima Regum 2 Origine Franci erãt
Francorum oriundi proſapia. Quicunque ergo præfatæ vir-
ginis Eliſabeth corpus habuerit, ſciat ſe magnum habere
theſaurum, Dominæq; noſtræ cœlorum Reginæ dilectum.
Ipſa denique ſanctarum Virginum Regina Genitrix Chriſti Deipara dictauit hãc Genealogiam.
dicta, Fratri iſta ſcribenti, & nomen Virginis, & Genealogiam
filius ſponte reuelatam, verbaq; in ore poſuit ſcribentis.
Quam & miræ teſtabatur eſſe ſanctitatis virginem. Vbi verò
corpus habeatur Virginis eiuſdem, penitus ignoramus: præ-
ſens autem Capitulum exhortatione pijſſimæ cœlorum Re-
ginæ conſtat eſſe conſcriptum: quæ ſibi purè famulantibus Ingentes fructus, cultꝰ eius
ſemper & vbique miſericordiſſimo affectu, vtpote mater mi-
ſericordiæ, miſericorditer ſuccurrit, [3] iuuando, iuſtificando, 3

confirmando & glorificando illos exaltat. Beati sunt ergo,
4 qui tibi sunt pura mente seruientes, Domina virtutum, 4 nica spes & salus omnium, perennis es vita feruenti tibi code & affectu famulantium. Quæ vna cum Filio vniuersorm Creatore & Domino in secula seculorum sis benedicta, Aren. Amen dicat omnis spiritus, laudans te & glorificans.

1. *Inter ceteras virgines.*] Hoc iterum caput dictatum à Deipara fatetur scriptor infra, ob præcipuam erga illam tam Elisabethæ matris, quam filiæ pietatem: idem, vt nominatim etiam libro 1. cap. 8. huius Lectorem commoneret, & ad lectionem eius capitis inuitaret, his verbis asserit: *Elisabeth virgo sanctissima, Ioannis magni Principis filia, cuius mater Elisabeth dicebatur, & erat soror S. Cæsarij Episcopi Meldensis, inter ceteras, quæ agebant opera bona, Mater hæc & Filia Deo nostram intimo affectu dilexerunt, vnde ipsa gina cælorum materiam dans Fratri expeditionem scribenti, iniunxit, vt eam scriberet, est enim sa expeditionis eius pulchra:* Quid ni pulchra: Cam mater Sapientiæ æternæ concepit, digessi cuta est? ipsam breuiter in tabella inspici

PROSAPIA S. ELISABETH.



2. *De nobilissima Regum Francorum oriundi prosapia.*] Per Francos Saxonibus vicinos Germanos accipit, vt supra in eorum origine confirmaui, & exhibet prima tabula: vnde Saxonibus in bellicis expeditionibus à veteribus coniunguntur, Eutropius testatur æuo Diocletiani, *Francos æque ac Saxones per tractum Belgicæ & Armoricæ mare infestasse.* Orosius ait, *Oceani litora, quæ tunc Franci & Saxones infestabant*, quod Aurelius Victor de solis asserit Germanis propulsandis, *Germanis maria infestantibus.* Ammianus etiam lib. 20. scribit: *Francos ad Rhenum vsque pertigisse.* Et lib. 27. *Saxones ijsdem confines exstitisse: Vtrosque* autem (inquit orat. 1. in laudem Constantij Iulianus) *earum, quæ vltra Rhenum & mare occiduum habitant, nationes omnium bellicosissimas fuisse.* Visser. f. 393.

3. *Iuuando, iustificando, confirmando & glorificando illos exaltat.*] Quatuor ponit modos, quibus Deipara clientibus opitulatur. *Primò* excitat ad dolorem & pœnitudinem peccato *Deinde*, gratiam, qua dimittantur ijs ante vitæ labes, impetrat. *Tertiò*, obtinet ijsden num perseuerantiæ: ac *denique*, gloriam lis ampliorem: & hoc facilius, quo plus bus Cœlitibus Dei Mater cœlicq; Regina bus valet. Subdit egregium Deiparæ gium.

4. *Vnica spes & salus omnium.*] Conform huic dicto S. Augustinus ait: *Tu es spes vnica catorum, per te speramus delictorum veniam, & beatissima nostrorum est exspectatio præmiorum.* S. Bern. *Filioli, hæc peccatorum scala, hæc mea xima fiducia, & hæc tota ratio spei meæ: semper he ueniet gratiam, & sola est gratia, qua egemus, qua uamur: quæramus gratiam, & per Mariam qu mus, quia quod quærit, inuenit, & frustrari potest.*

CAPVT XXV.

Quod Lucia virgo illustris cum sorore & matre Flandrensi Comitissa ad S. Vrsulam dirigantur.

Virgo Christi Lucia sororque ipsius Germana 2 de nobilis- 1. 2 Comes Flãdrię originę Francus
sima fuerunt Francorum prosapia: quarum pater Comes ex-
stitit terræ Flandrensis, Princepsq; magnificus: Gundefridus
nomen dicebatur, & ex parte matris de Anglia fuit natus, mul-
tique terræ illius Reges & Principes eius cognati fuerunt,
ex parte verò patris nobiliores Francorum Principum 3 pro- 3
xima illi consanguinitate pertinebant. Erat & Regis illustris-
simi virginis Vrsulæ patris consanguineus, vxor siquidem
illius Theodora vocabatur, & erat de nobiliore Saxonum stir- Vxor eius Theodora
pe oriunda, mulier bona & fidelis matrona, humilis, pia & mi-
tis multa denique morum honestate insignis refulgebat. Tres
fere filios habebant & quinque filias, sed filiorum nullus erat
vxoratus, quoniam adhuc ætate adolescentes exstiterunt:
Filiarum itaque duæ nobilissimis copulatæ maritis, quarum v-
na filio Regis erat in matrimonium iuncta, & altera Duci no-
bilissimo, reliquæ tres exstiterunt virgines, B. Lucia & Ger-
mana, sed quinta adhuc puella fuit paruula. Cumque in di-
uersas partes terræ & regna Rex pater Vrsulæ mitteret, vir-
gines conuocari nobiles, inuitatus est & iste Comes filias suas
dirigere. Pater vtique istarum vtpote nobilis Princeps, for- Dionethus inuitat eius filias.
ti & diues, cum ingenti apparatu & nobili ornatu, illustrique
virginum comitatu, ambas illo direxit filias, fuerunt nempe mittit Luciam & Germanam cũ sponsis.
sponsis desponsatæ generosissimis: quorum sponsus Luciæ
Sphyrus dicebatur: & alterius sororis virginis dictus est Ada-
mans. Fratres quidem erant Germani, vnius nobilissimi Prin-
cipis filij, qui ambo sponsarum dilectione iuncti, ductores il-
larum sunt effecti, ad Vrsulam virginem illas ducentes. Por-
ro filiæ duæ Comitis prædicti harum virginum sorores ma-
tronæ illustres, Andolphia & Blasilla, cum tribus suis filiabus,
Germana, Blasilla & Felicitate comitantur: tum eis custodes
virginum efficiuntur & ductrices. Sponsi sanè virginum Lu- hi adducũt virgines 30
cæ & Germanæ de Regali existentes prosapia triginta virgines
addu-

3. sorores. adduxerunt illis addentes: quarum tres sorores illorum erant Nicolitta, Suffragia & Adwigis, illustrissimæ virgines: quæ quippe illarum sponsos habebant præclaros. Præterea inter

7. cõsobr. easdem habebant consobrinas septem: Harum duæ Rigilis & Aleidis præclaræ virgines, nobilissimis viris exstiterunt desponsatæ iuuenibus Regijs: Prædictæ namque Virgines Luia & Germana complures de sua consanguinitatis parentela secum duxere iuuenculas elegantes & decoras, quarum quatuor Aleidis, Residis, Prothera & Nicolitta, multa animi virtute erant refulgentes, magnaque morum honestate insignes, quæ nobilissimis viris desponsatæ exstiterunt. Quorum duo filij

Theodora mater cũ 7 matronis comitatur Regum fuerunt, mater verò Luciæ & Germanæ Comitissa illustris Theodora maximæ fuit virtutis matrona, honesta valde & misericors, cum septem nobilibus matronis associatur illis, ducens & secum materteras & cognatam suam virginem nobilissimam, illustrissimi Ducis Brabantini, Principis filiam

cognata Gyana 60. virgines adducit. nomine Gyanam cum Regio apparatu & Regalibus ornamentis decoratam: quæ 60. in suo comitatu habuit virgines ætas: hæc eadem Gyana virgo præclarissima, sapiens erat multum, animoque constans & fortis, pudica, totiusq; honestatis gratia insignis: fama nihilominus bonæ opinionis illius in

4 Desponsa Duci Sax. in multas respersa peruenerat regiones. Quam 4 Dux Saxonum illustris & magnificus, dotalitijs Regijs subarrhando desponsauerat, atque infra quatuor mensium spatium legitimo illam connubio erat ducturus in coniugem. Sed cœlesti Virginum Sponso, Virginis Mariæ Vnigenito præueniente, cœlestibus dotalitijs subarrhatur. Igitur ignorante sponso, Saxonum Duce potentissimo, cum sodalibus suis Flandrensis

v. lib. 1. c. 8. Comitis filiabus, præclaris virginibus, atque cum nobilium matertera discessit. Proficiscitur præterea cum illis virgo illustrissima, nobilis & decorâ filia auunculi eius Iwana nomine, cum decem virginibus, & ista sponsum habuit probissimum, adolescentem ingenuum, de genere Regio progenitum. Denique illustrissimi Comitis filiæ duæ Hymwanensis regionis præclarissimæ virgines Isamia & Herdara illis adiunguntur: quarum prior nobilissimo Ducis cuiusdam erat filio desponsata. Virgo siquidem quædam nobilissima, hui

Iwa

...næ collega & cognata, nomine Sibonia, valde honesta ...magnæ virtutis, ei adhærens proficiscitur cum ea: quæ si...iter plures secum duxerunt virgines de sua ditione existen...es 5 plusquam quingentæ virgines electæ in earum omnium ...ietate Anglicum mare transeuntes ad Vrsulam Christi vir...iem felici nauigio felices sunt profectæ. Despoliatæ sunt ...iones istæ virginibus suis nobilioribus, quas longo post ...pore luctu flebili defleuerunt, si autem scissent parentes ...rum, quia denuo non forent reuersuræ, nequaquam eas ...ssent abire.

5 comitatus supra 500.

Virgo Christi Lucia.] Non voluit Deus so...ritanniam, sed alias etiam transmarinas re...s tanti martyrij societate decorare: Itaque ...j florem virgineum delibauit, quingentas ...o delegit cum primæ nobilitatis & Regiæ ...s præcipuis, quas commoda opportunitate ...ethus inuitauit, exaratis ad Gundefridum ...ulum Flandrensem literis, origine materna ...um, paterna Francum: vt cohortem Par...icam ducibus filiabus suis in Angliam expe...dire, quæ nuptias Vrsulæ filiæ, nouumque ...citum naualem Parthenicum cohonestaret: ...irginum quæque illustrissimæ natalibus & ...tibus eo destinatæ, & ante quadringentos ...os ex hoc ipso conditorio Vrsulano repertæ ...dem centuriæ eadem die in Belgium remis...quasi Britannia & Colonia commodato ac...sset eas vt Martyres, totidem remitteret ...gio Colonia.

De nobilissima fuerunt Francorum prosapia.] ...nte dicebam Germanica: nomina etiam ...ndefridi & multarum virginum fauent: & ...c qui Franci fuerunt, in Germania habita...t: vt sequente seculo docuit S. Hieronymus ...r *Saxones & Alemannos, gens tam lata, quam va...a, apud historicos Germania, nunc verò Francia vo...r.* Idem in chronico Eusebiano ait, *Saxones ...eusone cæsos in regione Francorum.* Hinc etiam ...ana Brabantini Ducis filia desponsa Duci Saxonum dicitur: quia connubia inter se Germani, Belgæq; eiusdem originis contrahebant.

3. *Proxima illi consanguinitate pertinebant.*] Secutus autor est vulgarem & minus Latinam Syntaxin: rectius dixisset, Ad illum pertinebant.

4. *Dux Saxonum illustris.*] Veteres Saxones: quorum hic mentio: tunc: vt Stephanus Byzantius scribit, *Gens erat habitans in Cymbrica Gersoneso*: & quidem *in ceruice vel faucibus eius*, vt Ptolomæus in quarta Europæ tabula, & Marcianus Heracleotes in Periplo magis distinctè explicant: hæc Saxonia *Nortalbingia* ab Adamo Bremensi nominatur: quia ab Albi fluuio Boream versus porrigebatur, eamque tripartito sic dispescit: *Transalbianorum Saxonum tres sunt populi: primi ad Oceanum Dithmarsi, & eorum Ecclesia Mildentorp. Secundi Holsati, dicti à siluis, quas accolunt: eos Sturia flumen interfluit: quorum Ecclesia Scônenfeld. Tertij, qui & nobiliores, Stormarij dicuntur, inter quos metropolis Hamburg caput extollit.* His Saxonibus confines erant eiusdem Chersonesi populi Angli Ducatus Slesvvicensis: ab Albi verò ad Rhenum vsque Franci porrigebantur. v. Vsser. f. 393. Nunc in tabella Belgij insignem Virginum coronam virginitatis lilijs & martyrij rosis variegatã inspiciamus: cui nihil simile multis seculis ante S. Pipini ortum videtur tam Christo & Ecclesiæ gloriosum parturijsse.

NATALES S. LVCIÆ.



...heodora vxor Gundefridus Com. Flãdr. NN N. auunculus Gyanæ N. Dux Brabantiæ N. Com. Hymvanẽsis

...ndolphia, Blasilla S. Lucia, S. Germana Aleidis Residis Prothera Nicolitta Ivvana cum 108 VV. & Sibonia cognata Gyana desponsa Duci Saxonum venit cum 60. V. V. Isamia Herdara

ex his natæ ...ermana, Blasilla, Felicitas

Comitatus 500. VV.

Consanguineæ B. Luciæ ac Germanæ

5. Plus

5. *Plus quam quinquaginta*] Nobilis sanè calathus florum, imò Regia corona gloriæ, quam Belgium sponso Christo texuit, de qua Isaias cap. 62. v. 4. *Et tu corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui, non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur vltra desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur: habitabit enim iuuenis cum virgine,* (in eo casto comitatu) *& habitabunt in te filij tui, & gaudebit sponsus super sponsam* (Martyrem eam imitando) *& gaudebit super te Deus tuus.* Hinc postea è Britannia examina sanctorum virginum in Belgium contenderunt, sedibus ibi datis, & eam ab idololatria liberarunt: quæ prius splendidum Virginum chorum Britannis submiserat: Colonia verò circa Ann. 1260. Margaritæ Comiti Hannoniæ Flandriæque vigenta de Sodalitate S. Vrsulæ corpora transmisit, toto iam Belgio distributa: huius Hanoniæ ditionem vocat autor Hymvvanen, quasi Haynavvensem ab Hayna flumine, quod iuxta Montes vrbem fluit: ex ijs locis & Herdara cum sodalibus prodierunt.

CAPVT XXVI.

Quod S. Dorothea, & soror eius Lucia, filiæ Regis Normannorum ad Vrsulam mittuntur.

Parentes

1 Dorothea virgo & virtute animi nobilis & generis prærogatiua fuit insignis, hæc erat illustrissimi Regis Dorothei filia & Luciæ nobilis Reginæ, qui regno Normannorum principabantur. Regina siquidem ista Comitis erat Flandrensis consobrina, beatarum Virginum Luciæ & Germanæ illustrissimarum ex parte patris. Denique iam dicta filia Regis Dorothea sororem habuit nomine Luciam, virginem similiter omni morum virtute præclaram. Porrò filius Regis cuidam iuuenis honestissimus, Dorotheæ virginis exstitit sponsus: nam vno ante anno priusquam sacra foret Virginum sanctarum expeditio, nobili more regalibus illam dotalitijs suis arrhando desponsarat. Erat virgo hæc eadem ex nobilissima

2 2 Francorum, Anglorum, Flammensium & Normannorum Principum oriunda progenie: Elegantissima quippe fuit pulchritudine, ita vt vix illi aliqua virginum aut feminarum specie comparari & elegantia posset: præterea & virtute animi, morumque honestate & suauitate ita erat composita, vt nihil ei videretur in vlla deesse gratia virginali. Quocirca sponsus ipsius, Regis filius, multis vrgebatur amoris stimulis, vehemensque sui pectoris eam ignis inflammans, accelerare nuptias persuasit: sed cœlesti consilio & diuinæ dispositioni quis

3 obuiare potest? 3 Dei siquidem actum est prouidentiâ, vt aliis interuenientibus causis & negotijs, dulcium nuptiarum negotia impedirentur optata. Soror equidem ipsius virgo Lucia, nob

Dorotheæ pulchritudo corporis & animi

Soror illius Lucia.

lilis, elegans, honesta & decora, elegantissimum sponsum
que habuit iuuenem & decorum, omniqúe honestate præ-
m & refulgentem, de Regali ortum prosapia, nomine Si-
um, illustrissimum Ducis cuiusdam filium. Cumq; tem-
instaret per vniuersas regiones, regna & prouincias in An-
virginum coadunandarum, excitæ sunt nihilominus
itæ, & euocatæ à suis cognatis virginibus, Vrsula, Pinnosa
Sapientia, quarum patres consanguinei fuerunt Regis Do-
theæ patris & Luciæ. Pater itaque virginum earundem
Regem contristare nolens & Reginam parentes Vrsulæ,
legit virgines ex regni sui ditione nobilissimas, honestas & de-
nas, suis associans eas filiabus. Porrò Rex hic idem solum
habebat filium puerum, & filiam matronam prædictarum so-
rum filiarum, viro nobilissimo & Duci optimo copulatam,
quæ duas cum eis direxit filias virgines, Elmoidam & Spretia-
nam. Habebat sanè tres fratres & duas sorores, quorum tres
ilis misit primus, Hermolaam, Erdelaam & Eudoniam.
undus duas, Eustochiam & Amœnam. Tertius duas simi-
ter, Evioram & Virgiliam, harum quædam nobilissimis fue-
runt viris desponsatæ valde illustribus sponsis. Porrò sororum
prima duas direxit filias, Eustochiam & Virgineam. Altera ve-
rò sororum solam misit filiam Alquinam. Sponsus namque
virginis Luciæ sororis S. Dorotheæ, tres illi adduxit sorores,
tres virgines Armingeram & Ermoniam. Tertia quippe il-
lustris exstitit matrona, nobilissimo viro nobiliter copulata,
quæ Adela dicebatur, quæ solam duxit filiam Eimoniam vir-
ginem probissimam & sagacem, illustrissimo iuueni desponsa-
tam. Centum siquidem atque decem & nouem in harum
comitatu virgines fuerunt electæ, nobilesque valde & decoræ,
quatuor matronæ virginum earundem custodes & ductri-
ces, apparatu sanè Regio & nobili pompa exstiterunt adorna-
tæ atque ingenti gaudio ad virginem Vrsulam proficiscentes,
ibi ea & à ceteris virginibus secum degentibus honorificè ex-
cipiebantur. Filius itaque Regis Dorotheæ virginis sponsus,
super sponsæ suæ absentia plurimum languens, ferè vsque
ad mortem nimio sauciatus dolore deficit. Sicharus autem
Luciæ sororis ipsius illustris sponsus, assumtis secum virgi-

Euocãtur à S. Vrsula Pinnosa & Sapientia.

ducunt secũ duas sororis filias

patruorũ & Amitarũ ;

comitatus 119. virg.

Custodes virginum.

nibus multis & nobilibus ſponſam ſuam inſequitur, illius amore attractus. Arbitrabatur nimirum ipſam ſororem atque ipſius Dorotheam ac ceteras virgines cum illis proficiſcentes peractis nuptijs reducere: ſed ſecus accidit, 4 illaqueatus eſt profectò & ipſe aliorum iuuenum, quos ibi reperit, perſuaſione, captus Virginumq; & Reginarum exemplo irretitus, patriam, terras, parentes, delicias & diuitias relinquens, ſponſæque ſuæ adhærens, ſuisque ſodalibus peregrè proficiſci ut, corpus & animam pro Chriſto vniuerſorum Rege traditurus.

1. *Dorothea Virgo.*] Hanc cohortem Norvvegiæ regnum & vltimi Germaniæ populi confeciſſe videntur, ad quos Comites Normanniæ, qui in Gallijs ſedes habent, originem primam referunt. Occaſio fuit ſanguinis coniunctio, qua S. Vrſulam & Flandrenſes etiam illas Duces Luciam ac Germanam ſorores attingebant, vt noluerint deeſſe tantæ cognatarum virginum celebritati. Seriem nunc Regiæ familiæ Normannorum deſpoliatæ contemplemur.

S. DOROTHEÆ GENVS.

Soror N. Mater Pater

Gundefridus Comes Flandr. — Lucia Regina — Dorotheus Rex Normannorũ — Frater 1. 2. 3. Filia 1. 2.

N. Dux — Lucia deſponſa Sicharo — Dorothea deſponſa filio Regis — N. nupta Duci — Eudomia Hermolaa. — Erdelaa — Euſtochia Amœna — Eviora Virgilia — Virgin. Euſtoc.

Elmoida, Spretiana.

Adela nupta Eimonia, Armingera

Eimonia

2. *Francorum, Anglorum, Flammenſium & Normannorum.*] Regiones hæ maritimę certis in locis, commercijs crebris, & coniugijs ſociabantur: nam Francos quidam iuxta Friſios etiam collocant, vel ijs confines volunt, & Sicambris vt Haacus Pontanus putat, ex oppoſita Rheni parte qua Coloniam alluit, conſediſſe ad mare ferè vſque porrectos, Flammenſium nomine Belgas intelligit.

3. *Dei ſiquidem actum eſt prouidentia.*] Multiplex ea fuit in colligendo exercitu, conſeruando, educendo è patria, penè continua; quæ cuncta facillimis medijs ad finem deſideratum deduxit, ſuauiter omnia dirigendo, ne qua virginum electarum ab ea ſocietate ſeiungeretur, quam ſemper Deus in amicis præſtat, vt id ſit Beatis in cœlis futurum æterno gaudio: quod ſeriem prædeſtinationis ſuæ contemplando ſint infinitam illam bonitatem & ſapientiam continuò laudaturi: quia tam aptis, iucundis & efficacibus medijs remotis, innumeris, quæ obſtabant, impedimentis, ad finem tam optatum feliciter ipſos prouexerit. Huic ergo Patri amantiſſimo, qui capillos capitis nostri omnes numerauit, tempora & momenta committamus, eius prouidentiæ penitus confidentes: non deferet, quos viderit paternæ gubernationi prorſus ſe regendos commiſiſſe.

4. *Illaqueatus eſt profectò & ipſe.*] Dicere poterat Sicharus: *Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum, fortior me fuiſti, & inualuiſti:* illaqueatio gratiæ efficacis, qua ſicut ex Paulum, ex perſecutore prædicatorem fecit Eccleſiæ, ſic & hunc, qui reducere in patriam virgines parabat, amoris caſti vinculis cepit, & lecta patria martyrium gloriosè fecerit. Cum miris & varijs Deus modis ſuos excitat, vocat, ſanctè decipit, fortiter ſibi obligat, vt demum æternum coronet in cœlis? feliçes, qui ita diuinis, pia virorum feruentium aſtutijs laqueantur, vt funiculis vitæ melioris iam delecti, nil niſi Deum ſapiant, cogitent, loquantur hinc gloriatio S. Pauli: *Cum eſſem aſtutus, vos cepi.*

C

CAPVT XXVII.

Quod S. Nestoria & soror B. Eleutheriæ virginis cum sponso suo sequitur Vrsulam.

Beata virgo Nestoria illustrissima, & genere nobilissima, 1
ir uteq; morum & suauitate exstitit insignis. Pater itaque Eusebij filiæ tres.
inis huius Eusebius, Dux inclytus, fortisq; robore & po-
nia. Mater quippe illius Ægidia vocabatur, & erat filia ma-
Regis VValliorum Hunerici, prædiuitis & potentis: soror
quidem fuit iam dicta virgo Nestoria, B. Eleutheriæ virginis
bsippæ, ex parte patris, quæ filiæ fuerunt amitæ virginis
ulæ: erat verò B. Nestoria ætate sororibus iunior, sed ani-
virtute nequaquam inferior. Sancta denique Eleutheria
lutrissima virgo, soror ipsius super omnem virginum exerci-
um post B. Vrsulam principatum habebat: de primis quarta
xitens. Porrò tres istæ sorores præclarissimis viris despon-
atæ fuerunt. Sponsus namque Nestoriæ illustris erat & in-
lytus, Regis cuiusdam filius, adolescens pulcherrimus, ma-
gn morum virtute pollens, nomine Simeon. Hæc eadem
atè virgo Nestoria in comitatu sororum suarum non fuit:
nam magno virginum agmine stipata nobilium, postea ad Vr-
sulam tendens illas insequitur. Beata siquidem Iotha, prima
principalibus vndecim Virginibus, ac soror ipsius S. Ge-
niiana consanguinitate illi proxima sunt coniunctæ. Vnde Iotha man-
dat hanc
adem Regia virgo Iotha optimi Regis filia, primò Fratrem scriptionē
ius historiæ notarium exhortando monebat, quatenus
rædictæ virginis Nestoriæ seriem describeret: 2 Aderat 2
i nihilominus Angelorum vnus, qui earundem virginum Angelus
ductor
extiterat ductor, monens, vt ea notaret, & dicens: quia ce- probat.
tera, quæ de ipsis scripsisti virginibus, vera sunt. Habebat
hæc sanè Virgo in comitatu suo inclytas virgines & nobilis- comitatus
145. virg.
simas 145. Sequebatur præterea illam adolescens Simeon
sponsus illius, atque frater eius adolescens probissimus & bo-
ni indolis nomine Alphæus. Virginum itaque illam sequen-
tium quædam consobrinæ ipsius fuerunt, auunculorum filiæ,
& materterarum, plures etiam cognatæ & sodales carissimæ:

inter quas B. Pinnosa virgo quædam, & Nestoria, atque Virginea, atque Illustris, Sapora, Sephronia, & Balbina exstiterunt illustres, maiorisque opinionis. Tres etiam iuuenes præclarissimi B. Virgineæ & Illustris atque B. Saporæ sponsi postmodum subsecuti ad beatam proficiscentes Vrsulam cum illis pergebant pro Christo exulantes, cum quibus modo S. Balbinæ pergens filiæ adhærebat.

1. *Beata virgo Nestoria.*] Caput hoc debetur S. Iothæ chiliarcharum primæ, quæ noluit consanguineam suam Nestoriam manere illaudatam: Accedit hoc capite attestatio Angelorum exercitus Marlani, qui confirmat veritatem totius libri.

SERIES EIVS GENEALOGICA talis est.



2. *Aderat & ei nihilominus & Angelorum vnus, qui earundem Virginum exstiterat ductor,*] De his ductoribus ita lib. 1. c. 15. loquitur: *Angelorum etiam quidam ipsarum ductores, quemadmodum Domina nostra nuper ait eas semper precedentes honestorum sibi species virorum assumserunt, accedentesq; ad maiores ciuitates, & primos, quo nocte fuerunt venturæ, super illarum illo aduentu predixerunt.* Videas hinc Cœlitum curam, vt hæc accuratè perscriberentur, quando præter Deiparam, cuius consilio factum est, præter sanctas Virgines ipsi Angelici comites & ductores, Censores & approbatores esse libri voluerunt. Porrò familia Angelorum cum B. Hermanno, patet ex cap. 22. Hactenus varijs capitibus Virginum à parentibus S. Vrsulæ & eius nomine collectæ sunt enumeratæ: duobus extremis de sponsa chiliade cum centurijs duabus Virginum missis claudit librum.

CAPVT XXVIII.

Quod S. Axpara, nobilis Regina & Duciſſa, cum quatuor filiabus & ſororibus duabus ac multo comitatu Virginum profecta eſt cum Virginibus.

1 Axpara cõsobrina Ætherij.

1 Axpara consobrina Regis Holofernis Vrsulæ sponsi, fuit filia sanè materteræ illius, gloriosissimi Regis Authmari, & Luciæ multum nobilis Reginæ exstitit filia. Hæc autem Axpara commendabilis Regina & Duciſſa, de commendabili prosapia fuit oriunda, & præ morum suorum virtute, atque eximia qua pollebat honestate, cunctis cara exstitit & accep-

S

tm ſiquidem fratres habuit & duas ſorores. Porrò Regem
um habebat nobilem valde & illuſtrem, & quinque ex eo
it filias & tres filios. Filiarum namque illius tres fuerunt
nes, Rubetha, Lucia & 2 Godeluiach. Prima verò Ru- 2
th cuidam erat Duci deſponſata. Lucia ſanè Regem legi-
im ſponſum habebat & coronatum, iuuenem illuſtrem.
a paruula infra annos fuit. Cumque Virgines dato de- Delectum virginum habuit.
vbique nobiles adunandæ colligerentur in regno patris
æ ſponſi, regnisq; finitimis, Axpara Regina & Duciſſa
olligens, elegit & probauit mittendas & refutandas.
iquidem hæc eadem matrona in mariti ſui regno Regi-
atque illic vnde fuit oriunda illuſtris Duciſſa. Denique
tas optimè per eam gubernabatur: virilis itaque fuit ani-
magnæque intelligentiæ & ingentis ſapientiæ, atque ho-
tis, & ſummæ moderantiæ: conſtans enim erat animo, adduxit 4. filias & 4. neptes.
in omnibus prudentiſſima, quæ duas direxit filias, Rube-
& Luciam, contradicentibus illarum ſponſis: filiæ verò
duæ reliquæ matronæ fuerunt honeſtiſſimæ viris copu-
præclariſſimis atque Principibus magnis, quarum no-
ſunt hæc: Iuliana & Iulitta. Quæuis namque illarum
direxit filias virgines: Iuliana miſit Genouefam & Pru-
iam: Iulitta miſit Chelindrem & Cleopatram. Harum
Chelindris multa morum virtute vigebat, ſponſum ha-
illuſtrem Regis cuiuſdam filium. Filiorum ſanè illius 3. filij filias
nus tres miſit filias virgines, Euphrodiam, Thelindrem
Apollam. Euphrodia ſiquidem virgo exſtitit ſpecioſiſſima,
rulens & honeſta, omnique morum probitate decorata.
æ ſponſum habebat nobiliſſimum, atque in omni refulgen-
honeſtate, Folquinum nomine, Folquini magni Regis fi- Sponſum vnius Regis filium Folquinũ.
um. Quem illa pulchritudinis ſuæ zelo, ſpecieique laqueo,
cumque ipſius ſuauitate cepit, illaqueauit, & conuertit
ecum ducens glorioſum Martyrem fecit. Duo namque fi-
ioum illius reliqui, liberis carebant. Quorum vnus adole-
ſcens & alter puer. Supradictæ ſiquidem illius filiæ nobiles
matronæ, Iuliana & Iulitta cum matre proficiſcuntur. Fra- Fratrum 8. filias.
tres denique ipſius Axparæ Reginæ & Duciſſæ filias direxerunt
eo virgines & duas matronas nobiles ad cuſtodiam Virgi-

num. Primus itaque illorum Rex, qui pro patre fuit regnaturus, duas misit filias, Luciam & Axparam, decentissimas virgines, atque multum honestas, quæ ambæ præclarissimis extiterunt sponsis dote magna subarrhatæ, inter easdem cito virgines: beata siquidem Rubetha & S. Anacleta multa vigerunt animi honestate & virtute. Sorores sanè eiusdem Axparæ Reginæ, Athlea & Liburgis, cum quinque filiabus abierunt sequentes Christum, Matremque ipsius, cœlorum Reginam, per sororem Axparam Ducissam & Reginam: quarum prior Athlea duas duxit filias Euchoniam & Protheam: altera Liburgis tres, Annibalem, Luciam & Chimæram.

Sorores 2. cũ 5. filiab.

1. *Axpara consobrina Regis Holofernis.*] Amor qui inter sponsum Vrsulæ Ætherium seu Holofernem & Axparam intercessit, sed pius, explicatus ænigmatica figura fuit: de qua alias: & à S. Elisabetha his verbis describitur: *Axpara est nomen cuiusdam Ducissæ, quæ in vicino reperta est: fuit autem filia matertera AEtherij, magnaq; dilectionis vinculo ei adstricta: quod significare volens tuli scriptor, cum ita admiscuit nomen eius nomini Regio.* Hæc omnia, & tota reuelatio B. Elisabethæ, vt passim alibi, sic hic etiam confirmatur.

2. *Godeluiach.*] Barbara vox est, & forte legendum, Godeliua.

AXPARÆ REGINÆ GENVS.

N. nupta — Lucia Regina — Authmarus Rex

Ætherius sponsus S. Vrsulæ — Filia 1. Liburgis nupta — 2. Athlea nupta — 3. Axpara Ducissa nupta Regi — Fil. 1. Rex — 2. — 3. 4. 5. 6. ex his 6. virg. &c.

Annibal, Lucia, Chimæra — Euchonia, Prothea — Lucia, Axpara — Rubetha, Anac

filij 1. 2. 3. ex vx. — filiæ 1. Rubetha, 2. Lucia, 3. Godeluiach, Virg. Martyres. — 4. Iuliana, 5. Iulit

Euphrodia, Thelindris, Apolla cum sponso Folquino Folquini R. filio. — Genouefa, Chelin Prudentia, Cleopa

Hæc Axpara tam dilecta Ætherio sponso, solicita, vt honori eius quam optimè consuleretur, delectui in colligendis Virginibus præfuit, & selegit ex omnibus nobilissimas genere, virtutibus, moribus, Deo suauiter cuncta moderante tali præside & custode: quidquam leuiter inter puellas (quarum nonnullæ Gentiles adhuc erant) permitteretur.

CAPVT XXIX.

Quod S. Anchira Ducissa illustris cum quatuor filiabus & S. Lucentia virgo nobilis cum matre Comitissa Axparâ sequebatur.

cõsobrina est Axparę

Habuit secundo in suo comitatu Axpara Regina consobrinam moribus & genere nobilissimam, multaque animi virtute pollentem, [1] Anchiram nomine, Ducissam honorabilem mul-

umque insignem, prudentia & directione præcipua vi-
nem. Hæc quatuor filias secum ducens proficiscitur cum ducit 4. fi-
cis Virginibus, tres siquidem illarum virgines erant, & vna lias.
atrona: Quarum hæc sunt nomina: Prima dicta Prochdea,
cunda Hiacyntha, tertia Sophia: quarta matrona Penechia:
hæc duas secum duxit filias Feneam & Prodiehamvirgines
orestas. Porrò de sua stirpe & prosapia istæ duæ illustres ma-
tronæ Axpara Regina & Anchira illius cognata, honorabilis
u issa, multas duxerunt nobiles virgines regales, elegantes,
rgenere quam moribus honestas, illustres & præclaras,
aque conspicuas. In suo itaque comitatu virgines habe- comitatus
an ad Vrsulam proficiscentes mille ducentas & triginta duas: 1232.
ni ersæ quippe virgines, quæ ex parte Regis & Reginæ, Ho-
enis Vrsulæ sponsi parentum mittebantur: per has duas
atronas Axparam Reginam, & Anchiram Ducissam sunt e- Axpara &
cte & probatæ nuptijs regalibus dignæ. Erat prætere in il- Anchira se
ligunt vir-
trum societate B. Lucentia virgo illustrissima, nobilissimi gines.
onitis Placidi filia, cuius mater Eleutheria dicebatur, & e- Lucentia
cognata
at le prosapia regali, cognata Regis patris Vrsulæ sponsi, cum matre
venit,
& cognata sæpe dictæ Axparæ Reginæ & S. Anchiræ illu- sorore &
fratrum
ri Ducissæ. Denique & S. Lucia filia regis præclarissimi, 7. filiabus.
l. Natalia, regis etiam cuiusdam filia, illius exstiterunt
gnatæ. Hæc eadem Lucentia matrem propriam conuer-
it, amq; secum duxit, ac Martyrem fecit ex ea prectosam.
abebat sanè sponsum illustrem valde & nobilem, nomine
Zahariam, qui post discessum illius multo dolore languens
merebat. Fratres itaque quatuor habuit & quinque sorores,
rum vnam secum duxit, Euparam nomine, virginem for-
osam & bonæ indolis iuuenculam. Fratrum sanè illius vxo-
attres, septem cum ea filias direxeruut virgines: Quarum
n Lucentia vocata honorabilis erat virgo, atque in cunctis
nestissima, omniqueuirtutum decore ornata, magnæque
pinionis existens iuuencula, & hæc præclarissimo fuit de-
sponsata iuueni nobilissimo. Erat etiam cum ista soror eius 3. sororum
filiabus.
Prxedes virgo iuuencula. Porrò sorores supradictæ Lucen-
tia, Placidi Comitis filiæ, tres matronæ fuerunt, præclaris co-
puatæ viris: quarum quæuis cum illa virgine direxit filiam

Euchariam, Eusthodiam & Mellifrodicam. Denique & Praxedes virgo illustrissima, quędam illius cognata secum proiecta est, matrem relinquens nobilissimam, & sponsum reuigiens honestissimum iuuenem & decorum, Christi efficitur sponsa. Matertera præterea illius videlicet & Lucentię virginis, matrona nobilis & pręclara, soror matris eius cum duabus filiabus, Pinnosa & Hirmegarde, cum eis proficiscitur: quę dolo maritum decipiens nobilissimum, duosque filios eius non reuersura discedit: cuius maritus super coniugis absentia nimium dolens languebat: Erat enim mulier prudentissima, magnę virtutis & consilij matrona: Binomia sanè fuit, quia Eusebia dicebatur & Pręclara. Siquidem hęc eadem Eusebia & soror eius Eleutheria Comitissa mater Lucentię virginis consobrinę exstiterunt pręfatę Axparę Reginę & Ducissę illius materterę filię.

cũ matertera eiusq; a. fil.

1. *Anchiram nomine Ducissam.*] Comes erat hæc indiuidua Reginæ Axparæ in colligendis ex omnibus Ætherij ditionibus virginibus: quomodo ergo non plures quam 1232. adduxerunt? Nunquid ex ijsdem regionibus Lotharius c.6. 1730. S. Vrsulæ virgines repræsentauit, & c.8. Nunquid alius Episcopus Ætherij nomine 1640. cum adduxisset, in patriam remeauit? Crediderim & priores 3370. virgines à matronis illis collectas diuerso tempore ductoribus alijs præmissas esse: postea subsecutam vtramq; adductis præcipuo regni & Ducatus propri[illegible]re; cum quibusdam tamen etiam Ætherij a[illegible]tis: sanè cum longo satis viarum spatio reg[illegible] sponsi sponsæque diuideretur, per chiliad[illegible] triplicem ordinem sponsus cum militari e[illegible] apparatu eas sponsæ transmisit. In alijs del[illegible]bus Vrsulanarum ditionum, paruo comi[illegible] cum parum locis distarent, & singuli ferè D[illegible] & Reges seorsim accessere. Capita Virgi[illegible] quas Anchira duxit, sunt hæc præcipua.

ANCHIRÆ ET LVCENTIÆ Natales.



Com

Comitatus fuit 1232. His addi possunt 3370. ex c.6.& c.7. Consurget nu- spōs' misit
Virginum, quas Ætherius sponsus misit, 4602. Reliquæ verò Virgines a- 4602 virg.
capitibus recensitæ, inuitatu S. Vrsulæ parentum & agnatorum vel agnata-
identur præcipuè accessisse. Ex parte igitur S. Vrsulæ hoc in libro circiter S. Vrsula
numerantur Virgines conueniſſe, ita vt numerus Virginum hoc libro descri- 5214
otus sit circiter 9816. desiderantur ergo 1184. vnde has petemus, vt vnde- Sūma virg.
hiliades conficiantur? Quod si dotalibus ex pactis medium vterqué sponso- hic recēsi-
umerum colligere exercitus Parthenici debuit (quod vetus insinuat historia) tarū 9816
ant à sponso Virgines 898. à S. Vrsula 286. supplementi loco conscribendæ.
on tantum eum completum perfectè numerum existimo, sed & supernume-
quamplurimas exstitisse; puellas, inquam, teneriores, quæ non venerint qui-
Virginum summam: nam certum est quasdam missas à sponso sorores i-
hic prætermissas: de quarum ad S. Vrsulam accessu sic lib. 1. cap. 6. dicitur:
ue Rex iunior filius Regis B. Vrsulæ sponsus duas illic sorores habebat, vnam infra an- Ex parte
ellares & alteram nubilem, quæ Comiti cuidam nobili desponsata est, & iuueni: sponsi plu-
um S. Vrsula & ceteris Virginibus Christum habere sponsum recusauit, Comitem res venere
reponens ad matrem rediit. Subiungit ipse sponsus, quibus postea fuerit confli- hic non e-
at miserijs. Crediderim igitur & alio in comitatu hic prætermisso cum alijs cen- numeratæ.
aliquot lectissimarum Virginum eum sororem suam destinasse. Ad hunc S. E-
erij comitatus numerum accessu Macharij Principis & Eustachij Comitis
sponso Sapientiæ Selantio Regiæ stirpis adolescente siluit B. Hermannus,
tamen copiosum fuisse oportuit, similiter Regum & Reginarum plurima-
hic nullam facit mentionem, quos libro primo recensuit, & tamen necesse fuit
magno Virginum stipatu, qui potissimum hic quærebatur, aduenisse. Enu-
meabo hic, quæ libro primo narrat. Cap. 7. Reginas has accenset exercitui:
Regina, inquit, *Norvvendorum Hodierna cum filia Hodierna adfuit. Regina præterea* Reginæ
Suauorum Benedicta cum duabus filiabus virginibus, Hiacyntha & Sophia similiter aderant, quarū hic
Regina etiam Lucretia iam ante pagana ab Angelo Christi admonita cum duabus Reginis, nulla fit
a eius decenni virgine sanctissima cum eis proficiscitur. Regina siquidem Clara nomine, mentio.
ioſa valde & eleemosynaria maxima, cum duabus filiabus virginibus, Sapientia & Ca-
e, sequitur illas: Rex sanè Bonifacius iam ante Paganus cum filia Bonifacia religiosis- Reges.
sima virgine aderat. Rex etiam Laurentius iam ante Paganus, atque Christianorum inimi-
cus sæuus Tyrannus, postea nutu Dei correptus, mirabiliterq; conuersus ex Lupo Agnus
etitur, qui sponsam suam sequitur Resindem virginem beatissimam Regis Corthaniæ filiam
de Hibernia: Denique & ipsam Reginam Resindem sponsæ suæ matrem cum duabus Reginis 3. Reginæ
Euora & Magnorach secum ducebat: quarum vna soror ipsius erat. S. Polodoxia cum so- dliæ.
ror Iulia Polycarpi Regis filia, virgines illustrissimæ cum nobili virginum aderant comita- polodoxia
tu. Filia nihilominus adfuit magni Regis & Ducis inclyti Nicomedis Eustemia, virgo pru- Regina,
dentissima & deuota valde, cum sororibus Eudonia & Eugenia: Filia etiam Ducis Friso-
num Elisabeth cognata Reginæ Danorum, & soror ipsius similiter pergunt cum illis. Adfuit
præterea Hardericus Comes illustrissimus, auunculus Reginæ virginis Vrsulæ matris, cum
ore Vrsula, habebant secum tres filias, Iulianam & Ebbinam virgines præclaras, atque
Aduigem Ducissam Cordulæ virginis matrem. Vrsulam hanc è Dania prodijsse, ita
ca. 4. asserit: *Hardericus verò Comes vir multæ probitatis, cuius vxor Vrsula dicebatur,*
erat de Dania nobilissimi cuiusdam Principis filia, de Regali prosapia, qui proprio nomine
Eho dictus est. Duas itaque filias virgines illustrissimas in hoc cœtu sacro habebant, Iu-
lian & Ebbinam. Alius adhuc Daniæ Rex præsens capite 7. his verbis memoratur: Refridus
Vndecimus Regum erat inclytus Rex Danorum Refridus, qui per vxorem Oliuam adhuc val- Rex Dano
diuuenculam conuersus, illam sequitur, iungens se sanctarum Virginum cœtui. Hæc ea- rū cum Oli
dm Oliua filia Ducis de Saxonia, viri nobilissimi, quasi apis studiosissima circuit, ua vxore.
quærens, quos ad Dominum conuertat. His in familijs mentio Suauorum (qui
Germani erant) Norvvendorum, Frisonum, Saxonum, Danorum, & illius Oliuæ
m solicitæ, vt è Dania Saxoniaque Virgines colligat, memorem me facit tituli,
quem in Harberni catalogo legi hoc exemplo: *S. Pigmenius Martyr & Rex de An-*

glia

Angli Germaniæ populi. *Vsser de Brit Eccl. primor c. 12. f. 391. Ptolemæus.*

glia, ex cuius terra venerunt duo millia, & Regina Alpisint (alias Alepsindis) *& ja Eria.* Non loquitur de Anglia Britanniæ, sed Germaniæ, ferè confini Dania S xoniæ veteri, è qua cum Iutis & Saxonibus ij prodierunt, qui à se debellata A gliam nominarunt, quam Vsserius ponit ex Ethelvverdo & Malmesburien in veteres Saxones & Gothos in Slesvvicensi Ducatu & Episcopatu. Sueuiæ a solet hæc accensèri Anglia, de cuius situ sic loquitur Ptolemæus: *Populorum sus mediterranea colentium maximi sunt isti: Sueui Angli, orientaliores, quam Lon verguntq; versus Septentriones vsque ad medium Albis: dein Sueui Sennones, qui t bim incolunt, ab dicta amnis parte versus Orientem ad Sueuum vsque flumen.* Et

Tac. l. de mo rib. Germ. consentit: *Adijcit auctoritatem fortuna Semnonum, contra Longobardos paucitas tat, Rendigni deinde & Auiones & Angli & Varini à fluminibus aut siluis mun* Exstat hodieq; in Cimbria Chersoneso inter Flensburg & Scleswyck nom glen: à Beda locus *Angulus* dicitur. Vide etiam Cluuerium lib. 3. Ger. c

Suspicor igitur, si titulus ille verus est (nam Harberni catalogo ob co tos alios etiam Sanctos non nisi magno cum delectu assentior) ab Vrsula il nica, quæ S. Vrsulæ nomen dedit, ex Dania, Norvvegia, Sueuia, Saxonia vi inuitatas, vel saltem ab Oliua Saxonica, Frisones, Anglos, Sueuosq; ad eu

2000 virg. videtur ex Germania collecta. exercitum euocatas, ita vt omnes illæ Germanicæ nationes vniuersè duo ad exercitum Parthenicum miserint, quorum titulus mentionem facit, licet ctè harum B. Hermannus non meminerit, sed tantùm hoc secundo libro c pserit comitatum Dorotheæ 119. virginum ex Norvvegia. Non enim dum al cet, negat eas adfuisse: cùm disertè varijs in locis profiteatur, multo plures ad & quæ prætermissa sunt à *S.* Elisabetha, suppleturum se tantùm, lib. 1. cap. Ita numerus ille collectus è transmarinis oris & Germaniæ populis, abunde cit, vt totæ chiliades vndecim Virginum demtis etiam paruulis & puellis pleantur.

Quis credat tot Reges, Reginas & principes feminas venisse sine virg comitatu, quæ solæ desiderabantur, & vi pactorum dotalium congregaba præsertim cùm recensitæ nationes solitæ fuerint virgines bellicis exercitatio occupare?

Accessit subinde Gerasina Regina Siciliæ Dariæ sororis inuitatu, & *S.* C ra Orcadum Regis filia literis *S.* Vrsulæ euocata, vtique cum delectu aliquc ginum.

alia noua supplementa. Denique Reges quidam & Duces, Pipinus, Adulphus, Siranus, & Leo alijque vltimo suo ad virgines aduentu cum stipatu virginum venisse dicu quot fuerint, incompertum: vt è tot supplementis, facilè chiliades non int compleri potuerint: ita factum est, vt triennio nondum euoluto, militia Parth ca quam optimè membris suis omnibus constituta, & egregiè ad fidem orth xam, moresque Virginibus & Martyribus dignos informata fuerit ante, qua ventorum abrepta aduerso Rheno classe vecta nauigaret.

Quã varia hæc societas Vrsulana. Hic est delectus admirabilis collectarum virginum, quem diuina magis, q humana sapientia cuncta moderante ad finem nobilissimum, non è Britannia sed etiam Belgio, Germania, Siciliaq; habuit Vrsula: specie quidem nuptiar re autem vera: vt ex orbis totius lectissimis Episcopis, quasi ad Occumeni Concilium conuocatis; ex Regibus & viris Principibus, omnis statûs, sexûs, & ditionis hominibus exercitui Parthenico vndecim millium Virginum aggreg ac magno ornamento, præsidio & adiumento toto peregrinationis tempore ei stentibus, vna coalesceret societas Martyrio laureanda, quæ Christi hono non multo post initia nascentis Ecclesiæ, sic auctura erat, vt nulla legatur poste ribus seculis pari gloria cum tam inusitatis prodigijs in ea personarum nobilit

Quãta gloria & excellentia eius teneritudine, varietate, vna die voluntario martyrio triumphasse: quorum vt M tyrum toto iam orbe distributorum cultus auctior esset, sigillatim Deus voluit rijs diuinis oraculis & nomina pandere, & præcipuorum virtutes, genus, occa nem accessus & fortitudinẽ in oppetenda morte declarare, quo teneriùs aman

rdentiùs inuocarentur, & virtutes earum heroicæ moribus exprimerentur; qui ita ſempiterna vigeret tanti triumphi de carne, mundo & dæmone acti me- ri.

Reuelatio nũ harum probabilitas

Nec metuo, ne Lector cruditus fidem ſit hiſce narrationibus abrogaturus, ſi ntim diligenter expenderit animo, quæ ſuis in locis ſunt de origine earum, de ibus, ſubortis difficultatibus, & nodis incidentibus, de conſenſu omnium ccleſiaſtica profanaque hiſtoria, cum traditionibus plurimorum locorum, veſtigijs clariſſimis adhuc exſtantibus, de ſimilibus nominibus è ſepulcris, e eas reuelationes & centum ducentisque annis poſt repertis, fusè recenſita. um pleraque cùm hactenus non adſpexerint vnquam lucem, nec ſuccenſere nus ijs, qui ante hæc tempora fidem reuelationum Vrſulanarum eleuarint: einceps officere poterit nobis magnorum virorum auctoritas, & aduerſarijs ſdam contumacioribus patrocinari, cùm his ſubſidijs caruerint: præſertim oto decurſu hiſtoriæ huius in capitibus prȩcipuis, non his niti voluerim meam tiam reuelationibus, ſed eam hiſtoricis ſolidatam fundamentis, adeoque fixam & ſtabilem, quaſi emblematis quibuſdam adiectorum & circumſtan- n particularium ex reuelationibus vermiculare: quæ licet omnia detraxeris libris, habebit tamen ſuam hiſtoria Vrſulana firmitatem, vt vel hæreticorum io maior ſit huic hiſtoricæ narrationi fides, quam Galfredianæ, Velſerianæ teri cuiuis aduerſariæ tribuenda.

Cauſa cur ante hæc tẽpora fuerit tantum diſſidium in hiſtoria Vrſulana.

OMINA VIRGINVM VRSVLANARVM, MARTYRVM, ALIORVMQVE SANCTORVM, QVÆ euelatione S. Eliſabethæ, & B. Hermanni continentur: præſertim in libro eius ſecundo: nam cum è libro primo citantur, duo ſunt appoſiti numeri pri: mus librum, alter caput deſignat.: cùm è ſecundo ſola capita numerantur.

Damans f. Principis	25	Aleidis V.f. Macharij Principis	5
Adela f. D. cum f. Eimonia	26	Aleidis V. conſanguinea Luciæ Flandrenſis	25
dena V. f. Ducis auunculi Nataliæ	23	Aleidis V. conſanguinea ſponſi Luciæ Flandr.	ibi.
mara V.f. Gilonis, fr. Dariæ	3	Alexander filius Regis ſororis	12
Adinus decennis f. Geraſinæ	Eliſ.15	Alexander Dux cum vx. Eugenia & 5. fil.	16
Adolphus Rex cum vxore Dionyſia	13	Alexandria V.f. Euortiæ	6
Advigis V.f. Principis	25	Alexandria V. neptis Clodouei ex fr.	11
Advigis Duciſſa mater S. Cordulæ	1.8	Alexandria V.f. cognatæ R. Canuti	12
Advigis vxor Hervvici D. cum 3. fil.	1.4	Alexandria vxor D. Pipini cum 3. fil.	3
Æglius Rex cum vxore Helena & 2. fil.	1.4	Alphæus fil. Regis, frater Simeonis	27
Æliana V. ſoror Viuentiæ	6	Alquina V. cognata Oliuæ Reginæ	8
Æterius Rex Britann. ſponſus S. Vrſulæ	1.7	Alquina V. neptis R. Dorothei ex ſorore	26
Agatha V.f. Agathæ	14	Alſtrides V. neptis Sibiliæ ex ſorore	5
Agatha f. R. Auiti, mater Agathæ	14	Amabilia V. conſanguinea Eliſabeth	24
Agathya V. cum ſponſo Euodio	4	Amabilia V. neptis Eliſabeth ex fratre	ibid.
Agnes V.f. Agathæ f. Regis Auiti	14	Amantia V. neptis Euſtachij ex ſorore	5
Agnes V. neptis R. Arthuri	23	Amantia V. neptis Gelaſij ex fil.	191
Alina V. ſoror Emerentianæ	Eliſ.15	Amarantia V. conſanguinea Eliſabeth	24
Alina V. ſoror Iuliæ	1.4	Amata ſoror D. Sinceri	18
Alurgis V. cognata Oliuæ Reginæ	8	Ambroſius Subdiaconus	1.18
Alegundis V. neptis R. Ivvani	18	Amœna V.f. Hardingeri D.	5

Amœ-

Amœna V. neptis Dorothei R. ex fratre 26
Amphytea V. f. Euticiæ 17
Anacho ſponſus Aldegundis 12
Anacleta V. f. fratris Axparæ 28
Anacleta V. filia amitæ Leonis D. 17
Anacleta vx. Reformij cum fil. Tecla 8
Anaſtaſia V. f. R. conſanguinea Ætherij 7
Anchira Duciſſa cum 2. fil. 29
Anchirana V. fil. Regis 27
Andolphia f. Com. Flandr. cum filiabus 24
Angelina V. filia Alexand. & Eugeniæ 16
Angelina V. Abbatiſſa filia eorundem 16
Anna V. ſoror D. Sinceri 18
Anna V. f. Magni Principis 21
Anna vx. Heluidij cum 2. fil. 24
Annibal. V. f. Liburgis Duciſſæ 28
Antonius f. D. ſponſus Sirapioniæ 2
Apolla V. neptis Axparæ ex filio 28
Apollinea V. neptis Anaſtaſiæ 7
Apollonia V. f. conſobrini Ætherij 6
Armingera V. f. f. Ducis 26
Arthurus f. R. Arthuri 15
Athlea ſoror Axparæ Reginæ 28
Auitus Rex pater Cordulæ & Columbæ 14
Aurea V. f. Geraſinæ Reg. Siciliæ Eliſ. 15
Aurelianus Comes ibidem
Axpara V. neptis Axparæ ex patre 28
Axpara Regina ibid.

Babila V. f. Geraſinæ Eliſ. 15
Balbina V. f. D. 5
Balbina V. fil. Ulleri R. 10
Balbina Melliflua V. ibid.
Balbina V. conſanguinea Neſtoriæ 27
Balbina vxor Canuti Regis 12
Beatrix V. f. D. ibid.
Beatrix V. f. Gyafridis 17
Benedicta V. chiliarchis f. Magni Principis 4
Benedicta V. f. Sapientiæ 6
Benedicta V. cognata Nataliæ 23
Benedicta Reg. Suauorum cum 2. fil. 18
Benigna V. chiliarchis cum 4. ſor. 16
Benigna V. ſoror materteræ S. Nataliæ 23
Benigna V. f. Zaphirinæ 21
Berengardis V. f. Bereng. 9
Berengardis Comes, mater Bereng. ibid.
Bertha V. f. Euſtachij fratris Dariæ 3
Bertha V. f. amitæ Alexandri 12
Bilonna V. neptis ex ſorore Wilhelmi Epiſc. 2
Blandina vxor R. Clodouei 11
Blanditia V. f. Euchariæ Comitiſſæ 17
Blandula V. f. Regis 11
Blandula V. f. Comitis 15
Blaſilla V. neptis Comitis Flandrenſis 25
Blaſilla f. Comitis Flandr. cum fil. ibid.
Bonifacia V. f. Bonifacij R. 18
Bonifacius Rex cum filia ibid.
Bonina V. neptis Eliſ. ex ſor. 24
Brigida V. conſanguinea Nataliæ 23

Cæſarius Epiſcopus Meldenſis
Cæſarius miles
Caſinia f. R. vxor Vrbani D.
Caliſtus Diaconus
Canutus Rex cum Balbina vx.
Canutus ſponſus Pinnoſæ
Caritas V. f. Claræ Reginæ
Caritas V. fil. Florentiæ
Caritas V. ſoror Sperantis
Carpophora V. chiliarchis
Carpophora V. neptis R. Sirani
Chelindris V. chiliarchis
Chelindris V. ſoror Anaſtaſiæ
Chelindris V. cognata Leonis
Chelindris neptis Axparæ ex filia
Chimæra V. f. Liburgis Duciſſæ
Chorinda V. neptis Luciæ
Chriſtianus Subdiaconus
Clara Regina eleemoſynaria
Claudius Diaconus
Clemens Epiſcopus Britanniæ
Clementia V. chiliarchis
Clementia V. neptis R. Clodouei
Cleopatra V. fil. Marcellæ
Cleopatra V. f. Cleopatræ & Sibaldi
Cleopatra V. f. Magni Principis
Cleopatra V. conſanguinea Eliſabeth
Cleopatra V. neptis Axparæ ex filia
Cleopatra coronata vxor Crophori R.
Cleopatra f. R. vxor Sibaldi
Clodoueus Rex cum vx. Blandina
Columba V. chiliarchis f. R. Auiti
Columba V. f. Cornulæ
Columbanus Epiſcopus f. Alexandriæ
Conſtantia V. f. Dorothei R.
Cordula V. 4. principalium, f. Comitis
Cordula V. f. R. Auiti
Cordula V. neptis R. Auiti
Cornula f. Magni Principis cum 3. fil.
Crophorus R. cum Cleopatra Regina
Cypriana V. neptis R. Canuti
Cyriacus Papa Romanus

Dagobertus f. R. ſponſus Behignæ
Daria mater S. Vrſulæ El
Daula V. f. auunculi Ætherij
Demetria mater ſponſi Ætherij Eli
Deponentia V. neptis R. Clodouei
Deſpondea V. conſanguinea Eliſabeth
Deuota V. neptis R. Iwani
Dionethus Maurus pater S. Vrſulæ El
Dionyſia V. neptis Lucij Regis
Dionyſia vxor Adulphi R.
Donata V. f. Ducis
Dorothea V. f. Regis Dorothei Norvv.

Ebbina V. fil. Harderici & Vrſulæ
Eimonia V. f. Adelæ Duciſſæ
Eipredius f. D. ſponſus Sinceræ

Eg

era l.f.Nataliæ Ducis 23
ra l.consanguinea Elisabeth 24
ia V.f.Lupinæ 15
a V.neptis Regis 6
thria V.f.Comitis Eustachij 5
thria V.f.Ducis 18
uthria V.neptis Elisabeth ex sorore 24
uthria V.è 4.principalibus 4
uthria Comitissa mater Lucentiæ 29
uthria f.D.Eusebij.soror Nestoriæ 1.8
uthrius Episcopus frater Eustachij Com. 5
genia V.soror sponsi S.Agathæ 2
genia V.soror Formosæ 4
dabh V.f.D.Frisonum 1.8
dabh V.f Helenæ Comitissæ 23
dabh V.filia Elisabeth Princip. 24
dabh V.f.Ellederæ ibid.
dabh cognata Oliuæ cum 3.fil. 22
dabh vxor Ioannis Principis 24
edia V.f.consobrinæ Ætherij 6
dia soror Peregrinæ cum 2.fil. 24
oia V.neptis Dorothei R.Norm. 26
is f.filij Reginæ Siciliæ 15
pri V.neptis Elisabeth ex sorore 24
entia V.cum sponso Ducis filio 4
entiana V.f.Com.Aureliani Elis.15
leca V.f Regis Adulphi 13
da V.f.Mathildis Comitissæ 21
heleria V.f.Euortiæ 6
dela V.neptis Dorothei R.Norm. 26
ch V.neptis R.Clodouei 11
mia V.f.Nataliæ Ducissæ 23
monia V.f.Ducis 26
chria V.neptis Lucentiæ ex sorore 29
chria V.filia Euchariæ Comitissæ 17
chria cum 2.filiabus ibid.
chrius f.Principis Magni 21
chdia V.f.amitæ Ætherij 7
chdia V.neptis Anastasiæ ibid.
Euchnia V.neptis Clodouei R.ex fratre 11
Euchnia V.neptis Clodouei R.ex sorore ibid.
Euchnia V.f.Athleæ Ducissæ 28
Euchmia V.f R.Osvvaldi 18
Euchmia V.neptis Dorothei R.Norm. 26
Euchnia V.f.R Nicomedis 1.8
Euchnia V.f.Luciæ filiæ Sirani R. 15
Euchnia V.f.Euticiæ sororis Leonis 17
Euchxia V.neptis Regis Auiti 14
Euoxia V.neptis Regis 6
Euenia V.f.R.Nicomedis 1.8
Euenia V.neptis Regis 12
Euenia V.f.Ducis Euodij M. 3
Euenia V.f.R.Sirani 15
Euenia V.f.Serenæ ibid.
Euenia V.neptis R.Canuti 12
Euenia V.f.R.soror Sibiliæ 1.6
Euenia vxor D.Sicheri cum 2.fil. 10
Euenia vxor Alexandri D. 16
Euenia cognata R.Canuti 12

Eugenius Princeps Roman⁹, comes Cyriaci 1.18
Eugentia V.f.Lupicinæ 15
Eulalia V.soror Sapientiæ 1.4
Eulalia V.f.sororis vx.Auiti Regis 14
Eulalia V.consanguinea Nataliæ 23
Eulalia V.soror Dionethi R. 1.4
Eulalia soror Dariæ cum 3.fil. 3
Eumorphia V.neptis Regis 7
Eunomia V.neptis R.Clodouei 11
Eunomia V.f.Nicolittæ 7
Eunomia V.f.materteræ Oliuæ 8
Eunomia V.f.Hionæ Comitis 5
Eunomia V.cognata Ætherij 7
Eunomia V.f.Margaritæ 5
Eunomia V.f.R.Osvvaldi 18
Eunomia f.R.Pipini cum filia 15
Euodia V.soror Pinnosæ 4
Euodia V.neptis Lucij Regis 10
Euodia V.neptis R.Clodouei ex fil. 11
Euodia neptis R.Clodouei ex filia ibid.
Euodia Ducissa cum 2.fil. 6
Euodius Dux fil.Alexandriæ 3
Euodius nepos R.sponsus Agathyæ 4
Euortia V.f.Euortiæ stirpis Regiæ 6
Euortia cum 5.fil. ibid.
Euphemia V.consanguinea Nataliæ 23
Euphemia cum fil.Hodierna 23
Euphrasia V.f.R.Ancharamni 17
Euphrasia V.f.filij R.Lucij 10
Euphrasia V.f.Nicolittæ 7
Euphrodia V.f.consobrini Ætherij 6
Euphrodia V.neptis Axparæ ex filia 28
Euphromus f.R.sponsus Palamoniæ 6
Euphronia V.f.filij Reginæ Sibiliæ 15
Euphronia V.neptis Sirani R. ibid.
Euphrosyna V.f.Luciæ R.Sirani filiæ ibid.
Euphrosyna V.f.sororis vx.Caroli R. 12
Euphrosyna V.f.D.soror Benignæ 1.6
Euphrosyna V.f.amitæ Ætherij 6
Euphrosyna V.f.consobrini Ætherij ibid.
Euphrosyna V.f.sororis Auiti R. 14
Euphrosyna V.cognata Nataliæ f.Com. 23
Euphrosyna V.soror Benedictæ ibid.
Euphrosyna V.soror Spei f.Heluidij 24
Europa V.f.Praxedis Ducissæ 5
Europa V.f.amitæ Ætherij 7
Europa V.neptis R.Clodouei ex fratre 11
Euiora neptis Dorothei R.Norman. 26
Eusebia V.f.Porphyriæ 23
Eusebia V.f.auunculi Ætherij 6
Eusebia V.soror Anastasiæ 7
Eusebia soror Eleutheriæ matris Lucentiæ 29
Eusebia f.Eustachij Com.vxor Principis 5
Eusebia maritata f.Tiburtiæ ibid.
Eustachia V.f.Ducis, soror Benignæ 1.6
Eustachius Comes cum 6.filiabus 5
Eustaia V.neptis R.Clodouei ex sorore 11
Eustochia V.cognata Oliuæ Reginæ 8
Eustochia V.neptis Dorothei R.Norm. 26

Euſtochia V.neptis ex filia R.Dorothei 26
Euſtodia V.neptis Lucentiæ ex ſorore 29
Euſtorgia V.neptis Eliſabeth ex fratre 24
Euſtora Regina venit cum R. Bonifacio 18
Euſtemia V.f.R.Nicomedis ibid.
Euſtragia V.neptis Euſtachij ex ſorore 5
Euſtragi filis aula Regis cum 10.nepotibus ibid.
Euticia V.neptis Reginæ Sibiliæ 15
Euticia V. ſoror vx.Caroli R. 12
Euticia V.f.Prudentiæ 4
Euticia V.fil.ſororis R Cleopatri 8
Euticia f.R.Ancharamni cum 2.fil. 17
Euticia ſoror Leonis Ducis ibid.
Euticia f.R. ibid.
Euticius f.Comitis 5
Euticius f.Tiburtiæ Comitiſſæ ibid.
Eutonia V.f.R.Ancharamni 17
Eutropia V.f.Euſtachij fratris Dariæ 3
Eutropia V.neptis Regis 6
Eutropia V.filia R. ibid.
Eutropia V.f.Lucij R. 10
Eutropia V.f.R. ſoror Carpophoræ 16
Eutropida V.f.Galonis 5
Eutropius f.M.Principis 11
Eupara V.ſoror Lucentiæ 29

FAlconius ſponſus Serenæ 15
Feliciſſima V.neptis Canuti R. 12
Feliciſſima cognata Canuti R. cum 2.fil. ibid.
Felicitas V.neptis Regis ibid.
Felicitas V.conſanguinea R.Canuti ibid.
Felicitas V.neptis Com.Fland. 25
Felix f.Comitis 5
Fenea V.f.Penechyæ 29
Fides V.f.R.Canuti 12
Fideana V.filia D.Hertingi 21
Filadema V.f.Hionæ Comitis 5
Firmindina dicta Conſtantia Eliſ.13
Flora V.f.materteræ Nataliæ 23
Flora V.neptis Eliſabeth ex ſorore 24
Flora V.filia Com.Florentij 5
Flora V.neptis Anaſtaſiæ 7
Flora V.f.Regis Canuti 12
Flora V.neptis Canuti R. ibid.
Florens V.neptis R.Canuti ibid.
Florentia V.f.Hardingeri D. 5
Florentia V.f.materteræ Nataliæ 23
Florentia V.neptis Eliſabeth ex fratre 24
Florentia V.neptis Eliſabeth ex ſorore ibid.
Florentia V.Principum 4.f.Ægidij R. 14
Florentia f.R. Canuti cum 2.fil. 12
Florentia f.C.Euſtachij cum 2.fil. 5
Florentina V.ſoror Ætherij 1.18
Florentina V.f.Iacobi Principis 2
Florentina V.neptis R.ex ſorore Iacobi ibid.
Florentius S.R.E.Archidiaconus 1.18
Florinus D.f. ſponſus Placentiæ 1.4
Focatus frater Claudij Diaconi Eliſ.10
Foilanus Epiſcopus Lucenſis Eliſ.9
Folquinus f.R.Folquini
Folquinus f.Tiburtiæ Comitis
Formoſa V.ſoror Eligentiæ
Frontonia V.ſoror ſponſi Agathæ
Fuchelingus R.f.ſponſus Lætitiæ
Fulchira V.f.filij Sibiliæ Reginæ
Fulgena V.neptis R.Clodouei ex ſoror

GElamia V.f.Gertrudis
Gelaſia V.f.Iacobi ſororis
Gelaſia V.f.filij Reginæ Sibiliæ
Gelaſia V.f.filij eiuſdem Sibiliæ
Gelidonia V.f.Principis filiæ
Geminiana V.ſoror Iothæ
Geminiana V.neptis R.Pipini
Geminiana V.f.Serenæ Comitiſſæ
Geminiana V.fil.Gyafredis
Genelaa V.f.Ducis
Generoſa V.ſtirpis Regiæ
Genouefa V. f.fratris Wilhelmi Epiſc
Genouefa V.f.auunculi Ætherij
Genouefa V.f.conſobrinæ Ætherij
Genouefa V.f.Euſebiæ fil.Euſtachij Co
Genouefa V.f.cognata R.Canuti
Genouefa V.conſanguinea Eliſabeth
Genouefa V.neptis Axparæ ex fil.
Geramia V.f.materteræ Oliuæ Reginæ
Geraſina V.neptis Wilhelmi Epiſc.ex fr
Geraſina V.fil.Geraſinæ
Geraſina ſoror Iacobi cum fil.Ger.
Geraſina Regina Siciliæ cum 5.liberis
Geraſina ſoror vterina Dariæ, dubiũ ſitne
Gerburgis V.neptis R.Arthuri
Germana V.ſoror Luciæ Flandrenſis
Germana V.neptis harum
Gertrudis V. f. Florentiæ
Gertrudis ſoror Euſtachij cum 3.fil.
Gertrudis vxor Principis
Giramanus puer f.Principis
Godelviach neptis ex filia Axparæ
Gyafridis cum 2.fil.
Gyana V.f.Ducis Brabantini

HArdericus Comes cum vx.Vrſula
Hectoria V.f.conſobrini Ætherij
Hedevvigis V.f.Alexandri & Eugeniæ
Helena V.f.R.
Helena V.f.Helenæ Comitiſſæ
Helena Comitiſſa cum 2. filiab.
Helena vxor Ægidij Regis cum 2.filiab.
Helpridia V.f.Florentij Comitis
Helprodia V.f.Florentij Comitis
Heluidius Dux iunior cum vx.Anna
Herdera V.f.Com.Hymvvanenſis regioni
Herengardis cum 2.fil.
Hermegardis V.f.materteræ S.Lucentiæ
Hermingardis V.f.Euſebiæ
Hermolaa V.f.Hardingeri D.
Hermolaa V.f.Florentiæ

ia V. f. Rogerij Principis 5
ia V. neptis Regis Pipini ex filia 13
ia V. neptis R. Pipini ex filio ibid.
ia V. f. Nataliæ Ducissæ 23
ia V. neptis R. Dorothei ex fratre 26
us frater Dionethi cum 3. fil. 1.4
ha V. fil. amitæ Ætherij 7
ha V. f. Benedictæ Reg. Suauorum 1.8
ha V. f. Anchiræ Reginæ 29
ndis V. stirpis Regiæ 12
V. neptis R. Clodouei ex fratre 11
cognata Gyanæ 25
a V. f. Eulaliæ 3
a V. f. Euphemiæ 23
a V. f. Hodiernæ R. 1.8
a Regina Norvvendorum cum fil. ibid.
vxor Leonis Ducis 17
tus f. R. sponsus Balbinæ 10

us Patriarcha Antiochenus Elis. 9
us nepos Regis cum 2. filiabus 2
V. neptis R. Clodouei ex fratre 11
V. f. Alexandri fratris Dariæ 19
V. f. Galonis 5
V. f. Magni Principis 4
V. f. Regis Hermolai 11
V. soror Benignæ 25
V. consanguinea Nestoriæ 27
V. f. Alexandri fratris Dariæ 19
a V. cum sponso 4
V. soror Clementiæ 1.6
V. f. filij Lucij Regis 10
Princeps, dubium sitne Martyr 24
V. soror Eleutheriæ 27
V. f. Iosippæ 1.4
soror Dionethi, vxor Eusebij ibid.
. chiliarchis f. Lucij R. 10
V. f. Porphyriæ f. R. 23
idia V. neptis Anastasiæ 7
V. f. Comitis Hymvvanensis 25
s f. R. sponsus Præclaræ 11
f. R. Pipini cum filia 13
. f. R. Polycarpi, soror Polodoxiæ 1.8
. soror Ebbinæ 1.4
. soror Odiliæ 4
a V. f. Rogerij Principis 5
a V. f. R. soror Sibiliæ 1.6
a V. f. Sapientiæ 6
a V. f. Comitis 8
a V. f. Magni Principis 21
a V. f. Com. cognata Oliuæ Reg. 22
a V. f. Com. soror Clementiæ 1.6
a V. f. Gerasinæ Reg. Siciliæ Elis. 15
a vxor Principis, f. Axparæ 28
a f. R. Sirani cum fil. 15
a V. f. Margaritæ 5
a V. f. Florentiæ Comitis filij ibid.
a V. neptis R. Sirani 15
a vxor Principis f. Axparæ 28

Iustina V. f. Willebrordi fratris Dariæ 3
Iustina V. neptis Sibiliæ ex sorore 5
Iustina V. soror Viuentiæ 6
Iustina V. neptis R. Canuti 12
Iustinus Subdiaconus 18
Iustitia V. f. R. Lucij, soror Iothæ 10
Iuoritta V. neptis Alexandri 16
Iuuenalis V. f. sororis R. Auiti 14
Ivvanus Episcopus, auunculus Dariæ 4

KIlianus Diaconus 1.18

LAcedomia V. neptis Anastasiæ 7
Lætitia V. f. sororis R. Clodouei 8
Laurentius Rex 1.8
Leo Dux, f. R. Ancharamni cum vx. Honesta 17
Liburtia V. f. D. auunculi Nataliæ 23
Liburgis soror Axparæ Reginæ 28
Lotharius Episcopus 6
Lucentia V. f. Eleutheriæ 29
Lucentia V. neptis ex fratre Lucentiæ ibid.
Lucia V. f. Berengardis Comitis 9
Lucia V. f. Liburgis 28
Lucia V. f. Prudentiæ 4
Lucia V. f. R. soror Sibiliæ 1.6
Lucia V. chiliarchis, f. R. 7
Lucia V. neptis R. Canuti 12
Lucia V. neptis R. Auiti 14
Lucia V. neptis R. Sirani 15
Lucia V. f. Com. Flandrensis 25
Lucia V. f. Axparæ 28
Lucia V. f. R. fratris Axparæ ibid.
Lucia V. f. R. Normann. 26
Lucia f. R. Sirani, vxor Ducis cum fil. 15
Lucius Rex Pater Iothæ 10
Lucretia V. f. R. soror Fuchelingi 8
Lucretia decennis f. R. Lucretiæ 1.8
Lucretia Regina cum 2. Reginis ibid.
Luminosa V. soror Oliuæ 8
Luminosa V. fil. auunculi Oliuæ ibid.
Lupina f. Principis cum 3. fil. 15

MAcharia V. f. sororis vxoris Auiti Regis 14
Macharius Princeps cum 4. fil. 5
Magmara V. f. Ducissæ 6
Magmorach Regina à Laurentio R. adducta 1.8
Magna V. neptis Regis Pipini 13
Magnus Princeps cum vx. & 4. fil. 4
Manander f. Com. sponsus Euodiæ ibid.
Marcella V. neptis Lucij Regis 10
Marcella f. Alexandriæ cum 2. fil. 3
Marculus Episcopus Byzantinus Elis. 9
Margarita V. f. Eustachij Comitis 5
Margarita V. f. Gertrudis ibid.
Margarita V. f. Macharij Principis ibid.
Margarita V. f. Tiburtiæ Comitis ibid.
Margarita V. neptis R. Lucij ex filio 10
Margarita V. f. Eugeniæ Ducis ibid.
Margarita V. neptis Gelasij 19

Margarita V. neptis eiusdem ex filio 19
Margarita vxor Pipini R. cum 7. liberis 13
Margarita f. Eustachij Com. cum 3. fil. 5
Maria V. neptis R. Lucij ex filio 10
Maria V. f. Ducissæ 6
Maria V. neptis R. Clodouei 11
Maria V. soror Honestæ Ducis 17
Martha V. neptis Lucij R. ex filio 10
Martina V. neptis Alexandri D. 16
Matrona vx. Magni Principis cum 4. fil. 4
Mathildis V. f. Alexandri D. 16
Maurisus Episcopus Lauicanus 19
Meandra V. neptis Gelasij ex filio ibid.
Melandria V. neptis Gelasij ex filio ibid.
Melchia vxor Recharij cum fil. 18
Melchia V. f. Cornulæ 4
Melchis V. f. sororis Auiti R. 14
Metildis fil. Alexandri Principis 19
Metildis f. D. Hardingi cum filia 21
Meldonia V. neptis Eucstachij ex sorore 5
Mellifrodica V. neptis Lucentiæ 29
Menandra V. cognata Oliuæ Reg. 8
Micronia f. Principis Macharij 5
Mobilia V. f. D. soror Benignæ 16
Mobilia V. neptis R. Ivvani ex filio 18
Mobilia V. neptis eiuldem ex filio alio ibid.
Mobilia V. neptis Gelasij ex filio 19
Modesta V. f. Com. cognata Elisabeth 24

Natalia V. f. R. Arthuri 23
Natalia vxor D. Philippi cum 3. fil. ibid.
Nazaria V. neptis Regis 6
Nestoria V. f. D. Eusebij 27
Nestoria V. consanguinea Nestoriæ V. ibid.
Nicanor f. R. sponsus Tiburtiæ 14
Nicolaus f. R. sponsus Eulaliæ ibid.
Nicolitta V. f. amitæ Ætherij 7
Nicolitta V. f. Zapherinæ 21
Nicolitta V. f. Elisabeth 22
Nicolitta V. f. Principis 25
Nicolitta V. consanguinea Luciæ Flandr. ibid.
Nicolitta V. neptis Pipini R. ex filia 13
Nicolitta V. f. Nicolittæ, soror Euphrasiæ 7
Nicolitta mater Nicolittæ, amita Ætherij ibid.
Nicostratus Princeps Romanus 16.18
Nitidius sponsus Euticiæ 15
Nobiliana V. f. amitæ Ætherij 7
Nobiliana V. f. Regis Adulphi 13
Nobiliana V. f. R. soror Honorati 10

Octonia V. putatur f. R. soror Nataliæ 23
Odilia V. chiliarchis, f. Comitis 4
Odilia V. Eulaliæ sororis Dariæ 3
Odilia V. neptis R. Ivvani ex fil. 18
Oliuerius R. sponsus Oliuæ 8
Oliua V. Regina coronata, sponsa Oliuerij 7
Oliua vxor Residi Regis Danorum 17
Oriones auum habens Regem 5
Osanna V. f. Ducis Rogerij 15

Palladia V. f. Euortiæ 6
Pallemonia V. f. consobrinæ Ætherij ibid.
Pallodora V. f. Hardingeri D.
Pallodora V. f. consobrinæ Ætherij
Pallodora V. f. R. soror Carpophoræ
Pallodora V. soror Reginæ Margaritæ
Pantulus Episcopus Basileensis
Papia V. soror Honestæ Ducis
Penechya f. Anchitæ cum 2. fil.
Peregrina V. f. Peregrinæ
Peregrina Comitissa cum 2. fil.
Perionia V. neptis Sibiliæ
Perpetua V. cognata Oliuæ Reg.
Perpetua V. neptis Regis cuiusdam
Perpetua V. consanguinea Canuti R.
Perpetua V. neptis R. Arthuri
Philadelphia V. soror Margaritæ Reg.
Philadelphia neptis Eustachij Com. cum
Philædria V. f. consobrinæ Ætherij
Phileria V. neptis Alexandri
Philippia V. cognata Ætherij
Philippus f. R. Canuti
Philogena V. neptis Magni Principis
Philogena V. sponsa Euticij Comitis
Philomena V. f. Willebrordi
Philomena V. f. Florentij Com.
Philomena V. neptis R. Auiti
Philomena V. soror Reg. Margaritæ
Pinnosa V. f. D. Luduici patrui S. Vrsulæ
Pinnosa V. f. auunculi R. Oliuæ
Pinnosa V. f. auunculi Alexandri
Pinnosa V. neptis R. Pipini
Pinnosa V. consanguinea Nestoriæ
Pinnosa V. f. materteræ Lucentiæ
Pionia V. stirpis Regiæ
Pipinus Rex cum vx. Margarita & 7. libe
Placata V. f. D. Herdingi
Placentia V. f. filij Lucij R.
Placentia V. f. D. Herdingi
Placentia V. f. Ægidij Regis
Placida V. soror Luciæ f. R.
Placida V. f. Thelindris
Placida V. soror Giramani
Placida V. f. Richardi D.
Placida V. f. Victorinæ
Plenaria V. neptis R. Clodouei ex fratre
Polemia V. f. cognata R. Canuti
Polodoxia V. f. Polycarpi R.
Polodoxia V. sponsa f. D.
Pontius Episcopus Cardinalis
Porphyria R. f. cum 2. fil.
Porthura V. neptis Luciæ
Præcipua V. neptis Elisabeth ex fratre
Præclara V. neptis Clodouei R. ex sorore
Præclara V. neptis Pipini R.
Præclara V. f. R. Osvvaldi
Præclara V. f. R. Elpronij
Præclara V. neptis R. Ivvani
Præclara V. sponsa Sidonij
Præpotentia V. neptis Eustachij ex sorore
Præpotentia V. f. Lupinæ
Praxedema V. f. cognatæ Canuti R.

Pra-

xes V.ſoror Lucentiæ 29
xes V.cognata Lucentiæ ibid.
xes V.neptis Com.Euſtachij 5
xes Duciſſa cum fil. ibid.
etia V.f.R. 18
etiſſa V.f.Marcellæ 5
etilla V.f.Florentiæ 12
ncalis V.neptis Euſtachij ex ſorore 5
obV.f.amitæ Ætherij 7
obV.neptis Clodouei R.ex fratre 11
obntia V.f.Gertrudis 5
ocV.f.amitæ Ætherij 6
ocilea V.f.Anchiræ 29
odha V.f.Penechyæ ibid.
otda V.f.Athleæ 28
otea V.conſanguinea Luciæ Flandrenſ. 25
ntia V.
ntia V. } neptes Gelaſij ex filiabus 19
ntia V.
ntia V.neptis Axparæ ex filia 28
ntia f.M.Principis cum 2.fil. 4

Echarus f.R.Oſſvvaldi cum vx. & fil. 18
RefridusRexDanorum cum vx.Oliua 17
gdia V.neptis Sibiliæ ex ſorore 5
ilea V.ſoror Honeſtæ Ducis 17
ſiis V.conſanguinea Luciæ Flandrenſ. 25
eſiis V.f.R.Corthaniæ de Hibernia 18
eſidis V.neptis Anaſtaſiæ 7
eſidis V.neptis Eliſabeth ex fratre 24
eſidis Regina Hiberniæ cum 2.Reginis 18
gdis V.Regij ſtemmatis 25
ltha V.f.Axparæ 28
ltha V.f.fratris Axparæ ibid.

bina V.f.Clodouei R. 11
acroſa V.ſoror Cleopatri R. 8
lvaria V.neptis Clodouei R. 11
apirus f.Principis 25
apntia V.chiliarchis 14
apntia V.ſoror Luciæ 15
apntia V.f.Claræ Reginæ 18
apntia V.f.Magni Principis 4
apntia V.f.Hermolai R. 11
apntia V.f.conſanguineæ Leonis 17
apntia nobilis cum 2.fil. 6
apra V.conſanguinea Neſtoriæ 27
ehtius nepos R.Simeonis 4
ehronia V.conſanguinea Neſtoriæ 27
epia V.neptis R. 6
ena V.neptis Sibiliæ Reginæ 15
ena V.ſoror Sapientiæ 14
ena V.f.Macharij Principis 5
ena vxor Comitis cum 2.fil. 15
aldus f.R.Sigemundi 4
illa V.chiliarchis, f.Sirani R. 15
ilia V.ſoror Benignæ 16
ilia V.f.filij Lucij Regis 10
ilia Regina filia Eulaliæ 20
ilia Reg.vxor Sirani R. 15
ilia vxor Sinceri 18

Sibilia vxor Euſtachij Com.cum 6.fil. 15
Sibonia V.f.Magni Principis 23
Sibonia V.cognata Ivvani Comitis 25
Sicharus f.D.cum 3.ſororibus 26
Sicherus Dux cum vx.Eugenia 10
Sicherus ſponſus Eleutheriæ 11
Sidonius f.R.Pipini 15
Sigemundus f.Magni P. 4
Sigemundus ſponſus Pioniæ 12
Siluana V.f.materteræ Oliuæ R. 8
Siluana V.neptis Clodouei R.ex ſorore 11
Siluaria V.f.conſobrini Ætherij 6
Simera V.f.materteræ Oliuæ Reginæ 8
Simenia V.f.Comitis 23
Simeon R.f.ſponſus Neſtoriæ 27
Simeon ſponſus Cordulæ 4
Simplicitas Epiſcopus Rauennas Eliſ. 12
Simphoriana V.f.ſororis Iuſtitiæ 10
Simphoriana V. filia Alexandri 10
Simphronia V.f.amitæ Ætherij 6
Sincera V.f.Euortiæ ibid.
Sincera V.f.conſanguinea Oliuæ 8
Sincera V.f.Regis Pipini 13
Sincera V.f.Regis Adulphi ibid.
Sincera V.f.Eliſabeth 22
Sincera V.f.Ellederæ 24
Sincerus Dux cum vxore Sibilia 15
Sintheria V.neptis Lucij R. 10
Siphredus adoleſcens Regius 4
Siranus Rex cum vxore Sibilia 15
Siranus f.R.ſponſus Immeriæ 4
Sirapionia V.ſponſa Antonij D. 2
Sophia V.f.Ducis 17
Sophia V.f.Benedictæ Reginæ 18
Sophia V.f.Ducis 6
Sophia V.f.Anchiræ Ducis 29
Sperans V.neptis Canuti R. 12
Sperans f.Canuti R. ibid.
Spes V.ſoror Euphroſynæ 24
Splendida V.neptis Luciæ 7
Spretiana V.neptis Dorothei R. 26
Suffragia V.f.Principis 25

THaſis V.f.Sinceri D. 18
Tecla V.f.Reformij Principis 21
Tecla V.ſoror Iulianæ 22
Thelindris V.neptis Axparæ ex filio 28
Theodora Comitiſſa Flandr. cum 4.fil. 25
Tiberia V.ſponſa filij Regis 5
Tiburtia V.f.Tiburtiæ Comitiſſæ ibid.
Tiburtia V.f.ſororis Auiti R. 14
Tiburtia Comitiſſa cum 5.liberis 5

VEdaſta V.f.D. 28
Venuſta V.f.Lucij R. 10
Venuſta V.neptis Anaſtaſiæ 7
Venuſta V.f.R. 17
Verena V.f.Iacobi Principis 2
Verena V.neptis Lucij R. 10
Verena V.f.Alexandri fratris Daræ 19

Verenia v. f. Alexandri fratris Dariæ 19
Verenia v. neptis Anaſtaſiæ 7
Verona v. f. Galonis 5
Veronia v. f. Alexandri 16
Victoria v. f. Geraſinæ Eliſ. 15
Vincentius Preſbyter Cardinalis Eliſ. 7
Virgilia v. ſoror Chelindris 14
Virgilia v. neptis Dorothei R. ex ſorore 26
Virginea v. neptis Dorothei R. ibid.
Virginea v. conſanguinea Neſtoriæ 27
Virgulta v. neptis Sirani R. 15
Viuentia v. f. Sapientiæ 6
Viuentia v. f. ſororis Auiti R. 14
Vlatimalis v. ſoror Viuentiæ ibid.
Vrbanus Dux f. R. Canuti cum vx. Caſinea 12
Vrſitia v. ſoror Odiliæ 4
S. VRSVLA V. REGINA
Vrſula v. fil. Cornulæ
Vrſula v. neptis Auiti R.
Vrſula vxor Harderici cum 3. fil.
Vultura v. f. auunculi Oliuæ Reg.
Vultura v. conſanguinea Eliſabeth

Walburgis v. f. Euſtachij Com.
Walburgis v. cognata Oliuæ Reg.
Walburgis v. f. Clodouei R.
Wilhelmus Epiſcopus
Willena v. neptis Luciæ

Zaphirina ſoror R. Arthuri
Zoya v. f. Zaphyrinæ
Zoya v. f. conſobrinæ Ætherij

TOMI SECVNDI MARTYRII S. VRSVLÆ, LIBER OCTAVVS.

TRANSLATIONES RELIQVIARVM Colonia factæ in totum orbem, cum libro Vrsulanarum Reuelationum S. Elisabethæ Schonaugiensis.

CAPVT I.

Translationes accuratiùs ob martyrij locum indagandum sunt excutiendæ.

VARIÆ fuerunt sæpius post Christum natum, numerosæ congregationes Martyrum, quæ eodem tempore locoque pro fide occubuerunt: nam, teste S. Hieronymo, Moguntiæ die Natali Domini multa pro Christo millia sunt trucidata. Circiter annum salutis, multorum calculo 138. in monte Ararath myrias Achatiana triumphauit: Lugduni prope Ann. 20. ad 18. millia: Treuiris, iuxta Brouverum nostrum, Ann. 286. sub Rictiouaro Diocletiani Præside mactati sunt fideles innumeri. Nullæ tamen reliquiæ totum mundum tot nominatis Martyribus impleuerunt, tot raris vbique comitatus miraculis, & miris oblatis visis, sicut Vrsulanæ: vt necesse fuerit pene pro totis orbis sacris exuuijs apologiam conficere: quo ab aduersarijs (qui nimium quantum à 70. annis inualuerunt) defendantur: ne orbis Christianus dubia facta Martyri causa nobilissimis SS. Martyrum reliquijs spolietur.

Cum autem Translationes illæ mirificè locum Martyrij stabiliant, accuratis, quantum fieri potuit, earum facta in orbem, præcipuè ex arena Martyrij diuisi est explicanda: nam, licet multa ante Baronij Cardinalis ætatem fuerint in hac Historia controuersa, pauci tamen de certaminis loco præter ipsum dubitarant, vt recte quidam seculi nostri Poëta sic canat:

Siue autem Armoricis oppresserit iste, vel alter,
Maximus, aut in eos Maximianus ijt:
Et seu causa viæ connubia; seu furor Angli;
Seu visenda forent, quod loca sacra Petro.
Denique seu Gaunus deuotam, & Melga cateruam
Sustulerit; rabies Attila siue tua.
Certum est pro Christo, causa & cecidisse pudoris
Seruandi; Vrsulam adhæc, & præijsse ducem.

Nicol. Oudar. Ephē. Eccl. ad 21 Oct.

Certum Agrippinæ, qua celsa Colonia surgit,
Sanguine agros passim commaduisse sacro,
Ossa vbi adhuc memori quam plurima honore coluntur,
Indeq; diuersis multa tributa locis.

CAPVT II.

Terra sepulcralis è templo SS. Virginum Coloniâ accepta Romam defertur à B. Irmgarde, quæ coram Pontifice Maximo in sanguinem conuertitur, à quo magna pars cranij S. Siluestri Coloniam remittitur.

INter primas Reliquias Vrsulanas, terram virgineæ sanguinis bibulam, Colonia Romam esse missam reperio: fructum scilicet sanctissimum matri suæ Romanæ Ecclesiæ fidelis filia consecrare voluit: nam quo citius sacri pulueres isti prodirent, translati sint, non inueni. Tulit eo, Pontificis summi rogatu, B. Irmgardis, de qua fusius agendum est.

Tempus vitæ B. Irmgardis incertum. Liberalitas & pietas eius.

Vixit post annum 1050. quam diu, nondum mihi liquet: nisi quod constet eam fratre iam tum S. Pantaleonis Abbate constituto fuisse superstitem. Fuit illa Virgo illustris Comitum Zutphanienſium soboles, quæ parentibus orbata, cum ampliſſimas opes heres obtinuisset, eas omnes in vsus pauperum, piasque monasteriorum, vel templorum dotationes profudit, & mendicabuli more, vel ægris inseruijt, vel peregrina Romam abijt, magnis à Deo dotibus & prodigijs decorata præsertim cum ad Romani Pontificis petitionem Reliquias Vrsulanas attulerit eam rem breuiter, vti & Virginis munificentiam, ad 4. Septembr. ita Molanus narrat in Natalibus Belgij. *Coloniæ in Maiori Ecclesia Irmgardis Virginis, in cuius praesentia ibidem campanæ pulsantur, sicut in profestis Sanctorum: licet non sit canonizata. Imago eius Latinè impressa, quæ corpus eius visitantibus exhibetur, asseritur filia Comitis Zutphaniensis, quæ orbata patre castellum Aspeel, & oppidum Reis heres possedit, eaq; morie gauit S. Petro Coloniæ. Conuentui verò S. Pantaleonis, in quo frater Abbas erat, legau reſtum Suichtelen cum suis pertinentijs; quod statim post mortem patris bonis operibus le-*

Peregrinãdi ſtudiũ.

dita inhabitauit. Ter profecta est Romam, & in secunda profectione ad summum Pontifi tulit in chirotheca terram ex cœmiterio vndecim millium Virginum, à quo Coloniam re caput S. Siluestri. Constituit præterea, & dotauit hospitale in Hachportijs nominatum: deuotissimè & pauperibus seruiuit, & diem suum obyt. Post transitum sepulta est apud Reges, vbi quotidie corpus eius omnibus videndum patet in sacello S. Bernardi. Hactenus Molanus.

Vitam eius centum abhinc annis Germanicè Latineq; expressam vidi, similem ei, quam ducentis iam annis ante scriptam legeram: in qua stylo quidem rudiore, clarè tamen fuleq; narratur eius Romana peregrinatio; translatio Reliquarum prodigiosa, capitisq; S. Siluestri ei facta à Pontifice Maximo donatio his verbis: *Hæc alma virgo Irmgardis locauit habitationem suam Coloniæ, vt ibi deuotius proficeret, visitando loca sancta, subueniendo pauperibus, quantum poterat. De post desiderabit Romã quodam æstuabat, arripiendo iter virile, ac arduum Romanum, æstimans se aduenam, & peregrinam super terram: toto nisu, & deuotione se disposuit ad pergendum: quo cum peruenisset, omnes Ecclesias, ac cetera loca summa cum deuotione visitabat. In virtutibus igitur proficiens, summo Pontifici nota facta est: ob quam causam specialem delectationem capiens, eius morem ad hanc Diuam Virginem, benedixit illi in omnibus operibus suis, & confirmauit eam in virtutibus. Ipsa denique virgo perpendens gaudia Ierusalem ciuitatis supernæ, quæ gaudebat numerari vestigia acerba pedum suorum in cœlis, arripiens rursus viam veniæ Alemanniam petitione petita à summo Pontifice ab eadem virgine, vt videlicet si eam deuotionem à Deo mereretur, comportaret secum particulam Reliquiarum societatis vndec*

...ilium Virginum. Audiens hæc B. Virgo, indignam se æstimabat, accepta tamen benedi-...ce Papali, arduis vestigijs Coloniam peruenit, vbi se iterum Virgo deuota diuinis mini-...ers mancipauit: hic paululum morata, stimulata est denuo diuino nutu, Romanam reui-...ere urbem: nihilominus perpendens petitionem Papæ non fore inanem, transtulit se ad lo-...um sepulturæ vndecim millium Virginum; prostrauitq; se humiliter D. Virgo Irmgardis, ...ns partem terræ sepulturæ Virginum prædictarum in chirotheca, & peregrè proficiscens ...t multum fatigata Romam. Appropinquans verò portæ ciuitatis, posuit se ad secretum ...ocem, fundens preces coram Altissimo, gratiarum actiones referens. Sed quid actum sit, ...mus. Quiescente sic S. Virgine, omnes campanæ totius vrbis pulsabantur, absque ...nine humano: quo facto Romanus Pontifex misit seruos suos ad inuestigandum, quæ cau-...a est huius pulsationis campanarum, quæ sine speciali miraculo fieri non poterat. Venientes ...stri summi Pontificis ad portam, vbi Virgo lassa pausabat, redeuntesq; responderunt, se ...nem inuenisse, propter quem talis pulsus factus fuisset, nisi quod ante portam vrbis inue-...nt quandam feminam fatigatam. Quo audito Papæ incidit memoriæ, quod esset B. Vir-...mgardis, portans Reliquias de societate SS. vndecim millium Virginum: iussit ergo con-...ri totam Religionem cum Clero ad obuiandum tantis Reliquijs. Venientes tandem, ...B. Virgo iacebat, summus Pontifex ei benedixit, ipsa autem humiliter protulit chiro-...m cum Reliquijs. Quo viso summus Pontifex repletus ingenti gaudio suscepit easdem ...uias cum summa humilitate & deuotione, aperiensq; chirothecam inuenit eam plenam ...ti cruore, ac si eadem hora fuisset effusus: quem cum magna reuerentia portauerunt ...clesiam S. Petri, cantantes: Et in sanguine Agni lauerunt stolas suas. *Rursus Papa ...dixit S. Virginem, eam etiam ducendo ad singula loca sancta, regratiando etiam maximè ...ini de tanto beneficio. Ipsa verò iterum intendens arripere arduum iter versus Ger-...iam, petijt licentiam à summo Pontifice: iussit Papa, vt caput S. Siluestri daretur Vir-...quod ipsa deuotè suscipiens, Coloniam cum magno labore portauit ad Ecclesiam Maiorem ...tri, quod caput semel in anno cum deuota processione deportatur: & multum laudata fuit ...Virgo S. Irmgardis, & amabilis communi vulgo, &c.* Hucusque Vita. Habuit ...Virgo parem animi demissione pietateq; fratrem Hermannum S. Pantaleonis ...obiarcham, qui meruit humilis appellari: moritura legauit eius monasterio ...telense oppidum. Sed quo vixerit tempore, licet ex fratris æuo coniecturare: ...s Præfecturæ tempus ita catalogus Abbatum definit: *Hermannus eiusdem no-...is primus, & nonus nostri monasterij Abbas, Comes Zutphaniæ, eodem anno, videlicet ...successit: hic construxit Oratorium in honore S. Crucis & duodecim Apostolorum, ...nscriptione: An. Dominicæ Incarnationis 1094. Indict. 1. Nonis Iulij hoc Oratorium ...umili Hermanno Abbate fundatum, dedicatum est à venerabili Hermanno 3. Archiepi-...o Coloniensi, qui diues cognominatus est, in hoonore S. Crucis & duodecim Apostolorum: ...ssit An. 1121. Kalendis Ian.* Quod si fratris tempore, cum præesset S. Pantaleoni, ...fecta Romam est, Vrbano Secundo Apostolicam Sedem gubernante, factum ...itror: is Magistro quondam vsus Parisijs S. Brunone Carthusianæ Familiæ fun-...ore, patria Coloniensi, eundem apud se triennio detinuit, cuius consilijs vtere-...: à quo forsan hausit etiam eam Vrsulanas Reliquias expetendi cupiditatem: ...sertim cum terra sepulcralis harum Virginum vbique peteretur ob prodigia, ...e patrabat: sicut olim SS. Germanus & Lupus Episcopi terram sanguine ruben-...n S. Albani è Britannia secum in Gallias detulerunt; & S. Euergislum memo-...at contactu pulueris de sepulcris Thebæorum Martyrum doloribus capitis; ...Gregorium Turonensem terra simili graui fuisse corporis infirmitate liberatum. ...nec mirum, voluisse Deum eam terram in sanguinem conuerti, simulq; totius ...is æra campana nullo mouente pulsari, vt sanctitatem eius ostenderet, quæ san-...inem virgineum hauserat. Sed licet temporis iniuria Romæ tanti miraculi me-...riam obruerit, mansit tamen apud Colonienses à maioribus accepta, literisque ...todita narratio, propter nobilem portionis capitis S. Siluestri eo tempore dono ...ntificis Maximi factam Coloniam translationem: nam maior cranij pars Romæ ...atur, quod sacrum pignus, vt ciues honore debito prosequerentur, ex eo tem-...e Clerus, Senatus & populus anniuersaria supplicatione vetera ciuitatis obit

mœnia

Terram sumit è sepulcris SS. virginum.

Æra campana nullo pulsante sonant.

Terra vertitur in sanguinē.

Caput S. Siluestri donatur Colonien sibus à Pontifice.

Frater B. Irmgardis Hermānus humilis.

Terra cur translata.

S. Gre. Tur. l. 2. mirac. S. Martini c. 1.

obiectioni occurritur

mœnia, tertiæ ſeptimanæ Paſchalis die Veneris, circumlato capite Silueſtri. In huius rei memoriam Irmgardi eſt erecta ſtatua, nuper adhuc aræ impoſita lam verò ad eius latus collocata, quæ dextera chirothecam rubentem ſanguine, ſi ſtæ ſcipionem, quo ſe fulciebat in peregrinationibus, exprimit, ne memoria tanti hæ cij obliteretur.

Aliæ Vrſulanæ reliquiæ Roma delatæ

Poſtetioribus ſeculis multæ ſunt aliæ reliquiæ Virginum earundem Ro deportatæ. Ætate noſtra ſub a. 1607. Sacellum eſt ibidem erectum S. Vrſulæ, t lata in id parte humeri Diuæ: quod Sodalitas eiuſdem Virginis a. 1599. è vari tionibus conflata, ſuis impendijs excitauit. In Æde SS. Simonis & Iudæ a. 151 perta capſula fuit nobiliſſima, cum hac epigraphe: *De capite S. Vrſulæ.* Præ in Æde de Conſolatione aliquid de eiuſdem veſte cuſtoditur. Quinetiam D Profeſſa Societatis IESV caput S. Secundæ Virginis & Martyris, & alterius e dem Societate, Coloniâ S. P. Ignatio tranſmiſſum, religioſè veneratur.

CAPVT III.

An. D. 1106. Colonia tranferuntur in Belgium Vrſulana 3. corp

AD Walciodorenſe monaſterium, (quod ad Moſam iacet, regulamq; S. B dicti profitetur) ann. 1106. quidam S. Pantaleonis cœnobita tria SS. Virgi corpora detulit, hac occaſione: Erat eodem anno ciuitas Colonienſis Henri Cæſaris obſidione graui circumuallata, muriq; varijs in locis arietatione multa berati magnam partem corruerant; neque tamen exercitus Cæſaris vrbe pot tuerat, vt Sigebertus ad ann. 1107. ait, poſtea, quam miles diſceſſit obſidio ſolut

Virgines indicant ſepulcra

uesq; ruinis murorum inſtaurandis ſtrenuam nauarent operam, Virgines du laborantibus adſtiterunt, & theſaurum illic latentem ſua ſepulcra, Virginumq; i tarum de Parthenia congregatione manifeſtarunt, ſatis innuendo præſides, rum tutela, ciuitas fuiſſet à vaſtitate liberata.

Regebat eo tempore diœceſin Fridericns, qui per vicina loca multis eff ſacris corporibus ea per varias vrbis Eccleſias ad cultum eis auctiorem exhiben diſtribuit. Hac vſus opportunitate cœnobita quidam S. Pantaleonis, ob vitæ i gritatem & ſanctimoniam carus omnibus, qui olim in Walcidorenſi monaſteri tę religioſæ tirocinium poſuerat, vt ſe gratũ illi loco exhiberet, bona ſui Prælati

tres in Belgium tranſferuntur

manni humilis, germani Irmgardis, cum venia, tria SS. Virginum corpora rec inuentarum à Monialibus curæ ſuæ commiſſis obtinet, qua ſpirituali ditatus g diſcedit in Belgium: aberat duabus à monaſterio leucis, cum cœnobitæ omnes cum Præfecto & vicinorum pagorum inquilinis, concurſu hominum maximo p cipua pietate ac reuerentia prodeunt, obuiam ſacris exuuijs, & ea, qua par erat ligione in templum introducunt. Ita ex M. S. Monaſterij codice Arnoldus R in Auctario ſuo ad 21. Octobr.

CAPVT IV.

Ad VVeiſſenburgenſe monaſterium An. 1113. Colonia prodigiosè deferuntur.

Weiſſenburgenſis Abbatia vna è 4. Imperialibus

IN Alſatia florebat olim Weiſſenburgenſe cœnobium, Regijs impendijs Da berti circiter annum 623. vel 629. magnificè dotatum, quod Otto Magnus q tuor Abbatijs Imperialibus aggregauit, vt loci cœnobiarcha Principis Imperij gnitate gauderet: poſtea collapſum eſt (vt Coccius in Dagoberto c. 18. fol. 167. *poſteaquam religioſæ diſciplinæ velut de manibus excuſſo gubernaculo vitia cum diuitijs intrarunt*, & per hæreſes præterito ſeculo his potiſſimum regionibus incumbent ſacra omnia ſacrilegè ſunt interuerſa, & ſanè funditus etiam erat periturum, ni p bato id temporis, iuſtoque conſilio in Præpoſituram, Clementis Papæ VII. aſſen

tranſ

ſſet, demum Paulo III. Pontifice Maximo, & Carolo auguſtæ memoriæ Cænnitentibus, Præpoſitura Weiſſenburgenſis, in Epiſcopatus Spirenſis ius & em adoptata, iure perpetuo ceſſiſſet. In hoc aſceterio Wolframus quidam e Meningundo vitæ ſanctioris tironem egerat, & poſtea Tuitij in eiuſdem ctioris vitæ profeſſione magna laude adoleuerat, qui acceptis Colonia multis reliquijs, eas ad Weiſſenburgenſe monaſterium A. 1113. tranſtulit, Henrico V. atore: In his eminebat S. Palmatia virgo, quam auctor M.S. tertiam facit ine principalium: & B. Hermannus Eleutheriam nominat, vtique binomiam. ter alia ſacra pignora caput S. Coronę virginis, & S. Fidei Martyris, cum den- S. Saluæ de vndecim: ac S. Fidei quidem caput Archiepiſcopus Colonienſis xplorarat: cuius cranium cum flammæ applicitum, nullam vſtionis notam ueret, vox querula de medio ignis inſonuit: *Cur me iterum crucias?* viſus eſt es temeritatis luiſſe pœnam, qui duos intra menſes occubuit.

Vnita iam Spirēſi Epiſcopatui

Gazam hanc Wolframus Rheno commiſerat, quo aduerſo iumentis nauim entibus, infra Confluentiam diſcrimen adijt loco peritiſſimis etiam nautis loſo: licet enim ſcopulis ſuperatis in tuto nauis eſſe videretur, rupto fune, trahebant equi, parum abfuit à naufragio: dum impetu prono deſcendit meter aluei periculoſiſſimi ſcopulos, prope vorticoſi amnis gurgitem. Hic penè agi Diuos, quorum ſacræ reliquiæ nauigio vehebantur, inuocare: nec vana auis enim ſubito contra fluminis impetum adſcendit, eluctata feliciter omnes los, ita ſaluis reliquijs & vectoribus ad Weiſſenburgenſe monaſterium appuit. Accidit ſubinde, vt iniuria temporum, & incurſu hoſtium ſancti cineres ſæub altari defoderentur: ij ſat multo iam euoluto tempore feſto Natalis Domagno Abbatum & Præſulum numero præſente, confluentibus hominum illibus, ſolenniter ſunt eleuati, arciſque ac lipſanothecis pretioſis reconditi. at veteris libri Weiſſenburgenſis operimento notata de hac iterata ſanctarum liuiarum inuentione ſcriptura hoc exemplo: *Anno Incarnationis Dominicæ 1252. Nttuitate B. Mariæ Virginis eleuata ſunt corpora SS. Martyrum Sergij & Bacchi in moſterio VVitzenburgenſi, Salſenſi, Horbacenſi, & Fratribus Minoribus numero circa cenquorum tunc generale capitulum fuit: præſentibus etiam hominum turbis vtriuſque ſeirca 60. millia & amplius, qui aderant ipſo die feliciter.*

à naufragio nauis miraculosè liberatur

Fuit & alia tunc ibi reperta tumba, his exarata verbis: *Hic reconditum eſt intecorpus S. Eugeniæ virginis & Martyris de Sodalitate S. Vrſulæ.*

Præterea corpus S. Querelæ V. caput S. Aureliæ, partem S. Blichtildis ex eaParthenica ſodalitate ijdem poſſident. Quos omnes loci Decanus à D. Gerardo Lothario à Büren Spirenſis Eccleſiæ Cathedralis cuſtode rogatus ex Bibliotheca Weiſſenburgenſi, & indice ſacrarum reliquiarum collegit cum prioribus eſſe Coloniæ allatas à VVolframo.

CAPVT V.

S. Norbertus ad varia monaſteria Ordinis Reliquias Vrſulanas An. 1121. Colonia transfert.

S Norbertus vt nouæ ſuæ fundandæ Præmonſtratenſi Religioni de Diuis tutelaribus & Præſidibus prouideret, cum, vt dixi libro ſuperiore, Coloniam petiſſet reliquias, corpus S. Gereonis inueniſſet, & vna Virginum Vrſulanarum ei corpus ſuum, nomen & tumulum indicaſſet: præter ipſam Archiepiſcopi Friderici ſummi voluntate multas alias eiuſdem Sodalitatis ſacras exuuias impetrauit. Quo theſauro iam auctus per Belgium ad ſuos contendit velociter; vbique fiebant magni ad virum ſanctum concurſus. Clerus populusq; ciuitatum obuiam venienti ſoleni pompa procedebat, excitus fama ſanctitatis & prodigionum eius. Iamq; Narcum attigerat, vbi Ermenſendis Godefridi loci Comitis vxor clariſſima, villam ſuam Floreffiam obtulit, vt eam Deo conſecratam exornaret monaſterio. Accepit vir ſanctus

Floreffiæ conditur Præmonſtratēſium monaſterium

dicatur reliquijs Vrsulanis.

sanctus piam matronæ donationem: ibiq; relicta Ordinis sui colonia,& actis gratijs dimidium sacrorum pignorum deposuit: inter quæ Raisse numerat quatuor e Vrsulano collegio capita.

Floreffiâ deinde Præmonstratum redijt stipatus triginta, qua laicorum qua Clericorum comitatu: vbi reliquam sacri thesauri præsertim Vrsulani partem recluſit,& talibus nixus Patronis,cœpit de stabilienda sua religione, deligenc regula seriò cogitare, Deumque his deprecatoribus consulere; quando S. Au nus ei visus est ferre leges; sub quibus die Natalis Domini solennem profess pariter ediderunt: vt videatur hæc ipsa religio sanctarum Virginum precibu dammodo coaluisse, sicut altera recens ad vndecim millium Virginum hon in Gallia à Sede Apostolica instituta sub eadem S. Augustini disciplina Deo m Sæpius subinde Coloniam etiam Magdeburgensis Archidiœceres iam inaugu redijt,vnde S. Bernardus ad hunc velut oraculum præsens mittit Brunonem S dum electum Colonien sem,consultus ab eo: vt alibi doceo.

CAPVT VI.

Circa Ann. 1142. *& sequentes Colonia in Germaniam superior & præsertim Moguntinam diœcesin Vrsulana corpora deportantur.*

FVit Moguntina diœcesis bene merita de viuo Parthenio D. Vrsulæ coll quod biduo ciuitas fouit, in qua sponsus Ætherius fuit genitali fonte lustr

Mogũtina diœcesis abundat reliquijs Vrsulanis

digna, quæ Virginum cum Christo regnantium præsidio firmaretur: vnde in cœnobia vel Ecclesias ipsius & vicinorum locorum sacræ earum exuuiæ de magno cum clientum emolumento honorantur.

Monasterium Breitenavvense. *Trithem in Chron. Hirs ad An.* 1142

Situm est in ea Breitenavvense S. Benedicti cœnobium, quod an. 1142. m rabatur Henricus diuinis & humanis literis eruditissimus, cuius monimenta nu rat Trithemius: Deus verò sanctitatem eius mirandis operibus in vita & post tem obsignauit. Huius fama virtutis inuitati illustres viri iugo se religioso tali stro subdiderunt. Constat Adalbertum Comitem de Schoënburg sub eius dis na tantam vitæ puritatem obtinuisse,vt prodigijs inclaruerit. Sed Henricus vt pręsidibus muniret asceterium,imitatus S. Norbertum, Coloniam abijt: cui Ar dus II. Archiepiscopus quatuor exercitus Vrsulani corpora liberaliter imper ea 6. Non. Iunij cum honore maximo ad monasterium introduxit.

Sponheimense. *Trithem in Chron. Spõh Ann.* 1143.

Sequenti anno Bernardus Sponheimensis archimandrita,eundem Arnol Colonien sem Pręsulem solicitauit, vsus opera Comitis Megenhardi,qui duo co ra vndecim millium Virginum cum accepisset, ea magnifico apparatu sacrari tulit,& in duobus scrinijs inauratis collo cauit.

S. Dyſibodi *Dodechinus An.* 1143.

Eodem anno nouum monasterium montis S. Dysibodi graui ceremonia dicatum est: in quod tria cadauera sanctarum Virginum eiusdem congregatio in loculis ligneis sunt condita,teste æquali Dodechino loci cœnobiarcha.

Zuifaltēse *Membrana loci peruetusta, & ex ijs Cruſius lib.* 10. *c.* 7.

Eodem etiam anno, vel vt putant alij, biennio post Bertolfus Pręfectus Zu tensis monasterij quartus, corpora duo de numero vndecim millium Virginum tinuit cedens successori suo,& Coloniam veniens, quæ eo magno sumtu transl in Sueuiam: sed quo experimento fuerint vsi ad explorandam veritatem ipsor sacrorum pignorum, scribit his verbis anonymus æqualis: *Nos verò vtpote hom veritatem rei ignorantes,ne forte pro certis incerta susciperemus,præmissis ieiunijs & ora nibus, per iudicium frigidæ æquæ veraciter & clara luce cunctis, qui aderant, Dominum laudantibus virginea corpora sancta pro Christo Coloniæ passa,ac de numero vndecim mill Virginum esse comprobauimus. Qua examinatione peracta,albis & cappis ornati,eas dem liquias congruis laudibus gaudentes suscepimus: Deinde rogatu præfati Patris, alterum dem de ipsis corporibus apud nos retinuimus; alterum verò apud S. Ioannem Baptistam in nasterio Virginum collocauimus.*

Fit

Fu & priore etiam ſeculo perquam vſitata aquæ frigidæ probatio: nam vt idem ...is de eodem cœnobio in lite quadam definienda ſcribit: *Diu certato cum Zui-... nes nollent moleſtias iuris experiri, iudicio tandem frigidæ aquæ ſcriptore membranei ...bri Bertoldo, aliiſque Monachis & Clericis præſentibus probatum eſt, ad Zuifaltenſe ...erium illam Eccleſiam cum decimis, & omni iure pertinere:* Sed tales hodie ...bitiones rectius Sancta Mater Eccleſia ſacris Canonibus reprobauit: videri ...i poteſt.

Ad diœceſin Moguntinam redeo, in quam poſterioribus etiam ſeculis innu- ...bene ſacra oſſa cœtus Vrſulani ſunt delata, tempus tamen translationis ple- ...ignoratur. Prædiues verò ciuitas ipſa eſt, cuius in Collegio B. Mariæ Vir- ...d gradus, in eius ara primaria, vbi ſolenni ritu per Aduentum Antiphona ...decantatur, decem capita Parthenicæ congregationis religiosè adſeruantur. Ciuitatis Mogun- tinæ reli- quiæ. ...at de iſdem Sanctarum exuvijs Parœciæ S. Ignatij, S. Quirini, S. Chriſto- ...& S. Emmerani. Mons verò S. Iacobi Ordinis S. Benedicti, non pauca de ...Sodalitate colit oſſa: ſicut Diui Petri Canonici inſignem brachij portio- ...vtinam tempus acceptarum reliquiarum adnotaſſent, quod diligenter ...gnatum habent Sanctimoniales ibidem S. Claræ inſtitutum profeſſæ, quæ ...vnum Colonia cum teſtimonijs autenticis cuſtodiunt, cuius hæc eſt ſen- ...ti.

...CPIA DOCVMENTI AVTENTICI TRANS- lationis vnius cranij è Sodalitate S. Vrſulæ.

...OS Anna von Iudden, Prioriſſa, Eliſabeth Hoppe cuſtos, reliquæque Conuentuales Monaſterij S. Gertrudis, Ordinis S. Dominici in ciuitate Colonienſi, fidem facimus, & ...ntibus atteſtamur, qualiter ad inſtantiam D. Thomæ Gramaye Regiæ Maieſtatis, & ...iſſ. Archiducum militaris Commiſſarij, dicto D. Gramaye vigore facultatis & licentiæ ...ede Apoſtolica conceſſæ conſignauerimus, & promte donauerimus vnum caput ex ...ente S. Vrſulæ, vel vndecim millium Virginum, quod cum alijs ſanctorum, & ſanctarum ...lijs hactenus in Eccleſia dicti Conuentus noſtri ab immemoriali tempore deuotè & ...oſè conſeruatis pro tali honoratum ac cultum fuit: ſperantes, quod dictus D. Tho- ...Gramaye ſecundum zelum & deuotionem, quam in ipſo conſiderauimus, dictum ſan- ...caput in tali loco transferri & collocari faciet, in quo non in minori honore, quam ...nus habitum fuit, adſeruabitur, & habebitur. In quorum fidem præſentibus ſigillum ...ntus noſtri apponi iuſſimus, & ſubſcriptione noſtra firmari fecimus. Actum Anno ...is humanæ 1606. decimaquarta Iunij.

Ita teſtor

Anna von Iudden pro tempore Prioriſſa ad S. Gertrudem Coloniæ.

Eliſabeth Hoppe Cuſtos Eccleſiæ S. Gertrudis.

CAPVT VII.

Ad Schönaugienſe Monaſterium Treuirenſis diœceſis An. 1156 SS. Verenæ & Cæſarij corpora deferuntur, cum illuſtri facta ibidem apparitione.

CELEBERRIMA cœpit anno ſalutis reparatæ 1155. exeunte, inuentio Sodalita- ...tis Vrſulanæ, & in varias Vrbis Colonienſis Eccleſias, vicinaque monaſteria, ...riſſimum Tuitienſe translatio, vbi hodieque brachium S. Vrſulæ, & cingulum ...is ſericum piè cuſtoditur. Inſequente verò anno multa centena corpora ſunt ad ...notiora loca transportata: pauca de multis & certiora tantum memorabo.

Hildelinus primus Schönaugiensis Abbas, cum sciret Gerlacum Tuitiensem cœnobiarcham præfectum à Coloniensi antistite sacris Vrsulanis reliquijs imponendis, eleuandis, & transferendis: ab eo duo corpora Colonię precibus impetrauit: ea curauit graui ceremonia ad Monasterium deportanda, Monachis ante sacram ædem ordinatis, vt lipsana præstolarentur: Sedebat eo tempore S. Elisabeth: cui bili suo, rerum omnium ignara, quæ gererentur, quando mente deuinitus erectus vidit, qua incedebant reliquiæ, globosam candoris eximii flammam: eam antecedebat Angelus, halituque thuris, & odoramentis adolebat, altera verò manu candelam ardentem præferebat. Postridie inter rei diuinæ tremenda mysteria, Elisabethæ se videndam obtulit S. Verena cœlesti luce radiosa, cum palma triumphali; quam allocuta de seipsa & socio martyre multa retulit: nomen suum indicauit consentaneum titulo sepulcrali: socium verò nominauit Cæsarium: addidit, nisi tuli sui incisorem direxisset, aliter scribendo nomen vitiasset.

Visio S. Elisabeth.

In translatione SS. Cæsarij & Verenæ.

Tertia die S. Cæsarius ipse visus eidem est, ex quo didicit genus, & conditionem eius: nam ex militari ordine, Martyris Verenæ permotus exemplo, & fortitudine, cœpit ad eandem palmam adspirare. Hinc edocta S. Elisabeth est, Sodalitium Vrsulanam non solis virginibus; sed viris etiam constitisse, cum eousque tantum ex Virginum Britannicarum historia, vti & ceteri omnes, qui eam legerant, fuisset persuasa, sodalitium illud beatum absque virorum comitatu iniuisse viam; sed cuius postea veritatis clariorem accepit confirmationem, quando de singulis Episcoporum repertis in sarcophagis titulis sigillatim S. Verenam interrogauit.

CAPVT VIII.

SS. Constantia, Albina, Emerentiana, & Adrianus eodem anno transferuntur, & apparent S. Elisabethæ.

EIVSDEM Gerlaci Tuitiensis Abbatis dono circa idem tempus ad diuersa Benedictinorum asceteria sacri Virginum cineres mittebantur. Ita Schönaugiam allatum etiam est S. Firmindinæ corpus, vt titulus significabat: de qua cum Elisabeth S. Verenam consuluisset, originem eius & natales recensuit: fuit autem Dorothei & Firmindinæ, Regum Byzantinorum filia: quæ nomine proprio eadem Constantia dicebatur, sed quia summa festinatione tam omnis funeratio, quam nominum incisio propter corporum multitudinem, & hostium quorundam subinde redeuntium incursiones peragebatur, nomen ei tantum maternum datum est, quo solebant ea tempestate filiæ simul insigniri. Attulerat Colonia corpus hic Egbertus germanus Elisabethæ Virginis, Postea cum alia tria corpora sub annum eo pertigissent, S. Andreas Apostolus, cuius imminebat festiuitas, cum duabus virginibus, & tertio Martyre S. Elisabetham inuiserunt, à quibus solicitè nomen corporum singulorum (nam sine titulis aduenerant) inuestigauit. Cui Virginum altera: *Ego Albina vocata sum, & hæc, quæ mecum est Emerentiana, sorores secundum carnem fueramus Aureliani comitis filiæ. Martyr verò iste Adrianus dicitur, filius Regis, pro Christo decennis fecit martyrium.* Addit Elisabeth B. Adriani nomen fuisse nomine præcedenti indicatum ei, qui sacra lipsana Coloniâ detulerat.

Nomina indicant sua.

Constantia.

Albina. Emerentiana.

S. Adrianus.

Nocte insequenti didicit eadem virgo nomina quatuor Virginum, sororum S. Adriani, Babiliæ, Iulianæ, Aureæ, & Victoriæ, ac in festo S. Nicolai matris earum S. Gerasinæ: quarum corpora manserunt Coloniæ, & apud Virgines Machabæiticas in medio templi religiosè conseruantur. Sed hæc prolixius ipsa reuelatio monstrabit, quam huic attexo libro, quod occasione translationum, & ferè à translatis Sanctis emanarit.

Et 4. sorores eius.

CAPV

CAPVT IX.

aria Ciſtercienſis Ordinis cœnobia, præſertim Montis-veteris, Hemmenrodienſe, Campi S. Mariæ, & alia cum miraculis transferuntur.

c ordo præ reliquis quam diues his reliquijs ſit, vel ex eo colligas, quod oc eodem ſeculo ad vnum eius cœnobium mille corpora delata ſint: & perſtite S. Bernardo templa ſint S. Vrſulę conſecrata. Aldeisbachium dioece- Pa uienſis antea regulares Canonici, regulam S. Auguſtini profeſſi habitabant, s ſubmotis, ipſo S. Bernardo perurgente, teſte Abbate Iongelino Ciſtercien- ordo introducitur circa annum 1147. & cum ordinis & diſciplinæ muta- Patroni quoque variantur: locus enim tunc Dei genitrici, S. Ioanni & Vrſulæ fuit conſecratus, quem hodieque Ciſtercienſes incolunt. Eodem auctore & oculato teſte comperi Archicœnobium Ciſtercium duas colere conſeruare Virgines Vrſulanas, quarum hæc ſuperat poſt aram principem in arte inſcriptio: *Hic requieſcit S. Palladia, & S. Sauina, ex D. Vrſulæ Soda-* At Morimundenſe æſceterium multorum centenorum cœnobiorum mater, ltare talem monſtrat epigraphen: *S. Paula cognata S. Krſulæ, cum tribus So-* *libs.* Huius filia Mons-vetus, quatuor abeſt Colonia in terra Montenſi millia- bus: quam Eberardus ex Comite, & Domino loci Monachus anno 1133. ædifi- poſtea, quam multis peractis peregrinationibus, & humili vita ſubulci inter os amore Chriſti ſuſcepta, tandem agnitus in patriam eſt reuocatus: mille rpribus Vrſulanæ Sodalitatis gaudet, vt & ipſi Cœnobitæ, & qui tunc vixit, mpleraque nanciſcerentur Cæſarius atteſtatur.

Viuo S. Bernardo.

Templũ S. Vrſulæ dicatum. Reliquiæ Ciſtercij.

Morimũdi.

In Monte veteri.

Mille corpora. *Lib. 8. c. 32*

Auget eam narrationem Iongelinus Abbas his verbis: *Sub iſto* (Goſuino) *dotatum eſt hoc Monaſterium Bergenſe pluſquam mille corporibus è ſodalitate SS. vndecim millium virginum: & ne forte tantus numerus alicui ſuſpectus habeatur, numeraui ego ipſe capita expoſita in diuerſis huius ampliſſimæ Eccleſiæ altaribus: quorum 26 in maiori Eccleſia, præter ſacella particularia, extra eam conſtructa numerantur: referuntque huius ſancti cœnobij ſeniores Patres, omnia præfata altaria ſacris vndecim millium Virginum reliquijs repleta eſſe: quod veritati conſonum eſſe exiſtimo: vidi enim ego altare SS. Felicis & Adauctiſitum in ſacello infirmariæ ſacris reliquijs interius ita repletum: vt exiſtimem in eo ad minus quindecim corpora integra, & amplius contineri.* Hactenus Iongelinus, qui putat ot corpora ſponte Colonia demigraſſe, quaſi cum ſupplicationis pompa ipſa nocte, nu præcurrit feſtum S. Vrſulæ: ſed id diſertè, quam laudat hiſtoria non aſſerit: quo ſuo loco referam: ſi aliunde compertum ſit, teſtem deſidero: Illud certum: cur Cœnobitæ tot corporibus ditati piè recepto more lauiſſent oſſa, eaque nitidis lubratis pannis per ſedilia domus capitularis, vt vocant, diſtribuiſſent, quo facilius ficrentur, tam tetra mephitis afflauit præſentes, vt loco depulerit: Goſuinus Abbas tartareum dolum ſubodoratus, ſtipatus comitatu ſacerdotum, linteatus carmineacro, Cacodæmonem adiurat: inde faceſſat: exeſſe etiam iubet omnem fœtoris originem, vix ſacra verba protulerat: Cum attonitis viſu nouo cunctis, prægrande quoddam os equinum exſilit: & extra feneſtram excutitur velut turbine. Continuo fœtore ſublato gratiſſimus odor præſentes reficit, index cœleſtis fragrantiæ, quam virginitatis lilia roſæque Martyrij Virginibus conciliarant: refert hiſtoriam poſt Cæſarium æqualem Iongelinus Abbas: cuius & Abbatum loci ſyllabus memit cum temporis nota. *Anno 1182 præfuit ſextus Abbas Goſuinus dictus, qui præſſet annis 21 ſub Adolpho tertio Comite de Monte. Sub iſto Abbate maximè dotatum eſt Monaſterium reliquijs SS. vndecim millium Virginum: is idem V. Abbas tanti meriti cum Deo fuit, vt os equinum infra oſſa SS. Virginum in capitulo Monachorum iacens, &*

Os equinum eijcitur.

magnum fœtorem emittens excommunicauit, quod mox è medio aliorum exsiliuit, & in de suauissimus odor secutus est.

Templum subinde constructum est magnificentia sanè regia, sacellis var lateribus exornatum, cuius tholus altissimus mirificè decorat structuram : ditorium vetus est Comitum Montensium, & Vrsulanis virginibus opera W boldi consecratum, vt aræ principi tabella præfixa monstrat, è qua pauca dece *Cum circa annum Domini 1379 consummata fuisset Monasterij Aldenbergensis Ec dedicata est in honorem Dei, Deique genitricis Sanctissimæ Virginis Mariæ, & ctorum Confessorum Benedicti & Bernardi Abbatum, Sanctarumque undecim mi Virginum per D.V Vichboldum D.G. Episcopum Culmensem, ex commissione V. in C Patris ac Domini, D. Friderici Archiepiscopi Colonienſis, proxima Dominica post festum Apostolorum Petri & Pauli.*

Sed vnde dicemus Gosuinum eum thesaurum accepisse, ? an partim à derico Colonienſi Præsule, Comite Altenensi tunc, cum ferueret inuentio annum 1158, qui locum sepulturæ ibidem elegit : vel à Germano eius (vt Iongelinus ex Cæsario nominat) Brunone, qui circa annum 1193 ex Archi copo Colonienſi Monachum induit Abbate Gosuino ? his Patronis nobilis reliquias Vrsulanas obtinuit cœnobium, in quibus sagittæ capitibus adhuc in complures ostenduntur. Nostro tempore R.mus Ioannes à Blanckenberg, lo gnissimus Abbas, mirificè templum sublatis è Choro varijs impedimentis e nauit: cui dum studio intendit, diuina bonitas occultum thesaurum Vrsulanu ferauit ? nam incredibili meo gaudio reperit multa corpora saccis inclusa, qu nomina fuerunt adiecta, quorum permulta Gerlacus & Harbernus Abbates tienses eleuarant: eadem sacra corpora mihi examinanda humanissimè obtuli super autentico confecto instrumento, quod merito possint similium reliquia custodes imitari : hoc tenore.

INVENTIO ET ELEVATIO MVLTORVM Corporum SS. Martyrum, è Sodalitate S. Vrsulæ, in Ecclesia B.V. Mariæ Aldenbergensi Monasterij Cistercienſis Ordinis.

NOS Ioannes à Blanckenberg Dei gratia Monasteriorum B. V. Mariæ de Veteri-M & Amelungsborna Abbas, SS. Theolog. Doctor, Ordinis Cistercienſis Vicarius G ralis &c. Notum facimus vniuersis, quod cum sub initium regiminis nostri diligentes d domus Domini, sublatis impedimentis desideraremus in ea nonnulla ad ornatum eiusden Omnipotentis Dei gloriam renouare, cõtigerit diuina magis prouidentia, quã humana n solertia, dum in pariete ad latus epistolæ summi altaris, supra sedilia Presbyterorũ, (in qu dum sacris solenniter operantur, solent considere) ligneum eorum operimentum, ante c more veteri candelæ festis solenniorib. accendebantur, dimoueremus, vt in latentem Ecc nostræ thesurum, corporum inquam multorum nominatorum Martyrum è Sodalitate S. sulæ, & aliorum incideremus, quæ à decessoribus nostris singula saccis separatis inclusa, a ctis proprijs nominibus fuerant collocata. Gauisi vehementer sumus tanto reperto spiri thesauro super aurum & lapidem pretiosum præstantiore, & vt deinceps nominatim in clesia dicti Sancti honorentur, hanc erigere paginam decreuimus, vt quanta singulorum poris portio supersit à posteris cognoscatur.

Ex corpore S. Quirilli Presbyteri reperimus ossa maiora quatuor, minora supra duodec & partes aliquot capitis.

Ex S. Baſſani Martyris Cremonensis ossa duo femoris, duas tibias, vnam suram, vnu ischium, seu coxam, os sacrum, vertebras septem, costarum fragmenta 7. præter caput eius in statua pectorali separatim hactenus honoratum.

Ex S. Liuoldi Subdiaconi ossa maiora 8, inter quæ fuerunt duo femoris, & duæ tibiæ, m ra 20 cum parte mandibulæ.

Ex S. Fabarij corpore, ossa maiora duo, partes ossium maiorum 7. multas partes capitis is ossa minora permulta.

E.

x S.Marij vel potius Matthæi Episcopi Hibernienſis tria ossa maiora, ferè integra, ſſium maiorum 4.duo ossa ischia,aliquot vertebras,partem cranij,multa ossa minora, t fuit mandib ula capitis alicuius minoris.

Ex corpore S.Succeſſi Fratris S.Geneſij ossa maiora cum fragmentis ſuis ſex, partes capitis, & mandibulæ,vertebras ſex,ossa minora 12.

Ex corpore S.Flauini Martyris Romani duo ossa maiora integra, quaſi tibias, tres parorum ossium,duas coxas ſeu ischia,4.vertebras,& ſuram pedis.

Ex S.Gregorij,vel Gregoriani corpore duo femora,tibias & ſuras vt apparet: duo ossa te & ſcapulis.

Ex S.Vaſpaſio vertebras 8. duo femora,tibiam vnam,ossa minora 8.

Ex S.Eſſentia ſorore S.Pantulæ os ischium, partes ossium maiorum 7, aliquot digitos, arum partes multas.

Ex S.Caradumia vnum os ischium,ſex vertebras,partem ossis magni, coſtas minores

Ex S.Patralia os integrum maius vnum,partes ossium maiorum 7. dentes 12, minora rima.

Ex S.Pampilo os femoris,duas coxas,duo ossa dimidiata, quaſi eiuſdem tibiæ, aliquot ras,coſtas,digitos pedum,dentes & partes cranij.

Ex S.Biunida V. nouem partes ossium maiorum,aliquot dentes & ossa minora. Præterea mus extra ſaccos

S.Saluij fratris S.Euergiſi Diaconi & M.mediam partem ossis magni femoris.

S.Malluſij Epiſcopi Laudenſis mediam item partem femoris,& duo minora ossa.

S.Pantuli M.duo ossa minora,quaſi ſuras tibiarum.

S.Maromij Cardinalis & Epiſcopi Nouarienſis ossa duo.

S.Mauriſi Epiſcopi cum Babila & Iuliana ſepulti duo ossa,quaſi vtramque tibiam.

S.Pamphili fratris S.Poëmij os magnum & aliquot particulas.

S.Valentini & S.Celerini M.& Diaconi os vnum.

S.Fenellinæ V.os femoris,& aliud minus os.

S.Victorinæ V.valde nobilis os quaſi tibiæ. S.Canibariæ V.duo ossa alterum ſuræ.

S.Gadiagiæ duo ossa,& partem mandibulæ, S.Flariniæ V.mediam partem ossis.

S.Vrbinæ V.duo fragmenta ossium. S.Caſſiæ V. os vnum. S.Fenagariæ partem ſca-

Atque hæc ferè corpora & ossa videntur fuiſſe Sodalitatis Vrſulanæ. Enumeratis de- SS. Thebæorum & aliorum Martyrum inuentorum reliquijs, concludit: *Curamus deinde propter hoſtilium incurſionum pericula reliquias omnes haſce enumeratas Coloniam deuehi, ibidem anno infraſcripto die quinto menſis Iulij à peritis viris Religioſis, Reverendis Patribus Ioanne Auerdanck & Hermanno Crombach Societatis Ieſu Theologis determinari, aliiſque ſaccis includi, donec Deo propitio nouis arcis decenter fabrefactis imponantur, & per templum diuiſæ publico cultui nominatim exponantur. In quorum omnium & ſingulorum fidem hanc paginam Chirographo, & ſigillo noſtro Abbatiali muniuimus, Anno Dominicæ Incarnationis 1646 primo die Auguſti.*

Præter dictos Martyres ibidem iam olim capita quorundam aliorum etiam eiuſdem Societatis coluntur, quorum iſta ſunt nomina: *S.Cornelius M. S.Saturninus Dic & M. S.Ignatus Epiſcopus & M. S.Mercurius Epiſc.& M. S.Euſebius Epiſcopus & M.* Eſt ibidem & S.Aetherij ſponſi S.Vrſulæ, pars cranij miraculis illuſtrata. Horum autem corporum comperi quædam iam ante An. Dom. 1163. eo delata: tunc enim auctore Angelo Manrique viro eruditiſſimo, corpora duo ſacra recens & prodigiosè Coloniæ reperta, inde Morimundum tranſmiſſa ſunt: ipſum audiamus. *An. 1162 Electus Aliprandus ſecundus Morimundi Abbas rexit quinquennium. Eius tempore inuenta per miraculum,& ad ipſum delata duo Virginum corpora, ex numero Sodalium S.Vrſulæ Morimundenſes eximiè lætificauerunt. Equus alias manſuetus, & domesticus è ſtabulo reſiliens, nec cibum ſumens latere in loco aliquid oſtendit; cum mane quocunque inde extractus, obedientiæ conſuetæ & manſuetudini innatæ reſtitueretur:*

Angelus Manrique to 2. Annal. An. 1162. c.4. n 8.

effoßâ terra thesaurus inuentus est, inter stercora fragrans, radianſque, vt neq[ue] teriri posset, neque ignorari. E Colonia (nam ibi diu latuerat) primum ad tem-Veterem: inde cum ij alijs, nec minus certis sacrarum Virginum exuv tati essent, ad Morimundum transmissus, vbi hodie obseruatur in reue Non subest annus certus translationis: verum sub Aliprando Abbate factum le testificantur. Hæc Manrique. Sed & sequenti seculo Monasterium ide denbergense dono Tuitiensis Abbatis corpora multa precibus impetrauit casionem dedit bellum Ciuitatis Colonienſis cum Archiepiscopo Conrado ius timore cœnobitæ Tuitienses thesaurum suum sacrum in Veteri-Mon posuerunt: rem gestam, qui donauit, tabulis autenticis, quæ su ternæ, narrat ordine singulas recitabo, quia simul aliarum translationum fac in Belgium & Franciam meminerunt.

1. Nos Ioannes D. G. Abbas & Conuentus Tuitienſis, notum facimu uersis: quod cum Nos propter discordiam, quæ fuit inter D. Archiepiscopum nienſem & Ciues Colonienſes, apud viros Religiosos Dominos de Monte Ordinis cienſis corpora, & reliquias Sanctarum Virginum deposuissemus, deinde ad tionem D. Scholastici Maioris Ecclesiæ, Præpositi Monasterienſis in Eifflia tr mus 5 corpora: item propter deuotionem eorundem Dominorum tradidimus ipsis 3 pora. Ad petitionem D. Conradi Archiepiscopi Colonienſis tradidimus Regi A & Comitissæ Flandriæ 4 corpora. Item ad petitionem D. Bobbonis tradidimus triac in hoc sub sigillis nostris ipsis manifeste profitemur. Datum An. Dom. 1260 Aprili.

2. Vniuersis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis Ioannes Dei G. Tuitienſis salutem in omnium Saluatore. Tenore præsentium protestamur, Nos na voluntate nostra, & consensu Conuentus Nostri, Conuentui de Veteri-Monte pora Sanctorum Martyrum contulisse, præsentibus honestis viris, scilicet Custode po de Tuitio. Ottone Priore de Veteri-Monte, Henrico Custode, Godefrid custode eiusdem loci, & alijs quamplurimis vtriusque domus. In cuius rei te nium præsens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Datum An. Dom. 1260. men cembri.

3. Nos frater Ioannes Abbas Tuitienſis, tenore præsentium protest quod Nos duo corpora: videlicet S. Smarinæ V. & Acariſmæ V. Illustrissim Nauarræ, per F. Micolaum Monachum Clareuallensem transmisimus: quæ c accepimus ex Veteri-Monte de reliquijs, quæ ibidem ex parte nostra detin Et vt præmissis plenior fides adhibeatur, præsentem scedulam testimonio D. Goa de Bergerhusen, & Theodorici Cellarij Monachorum Nostrorum prædicta E de Veteri-Monte sigillo nostro tradidimus communitam. Acta sunt hæc Anno 1267. 4. idus Februarij. Sed nimis ferè diu in monte subsistimus: quic

Ps. 67. 16. rum? *Mons Dei, mons pinguis est: mons coagulatus, in quo beneplacitu Deo habitare:* ibi *millia* Virginum sanctarum *lætantium.* Inde nos S. Berna ad filiam suam dilectam Hemmenrodensem euocat.

Hemmẽrodense capita Vrſulana.

Nam circa idem ferè tẽpus arbitror Hemmenrodense Treuirensis diœcesis nasterium, à S. Bernardo institutum, incredibilem thesaurum Vrsulanum acce quo hodieque gloriatur: quantus is sit, licet ex oculato teste Browero stro æstimare, dum ait. *Monasterium Hemmenrodense cum alijs Diuorum reli præclarè ornatum est, tum vndecim millium S. Vrsulæ comitum pignoribus dat: ex quarum societate, vt integra quoque corpora seruat, ita capita memini raſſe ad 70 supra trecenta.* Magnus iterum numerus: nec incredibilis: pr

370 tunc erant Colonienses, nec centurias tantum; sed & Chiliadas capitu corporum alijs elargiebantur; nunc eos parciores fulmen Pontificium redo volebat diuina prouidentia tunc spargi per orbem terrarum ea lipsana, cultus magis propagaretur: ideo cum eo seculo multa millia corporum re rentur, ipsa multitudo fecit, vt is thesaurus minoris ab incolis: ab ex

luris æſtimaretur, ac ſolicitudine maiore quæreretur. Sed nominatas
menrodenſis cœnobij reliquias inſpiciamus, quas ad me loci religioſus
olaus Hees ex inſcriptionibus deſtinauit. Vna *Noitburgus* vocatur longè di-
b altera Colonienſi, Plectrudis ſiue filia, ſiue nepte, quæ circa annum
oloniæ in Capitolino Parthenone floruit; altera *Suſanna*, tertia nomina-
gnes: hæc ſuum ipſa nomen ſacerdoti ſignificauit, vt præfert capiti virgi-
s appenſa epigraphe: *Hæc virgo adiurata, quæ eſſet, reſpondit, Agnes dicor, una de vndecim millibus principalibus dominabus, quæ rexerunt exercitum B. Vr-*
e. Corpus eiuſdem Virginis ibidem religiosè colitur, vna cum corpore S. Ma-
Archiepiſcopi, quem multi faciunt de eadem ſocietate, reperitur etiam in
erni Tuitienſi Catalogo.

olonia verò fuiſſe eadem translata docent ſequentes inſcriptiones.
Caput vnius Virginis & Martyris, de vndecim millibus Virginum, Coloniæ in
co ſago inuentum. In ciſtula huiuſmodi adiungitur epigraphe: *Corpora diuerſarum*
rum Virginum de vndecim millibus Coloniæ interemtarum. Caluariæ cuidam
e a ditur titulus: *Tertium caput de tribus capitibus Colonia iuuentis, & eſt de XI.*
us Virginum. Alteri talis: *Caput vnius Virginis inuentum Coloniæ cum aliquibus*
ſdem Virginis veſtimentis: & eſt de conſortio XI. millium Virginum.

Notanda duobus cranijs affixa ſcedula, cui traditio conſonat, quod do-
quibuſdam ſponte locum priſtinum repetierint hoc exemplo: *Iſta duo capita* Cranialo-
nunt de caſtro Dollendorff, in Eifflia ſituato miraculosè, & de manè fuerunt hic in- eo ſe mo-
t miraculosè: ac ſunt locata ob ſpecialis deuotionis gratiam in ſummo altari iuxta ve- uentia.
rabile ſacramentum.

Non eſt hoc in Vrſulanis inſolens; Coloniæ & Confluentiæ ſimilia contigerunt.
eam ibidem habent, cui numerus adiectus Virginum, quarum ſanguinem
erit his verbis: *Lancea adhuc cruenta, qua centum viginti & vna virgines in-*
fectæ ſunt.

equentem inſcriptionem Phyſicorum & Medicorum relinquo iudicio diſcep-
am: *Caput vnius virginis de conſanguinitate S. Vrſulæ, propterea non habet dentes mo-*
re

eminus huic titulus Oſnabrugi conſeruatur in Weſtphalia his verbis: *Ad ſi-*
ſam altaris corpus Beatæ Cordulæ Virginis octodecim annorum, cuius caput caruit denti-
bus axillaribus: vna de ſtirpe regali B. Vrſulæ traditur fuiſſe, progenita ex Britannis:
hoc ſignum eſt illarum Virginum, quia carent illis dentibus.

ed quia Weſtphaliæ nunc incidit mentio: ſitum eſt in ea Ciſtercienſe Monaſte-
ium, Campus Mariæ dicitur, multis etiam Vrſulanis cranijs decoratum eodem ferè
eclo: in quo prodigium quoddam ætate noſtra patratum, id viſum eſt adiungere. Mariæ cã-
pus abun-
dat ijſdẽ.

Anno ſalutis reparatæ 1599. Gebhardo Truchſeſio ob ſacrilegas nuptias Ar-
epiſcopatu Colonienſi Pontificia ſimul & Cæſaria lege exturbato, cum Er-
nus ſucceſſor Bauariæ Dux accitis in auxilium Hiſpani Regis copijs reliquias
i perſequeretur, & hoſtibus triumphatis exercitui victori pro hibernis Mo-
nterienſis diœceſis obueniſſet, iamque Verdugo copiarum ductor in Hoërs-
ckel prope Campi Mariæ Monaſterium aduenisſet, Abbas Georgius Rhode
it ad eum oratum, ne ſubditos nimijs oneraret exactionibus, qui etiam e-
dem inuitatu cœnobium inuiſit: vbi cum nihil perinde ac reliquiarum mul-
tudinem, & nobilitatem ſuſpexiſſet, & adamaſſet, partem aliquam om-
theſauro ſibi cariorem donari poſtulauit: Grauatè id accepit Abbas; ſed ar-
tatæ peruicerunt preces, & damnum permoleſtum, quod ſubditis, & Mo-
ſterij latifundijs à militibus imminebat: præ ceteris ara maxima plurimis Vrſu-
lanis cranijs vndique decorabatur: duo eorum appromiſit; ſed qui loco ea mo-
ue vellet, repertus eſt nemo: donec Monaſterij ianitor Fr. Georgius Kock patria
Elfeldienſis ſcalis admotis ſuſtulit ex ara, temerario auſu, breui luiturus audaciam: Punitur
ve menſis euoluebatur, cum appoplexia tactus lecto decubuit ſex ipſas hebdoma- loco mo-
es, manibus, pedibuſque ſideratus, dum ſacra crania delata ad vicinum Virginum uens duo
capita.

aſceterium (quod Rengerin-k vocant) eluuntur, & maiore veſtita orna-muntur, vt gratius Hiſpanis donum accidat: Iam ad Abbatem, cultiora reportata erant: is commodum operiebatur tempus, quo ea Beckemi Ducem Verdugo deſtinaret, interim ſolicitè ſuo in conclaui cuſtodit. C tempeſta nocte pluribus, vicibus circumſtante velut cœleſti exercitu (no ita referunt) ſacra lipſana euictis noctis tenebris mirum in modum radiant ſacrum vigili, & intuenti cœnobiarchæ horrorem incutiunt. qua viſion territus, piaque Georgij Fratris ægri & ſiderati permotus miſeratione, Mon rum vocato conſilio ſuffragijs omnibus coeuntibus, decreuit reuocandas factam Hiſpanis, ſed cœlitibus ingratam donationem: qui etiam noc auditis viſis, haud grauatè acquieuerunt. Interim temeritatis vltrix ir tas, vt pelleretur, infirmo ſuadetur, collectis quantum poſſet viribus ſacras reliquias loco reſtitueret, ſpei plenus recuperandæ Virginum San patrocinio ſanitatis, ſi eum delicti pœnituiſſet. Ita in ſpem erigitur, licet exhauſtus viribus: nam eius, qui à ſacris, & alterius, qui à f erat Abbati nixus humeris, ſumma corporis ægrimonia, & moleſtia,

Sanatur ea reſtituēs ſuo loco.

prope Deiparæ ſtatuam ad dexteram aræ partem, vbi hodie viſuntur, lo reſtituit, ſimulque ſenſit vires ſibi ſenſim reſtaurari, donec omni depul dore, Deo ſanctiſque Virginibus grates ſoſpes cecinit. Ita teſtes oculati, qui terunt, & in reponendis ſacris reliquijs ſuppetias tulerunt, memorant: quor ter hodie ſuperſtes fidem facit teſtatiſſimam, præterquam, quod tota rei ſeries bella, templi parietibus affixa, vindicet eam ab obliuione: cuius ad me copia ſacriſta deſtinauit; eandemque Campenſis Cœnobiarcha, qui locum ſæpius xit, mihi coram recenſuit.

Tongelinus in notitia Abbatiarum.

Penetrarunt poſtea in ipſam vſque Daniam Vrſulani cineres, in qua Eſron Ciſtercienſis item ordinis cœnobium vigebat anno 1153. ab Eskillo Lunde Archiepiſcopo & Daniæ Primate in fundis hereditarijs excitatum, & dot diœceſis Roſchilden ſis. eo ſi M. S. veteri Carthuſiano Colonienſi fides ſit tri da, tredecim Parthenicæ ſodalitatis huius calvariæ ſunt tranſlatæ, quæ decenter ornatæ fuiſſent aris impoſitæ, nocte Natalis Dominici, dum M nis abſolutis hymni Ambroſiani primus verſus, præcinente Præfecto Mon cantatus eſſet à Religioſis: alterum *Te æternum patrem*, tredecim capita ſuaui cæleſtique concentu cecinerunt. Nec tamen id inuſitatum: nam & S. Greg in Dialogis autor eſt, cæſorum Religioſorum cadauera choris alternis eſſe dulata.

CAPVT IX.

Colonia ad Viconienſem Abbatiam Præmonſtratenſem An. 1156, 7. & 9. portantur.

Origo Viconienſis Abbatiæ.

VICONIA vel Viſania prope Valentianas in Hannonia Præmonſtratenſi Abbatia; locum Anachoreta Guido magna ſanctitatis opinione c æuo S. Norberti, fundator Cœnobij: qui poſt varios exantlatos labores, etiam ris viſitatis Chriſti veſtigijs nobilitatis, in Burgundia deceſſit.

Guarini Abbatis amor reliquiarum.

Præfuit poſt Guidonem pius ſanè Cœnobiarcha Guarinus: homo a liquias Sanctorum conquirendas natus: præ quibus omne prodigere ſol aurum, vt è remotiſſimis etiam locis perruptis mille impedimentis, adhibit tronis viris Principibus, tali theſauro ditaret cœnobium: ratus, nunquam ad vitam ſuſtinendam neceſſaria defore, ſi Sanctorum patrocinio cultuque ciretur. Opportuna deſiderij tam ſancti explendi Coloniæ ſe obtulit occ circa Annum 1156 effoſſio Sacrorum Sodalitatis Vrſulanæ cinerum: quo ſt duos è cœnobitis ablegauit, opportunis inſtructos monitis, ne redirent cui. Sed Principe Patrono opus eſſe videbatur: Commodum An. 1157. Baldu

Hanno

...iæ Comes Agrippinam petebat, votiua peregrinatione S. Vrsulæ re-...entæ cineres veneraturus, hunc supplex Gwarinus adit, binos vt Reli-...n Comitatum adlectos Abbati Gerlaco commendet (qui tunc effos-...crorum ossium præerat) obnixè rogat, quo facilius Sanctarum Virgi-...rpus obtinerent. Recepit in se hanc curam Comes, & ne sua frustraret spe ...um, deflexit in itinere ad Henricum Ducem Limburgensem, quem ...t valere apud Gerlacum autoritate: hunc etiam peregrinationis Co-..., & piæ patronum causæ adsciscit. Non potuit tantis patronis quid-...Gerlacus Abbas denegare, ilico S. Carissæ Virginis, & Martyris Vr-...corpus ijs impertijt: hoc accepto Cœnobitæ læti Paschalibus ferijs Vi-... redierunt: Excepti pompa solenni, & cum harmonia melica the-...acer inductus est in Ecclesiam: vt tamen ea translatio celebriore pompa ...etur, Abbas communicato cum Atrebatensi Episcopo consilio, in Pen-...n indixit solennem sacri corporis translationem: Ad quam plurimi Eccle-..., & seculari dignitate illustres viri, Abbates seni, cum innumera ho-... multitudine confluxerunt. Subinde dies 19 Iunij decretus est, qui quo-...officio Duplici de Sanctis Virginibus ageretur. In cuius Prosa sic canunt ...enses. *O felix prælatura, cui præest omnis cura rerum spiritualium, sed felix Vico-...præbet Colonia, lætitiam & gaudium.*

S. Carissæ corpus obtinet.

Pompa solenni transfertur.

Exarsit magis eo sacro donatus corpore Guarinus, nouos excogi-...dos augendi thesauri sacri: ipse cum magna auri vi dat se in viam, o-...pertentat aditus, vt amicos Gerlaci Abbatis donis sibi deuinciat, & ...os votis potiatur: tantumque valuit constans, & assidua solicitatio: ...ter Thebæorum Martyrum aliquot Sanctarum Virginum corpora nancis-...r, Deo sanctis viri desiderijs adspirante. Redit ergo Viconiam, Anno ...cum corporibus *Sanctarum Frangiæ, Sambariæ, Babiliæ*: item *Macarij* ...*pi* & aliorum, vt in appendice lib. 2. Bibliothecæ Præmonstratensis ad-...ur.

Plura nãciscitur corpora.

Sed quod Hydropicis commune est cum auaris, *quo plus sunt potæ, plus ...tur aquæ*, pauculæ videbantur tot corporum reliquiæ, tam inexplebili ...erio: tertium ablegat Coloniam Religiosos, & hi cum thesauro re-...t, non tamen eo, qui sitim restinguat. Priorem ergo suum eodem de-...; virum vti pium, ita in exsequendis negotijs industrium: informat ...latis, quos adeat: quibus patronis rem ex sententia transigat: addit ei ...am argenti vim, qui omnes mundi thesauros, ne venire quidem cum ...xuuijs in contentionem volebat. Gnauiter rem vrget Prior, & ex voto ...ati perurget; nam multis allatis corporibus reuersus est: quæ festiua ...nitate Ann. 1159 illata in Ecclesiam Viconiensem, eam ita ditarunt, vt ...a omnia Cœnobia Sanctarum reliquiarum thesauro longè Viconia su-...rit.

Dignus æterna memoria Prælatus, de suo asceterio quam optimè meri-... Næ ille plus ei contulit, qui id Sanctorum tutelarium præsidio sepsit, quam ..., qui latifundijs, & amplissimis præsidijs locupletarunt: hæc enim ipsa ...uandoque incommodant, nisi rigore religiosæ disciplinæ, & Sanctorum suffragijs fulciantur; sed de hoc Monasterio sæpius dicendum erit: videri potest thesaurus sacer Adriani Dauidis eiusdem asceterij religiosi. Caue eum Simonia cum dixeris, qui auri largitione sacri pignoris donationem prouocauit.

CA-

CAPVT XI.

Per varia Belgij loca circa An.1160.& sequentes diuiduntur.

REinoldo Archiepiscopo Colonienſi (qui Mediolano Tres Reges Colo cum Sanctis Machabæis tranſtulit) circiter An.1160. ad varia Belgij loc Vrſulanæ reliquiæ tranſportatæ. Iacet prope Bingium Belgicum Virginum monſtratenſium Cœnobium Bonæ ſpei nominatum: huc delata decem Sanct Martyrum corpora comperi, cum virorum, tum Virginum: recitat eorum hæ mina loci Martyrologium: *Martius, Valerius, Honoratus, Polycarpus, Stephan rentia, Margarita, Balbina, Sambaria, & alia Margarita.* his ſacris cineribus 4. Kale Nouembris ab Archiepiſcopo Colonienſi Reinoldo ditatum fuit hoc Aſcete verum vltimis Belgicorum tumultuum temporibus, à Satanica Iconomach rabie in cineres redacta ſunt oſſa ſacra: quos tamen lipſanothecis pulcherrin Choro ad ſummam aram in magna habent veneratione: poſſident eædem Sa moniales, *S. Feliculæ* caput de eadem Sodalitate.

Anno 1170. Tornacum inuenio translata corpora: quarum nomina e tiquo menologio recitabo: *Octauo idus Iunij translatio Sanctarum Virginum & tyrum Christi Honoratæ, & Florinæ, insuper & multarum reliquiarum à Colonia pina ad Ciuitatem, Tornacum inter quas reliquias de ſacratiſſimo corpore eximiæ Vi & Martyris Vrſulæ, quæ in illo nominatiſſimo Virginum vndecim millium conſortio cipatum tenuit, totiuſque Collegij Dux ad Chriſtum effulſit, translatæ ſunt, & recond Eccleſia S. Martini Tornacenſis in ſuburbio ciuitatis, quod actum eſſe conſtat clem diuinæ miſericordia A. Verbi Incarnati 1170.* Vide Auctarium ad Natales Belgij.

Ferreoli Chronici An.1176.

An.1174. Lobienſes tria capita tertio Kalendas Iunij, vndecim millium ginum obtinuerunt. Biennio poſt ad Bertinenſe aſceterium quatuor delata corpora, de quibus ita in Chronico Ferreolus Locrius: *Godſcalcus Bertinenſis ſtes anno regiminis ſui 13. moritur, eique ſuccedit Simon eo nomine ſecundus: Hic inte (ſcribit Ixerius) cum iuxta conſuetudinem antiquam ſemel in anno nuncius noſter niam iret, pro reditibus noſtris, & nihil ſecum niſi pecuniam adferret, Abbas noſter S Sanctarum reliquiarum auidus miſſis nuncijs diuerſis temporibus quatuor corpora de col vndecim millium Virginum hic adferri, & feretrum, in quo ea recondidit, fieri fecit.*

CAPVT XII.

B. Hermannus circiter An. Dom.1180 impetrat caput S. Virgi cuius nomen diuinitus cognoſcit, vti An.1300 Virgines Belianenſis Monaſterij.

ADERAT B. Hermannus cum Coloniæ varia corpora Sanctarum Vi num eruerentur: annum non apponit vitæ autor: in reliquis educ elegantiſſimum paruulæ Virginis corpuſculum, ardebat B. Hermannus ing cupiditate Caput Virginis ſcitiſſimum obtinendi: ſupplex loci Antiſtitam a quibus poteſt verborum ſupplicijs, exponit ſuum reliquiarum iſtarum incen deſiderium: ſed exorare non poterat, licet enim alias vltro reliquias offerret, ho num aiebat caput nec poſſe, nec à ſe velle dimittere. Ergo B. Hermann. ad conſu ſe conuertit arma cœleſtia: copiam ſibi fieri petit in æde S. Vrſulæ Sacr litandi hoſtiam, dumque facit, & inflammatum ſupplex Deo proponit S ctarum exuuiarum deſideriũ; cœleſti certus oracului redditur, iterum petenti ca

Vis ſacrificij.

n denegatum iri. Vix rem diuinam peregerat: adit loci Antistitam, quæ illud
rio to sacello suæ reseruarat pietati: tam faciles reperit aditus: tam incli-
tam voluntatem, vt quasi vltro offerret petenti hilariter, quod toties ob-
tam adeo præfractè denegarat. Accepto dono flagitat alterum à Martyre
nes ium, nomen sibi Virginis indicari postulat: cum simili prorsus oracu-
dis i nomen esse intelligit: ita duplici mactatus cœlesti beneficio Steinfel-
cum sacro pignore venit, vt oculatus, & auritus testis eius narrat
o. tæ.

Nomen Virgo suũ indicat.

Iustrius hoc in genere Belianensibus oraculum redditum est, circiter An.
irgineseæ sunt S. Augustini professæ institutum iuxta Montes Hannoniæ:
rpus è Parthenio Virginum Vrsulanarum contubernio cum impetrassent,
nomen ignorarent: iunctis precibus eius è cœlo notitiam modo mirabili
rant: delapsa enim desuper è cœlo in subiectum altare schedula est, cui
ratæ nomen inscriptum fuit. Ita Arnoldus Raisse in Hierogazophylacio
gio fol. 90.

Et alia scripto in charta nomine.

CAPVT XIII.

Inuentio & translatio SS. Virginum Theomatæ, Cleomatæ, ac Christantiæ cum varijs visionibus Coloniæ, & in Thuringia de ijs factis, circiter A. 1190.

IN Thuringia situm est Cisterciensis Ordinis cœnobium, Folckenrode vocant:
erat Archimandrita insignis Sanctarum reliquiarum cultor; vnde meruit
r cietem tali à Deo visione illustrari. Coloniæ putabat se consistere eo loci,
Basilica Vrsulana consurgit, ac prope murum certum sibi monstrari tumuli lo-
m quo Virgines ternæ Theomata, Cleomata & Christantia conderentur.
Ltus Coloniam pergit, adit Antistitam, declarat ei sibi cœlitus oblatum per
em visum, potestatem exorat quærendi latentem in terræ visceribus thesau-
& repertum ad suum asceterium transferendi. Erat Agrippinæ Vlricus qui-
nossore reliquiarũ industrius, quo plurimum vtebatur Antistita, in rimandis, &
ue dis è terra sacris exuvijs: hunc conducit Abbas. Qui dum altè terram emoli-
r duos reperit sarcophagos, vnoque patefacto: ecce tibi pectinem elegan-
sium, cuius incensus cupiditate, eum in chirothecam abdit: sed is manu subito
ra aui fodientem impedit: ergo educit, & loco eminentiori super egestam
rem collocat. Fortè transiuit vna Canonicarum, Friderindis dicebatur, quæ
uita pectinis elegantia, sublegit eum, & pedem inde concita retulit.

Pectinis furtũ reprehenditur.

Iam corpora tria effossa, scrinio decenter incluserant, vt cum ijs postri-
cœnobiarcha in Thuringiam discederet; Cum nocte concubia tres ei Vir-
is adstant, negantque se Comites itineris fore: Mirari Abbas, & quare
testatur ita Dominæ meæ? cui vna, quia pectinem perdidi, quem è pa-
r aliscedenti mater reliquerat: rogare Abbas, quisnam illum sustulisset, à
rinde Virgine sublectum cognoscit. Experrectus manè conuenit Anti-
stitam, fossoris nomen indagat: quo accersito, de pectine eum percuncta-
cui: qui à se eductum è monimento, à Friderinde sublatum, confitetur: ro-
gat Abbas Virginem, pectinem, vt Martyri, loculoque restituat, quo sub-
at negare Virgines loco se commouendas: tum eo recuperato matura-
ue discessu nullo negotio in Thuringiam cum sacris lipsanis remeauit: quæ ma-
honore tam ipse, quam Religiosi omnes sunt prosecuti: donec refrigescente

illa

illa veneratione, Virgines eædem Coloniam redierunt, vt libro 10. fusius ecl
ratur.

Sed quis credat Beatos etiam tenacius adhærere donis, quæ à parentib
cepere? voluit sanè virgo sancta furtum Friderindis castigare; voluit diui
creto pectinem illum non profanis teri manibus, & vsibus, quem Deus cult
gioso destinarat: sicut & Treuirenses pectinem Deiparæ adseruant reli
Videri de hac translatione potest Surij editio vlt. 21. Octobr. Browerus no
Fuldensi historia, Gretzerus libello de tribus Regibus.

CAPVT XIIII.

Anastasia cum Virgine socia apparet, & transfertur circa An. 1190. vel 1200.

CÆsarius Heisterbacensis Monachus, qui circa An. 1220. floruit, paucis
tur annis ante, quam hæc scriberet, Euphemiam ad D. Vrsulæ antistita
cessisse, quæ cum ætate tenera in cœnobio S. Vrsulæ educaretur, duas vidit i
pesta nocte virgines: eæ grauiter querebantur, nullo se cultu, & honore delit
extremis in ædibus; spreuit puella rem, interpretata somnium: sed cum c
mata iam ætate bis terve, eodem loci virgines vidisset vultu speciosissimas, vm
tenus eminentes: nam reliqua sui parte terra condebantur: vt opem flagitare
rentur, quo è terræ visceribus educerentur. Euphemia non immemor prin
sionis teneris in annis sibi oblatæ, eam, quæ inter ipsas princeps esse videbat
gat de nomine, quæ se Anastasiam dici affirmauit: tum Euphemia vrge
tistitam, vt loci illius structuram ad finem vsque dormitorij (sic locum capi
quietis vocant) produceret; fore enim, vt duo sanctarum Virginum corpora
rirentur; persuasit Antistitæ, & alijs sanctimonialibus, accitoque Rembodo
postea Cistercienſem professus regulam, rem omnem, vt gesta erat, exposuit
ram illi omnem totius operis demandauit: is humo eiecta, sub ipsis muri fu
mentis præsente Euphemia reperit duo corpora, quæ ante, quam Vrsulanis V
nibus præficeretur eadem virgo, Heisterbacensi transmisit cœnobio: quo cum
ueniissent, de ijs solenni ritu cœnobitæ omnes Deo sacris sunt operati. Aga
hac Euphemia, & Friderinde libro nono.

CAPVT XV.

Viconiam An. 1236. deferuntur alia corpora Virginum, & de suauissimo odore corporis S. Cordulæ, qui hodie durat.

GVarini Abbatis Viconiensis inexhaustam sitim cõgerendarum SS. reliqu
ij qui secuti sunt Præfecti, flagrarunt: nam vel picturis locum; auro, arge
que reliquias exornarunt, vel pro eo thesauro augendo multum operæ posuer
In his Ægidius Lewius, cum valeret gratia, & autoritate apud Ioannem Comi
Flandriæ, & Hannoniæ, eius fauore, & patrocinio obtinuit quædam sacra corp
Postea Nicolaum Valencenensem Aquisgranum eadem de causa misit, succ
non infelici: rem ipsam placet ex M. S. Codice temporis illius audire: *Adh
rem gloriosæ Virginis Mariæ matris Iesu Christi Domini nostri, in cuius laudem istu
lenne templum fabricatum est, Fr. Nicolaus de Valencenis Religiosus huius venerabilis
uentus, pietatis affectu compulsus est visitare partes Alemanniæ, & impetrare preci
improbisque laboribus multas sacras reliquias; aliqua nec non gloriosa corpora sancta
undecim millium Virginum Coloniensium, Episcoporumque una cum ijsdem coronator
in quorum etiam acquisitionem plures istius loci Fratres, quorum nomina non distinctè r
rium.*

fideliter, vt iam notum est, laborarunt: relinquentes successoribus suis exemplum au-
ndi decorem, & totius populi Christiani deuotionem: redijt autem prædictus F. Ni-
b Aquisgrano obtentis reliquijs in Octauis earundem Virginum, An. 1236.

numerantur deinde varia corpora Sodalitatis Vrsulanæ. Addamus Ar-
copi Cameracensis, & Coëpiscoporum inspectionem, & approbationem
reliquiarum Vrsulanarum, & de odore prodigioso corporis S. Cordulæ.
ranciscus Dei gratia & S. Sedis Apostolicæ gratia Archiepiscopus, & Dux Camera-
Maximilianus Episcopus Tornacensis, Engelbertus Episcopus Namurcensis, & Chri-
us electus Episcopus Audomarensis, omnibus has lecturis, seu legi audituris, salutem
ino. Ad maiorem Dei, & Sanctorum gloriam, notum facimus per præsentes, &
r, quod Anno Domini 1632. decimo Maij in cœnobio Viconiensi Ordinis Præmon-
sis, Diœcesis Atrebatensis existentes, & intelligentes à Reuerendissimo Domino
oudot Episcopo Atrebatensi illic præsente, quod paucis ante diebus visitasset plu-
apsulas in sublimi murorum chori Ecclesiæ prætacti cœnobij parte repertas, in ijsq;
m insignes inuenisset Sanctorum reliquias. Nos, vti par est, pia erga Sanctos,
, quæ nobis ab ipsis sunt relicta pignora, succensi deuotione, contulerimus nos
m, vbi repositæ adseruabantur dictæ capsulæ, quarum nonnullæ in præsentia nostra
um Reuerendissimis Dominis, Matthia Viconiensis, Iacobo Hasnoniensis, Phi-
Ioannis in oppido Valencenensi, & Philippo S. Saluij Monasteriorum Abbatibus,
ibus pluribus alijs personis notabilibus, tam Ecclesiasticis, quam Laicis, fuerunt a-
& nobis monstratæ Sanctorum præclaræ, & omni cultu & veneratione dignæ Reli-
ex quibus particulas desiderauimus, & cum affectu nobis gratiosè donari postulaui-
partim altarium consecrationi, partim accendendæ fidelium deuotioni impenden-
In qua petitione nostra eo mviori studio perseuerauerimus, quod patefacto loculo
eo, in quo recondita sacra ossa, cum hac inscriptione: De S. Cordula (quæ in-
ndecim millium Virginum postrema profuso sanguine refertur martyrio coronata)
bantur: suauem odorem vndequaque diffundi senserimus, quem & circumstantes
ere se testabantur. De quibus, & alijs nonnullis dono præfati Abbatis Viconiensis,
ligiosa animorum lætitia, & gratiarum actione ad finem, de quo superius accepi-
benedicentes Deum, qui nos experimento tam euidenti docere voluit, quod Sancti
sint sicut odor balsami ante ipsum. In quorum omnium fidem has propria manu
nauimus, & sigillis nostris appositis communiuimus. Datum Valencenis die 14.
Ann. 1632.

Odor prodigiosus S. Cordulæ

Franciscus van der Burch &c.

CAPVT XVI.

Exportantur Ann. 1247. Colonia corpora quædam, quæ se sponte loco mouent: idem Patrum memoria in Belgio contigit.

APud Viluordiam in Brabantia, Præmonstratensis Ordinis monasterium est, pro quo Comes de Weden circa Annum Domini 1247. Colonia quatuor corpora Parthenici collegij impetrauit: rem miram cœnobij illius M.S. codex memorat: cum enim sacra Virginum ossa lacte lota, soli siccanda exponerentur, & iam desiccata ex ea parte in aliam conuertenda essent, ipsa se sacra lipsana, nullius admota manu, in aliud latus conuerterunt, animata dixisses & viua: nam ea cœlestis nondum virtus deseruerat, quæ in vita tam nobilium virtutum Virginitatis ac Martyrij sanctissima fuerant instrumenta.

Ossa sponte se commouent.

Longe mirabilius quiddam apud Muiſenſes velatas Virgines Patrum memoria contigit: habitant eæ iuxta Mechliniam Ciſtercienſis Ordinis Religiosæ, gaudentque decem è Sodalitate ſacra capitibus, & vno quidem Anuſtiti illi cuius eiuſdem Sodalitij, extra quod cranium aliud *S. Paulinæ*, aliud *S. Florentij* inſcribitur: reliquarum nomina tantum Superis nota ſunt.

Cum igitur motus Geuſiorum Belgium fœdè lacerarent, & barbariici machi templis euerſis, ſtatuis Sanctorum & imaginibus confractis, ſacrisorum bus profanatis in ſanctas reliquias flammis armarentur, Virgines Muiſenſes furori Satanico ſacra capita facilius eximerent, ſuis ea manibus, ſub lectis è ſpondis lectorum exeunt, & carbones inter ſe locant. dere: ſed prodigium audi inauditum ferè hactenus: ipſa capita è lectorum ſpondis quaſi animata eſſent, ſurſum eleuant, & per aërem liberum ſe volucrum inſtar commouent, tum intra carbones, ceſpitesque (vt Harpyarum tutum uaderent nimis oculatas manus) ſe condiderunt, ſicque hæreticorum decus runt infamiam: in quorum incurriſſent oculos, ſi cum lectos prædones iſti eruterent, ibi remanſiſſent. Ita narrat apud Arnoldum Raiſe in Hierogazophylacio D. Dympna Verſtecken eius cœnobij Priorilla.

Rideant & derideant prodigia iſthæc heterodoxi: nihil moramur eos, quando ſimilibus oſtentis plena eſt Eccleſiaſtica hiſtoria, qui ſepulti reuerentiæ & honoris ergò loco ſe mouerunt, & ceſſerunt alijs, quod de S. Laurentio Ildephonſus his verbis aſſerit: *Cuius corpus* (S. Stephani) *tranſlatum in Baſilicam S. Laurentij, vrbanè à S. Laurentio illic iacente exceptum eſt, vt glorioſo Stephano tanquam primo martyri primas dederit Laurentius, locidum ſuum in ſiniſtram transferens, dexteram phano concedens, ob quam cauſam ab Italis nuncupatur Laurentius Vrbanus Hiſpa* De S. Ioanne Elecmoſynario Leontius autor eſt, ei duorum Epiſcoporum cor honorem detuliſſe, mediumque inter ſe locum tribuiſſe. De S. Seuero ſimili tius habet Kal. Febr.

Ildef. tõe de S. Steph.

CAPVT XVII.

S. Juliana circa An. 1255. prædicit inuentionem & translationem SS. Vrſulanarum reliquiarum in Belgium ope Hymana Abbatiſſæ.

NAta eſt Iuliana An. ſalutis 1193. Leodij, quæ à prima ætate Monaſticen amplexa, eximia ſanctitate & innocentia vitam ſemper egit, atque vt altum de cientiæ ſui poneret fundamentum, ambiebat ſtudiosè munia ancillaria, tuneq; ſultabat animo, cum quid ſordidum, graue & fœtidum occurreret; id enim Dei mine delicium arbitrabatur: hinc factum eſt, vt diuinis etiam fauoribus mens à Deo illuſtraretur, quibus tunc fruebatur potiſſimum, cum auguſtiſſimo Miſſæ crificio intereſſet: nam miro abripiebatur amoris æſtu, eo præſertim tempore, ſacroſanctis verbis in altari ſiſtitur Chriſtus, & ad vſque ſumtionem ſui perſeuerat quo animi ſenſu Chriſtum in ſacra communione ſumeret, vel ex hoc colligi eſt, quod ita cœleſtibus indulgeret amoribus, vt ad octo dies omni ſe priuaret minum alloquio, quo ſuauius cum Chriſto ſponſo colloqueretur: qui etiam tem eius cœleſtibus delicijs & illuſtrationibus recreabat: ita vidit aliquando lunæ globum illuſtrem quidem, ſed caligine quadam quaſi medium diffractum quando didicit Eccleſiam Lunari globo deſignari, cui ad integrum ſplendorem liquod feſtum deeſſet, quod addi poſthac Deus ſtatuiſſet, & apud omnes eſſe vellet ſummæ venerationis, quæ prima fuit origo ſolennitatis Corporis Chriſti. Atque cum ſe cognoſceret electam diuinitus eſſe ſanciendi feſti huius nuncia & autorem primam deſignatam, cohorruit tam eximiam rem ab abiectiſſima mina, vt ſentiebat, peragendam. Ergo precibus inſiſtebat quotidie, vt ea ci

Humilitas S. Iulianæ.

viſiones eius.

dem

daretur alteri: & hoc quidem latendi ſtudio, vitandæq; gloriolæ, quam ne-
videbat opus tam ſanctum & honorificum conſecuturam, præſertim ſi pro-
ogeretur in vulgus ſuam illam cum diuina Maieſtate familiaritatē. Longum
exere, quomodo perſuaſerit Epiſcopo Leodienſi Hugoni Cardinali, ac do-
s viris feſti iſtius inſtitutionem; quomodo imperitum orationibus iuuerit,
ium de eadem ſolennitate conciperet, quod eruditiſſimis quibuſque poſtea
um fuit. Illud tantum dico, vt res ipſa optatum ſortiretur exitum, excurriſſe
iam, S. Vrſulæ & vndecim millium Virginum imploraſſe precum ſubſidia,
peregrinatione recurret alibi dicendi locus. Feſto hoc iam ſolenniter inſti-
multorum illam futurorum conſciam fecit Deus. Salſiniæ in Aſceterio
egeret vna cum Antiſtita Hymana, aliquando de glorioſo vndecies mille
um exercitu colloquebatur: cui diſertè prædixit fore, vt de ſanctiſſimis illis
ribus ipſa cum ſorore ſua Aleide ad S. Walburgis Antiſtita bene meretur:
ium poſt mortem Iulianæ, quæ Ann. 1258. contigit, comprobauit euentus,
entibus capitibus apparebit. Ita Barthol. Fiſen in vita c. 48.

Prædicit eleuationē multorū corporū

CAPVT XVIII.

Hymana pro Salſinenſi monaſterio Coloniâ accipit corpus diuinitus reuelatum, An. 1256.

Aſinenſe Aſceterium prope Namurcum ad Sabim fluuium Deo dicatas Virgi-
s Bernardinas alit, exſtructum S. Bernardi æuo, cuius ædem ſacram Innocen-
. Papa An. 1130. dedicauit. Præerat ei Hymana, Conradi Archiepiſcopi Colo-
is ſoror vterina; hæc cum veniſſet eo tempore Coloniam, quo multæ è terra
arum Virginum exuuiæ eruebantur; auida tantorum cimeliorum, ab Anti-
ta ad SS. Machabæos corpus pro ſuo monaſterio flagitauit. Commodum eo
mpore Virgo quædam per quietem viſa, monſtrato ſepulcri loco fuit exhumata,
rti martyrij notis in corpore inſignita, quam lubens ei ceſſit, vt latius SS. Virgi-
um veneratio diffunderetur: atque vt ea poſteris teſtatior redderetur, ipſa chiro-
grapho, ſigilloq; ſuo ſeriem omnem hiſtoriæ communiuit: hoc tenore:

VNIVERSIS CHRISTI FIDELIBVS PRÆSENS SCRIPTVM
inſpecturis Soror Eliſabeth, totusque Conuentus Monialium SS. Ma-
chabæorum in Colonia orationes ſuas in Do-
mino, &c.

VNiuerſitati veſtræ præſentiarum volumus conſtare reſcripto: quod cum per diuinam prouidentiam multa corpora ſanctarum vndecim millium Virginum in loco noſtro requieſcant, quæ in magna veneratione habentur, nuper vnum corpus Virginis de eadem ſancta Societate per reuelationem diuinitus facta fuit apud nos inuentum, cum certo & euidenti martyrij ſui ſigno, carello videlicet in capite ſuo, quo fuerat ſagittata tempore paſſionis ad ſimilitudinem B. Vrſulæ, quæ tunc exſtitit Regina & dux earundem Virginum beatarum. Igitur cum eſſet Venrabilis Domina Ymana, Venerabilis Domini Conradi Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi vterina, Abbatiſſa Vallis S. Georgij, Ordinis Ciſtercienſis, Coloniæ conſtituta, & aliquas ſibi reliquias de vndecim millibus Virginum conferri à nobis humiliter ſupplicaſſet; nos ob Reuerentiam prædicti Domini noſtri Conradi Colonienſis Archiepiſcopi, fratris ſui, & ad preces ipſius deuotas, corpus præfatæ Virginis ſecum ſibi deferendum contulimus. In tantum, vt vbicunque tranſlatum fuerit nomen ſæpe dicti Domini Conradi Archiepiſcopi Colonienſis, ob cuius reuerentiam hoc factum eſt, Frater-

nitati domus ipsius perpetuo inscribatur. Vt autem præfatum corpus de vndecim m Virginum Sodalitatis S. Vrsulæ non dubitetur, præsentes literas eidem tradidimus sig stri munimine confirmatas. Datum Coloniæ Anno Domini 1256. 16. Kalend. Sunt in eadem Salsinensi Ecclesia, 14 alia capita, quæ Conradus Archiepis Colonia transmisit sorori suæ Hymanæ quintæ Salsinensi Antistitæ, vt habe rogazophylacium Belgicum fol. 458. vide de eodem fusè Menologium C cense 29. Ian. fol. 32.

CAPVT XIX.

Circa An. Domini 1260. Coloniæ vna vice 500. corpora eruun quæ à Conrado Archiepiscopo Colonienſi pleraque in Belgium destinantur.

Conradi Archiepis. Colonien.

Soror Hymana Flinensis antistita.

PRæsidebat circiter An. Domini 1260. Archiepiscopus Colonien ab Hoesteden, qui magnificentissimam Basilicam in honorem Trium R iam senio grauis auspicatus est, orbis futurum miraculum, si colophonem op cuisset addere: Sorores is binas numerabat Aleidem & Hymanam, Aleidem Eichstadienses in S. Walburge Germaniæ superioris Antistitam; Hymanam iam vidimus Salsinensem Abbatissam, quæ vt Lilia Cistercienſia, & Buzelinu ster vult circiter Ann. 1260. Flinensi præfecta est monasterio. Scio id negar noldum Raise, qui eam tantum Salsinenbus præfuisse, & Ann. 1260. obijsse t Si coniectari liceat, facilè conciliari vtraque sententia meo iudicio potest. F

antea Salsinensis.

primo Salsinensis Antistita, vt clarè cuincit vita S. Iulianæ, & testimonium c præcedentis: eadem An. 1260. postulari à Flinensibus potuit, adnitente Marg fundatrice, vt loco illi, quarta vel quinta præsideret: ita licet Salsinienses ta eam officio velint abijsse, non tamen demortuam dicunt: Neque verò id ea a nouum erat, nam quæ Hymanæ defunctæ Flinis succesſit Ioanna War ad Marquettensem postea Parthenonem, in quo vitæ religiosæ tirocinium po rat, est reuocata, vt ipsum gubernaret. Ita Lilia Cistercien. cap. 8. Itaque Hymana, vt vidimus, Salsinense cœnobium sacris Vrsulanis reliquijs opulenta adiecit statim animum, vt templum Flinis nouum conderetur: non dubia spe fore, vt Conradus Archiepiscopus id etiam sacris exuuijs decoraret. Plus et contulit ei frater, quam ausa fuisset postulare: fecit enim ipsi & sorori ampliss

impetrat potestatē effodiendi sacra corpora. Cap. 48.

potestatem thesauri illius Coloniæ effodiendi: tunc (quod mireris) quing eadem die corpora effoderunt. Verba P. Fisen in vita S. Iulianæ sunt: *Proba est euentu vaticium post ipsius Iulianæ mortem: nam cum impetrata facultate piæ so in sanctarum Virginum conditorio terram altè iussissent effodi, inuenta sunt quinge eoq; amplius sanctarum Martyrum corpora, thesaurus omni auro pretiosior.* Vt iure co gendus sit Molanus in Natalibus Belgij ad 22 Octobr. dum pro quinquentist tum 50 numeri forte magnitudine deterritus, substituit; ita enim habet: *Vnica effossa sunt in cœmiterio vndecim millium Virginum vltra 50 Virginum corpora, vt ha liber posterior vitæ S. Iulianæ, quem thesaurum illustris Margareta Flandriæ Comitissa, per diuersa loca reuerenter distribuit:*

Eruuntur quingenta

vt iam dicetur.

* * *

C

CAPVT XX.

[illegible]e tena multa corpora ad Margaretam Comitem Hannoniæ mittuntur, circa Ann. 1260. quæ illa per Belgium distribuit.

[illegible] tempestate Namurcensem Comitatum magna prudentia, & summa in [illegible]eum Sanctosque religione administrabat Margareta Balduini Primi Con[illegible]nopolitani Imperatoris filia: ad hanc, & Hymanam Flinensem Antistitam [illegible]m suam ista tot reperta corpora (parte quidem Aleidi in superiorem Ger[illegible]m transmissa) Conradus Coloniensium Archipræsul destinauit: Marga[illegible]um reliquis Flandriæ Ordinibus excepit magna animi voluptate thesau[illegible]am nobilem; & quia Flinæ ipsi inprimis in delicijs erant, fundato eo cœ[illegible], *quo* (vt Lilia Cistercij aiunt) *neque magnitudine, & varietate ædificio[illegible], neque monialium copia vllum in Belgio nobilius:* (in quo demum ipsa Ann. 1279. [illegible]lari voluit (ideo ad octoginta sanctarum Virginum capita ibi deposuit: plu[illegible] sacra ossa reliquit Hymanæ, quæ maluisset totum thesaurum nouo suo tem[illegible] seruari: satius tamen Margareta iudicauit, in varias distrahere Belgij Ec[illegible]s, vt omnes prouinciæ partes talibus præsidibus defenderentur: Ergo [illegible]acensi D. Martini cœnobio duarum sanctarum Virginum donata sunt cor[illegible], quibus *Honoratæ*, & *Florinæ* nomina erant: vnum Marcolenses Cano[illegible]egulares, Atrebatum iuxta considentes, accepere; Alijs alia templis do[illegible] corpora sunt. Confirmat hæc ita Buzelinus: *E viuis interim Aleidem sub[illegible]rat morbus, tertiam Flinis degentium Antistitam, eiq; Hymanam moniales surro[illegible]ant: Lætus hoc nuncio frater eius Conradus Coloniensium Archiepiscopus, haud [illegible]it ipsius & Margaretæ Principis desiderio satisfacere: cum enim vtraque per li[illegible] flagitasset, vt nonnulla ex sanctis Virginum Coloniensium corporibus mitteret [illegible] cornanda AEde sacra, quam in Flinensi Parthenone amplissimam moliebantur: eo[illegible]affatim dedit lipsanorum: quæ cum Flinas perlata essent, perhonorificè à multis Ec[illegible]rum & Monasteriorum Præsulibus certatim pars eorum postulata est. Maluisset [illegible]ana multiplex hoc decus templo suo reseruari, quam in varia distrahi loca: quia tamen [illegible]s Margareta iudicauit, vt nonnullis earum reliquijs variæ ornarentur ædes, multis eas [illegible]unicari sustinuit.*

Margareta Comes Hãnoniæ.

d. 14. c. 1.

distrahit sacra corpora per varia Belgij loca.

In Annal. Gallo Flãd. ad A. 1261.

Eadem Margareta varia tam ante id tempus, quam postea Belgij cœnobia e[illegible]rat: nam Cisterciensibus siluam monachorum prope Gandauum, Hagam [illegible]uatuor Officijs. Præterea Dominicanæ Familiæ Patribus monasteria Gan[illegible]i, Brugis, Spris, Bergis, Insulisque fundauerat: vt dubitari non liceat, quin ea ipsa loca sint eo tempore tanta gazâ locupletata: Atque vt hæc reliquiarum tunc facta per Belgium diuisio fiat testatior, aliquot documentis publicis comprobabo.

Cõdit eadẽ multa cœnobia.

Fisen in notis advitam f. 277.

CAPVT XXI.

Margareta Duacum mittit Vrſulanas Reliquias, Ann. 1261.

DVacum ad Scarpum fluuium oppidum Flandriæ hoc tempore celeberrimum facit inſignis, quæ ibi maximo nationum exterarum concurſu viget, Academia. Eius collegiata Eccleſia à Margareta Comite Flandriæ, quatuor ſacris pitibus è Sodalitate S. Vrſulæ (*quæ Coloniam* (ait hierogazophylacium Belgicum *anguinis profuſione, & ſepultura ſua clariorem reddiderunt*) fuit exornata: ea in arca inaurata (vulgo theca vndecim millium Virginum appellatur) à trecentis ſexa annis cuſtodiuntur. Porrò circa Ann. Domini 1607. 7. Kal. Martias, à loci De alijsq; Canonicis repertæ ſunt, in duplici membrana inſcriptiones. Prima tal *Ann. Incarnationis Dominicæ 1261. menſe Auguſto, die Aſſumtionis B. Mariæ Virgini runt poſitæ in præſenti ſcrinio reliquiæ vndecim millium Virginum, quas iſti Eccleſiæ & conceſſit illuſtris & nobilis Domina Margareta Flandriæ & Hannoniæ Com.* In altera membrana, charactere tenuiore hæc habentur: *Ad honorem D. N Chriſti & ſacrarum reliquiarum vndecim millium Virginum, quas quondam dedit & ceſſit iſti Eccleſiæ S. Petri illuſtris & nobilis Domina Margareta Flandriæ & Hannoni. mitiſſa: videlicet Ann. Incarnationis Dominicæ 1261. ad inſtantiam V. viri Domini lerici de Mergnia dictæ Eccleſiæ Præpoſiti reſidentis, hoc præſens ſcrinium ſeu feretrum, ex toto erat in ruinam, Ann. eiuſdem Domini 1440. omnino reparatum fuit. Actum B. Lucæ Euangeliſtæ, die verò 18. Octobris.* Eodem tempore eiuſdem Margaretæ nificentia Eccleſia Collegiata S. Amati Duacena, obtinuit caput vnius Vir & Martyris: quamuis triginta & plurибus annis ante ſimilibus reliquijs fuerit e nata. Exſtat apud Arnoldum Raiſe diploma Ann. 1225. erectum, in quo inter quas Diuorum exuuias autenticè probatas, recenſentur reliquiæ *de Virginibu loniæ.*

CAPVT XXII.

Eadem Veſontium deſtinat corpus vnum, Ann. 1267.

VEſontium alias Biſontium, clariſſima Sequanorum Metropolis libera eſt; Regis Hiſpaniæ tutela, ad Dubim fluuium circumfluentem, egregiè mu in Comitatu Burgundiæ. Nobilis ibidem Abbatia eſt Virginum Ciſtercienſi B. Mariæ Virginis de Battand nominatur: magna viget in ea S. Vrſulæ & vnde millium Virginum veneratio: & egregia pietas recitandi Roſarij Vrſulani ipſo fe eius & ſequentibus diebus: de quo libro 9. fuſius. Quæ conſuetudo tam anti ſemper apud eas fuit, vt origo eius nulla habeatur.

Eædem in Officio Ciſtercienſi, quo vtuntur, 9 habent de S. Vrſula Lection & diebus non impeditis cõmemorationem ſemper in Veſperis & laudibus faciu. Profluxit ea pietas ex corpore vno Sodalitatis Partheniæ dono Margaretæ Com Flandriæ: de quo placet audire Iacobum Chifletium accuratum Veſontionis hiſ ricum: *Anno deinde 1267. vnum è ſanctarum vndecim millium Virginum Martyr corporibus Coloniæ Agrippinæ (vbi quondam trucidatæ ſunt) effoſſum à Margareta Fl drenſi & Hannonienſi Comitiſſa, per ſororem Alaydim monialem S. Antonij Pariſienſis ceperunt: quod hodieq; in nouis ſuis ædibus magna veneratione adſeruant. Vetus ſiquid illarum monaſterium ſupra fontem de Battand extra muros ciuitatis conſtitutum, quia ill oberat ſecuritati, Ann. 1595. laceſſita bellis Burgundia, decreto Senatus ſolo tenus diru eſt. Moniales in Iuſſanum monaſterium deductæ, donec An. 1599. propriæ illis ædes in area vico ſunt attributæ.*

Chifflet. p. 2 Veſon. f. 156.

Vir

Virgines illæ Biſontinæ, vt adornari cognouerunt Vrſulanam hiſtoriam, mi-
erun Curiæ Archiepiſcopalis abſolutiſſimum Inſtrumentum probatæ tranſlatio-
is: uo, quia nullum accuratius accepi, viſum fuit totum adſcribere, vt ij, qui pro
ecu dis curis huius hiſtorię quędam ad Virginum honorem, & ſuorum etiam loco-
um ommendationem mittere documenta voluerint, hoc ipſum exemplum imi-
ent, quo teſtatiora poſteris conſignemus.

INSTRVMENTVM AVTENTICVM TRANSLATIONIS reliquiarum Vrſulanarum Veſontium.

*Cvnctis pateat & ſit notum, quod Anno Domini 1630. die verò 25. Nouembris, Ego ſub-
ignatus Curiæ Archiepiſcopalis Biſontinæ Notarius, ciuis Biſontinus, fui à R. Domina
D. Bonora de Lullier Abbatiſſa monialis conuentus B. Mariæ Virginis vulgariter de Bat-
anauncupati Ciſtercienſis Ordinis, ac in Imperiali ciuitate Biſontina exiſtente rogatus,
ro expeditione tranſumti, ſeu copiæ autenticæ quorundam titulorum in ſacriſtia eiuſdem
ntus exiſtentium: attento quod extra Prouinciam prædictum tranſumtum ſiue copiam
da R. Abbatiſſæ mittere expediret, cui ſatisfaciendo petitioni, illud tranſumtum ſeu co-
anfideliter in forma ſequenti expediui, & à veris originalibus, omni vitio & ſuſpicione
aretibus, de verbo ad verbum tranſcripſi: quorum tenor ſequitur.*

LITERÆ PATENTES CONSERVATÆ IN SACRISTIA Monialium ciuitatis Biſontinæ dictarum de Battand in charta pergamena ſemipedem longa, & ſex digitos lata.

NOs Margareta Comitiſſa Flandrenſis & Haynonenſis notum facimus vniuerſis: quod nos de ſacroſanctis reliquijs vndecim millium Virginum, quæ olim apud Coloniam Agrippinam martyrium ſuſceperunt, & quas apud Coloniam effodi fecimus in loco martyrij earundem, vnum ſanctum corpus per ſororem Alaydim monialem S. Antonij Pariſienſis, monaſterio de Battand Ordinis Ciſtercienſis, iuxta ciuitatem Biſontinam duximus tranſmittendum, vt prædictum beatum corpus in prædicto monaſterio honorabiliter collocetur. Rogamus vniuerſos, vt prædictis reliquijs debitam reuerentiam exhibeant & honorem. Datum A. Dom. 1267 Dominica poſt exaltationem S. Crucis.

Ex ima parte dictæ patentis pendet ſigillum ex cera alba, latitudinis & figuræ ouatis: longo ſigilli eſt B. Virgo inter duos leones ſcandentes, dextera ſuſtinens lilium: in limbo ſui hæc verba: Sigillum Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ: in aduerſa parte exprimitur leo in ſcuto cum his verbis in circuitu. Secretum meum mihi.

LITERÆ TESTIMONIALES OFFICIALIS PARISIENSIS circa dictas patentes profectas à Margareta, conſeruatæ ſimiliter in ſacriſtia dicti monaſterij de Battand ſcriptæ in charta pergamena longæ & latæ vti ſupra.

OMnibus præſentes literas inſpecturis Officialis Curiæ Pariſienſis ſalutem in Domino. Notum facimus quod nos An. D. 1271. die Sabbati ante Lætare Ieruſalem, vidimus literas Nobilis mulieris Margaretæ Comitiſſæ Flandrenſis & Hannoniæ, ſigillo ipſius Comitiſſæ prout prima facie apparebat ſigillatas, inferius adnotatas in hæc verba: Nos Margareta, &c. *(hic perſcribuntur literæ dictæ Margaretæ verbo ad verbum: & deinde ita concludit)* Quod autem vidimus, ſigilli Pariſienſis Curiæ appoſitione præſentibus literis atteſtamur, ſaluo iure in omnibus alieno. Datum anno & die prædictis, ſic ſubſignatur.

Facta eſt collatio. N. de Lauda.

Ex infima parte circa medium pendet ſigillum in cera viridi, ſimile numiſmati communi: ex parte recta pro figura habet vultum hominis coronati, ex aduerſa verò pedum paſtorale inter duo lilia.

LITE-

LITERÆ TESTIMONIALES CVIVSDAM ABBATISS
circa easdem patentes à Margareta profectas, conseruatæ eodem loco
longæ & latæ vt supra, in charta similiter pergamena.

VNiuersis præsentes literas inspecturis soror Guilielma dicta Abbatissa B.
riæ Regalis iuxtà Pontisaram Parisiensis diœcesis Cisterciensis Ordinis,
tem in Domino. Nouerint vniuersi, nos A. Domini 1268. in Adscensione Do
literas Nobilis mulieris Margaretæ Flandrensis & Haynon. Comitissæ inferius
notatas vidisse, in hæc verba: *Nos Margareta*, &c. Hic habentur præscriptæ d
patentes à verbo ad verbum: tum ita concludit: Transcriptum autem istud feci
ad petitionem dictæ Aleydis sigilli nostri munimine roborari. Dat. a. & die præ

*Sigillum pendet ex cera alba, habens ex parte recta effigiem Abbatissæ tenentis pe
cum literis per ambitum: Sigillum Abbatissæ S. Mariæ Regalis: ex parte verò aduersa es
mitur pedum inter vnam manum expansam, & lilium vnum. In quorum omnium f
ego prædictus Notarius, post debitam præsentis copiæ perlectionem, & cum veris origina
collationem fideliter factam, me subscripsi, die, mense & anno ante dictis.*

Maillo

*Nos Officialis Curiæ Archiepiscopalis Bisontinæ fidem facimus, & testamur, No
strum Ioannem Claudium Maillot ciuem Bisontinum, qui copiam seu transumtum supr
memoratum subsignauit, esse Notarium Curiæ nostræ iuratum, fidemq; indubitatam adhi
pront hactenus adhibita suis instrumentis, & alijs huiusmodi per eum receptis, & tanq
Notarium subsignatis: idq; tam in iudicio, quam extra iudicium, & tam in prædicta c
tate, quam alijs Prouinciæ locis. In quorum fidem has præsentes per Bonauenturam Alu
Scribæ Curiæ nostræ subcognatum subsignari fecimus, sigilloq; prædictæ Curiæ muniri i
mus. Vesontione 25. Nouembr. An. 1630.*

Sigillum pendet. Aluilet.

CAPVT XXIII.

Per Belgium totum, & Germaniam superiorem diuiduntur.

Corpora Vrsulana in Belgio.

VIx vlla natio tam copiosè Parthenio hoc thesauro ditata fuit, quam Belgiu
fontem indicaui Coloniam, è qua Margareta hausturn diuisit largiter tota P
uincia, vt ex dictis & dicendis apparebit.

In Aquicinctensi nobilissimo S. Benedicti cœnobio in Artesia corpus hab
S. Sambariæ, dono Margaretæ Comitissæ Flandriæ. Marcolense Canonicor
Regularium S. Augustini prope Atrebatum corpus vnum è Parthenio Sodali
a. D. 1261. obtinuit ab eadem: quæ eodem anno transtimisit ad Ordinem Præmo
stratensem prope Louanium in Parco corpus eiusdem exercitus: sunt ibidem pl
rimæ similes reliquiæ in oblonga capsa, quæ in medio templi cum huiusmodi chi
grapho sigillato conseruantur. *Anno Domini 1261. reconditæ sunt reliquiæ sanctar
vndecim millium Virginum à D. Alardo Abbate huius Ecclesiæ.* Item in media vna e
dem cista: *Costa S. Pauiæ, V. & M.* item cranium vnum, aliæq; minores partes, cu
tali epigraphe: *Reliquiæ sanctarum Virginum, quæ fuerunt reformatæ Ann. Domini 13*
Alia schedula hæc habet: *Caput vndecim millium Virginum apportatum de Colon
per F. Iacobum de Missia Priorem de Parco, cum alijs reliquijs in eodem capite reclusis.* Ac
hæc duo crania ex Parthenio Sodalitio, horum vnum habet ex æneis filis pulchr
contextam vittam. Porrò quamuis alijs in locis, quæ subijcio, translationis annu
non addatur, pleraque tamen cœnobia hoc tempore, beneficio Margaretæ videri
tur accepisse. Marchianense Ordinis S. Benedicti ad Scarpam prope Duacum
S. Cordulæ, Felicitatis & Victorinæ, è Sodalitate S. Vrsulæ corpora adseruat: de quibu
hi in templo adscripti versus.

Cum eo posita sunt corpora trium Virginum — Eis preces, imo daturi pectore,
Felicitatis, Cordulæ, Victorinæ, — Illi vicissim sat scio precibus pijs
Hic Christiani ferte gressus concitos — Reddent benignum supplices vobis Deum.

Ha

læc tamen, ſicut & quæ Oſnabrugi colitur S. Cordula, alia eſt ab ea, quæ
e paſſa ſcribitur. Habet & Laubienſe S. Benedicti ad Sabim cœnobium
ita An. 1174. obtenta. Andainenſes verò in Arduenna Benedictini corpora
eiant, *S. Gratæ, Hoſtiæ & Ariapilæ*, aliasque earundem multiplices reliquias.
ieri Tornaci *S. Languidam* ex eodem Sodalitio obtinuerunt. In monaſterio
nſtratenſium S. Foilani, *S. Secunda* cum duabus Virginibus requieſcit. Ber-
Benedictini Audoropoli 4 corpora poſſident. S. Saluij Aſcetæ tria, *Victoris*,
Caradumeæ. Bononienſes Dominæ quatuor. Canonicæ S. Waldetrudis
ibus Hannoniæ duo. Atrebatenſes in Cathedrali Eccleſia corpus *B. Sanctæ*.

enio ad crania: nam præter 80 Flinis adſeruata, Villarienſes numerant 14. Crania.
enſes item Bernardini 5. Differdingenſes Virgines Bernardinæ in Ducatu
burgenſi 19. Aureæ-Vallis Ciſtercienſe eiuſdem Ducatus cœnobium 12 cal-
& tres ſeruat càpſas refertas ſacris Virginum oſſibus. Grõningenſes Virgi-
dinis eiuſdem 30 capita, cum 14 oſſibus ſolidis & magnis. Vallis Roſarum
noniales 12 religiosè venerantur: acceperant 14 dono Margaretæ Comitis,
orum D. Bockshorn Brabantiæ Conſiliario, ſummis petenti precibus munere
unt. Brugenſes 5 crania beneficio eiuſdem Margaretæ fundatricis. Moli-
totidem: S. Gertrudis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Louanij 14.
icampenſi S. Bernardo dicato monaſterio thecæ duæ oblongæ plenæ ſacris
num oſſibus: & quod mireris, 30 circiter earundem Virginum peplis adhuc
perfuſis refertæ: ibidẽ *S. Benedictæ* Virginis Vrſulanę exuuiæ piè adſeruantur.

am verò, vti Hymana Belgium, ita Aleidis eius ſoror Germaniam ſuperiorem In Germa-
nis impleuit reliquijs, inde ex Bauaria in Lotharingiam, & ab Auſtriacis in Hi- nia ſupe-
am multæ ſint exuuiæ ſanctarum Virginum, vt alibi dicam, tranſmiſſæ. Certè riore.
uſtiniani Patres Monachij multa *S. Cordulæ* oſſa religiosè in faberrima arca cu-
diunt: ijdemque Pragæ corpus *S. Chriſticolæ* piè venerantur, vt membraceus loci Bohemia.
M. S. codex his verbis atteſtatur: *An. Domini 1410. 19. die menſis Iunij in die SS. Mar-
yrum Geruaſij & Protaſij in conſecratione altarium, tempore Fratris Ioannis de Dobrovviez
tunc Sacriſtani Conuentus Pragenſis, tumulata ſunt hæc duo corpora, in ſepulcro eleuato
ropeltare SS. Virginum & Martyrum S. Chriſticolæ vndecim millium Virginum, & Be-
engriæ filiæ Regis Hiſpaniæ, &c. quæ corpora donata ſunt per Dominum Stephanum anti-
quum Protonotarium regni Bohemiæ, quæ corpora fuerunt eidem Domino Stephano donata
per Sereniſſimum Principem D. D. Ioannem Regem Bohemiæ, Patrem D. D. Caroli Impera-
toris V. & Regis Bohemiæ V.* fol. 235.

In Andacenſi verò Benedictinorum Abbatia in Bauaria, præter reliquias de
S. Vrſula, Cordula, Pinnoſa, Conſtantia & alijs, vnum adhuc caput incorruptum habent
eiusdem ſodalitij, vt Ioannes Chryſoſtomus loci Abbas in ſuo Andacenſi Chronico
Monachij A. 1602. edito teſtatur. Habent & paſſim Patres Dominicani in Germania
reliquias, vt Friburgi *S. Candidam & Florinam*, quas è Dominicano Colonienſi
cœnobio accepere dono poſtea, quam B. Alberto M. Antiſtita S. Vrſulæ trecenta
corpora eiusdem ſodalitatis impertiuit. Scribit etiam ad me Conradus Strauch inſi-
gnis Campililiorum aſceterij in Auſtria cœnobiarcha anno 1639. in Martio, quinque
ne periſſe Virginum Vrſulanarum capita & oſſibus ſingula de eadem ſodalitate
relicta: tria horum præfracta crania locum vulneris accepti exhibere, duobus adie-
cta eſſe nomina *S. Sabina* altera, altera *S. Balbana* nominatur.

CAPVT XXIV.

Anno 1271. Trudonopolim Colonia 90. capita Martyrum Vrſulanorum: cum innumeris oſſibus: plurimisq; nominatis reliquijs deferuntur.

Vicus olim Sarchinium apud Haſbanos in Leodienſi diœceſi fuit, in quo S. Tru- origo Tru-
do monaſterium in hereditario fundo magnificentiſſimè erexit, latifundijs donopolis
& poſſeſſionibus ampliſſimis opulentatum: à quo meritis eiuſdem traxit originem: *Molan. 23.*
ſiquit ſub annum 647. in hoc ingens ſacrarum reliquiarum theſaurus: inprimis *Nouemb. in*
Natal. Belg.

Vrſu-

Vrſulanæ Sodalitatis conditur, & licet innumera dicantur oſſa fuiſſe eo tu… portata, cum 90 capitibus circa annum Domini 1271. illud tamen ſingulare h… & præcipuum, quod è corporibus centum ferè nominatorum Martyrum Vr… norum quædam poſſideant.

Cētū ferè nominatorū corporū reliquiæ Sodalitatis Vrſulanæ ibidem.

Prodijt anno ſalutis 1538. Catalogus typis vulgatus reliquiarum: è quibus… mina ſeligam huius Sodalitatis. Pleraque in Tuitienſi tam Gerlaci, quam Harb… continentur. Vnde facilis coniectura, ex Tuitienſi Benedictinorum Aſce… pleraque dicto cœnobio eiuſdem inſtituti ſacra lipſana donata eſſe.

Catalogus earū editus An. 1538.

Miſcet quidem Elenchus quoſdam Vrſulanos Epiſcopos & Martyres… conabor tamen ſeparare: & vbi quandoque ceſpitat aut hæret, corri…

Capita 90

Capita nonaginta è numero vndecim millium Virginum; & reliquiæ innumeræ earu… Sanctarum donata ſupradicto Monaſterio noſtro anno ſalutis milleſimæ ducenteſimo ſe… geſimo primo.

Nomina Epiſcoporū Martyrū

Aliquid reliquiarum S. Amandi Epiſcopi & Martyris in Anglia trucidati. (Co… ex Catalogo Tuitienſi Harberni, *S. Amandi Martyris & Epiſcopi de Lauduna, … eſt in Anglia:* vltimum aſſumentum adiectum eſt à Recentiore poſtea, vt di… guatur à Lauduno Galliarum ſub Archiepiſcopatu Remenſi) rectius Landan… legeretur, qui Epiſcopatus cœpit ſub Lucio Rege circa Ann. 180. videri God… poteſt.

Godwinus de Præſulib. Angl. de Epiſcopis Landanenſibus.

Ad hæc aliquid S. Aquilini Epiſcopi & Martyris apud Aquileiam. Harbernu… ctius nominat, *Epiſcopum de Aquileia. Aliquid denique S. Mareniſi Epiſcopi &… tyris Nouarienſis. Gerlacus* ita habet: *Maromius Epiſcopus Nouarienſis & Cardi… Nonnulla S. Iocundini M. & Epiſcopi Maſcinenſis.* Harbernus ſcribit: *Marcun… & Iocundum* vocat. Scripſit Matiſconenſium Epiſcoporum res geſtas Seuer… in Chronologia AA. Lugdun. *S. Malluſij Martyris & Epiſcopi Laudovenſis.* Harbe… vocat Epiſcopum *Laudi. S. Pantuli & Simplicij Rauennatis, qui Epiſcopi Confeſſores f… malè:* nam apud Gerlacum, Eliſabetham & B. Hermannum vocantur Epiſ… Martyres.

Virorum Martyrum

Oſſa S. AEgidij, fratris S. Imaynæ: qui vnus de grege vndecim millium earum, qua… loniæ ob Chriſtum à barbaris trucidabantur, per medium pectus iaculo confixus pe… Aliquid Celerini Diaconi & Martyris. Adhæc S. Amici cuſtodis vnius de grege vnde… millium Virginum: Aliquid S. Hieronymi, qui Roma miſſus à Sede Apoſtolica Virgin… comes datus fuit. Aliquid S. Petri, & S. Iacobi, â quo nomina Virginum didicin… SS. Lamberti & Nicolai è numero quoque vndecim millium Virginum.

Enumerantur & alij, quorum ſimilia nomina in Gerlaci, Harberni & tem… rum quorundam indicibus reperiuntur inter Vrſulanos Martyres. *S. Firminus, Q… ratus* (rectius Quarantus) *Valerius, Flauinus, Marſilius, Baſſanus, Euticius, Polim… Florinus.*

Virginum

Sequuntur Virginum nomina: *Aliqua Vrſulæ, Cordulæ, Conſtantiæ, Pinnoſæ, E… ſmæ, Firmindinæ, Luciæ, Frigiæ, Faraminæ, Lamniæ, Dignæ, Margaretæ, Cæciliæ vnius e… mero vndecim millium, Sauiniæ, Victorinæ, Brittulæ, Getroniæ, Feuellinæ, Binnidiæ. … qua SS. Virginum & Martyrum Cemmatæ, Feuagariæ, Babylæ, Viniannæ, Verlendæ, Almæ, … gelæ. Dens vnus S. Paulinæ Reginæ, & itidem vnus S. Apolliniæ Virginis & Martyris. Aliq… SS. Virginum Brigidæ, Odradæ, Gumfredæ, Marſodinæ, Criſpinæ, Lefaniæ, Gadiagiæ, Saffa… næ, Faraninæ, Sinarinæ, Vrrinæ, Chartagianæ, Crunæ, Eufræ, Patripaliæ, Veuiſiæ, Tamar… Caradumiæ, Barginiæ, Vaniæ, Vinciannæ, Timianæ, Verxiniæ. Nonnulla S. Aluæ, Martu… Queamuræ, Sophiæ, Semproniæ, Laudæ, Paulæ, Sigelindæ, Specioſæ, Hermelendæ, Aland… Hydropæ, Pannofreſæ, Idæ Virginis Colonienſis, S. Spei. Oſſa S. Eliſabeth Virginis & Mar… ris, quæ & ipſa de numero vndecim millium fuit, decollata periit.*

Feminarū maritatarū vel viduarum.

Adiungit poſtea nomina SS. feminarum, ſiue viduarum, ſiue maritatarū… hoc ordine: *Adhæc ſanctiſſimarum ſimul & nobiliſſimarum feminarum & Reginaru… Benignæ, Balbinæ, Albinæ, Helenæ. Nonnulla S. Gertrudis & S. Filiæ de grege vndeci… millium.*

Sup…

perant ibidem Virginum veſtes nondum vetuſtate conſumtæ, quas ſic e- Ee veſtib: Vrſulanæ Sodalitatis
t: *Multas præterea viſere eſt reliquias aliorum Sanctorum, multa redimicula, xuuias vndecim millium: linteola, flammea, retiola, & id genus alia; quæ quo- rumve ſingulatim ſint, quandoquidem tituli eorum vel vetuſtate abſumti, vel in- tè adſeruati, vel iniquitate temporum diſiecti, paulatim interciderunt, expedire non potimus.*

e fide verò, quæ nominibus iſtis debeatur, pergit Catalogus Trudono- Fides Catalogi.
us: *Certè quæ hactenus nominatim enumerauimus, ſic quidem enumerauimus, iores noſtri bona fide olim à prioribus acceperunt, & deinde per longam temporis ſe- nos vſque tranſmiſerunt. Nihil à nobis fictum, ad impoſturam, nihil ad quæ- quem ſacra hac in re non tantum ſpectamus, quantum benignitate diuina ſat com- lentes ſpectare, non vſque adeo neceſſe habemus: liceat modo tueri, quod ha- Ille potius ſcopus eſt, animos ſimplicium, qui impietate temporum, & fucis impro- um hodie impoſtorum à reuerentia Sanctorum non parum, prô dolor, alienati ſunt, ſtra, quoad poſſumus, reaccendere & reuocare.*

Optarem reliquarum Eccleſiarum Præfectos & Rectores, apud quos magno o nominata Sodalitatis Vrſulanæ corpora conquieſcunt: hunc etiam hono- ris habere Virginibus, & earum, quæ Colonia quondam cum lipſanis acce- nomina publicare: multum profecto lucis hinc, multum roboris & orna- enthiſtoria Vrſulana conſequerur. Neque dubitarem, quin ſicut è paucis, quos actis ſum templorum indicibus, oſtendam ſupra ducenta iam reperta nomina rporum cum reuelationibus conſentire, pleriq; ceterorum gemini ſint inuenturi.

CAPVT XXV.

Quo corpora SS. Virginum A.1280. Colonia transferuntur ad Dunenſe monaſterium non ſine prodigijs.

ANno ſalutis reparatæ 1280. Ioannes de Oſtburch præerat Dunenſi aſceterio, in quo degebat Terlacus cœnobita Coloniâ oriundus, commodis probatisq; moribus in patriam miſſus: vbi dum parentes inuiſit, donum longè nobiliſſimum duo S. Virginum corpora precibus eorum obtinuit, egregia cœnobij ſui decora & ornamenta. His ſacris comitibus magno gaudio & feſtinatione redit ad aſceterium, quem in via homo nefarius inuadit, & multis laceſſit iniurijs, quibus cum vix tan- dem moleſtijs ſe expediuiſſet, iterq; proſequeretur, eadem nocte importunus ille cœnobitæ violator adſtare ſibi viſus eſt Virgines duas inſigni forma & claritate, quarum altera talibus ſodalem affatur verbis: *Quis ille tenebrio?* Cui ſocia: *Idem ipſe, Virgines tuentur clientes ſuos.*
qui liquiarum noſtrarum baiulum tot affectum iniurijs, & oneratum contumelijs afflixit tuere. Tum illa minaci in illum intendens vultu, exclamat: *Lues ſcelerate hanc no- ram* aderat ignis, credebat fornacem Babylonicam miſer, qui perturbari metu, & ut lex orare veniam quam ægrè obtinuit. Somno & incendio liberatus, inſequi- tur religioſum, ad pedes ſe eius abijcit, delicti veniam rogat, & rei geſtæ ſeriem per ordinem exponit. Interim dum propitijs ita Diuis progreditur, diuertit ad villam, & ſacros theſauros matrisfamilias fideli commendat cuſtodiæ, illa reliquarum ignara, defert in thalamum; ſed dum nocte coniugij nimijs indulget amoribus, ecce tibi puella domeſtica duas conſpicit puellas ſpecioſiſſimas thalamo domoq; ſtoma- chabundas egredi, & in has erumpere voces: *Cur ad iſtam diuertimus domum, in qua nullo ſumus in pretio? protinus abeamus, quando nec vna ſe nocte volunt iſti in noſtra præ- ſentia continere.* Res defertur patremfamilias, qui cum à cœnobita de ſanctis allatis reliquijs audiuiſſet, veniam orauit incontinentiæ. Inde Terlacus incolumis ad Du- nenſe monaſterium ſacrum theſaurum detulit. Ita Faſciculus SS. Ordinis Ciſtercienſis. Fugiunt in cõtinẽtes. *11 diſt. 5 c. 2*

CA-

CAPVT XXVI.

Illustris S. Odiliæ trina apparitio facta Parisiis Ioanni de Eppa Crucigero, An. 1287.

S. Odilia apparet Ioi de Eppa.

INsignis multisque decorata prodigijs S. Odiliæ translatio: quæ vti dum vit affectu præcipuo sacrosanctam Crucem prosequebatur, ita Crucigerorum ni Patrona diuinitus est adsignata. Ioannes ab Eppa Cruciger Parisijs me quieti tradiderat, cui Virgo adspectu decora, gemmatò redimita diademate ac visa est: dextra vexillum Crucis præferebat, illa se vnam Britannicarum Virg Regis Marcomæi filiam, consobrinam Ætherij sponsi Odiliam nominauit, cum chiliade sua Coloniæ pro fide & virginitate occubuit, adiecit à Deo se O Crucigerorum, & Huyensi Domui præcipuæ totius Religionis sedi attribu

Locum sepulturæ indicat.

locum etiam indicauit sepulturæ domum Arnulphi ciuis prope S. Gereonis B eam, in cuius viridario sub piro domui contiguæ in arca marmorea quiesceret: etiam impositum asseruit esse titulum, qui genus, patriam & martyrium indic Fidem fecit cubiculo fragrantissimus afflatus odor, & mentis serenitas, cum di consolationibus: quamuis apud Priorem fidem non inuenerit, qui facesseret nec credere nocturnis insomnijs. Etiam cum secundo visa S. Odilia, graui repre sione negligentiam perstrinxisset. Veritus tamen, nequid subesset veri, diem voluit Fratribus esse festiualem, vt si cœlestis fuisset oblata visio, sacro Crucis O bene verteret. Sed eam tarditatem grauiter luit Ioannes, cum enim tertium S.

cæditur in obediens.

dilia visa, grauiter illum de ingrati animi & contumaciæ vitio obiurgasset, tete ritus, Dei permissu, in iacentem insilijt, ceruicem & latera fuste contudit, vt co liuoris & vibicum certa Priori ostenderet indicia: ita persuasus tandem cum Lu co Campensi primum Huyum, inde Coloniam mittit.

CAPVT XXVII.

Translatio eiusdem miraculosa ad Huyense monasterium.

DEcimaquinta Iunij Coloniam sospites peruenerunt, & obtenta ab Archi scopo fodiendi potestate, loco Parisijs indicato, repererunt marmoream dapilam. Properat ergo cum ingenti lætitia ad Sifridum Archipræsulem Ioan es ab Eppa cum socio: pandunt ei felicem visionis euentum: noluit ab ea solenni

Inuentio S. Odiliæ. Odoris fragrantia. Titulus & phiala.

abesse Archipræsul: collectoq; Clero supplicantium ritu locum adijt: vbi aperto cophago ingens odoris suauissimi fragrantia præsentes afflauit, vt noto ac peruu to symbolo virgineas probauit reliquias. Iacebant eodem capulo tumulati Epi pus quidam anonymus, & S. Ida soror S. Odiliæ: adstabat phiala (ijs tantum app solita, qui gladio, vel aliter fuso sanguine interijssent) qua nomen Virginis, offici in exercitu Parthenio, & martyrij genus expressum titulo continebatur. Hic Arc præsul & præsentes omnes in genua prouoluti sunt, ipse solemni precatione de m sacras exuuias piè veneratus est.

Moribundū sanat.

Aderat ad spectaculi tota vrbe statim increbrescentis nouitatem excita l guidorum multitudo, qui oēs ea die sospitam virginē grato animo sani laudauer præsertim Arnulphi vicinus, pridem eum morbo, tunc cum morte etiam cōflicta is odoris rari suaueolentia excitatus, delatus ad sacra ossa, subito virib. restitutus

Deportata sunt ea die sacra ossa ad Ædem Cathedralem summo concursu uium: inde post 10 menses elata, sub noctē bona Archipræsulis venia diuerterunt monasterium Virginum Cistercienſium, quod Vetus Vinetum appellatur, cun in Æde sacra thesaurum deposuissent, vna Deo dicatarum Virginum diutina

paralysin curat.

ralysi membris capta, fama prodigiorum ad spem sanitatis obtinendæ erec vt sacrum feretrum contigit, membris sensit vigorem, & incolumitatem restituta nec ingratæ Virgines: statuam hospiti tam primo aduentu beneficæ S. Odiliæ in primaria, quæ hodieq; exstat, posuerunt.

lan Huyensi oppido propinquabant, cum Clerus ac familiæ religiosæ cum Pa-
rus crucigeris solenni pompa patronam cœlitus ordini, & Huyensi oppido da-
e exceperunt, atque vt gaudium locupletius præsentibus esset, Deus id prodigio
muuit. Deferebatur Matrona membrorum omnium vsu spoliata, quæ vt ob-
m sacro capulo facta est, crebris singultibus immiscens preces, sanitatem orauit,
a obtinuit cum primum osculo feretrũ delibauit. Delatum ad sacrũ crucis cœ-
bi est vbi statim quasi loci Diua tutelaris, cœpit quotidianis inclarescere mira-
lis, t longa temporum serie continuata, quiuis morbi & corporum vitia sanaren-
, vbique commune asylum & perfugium languentium audiret: Ea porro fa-
i e donationum abundantia, vt ex ipsis Anno 1322 à fundamentis noua sit exci-
a Basilica, quæ fusius persequitur Bannelius: & eo recentior Henricus Russenius
lor ucciacensis. Diploma translationis recens innouatum placuit attexere, quia
bil hanc & superiori anno factam aliarum Virginum inuentionem.

COPIA DIPLOMATIS CVRIÆ ARCHI-EPISCOPALIS COLONIENSIS, OFFICIALIS, ANNO 1287.

Vniuersis præsentem paginam inspecturis, Officialis Curiæ Colonienſis præsentis vitæ gratiam, & futuræ gloriam sempiternam. Non fallit, neque fallitur fides Catholi-, quam tota per orbem sancta confitetur Ecclesia; sed quod aliquoties quidam pecca- existentibus in fide tepescant, hoc diuina pietas Sanctorum meritis, & intercessio- bus, signis & prodigijs ac cœlestium spirituum suasionibus visa est frequentius quam- rium reformasse. Sanctorum igitur reliquiæ, quorum in cœlis requiescunt animæ, apud Deum sentimus patrocinia, sunt à Christi fidelibus dignis venerationibus, laudibus, proconijs excolendæ.

Cum itaque Frater Ioannes dictus Nouilan (alias Eppa) Ordinis Sanctæ Crucis, Augustini domus villæ Parisiensis, vir Religiosus vita & conuersatione laudabili re- habitu approbatis insignitus, victualibus & commodis cœnobij sui de licentia Supe- rum suorum pro exquirendis & extumulandis reliquijs corporum de collegio Sanctarum ndam millium Virginum, de relictis ad laudem Dei, & prædictarum Virginum se pau- rtui & mendicitati nunc, vt alias, in Domino decreuerit submittendum: hoc vt didici- otus spiritu, quod sicut anno præterito Parisijs existens in trina visione receperat se terna, vt fecit Coloniam, & tria corpora, quorum vni nomen est Christina, alteri sasii, tertio Imma reliquiarum de collegio dictarum virginum inuenturum, quod facti nt cnus experientia veraciter demonstrabat: quas reliquias deferens in diuersis Eccle- is legiatis honorificè & solenniter collocauit. Iterato existens in suo cœnobio similes de da & Odilia virginibus dicti collegij receperat visiones, propter quod, vt prius, veniens diam earum reliquias infra fossatum, quod proprijs effodit manibus, gratia diuina ob rita dictarum Virginum, dignus est inuenire in loco, vbi dictum Sãctum Collegium in uetuis codicibus scribitur felici martyrio ad cœlestia transmigrasse. Circa quas reliquias, ut prius visum est in alijs eiusdem collegij, inuenta sunt vasa, & Clenodia, in quæ uerunt reconditæ arenæ sanguine cohærente, ita quod ex huiusmodi circumstantijs, & ius, odore suauissimo & mirifico de ijsdem reliquijs refragrante, firmiter credimus, eas esse e collegio sanctarum Virginum numerato. Dies autem exaltationis, & exhuma- tionis reliquiarum dictarum Idæ & Odiliæ est Anno Dom. 1287 Kal. Septembris.

Rogamus igitur & hortamur in Domino vniuersos Deo deuotos, quatenus vbicun- quæ reliquiæ delatæ fuerint, dignè ob laudem Dei & Sanctarum Virginum ve- ntur, vt ex hoc peccatorum suorum veniam, & post huius vitæ cursum, cum & earum meritis possidere cœlestem patriam mereamur, in cuius rei testimonium ium Curiæ Colonienſis præsentibus est appensum. Datum Anno Domini & die criptis.

Hæc inuentio stabilit *Primo* titulorũ veritatẽ: nam nomini cœlitus indicato ante, respõdit inscriptio tituli. *Secundo* cõfirmat B. Hermanni centũ annis ant reuelationẽ, qui eã Chiliarcharũ octauã nominat: & dum Comitis filiã facit tur Parens eius Regis quidẽ magni filius, Comes fuisse ratione dotaliũ bonor clientelæ. *Tertio* locum martyrij Coloniã. *Quarto* tẽpus, vt monstraui libro p

CAPVT XXVIII.

Corpora multa SS. Virginum & Episcoporum, Sodalitatis V lanæ in VVestphaliam & Osnabrugum quidem circa A.1343 runtur, S. Permerius Cremonensis Episcopus A.1645 ab Illus mo Principe & Episcopo loci, Francisco Guilielmo solenniter e tur, tempus eius martyrij contra quosdam aliter sentientes Ch nologiæ Vrsulanæ accommodatur.

AD transrhenanas, & trãsalbianas terras, à multis seculis magno numero ta, & integra etiam Parthenij Collegij corpora sunt transportata. Vnd illis regionibus cultus Vrsulanus celeberrimus, templis etiam oratorijs & alta Deo ad Sanctarum Virginum memoriam cõsecratis: vt enim Monasterium V phaliæ metropolim sileam, cuius nulla pene Ecclesia est: quæ non hoc thesaur bilitetur, & cuius reip. ciues impensè colunt S. Vrsulã, suoq; chirographo iam tum annis nomen suum in album Sodalium eius retulerunt: crebrisque literis ris huius accelerationem ardenter flagitarunt.

Osnabrugenses Vrsulanæ reliquiæ.

Osnabrugum Episcopalis sedes, & scholis à Carolo M. fundatis honorata ci plurima Martyrum huius sodalitatis corpora suis adhuc nominibus insignita, an. 1343 obtinuit Coloniã: quorum pleraq; circa templum Ioannitarum ad S. dulam reperta fuisse libro superiore diximus. Superat membrana Cathedrali clesiæ peruetusta, ante trecentos & plures annos exarata, & à loci dignissimo sule mecum communicata, in qua designatio tam hierothecarum, quam nomi describitur, quorum ossa & lipsana in illis continẽtur hoc exemplo: *Hæ sunt rel Ecclesiæ Osnabrugẽsis datæ sub A.D.1343 & per R. in Christo Patrẽ ac D. Godefridũ de berg Osnabrugẽsem Episcopũ in suis locis circa summũ altare dictæ Eccesiæ reuerẽter rec*

De Capsellis circa altare positis.

In Capsella à dextris altaris summi in latere versus Austrum posita requiescit corpus S. merij Episcopi Cremonensis de Gracia: qui erat de societate vndecim millium Virginum Martyrum. Ciuitas verò vbi ipse B. Permerius erat Episcop. Cremona vocatur; & est ipse scopus vnus de suffraganeis Archiepiscopi Mediolanensis &c. & Sanctus vir Permerius esset de finibus illis, cum sacræ Virgines peregrinarentur in Vrbe Romana, adiunxit se ill veniens cum eis Coloniam, quæ tum ab Hunnis obsessa erat; cum ijsdem sacris virginibu dem glorioso martyrio coronatus.

De Reliquijs nominatis eiusdem Capsellæ.

In prædicta eadem Capsella, supra sacrum corpus prædictũ, positæ sunt reliquiæ aliæ de p cta societate xi. mil. Virg. & Martyrum, scil. S. Vrsulæ magnæ. S. Aetherij sponsi S. Vrsulæ, leutherij fratris S. Valerij Ducis Britanniæ. S. Florentinæ sororis eius parvulæ; S. Paulin gnatæ S. Vrsulæ, S. Rixæ Aethiopis, S. Lyssmodis, S. Pinnosæ filiæ cuiusdã Ducis, quæ cum B. sula totum rexit exercitũ; S. Vrsulæ iunioris: S. Formosæ, quam Cordula reuelauit; S. Cor Reginæ, S. Constantiæ Reginæ, S. Aconinæ, S. Salamonæ, S. Odiliæ, S. Christiani, S. Willibr Ducis Lombardiæ, S. Iulianæ, S. Polemij, S. Mauri, S. Alheidis puellæ 12 annor. S. Iosephi triarchæ, S. Clementis Abbatis, S. Clementiæ, S. Victoriæ, cuius martyrium telo eius capiti fixo declaratur. S. Elisabeth, S. Iacobi Episcopi, S. Remaldi Archiepiscopi Graciæ, S. Ambr Episcopi & Cardinalis, S. Reginæ Virginis eiusdem societatis.

Pleraque dictorum corporum nomina anno 1327 tumulis educta, tunc cum Cõstantia cœlesti indicio significata in pomario DD. Ioannitarũ quæreretur: & tum alijs prius effossis, quorũ hic multi recẽsentur, vltima tandẽ deregeretur. Q re cum non solum Coloniæ: sed & alibi sedecim post annis eorundẽ corporum p

dm nominibus,officijs , & dignitatibus insignitæ cultum meruerint publi-
is colligitur eandem S. Constantiæ celeberrimam inuentionem passim ap-
m fuisse,nec in dubium reuocatam. Sed quid de cuiusdam S. Cordulæ Vir-
ntibus obseruet scriptor ille, superius etiam allatum,iterum audiamus:

De Reliquijs capsellæ sinistræ.

capsella verò à sinistris dicti altaris versus aquilonem positum requiescit corpus B. Virginis 18 annorum:cuius caput caruit dentibus maxillaribus; vna de stirpe Regali creditur fuisse,progenita ex Britannia:nam hoc est signum illarum Virginum:quia illis dentibus. Sub initium seculi 1300 Goldewinus 32 Episcop. Osnabrugensis in capitulo Cathedrali condidit extra muros ciuitatis hospitale vndecim milliũ pegium,pro insigni in has Sanctas pietate, in quo Sacerdotes emeriti debilesq; rent:exstat A.1310. Bulla successoris eius Engelberti, quæ indulgentias confert qui pecunijs inchoatũ opus promouent hoc exemplo: *Engelbertus D.G. Osnabrugensis Ecclesiæ Episcopus,omnib. Christi fidelibus,ad quos notitia præsentis literæ peruenerit salutis Autore. Cum dilecti in Christo Præpositus, Decanus, & Capitulũ Ecclesiæ Nostræ Osnabrugensis pro pauperibus Sacerdotibus propter virium destitutionem,lecto iacentibus Hospitale honorem D.N. Iesu Christi,& gloriosæ Matris eius Virginis Mariæ, & vndecim Virginum,apud Ecclesiam suam receperint,nec ad eorum sustentationem propriæ ipsius Hospitalis suppetant facultates. Nos de omnipotentis Dei misericordia, BB. Petri & Pauli Apostolorum, eius autoritate confisi, omnibus Christi fidelibus verè contritis & confessis ad subleuandam indigentiam dictorum sacerdotum , vel ad structuram ibidem manum porrexerint adiutricem,seu ad Ecclesiam dicti loci causa deuotionis accesserint, 40 dies veram carenam de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxamus. Datum Osembrug. anno Annunciationis B. Mariæ Virginis, An. Dom. 1310.*

xi milliũ Virginum Osnabrugi.

Præest hoc calamitiosissimo tempore huic Cathedræ Osnabrugensi,sicut Min-
ensi & Verdensi,Illustrissimus Princeps Franciscus Guilielmus lumen splendidis-
mum Ecclesiarum Westphalicarum in tantis hæresis inualescẽtis tenebris, & co-
ma Imp. Rom. qui pacem Germaniæ,religionẽ & cultum Sanctarum viduis suis
dilis,placatis superis è cœlo exoraturus,inter innumeras negotiorũ Imperij gra-
issimorum occupationes,primas tamen curas religioni consecrauit:Multum enim
boauit,vt enumeratas sedis suę reliquias Vrsulanas,& præcipuè S. Permerij Cre-
monensis Episcopi corpus à situ & squalore purgaret , eius cultum latius propaga-
ret, & quæ circa vitam eius illustrandam Cremona, Coloniaque peti possent, con-
quirret. Vtinam zelum hunc Diuorum tutelarium honoris instaurandi Præsules
alij, qui talibus abundant reliquijs, æmulentur, ad pacem Germanię violentis & ar-
matis precibus tanti exercitus Parthenici suffragijs extorquendam.

Cultus SS. Virginum ibi recens instauratus.

Cremona quidem Iosephus Brixianus historiographus ciuitatis & diœcesis (vir
humanissimus) transmisit nonnulla ex Chivello Sommo,qui vixit circa A.1350 & Io-
anne Francisco Mariano,de S. Permerio:quæ mecum Illustrissimus Osnabrugensis
Princeps communicauit, meæq; tenuitatis iudicium exquisiuit. Excepi de tempo-
re:quod ne nutare videatur,autorum verba , meamque subijciam responsionem:
Ait I. Chiuellus Sommus in Cat. Episcoporum Cremonensium & Episcopo loci 24.
fol. 8 hæc habet. *Permerius natione Græcus, verum speculum sanctitatis, Cremonæ Episcopus creatus à Leone I. Pontifice Max. fuit Pastor dignus laude & honore, gloriaque, quia non denegauit pauperibus eleemosynam, verum etiam auxilium omnibus præstitit , quatuor hic colit annis, & istis fecit progressum magnum in concionibus, quia multi Arianorum hæresim reliquerunt, postea ab ipsis Hæreticis Arianis expulsus fuit à ciuitate , & ipse iter fecit Genauiam versus, vbi inter glorioſos Martyres Agrippinæ coronatus fuit An. D. 452.*

S. Permerij vita à Chiuello scripta.

Citat hunc Chiuellum, & ex eo describit eadem Ioannes Franciscus Marianus in
commentarijs An. 1563 vulgatis: sed rationem temporis clarius proponit,hoc modo:
Postquam S. Sisinus Episcop. Cremonæ accepit palmam S. Martyrij An. D. 446, in eius locum à Pontif. Max. Leone I. creatus est Permerius natione Græcus, qui ad sedem Episcopalẽ vbi peruenit, se totum in sanctæ caritatis virtute exercuit, & in S.ti Iesu Christi fidei prædicatione ad extirpandam hæresin Arianam, ab illis verò, qui eiusdẽ bona opera tolerare non poterant,

multas persecutiones & bella passus est: proindeq; ab vrbe eiectus est A.450: qui peregrè multas orbis partes profectus, tandem Coloniam delatus, ibidem S. martyrio coronatus est 21 Octob. An.452. Sicut exstat in multis memorijs & maximè in tabula Episcoporum depicta à R.D. Chiuello Sommo. Huic successit in Episcopatu Ioannes natione Romanus.

Hæc sunt Cremonâ transmissa. Circa quę censeo primo gaudendum quidem se à trecentis an. Cremonæ Episc. & M. Permerij habitâ esse in Catalogo Episcorum rationem, & explicari commodè dubium *de Græcia*, cum dicatur origine Græcus extitisse: non tamen nitendum videri sola Chiuelli vel Mariani auctoritate adiunctis, quibus vetustior est translatio, & narratio, Osnabrugensis, & è qua emanauit prima Chiuelli narratio: cum nullus antiquior eo testis habeatur in documentis Cremonensibus transmissis.

Miscet errores chronologicos

Censeo secundo abstinendum esse in vita S. Permerij nominibus: *Hæresis Arii, Leonis primi Papæ, & temporis An.452.* Hæc enim aliquo modo pugnare videntur inter se, & cum Ecclesiastica historia Cremonensi, Mediolanensi, Romana, & vniuersali eius temporis: præcipuè verò cum martyrio Vrsulano: ostendo singula.

Contra tẽporis historiam.

Circa A.D.446 & sequentes sex annos, Cremonensis diœcesis, & tota Prouincia Mediolanensis erat Catholica, non dominantibus in ijs locis Arianis, qui potuerunt Catholicum Epicopum vrbe & Episcopatu exturbare. Nam Theodosius in Oriente, & post eum Pulcheria ac Marcianus: at in Occidẽte Valentinian. Catholici fares imperabant: Neq; tunc Leo Papa, neq; S. Eusebius Mediolanensis Archiepisc. cum 29 suis Suffraganeis Episcopis, in quibus Cremonensis erat, vllam Arianorum synodo tunc celebrata fecerunt mentionem, toti in eo, vt Eutychianam hæresim Oriente ortã sopirent, cum ipsi Catholicã religionẽ in Italia pacificè cum subiectis populis profiterẽtur: nõ ergo ab Arianis eiectus videtur A.450 Cremonâ Permerius. 2. Viuebat sub Leone I. Papa Cremonæ Episc. Catholicus Ioannes, qui sub init. an.451 subscripsit synodo Prouinciali Mediolanensi à S. Eusebio Archiepisc. in S. Leonis congregatæ ad nouam hæresin opprimendam, vt posset horum Episcoporum Italiæ cõdemnatio mitti ad œcumenicum concilium Chalcedonense circa mensem Octob. eiusdẽ anni contra Eutychetem congregandum. Subscripsit autẽ his verbis:

Indicem Episcoporum loci.

Ego Ioannes Episc. Ecclesiæ Cremonensis, in omnia supradicta consensi, & subscripsi, anathema dicẽs his, qui de incarnationis Sacramẽto impiè senserunt. Subduntur ei nomina Episcoporũ 4 Ecclesiarũ: *Brixianæ, Vercellensis, Albingaunensis & Bergomatis*, quia his senior erat in ordine Episcopali (solebant. n. tunc, vt notat Baronius ad A.451 laudatis hocipsũ Mediolanẽse concilium, residere ordine tẽporis eius, quo adepti erãt Episcopatũ) & tamẽ horũ quidã ante a.450 creati fuerãt Pontifices: vtiq; etiã Ioan. Cremonensis. 3. Cur S. Euseb. Mediolanensis, cur alij è 19 subscriptorib. Episcopis cæterij, non exceperunt contra Ioannẽ Episc. Cremonensem, cum viueret S. Permerius cui fauere multi poterant ob cognitã eius sanctitatẽ? cur istum Ioannẽ Catholicum passi sunt, vel etiã elegerunt Ariani Cremonenses? Cur S. Leo Papa, ad quem missa est eodem anno Synodica, non defendit S. Permerium, quem dederat Cremonensibus Episcopum, si adhuc viuebat & ob fidem exulabat? 4. Quomodo A.452 Coloniæ occisus est cum S. Vrsula Permerius ab Attila, cũ is A.451 circa mensẽ Maium Coloniã incenderit, pridie Paschatis Metas expugnarit, æstate Galsias vastarit, cæsus in campis Catalaunicis: sub finem anni receperit se in Illyricũ, & A.452 cœperit Aquileiam oppugnare; deinde vastarit Italiam, nunquã reuersus ad Rhenum? Vide non potuit A.452 mense Oct. S. Vrsulam & Permerium Coloniæ necare. Vide de Attila potest S. Greg. Turon. Miscella, Baronius & alij. 5. Pessimè concordat ea tẽporis ratio cum martyrio Vrsulano, q; plurib. locorũ traditionibus, vetustis auctoribus, inscriptionibus, & rationibus multis capitib. ostendi l.1.c.32 circa 237 contigisse, quę Iulius Maximin. origine Gothus vel Hunnus Ro. Imp. prope Moguntiam initio Octobr. Rom. Imperium occupauit, inchoata ibidẽ 6. persecutione tunc. n. cũ alijs S. Permerius 21 Oct. occisus est: vt euincunt in tẽplo S. Vrsulę inscriptiones sepulcrorũ, quæ virgines anno dicto, vel sequẽti necatas volunt. Huic autẽ tẽpori cõgruunt Osnabrugẽsia monimẽta: nã si demus expulsũ esse S. Permeriũ Epicopatu, cõtigit A.236, quo etiã Pontianus Papa relegatus est in Bucoinã Sardiniæ insu-

Acta Mediolanensia.

Attilanã expeditionem.

Et historiam Vrsulanam.

ſ[illegible]m à Gentilibus, opera Iuriſconſultorum in abſentia Cæſaris Alexandri Chri-
[illegible]rs fauente: Vnde ſi liceret catalogum Cremonenſium Epiſcoporum (quem
[illegible]um nanciſci potui) inſpicere, facilius locum eius ſub Pontiano Papa repe-
[illegible]ri.

Hæ cauſæ ſunt cur putem nomina *Arianorum, Leonis Papæ & An.452* recen-
[illegible]ior manu & forte ſolius Chiuelli auctoritate irrepſiſſe, quod paulo ante Chiuelli
[illegible]etatem circa Ann.1280 Iacobus de Voragine Genuenſis Archiepiſcopus in Lom-
[illegible]barica hiſtoria martyrium Vrſulanum ad Attilam reuocaſſet: cuius ſententiam
[illegible]ſum Chiuellus Italus ſequeretur, de ſuo videtur dicta nomina vitæ Permerij im-
[illegible]miſciſſe, vt eam ampliaret. Eſt autem per quam probabile S. Permerium occiſum
[illegible]eſſe cum S. Vrſula: nam Marinus Monę ſucceſſor Archiepiſcop. Mediolanenſis cum
[illegible]eodem paſſus eſt, treſque eiuſdem Suffraganei Maromius Episcopus Nouarienſis,
[illegible]Mauſius Episcopus Laudenſis, & Permerius Cremonenſis: cuius ſocius fuiſſe vi-
[illegible]detur S. Baſſanus Martyr Cremonenſis, qui in Monte veteri religiosè ſeruatur &
[illegible]colitur, ſic ex alijs Italiæ locis venerunt multi vt Aquileiâ, Rauennâ, Lauico, Spole-
[illegible]to, Parmâ, Lucâ, & locis confinibus. Ita quidem de S. Permerio cenſeo, libenter
[illegible]tunc explicatæ fuerint meæ difficultates, & meliores allatæ rationes, opinionem
[illegible]mutaturus. Acceptis his Illuſtriſſimus Princeps, cum inſtaret feſtum S. Vrſulæ, nec
[illegible]poſſet more ſuo vt Coloniæ cum degeret, coram eius ſacris exuuijs facere, Mona-
[illegible]ſterio tamen excurrit ad locum vicinum Oſnabrugo, Sanctique Permerij deductas
[illegible]de reliquias ipſemet excuſſis pulueribus ſolenniter eleuauit, & coram ipſis in Pon-
[illegible]tificalibus ſacris eſt operatus, vt clarius ex ſubiectis eiuſdem ad me datis humaniſſi-
[illegible]mis literis & inſtrumento licet perſpicere.

Dubia circa S. noſtrum Permerium à Reu. Veſtra ſub 17 huius menſis in reſponſo ad ea, quæ Cremonâ perſcripta ſunt digna iudicaui, vt dictis Cremonenſib. cõmunicarentur. De ſancti huius nomine, patria, loco Epiſcopatus, Martyrij, translatione, & reliquijs nullũ amplius poteſt eſſe dubium: ſola reſtat certitudo annorum, quos ſederit Cremonæ, & tempus Martyrij, in quo etiam dies certa, & ſolus item annus inquirendus eſt. Mittam igitur ea poſt paucos dies Cremonam, & reſponſum ſi venerit, ſtatim R.ª V.ª communicabo. Interim ad indagandam antiquitatem contuli me hiſce diebus in Suthauſen, locum vicinum ciuitati meæ Oſnabrugenſi: quid ibi actum fuerit, R.ª V.ª ex adiuncto documento videre poterit, & forſan non inutile ad hiſtoriam, quam texit de S. Vrſula. Monaſterij 28 Oct. 1645.

Quæ certa ſint de S. Permerio,

Quę verò dubia.

INSTRVMENTVM AVTENTICVM INVENTIONIS ET ELEVATIONIS S. PERMERII EPISCOPI CREMONENSIS, factæ An.1645.

NOs Franciſcus Guilielmus Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcop. Eccleſiarum Oſnabrugenſis, Mindenſis & Verdenſis, Ratisbonenſis Coadiutor, S. R. Imp. Princeps &c. Omnibus præſentes haſce noſtras publicas literas lecturis, vel legi audituris ſalutem in Domino, ac interea notum facimus & atteſtamur. Cum diuerſæ cauſæ, & pium, quo in Sanctos, eorumq; reliquias ferimur deſiderium, ac ſingularis affectus Nos impellerent, vt de ſacris lipſanis S. Permerij Epiſcopi Cremonẽſis ac Martyris, quæ per Godefridum Comitem de Arensberg Prædeceſſorẽ noſtrum ac Epiſcopum Oſnabrugenſem 36. An. Chriſti 1343 magna pompa cũ pluribus alijs reliquijs Coloniâ Agrippina allata, & in argenteam tumbam translata, hactenus dicta populi Chriſtiani veneratione in prædicta noſtra Oſnabrugenſi Cathedrali Eccleſia cõſeruata ſunt, penitius inquirendum cenſeremus. Nobis verò hoc rerum in Imperio miſerrimo ſtatu dictam noſtram ciuitatem intrandi, minus apud Eccleſiam reſidendi ob violentâ Iecorum, aliorumque Hæreticorum occupationem, nulla ſit vel facultas, vel ſecuritas, Quod cum Venerabilibus, Nobilibus, deuotis, Nobis fidelibus, ac ſincerè dilectis Præpoſito, Seniore, & Capitulo dictæ noſtræ Oſnabrugenſis Eccleſiæ conuenerimus, vt dictæ reliquiæ ad aliquem locum Ciuitati vicinum, ac ſecurum, per iprum deputatos conſtituta die ad Nos deferrentur. Vnde die & loco infra nominto, in Dei omine conuenimus, & in Eccleſia S. Mariæ Magdalenæ ibidem ciſtam rudiorem, in qua prædicta tumba Sancti recluſa erat, aperuimus, illamq; ſuper altari decenter poſitam, bene vndiq; reſpeximus, & debitè clauſam, ac fortiter munitã deprehẽdimus. In anteriori parte vna erat

feneſtella maior reliquis quatuor, in duobus lateribus ſitis, (quæ omnes cancellis concluſæ [illegible] *riebantur) ita vt dictæ reliquiæ, præſertim caput bene conſpici poſſent. Tota tumba* [illegible] *eſt obducta olim laminis ſtatuiſque argenteis, ac lapidibus pretioſis, vti mos erat illius ætatis nata: quam tamen Anno 1633 Sueci Hæretici deturparunt, auferendo pretioſiora de* [illegible] *una cum tota ſupellectili dictæ Eccleſiæ noſtræ Cathedralis argentea. Solutis impedimentis ſtatim apparuit integrum caput, raræ magnitudinis, ſine inferiori mandibula, integerrimum tamen, materiæ ſericæ incluſum, ac bene ornatum, & puluinari eiuſdem materiæ & antiquitatis ſuperpoſitum. Quod noſtris manibus cum magna reuerentia exemimus. Et cum (abſterſo ob vetuſtatem puluere) in cranio antiquiſſimis literis ſcriptum appareret,* Sanctus Permerius de Græcia Epiſcopus Cremonenſis, *illud deuotè exoſculati, omnibus & ſingulis præſentibus ad ſimilem venerationem exhibuimus. Poſtmodum illo ſuppotari repoſito, reliquas reliquias ſimiliter expoſuimus, nempe coſtas octo, vertebras ex dorſi nouem, ſcapulas binas, quinque maiora oſſa integra, & octo minora. Omnes has partes corpore dicti ſancti eſſe, ornatus (qui idem vt capitis erat) demonſtrauit, prout etiam monumenta Eccleſiæ noſtræ antiquiſſima docent, corpus dicti ſancti in ea adſeruari. Erat & linteum ſericum, cui inuolutæ reperiebantur minores particulæ & reliquiæ cum annexis quæ nominibus, de ſocietate XI. millium Virginum, ſcilicet S. Vrſulæ Magnæ. S. Valerij ſ* [illegible] *B. Vrſulæ, S. Eleutherij fratris Valerij Ducis Britanniæ, S. Florentinæ ſororis eius paruulæ Paulinæ cognatæ B. Vrſulæ, S. Rixæ Æthiopis, S. Litmodis filiæ eiuſdem Ducis, quæ B. Vrſula totum rexit exercitum Virginum: S. Vrſulæ Iunioris, S. Formoſæ, quam B. Co* [illegible] *la reuelauit, S. Cordulæ Reginæ, S. Conſtantiæ Reginæ, S. Antoninæ, S. Salamonæ, S. Oda, S. Chriſtiani, S. Wilbrordi Ducis Lombardiæ, S. Iuliani, S. Polemij, S. Adelheidis puellarum, S. Ioſephcuiuſdam Patriarchæ, S. Clementis Abbatis, S. Clementiæ, S. Victæ, cuius martyrium telo capiti eius infixo declarátur SS. quorundam Maurorum, S. Eliſabethæ S. Iacobi Epiſcopi, S. Remaldi Epiſcopi Græciæ, S. Ambroſij Epiſcopi & Cardinalis, S. Re* [illegible] *virginis eiuſdem ſocietatis.*

Et cum præter dicta nihil reperiretur amplius, tumbâ & omnibus reliquijs à puluere vindicatis, ſingulas partes, vt prius inuentæ erant, ſuis quibuſque locis cum veneration [illegible] *poſuimus; nec non dictam tumbam ſigillo noſtro munitam & concluſam in dicto altari de* [illegible] *ter reponi fecimus, ſequenti die feſtum ipſius ibidem celebraturi, prout etiam factum* [illegible] *Acta ſunt hæc omnia & ſingula in loco, qui dicitur Suthauſen, medio milliari Germa* [illegible] *diſtante à dicta noſtra Ciuitate, die 20. Octobris, pridie ſcilicet ſæpefati S. Epiſcopi & Ma* [illegible] *ris hora 4. pomeridiana. Præſentibus Ioanne Wernero de Leeradt Præpoſito, Cano* [illegible] *item Ottone à Dorgeloe, Benedicto à Galen, & Iodoco Henrico Korff, à Capitulo No* [illegible] *ſpecialiter ad hoc deputatis: Præterea Maximiliano Waitzenbeck Canonico S. Ma* [illegible] *ni Ciuitatis, & diœceſis noſtræ Mindenſis, Cappellano noſtro maiori, Magiſtro ceremo* [illegible] *rum, & eleemoſynario, nec non Ioanne Buſchman Parocho in Cappelen, diœceſis noſtræ Oſ* [illegible] *burgenſis, & beneficiato dictæ Eccleſiæ in Suthauſen, denique multis alijs de familia no* [illegible] *Anno Domini 1645. Epiſcopatuum noſtrorum Oſnabrugenſis 20, Mindenſis & Verde* [illegible] *16. In quorum omnium ac ſingulorum fidem has manu noſtra ſubſcripſimus, & ſigillo no* [illegible] *muniri fecimus.*

Ideam hanc inſerui abſolutiſſimæ numeris omnibus eleuationis, vtinam m [illegible] ti, qui ſimilibus abundant ſacris exuuijs, imitentur, & ſeneſcentem harum B [illegible] Virginum cultum nouis inſtaurent fomentis, mecumque, ſiquæ naſcantur hac ii [illegible] dubia, communicare dignentur: nam vt ingenuè fatear, S. Permerij Epiſcopat [illegible] præterijſſem, quod è ſolis Colonienſibus monimentis non ſatis liqueret: at c [illegible] Illuſtriſſimus Princeps alias mihi duas faces Oſnabrugo, Cremonaque ſubmit [illegible] ret, lumini debili Colonienſi duobus adiectis luminibus veritas clarius emicuit, [illegible] Cremona Coloniam duobus auxit Martyribus, quorum honori carmen hoc ceci [illegible]

Græcia progenuit, mitraq; Cremona reuinxit
Permerium, rapuit Rhenus, & Haſa tenet.
Pontifici fidus Baſſanus adhæſit achates,
Eridani lumen, Mons vetus oſſa colit.
Cæſus Agrippinæ, Hunnorum per ſpicula, iunctus
Millibus vndenis ſcandit vterque polum.

Peti

Peiuerunt postea Cremonenses autenticum documentum cultus S. Bassani, ...eis transmisit R.mus D. Ioannes à Blanckenberg, Abbas: & simile Laudensibus ...tu S. Mallusij: nam id Episcopus loci vehementer expetierat, vt vtroque in ...ancti illi deinceps honorentur.

Misit sequenti Anno 1646. Iosephus Brixianus ad me catalogum primorum ...oporum Cremonensium, in quo non sub Attila, (cum sedem Ioannes occupa...) sed sub Alexandro Seuero ab An. 230. (mortuo Simpliciano) Cathedra vacat an... ad annum vsque 275. quando sedere Cassianus cœpit: commodè igitur septem ... Pontificatus S. Permerij inseritur: quod idem Illustrissimus Franciscus Bor...us Episcopus Cremonensis modo, & Iosephus magis esse credunt consenta... veritati. Episcoporum autem primorum talis est series: quam eiusdem fide re... An. Christi 54. S. Sabinus à S. Petro constitutus Protoepiscopus Cremonensis. ...72. Babila successit: huic Ann. 86. Felix annis 16. An. 102. Chrysogonus an... An. 117. Bernardus Romanus. An. 123. Creatus annis 16. Deinceps ob perse...nes non constat, quis sederit. Ab Anno 182 Chrysostomus annis 7. An. 189 ...rnus annis 18. An. 207 Sixtus annis XI. An. 218 Simplicianus Germanus ...12, post cuius obitum ab An. 230 vacat sedes ob persecutiones ad annum vs...75. quam commodè, septem annorum lacunam explet S. Permerius se...annis Cremonensis Episcopus? cui post Ann. 75 successere hoc ordine ad ...um vsque Cassianus Marinus, Eustachius, S. Florianus, Stephanus Sirinus, ...adus, Vincentius, Sisinus & Ioannes, qui floruit sub Leone Papa & Attilæ va...e, videturque ante annum 450 auspicatus Pontificatum. Idem de S. Mallu...mpore facilè probari potest, qui non sub Attila Ao. 451 vixit, cum subscriberet ...do Mediolanensi Cyriacus, neque An. 383, quo sedit ibi S. Bassianus, sed sub ...iano An. 237 præsedit Ecclesiæ.

Series primorũ Episcoporũ Cremonensium.

Locus S. Permerij vacans ab An. 230.

CAPVT XXIX.

Alia VVestphaliæ loca deportantur, ædes sacræ à quingentis annis ijsdem excitantur: nec non Paderbornensium Episcoporum studium honorandi reliquias Vrsulanas.

APVD Tremoniam viguit Præmonstratense cœnobium S. Catharinæ dicatum pignoribus, cum ipsis his nominibus: *Sambariæ V. M. Firmini, Ermendrudis, Walbinæ, Eriæ filiæ Pigmenij Regis Angliæ, Panafretæ, Torpini Episcopi, Iacobi Titularis Traui M. Leimari Presbyteri, Sabinæ & Iustinæ Virginum, Firmindinæ V. M. Vrbinæ V. Dorologiæ V. Pinnosæ Ducissæ, Vrsmariæ Ducissæ, Cordulæ Reginæ, Christinæ Reginæ, Symphoniæ V. M. Saluatoris M. Amandi Episcopi de Anglia, Christiani M. Christinæ & Reginæ Virginum, Vrsulæ & Reginæ Virginum.* Sunt hic istorum non integra corpora; sed partes; complura enim horum etiam alibi seruantur ossa.

Magdeburgum ad sedem suam Archiepiscopalem S. Norbertus & Norbertini, qui maximè ibi floruerunt, permulta Vrsulana transtulerunt, fuerunt ibi 4. integra corpora, *SS. Margaritæ, Iulianæ, Aldegundis & Anastasiæ*: præterea caput *S. Agalitæ V.* pars capitis *Thalitæ, wilhildis, Adalectæ.* Brachium *S. Gratæ V.* ossa quædam brachij *Tilphildæ, Liberiæ, Felicis V. Parmeniæ sororis S. Pinnosæ*: pars costæ *S. Sanctinæ*, scapulæ portio *S. Svvuniliæ*, dens *S. Basillæ V.* articulus digiti *S. Armoniæ.* De aliis reliquias etiam adseruant: vt *S. Florianæ, Sicarinæ, Niobæ, Paulæ, Christinianæ, Emeriæ, Floridæ, Floræ, Victorinæ, wiuinianæ, Leophaniæ Principis ex Anglia, Godestiæ, Serenæ, wibretæ*, & multarum aliarum, quas ad indicem inuentorum nominum reijcio, ne Lectori sim fastidio.

Nec minus Leisbornense D. Benedicti regulam profitentium cœnobium diœcesis Monasteriensis propè Lippiam eodẽ sacro thesauro locupletatur: eminent

Leisbornẽsis Monasterij.

in eo his nominibus insignita corpora Virginum & Martyrum: *Bargaria, Mari*
Sambaria, Placidia, Mathania, Panafrega, Bin[illegible]na, Samiuia, VVillina, Sanctia, Stacten
Gratia, item adseruantur ibidem *Salustiæ, Babiliæ, Vrsmariæ & Validiæ*, Martyrum
liquiæ.

Sunt in Westphalia à multis seculis ædes sacræ S. Vrsulæ dedicatæ : i
sine sacris eiusdem sodalitatis pignoribus. Vnam Sigewandus Mindensium a
stes ante quingentos annos à fundamentis erexit : & sacerdoti sustentande
eius cultum prouentus vberes adsignauit : in qua condi etiam sub Virginum
decies mille patrocinio tutelaq; voluit, vt Mindense Chronicon Hermanni del
beck Dominicani, his verbis attestatur. *Sigewandus Episcopus tertius Deo & h*
nibus gratus, ex nobilibus parentibus natus, ab Adolpho de Schawenburg, seniore nepot
Monasterio S. Petri in Minda oblatus puer, & Dei seruitio mancipatus, tandem per diu
dignitatum & beneficiorum successus de communi consensu beneficiatorum, & petitione
trum permotus, Prouisor & Pastor Mindensis Ecclesiæ est constitutus. Hic Ecclesia
Eidenhausen plumbo coopertam cum quatuor altaribus, ex proprijs sumtibus ad hono
vndecim millium Virginum & Martyrum fundauit : intus picturis pulcherrimis d
rauit. Hæc inquam Ecclesia ceteris paribus est pulchrior Ecclesia villana, quam habet M
densis sedes Ecclesiam : vnde statuit, vt hæc Ecclesia nulli nisi sacerdoti, qui stabiliter ib
bitaret, Deoque fideliter seruiret, conferatur. Hic Præsul à Domino Gunone Apostolic
dis Legato, & Diacono Cardinale ordinatus, consecratus est præsidente ac iubente Dom
& vniuersali Papa Calixto, regnante glorioso Henrico V. Romanorum Imperatore Aug
An. 1124 postquam rexisset 20 annis, obijt An. 1140 sepultus in medio Ecclesiæ Idenhuse

Mindæ.

Paderbornæ.

Eodem tempore Padebornensi fulgebat infula Bernardus ; qui pro suo i
Vrsulam studio & religione sacellum eidem erectum & consecratum Virgini
Deo sacratis & S. Benedicti regulam profitentibus tradidit, circa annum 1148 i
ctione XI. Conradi secundi anno 12, Bernardi fundatoris anno 22 Præsulatus
cus Wilbasen appellatur : cui cum sensim ob loci religionem ædes piorum ho
num accessissent, excoli paulatim magis cœpit & inquilinis abundare, vt oppid
iam muris & portis cinctum euaserit. S. Pignosę Regis filiæ corpus, & alterum S.
nafredæ diu religiosè conseruarunt: Virgines verò cum ante centum annos S.
sulæ sodalitati (quam nauiculam appellabant) dedissent nomen, eiusdem cult
latè per vicina loca & cœnobia propagarunt: de quo alias.

Superant sequentis seculi Bernardi Paderbornensis literæ, quibus mi
ab Vrsulano collegio cum Sanctarum Virginum, reliquijs nuncios pro corrogar
stipe iubet excipi perhonorificè, & ad eam rem opem conferre suam : *Bernar*
Dei Gratia Paderbornensis Episcopus, vniuersis Plebanis, Capellanis, alijsque Rectoribus,
sua ciuitate, & diœcesi constitutis salutem in vero salutari. Laboribus vestris, & expen
quæ in capitulationibus siue conuocationibus vestris fieri solebant parcere cupientes, per la
rem præsentium vobis transmittimus chartulas Indulgentiarum, Ecclesiæ Sanctarum V
ginum vndecim millium, in Colonia, quas pro colligendis Christi fidelium eleemosynis, in
uitate & diœcesi nostra, nostri Capituli accedente consensu, duximus admittendum, vobis
virtute S. Obedientiæ districtè præcipientes, vt ipsum negotium statim visis literis præsen
bus, diebus dominicis & festiuis, dedicationibus duntaxat exceptis (quas Ecclesiæ nostræ
cialiter reseruamus) plebibus vestris fideliter exponatis, vsque ad octauam Apostolorum Pe
& Pauli, & tunc in generali Capitulo oblationes per Dei gratiam conquisitas fideliter rep
tetis. Si quis verò vestrum huic mandato nostro rebellis exstiterit, non solum se nouerit
officio suspensum : Immo etiam ab ipso tantum requiri volumus, quantum posset per ben
uolum & intentum, & in loco quolibet obtineri. Datum Ann. Domini 1247. feria 2 p
Misericordia Domini. Reliquias solenniter recipiatis. Successit Bernardo Simon C
mes à Schwalenberg: is simili in re diem festiuum & vacuum à laboribus esse iuss
quo Sanctarum Virginum reliquiæ adducebantur, negotiaque tractabantur, quo
sanciuit hoc diplomate : *Simon Dei G. Paderbornensis Episcopus, vniuersis & Pleban*
& Capellanis, Ecclesijsque & Ecclesiarum Rectoribus, in sua ciuitate, & diœcesi constitut
salutem in Nostro salutari. Auctoritate præsentium vobis in virtute Sanctæ obedienti
& s

Vrſulæna ſuſpenſionis diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus omnes Parochianos ve-
ros, nos diſcretionis habentes, ad diem, locum & horam, quæ lator præſentium vobis aſſi-
gnauerit, conuocetis, præcipientes ijſdem auctoritate noſtra, in virtute S. Obedientiæ, & ſub
pœna excommunicationis, vt ibidem deuotè permaneant, quouſque negotium Sanctarum Cultus SS.
quorundem millium Virginum de Colonia fuerit fideliter expeditum, omnibuſq; alijs negotijs, Virginũ.
quæ petitionibus poſtpoſitis, dies illa ad honorem Dei, & pro reuerentia tantarum reliquiarum
omnium dies dominica celebris, & feſtiua ab omnibus habeatur, donec Miſſarum ſolennia
fuerint celebrata, Si quis autem veſtrum huic mandato rebellis exſtiterit, ſuſpenſionem à di-
uinis nouerit incurriſſe. Datum An. Dom. 1267. feria ſecunda poſt Iubilate.

CAPVT XXX.

Mediolani, Cremonæ, Lucæ, Neapoli, Amalphi, Mutinæ, & in alijs Italiæ locis multæ reliquiæ Vrſulanæ piè conſeruantur.

Præter Romam orbis Dominam, quæ capita quædam præcipua Cleri ſui cum Vicario Chriſti & Pontiani Sodalitati iunxit Vrſulanæ: multę ciuitates Italiæ ſanctiſſimos Pontifices ſuos eidem ſociarunt, vt meritò reliquijs eiuſdē ſocietatis, paſſim ſcupletentur: pauca tamē eorum loca, quibus præcipuè coluntur nancifci potui, quæ capiti huic inſeram.

Mediolanum Vrbs Archiepiſcopalis Inſubriæ potentiſſima: Ducatus illius me- Mediolani.
tropolis, Proregis Hiſpani Senatuſq; ſedes, cum alijs Diuorum ſacris exuuijs: tum imprimis Vrſulanis prædiues eſt. Eas enumerat Paulus Morigi libro de Nobilitate Mediolanenſi: Moniales S. Vrſulæ oſſa habent S. Albanæ Virginis & Martyris & ſocirum eius, ac S. Vrſulæ. In templo Monialium S. Vincentij magna reuerentia conſeruantur tria capita è ſocietate S. Vrſulæ. In templo Virginum Ordinis S. Dominici, colitur caput S. Amandæ, quæ neptis fuit S. Aetherij ſponſi S. Vrſulæ, cui coniunguntur bina capita ex vndecim millibus, & ſex oſſa brachiorum ex ijſdem. *In Catorio Patrum Certoſinorum, quod Mediolani habent à S. Michaële la Chiuſa honoratur caput S. Pignoſæ neptis S. Vrſulæ: caput alterum ex vndecim millibus non nominatum, alia quatuor oſſa ex ijſdem.* Et infra: *depoſuit in dicto templo della certoſa de Pauia tria capita, ex vndecim millibus, caput integrum S. VValburgæ, quæ fuit ex eadem ſocietate matertera S. Vrſulæ, caput S. Flauiæ ex ijſdem 11000. In templo S. Hieronymi pars magna capitis S. Vrſulæ Virginis & Martyris exſtat.* Addit *Ann. 1594. 4 Iulij D. Bernardus Bianco tradidit Monaſterio noſtro, caput vnum ex 11000: vnum item brachium, & alia oſſa magnam partem ex iſdem.* In templo Monialium S. Lazari ſeruatur vnum caput cum oſſibus ex eodo. In templo Monialium S. Bernardi, alterum ex ijſdem: Aliud item in templo S. Mariæ Magdalenæ, prope S. Euphemiam. In Monaſterio maiori Mediolani, caput cum aliquot oſſibus. In Monaſterio S. Petri Geſſato, caput ex ijſdem, quod S. Abbatiſſæ dicitur. In templo de S. Maria ſecreta, eſt cranium, ex vndecim millib. Virginibus ſine nomine: & aliud S. Frondelinæ ex eadē ſocietate, cum parte S. Beniuæ Virginis ex eadem ſocietate. In templo S. Sepulcri duo capita. In templo Cluerſarum vnum; aliud in templo Annunciatarum, aliud item in templo Parochiali S. Viti. In pulcherrimo templo Patrum Soc. Ieſu, duo capita. In templo S. Catharinæ vbi Virgines ſunt ad pontem de Taurego, caput vnum. Apud Moniales S. Catharinæ prope S. Michaëlem la Chiuſa, caput vnum. Vnum item in his ſubiectis templis. In S. Barbaræ, in celebri tēplo Gratiæ, S. Simpliciani, Roſæ, S. Ambroſij maioris, S. Alexandri, Pacis, Monialium Ieſu. Quatuor apud RR. PP. de Carmine.

Reliquias Vrſulanas in diœceſi Mediolanenſi has enumerat. In Monaſterio maiori monialium de Cantu caput eſt ex ſocietate S. Vrſulæ. Vnum in Corbetta in templo B. V. Thaumaturgæ cum duabus partibus oſſium ex eadem. In Collegiata S. Victoris de Vareſe caput vnum. Hæc Paulus Morigi.

S. Carolus

Caroli Borromæi cultus Vrsulanus.

S. Carolus Borromæus insignis S. Vrsulæ cultor, & eius sodalitij felix pro- gator, maximam multitudinem, & varietatē Virginum Vrsulanarum in Ciuitat & Archidiœcesin Mediolanensem introduxit, quam Prior vnus Generalis tam bicarum, quam Diœcesanarum summa cura moderatur, iuxta legesà S. Carolo ginibus illis sancitas, quarum iam mille numerantur: vt suo monstrabo loco: Sanctus hic vir frequenter suis exhortationibus ad pietatis & castitatis studium citabat: quibus etiam de sacris reliquijs: vt & Metropoli diligenter prospicere natus est: quem thesaurum cum sciret petendum esse Colonià, mutuis officijs lonienſem Archiepiscopum sibi studuit demereri, & salutaribus instruere mon ac lipsana Martyrum ex illo polyandrio flagitare: Exstant duæ sancti huius epistolæ ad Ernestum Archiepiscopum Colonienſem Bauariæ Ducem exar primæ gratulatoriæ; sed dignæ S. Carolo, plenæ sacris admonitionibus; poste res incredibilem animi gestientis lætitiam exprimunt, ob promissas Sanctorum liquias: vtrasque visum est attexere.

Epist. 8. S. Caroli Borrom.

ERNESTO COLONIÆ ARCHIEPISCOPO.

CVm proximis diebus optatissimum nuncium accepissem te ad Archiepiscopatum Colonienſem administrandum magna omnium consensione & lætitia electum esse; non stimaui in tanta omnium gratulatione mihi committendum esse, vt posses literas meas derare. Ac licet tibi de hac tanta dignitatis amplitudine gratulari non audeam (nonn enim rerum vsus docuit me, quantum negotij & curæ, quantum etiam laboris & culi sit in Episcopatu) gratulor tamen Colonienſibus, Germaniæque vniuersæ, quam qui ex tua istius amplissimæ Ecclesiæ administratione, atque antiquæ disciplinæ restitutione hementer & in Catholicæ religionis studio, & in spiritu ac veritate adiutum iri spero. enim velim intelligas, vbi primum de ista tua dignitate auditum est, bonos omnes mag in spem erectos esse, fore vt industria, diligentia, cura, solicitudine tua magnopere Christi des istis in regionibus propagetur, vberrimusque ex superiori rerum perturbatione fru existat. Quapropter in eo sunt tibi vires omnes contendendæ, vt hanc spem à te conc tam, omni virtute sustineas, vel potius vincas, atque excellenti diuinæ gloriæ amplifica studio, & ad omnes officij tui partes gnauiter explendas, & ad exemplum alijs prodeu penitas exardescas. Cuius quidem rei magna tibi materies proposita est, propter & comm nes Germaniæ, & priuatas Ecclesiæ tuæ necessitates. Sed omnia mihi crede sunt in illo ta, vt te, quod iam videre videor Episcopum irreprehensibilem (vt Apostolus Paulus cet) præbeas: quod quidem facile Dei adiutrice gratia consequere, si nihil penitus pr Dei gloriam spectes, & id Catholici omnes atque hæretici intelligant: ita enim fiet, vt actionum, totiusque vitæ tuæ luce ac splendore omnes ad diuinæ bonitatis agnitionem & dicationem adducantur: qui quidem præstantissimus atque vberrimus rectè factor fructus summopere debet te ad omnis Archiepiscopalis muneris rationem atque officij per ctionem inflammare, quid enim tanti esse potest, vt animarum Iesu Christi sanguine demtarum, diuinique nominis propagationi debeat vlla ratione præferri? Res omnes no despiciendæ sunt, vita denique ipsa profundenda, pro vnius animæ salute, quid agendum, quid non agendum potius vbi salus agitur innumerabilium pene animarum? Ego quide (quod vnum possum) Iesum Christum etiam precor atque oro, vt te & in suscepto mun gratiæ suæ præsidio regat, & ad Catholicam religionem longe lateque amplificandam mag tibi mentem animumque inspiret.

His literis animum sibi Ernesti mirificè conciliauit, & ad obtinendas, qu ardenter sitiebat Sanctorum reliquias, in quibus Vrsulanæ eminebant, præp rauit: eas vt sibi destinatas cognouit: has in animi grati significationem a didit.

ERNEST

ERNESTO ARCHIEPISCOPO COLONIÆ. Ep. 83.

LAgnæ mihi iucunditati fuerunt literæ à te Kal. Iulij ad me datæ, quibus ſtudium tuum ſignificas mihi de ſacris reliquijs gratificandi: cum enim nihil mihi antiquius, nihil ſit Dei gloria, & Sanctiſſimorum virorum, qui ſe graues ac ſtrenuos Chriſti famulos præſterunt cultu: non mihi gratiſſima eſſe non poteſt benignitas tua, qua quidem fiet, vt ſanctiſſimorum Martyrum oſſa adſpicere ac tractare, & vero etiam ardentiori quodam animi colere, & venerari mihi liceat. Itaque Caſſinam cum tam præclaro theſauro auidè expecto. De mea cum iſta Eccleſia coniunctione mihi tanquam per manus tradita, verè ſentis; nam iam inde à non paucis ſeculis inſtitutam à ſuperioribus Archiepiſcopis accepi: & officiorum genere colendam mihi ac tuendam eſſe ſtatuo. Hoc præſertim tempore, quo ad eius gubernaculum ſedet is, quem maximè propter Catholicæ religionis ſtudium ac zelum Bauaricæ familiæ proprium optauimus. Cum verò tu externa bella tanta felicitate cõfeceris, Deo-que repugnante, & Eccleſiæ ſuæ cauſam aduerſus peditorum hominum improbitatem tuente profligaueris; magnam in ſpem ingredior, te eas quoque eo ipſo Deo iuuante opinionum, & morum corruptelas profligaturum, atque eradicaturum eſſe, quæ tam graue periculum iſti clarissimæ atque Ampliſſimæ Eccleſiæ crearunt: Caput autem huius tanti boni eſſe oportet clericalis diſciplinæ reſtitutionem, populus enim Cleri mores ferè imitatur. Quocirca Clero ad antiquæ diſciplinæ rationem reuocato, & confirmato, facile eſt populum in Officio continere, & omni virtute erudire, atque inſtituere: ſua ſponte ſe docilem tractabilemque præbebit: quæ cauſa, vt Clericalis atque Eccleſiaſticæ diſciplinæ curam ſeriamque cogitationem ſuſcipiat, te magnopere hortarer, ſi vllum hortationi locum relinqueret pietas tua, ſi quid eſt tamen, in quo ego tibi operam nauare poſſim ad Dei gloriam propagandam, erit ſemper tibi paratiſſima, atque addictiſſima. Interea Ieſum Chriſtum aſſiduè obteſtabor, vt ſe tibi benigniſſimum, munificentiſſimum præſtet.

Satis opinor Sanctus hic ſuum, erga Sanctas reliquias affectum prodit, & eas obtinendi deſiderium. Gonzaga etiam alias nominatas recenſet Mediolani reliquias Vrſulanas. In Monaſterio S. Vrſulæ Caput S. Cordulæ. S. Cyriaci Papæ cum aliis conſeruari aſſerit, item in S. Apollinaris cœnobio, S. Margaretæ ac S. Corbinulæ eiuſdem Congregationis. At de S. Cyriaci capite nunquam id conceſſurum putetur illuſtre Capitulum Vrſulanum.

Cremona ſedes Suffraganea Mediolanenſis Metropolis, vti S. Permerium Epiſcopum, & ciuem ſuum Baſſanum, Coloniam cum S. Vrſula deſtinarit ad martyrium, ita recepit Colonia plurimas eiuſdem ſodalitatis reliquias: nam Cathedralis Eccleſia S. Marſilij lipſanis gaudet, Moniales Benedictinę tria capita Colonia miſſa anno 1595 venerantur, Moniales corporis Chriſti An. 1583 cranium obtinuerunt, Capucinæ virgines duas caluarias, totidem Moniales S. Marthæ & Patres Prædicatores colunt, aliæ Moniales caput S. Aureæ, Clariſſæ dentem S. Odiliæ, Patres Societatis Ieſu 5 capita ſeruant religioſè, vt ad me perſcribit Ioſephus Brixianus hiſtorius ciuitatis, & diœceſis Cremonenſis: qui ibidem ait ſacellum S. Vrſulæ incoli virginibus, quæ eleemoſynis, & opere manuario victitant.

Idem teſtatur Cremonæ in templo, & ſacello S. Geroldi Martyris, caput S. Venturatæ V. Vrſulanæ ſeruari, quod Ioannes Franciſcus Buonhuomo Epiſcopus Vercellenſis Nuncius Apoſtolicus miſit Colonia An. 1582.

Vti Mediolanum ſextum Epiſcopum ſuum, Cremona vndecimum dedit ſodalita- Lucenſes
tis Parthenicæ, ſic quartum Luca S. Foilanum, id eius Eccleſiæ monimenta vetera reliquiæ.
docent: quo etiam poſtea Sanctæ ſocietatis huius cineres deuenerunt: vnius corporis perhonorificam translationem docto Carmine cecinit Guido Vanninius IC. hac oda:

Inuſitatis concita gaudijs *Ad Trinitatis templa crebrum*
Quid Luca ferret? quid populus noua *Vrget iter properante greſſu?*

Quid

Quid belluatis strata superbiunt
Gazis, & ostrum cernitur vndique,
Lætaque pulsatæ resultant
Voce domus feriuntq; cœlum.
Plausus fauentum? candidus infula
Summus sacerdos, quos celebrat sacros
Latè triumphos? cur viæ tot
Flammicomis facibus nitescunt?
Ecquæ togatis clarus honoribus
Patrum senatus gaudia concipit?
Quo stante victores Camilli,
Et Fabij rediere Prisci.
Salue beatis addita sedibus
Virgo cohortis Principis Vrsulæ,
Cui sanguis æternos honores
Magnanimo peperit triumpho.
Nil æstuantis te rabies quatit,
Rheni, malignæ tædia nil viæ,
Te barbarorum nil furentum
Sanguinis innocui libido.
Vesanien sis non secus Adriæ
Immota moles in pelago riget,
In quam procellosus frequentat
Bella Noto auxiliante Corus.
Ast illa vinci nescia, desidem
Obstantis hostis ridet inertiam
Illoq; deluso cacumen
Nubibus inseruisse gaudet.
Dilecta summo cælicolum Patri
Cohors, leuamen pauperibus dedit,
Cui nomen æternum verendum
Et monados Triadosque numen
Agnosce festam, quam celebras diem
Luna cæteruis concomitantibus,
Feliciori hæc est lapillo
Vna tibi merito notanda.
Semper vagantis pauperis hospita
Domus patescis Virginis hospitæ.
Nunc ossa seruas, mox supernum
Ossa tibi hospitium datura.

Idem libro 4 sic ludit hoc epigram
In eandem anonymam Sanctan
Dū iaculo transfixa cadis pro nomine Cl
Nomen in obscuro deseris ipsa tuum.
Ast quibus in terris, qua tempestate, qua
Cum socijs obeas conscia fama refert.
Nota cadis, non iure cadit notissimus, or
Ignotus cælo qui bene notus obit.

Neapolitanæ reliquiæ.

Neapoli ad prætorium, siue eam partem, qua in oram Lucullanam exitu templum S. Vrsulæ dedicatum visitur, præsunt ei viri religiosi, quos de Mercede pellamus; qui referunt à viro nobili Hispano ductore cohortis è Belgio Pa mam allatas S. Vrsulæ reliquias, quas in vrbis direptione clam subduxerat, qua idoneis comprobata testibus est, & publicis confirmata tabulis: indeque trans Neapolim cum instrumento autentico excussa diligenter re ab Episcopo, vt nu subesse possit impostura locus.

In eadem Vrbe regia seruatur caput aliquod Sodalitatis Vrsulanæ, & quædam S. Vrsulę, in templo Annunciationis, quæ aliquot seculis in Lerinensi m morea arca recondita: Neapolim seculo superiore exeunte magna celebritate delata: porro quo ea cultu diœcesis prosequatur, libro sequenti declarabi Hæc ex literis P. Scipionis Sgambarij An. 1623 Neapoli transmissis.

Amalphitanus sanguis S. Vrsulæ. *Bozius l. 15. c. 10. signo 66.*

In eodem regno sedes Archiepiscopalis Amalphitana sanguinem S. Vrs seruat prodigiosum, qui teste Thoma Bozio 21 Octobris, quo martyrium vnde millium Virginum Ecclesia recolit, licet concretus & induratus, liquescit quot nis, & aquæ bullientis in morem agitatur: postea subsidit paulatim & concre in lapidis duriciem. Eant nunc in Italiam hæretici nostri temporis, eant & h quæ passim libris omnibus prodigiosa retuli, suspenso naso rideant: rideant c sponte se loco commouentia, rideant spuria equorum ossa eiectantia: & sang nem hunc velut animatum & bullientem quotannis intueantur. Voluit sanè De vt S. Catharinam olei perpetuo stillicidio, sic S. Vrsulam exercitus Parthenici D cem cum tot millibus velut in acie pro fidei, & virginitatis amore occumbente hoc annuo sanguine ebulliente honorare in Italia quasi fidei fonte, quæ inde vel à capite in omnes orbis Ecclesias dimanauit, vt Italos primo, & per hos gentes al ad cultus Vrsulani defensionem & incrementum excitaret.

Annuæ Societ. Provincie Mediol. in Col. Montis regalis f. 70.

Addam huic loco de reliquijs Vrsulanis ad vicina Mediolano loca, ac Ven tam ditionem à Patribus Soc. Iesu translatis: quarum Annuæ nostræ meminerun Anno 1599 Collegium Montis Regalis auctum est thesauro spirituali ingenti, scribit autor, duobus videlicet Sanctorum capitibus, altero vnius ex vndecim mil

Vrginum, cum tribus ossibus tibiarum Sancti Ruffini Martyris : altero ublatum ex cœmiterio Sancti Cyriaci : & illud ex Germania transmiscum alijs 20 sacrarum reliquiarum frustis aliunde acceptis Roma ad nos miP. ernardus Rosignolius : qui vt de ijs certi essemus, addidit scripturas auntias. Indicta est supplicatio publica, & à summo templo ad ædem noram, quo meliore potuit apparatu, sacra pignora succollantibus nostris cerotibus vestitu sacro ac solenni, tubis præeuntibus, ac per interualla angntibus fidibus iugi concentu personantibus : dein sequentibus relioris familijs, Clero & nostris, totaque Vrbe post comitante transportata

Eodem anno in Venetæ Prouinciæ Collegio Placentino Virginum ex *Fol. 52.*
im millibus 4 capita cum earundem minutioribus reliquijs tum Sereniscis Alexandri Farnesij, tum etiam viri perillustris Leolazari Affalter arPcentinæ liberalitate Collegio donata sunt. S. Martini Pontificis festo æde summa, in quam altero die Vesperi priuatim delata erant, in noſtram solenni pompa summa totius Cleri & populi celebritate transnt. Cuidam eodem tempore ante sacras reliquias oranti DEVS commemoriam illius versiculi : *Fulgebunt iusti* &c. is igitur dum æternum cum in cœlo fulgentium splendorem animo spectat : superioris vitæ perelit, melioris instituendæ consilium inijt : initium pœnitentiæ Sacramento nfirmauit. Sed Mutinensium pietas in Sanctas reliquias Sodalitatis Vrsulaæ nn prætereunda, quam DEVS etiam luculentis prodigijs approbauit : In Prouincia Veneta An. 1594. fol. 1544. tum Collegium Societatis, tum Vrbs vniuersa locupletata fuit preolissimo thesauro & inæstimabili beneficio (ait autor) Illustrissimi Comitis Jacobi Cæsij : is nuper sub Parmensi Duce in Belgio regij exercitus tribus b Archiepiscopo Colonien si ob sua in clarissimum antistitem merita sarum caput vnius ex vndecim millibus Virginum, & alterum è militibus eæ legionis cum cruribus duobus ex eadem legione, dato à Romano ifice diplomate impetrauit ; eaque cum certo ipsius Archiepiscopi, & bbatis eius Monasterij, vnde sumta sunt testimonio, Mutinam in patriam ur deportata, nostro templo beneuolus attribuit : quo die sacræ reliquiæ llæ sunt, ad templum transferendæ, agmen ab æde primaria processit; cui encrat Clerus non vrbanus tantum ; sed vniuersæ etiam diœcesis : & Solenni supplicatione reliquię deferuntur. cum religiosorum familijs laicorum Sodalitates incedebant : in eadem pompa agmen Virginum ad septuaginta Sodalitatis nuper institutæ sub S. Vrsulæ invocatione cum custodibus matronis composito ornato, ordine illo & honestia, quæ tantam deceret religionem : prosequebatur vniuersus populus, viæ vicique qua transibat agmen, erant eleganter magnificeque ornatæ : templum verò ornatissimum tum cetero apparatu, tum maximè vario carmine & emblemate pereleganti ad admirationem vsque ciuitatis illas in templum, aræque impositis sacris pignoribus, augustissimum sacrificium à Reuerendissimo antistite solenni ceremonia concentu musico celebratum est : Missæ sacrum Latina secuta oratio est ab vno è Nostris habita de eius diei religione ; de Sanctis Martyribus, quorum reliquiæ eo die celebrabantur laudibus, & qua ratione ciuitas thesaurum tantum consecuta fuisset. Idem Antistes de eadem re concionem habuit pomeridianam : celebrata enim triduo religio est, posteroque die pius Antistes benè magnam populi partem eodem in templo cœlesti pane recreauit ; nec defuere in tanta gratulatione & ardore pietatis diuini signa patrocinij à cœlestibus illis Miracula. animabus impetrati. Honesta & magnæ grauitatis femina, quo die sacræ reliquiæ transferebantur, graui pressa morbo decumbebat : ac Sanctorum Martyrum ope implorata, repente conualuit : eodemque die gratulabunda venit ad templum votiuas laudes persolutum. Huc illud quoque perti-

net magna ex parte : Puella è fastigio excelsæ domus subuerso cor
præceps delapsa, in medio casu Beatissimæ Virginis & S. Vrsulæ opem implor
nullo pene damno corporis ; ea illi ruina stetit : quin in magnum vertit bonu
nimi : nam de tanto grata beneficio, Vrsulanis Virginibus se adscribi vo
Laus ea debetur Italię, quod in ea magnis cum prodigijs coierit Sodalitas Virgi
Vrsulanarum, quam Paulus tertius instituit, Carol. Borromęus mirificè propag

CAPVT XXXI.

Senatus & Ciuitas Colonienſis impetrat à Sede Apoſtolic diploma, ne reliquiæ Coloniâ exportentur.

OMinoſum ſemper apud Catholicos fuit, Sanctorũ reliquias ex vrbibus ex
tare. Teſtis eſt Gallia, quam cum olim S. Vitus inde in Germaniam &
beienſe monaſteriũ delatus præſidio ſuo deſeruiſſet, omnis eius antiqua glori
fluxit: vidimus ipſi noſtra ætate Magdeburgum ciuitatem Germanię potentiſ
opulentiſſimam, munitiſſimam, armis olim Imperij cum S. Norberti reliquijs &
trocinio niteretur, vinci neſciam: nobilemque ob annuam ſub Caroli V. domi
toleratam obſidionem, cum ij cineres ab ipſis Hæreticis diligenter cuſtodirentu
biennio poſtea, quam S. Norberti corpus inde fuit in Bohemiam deportatum,
Germaniæ gemmula ſuis nudata viribus vno die conflagrauit. Idem metuit
Senatus populuſque Colonienſis, cum non centuriæ, ſed chiliades etiam co
rum ſacrorum ex vrbe petitæ per omnes orbis regiones ſpargerentur, ne ciuitas
telarium ſuorum Diuorum præſidio deſtituta, adeoque cœleſti defenſione car
ra ſenſim collaberetur, quæ Sanctorum Trium Regum illatis corporibus cœp
inter Vrbes Germaniæ multum efflorescere. Ideo cum Sede Apoſtolica agend
eſſe cenſuit, vt fulmen anathematis obtineret, quo ferirentur omnes, qui nulla
dis eiuſdem obtenta licentia Colonia, ſacras Diuorum reliquias exportarent.

COPIA PRIVILEGII DE NON ALIENANDIS RELIQVIIS,

*BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sincera
uotionis affectus, quem dilecti filij Magiſtri ciuium, Conſules, & Commune Ciuit
Colonienſis ad nos, & Romanam gerunt Eccleſiam promeretur, vt votis illorum, illis præ
tim, quæ ex deuotionis feruore prodire conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus fauorabil
annuamus.*

*Hinc eſt, quod nos dictorum Magiſtrorum Ciuium, Conſulum, & Communis in
parte ſupplicationibus inclinati, vt nullus cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis,
conditionis exſtiterit, etiamſi Archiepiſcopali præfulgeat poteſtate, reliquias Sanctorum
Eccleſijs, aut alijs ſacris ſeu pijs locis dictæ ciuitatis reconditas, vendere, vel emere, ſeu al
quouis quæſito colore aliquo ab ipſa ciuitate alienare præſumat, ſub Excommunicationis
na, quam contra facientes incurrere volumus ipſo facto, & à qua vel aliquo alio, quam à
mano Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolui nequeat auctoritate Apoſtolicâ ten
præſentium diſtrictius inhibemus.*

*Decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam, quauis auctorita
ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pag
nam noſtræ inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſiqu
autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri
Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, tertio non
rum Nouembris, Pontificatus noſtri anno quarto.*

Ex eo tempore remiſit ea ſacras reliquias exportandi Coloniâ frequentia : ne
niſi Sedis Apoſtolicæ accedente conſenſu, viris etiam Principibus, vel Regibus tr
buuntur : vt è ſequentibus apparebit.

CA-

CAPVT XXXII.

Cum Sedis Apostolicæ licentia caput S. Catharinæ Sodalitatis Vrsulanæ ad Carthusiam VVesaliensem; alia duo crania aliò transferuntur.

ADolphus Cliuiæ Dux post an. 1400. Carthusianis Patribus condiderat asce-
terium in Cliuia Wesaliæ, quod Insulam reginæ cœli nominauit: idq; amplis-
mis fundis, & possessionibus dotarat: sed Religiosi viri sacrarum reliquiarum a-
cibus à fundatore eas solicitè flagitabant, quibus cultus diuinus, & in cœli-
gio foueretur. Placuit Duci pium desiderium, cui vt satisfieret, prius Româ
Pontificis assensu impetrato, vt disertè scriptor æqualis tradit, Coloniam se
lit, eo thesauro locupletissimam, variarum Ecclesiarum Rectores adijt Diuo-
neres petiturus. Commodum Parthenonem ad SS. Machabæos, receptacu-
nguinis Vrsulani visit, dumque pia curiositate pasceret oculos spectandis or-
acris pignoribus: vnum præ reliquis S. Catharinæ caput vehementer arrisit.
s obtinendi incensus desiderio rogat antistitam, vt hoc se, & dotatum recens
usianum cœnobium ornet munere. Aderat vna Deo sacrata virgo non im-
or prodigij, quod circa cranium idem aliquando contigerat, asseruit fidenter,
virginem illam loco moueri, mitteret preces & vota, quibus cœlites obnun-
nt. Narrabat enim Austriæ Ducem feminam pientissimam olim pro reli-
exorandis templum hoc adijsse, & dictum caput multas post preces tandem
uisse: sed cum in patriam conscensa naui pararet remeare, nulla potuisse vi
n à Rheni ripa deduci: donec vectorum alicui mentem iniecit Deus, videri
ibus ingratum esse dictas reliquias efferri Coloniâ: ideo cum auctor fuisset, vt
rtatis è naui sacris pignoribus tentarent abitum; vt primum ea S. Catharinæ
o fuit exonerata, protinus ad nauarchi nutum & leuem gubernaculi motum
n petijsse, & cursu prospero nauigasse, sacris exuuijs Coloniam ad SS. Macha-
cum parthenonem reportatis. Tantum abfuit, vt hæc res Ducem à proposito
xerit, vt tunc etiam institerit ardentius, & quibus potuit precibus flagitarit, a-
sibi visus augurari, isti recens fundato cœnobio diuinitus illud sacrum pignus
e reseruatum: nec Dei genitricem Mariam, cuius honori monasterium con-
isset, vnquam permissuram, vt eo capite priuaretur.

Miratæ sanctimoniales Ducis animi fidentiam & pietatem, haud grauatè con-
erunt: qui tanto ditatus munere, assumtis vna secum alijs etiam reliquijs, con-
sa naui ventis secundis descendit Wesaliam, quo Carthusianis oblato, princi-
e aræ illato, iussit id magna religione honorari. Ita Albertus Arnhemius vel Ki-
eiusdem temporis, & ferè etiam loci scriptor.

Sequenti seculo cum Legati Apostolici secretorum conscius, duo sacra crania pe-
t, non nisi sedis Apostolicæ consensu obtento valuit impetrare: vt sequens atte-
io significat ex Archæo S. Maximini depromta.

Albertus Arnhemius in referendario dist. 4 de Vrsulanis Virginib. c. 37.

ATTESTATIO DE RELIQVIIS AVCTORITATE Pontificia datis Legati Apostolici Secretario.

NOs Domina & Magistra, totusque conuentus B. Maximini Ciuitatis Coloniensis in Germania constituti, omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, quibus præsentes venerabiles reliquias ostendi contigerit, salutem in Domino sempiternam.

Noueritis, quod in Ecclesia nostra venerabiles reliquiæ de societate Sanctissimæ Virginis & Martyris B. Vrsulæ reseruatæ existant, & in summa, vt dignum est, veneratione habeantur. Tandem quorundam magnorum, & præcipuè Nobilis viri Domini Francisci de Prado Calderor Hispani, Reuerendissimi Archiepiscopi Rossanensis, per vniuersam

Germaniam Legati Apostolici secretarij deuotioni & petitioni duo capita, quorum Prudentiæ, alteri verò B. Beatricis ossibus de prædicta societate S. Vrsulæ, & vndecim lium ipsius sodalium sanctarum de speciali S. Sedis Apostolicæ desuper concesso indu communis populi, vbi eas transferri contigerit deuotionem duximus donandas: prout mus per præsentes, certificantes quoque eosdem omnes, & singulos supradictos, & quos eorum, quod huiusmodi capita & ossa veræ & indubitatæ reliquiæ existant, prout Nos e pro talibus, & vt tales cum populo Colonien si reputauimus, honorauimus, & venerati s & ante mille annos simulatione, & dubitatione post positis. In quorum fidem & testimo præmissorum, præsentes nostras testimoniales literas exinde fieri & consueto Conuent stri sigillo sigillari fecimus, & mandauimus. An. Dom. 1545. die 20 mensis Iunij.

CAPVT XXXIII.

Carolus Quintus Imperator petit Colonia reliquias pro Hispa & Indijs per Kesselium & Canisium è Societate Jesu, misso indulto Pontificio.

Pietas Caroli quinti.

IN Carolo Quinto iure maximo dubites, an fortitudo bellica, an vero piet Deum, & Sanctos vicerit: hanc superasse testis est secessio in Hispania extr annis. Francos, Germanos, Italos, Indos, Africanos, Turcasque, sæpius bello tr pharat, denique se generosius vicit; dum mundi fastum calcauit insigni & rar culi illius exemplo, amore religionis. Franciscus Borgia iussus est demortuum dare, quem præcipue à pietatis studio celebrauit; Ab ijs enim Prophetæ verbi

Ps. 54. orsus: *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine*, egit de animi excelsitate, mir consilio, quo vir ille magnus, mortalibus rebus, priusquam ipse desereretur, dese

Abdicatio regnorũ. post tot ex hostibus reportatos triumphos, sui præstantissimus victor Imperij gnia, regnorumque tam multorum coronas ad Christi crucifixi pedes abiecit; omni ad cæleste regnum, ac beatam æternitatem sibi deinceps parandam, con sa. In ceteris eius virtutibus ab ipsomet se audiuisse memorauit Borgia, à prim vicesimo ætatis anno diebus singulis bonum spacium in oratione, quæ ment posuisse, præter orationes multas, quas ore Deo quotidie in tot bellicis expedi nibus faciebat.

Cultus Sanctorũ. Hinc quam maximè cupiebat Hispanias & Indias recens partas Dei defen ne, & DIVORVM tutelâ præsidioque communiri; Præsertim DEIPARÆ, cu quam munificus cultor fuerit, exstant in eius tẽplis, præsertim ASPRICOLLEN æterna monimenta. Vnde ardor sacras Sanctorum reliquias in sua regna deduc natus, qui hodieque si vlla in gente, certè Hispanica, emicat; & quia Coloniam r ignorabat conditorium quoddam ditissimum esse tanti Thesauri, quo tamen po non nisi adminiculo Sedis Apostolicæ posset, id obtinuit, & quos maximè illo negotio fidos nouerat Petrum Canisium olim à Magistratu & Vniuersitate Co nien si ad se legatum semel iterumq; missum, & loci Rectorem primum Kesselio Vtrique Breui Nuncij Apostolici curato in mandatis dedit, vt summa fide Sanc rum lipsana vndecunque accepta in Hispaniam, Indiamque transmitterent.

LITERÆ NVNCII APOSTOLICI AD CAROLVM Quintum missi datæ ad Petrum Canisium, & Leonardum Kesselium.

SEbastianus Pighinus Dei & Apostolicæ Sedis gratia, Archiepiscopus Sipontinus, Sacri Palatij Apostolici Rotæ locum tenens, ad Inuictissimum Principem Carolum R manum Imperatorem semper Augustum, ac vniuersam Germaniam S. D. N. Iulij diui prouidentia Papæ 3. & Apostolicæ Sedis Nuncius cum potestate Legati de latere.

Dilectis nobis in Christo Petro Canisio Nouiomago Theologo, & Leonardo Kessel. Colon ensis, & Leodiensis respectiuè Diœcesis Clericis salutem in Domino sempiternam.

Since

nceræ deuotionis affectus, quem erga Sanctorũ, & Sanctarum reliquias gerere com-
mini nos inducit, vt vos specialibus fauoribus & gratijs prosequamur ; Hinc est,
os per dictæ Sedis literas, (ad quarum insertionem non tenemur) sufficienti facul-
niti vobis, & cuilibet vestrum, vt quascunque Sanctorum, & Sanctarum reliquias
& vnicuique vestrum, vt asseritis, in istis Germaniæ, & alijs inferioribus par-
onatas, & imposterum donandas recipere, & ad partes Hispaniarum, seu alias Regio-
Prouincias, Terras, Ciuitates, seu loca ad quæ vos, seu quemlibet vestrum decli-
ntigerit, asportare, & in aliqua Ecclesia, seu Ecclesijs, Capella, vel Capellis, aut
sacro, vel sacris oratorio, vel oratorijs, vbi debita cum reuerentia venerentur,
e, & depositare, seu per quemcunque alium, vel alias, Personam, vel Per-
idoneum, vel idoneas vobis fideles ad hoc per vos eligendos huiusmodi reliquias no-
estro recipere, & recipi, & sicut præmittitur transportari, transferri, & reponi, ac re-
facere, absque aliquo conscientiæ scrupulo, & alicuius pœnæ Ecclesiasticæ incursu libe-
licitè possitis, & valeatis, ac illi possint, ac valeant licentiam, ac facultatem conce-
pariter, & indulgemus. Non obstantibus Apostolicis, ac Prouincialibus, &
libus constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Da-
ugustæ An. à Natiuitate Domini, 1551 13 Kal. Maij, Pontificatus. S.D.N. Iulij, Papæ 3.
n. 2.

S. Archiepiscopus Sipontinus Nuncius Apostolicus.

Loc. Sig. Nicolaus Driel Secretarius.

Porro quas reliquias, & ad quæ loca in Hispaniam hi Patres miserint ignora-
mus, nisi quod duo capita cura Canisij Romam S. Ignatio, ab eo in Siciliam
festinata, de quo infra. Iam pridem in Hispaniam Vrsulani cineres penetra-
runt reliquis vna solennior exstitit S. Victoriæ translatio Coloniâ facta, cuius cele-
peregrennat cultus Burgis, & festum eiusdem Martyris: occasionem eius indicant
liones horariæ, quas visum est inserere.

Lectio I. Laudabili consuetudine fieri consueuit, vt vbicunq; Sanctorum corpora requies-
untibi deuotius, & festiuius honorentur. Verum quia Domino disponente corpus integrum
beatiss. Victoriæ Virginis ac Martyris Christi in illa Burgensi Ecclesia quieuit, & specialiter
Clero, & à populo festum fit, ideo tantæ causa solennitatis non debet à fidelibus ignorari. Ne
quæ ex temporum mutatione fiant in obliuione gesta nobilium in futurum, cur in ista Ecclesia
huiusmodi festiuitas celebretur, iuxta ingenij mei imbecillitatem prout vidi & sciui, & in
quibus corporaliter laboraui, de translatione videlicet ipsius sacratissimæ Victoriæ V. qualiter
de Colonia in Ciuitatem Burgensem translatum fuerit, corpus eius, veraciter intima-
re. Nisi enim talia scripto præsentibus exarentur, cito à futurorum memoria dilabuntur.
Accidit igitur Anno Domini 1320 regnante in Francia Illustri Rege Philippo, quod Reu. in
Christo Pat. & Dom. Gundisaluus Dei prouidentia Burgensis Episcopus, ad preces & instan-
tias deuotissimæ feminæ D. Mariæ Reginæ Castellæ vxoris Illustrissimi Regis Sancij, &
ad preces similiter Ildefonsi Nepotis eius Regis Castellæ, statuit ire legatus ad dictum Regem
Franciæ, pro negotio D. Elisabethæ, filiæ dicti Regis Sancij vxoris D. Ioannis Ducis Britan-
niæ super dote, quæ sibi ablata fuerat, vt sibi per dictum Regem Franciæ fieret debita restitu-
tio & iustitiæ complementum. Sed quia iudicia Dei abyssus multa, qui pro arduo negotio ie-
rat Domino reuelante, pro alio magis arduo laborauit. Cum ergo esset Parisijs, pro causa dictæ
Dominæ expedienda, suæ tamen Burgensi Ecclesiæ veluti sponsæ suæ mentaliter præsens erat.
Semper enim & assiduè cogitabat, qualiter eam posset margaritis pretiosis, hoc est Sanctorum
corporibus insignire. Vnde meritò posset psallere cum Propheta. Meditatio cordis mei in
conspectu tuo semper, Domine adiutor meus. Insuper & eadem Ecclesia sponsa sua volens non
solum Burgensem ciuitatem, verum etiam totam Hispaniam margarita præfulgida decorare,
sibi diuinitus inspirauit, vt à Rege prædicto Franciæ ad Archiepiscopum Coloniæ &
ad Abbatissam & Conuentum eiusdem loci literas impetraret, quatenus sibi pro dicto Epi-
scopo vnum corpus integrum de illis vndecim millibus Virginum, quæ ibi conseruantur,
concedere dignaretur.

Hucusque Breuiarium Burgense A.1502 impressum, quod in Collecta me-
nit communis orbis persuasionis, sacras has virgines morientibus subuenire,
modo: *Omnipotens Iesu Christe opifex cæli & terræ, quæsumus, vt suffragijs Beatissimæ*
sulæ, & Beatissimarum vndecim millium Virginum & Martyrum tuarum, sociarumq;
nobis ipsis obuiantium in die obitus nostri, absque vlla aduersitate inimici cum dilecta
ad tuam amœnissimam gloriam valeamus feliciter peruenire.

Tom. 2. Thesauri Concion. 21. Octob. In supplemẽto Martyr. Gallic. ad 21. Octo.

Petrus Trugillus Autor est in Hispania in sancti Iacobi Ecclesia capi
Sanctarum Virginum conseruari, & vnius, quod S. Vrsulæ præfert inscription
Saufaius addit S. Columbinæ Virg. & M. eiusdem Sodalitatis Colonia transpe
tum Pobleto in Catalauniam, ibique ornatè & honorificè teneri. Pertosæ etia
Tarraconensi Prouincia reliquias S. Candidæ Virg. & M. Coloniæ cum S. Vi
laureata coli, cuius altera pars Friburgi in Heluetia omni honore conseruatur
Hispaniam etiam, Gonzaga teste, Orbis Principes Maximi sacras has reliquias
stinarunt: Nam Alexander VI. Pontifex Roma Gandiam S. Claræ Monast
transmisit cranium vnum de Sodalitate S. Vrsulæ. Item dono Pij IV. Romani
tificis caput vnum prope Aluernam in Portugallia Monasterio B. Mariæ Vir
Auxiliatricis est transportarum. Sic Franciscus I. Galliarum Rex Monasterio
salem Valentiæ duo crania liberaliter impertiuit: at Maria Austriaca Germano
Imperatrix totidem obtulit Conuentui Dominæ nostræ de Oliua in Castellæ
gno, duodecim vero capita Madriti in Monasterio S. Mariæ Angelorum eaden
ligiosè transtulit, ac ibidem Cœnobium Conceptionis tribus alijs decorauit.
Caroli Quinti Imperatoris Vxor caput S. Nestoriæ, eiusdem exercitus Parthe
Monasterio S. Mariæ de IESV Occaniæ cessit, videri plura apud eundem Au
rem possunt: vt mirum non sit cultum SS. Virginum in Hispania maximè sem
floruisse, & totam pene Hispanicam Nobilitatem albo sodalitatis Colonien sis
sulanæ nomen inscripsisse, vt infra ostendetur. In annuis etiam Societatis Iesu,
perio anno 1594. Cazorlam ad Prouinciam Beticam à P. Claudio Aquauiua tr
missas sacras has exuuias, quas S. Vrsulæ signo eleganter formato conclusere
Numantinum item Collegium Prouinciæ Castellanæ, dono Rectoris Collegij
sonien sis bina capita Sodalitatis eiusdem Anno 1599 accepit, additis tabulis o
gnatis, quæ veritatis fidem facerent, certasque monstrarent esse reliquias.

Pontifices Maximi in Hispaniã mittũt Vrsulanas reliquias.

CAPVT XXXIV.

In Francia reliquiæ Vrsulanæ in incendio illæsæ, & nauis visen operis ab Henrico III. S. Vrsulæ Remis in inauguratione dedicatæ: ac quædam alia singularia cultus Vrsulani argumenta.

OPtassem ex Regno Franciæ florentissimo, & Christianissimo reliquias V
sulanas cognoscere me potuisse, sed temporum iniuria, bellorumque m
les, quæ eo tempore, dum hæc scriberem, maximè in Franciam, Artesiam, Be
giumque incumbebat, commercium literarum interrupit. Paucula, quæ ex orig
nibus Franciscanorum, Sausaij Martyrolog. Gallic. Reu. Petri Cazzei literis er
dabo, è quibus facilis coniectura erit de cultu, quo hasce Diuas prosequatur, pr
sertim cum inibi religiosus Vrsulanarum ordo recens natus totam iam pene Fra
ciam summo regni illius emolumento peruaserit. In Monasterio S. Elisabethæ, sc
bit Gonzaga Episcopus Mantuanus partem cranij S. Vrsulæ adseruari, quatu
item ex eadem Sodalitate capita S. Eustachij, Susannæ, Iulianæ, & Margaritæ, a
iunctis literis autenticis. Accidit vero eodem autore prodigium ingens horu
sacrorum pignorum Moncelli in Prouinciæ Franciæ Monasterio Sancti Ioann
Baptista

ſe: cuſtodiebatur corpus S. Marcellinæ Virginis, arcula lignea concluſum, od Philippus Francorum Rex circa Annum 1336 ædificarat, & Anno 1526 incen- pe itus deflagrauit, vt extra paucos muros ſupellex omnis domeſtica, & ra cineres ſit redacta, cum ciſta cuſtode SS. Marcellinæ exuuiarum; ſola ra ſana illæſa, & medijs in flammis intacta permanſere. De alijs in Fran- m delatis Vrſulanis hæc adnotat Sauſaij Martyr. Gallic. 21. & 22. Octobr. *Qua- n panis Colonia Agrippina, Gallia verò hinc diſperſis per varia Eccleſiarum ſacraria* *gaudet exuuijs; quorum & patrocinio Sorbona apex Chriſtianæ ſapientiæ, Vrbiſ-* *arum poti ſſimum decus, iam pridem conſecrata, iuſta hodie venerationis officia ea-* *morię rependit. Caput S. Cordulæ Lutetiæ Pariſiorum delatum in Eccleſia, parochiali* *Lu & Ægidij cuius eſt prima tutelaris in ferculo argenteo, auro illito, atque ad Vir-* *is onatæ, quæ ad pectus vſque extenditur, piam effigiem efformata multa cum ve-* *ne obſeruatur. Qua in Eccleſia colitur ipſa virgo feſto ſolenni quotannis dominica* *xim ſequenti S. Vrſulæ, & eius Sodalium natalem. Ceterum ipſius ſacratiſſimæ* *ſol vertex itidem Pariſijs in ſummo templo Deiparæ dudum religioſè collocatus, magna* *mi religione adſeruatur; Sed & Panefredis, Secundæ & Sebimariæ ex earum cohorte* *tarum veneranda cadauera in ſacrario auguſtiſſimi Cœnobij S. Dionyſij in Francia* *n dem cum decenti cultu condita requieſcunt. Quin & Ludouicus Octogeſimus Epi-* *pus Lingonenſis Roberti Barra Dynaſtæ filius, Conſanguineus autem Caroli ſexti Fran-* *Regis inter ſacra munera, quibus Eccleſiam ſuam decorauit, reliquias SS. Florinæ; &* *re de collegio earundem vndecim mille Virginum dedit multo auro, argentoque orna-* *arum ideo ibi annuam commemorationem inſtituit*; Addit Gonzaga Pariſijs SS. ium Margaritæ, Odillæ, & Pacificæ in Monaſterio ſanctæ Claræ capita piè ndari.

Reliquiæ in flammis intactę.

Sorbona S. Vrſulæ eſt dedicata.

Inſigne porro ad memoriam poſteritatis Henricus III. Franciæ, & Poloniæ xcluſis Vrſulanis Reliquijs è Polonia Remos delatis erexit Sanctæ Vrſulæ, & ndecim millibus virginibus monimentum; Occaſio in libro Rhemenſi Theſauri ommemoratur: *Quod è Polonia redux voti reus nauim iſtam ex inſigni Achate,* *ue, & alijs inſignem gemmis Theſaurum Eccleſiæ intulerit, concluſis in naui reliquijs* *Vrſulæ, & Sodalium, quas dum regnaret in Polonia ſingulari dono acceperat*; Hunc in- Eccleſiæ illius Theſaurum longè nobiliſſimum ita deſcribit R. P. Petrus Caz- An. 1631. 12 Febr.

DESCRIPTIO NAVIS QVAM HENRI- III. Galliæ & Poloniæ Rex, in honorem B. Vrſulæ conſecrauit Remis in principe templo B. Mariæ, cum inauguratus eſt in Regem.

TAſis operi ſubiecta eſt ſexangula, pedem longa, ſemipedem lata, palmum ferè lta, ex argento inaurato conflata, ſupra baſin mare fluctuat ſemipalmum al- tum ex argento, quod ſmalto diuerſi colore variegatur; mari piſces varij innatant, in baſi, quæ mari ſubijcitur in longioribus lateribus hinc inde geminæ leguntur inſcriptiones, prima talis eſt *Henricus III. Galliarum, Poloniarumque Rex, hanc Deiparæ* *Virgini nauiculam, vt res Gallica diuturnis ſeditionum iactata fluctibus ope diuina tandem* *conerretur in tranquillum, more maiorum inauguratus poſuit. An. 1574.* In aduerſo au- tem latere habetur hæc Gallica Epigraphe; *De Sancte Vrſule & des xi mil. Vierges.* Inicat nimirum in nauis alueo clauſas SS. Virginum reliquias; in quatuor minori- bus laterib. ſcutellata ſunt quatuor inſignia, ſingula ſuperadditis coronis illuſtria. A dexterã puppis lilia Gallica aurea in ſmalto ſiue encauſto expreſſa, pariterq; ad priam eadem è diametro depicta. Ad ſiniſtram vero puppis quadripartitum ſtem- maeſt geminatis Poloniæ, Galliæq; inſignib. decorum, eidem ad ſiniſtrã proræ pla- ne conſimile reſpondet; ſupra mare nauis exſtat interiecto fulcro argenteo innixa.

Eius carina, totaque aluus mirabili vno Achate conſtat, cuius longitudo pe- dem prope æquat, latitudo, qua maxime aluus diſtenditur, dimidiatum pedẽ, alti-

rudo latitudinem ſuperat; color ſubrubeus accenſus intercurrentibus diuerſo
colorum venis. Hunc Achatem vincula ſuſtinent argentea ſuperinduta auro.
uis aluus argentea lamina ſuperiore in parte tanquam tabulato contegitur. In
dio nauis, vtrimque depreſſi iacent verſus aluum cancelli, per quos incluſæ D
rum reliquiæ conſpiciuntur. Ad proram, & puppim adſurgunt & cancelli m
rum inſtar, quos inædificatæ exornant turriculæ, omnes ſeptem numero;
prora in roſtrum deſinit, Galliarum inſignia ſolido in auro ſculpta pendent.
pis quoniam in cuneum non deſinit, duabus turriculis inſtructa eſt; in harum
pendent quadripartita Poloniæ, Galliæque inſignia; in altera vero Galliæ, Flo
tiæque bipartita. hæc porro omnia ſtemmata vna cum dictis dicendiſue inſcri
nibus ex auro ſolido conflata ſunt.

Ad puppim appenſum eſt gubernaculum hoc lemmate inſignitum:

Hæc merito ſeruatæ hærent inſignia puppi.

Ad gubernaculi latus dexterum anchora ex ſolido auro, aureo funeal
tur, ſupra tabulatum nauis ſtant Virgines vndecim numero, ſex tantum
auro fabrefactæ, quinque ex argento, omnes opere ſmaltico elaboratæ; vna
ceteris in tabulati medio prominet S. Vrſula habitu regio, corona lapellis inſi
aureo torque, è quo ſmaragdus pendet: duo pariter Saphiri regiam ſtolam fib
rum inſtar ſuſtinent, palmam illa læua geſtat, dextera vexillum, hac vtrumque
tatum inſcriptione: *Tetigi Diua auſpice portus.* Malus è tabulati medio ad dimi
tum pedem erigitur, trunco palmæ ſquamis prominenti non abſimilis, Corbit
nos digitos alta, circulo aureo terminatur, circa quam palæ aureæ octo affigu
hiſce literis ſignatæ.

M M

Supra Corbitam ſtat Angelus ex argento ſmalto inuſtus, auream prote
dextera coronam præfert. Ceterum funes nautici omnes aurei à tabulat
corbitam protenduntur numero decem, præter duplicem ſcalam ibidem
ream, per cuius gradus argenteus nauta conſcendit. Ad alia officia tres
nautæ occupantur. Ad antennam auream vinculis aureis vela complicant
ea autem ſolido achate conſtant candidi coloris ſubnigreſcentibus lineolis
ſtincta, quibus mali complicati, rugæ ita mirabiliter exhibentur, vt id f
ctare naturam crederes. Argenteus Draco aureo ſmalticoue, emblemate
ſignis proræ roſtrum exhibet: ceterum omnia tam ſubtili tamque felici op
perfecta ſunt, vt materiam ſuperet induſtria, nec ſolum ſingulare faciat Regiæ n
nificentiæ monimentum, ſed etiam ſupra Regum inauguratorum dona, quæ in
plurima precioſiſſimaque adſeruantur, longè faciat eximium.

Hoc eſt illud nobile Henrici III. Mnemoſynon, quo ſuum Franciæ vol
in S. Vrſulam affectum declarare: quemiam ſciebat toto illo regno vigere plu
mum. Neque hactenus vllum reperi vndecim Virginum millibus poſitum aug
ſtius. Hinc colligas licet in Francia tria prorſus eximia cultus Vrſulani argumen
Reges voti damnatos tam auguſto dono clientes S. Vrſulæ ſe profiteri. Sapienti
mos etiam quoſque Duce Sorbona poſt Deum eam ſtudiorum præſidem agnoſc
re, nouumq; religioſum ordinem Vrſulanum ſedis Apoſtolicæ conſenſu, primu
in Francia pullulantem iam non tantum per florentiſſimi regni vaſtiſſimas regi
nes; ſed in Belgio & Germania feliciſſimo germine, & vberrimis
fructibus adoleſcere, imo mari tranſmiſſo iam in Indijs
fœcundiſſimas miſiſſe colonias.

Tria ſingularia cultus Vrſulani in Francia argumenta.

CAPVT XXXV.

Petrus Faber excitat in Regibus Lusitaniæ cultum Sanctæ Vrsulæ, translatis eo Coloniæ acceptis reliquijs.

PETRVS Faber primus S. Ignatij in societate erigenda Socius, primus in Germania Collegiorum Societatis Autor, Anno 1544 Coloniâ discessurus, nec eò ingratus, cum ibi varia Cœnobia sermonibus ascetics excoluisset, ea sponte, consulto Senatu, sex crania Virginum comitatus Parthenici è sacris Thesauris pro sua in hominem obseruantia, & liberalitate eidem obtulerunt. Læta gaza & stipatu Martyrum in itinere periculoso Lusitaniam versus feliciter iuit, quando iactata tempestate naui, cum se in preces dedisset, & dubio Diuas præsentes, quarum sacra seruabat pignora, deprecatrices adhibuit, tranquillato mari portum breui optatum tenuit.

Reliquiarum ingens emolumentum.

Orlandinus testatur non esse facile cogitatione, nedum stylo assequi, multus esset Faber in cultu beatorum, & sacrarum eorundem reliquiarum non modo ad eorum, Deique gloriam, sed etiam ad degentium in terris præsidium; nam cum tantum interfit pietatis publicæ, summorumque ad eum cultum Principum habere propensos animos; *Ipse Faber interiore præsensit instinctu, eoque perillustri, tanti esse suffragia cælestium omnium, vt vel vnius precibus plus habeat efficacitatis ad corrigendos hominum mores, quam cunctorum edicta leges, & conatus industrij.* Ideo cum Lusitaniam saluam Faber cuperet, cuius apud Regem Ioannis ea exstabant in Societatem IESV merita illa compestate, vt vix alibi profusior in ea fundanda reperiretur alius. Statuit etiam has diuas Virgines Vrsulanas Regi & Regno conciliare, quarum preces nouerat ob multitudinem tantæ Sodalitatis plurimum apud DEVM semper valuisse; Ergo solemni luce D. Matthiæ Apostoli è sacris cranijs Virginum, quæ Coloniâ latebat, geminum Regi & Reginæ dedit, ea præfatione, se cupientem earum Virginum honorem, nec potuisse hactenus excogitare quemadmodum cumulatius honoraret, quam si in talium Regum manibus collocaret. Gauisi sunt eo dono Principes, & ab ipsomet voluere Fabro in oratorio Reginæ decora in capsa reponi; scilicet verebantur profanis tam sancta pignora contrectare manibus.

Quamuis non ignorem longè antè reliquias has eo penetrasse: teste Osorio. *Hoc tempore*, ait, *Leonora Regis Emmanuelis soror, quæ Ioannis secundi vxor extiterat, magna virtutis fama florebat. Hæc cum memoriam Vrsulæ Virginis sanctissimæ, quæ cum reliquis Virginibus eiusdem victi atque sanctimoniæ socijs pro Christi nomine mortem pertulit, & Coloniæ Agrippinæ sepulta est, singulari studio coleret, à Maximiliano Imperatore postulauit, vt sibi reliquiarum istius virginis partem aliquam concederet, quam in sacrario reseruaret. Is verò integras reliquias Autæ virginis, quæ inter reliquas Vrsulæ Virgines Princeps exstiterat, illi dono misit. Fuit illius corpus Olisiponem delatum, & cum maxima totius populi celebritate receptum, & in sepulcro in ara quadam templi, quod Maria regina in memoriam Sanctæ Dei matris ædificarat, exstructo repositum, vbi meritis illius multi in rebus aduersis numen Christi propitium signis admirandis experti sunt.*

Osorius lib. xi.

Hæc Osorius.

(o)

CA-

CAPVT XXXVI.

Regius & incredibilis apparatus & triumphus, quo vndecim capita Sodalitatis Vrsulanæ sunt An. 1588. Olyssipone illata in templum S. Rochi Societatis Jesu.

DVM furit hæresi limphata Germania, Diuorumque sacros cineres impia crilegoque pede proterit, inde, dono præcipuè Rodulphi secundi Imperatoris ac Archiducum Austriæ, per Ioannem Borgiam, & Franciscum de Atag vndecim Parthenici cœtus Vrsulani capita Olyssiponem transferuntur, & mirabili totius Vrbis confluxu, triumpho vix hactenus audito, summa & credibili omnium ordinum, ætatis, sexus & conditionis hominum pietate ædem S. Rochi transportantur. Ac licet etiam aliorum Diuorum exuuiæ conjctæ fuerint; collegij tamen Vrsulani numero & magnitudine reliquas simul tas multum superarunt. Res integro vulgata libro, selectis præcipuis, ad vnum put contrahetur.

Examinatis igitur attestationibus Imperatorijs, Pontificalibus & aliorum rorum Principum, à quibus hæc sacra pignora tradita fuerant, vt de veritate lus maneret dubitandi scrupulus, indicta solennis Vrbi toti est supplicatio in d 25. Ianuarij. Nox quæ eum præcurrit, tota consumta in vijs ornandis, domi foribus, & plateis singulis, per quas ducenda pompa fuit, tela varia & pre sa peristromatum vestiendis, ad quod inuitabat nocturnus æris campani lsus, & lumen continuum, quo tectum templi S. Rochi cœli stellati more tinebat.

Pompa supplicationis. Pueri.

Ipsa conuersionis S. Pauli die, sub horam nonam ex æde primaria cœpi gredi præuium pompæ paruulorum agmen coronatum sertis; & ramos vir dexteris prætendens. Sequebantur pueri Monastico vario vestitu, decorati ijsd insignibus, quibus priores redimiti: videre in his erat Iesulum, quem Lusitanic pusiones blanditijs varijs ad epulas inuitabant; quos ipse vicissim ad cœleste gnum euocabat; varia passim ab his pueruli Christi emblemata de scripturis, pressa literis, & picturis illustrata, populo spectanda ferebantur: hic eum Agn

Sodalitates. Dei, ille lilium conuallium, coronam capitis nostri, vel titulo simili prædicab Hos officiorum vrbis insignia cum interpolato graui & modesto saltu excipieba Succedebant Sodalitates 50, proprijs ornatæ vestibus, & signis coloris varij, Sod

Religiosi. ipsi floribus redimiti lilia gestabant manu, cruces in medio ferebantur. Postea t centi variorum ordinum Religiosi: quos inter de Societate Iesu linteati funali

Clerus. collucebant. Sequebatur Clerus frequentissimus: sed reliquiæ argento, auro, ge

Reliquiæ. mistque fulgidæ, inter vtrosque in feretris 12 ditissimis religiosè ferebantur à sac dotibus Dalmaticis exornatis.

Vrsulanæ. Eminebant in his capita brachia & ossa varia Sodalitatis Vrsulanæ, tam Ep coporum, quam Virginum etiam nominatarum: diuersæ partes de S. Vrsula du Collegij Parthenici, de S. Cordula, quæ postridie mortem oppetijt, de S. Yn Odilia: & de alijs ad 54 ossa: S. Iosippæ sororis Patris S. Vrsulæ brachium: & S. C mentis Episcopi Britanni, quem secum sponsus Actherius adduxerat, integru cranium, cum denis alijs eiusdem cœtus Virginei capitibus, quasi chiliarchiæ si gulæ symbolam ad hunc triumphum admirabilem contulissent.

Occurrit triumphãs Ecclesia. Præit S. Engratia cum 18 socijs Martyribus.

Hoc erat corpus totius supplicationis, quasi militantis Ecclesiæ: cui triumpha in via, quasi cœlis effusa, prodiuit obuiam, ex ijs delecta Diuis, quos Lusitania pr cipuo honore, vt Præsides & Custodes regni veneratur. Præibat S. Engratia cum socijs Martyribus, quorum sacrum cruorem Gallicanum solum bibit: equis veh bantur omnes, ornatu raro decori palmis: Agminis princeps, sic verbis salutat v nientes.

Nosco

Noſco ſolum patriæ cum Gallica regna petebam,
Luſitana mei ſceptra parentis erant,
Templa licet teneam procul hinc diſtantia Diuum,
Huc amor, huc patriæ me trahit alma fides.
Gratulor hoſpitibus, felici gratulor vrbi,
Vnica theſauros vrbis & orbis habet.
Munera quærebam, ſed abeſt ſua gratia campis,
Ruris odoratas bruma negauit opes:
Et tamen agmen ago rubro, quod flumine merſum
Vertit in albentes ſæua pruina niues.
Hos alijs igitur pro floribus offero Diuos:
Sit precor hoſpitibus læta corona meis.

ſte: cum ſuis inter cruces vrbis miſcuit ſe, iunxitque turbæ ſupplicanti.

Cum ecce tibi progredientibus cœleſtis palatij ſpecies auro luceque renidens Cœleſtis curia.
t ad ædium vſque faſtigia ſumma fabrefimè educta, & conſtructa: 40 gradi-
s accendebatur: triplices apparebant Hierarchię locis, & ordinib. ſingulæ tribus
tim æ: Chori ſinguli Angelis quam plurimis, ſuis quique proprijs inſignibus, ve- Cum triplici hierarchia.
bus ornamentis variegati: diuerſo muſicorum inſtrumentorum genere inſtructi,
lic vocibus & harmoniâ prorſus Angelicâ, cœleſtis patriæ gaudia reſonabant.
um ubductis velis 60 primæ Hierarchiæ genij ſubito effuſi cœlo prodeunt, &
elo ia dulci ſic Aue concinunt Sanctorum exuuijs: Prima hierarchia.

Saluete O cineres, oſſaque Principum
Qui tum ſidereis mœnibus imperant:
Ad vos aligeri labimur æthere
Rapturi in patriam dulcia pignora,
Dulces exuuias, ni foret impium
Rectores medijs tollere fluctibus,
Ductores grauibus demere prælijs,
Ollis digna polo templa locauimus,
Templorum volumus figere poſtibus
Inſignes clypeos, quos violentiæ
Pulſauit toties ira tyrannidis,
Pulſarunt auidæ tela cupidinis,
Pulſarunt ſtygij fulmina tartari,
Dum non vos patria ſede reponimus,
Luſitana damus templa nitentibus
Quæ fecit pietas æmula ſedibus.
Hic iam Liſiacæ vos colit inclyta
Gentis religio; quid polus amplius
Addet, cum patriæ vos Deus inferet?

ubducto dein ſypario, media prodit aureo è cœlo fulgens Hierarchia iunctu- Altera;
a ſe teris, pari concentu, ſic intonans.

Quid non terras ſperare iubent
Debita cœlo pignora diuûm?
Vrbs conſilijs clara vigebit,
Cui tot capitum ducitur ordo,
Dum Lyſiadæ pia bella gerent,
Hæc firmabunt brachia dextras:
Dum ritè colent ſacra dona pedum,
Pede calcabunt fera tartarei
Colla draconis: ducite pompam,
Spes ô ciues ducite veſtras.
His ſtare poteſt oſſibus orbis.

Nil ſuffultum pietate ruit,
Has neſcit opes gemmifer Indus
Neſcit tales Babylon merces,
Deus hoc pretio vendat Olympum.

Tertia. Iam ſpiritus illi cœleſtes mortalibus ſe coniunxerant: Demum reductis ſ
mis cortinis effundit Hierarchia ſuprema ſe; prodit obuiam; ſalutat oſſa Sanctor
& laudes melicè talibus celebrat verſibus.

Quiſquis hæc Diuum monimenta cernis,
Cerne, quæ Diui documenta præbent,
Hi quibus cœli ſtudioſa plaudit
Aula, cœleſtem coluere vitam,
Audit attolli ſua facta cantu,
Qui ſuas laudes ſapiens tacebat.
Incubant auro, grauibuſque gemmis
Membra, quæ duris iacuere ſaxis,
Quæ ſacri tollunt humeri profanis
Sub tyrannorum pedibus iacebant.
Neſcit extingui generoſa virtus
Cum cadit, nunquam ruitura ſurgit,
In polum terris volat, vnde ridens
Turbines rerum nihil extimeſcit
Sancta virtutis pete caſtra miles,
Sperne vibrantis fera tela mortis
Quo Deo quando moriere, viues.

Horum claudit agmen cœleſtis militiæ Polemarchus, & Eccleſiæ defe
S. Michael Michaël: omnes pariter cœlo relicto iungunt ſe mortalibus, & ſupplicante
comitantur.

Nouum ecce cœlum radiat columnis fabrè ſuſtentatum, è quo Luſi
Indigites & Patroni prodeunt, cœtum ſupplicantium, & in his ſacra Diuorum li
na excepturi. Longum & faſtidioſum ire per ſingulos, ac ciuitatum ſingular
tutelares ſuis inſignibus, ornatu, comitatu, vel ipſis etiam nominibus recenſere
Diui tutelares Interamnẽſes. Petrus Martyr & Præſul primus Bracharenſis cum ſanctis regionis Interamnis
plauſu excepit venientes.

Deſeruere polos ſuperi, cœlum adſpice, noſtra
Clauditur vrbe; ſuos en Luſitania Diuos
Euocat è cœlo, vos vt ſacra dona ſalutent
Brachara ad obſequium ſtudet officioſa præire.
Bracharẽſes. *Paſtor ego primus tanti gratator honoris*
Agmen ago, quem ſanguineo mors purpurat oſtro,
Inſignes baculis & maieſtate tiaræ
Hinc Martinus adeſt: hinc ſtat Gerardus, & ille
Cui fructu nomen virtutum exuberat: ardens
Igneſcit radijs Victor, cui palma triumphi.
Purpuream intexit chlamydem Gonſaluus amico
Arridet vultu, roſeoque Roſendius ore,
Victricis monimenta necis, cui dextera ſeruat
Adſpice Pantaleon ille eſt lux maxima regni,
Idem omnes ſimul ardor agit, ſacrata tueri
Oſſa, triumphalemque ſequi primo ordine pompam.
Heſperiæ Primas ego ſum: nunc cedere præſtat,
Primus ad obſequium titulo meliore præibo.

S. Damaſus Papa cũ Patronis Conimbricenſib. Sic S. Damaſus Pontifex Maximus adlectis ſibi Sodalibus Conimbricenſibus t
telaribus vna cum ipſis maieſtate magna hoc elogio venientes excipit.

Lyſia

Lysiaci quondam regni caput, æmula Athenis,
Huc me sidereo Conimbrica traxit olympo
Diuinas vt opes, augusta sacraria Diuum
Excipiens, patrijs gratator honoribus adsim.
Vltro se comitem, vultu Regina verendo,
Elisabeth meritis, quam sceptro ingentior, addit,
Accedunt alta socij de stirpe Minorum,
Qui Marrochæas calcarunt ter pede Lunas,
Grandia pro Christo pugnando vulnera passi.
Consortes aquilas titulis & honore Columba
Pone sequens, fert Diua sui monimenta triumphi.
Stemma Crucis lectum claudit Theotonius agmen,
Inconcussa Dei qui nomine numina seruans,
Altius ætherium sub pectore figit amorem.
Ergo omnes noua cura mouet, nouus allicit ardor
Obsequij: sed me vinclis propioribus arctat
Dulce solum patriæ, meritas exsoluere grates
Hospitibus iubet, & solenni incedere pompa.
Ibo pedes dulci cœtu stipante meorum
Celsior in solio, quam cum me Roma locauit,
E pedibus totum prouoluit ad oscula mundum.

Cœlestium agmen clausit S. Vincentius, cum Patronis Olyssiponis, Eboræ Scabis: cœlum sibi iam quoddam illi videntur Olyssipone habitare, quod eineps tot Indigites velut stellæ firmamentum vermiculabunt: horum non possum salutationem festiuam præterire. S. Vincentius cum Olyssiponensibus.

Queis vos obsequijs, queis vos sacra fercula pompis
Excipiam? studijs vrbs hæc sua facta minora
Demiratur amans, nec vota æquare valebit,
Ars licet, immensusq́ labor desudet honorum.
Hactenus vrbis eram Patronus: iam mihi cœli
Patronus videor, quantum cœli instar in vrbe est?
Cœlituum spectanda cohors, quos gloria tangit
Vrbis Vlyssæa, & stimulis proprioribus vrget,
Accurrunt faustum inprimis Antonius astrum,
Plurima per totum spargens miracula mundum;
Sidera terna dehinc rubro lita sanguinis ostro
Irradiant, Giliusq́ Erebo virtute tremendus
Hyrenem sequitur Scalabim, quæ nomine clarant,
Mancius Eboreæ primus pater vrbis & alter
Morte mihi & vitæ similis Vincentius adstat,
Cui Cristeta soror, fortisq́ ad bella Sabina.
Huc nos vester honos, & cœlo gloria traxit:
Non erat hospitio par terra: adsciuit Olympum

Coierat iam cum militante triumphans Cœlitum Ecclesia, sua vt præsentia festiuum nouorum tutelarium Diuorum ingressum in Lusitanam Olyssiponem decorrent: nouis igitur Præsidibus arcus erecti triumphales, ij palmas eorum, decora, victorias & tropæa venienti pompæ prædicabant.

Primus occurrit quadraginta latus palmos: altus decem, qui fastigia domorum plateæ pulcherrimæ adæquabat. Frons prima Episcopis, Doctoribus & Confessoribus erat consecrata, quorum nonullæ reliquiæ feretris in sublimius portabantur: inerant Emblemata, Symbola, Lemmata, raræ pictuæ & inscriptiones, cum statuis prægrandibus: Prætereo puncta; parum enim ad institutum faciunt. Altera facies eiusdem sacris Virginibus & Viduis erat dedicata: Eminebant statuæ maiores, vna cum Leone frenato, Arcus triumphalis.

Castitatis. nato, adiecto lemmate, *Continua pugna, rara victoria castitatis.* Aderant V ginitas & Pudor cum symbolis & hac epigraphe: *Ornamentum Virginitatis Pu*

Et:

Purpureo velo obnubens pudor afflat honorem.
Casta sub hoc ostro pulchrius ora latent.

Custos eius rigor. Custos alter Virginitatis Rigor hanc præferebat fronte inscriptionem: *fensor Castitatis Rigor*, carmen subiectum legebatur:

Virginibus dat tela rigor, rigor arma ministrat:
Hunc habet armigerum regia virginitas.

Aureola cœlestis. Videre erat & aureolas Virginum in cœlis: agnum choris diuersis flor in monte sequentium omni fidium, psalteriorum ac melicorum instrumentor genere vocibusque delicatissimis carmen nouum concrepantium, spargebant terim cœlestes genij desuper plenis canistris flores, rosas, lilia: & oculis visend offerebant hanc epigragraphen: *Hi emti sunt de terra, primitiæ Deo & agno: & l sequuntur Agnum quocunque ierit; Virgines enim sunt. Cantabunt canticum nou* Amoris item & timoris adiectæ statuæ versum hunc ostentabant.

Hinc timor, hinc custos; virginitatis amor.

quorum schema varium, hæc subiecta declarant carmina. Amoris quidem,

Crux mihi pro pharetra atque arca: sic pectore figo:
Vincitur alter: at hic omnia vincit amor.

Timoris hæc faciem exprimunt:

Iudicium mortemq; inter cœli arma tremiscit:
Præstet hic in terris omnia tuta timor.

Iosephi cõtinentia. Præter alias castitatis comitum varias statuas, symbola, lemmata: Iosephi triarchæ continentia, Solis & stellarum submissione remunerabatur: at orbis continentia flammis & vndis obruebatur, his adiectis epigrammatis:

Hinc atque hinc gemino Iosephus pegmate surgens
Bina verecundæ sidera lucis habet.
Disce hinc quid possit castæ vis inclyta mentis,
Et quantum mittat sub sua iura pudor.
Hic Solem & Lunam, numerosaq; sidera fratrum
Subdita iure sibi vidit: at ille Deum.

Contra iuncta nemesis in prostibula castitatis sic detonabat:

In Venerem quatit arma tonans, hic sulphure cœlum
Rumpitur, hinc validis terra voratur aquis.
Pœnarum exhaustum satis est: sed vt improba cesset
Luxuries, non est flamma, nec vnda satis.
Castus amor satis est: namque hic cœlestibus armis
Arma pharetrati vincit amoris amor.

Virtutum statuæ. Arcus Apostolorum, alij. Progressa dein pompa longius in via statuas oculis obuias virtutum habui quæ digito arctam cœli viam Diuorum tritam vestigijs intendebant: Sequeb tur arcus triumphalis, alter Apostolorum & Martyrum tropæis inclytus: viâ du cibus virtutibus directa: & arcus vltimus victoriosæ Christi Cruci & glorioſæ D Genitrici Mariæ dedicatus, silentio potius inuoluendi, quam verbis imparibus

S. Rochus excipit nouas reliquias, quæ artem & elegantiam non assequantur obscurandi. Ventum tandem ad S. Ro chi Basilicam, aulæis, auro gemmisque fulgurantem, S. Rochus visendus prodiba hospites nouos gratulabundus festiuo plausu excepturus. Eius hæc imagini car mina subijciebantur:

Diuorum sacra ossa, quibus cœli aurea templa
Debentur nostræ tecta subite domus.

Nostrum

Nostrum hoc limen erat: vestrum hinc erit: inclyta posthæc
Nomina vos titulo nobiliore date,
Vos procul hinc petijsse mei penetralia templi,
Id mihi diuini stemma decoris erit:
Id mihi sat tanti cumulo contentus honoris
Aut cedam, aut hospes, si retinetis, ero.

Respondent Cœlites, quorum Reliquiæ templo inferebantur.

Gallorum decus, & dubiæ spes fida salutis,
Quem canit Europæ didita fama plagis,
Hic vbi sensit opem, gens Lysia sæpe vocatam,
Hic te perpetua posteritate colet,
Hic tibi semper honos: huius tibi numina templi
Semper erunt, meritis nec satis illa tuis.
Nos, vbi tanta viget superi reuerentia regni,
Excipere hospitio te voluisse sat est.

Postridie Festum Translationis celebratum est, cantato in Pontificalibus solenni e omnibus Sanctis Sacro: continuatæ per dies octo supplicationes, ad Ædem S. Rochi, variarum Sodalitatum: studiosorum etiam & pauperum ciuitatis: ingen concursus populi ad honorandas dictas reliquias: in multam indies noctem prodictæ preces.

Multa per totum illud tempus mira contigere: nihil in tanto triumpho turbatum piam: nihil in vrbis totius diuitijs vsupatis deperditum: defluxerant ex S. Elisabetæ Reginæ veste paulatim vniones 1500. omnes eodem die reperti redditi sunt similia referuntur quamplurima: D. Antonij Paduani meritis inuentio adscribitur, diuinæq; prouidentiæ: Sanitates eo tempore Diuorum suffragijs impetratæ recentur, donec exactius discussæ Pontificali autoritate probentur. Proposita deinde præmia Poëtis, qui de SS. reliquijs quam elaboratissimos versus pangerent: ac ei qui palmam referret, Ferdinandus Mascarenas 40 ducatos obtulit: Hæc fusius retuli, vt omnes cum Lusitanis hoc de reliquijs iudicium forment, nusquam gloriosius diuitias omnes impendi, quam in sacris his exuuijs exornandis: nusquam ingenij vires exerceri melius, quam in laudibus Diuorum celebrandis. S. D. Sixtus V postea Iubilæum amplissimum contulit omnibus, qui in festo S. Vrsulæ Sodalitatem Partheniam percepta sacra Synaxi venerarentur.

CAPVT XXXVII.

S. Ignatius duo crania à Coloniensibus accepta mittit A. 1549. in Siciliam.

Colonienses, vt gratos se S. Ignatio exhiberent, ob tam industrias operas in vineam Coloniensem missas, quæ eam eb hæreticorum ingruentium vastatione tuerentur, noxijs vitiorum amputatis stolonibus, duo ei crania per Petrũ Canisium transmiserunt: sed ijs pro voto non diu Romæ frui licuit: Messanenses erecto recens Societati Collegio donari sibi vehementer obsecrabant, instinctu forte Canisij, qui tum Rhetoricam ibi profitebatur. Debuit Ignatius horum optimè de Societate meritorum votis annuere: Ergo circa annum Domini 1549. honestissima in arca, decoro ornatu, non sine sumtu, sacra Virginum capita recondit Romæ Ignatius, vt Sicilis testaretur, quæ ijs sacris pignoribus reuerentia deberetur. Colonienses S. Ignatio donant duo crania

Porrò, vt sacer hic thesaurus maiori cum dignitate & splendore Messanæ excipiretur, placuit publicam indici Supplicationem, eamque varijs Religiosorum Ordinibus inuitatis; imo cum Clero solenni pompa instructo per vrbem agmine circumferri, procedebant externi Collegij discipuli ad modestiam ore Mittuntur ea Messanã

Pompa solenni inducuntur.

compositi, cum ardentibus facibus cereisque; comitabatur Nobilitas, & Magi tus, populusque frequentissimus magnâ ex parte confessionibus expiatus. pompa sacris cranijs ad ædem Collegij portatis, sacrificio ritè factò, in pomer num tempus de Sanctorum cultu reiecta Concio est, quam Pater Natalis habu pud aures eruditas, & elegantes.

Dederat autem peccatorum expiandorum ea se occasio, quod paucis ante bus ea Vrbs ingenti concussa motu Ciues terrore perculsset, & arx de cælo t & in ea templum ipsum, non sine strage hominum ictu fulminis deflagrasse bus rebus ita ciuitas exanimata metu est, vt sese plerique ad componendum mum, & abijcienda confessione peccata conuerterint. Voluit sanè Deus Sanctarum Virginum ingressum Vrbem sacro timore perculsam præparare, v

Pietas Populi.

impetranda cœlestia dona earum deprecatione magis idonea redderetur, ita v S. Ignatij, & Canisij studium ad cultum Sanctæ Vrsulæ in Sicilian etiam inuel dum; Vnde Canisius Anno 1550. in Germaniam euocatus, non nominis tantùn clartiatem, sed cultus Vrsulani inchoati & propagati cum reliquijs reliquit m mentum perpetuum.

Commodum, dum hæc scriberem, obtulit mihi P. Petrus Liphausen Cart sianus Colonienſis literas P. Petri Canisij ad Carthusiam Colonienſem scri Messana, de hac eadem translatione, quę quoniam egregiam Panæsin contin ad Colonienses, vt Thesaurum Vrsulanum, & magni faciant, & religiosè col simulque Regis Lusitaniæ, de quo paulò ante egi, zelum incredibilem fidei thodoxæ, & Ideam, quibus de rebus possint Religiosi literis agere, visum est i rere.

EPISTOLA REVERENDI PATRIS PETRI CANISII ad Patres Carthusiæ Colonienſis.

TAntus est Nostrorum vbique profectus, vt in hoc pusillo grege excelsam Dei grati nemo non agnoscere, ac iure summo prædicare possit. Non diu est, vti nostis, quod Inc

Regis Lusitaniæ zelus.

nouus, vti aiunt, orbis Dominum CHRISTVM *profiteri cœpit, vbi etiamnum Nostri is nuè laborant, atque Deo fauente crescunt. Nunc in Regno Nubiæ, quod Africa complectit & ab AEthiopibus incolitur, noua messis accessit. Multa illic Ethnicorum millia fide Chr Baptismoq; donata sunt. Post quam è nostris quatuor eo destinauit Rex illi sincerus Lusita rum, qui pro incredibili sua pietate non contentus intrà suas Prouincias enutrire nostros quibus iam haud vulgaris Doctorum hominum messis emersit, in exteras etiam region mittit Christi operarios, vt ex feris, barbarisq; Gentibus magna accessio Ecclesiæ fiat. Atq tam sapienter id facit, vt omnem fidei propagationem in iuuentute benè instituta sitam m ximè arbitretur. Vnus est in dicta iam Africa locus, in quo Regia liberalitas pueros alit se centos, datis etiam probatissimis è Societate nostra Magistris. Quid magis quæso Regium quid tam augustum & efficax ad semina fidei nostræ per ea loca spargendæ? Hic fructus, h summa, hic scopus, vt ego censeo studiorum, hoc Societatis nostræ proprium institutum, quo vtinam rectè norint vniuersi.*

Tum in ea India, cuius Regem vocamus Presbyterum Ioannem, expetitus est à Roma no Pontifice Patriarcha, qui Ecclesiæ nostræ iura, ceremonias, fidemq; suos doceret Indo Abijt igitur & illuc vnus è Nostris fide publica destinatus, nec dubium vllum arbitramu quin adiuuante Domino sit augendum Ecclesiæ regnum in istis regionibus vastissimis, diti simis, florentissimis. Ita precandus est summus ille Pastor Pastorum, vt fiat vnum ouile su vnius Pastoris tugurio, gentesq; efferatæ suauissimo Christi iugo sua colla submittant; Pre candus est inquam, pro hac etiam Societate nostra, quam idem, qui voluntate sua institui virtute indies augeat, & ad Ecclesiæ suæ fructum magis, magisq; confirmet, Amen.

Translatio reliquiarum Vrsulanarum.

Addam nonnihil de Sacris Reliquijs vndecim millium Virginum & Martyrum Colo nienſium: ex his capita duo mihi iam pridem Coloniæ data, & autoritate Apostolica Roma

vti

...olaueram sunt deportata, hinc denique transmissa. Igitur vt in nostrum templum de-...retur solennis, honestissimaq; habita est pompa, totius Ciuitatis Ordines conuenerunt, ...cedebat cum Canonicis Episcopus, comitabantur nobilissimi Ciues; suum tenebant lo-...m amplissimi Magistratus. Quatuor, vt dicimus, Ordinum, & Fratrum aliorum So-...litates aderant, concinebant Musici, clangebant tubæ, Scholasticorum cerei collucebant. ...e sacris Capitibus parata erat sua capsa, pulchris distincta imaginibus, certis ornata ...ibus, vndique auro refulgens. Sunt hæc fateor non per se satis, neque ad pietatem pror-...necessaria, sed quæ tam religiosè gesta vidimus, vt vel Impios Germanos ad pietatem ...excitare potuerint. Quasi verò Sanctus ille Sanctorum idcirco contemnatur, ...Sanctis suis prædicetur Martyribus, quod in Diuorum Reliquijs agnoscatur, aut in ...maginibus intelligatur. Ego felicem sanè semper Coloniam putaui, cum cœlestibus Notent Colonienses.
...thesauris, & sacratissimis pignoribus affluat: feliciorem verò dixerim, bona si sua ...ri, vt debito cultu scilicet, ac maiore indies reuerentia ditissimum penum Reliquiarum ...catur, Deumq; sic laudet, sic veneretur in Sanctis suis, vt etiam exteri hoc exemplo ...tatem suam augeant, magisq; confirment, aut certè quidem non imminuant. Ve-...m scribendi finem faciam, hoc vnum meæ ad vos literæ semper loquentur, hoc sub-...petent Venerandi Patres, vt mei memoriam inter precandum deponatis nunquam, ...sum IESVM *ex animo precor, caritate sua nos impleat, & in interiore homine vsque-...reformet, ne sanctissimæ eius voluntati quidquam repugnemus: salutant vos ...Domino, qui mecum sunt Fratres, & vestras expetunt preces. Messanæ, 5. Iunij, ...1550.*

Seruus in Christo & filius vester
Petrus Canisius Nouiomagus.

CAPVT XXXVIII.

RELIQVIÆ VRSVLANARVM VIRginum donatæ ab ijsdem transferuntur Anno 1548. In Indiam Orientalem, cum duobus ingentibus prodigijs.

ANNO 1541. Societas IESV primum Duce Sancto Francisco Xauerio penetrauit in Indiam Orientalem, in eandem rogatu S. Xauerij crebro ex ...pa Coloniæ submittebantur Sacerdotum, qui nouis statim oppidis, re-...gni, & regionibus etiam nunquam aditis vexilla Crucis primi intulerunt. Nobilis inter reliquas ea profectio fuit Indica, quæ Anno 1548. ex Lusitania ...st instituta, in hac eminebant P. Caspar Parzæus & Antonius Gomius ...diuersis distributi nauibus. Ille quidem summus sanctæ Vrsulæ cultus toto Oriente propagator, hic verò duorum in hac nauigatione per Sanctarum Virginum deprecationem prodigiorum patratorum occasio. Sacrum is secum sumsit ...cranium Sodalitatis Vrsulanæ, quod & solatium esset, ac præsidium in ...naufragijs, & origo Parthenicæ Sodalitatis, cultusque Vrsulani propagandi. ...itaque nauis ventorum turbine diuisa, ingens naufragij discrimen adijt, & ...qualem ea, qua Caspar Barzæus vehebatur, tantis agitata fluctibus est, vt ...negarit Nauarchus, vnquam se simili iactatum tempestate. Profuit ea procellarum vis ad morum emendationem; nam quos nulli Inferorum metus ad correctionem vitæ, & sacram exhomologesin perduxerant, hæc immitis tempestas adegit, vt continuo flagitijs expiati ad frugem se recepe-...rint.

Sed altera Nauis, quæ Antonium Gomium cum capite vno Sodali Vrſulanæ (quod Carthuſianorum Colonienſium M. S. Codex diſertè affir paucis annis ante Summi Pontificis licentia Coloniæ à Patribus fuiſſe imp tum) maius diſcrimen adijt naufragij, licet enim felici curſu ventoque pitio mira celeritate, quod rarò euenit, exeunte Maio Promontorium B ſpei attigiſſet, fuit tamen ingens in errore naucleri periculum naufragij; mo enim è tribus ſupremis nauis moderatoribus hactenus cum ea poteſta Indiam ſoluerat. Ita in eleuatione poli capienda titubarant omnes, & ducentis à terra leucis ſe tantum abeſſe crederent, mille & eo amplius rant: itaque ad iter vnde aberrauerunt redituri, ventum quoque velu uentem errori habuerunt, ita vt triginta dierum ſpatio mille & amplius le confecerint, inde ſuperato Promontorio, cùm iterum nonnihil aberraſſ mox in viam redierunt, malacia quatriduum ſolum eos detinente, atque ctenus non infeliciter; ſed pridie, quam tenerent Mozambicum prope in portu naufragium, cùm ab eo ſeptem non amplius abeſſent leucis, & in anch ſtarent, quod iam ſibi Nauarchus metueret, ne ab aqua deſtitueretur, que fruſtra: iam enim in ſcopulo ſtabat nauis, quod bolide demiſſa, plenus erat æſtus, Nauarchus non aduerterat: verùm eo paulatim recec te, ſub quartam noctis horam nauis ſubitò alliditur ad ſcopulum: primus petus parum terruit cauſæ ignaros: cùm enim ex eo vnum è tormentis exc ſet, in illum tormenti caſum nauis concuſſionem deiecerunt: at cùm iam cundo nauis impingeret, territi iam permulti, cœperunt id quod erat fi cari: interim qui naui præerant, ſtudiosè, qua profundius eſſet æquor plorabant, vt ea parte die inſequenti diſcederent: quod cùm faciunt, procul à Patrum tuguriolo aſſeruit è nautis vnus, ſtare in ſicco nauim: qu cum mendacij impotenter Nauarchus arguiſſet, permiſit DEVS litis ſeda cauſa, vt iam tertiò ſic nauis impingeret, vt ſuis & retinaculis omnibus cla integer exſilierit. Inde à lite ad ſalutis curam verſi, ad clauum accurrunt: altero etiam impetu planè etiam è loco ſuo excuſſus eſt: oneraria contrem omnes præſentis mortis imagine obriguerunt: tanto enim impetu alliſa fuer & tanto fragore, quanto turris aliqua corruiſſet. Hactenus diſcrimen inge & deſperationem omnium ex præſenti mortis imagine audiuimus: nunc pro gium admirabile ſequitur S. Vrſulæ & vndecim millibus Virginum precibus tentum, quo totus Oriens & Occidens, poſtea pluſquam Europa vnquam ad c tum S. Vrſulæ propagandum incubuit.

Nauis hæret in ſcopulo.

Claus excutitur è loco.

Deſperatio metu naufragij.

Vehebatur, vt ante dixi, ea naui Antonius Gometz deſignatus Goani C legij Rector: qui in tanta omnium deſperatione inſigni religione protulit vn è D. Vrſulæ Sodalibus cranium, recens allatum Coloniâ, quod Goam defereb & vniuerſos graui oratione ad implorandam Dei opem huius Diuæ patrocinio hortatur: Hic permulti cereis accenſis Patrem cingere, eas quiſque preces fu dere, ea concipere vota, quæ cuique extrema vitæ neceſſitas, grande ſemp pietatis inuitamentum, ſuggerebat. Tandem vbi quinto impegiſſet nauis, vadis emerſit, mirabiliter inquam: nam inter duos ſcopulos v trimque diu planè ductu cœpit iter anguſtum, ſvt ne quidem nauis latera caperet: itaque n uis nullo adiuuante mortalium, in alteram partem ita ſe depoſuit, vt tantum n aquam hauriret, qua aduerſa parte ſublata in arctum quodammodo ſe contrah ret: atque ita euaſit, vt ipſa nauis verè, quod de Argo Poëtæ fabulantur, anima videretur.

Inuocant vndecim millia Virginum.

Diuinitus inter ſcopulos euadit nauis.

Sed nondum prodigiorum finis: ſupererat claui cura: quem cum ſuo lo nulla arte reſtituere potuiſſent, & iam de portu tenendo deſperarent; agite clam P. Gometz, ac etiamnum poſtremo in huius Virginis nomine tentate: ſi neq ſic fieri potuerit, illius erit etiam nos, ſine clauo in portu ſecuro collocare. Dixer atque illi parendi magis ſtudio, quam ſpe rei perficiundæ iterum connituntu

Alterum miraculum.

nec

rigno negotio perficiunt, sentientes vim aliquam diuiniorem cum suis cona-
ris concurrisse. Atque ita postridie sexto Augusti, Mozambicum tenuere.
An ipsas sanctas Virgines nauis gubernatrices, an sanctos Angelos dicemus,
ii olim Vrsulanas naues ventorum remigio tam feliciter, tantaque celeritate
ouehere? Discant nauarchi nouas nauium, & maris Dominas sanctas Virgines;
uigntium Patronas, quæ ipsæ se naualibus exercitationibus recreationis specie
pediscenda fidei rudimenta, & amorem Virginitatis mutuis exemplis, & ex-
ortationibus acuerunt: reliqua, quæ ad hoc caput spectant, libro sequenti prose-
quemur. Plures subinde reliquiæ sunt in Orientem translatæ: nam Anno 1584.
Collegium Bazainense cranium vnum obtinuit, quod nobilis matrona inclusit
auro, argentoque, pectusque simili opere, ornatuque contexit: eodem Anno mi-
sit Claudius Aquauiua residentiæ Dæmanensi & Chaulanæ caput vnum, cuius ob
illatum templum constructum est, de quo Valtrinus. *Templum omnium pulcherri-*
mum, quod superioribus annis ex eleëmosynis ædificari fuerat cœptum, hoc anno ad tectum
perductum est: in cuius ædificationem non Christiani modo; sed ipsi etiam Ethnici multas
eleemosynas contulerunt: in his vnus ducentos pardalos. Templum ipsum vndecim mil-
lium Virginum dicatum est, in quo Sanctarum vnius ex eo numero caput à R.P. Generali
aduenientissum, cum solenni ritu ac ceremonia est collocatum: diemq; illum ciuitas festum &
celebrem esse decreuit.

CAPVT XXXIX.

In Indiam Occidentalem circa Ann. Domini 1584. transportatur.

EX Orientali India in Occidentalem nauigemus, quam Lusitani post 1500. An-
num Regis Emmanuëlis auspicijs detexerunt. Iacet in eius, qua Austrum spe-
ctat, tractu Brasilia regio multis locis amœna: cœli iucunda, & salubri temperies: in-
colæ barbari sunt, & humanis vescuntur carnibus. Missi ad hos Ann. 1549. de So-
cietate Iesu homines, qui ad eos cicurādos incredibili labore, summa patientia, ma-
ximaque vitæ periculis incubuere: nam qui ante nostros Franciscani eam vineam
excoluerant, à Barbaris deuorati, Martyrij palmam obtinuerunt. Attulerant è Lusi-
tania Patres aliquot è Sodalitate S. Vrsulæ crania, quæ crescentibus quotannis
Christianis, nouisque conditis oppidis per varia sunt loca distributa: ita vt Colle-
gium Bayense Ann. 1584. tria eorum obtineret: quando in honorem S. Vrsulæ So-
dalitas, tam ex Gymnasij studiosis, quàm ciuibus coaluit, vt ea sacra Diuorum li-
psana maiore veneratione prosequerētur. Instructa ab ea est supplicationis pompa, Sodalitas S. Vrsulæ.
in qua nauis artificiosè prodibat ligneis acta rotis, adeò latenter, vt humanus falle-
retur adspectus: hac B. Vrsula cum comitatu suo vehebatur: cui de cœlo Angelus Nauis artificiosa.
adfuit manu præferens palmam, & ad Martyrij gloriam Virgineum agmen accen-
debat: tunc Virgines oculis hilarissimis accepto nuncio coniunctis vocibus excla- Drama.
marunt, se ad effundendum pro sponso sanguinem paratissimas: quibus sermonibus
vtrinque habitis, ad vltimam cęlestis nuncij vocem, suum nauis cursum prose-
cuta est, vexillis rubeis elatis, editoque festiuo tormentorum strepitu læti triumphi
significationibus. His & similibus spectaculis editis, exhibitus vesperi est Dialogus
peramenus, qui sanctarum Virginum cædem, sanguinem, funerisque curam, quæ Animorū morus.
absolutis Angelis iucundè canentibus suscepta est, vsque adeò repræsentabat: vt nec
spectatores possent cohibere lacrymas, nec Actores: his inuitationibus cultus S. Vr-
sulæ mirificè est excitatus, nec prodigio caruit. Pluuias aquas negabat cœlum, ma-
gnaque in metu erat difficultas annonæ: decreta publicè est supplicatio ad euo-
canda cœlitum subsidia, circumlatumque per Vrbem vnius Virginis cranium ex S. Impetratur pluuia
Vrsulæ comitatu: tanta hominum pietate, & comploratione: vt eadem nocte ob-
duto nubibus cœlo, suæ liberalitatis fontes Deus aperuerit: & quidem ea largita-

te & copia, vt ſumma vilitas ſperaretur. Porrò eodem Anno Gentiles 1360. ad fi
vnius Collegij opera conuerſi ſunt, vt Vrſulanæ Virgines non corporibus tan
de annona proſpexiſſe vide ntur, ſed precibus etiam ſuis tot animabus fidei lu
impetraſſe. ita Annuæ Societatis fol. 142.

Annuæ Societ. Ann. 1589. Prou. Braſilia in Col. Baiacenſi fol. 462.

Incredibile dictu, quanta feſtiuitate, religione & apparatu dies vndecim
libus ſacer peragatur: id licet ex geſtis Anni 1589. cognoſcere, quo congr
tio ſub patrocinio vocabuloque vndecim millium Virginum inſtitutum,
Deiparæ Virginis Sodalitate coaluit, proſperumque curſum habuit, præſid
gubernatore Illuſtriſſimo Epiſcopo eiuſdem ciuitatis: huius ope natalis Virgi
concelebratus apparatu magnifico, ſuauitate concentus, in veſpertinis prec
peruigilij, & elegantia dramitis populo dati. Primo veſpere ſubluſtri adhuc
pulcherrimum oculi capeſſiuere ſpectaculum, vbi è loco edito plurimi orbes
ſatiles ſulphureo ſuffecti puluere, & ademicandum inſtructi concepto igne ir
meros radios cum fulgore ſtrepituque vibrauere, ſcintillis coruſcantibus, vt ſt
ferum labentem imbrem imitari viderentur. Erat etiam iucundum videre cor
tam turrim lychnis ardentibus, admirabili artificio, cum interea campana æra
nitu & fragore bellica repercuſſum inter, & flammatum aëra afficerent viſum
ditumque horrifica voluptate. Ipſo autem die celebrata ſupplicatio magno
uium apparatu concurſuque exterorum, quos pompæ ludorumque fama conc
rat. Communicauit virorum, mulierumque multitudo quamplurima. Aſſuer
inde hiſtoria à noſtris diſcipulis pulcherrimè acta: poſtridie facta decurſio equi
in ſimulacrum belli, & victores præmio donati. nihil omnino defuit in ea c
britate, ſiue ad gaudium plebis, ſiue ad ſolennia religionis.

Summa celebritas feſti eius.

Annua An. 1594. in Prou. Peruuij Potoſij pag. 714.

Illatæ pariter Reliquiæ Vrſulanæ in Peruvium *Potoſij* (aiunt Annales noſ
*Sanctorum Martyrum Reliquiæ Româ tranſmiſſæ, Collegium non modo ſua Religione a
runt, ſed audeo etiam dicere miraculo illuſtrarunt: erat in ijs caput vnum ex vndecim m
bus Virginum, & oſſa aliquot è pleno illo ſacrorum pignorum horreo, quod ad Aquas Sal
in Monaſterio S. Anaſtaſij tanta Religione Romæ cuſtoditur: illis condendis ſpecioſæ com
dum & magni pretij adornatæ ſunt thecæ. E ſacris oſſibus vnum apparebat in altero ea
coloratum, & aliquantum ſanguine, terraq; adhærente fœdatum. Iuſſit Pater Rector a
quam conderetur aqua ablui: cœpit illa eluuies tam mira & inuſitata ſuauitate redolere
incredibili omnes ſtupore pietateq; affecerit; neque fuit, qui intelligeret, cui naturalium
rum ſimilis ea fragrantia dici poſſet, vt diuinam virtutem adeſſe appareret.* Sunt autem
Prouinciæ Mexicanæ templis, octo capita dictarum SS. Virginum, vt ad me ſcr
ſcripſit è Congregatione Generali, Anno 1646. Andreas Peretz Procurator ei
dem: veſtiuntur illa auro & ſerico, tabernaculis arte laboratis & inauratis cont
ta, in domo Profeſſa, Collegio Mexicano, Angelopolitano, & Parquanenſi: die
rò SS. Virginibus ſacro deferuntur ad aram, vbi Sacerdos noſter linteatus ea po
lo præbet exoſculanda.

Numerus capitum.

In Prouincia Noui Regni Granatenſis eiuſque Metropoli ciuitate Sanctæ fi
caput vnum eiuſdem Virgineæ Sodalitatis ſeruatur, vt ad me eodem tempore
loco ſcripſit Ioannes de Tor Procurator eius, incluſum arcæ ex auro & argento f
brefactæ, id dono datum Societati noſtræ à Ferdinando de Vgarte Archiepiſc
po: feſto eodem magna religione populo proponitur honorandum.

In regno Chilæ ad Religionem augendam à P. Prouinciali caluaria vni
ex vndecim millibus Virginum tranſmiſſa, & in argentea theca decenter eſt i
cluſa. Cultum SS. Virginum in Peruuio vehementer promouit P. Didacus Mar
nius. Iubebat quotidie vel ter, vel tredecies Orationem Dominicam, ac Salut
tionem Angelicam in illarum cultum ac venerationem recitari: nam priorem r
tionem ſecutis vndecim annis, poſteriore precantibus, longe breuiore trium annc
rum curriculo earum numerum omnem expungi: bona ſe ſpe teneri, quibu
ea pie-

Cultus.

as cordi fuisset, eos gratam Virginum operam non desideraturos: adfuturas inc abeuntibus, ac itineris ad beatam immortalitatem se comites præbiturs, quod votis omnibus per infestas infernis furijs vias esset optandum. Ita Ioannes . variarum virtutum historiarum c.5.n.8.

CAPVT XXXX.

ixtus V. permittit vt cranium S. Virginis Vrsulanæ Duacum transmittatur, & Paulus V. vt in Chinam transferantur Reliquiæ.

acena Collegiata S. Petri Ecclesia caput vnum Sodalitatis Vrsulanæ, Nuno Apostolico donatum à Colonienſibus, accepit, quod in argentea statuà ali Virginis adseruant, exstat Bulla Sixti V. qua facit ijs potestatem reliquias ceptãdi, & largitur indulgentias, qui eas solenni pompa delatas comitantur.

SIXTVS PAPA V.

futuram rei memoriam. Cùm Nos nuper dilectis filijs Præposito & Capitulo Ecclesiæ . Petri oppidi Duacensis nonnullas reliquias ex Monasterio S. Anastasij, alias trium extra muros Cistercienſis Ordinis extrahendi licentiam, & facultatem Apostolica tate concesserimus, & sicut Præpositus & Capitulum præfati, nobis nuper exponi fecerunt, eorum Ecclesia huiusmodi nonnullæ aliæ reliquiæ (vnum videlicet vnius ex Socijs S. Mauritij, & alterum caput vnius ex Sodalitate S. Vrsulæ, olim à bon. mem. Ioanne Francisco piscopo Vercellensi, tunc in illis partibus Nuncio Sedis Apostolicæ ex ciuitatibus Treuirensi & Colonienſe, cum alijs reliquijs ex diuersis locis adportatæ) deuotè reconditæ reperiantur, quas illæ in maiori veneratione habeantur à Christi fidelibus, quo ex hoc cœlestis doni ramisse nouerint esse vlterius refectos, eorundem Præpositi & Capituli pijs supplicationibus inclinati: ijsdem Præposito & Capitulo, vt in solennibus, & generalibus totius Cleri, & etiam specialibus in ipso Oppido faciendis Processionibus dicta capita, &c. eadem auctoritate tenore præsentium concedimus, &c. Nec non de omnipotentis Dei misericordia, & BB. Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi: tam ipsis vtriusque sexus fidelibus verè pœnitentibus ac debito tempore Confessis & Communicatis, qui dicta capita & reliquias, vt præfertur, deferenda associarint, & pias ad Deum preces, vt cuiq; suggeret deuotio, effuderint: quotiens id fecerint, 7 annos & totidem quadragenas de iniunctis ijs, aut alias quomodolibet debitis pœnitentijs perpetuo misericorditer in Domino relaxamus. Non obstantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 31. Martij, Anno 1590. Pontificatus nostri anno quinto.

Supra dictum est Colonienſibus Pontificio decreto vetitum, sacras reliquias alienæ: ijs tamen, qui literis Apostolicis muniuntur, & præsertim in exteras oras, vt Indis, pro fidei augmento poscunt, non solent denegare. Ita nostra memoria P. Nicolaus Trigaultio ex China reduci, cui à Paulo V. facta potestas erat pro Indijs reliquias emendicandi, se liberalissimos exhibuerunt. Solebat idem Pater Vrsulanarum Virginum colligere nomina, quæ Chinensibus aquis genitalibus ablutis indentur: qui mos in India percrebuit, ibique nomen Vrsulæ vulgatissimum est: eo fine, vt exemplo Martyris huius ad Gentilium conuersionem incumbant diligenter.

LIBER REVELATIONVM S. ELISA-bethæ Schoënaugienſis.

COntinet is varias Coloniâ factas tranſlationes, qu
etiam occaſione, à tranſlatis ad Schönaugienſe cœno
Martyribus emanauit, vt merito poſſit addere coloph
huic libro: ei propterea vaticinium B. Hermanni libro
riore præmiſi: quod cum illius claram veritatem euen
experientia patefecerit, isq; perſæpe lauder, explicet, &
lumnijs vindicet hanc reuelationem, apertè ſæpius
tendo, totam eſſe diuinitus inſpiratam, iuſſus ſuppler
rando, quæ ipſa prætermiſit; non erit facilè deinceps
ambigendi de huius certitudine, præſertim cum S. Eliſabetha faſtis Romanis a
pta paſſim à Scriptoribus à prophetico ſpiritu prædicetur: & ipſa non tantum
tè paſſim aſſerat ſe reuelata dicere; ſed etiam Sanctos ipſos exprimat, à qu
quando, quid & qua occaſione à ſingulis acceperit. Sed quoniam non ignor
viros quoſdam eruditiſſimos ſubdubitaſſe, num hæc à S. Eliſabetha manarit n
tio, autographum cenſui conſulendum eſſe, quod in ſuperiore Weſalia, du
profectus Mammææ Auguſtæ ſepulcrum inquiro, reperi apud Abbatem Schö
gienſem, Caſparum Schwan virum religioſiſſimũ, is mihi illud Egberti Abbati
nu, vt ipſe teſtabatur, exaratum, legẽdum tradidit: in cuius fronte inueni pulch
mam præfationem hactenus ineditam, in qua iuratus modum explicat, que
dictando libro S. Eliſabeth obſeruarit.

PRÆFATIO EGBERTI ABBATIS in reuelationes S. Eliſabethæ.

*OMnes qui lecturi ſunt verba libri iſtius, hoc indub
tum ſciant, quoniam ſermones Angeli Dei, quos
perhibetur habuiſſe ad ancillam Dei Eliſabeth, qu
dam quidem ex toto proferebat Latino ſermone, qu
dam autem omnino Teutonica loquela, quoſdam quidem ex pa
Latinè, & ex parte verbis Teutonicæ linguæ pronunciabat. I
autem Egbertus Germanus ancillæ Dei, munificentia Dei d
Schœnaugienſe cœnobium de Bonna attractus: & primum quia n
Monachus, deinde gratia Dei ad Abbatiam vocatus, conſcripſ
mnia hæc, & alia, quæ de reuelationibus eius leguntur: ita quid
vt vbi erant Latina, verba Angeli immutata relinquerem: vbi
rò Teutonica erant, in Latinum transferrem, prout expreſsius
tui, nihil meæ præſumtione adiungens: nihil fauoris humani, ni
terreni commodi quærens: teſtis mihi eſt Deus, cui nuda & ape
ſunt omnia.*

Vt nemo iam prudenter dubitare poſſit, quin hæc ſit S. Eliſabethæ per An
lum, aut cœlitus accepta reuelatio, niſi periurij velit Egbertum condemnare:
geſſi librum in capita, ſicut in autographo diſtributus eſſe reperitur.

LIBE

BER REVELATIONVM ELISAbeth de sacro exercitu Virginum Colonienſium.

CAPVT I.

Ad pietatis amatores Præfatio.

VOBIS, qui pios affectus ad ea, quæ ſancta 1
ſunt, geritis, Eliſabeth famula ancillarum
Domini, quæ ſunt in Schönaugia, aperio
ea, quæ mihi 2 per gratiam Dei ſunt reuela- 2
ta, de illo virginali exercitu S. Vrſulæ Bri-
tannicæ Reginæ, qui 3 in ſuburbio Colo- 3
nienſis ciuitatis pro Chriſti nomine 4 in die- 4
bus antiquis martyrium paſſus eſt: de his enim me ſilere non
permittunt quidam 5 bonæ opinionis viri, qui ad hæc inueſti- 5
gada diutina poſtulatione me multum renitentem compu-
lerunt. Scio quidem, quoniam & hi ſumturi ſunt occaſionem
flagellandi me linguis ſuis, qui aduerſantur gratiæ Dei in me: 6
ſed voluntariè ſuſtinebo, 7 quia aliquid mercedis me receptu- 7
rum ſpero, ſi tot Martyrum honor aliquid incrementi accepe-
rit ex his, quæ per meos labores Dominus de eis reuelare di-
gnatur.

1. *Vobis.*] Dedicat libellum pijs lectoribus: proponit dicenda, & occaſionem ſcriptionis.

2. *Per gratiam Dei reuelata ſunt.*] Non ſuis adſcribit meritis, ſed diuinæ liberalitati: habet enim hoc præcipuum prophetia, quod eam à diabolica illuſione diſtinguit: humilem magis reddit ſine faſtu & tumore: nam *Prou.* 11. dicitur: *Vbi ſapientia, ibi humilitas.* & Prou. 3. *Cum ſimplicibus ſermocinatio eius.* v. Turrecremata in Prologo reuelationum Brigittinarum c. 2.

3. *In ſuburbio Colonienſis ciuitatis.*] Rectè martyrij arenam S. Eliſabeth vocauit Suburbium ciuitatis: nam tempore Martyrij Vrſulani, & eotiam, quo iſta ſcribebat, Ager Vrſulanus extra pomerium, vallo tamen aliquo circumſeptus continebatur, contiguus ciuitati. Rectè etiam B. Hermannus, qui 27. annis poſt ſcripſit, c. 1. ait: *In Colonienſi ciuitate Martyrium ſubiturae.* Reſpexit enim ad ſui temporis vrbis magnitudinem, quæ paulo ante ſcriptionem illam ampliata, ſuis mœnibus agrum Vrſulanum coërcebat. Scripſit igitur hæc S. Eliſabetha A. 1156. quando nouem ipſos annos corpora inueniebantur: at poſt Ann. 162. & SS. Trium Regum aduentum Coloniam, vt tantus theſurus ſecurius conſeruaretur, adiecit Philippus Heinſbergenſis animum, vt pomerio vrbis producto intra vrbem templa vicina, & agrum Vrſulanum comprehenderet: idq; circa Ann. 1180. triennio ante B. Hermanni prophetiam effecit.

4. *In diebus antiquis.*] Ante annos nongentos nouendecim.

5. *Quidam bonæ opinionis viri.*] Gerlacus Abbas Tuitienſis & alij.

6. *Flagellandi me linguis.*] Idem B. Herman. in ſua epiſtola inſinuat. Commune hoc eſt omnibus Prophetis, quando vel ingrata, vel vulgo incredibilia narrant.

7. *Quia*

7. *Quia aliquid mercedis me recepturam spero*] Id se consecutam gaudet cap. vlt. *Et qui renouauerit passionem nostram, reddat ei Deus mercedem operis sui.* Videri potest & Epistola Bermanni dedicatoria.

CAPVT II.

Describit annum & tempus, quo hæc fieri incipiebant, & de quodam Virgine, cuius nomen erat Verena, qualiter delata est ad Schônaugiense cœnobium. Et de quodam Martyre Cæsario, qui repertus est cum ea.

Quando complacuit Domino misereri super Martyres sa-
1 pretiosas, quæ [1] per multa tempora iacuerant sine hono-
2 sub pedibus hominum & iumentorum, [2] secus muros vr-
3 Coloniæ: [3] accidit, vt viri quidam ibi manentes, acceder-
ad locum Martyrij earum, & aperirent multa monimenta S-
4 ctorum corporum, atque ea inde sublata transferrent [4] ad lo-
religiosa, quæ erant in circuitu, sicut à Domino fuerat ordi-
Annus leuationis. tum. Erat autem Annus Dominicæ Incarnationis millesim-
centesimus quinquagesimus sextus, his fieri incipientibus &
tenebat Romani Imperij principatum Fridericus Imperat-
Cathedræ autem Pontificali in Colonia præsidebat Arnol-
Secundus. Tunc inter ceteras vna pretiosa Martyr i-
dem inuenta est, in cuius sepultura titulus talis legebat-
5 [5] *Sancta Verena Virgo & Martyr.* Hæc per manum venera-
6 di Abbatis nostri [6] Hildelini, inde in locum nostrum transl-
7 est, data ei à Tuitiensi Abbate [7] Domino Gerlaco, qui ad co-
Gerlacus præest ei. ligenda & honoranda illius sanctæ Societatis corpora piâ mu-
tum deuotione feruebat. Quæ dum à conuentu Fratrum n-
strorum, qui eam suscepturi erant, ad ingressum Ecclesiæ e-
spectaretur: ego in conclaui nostro residens, antequam de a-
uentu eius quidquam audissem, testimonium sanctitatis ei-
8 tale accepi à Domino. [8] Veni in mentis excessum, & vidi in v-
Visio S. Elisabethæ. per quam sacra ossa ferebantur, quasi flammam candidis-
mam, habentem formam globi, quam antecedebat Angel-
9 speciosus nimis, habens in manu sua [9] thuribulum fumiga-
in altera verò candelam ardentem. Sicque pariter in aëre læ-
meatu migrabant vsque intra Ecclesiam. Cumque die alte-
10 in eius veneratione Missarum solennia celebrarentur: [10] f-

in sp-

spiritu, & apparuit mihi eadem virgo stans in cœlesti clari-
te mirificè coronata, & palma victoriæ gloriosè adornata.
go gitur eam alloquens interrogaui, an verè ita esset nomen
us, cut relatum nobis erat, pariterque sciscitata sum de no-
in cuiusdam Martyris: cuius corpus absque certo nomine
m psa erat allatum. Et respondit dicens. Ita est nomẽ meum
: au listis: 11 penè tamen per errorem aliter scribi debuerat: 11.
d ipsa ego scribentem prohibui: venit autem mecum Cæsa-
us Martyr: 12 & quando introiuimus in hũc locum, intrauit 12.
x nobiscum.

multa tempora sine honore.] Obijcit D. on iacuisse sine honore virgines, quæ nabantur. Concedo quædam corpora condita: plurima tamen alia, vt S. Cor- Constantiæ, centum alia ijs vicina: item , aliaque inglotia in pomarijs imo sta- dita delitescebant, vt ostendi cap. no- libri per nongentos, & nouendecim egi possunt, quæ habet Sacrarium Co- in Collegiatâ Ecclesia S. Gereonis de ne, & Surius in vitâ illius: nam quod in extrema parte SS. Maurorum corpora glecta iacerent, à SS. Angelis flagellis dicit, sacras exuuias esse maiore cultu ndas.

us muros Coloniæ.] Vide quæ libr. hoc 8. lationibus, & lib. 7. de inuentionibus nt, quando quædam circa mœnia re- orpora sunt.

cidit vt viri quidam ibi manentes accederẽt Martyrij earum.] Liber M. S. Carthusiæ ensis habet ex diuinis reuelationibus, ersis fiebant excitatos homines ad reli- uestigandas, summopere exarsisse, mox , & ad diuersa templa honorificè dela- oribus, magna per eas sacras exuuias iracula patrauit.

d loca religiosa quæ erant in circuitu.] Præ- s exornatum templum S. Vrsulæ, circa lustrium personarum corpora sunt eru- nctorum Machabæorum, S. Gereonis, s Parochiæ plurimæ, de quibus consule am P. Winheim, & D. Gelenij.

Verena.] Plures repertæ Verenæ: Eius- ominis est alia, cuius mentio est in Fastis nis.

6 *Hildelini.*] Fuit is Abbas Schõnaugiensis, or Egberti Fratris S. Elisabethæ, cuius io S. Elisabetha scripsit suas reuelatio- nes.

7. *D. Gerlaco.*] Is erat duodecimus Abba- uitiensium, secundus à S. Ruperto, tanto e Deiparæ.

7. *In mentis excessum.*] Videtur is non ex- cessisse facultatem imaginatiuam: Porrò visa dicuntur ossa sacra quasi flamma candidissima propter candorem virginitatis, & ardorem ca- ritatis Martyrum.

9. *Thuribulum fumigans & candelam arden- tem.*] Discat Hæreticus, quæ sacris ossibus à mortalibus reuerentia debeatur, quando cœ- lestes genij sic illa reuerentur; nec hunc, vt nouitium cultum rideat, cuius in veteri in- strumento exstat origo, cum Elisæi cadauer hominem mortuum resuscitarit: cum Eccl. 49. Iosephi iam vitâ functi ossa prophetarint; de his Sanctis Martyrum exuuijs rectè S. Basilius homil. in 40. Martyres ait: *Hi sunt, qui nostram obtinentes regionem, quasi quædam turres contra aduersariorum incursum refugium exhibent; nec vno loco sese clauserunt; sed in multis locis hospitio re- cepti multorum patrias ornauerunt.* S. Ambrosius verò Serm. 92. *Honoremus beatos Martyres, Princi- pes fidei, intercessores mundi, præcones regni, cohere- des Dei: Honoro in carne Martyris acceptas pro Christi nomine cicatrices: honoro corpus, quod Christus hono- rauit in gladio, quod cum Christo regnabit in cœlo.* Rursus: *Cur non honorent corpus illud fideles, quod reuerentur & dæmones: quod afflixerunt in supplicio; sed glorificant in sepulcro.*

10. *Fui in Spiritu.*] Licet hoc intellectua- lem raptum indicet, neque hic tamen videtur imaginariam visionem excessisse.

11. *Penè tamen per errorem aliter scribi debue- rat: sed ipsa ego scribentem prohibui.*] Anno 1640. spiritus bonus precibus puellæ liberatus est ex igne purgatorio, is frequens oranti puellæ ade- rat, & cum ea de rebus diuinis disserebat: quæ iussa scribere gesta colloquiaque cum spiritu habita, monitaque, vt peteret ab eo, si quid per errorem isti narrationi insertum esset: respon- dit spiritus. *Ego cum ista scriberentur aderam, ac si quid falsi irrepsisset, de hoc ilico te monuissẽ.* Ita libel- lus hac de re vulgatus Treuiris *commercium vtri- usq; mundi* nominatus. Non potuit aliter in sum- ma festinatione hic fieri: quin errores irrepsis- Luxem- burgi.

sent: nisi cœlites essuissent, cùm enim multa millia corporum leuarentur; & mortuorum lineamenta non tam facile, vt viuorum internosci possent; cùm etiam tridui tempore non sine assultu hostium, & incidi nomina latérculis ab imperitis, & rudibus debuerint, ac tumulari ab oppidanis municipij non adeò frequentris, nisi Angelorum, & cœlitum auxilio, & ductu adiuti fuissent, non sine multis erroribus res ea geri potuisset: Probatur tamen & hinc titulorum autoritas, quando sicut hoc nomen, ita probabiliter & alia, non sine cœlitum ad tia incisa fuisse videantur.

12. *Et quando introiuimus in hunc locum, uit pax nobiscum.*] Vide, quæ in præfatio de S. Viti, in Saxoniam è Gallia transla quando omnis fortuna belli, pax & felic Germaniam concessisse videbatur: & a corpore S. Seuerini Burdegalâ Colonia portato, cum quo sterilitate pulsâ fertili rerum omnium abundantia eò commigr

CAPVT III.

Refert de eodem Martyre, qui, aut qualiter cum ipsâ passus fuerit.

Apparet S Cæsarius.

Rursus die alterâ cùm de eodem Martyre diuinum of um celebraretur, apparuit & ipse mihi in gloriâ magnâ, & ab eo requisissem, cuius officij in seculo exstitisset, & quâ o sione cum illis Virginibus Martyrium subijsset; ait: [1] Mile in seculo, filius materteræ huius sacræ Virginis, cui nunc d iunctus sum. Dilecta mihi valdè erat, ideoque cùm egred tur de terrâ suâ, comitatus sum eam. Ipsa verò ad Martyri suscipiendum me confortauit, & ego videns constantian passione, simul cum ea passus sum. [2] Fuerunt autem lon tempore ossa nostra ab inuicem separata, & nunc impetra mus à Domino, vt sic coniungerentur. Hoc igitur sermon magnam dubitationem adductus sum. Existimabam en quemadmodum opinantur cuncti, [3] qui legunt historiam B tannicarum Virginum, quod absque virorum comitatu pe grinata fuerit illa beata Sodalitas. Præterea & aliud quidd comperi, quod nihilominus hanc opinionem vehementer firmabat.

1. *Miles fui.*] Non gregarius: sed quales equites aurati: quia Regibus erat maioribus genitus, de quo egi lib. 2. cap. 29.

2. *Fuerunt autem longo tempore ossa nostra ab inuicem separata, & nunc impetrauimus à Domino, vt sic coniungerentur.*] Ingens hac super re prodigium narrat Gregorius Turonensis de gloria Confessorum cap. 22. de duobus, quos ab euentu, amantes nominarunt: nam cum maritus coniuge mortua in hac verba prorupisset: *Gratias tibi ago Domine* IESV, *atque hunc thesaurum à te mihi commissum immaculatum, & integrum restituo: illa verò etsi mortua subridens ait, sile, sile vir Dei: cur ante tempus ea loqueris, quæ non interrogaris? stupuêre præsentes rei nouitate attoniti. Non multo post & ipse coniux vitâ decedit, con in eodem quidem templo, sed longo interuallo à p cro coniugis, postridiè tamen coniuncti reperiun* Geminum isti in S. Vrsulæ templo aedi longâ maiorum traditione acceptum est enim tria capita, *quæ non debent* vnquàm *parari*, ita testatur singulis factà inscriptio.

3. *Qui legunt historiam Britannicarum V num.*] Intelligit veterem Cunibertinam to laudatam, quàm citat, vt B. Herm. sic ipsa quenter, & conciliat cum suâ narratione: v duobus oraculis cœlestibus confirmatur.

CAPVT

CAPVT IV.

Inter multa corpora sanctorum Episcoporum, & aliorum magnorum virorum cum ijsdem virginibus reperta sunt.

In tempore eodem, quo prædicti duo Martyres inuenti
sunt, reperta sunt inter sepulcra virginum, multa corpora sanctorum Episcoporum, atque aliorum magnorum virorum. Erantque in monimentis singulorum repositi lapides habentes titulos sibi inscriptos: quibus dignoscebantur, qui, aut vnde fuissent. Horum præcipuos, & maximè notabiles 1.
annisit ad me ex supradictâ vrbe præfatus Abbas; 2 sperans 2.
aliquid mihi per gratiam Domini de eis posse reuelari, & plenius certificari per me, vtrum credendum eis esset, an non. Latebat quippe suspicionem de inuentoribus Sanctorum corporum: 3 ne forte lucrandi causa, titulos illos dolosè con- 3.
scripti fecissent. Quales autem fuerint tituli illi, & quid de eis illis reuelatum sit: in præsenti sermone per diuersa loca oculis legentium anteponere curaui, vt hinc animaduertatur, 4 quam 4.
digne à fidelibus Christi omni honore prosequenda sit sancta Sodalitas, quam tam sublimium personarum comitatu diuina paternitas honorare dignata est.

Erantque in monimentis singulorum repositi lapides.] Idem habet Gerlacus in narratione quatuor annis à se factæ, qui manibus suis titulos è sepulchris eduxit, & transcriptos S. Elisabethæ obtulit. V. lib. 7. cap. 19. Testatur idem Thomas Cantipratanus inferius adducendus.

Sperans aliquid mihi per gratiam Domini posse reuelari.] Hæc occasio reuelationis, quantum ferè continet confusam titulorum sanctorum interpretationem: & quia postea multa centena corpora inuenta sunt, quorum non meminit, ideo de ijs aliud scripsit B. Herm. Cælitus datum oraculum.

Ne forte lucrandi causâ titulos illos dolosè conscripti fecissent.] Non id nouum, & insolens fuit tempore S. Martini deprehensi impostores illi sacrilegi, de quibus Seuerus ait, *Altare quod super cinerem Martyris exstructum erat, cum ossa, & reliquias cuiusdam latronis esse deprehendisset, submouit.* Et S. Greg. lib. 3. epist. 3. inquit: *Græcos quosdam Monachos deprehensos confessos fuisse, se ossa quædam in Græciam pro reliquijs portaturos, ac etiam vt habet Epistolæ summarium vendituros.* V. Durandum de ritibus Ecclesiasticis f. 177. quomodo non reliquiæ Vrsulanæ non admisceri sibi fas. Illè catiantur adulterinas, dixi hoc lib. 8. c. 8.

Quam dignè à Christi fidelibus omni honore prosequenda sit illa sancta Sodalitas.] Ex titulis S. Elisabetha, quos veros esse cognouit diuinitus, nec supposititios, collegit sodalitatis Vrsulanæ nobilitatem. Habent enim prærogatiuas, quales vix reperies in inscriptionibus repertis in Sarcophagis sanctorum aliorum. *Primò*, dictati sunt à S. Patriarcha, & Martyre Iacobo Antiocheno diuinitus, ad opus illud per Gyriacum Pontificem designato, ideoque prodigiosè in tertium vsque diem cõseruato, ac demum martyrio coronato: ne dum aliorum seruit vtilitati, laurea cæterorum spoliaretur. *Secundò*, Quædam in ænigmate scripsit, quia cœlitus didicerat fore, vt post 9. secula ij reperti tituli ab alio spiritu diuino afflato hominibus exponerentur. *Tertiò*, Martyres & Angeli incidentes nomina direxerunt, cauerunt que ne error irreperet. *Quartò*, Virgines sæpe visæ viris etiam Sanctissimis nomina sua, sepulcraque monstrarunt, è quibus educti tituli semper respondérunt; vt si tot inuenti sint verissimi, de alijs iuxta positis non sit dubitandum. *Quintò*, Sancti quidam Episcopi, vt Norbertus, Cunibertus, Albertus M. hos titulos apertis quibusdam sarcophagis examinarunt, & approbarunt. *Sextò*, Modum hunc incisionis titulorum, & eorum veritatem vniuersè Deus S. Elisabethæ confirmauit: & B. Herm. 700. pluraque nomina declarauit: quæ cum titulis antea, & postea detectis consentiunt, vt nulla fraudis subesse possit suspicio.

CAPVT V.

Qualiter ei prædicta Virgo apparuit, & cum eâ sermonem de inue tione Sanctorum Episcoporum fecit, & qualiter ei eadem S. V i ieiunium vnius diei in pane, & aqua iniunxerit, vt eo libe rius reuelationem sanctam de eis mereretur accipere.

Eram aliquanto tempore cogitans super his, quæ dicta su & desiderans accipere à Domino reuelationes, quæ expec bantur à me. Et factum est, vt superueniret festiuitas BB. Ap stolorum Simonis, & Iudæ: de quibus dum officium Missæ lebraretur, [1] venit super me quædam passio cordis, quam p solebam, quando primum mihi reuelari inceperunt myste Dei. Cumque diu fatigata fuissem, veni in Exstasin, & quieui. Cum ergo in spiritu meo, sicut mos mihi est, in c lum intuerer, vidi supradictos Martyres de loco claritatis, quo visiones sanctorum videre soleo, longè in inferiore aërem procedentes: eosque fidelis custos meus Angelus D mini præcedebat. Quos ego ita, vt eram in spiritu, allocu sum, dicens. Magnæ benignitatis vestræ hoc est Domini m quod nunc ita me visitare dignamini, cum nihil seruitij vob exhibuerim. Ad hæc Beata Verena ita respondit. Sensim 2. quoniam [2] multum nos inuitauit desiderium cordis tui, & pr pterea venimus visitare te. Tunc interrogans dixi, Domi

Rogat de Episcopis & viris, fu erintne in eadem so dalitate?

mea, quid hoc sibi vult, quod in loco martyrij vestri etiam co pora Episcoporum sepulta inueniuntur? & nunquid crede dum est superscriptionibus titulorum, qui in quibusdam lap dibus illic reperiuntur? 3. [3] & quis fuit scriptor eorum? Et dix 4. ad me, ante multa tempora ad hoc ipsum [4] præelegit te Deu vt ea, quæ hactenus de nobis incognita fuerunt, per te facer manifesta. Propterea noli ferre molestè, quod ad hæc ir quirenda quorundam precibus solicitaris. 5. [5] Sit autem ir iunctum tibi, vt omni tempore vitæ tuæ per singulos an nos in vigilia passionis nostræ in pane, & aqua ieiunes: au si hoc implere non potes, vnius Missæ celebratione redi mi te facias, quatenus tibi reuelare dignetur Dominus ea

Imperatur ipsi ieiu nium annuum.

qua

qua de nobis manifestare disposuit, & vt tu nostro consortio, quadoque adiungi merearis. Post hæc cœpit loqui ad me sermones istos in magnâ vultus sui hilaritate dicens.

1. *Venit super me passio quædam cordis.*] Motus reuelationis describitur: præcedebat corporitatio, corporisq; defatigatio ob commotionem humorum, & spirituum, in cerebro maxilè existentium: hac animus ab externorũ sensuum vsu reuocabatur, vt vacaret Deo, & Sanctorum alloquio, qui visione imaginaria præsentes ipsi, videbantur: succedebat quies sopitis à externis sensibus; & lumen in intellectus diffusum à speciebus: ipsaque visio imaginaria.

2. *Multum inuitauit nos desiderium cordis tui, propter quod venimus visitare te.*] Tam promtos ad obsequia nostra sanctos reddit ardens desiderium & solicita eorum inuocatio: nam vt tu-tores, custodes & præsides nostri semper excubat, ad nobis, cum rogantur, opem subsidiarim exhibendam.

3. *Et quis scriptor eorum.*] Veritatem, & scriptorem titulorum indagatura quærit, primò quidem in genere; nam penticulatius postea titulos singulos excutit.

4. *Præelegit te Deus.*] Cognoscit se diuinitus electam, ad titulorum dubia, & quæ obscura videbantur circa historiam Vrsulanam pandenda, sic lib. 2. reuelationum c. 6. ei ab Angelo dicitur. *Hic liber est viarum Dei, quiper te reuelandus est*: animatur etiam ad difficultates omnes sibi vel alijs occurrentes superis proponendas: vnde deinceps liberius opponit varia, diligenter Vrsulanam historiam examinando.

5. *Sit autem iniunctum tibi.*] Ieiunium ita imperatur, vt redimere valeat Missæ sacrificio, quo disponat se ad responsa diuina, more Danielis: vtque virginum sacrarum consortio perfruatur: nam alibi dixi fuisse religiosas virgines, quarum gloria sine martyrio sola aduersarum rerum tolerantia præmium Virginum Vrsulanarum superarit: vnde & quædam ijs pares esse potuerunt.

CAPVT VI.

Reuelatum est ei qualiter eis adiuncti sint Episcopi, & de quodam Pantulo Episcopo Basileensi, & Patre S. Vrsulæ Reginæ.

Quando primum in patriâ nostra congregari incepimus, facta fama nostra latè dispersa est, & multi ad expectandum nos vndique confluxerunt. 1 Contigit autem Deo ordinante: vt tiam quidam Episcoporum Britanniæ nobis adiungerentur, atque in nostrâ societate mare transeuntes vsque Romam nobiscum peruenirent. 2 In quo itinere & B. Pantulus Basileensis Episcopus nobis associatus est, & vsque ad Romam nos deduxit. Factusque est nostræ passionis socius. Huius titulus talis erat. *Sanctus Pantulus Basileensis Episcopus, qui virgines sanctas cum gaudio susceptas Romam perduxit: vnde reuersus Colonium peruenit; ibique cum eis Martyrium suscepit.* Post hæc obiecti dictis eius illud, quod 3 in historiâ ipsarum legitur, videlicet, quod cum esset B. Vrsula, quasi ludens in mari secundum consuetudinẽ suam, cum associatis sibi virginib. ductis plus solito in altũ nauibus, quas ipsæ virgines gubernabãt: 4 repentino vento adspirante, cunctæ naues à finib. illis ablatæ sunt, neq; vltra redierunt illuc. Iuxta hæc etenim verisimile est,

Numerãtur Episcopi comitati Virgines. 1.

2. S. Pantulus Basileensis.

Titulus eius sepulcralis.

3. Obiectio B. Elisabeth.

4.

quod absque virorum comitatu perrexerunt. Ad hæc ita
5. spondit. Pater B. Vrsulæ 5 Rex Britanniæ Scoticæ,6 Mauri
6. nomine, vir fidelis, 7 conscius erat voluntatis filiæ suæ,
7. quid de eâ Deus ordinasset, cognoscebat, quemadmodum
ipsa: atque hoc quibusdam, quos familiares habebat, detex
Acceptoque consilio cautè præordinauit, vt filia sua, qu
8. tenerrimè diligebat, viros, 8 quorum solatio tam ipsa, qu
exercitus eius indigebat, in comitatu suo discedens hab
ret.

1. *Contigit Deo ordinante, vt etiam quidam Episcoporum Britanniæ nobis adiungerentur.*] Nominat eos ita B. Herm. c. 7. SS. Wilhelmus, Columbanus, Ivvanus, Eleutherius, & Lotharius. Erant hi necessarij peregrinantibus, vt administrarent sacramenta, imbuerent in fide catechumenos, adessent consilio, & auxilio: animarent verbo, & exemplo.

2. *In quo itinere & B. Pantulus.*] Huius titulus compendio totam confirmat Vrsulanam historiam. *Primò* profectionem Romanam, *Secundò* locũ Martyrij. *Tertiò* tẽpus: Cõsentit Basileense Breuiarium: *Temporibus Maximi, qui sub A. Incarnationis Domini 237. Romanum regebat Imperium, V. Antistes Pantulus vir magnæ sanctitatis, & deuotionis diuinâ prouidentiâ primus Cathedrali insula Basileensis Ecclesia à Christi fidelibus sublimatur, &c.* Quod si opponas fidem ibidem annunciatam à SS. Euchario, Valerio, Materno, me licet suffragatorem habeas; sed ij in transitu populos exiguâ temporis morâ imbuerant, cum aliorum locorum designati essent Episcopi: Primus autem, qui fixit ibidem Episcopalem thronum, Pantulus nominatur. Si contendas, eum tunc adhuc Rauracensem dictum Episcopum (quod alibi tamen improbaui) dic eum domicilium eiusdem diœcesis mutasse, vt qui olim Tungrensis, modò Leodiensis Episcopus appellatur. V. lib. 1. c. 25.

3. *In historia ipsarum legitur.*] Opponit veterem historiam, non enim temerè quæuis cõscripsit humano ducta spiritu; sed rationem diligenter dictorum exquisiuit, vt verosimiliter hominibus reuelata commemoraret.

4. *Repentino vento adspirante.*] Verba historiæ veteris repetam, vt appareat, hanc ipsam Galfredi æuo, qui tunc viuebat, fuisse peruulgatam. Nam cum c. 9. & 10. narrasset exercitationes puellares, & preces virginum, ne perderent castitatem, subdit cap. 11. *Pius autem Dominus, qui semper est prope omnibus inuocantibus se in veritate, tam pia vota non distulit; Sed ventum de thesauris suis produxit, impulsamque classem sub vnici, noctisq; spatio secundo cursu in portũ, qui Tilbury dicitur, integro tam nauium, quam puellarum numero pertulit.* Hic nulla virorum fit mentio.

5. *Rex Britanniæ Scoticæ.*] Inde deduxi probabile videri ex Hibernia S. Vrsulam f oriundam: cum ea tempestate probatiss rum autorum testimonio, Scotia nulla dic tur alia regio præter Hiberniam: & Hib multis seculis post à deiectâ Albania Scotis men dederint. De quo vide Serarium in S liano & alios. Imo & hoc ipso S. Elisabe tempore, S. Bernardus & alij Scotos app runt Hibernos.

6. *Maurus.*] Vox ea Britannis magn illustrem, vel Epiphanem sonat: quales C lus & Pompeius à rebus gestis magni appel vnde immerito carpitur S. Elisabetha à D Fleien; quasi contradicat historiæ veteri, Parentem Dionethum appellauit: fuerit id men, quod libenter damus, alterum cog men habuit. de hoc vide li. 3. c. 4.

7. *Conscius erat*] Edoctus enim à fuit, primo de assensu matrimonij præstan Postea etiam de classe certa die diuinitus ab pienda: hoc etiam cœlitus ipse didicit.

8. *Quorum solatio tam ipsa, quam exer eius indigebat.*] Solatium hic latè accipitur, consilio, & præsidio: nam viri vel consilio gebant, vel aderant, auxilio manibusque, Nantæ; Spirituali subsidio reges, & Princip qui poterant etiam liberum transitum ca Romana præsidia virginibus obtinere: R mæ etiam, & in Italia autoritate, & maiest te suâ venerationem præstare sodalitati, ne vi laretur: nec tamen hæc temere fecit pare sed omnia maturâ deliberatione contulit cu Episcopis, quos fama Martyrij vel Spir. S. insp ratio acciuerat.

CA

CAPVT VII.

Papa Cyriaco, & S. Vincentio Presbytero Cardinali instructa est, qualiter eis adiuncti sunt, & cum eis martyrium subierunt, & de Papa, qui ei successit.

Excellentium titulorum, qui maximè notabilis erat, hunc abbat modum. 1 *Cyriacus Papa Romanus, qui cum gaudio* De S. Cyriaco, Papa. 1.
suscoit sanctas Virgines, & cum eis 2 *Coloniam reuersus Mar-* 2.
tyrium suscepit. Et alius secus hunc repertus est talis. *Sanctus Vincentius Presbyter Cardinalis*. De quibus cum B. Verenam interrogassem: ait. In tempore, quo ingressæ sumus vrbem Romam: 3 præsidebat Apostolicæ sedi vir Sanctus nomine 3.
Cyriacus: hic ingressus fuerat Romam de finibus nostris, & 4 4. Tempus Pontificatus.
cum esset vir prudens, & nobilis, omnibus acceptus, sublimatus erat in Apostolicam dignitatem, & iam 5 per annum inte- 5.
grum, & vndecim hebdomadas Romanam Ecclesiam rexe- 6.
rat, ratque in numero Romanorum Pontificum decimus no-
nus qui cum nos aduenisse audisset, lætatus est 7 cum omni 7.
Clero suo: & in magnâ honorificentiâ nos suscepit. 8 Habe- 8. Iubetur nocte comitari.
batquippe cognatas quam plurimas inter nos. Nocte vero, 9.
qua proxima erat post aduentum nostrum: 9 reuelatum est ei
a Domino, quod relicta Sede Apostolicâ nobiscum esset pro-
fecturus, simulque martyrij palmam nobiscum accepturus.
Ipse vero erat celans apud se reuelationem hanc: 10 deditque 10. Baptizat Catechumenas.
sacri baptismatis benedictionem multis sodalium nostrarum,
quæ nondum erant renatæ in Christo. Cumque opportunum
tempus accepisset, manifestam fecit voluntatem suam, atque
11 in conspectu totius Ecclesiæ resignauit officium dignitatis 11.
suæ, reclamantibus cunctis, præcipue Cardinalibus, qui 12 ve- 12.
lut deliramentum arbitrabantur, quod quasi post fatuitatem
muliercularum declinaret, nescientes admonitionem diuinã,
quę eum vrgebat. Ipse autem constanter in proposito suo per-
manebat, propter amorem virginitatis nostræ. Nam & ab in-
fantiâ sua ipse immaculatam virginitatem custodierat in se-
ipso. Ab illo ergo tempore omnem gratiam, quã in conspectu

13. Romanæ Eccleſiæ prius habebamus, amiſimus; Et 13 obſc
nobis facti ſunt, qui prius applauſerunt nobis. Ipſe autem
nerandus Pater noſter B. Cyriacus: non prius ab vrbe regi
ſus eſt, 14 donec ipſius conſilio alter ei, nomine Antherus, ſu
ſtitutus eſt.

14. Subſtituit ſibi Antherum.

1. *Cyriacum Papa Romanus.*] Hinc colligas licet Cyriaci Pontificatum, non niti primario reuelatione; ſed ſolido fundamento hiſtorico tituli ſepulcralis, quem reuelatio duplex confirmauit, & explicauit. Hic titulus *Primò* ſtabilit Romanam profectionem. *Secundò* locum Martyrij Coloniam. *Tertiò* chronologiam, nemo enim S. Cyriacum alio tempore ſtatuit, quam quod Anterum anteceſſit: hinc annus 237. huic martyrio tribuitur: & quotquot Cyriacum inter Pontifices numerarunt, eum inter Pontianum & Anterum collocarunt.

2. *Coloniam reuerſus.*] Quomodo Cyriacus cum virginibus reuerſus Coloniam, qui cum ijs è Britannia non adſcenderat Romã? fuerit ſanè Coloniæ, non tamẽ cum Virginibus: ſed quia fama vulgatum erat, eum cum Virginibus remeare in Patriam, reuerſus cum ijs rectè dici potuit: legi tamen in alio M. S. *Veniens Coloniam.*

3. *Præſidebat Apoſtolicæ ſedi vir ſanctus nomine Cyriacus.*] Mitigauimus voces has alibi, cum Vicarij tantum nomine, & officio B. Cyriacum inſigniuimus: cuius conſtituendi neceſſitas An. 237 apertè ex Anaſtaſio, Baronio, & temporis illius res geſtas Eccleſiaſticas ſcribentibus clarè colligitur, qui tunc relegatum faciunt Pontianum.

4. *Cum eſſet vir prudens, & nobilis*] Maiores habuerat Reges, cuius ſoror nupta Regi Pagano.

5. *Per annum integrum & vndecim ſeptimanas Romanam rexerat Eccleſiam.*] Hanc temporis deſignationem in Vicariatu non poſſumus, niſi ex hac reuelatione comprobare, quam plerique poſtea receperunt: & inde collegimus alibi (cum de diuturnitate exilij Pontiani non ſatis conſtet) videri id totidem fuiſſe menſium, & quod ab Octobr. 21 excurrit vſque ad Martyrium Pontiani.

6. *Eratque in numero Romanorum Pontificum decimus nonus.*] Pulchrè id S. Antoninus ita exponit in Chronico §. 7. *Cum anno vno rexiſſet Eccleſiam, & menſibus circiter tribus, nonus decimus poſt Petrum Apoſtolum:* facit enim eum; poſt S. Petrum nonum decimum. Romanorum Pontificum receptus ordo talis eſt. *S. Petrus, S. Linus, S. Clemens, S. Anacletus, S. Euariſtus. Alexander, Sixtus, Teleſphorus, Higinus, Pius, Anicetus, Soter, Eleutherius, Victor, Zephyrinus, Caliſtus, Vrbanus, Pontianus,* ſub quo Vicarium ſtatuimus S. Cyriacum, licet multi eum cum S. Antonino faciant Pontificem ordinarium, *Pontianum* & *Anterum*: vbi obſeruo cum Pontiani Vic fuerint Cyriacus, & ante ipſum, vt multi v mortuus, decimum nonum cum eodem, v principali, locum tenet: quamuis in Gr tum & aliorum ſententia, qui Cletum & cletum eundem faciunt, nihilominus ſi Pontianum ordinarius Pontifex diceretur, huc decimum nonum locum retineret.

7. *Cum omni Clero ſuo, & in magna be ficentia nos ſuſcepit.*] Viuebat enim Alexa Imperator ſtudioſiſſimus Chriſtianorum Mammæa mater Chriſto initiata; pleriqu iam Palatini, & familiares Cæſaris Chri dẽ profitebantur, eorum quatuor millia ſc tur Maximinus peremiſſe: cuius famil Lampridius Gentilis his deſcribit verbis: *xander quidem & ipſe optimus fuit, & optima m conſilijs vſus eſt, attamen amicos ſanctos & vene les habuit, non malitioſos, non callidos, non ad ma conſentientes, non libidinoſos, &c. ſed ſanctos, vene les, continentes, religioſos, amantes Principis ſui, qu hil venderent, nihil mentirentur, nihil fingerent, quam deciperent.* Vnde cum tales ſibi conſ matris Chriſtianæ in familiam adſciuerit, q rum plurimos Euſebius ait fuiſſe Chriſtiar horum certè fauore, & Mammææ matris dulgentia permitti tot Regibus, & Princi bus viris, Romanorum ſocijs, & confœde tis, qui in comitatu erant, facilè potuit: præ tim cum & ipſi valerent gratia apud Alex drum eiuſque familiares: quamuis ſplendor le religionis Catholicæ nimium quantum G tilium animos, & in his Maximum, & Afri num deſignatos Conſules exulcerarit.

8. *Habebat quippe cognatas quam plures ter nos.*] S. Sapientiam ac Luciam, cum 6 fil bus Sibiliæ, vxoris Euſtachij Comitis; de q bus B. Herm. c. 17.

9. *Reuelatum ei à Domino.*] Vide quæ d ad c. 17. l. 1. B. Herm.

10. *Deditque ſacri Baptiſmatis benedictionem multis Sodalibus.*] S. Luciæ, & Anaſtaſiæ, duorum Regum prolibus, & cognatis ſponſi Aethen de quibus B. Herm. c. 16.

11. *In conſpectu totius Eccleſiæ reſignauit officium dignitatis ſuæ.*] V. l. 4. c. 3.

12. *Velut deliramentum arbitrabantur.*] Ver ba illa translata fuerunt in gloſſam Iuris Can nici, in quæ commentatur Geminianus, & al

que

...ndem locum citant Augustinus Tri-...phus, S. Antoninus, Gomes. V. li. 1. c. 41.

13. *Obscuri nobis facti, qui prius applauserant.*] ...ssen, & inuisi nobis.

14. *Donec ipsius consilio alter ei nomine Anthe-...s substitutus est.*] Explicatius id proponit S. An-...nin hoc modo. *Quod nimis ægrè Clerus acce-...t, vt dicta sede Petri post illam pergeret multitudi-...m ...lierum; nescientes consilium Domini: de ...consili...amen, & suasione sua alium elegerunt An-...erum ...uncupatum, de Catalogo Pontificum illum ...n remouentes.* Si opponas Vicarios non solitos fuisse catalogo Pontificum adscribi. ℟. Imo verò id quandoque factum esse in sententia Suaretz, Henriquetz, Azorij, & aliorum, qui volunt S. Linum & Cletum tantum Vicarios, nec vnquam fuisse ordinarios Pontifices. Idem de Felice & alijs dici potest. Adde quod Glossa Iuris vetustior & Canonum interpretes primarij cum multis Chronologis & Historicis eum ordinarium censuerint: quæ si aliquando restitueretur, liceret audacter eius ordinarium Pontificatum defendere.

CAPVT VIII.

...nstructa est item à S. Verena, cur non prædicti Papæ cum ceteris Pontificibus nomen inueniatur.

Posthæc cum perspexissem Catalogum Pontificum Ro-...na...orum, neque vsquam nomen S. Cyriaci illic reperissem, ...rum interrogaui B. Verenam, cum se mihi die quadam pręsen...asset, [1] quare inter ceteros Romanos Præsules adscriptus no...n fuisset: & dixit, hoc ex indignatione Cleri accidisse pro eo, qu...d in ordine dignitatis suæ vsque ad finem permanere no-...luisset. Obiectio ex Catalogo Pontificum. 1.

1. *Quare inter ceteros Romanos Præsules ad-...scriptus non fuisset.*] Obserua prudentiam, & cir-...cum...pectionem, non enim tantum laborat, vt quæ...erta sciebat esse, nec nisi diuinitus dicta-...ri, ...raret alijs: sed idem etiam voluit verosi-...mili...r alijs persuadere, refutatis rationibus, quæ...isioni viderentur aduersari, hinc diligen-...ter ...quirit de dubijs. Est hoc argumentum vera...euelationis, vt rectè apud Surium aduer-...tit S. Antonius Anachoreta, quo secernitur ab illu...one dœmonis, in Angelum lucis se trans-...forma...ntis. Horret dœmon, examinari, nec tu-...mo...eius sustinet sua censeri dicta: tunc enim ac...um solet euanescere. Proprium hoc Chri-...ti, ...ngelorum, Sanctorumque dum apparent ei...nant rogari: & exquiri, num verum sit De...locentis oraculum: an impostura dœmo-...nis ...entisque ludificatio: egregium huius rei do...mentum præbet P. Ribera in vita S. The-...resæ lib. 1. cap. 11.

...um autem, ait, frequentiores iam illi visiones ac-...cidi...rent, alius ex eodem Collegio Pater, qui eam an-...tea ...ircxerat, palam dicere non est veritus, aliquam Dœmonis fraudem his subesse, cui cum iam ipsa resi-...ste...non posset, se salutifero saltem crucis, suadebat, vt ...mmuniret signo, si quid adhuc cerneret, & san-...nis ...asoque suspenso apparentem exciperet, quod dœ-...mo...is essent ludibria, & hoc pacto fore, vt non amplius reuerteretur. Graue & abominabile hoc illi videbatur, vt quia plane sibi iam, & indubitanter persuaserat sibi Deum, non alium apparere: verum ea ancillæ Dei fuit obedientia; vt quidquid præciperet director animæ, id quam promtissimè exsequeretur. Interim multis ipsa cum lacrymis Dominum obsecrare, ne se vllo pacto decipi sineret, seque ex animo gloriosis Apostolorum Principibus Petro, & Paulo commendare, quos erga peculiari affectu, & studio rapiebatur: quod cum primo se illi visibilem redemtor dedit, id eorum in ferijs natalitijs contigisset: quin etiam ipse Dominus fidem illi dedit, sedulo hos ipsos inuigilaturos, ne qua illi vnquam fraus deceptionis obrepat. Non raro quoque ipsos clarissimè ad latus suum adstantes vidit, idque modo quodam visionis sublimiori, quam ordinario. Si quando etiam hæ illi occurrebant visiones, dubitare non poterat, quin reuera se Deus illi spectandum daret: vt tamen Confessarij consilijs acquiesceret, apparentem subsannabat ludificans; non tamen semper: erat id namque ei acerbissimum: signo se tamen crucis signabat: & si quando signando se manus defatigaretur, crucem in manus accipiebat, vt hoc pacto iussa Confessarij compleret. Sed non poterat non rogare facti veniam ab eo ipso, cui hanc iniuriam irrogabat, non aliter id à se fieri asserens, quam vt morem seruis eius, qui ipsius supplebant vicem gereret: cui deinde apparens Dominus optimè illam facere affirmauit, quod illis obtemperaret. Mira S. Theresæ obediētia.

Vt verò

Vt verò contraria iuxta se posita magis elucescant, & Dæmonis indoles Angelum lucis mentientis perspicuè cognoscatur, eam ex S. Antonij Paræneſi ad Fratres deſcribemus, quâ fusè recitat S. Athanatius, & ex eo Surius. Cuius talis est epilogus. *Sed vt mea iam claudatur oratio, illud in fine commemoro, cum aliqua se vobis obtulerit visio, audacter inquirite, quis sit ille, & vnde venerit, ac sine mora, si Sanctorum fuerit reuelatio, Angelica consolatione timor vertetur in gaudium. Si verò diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis animæ per contationibus euanescet; quia maximum est securitatis indicium, interrogare, quisnam sit, & vnde. Sic & Iesus Nauæ filius auxiliatorem suum interrogando cognouit, nec Danielem per contantem latere potuit inimicus.* Iam verò si negligi se putet, crucis efformato signaculo mox euanescere, ita vir sanctus ibidem docet. *Solent nocte venientes Angelos Dei se fingere, laudare studium, mirari perseuerantiam, futura præmia polliceri, quos cum videritis, tam vos, quam domus vestras crucis armate signaculo, & confestim soluentur in nihilum, quia metuunt illud tropæum, in quo Saluator aerias exspolians potestates, eas fecit ostentui. Quoties me nimijs laudibus efferre conati sunt, cum à me in nomine Domini maledicta reciperent? Quoties à me augmenta Nili fluminis futura dixerunt: cum à me audirent & hoc, quod pertinet ad vestram curam? Quoties minantes, milites armati scorpionibus, equis, belluis, & variis pentibus circumdederunt me, & domum, in ram, repleuerunt, cum ego è contra psallerem curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur, & statim miser Domini fugabantur. Quodam autem tempore ingenti luce venientes dixerunt. Venimus Anto strum tibi præbere fulgorem, & ego clausis oculis lucem diaboli dedignabar adspicere, orabam, & citius impiorum lumen extinguebatur. Vidi ad do diabolum excelso corpore, qui se Dei virtute prouidentiam ausus est dicere, & ait ad me, q vt à me tibi donetur Antoni? at ego sputo vi in eum ingeminans, totum me in eum Christi armatum ingessi, & statim ille proceris inter manus exsiluit.* huc vsque S. Antonius. In uelatio tam B. Hermanni, quam S. Eliza confirmantur: quia in vtrisque sæpe roga cti dubia circa visa, & eorum, qui se spe dos offerebant, verba, tunc orta libente soluerunt: imo gaudere visa est S. Verena, de certis quæstionibus consaleretur, vt ia cetur.

Dæmones nolunt & horrent examen.

CAPVT IX.

Refert etiam de quodam Iacobo, cuius nomen absque omni adiectione scriptum inuentum est, quis, aut vnde fuerit, & qua die passus sit.

Rursus die alia cum eam interrogassem de quodam Iacobo, cuius nomen in sepultura eius absque omni adiunctione
1. scriptum inuentum est: 1 visa mihi est quodammodo gratulari super interrogatione mea, respondítque mihi hilariter dicens. Fuit in tempore illo quidam 2 nobilis Pater venerabilis vitæ Iacobus Archiepiscopus, qui de patria nostra in Antiochiam profectus fuerat, ibidem ad honorem præsulat adscenderat, & 3 septem annis rexerat Ecclesiam illam. H cum audisset B. Cyriacum suæ gentis virum Romæ in Apostolicam dignitatem sublimatum, venerat visitare eum: ian que nobis aduenientib. nuper de vrbe fuerat egressus: quod nobis indicatum fuisset, missus est velociter nuncius ad reu candum eum, & inuentus est in Castello quodam, quod er remotum à Roma duabus diætis. Cumque audisset de ac uentu nostro, continuo reuersus est ad nos, & factus est socius itiner

2. S. Iacobus Archiepiscop. fuit Antiochenus.

3. 7. Annis. Visitat Romæ S. Cyriacum.

Adiungit se Sodalitati.

...is nostri & particeps Passionis nostræ in Colonia. Habe-
...autem & ipse neptes aliquot in nostra Societate. [4] Hic ex- 4.
...nte B. Cyriaco Papa, cùm esset vir prudens, magnam di-
...iam adhibuerat, vt sciret nomina sororum nostrarum,
...ea ex magna parte cum interemtæ fuissent, lapidibus Iubetur nomina scribere.
...pta corporibus nostris adhibuit. Sed antequam hoc per-
...potuisset, deprehensus est ab impijs in hoc opere, & tru-
...us est in medio nostri. Hinc est quod quædam ex nostris
...tæ inueniuntur, quædam autem non. In ipsa autem hora
...onis suæ, [5] cùm iam feriendus esset, hoc solum à percusso- 5.
...postulauit, vt tantum differretur passio eius, quousque
...sius nomen posset lapidi inscribere, & cõcessum est ei. In-
...gaui etiam de die Passionis eius, quia non erat credibile
...ndùm narrationem hanc, quod eodem die, quo Virgines
...sunt, ipse quoque fuisset interemtus. Ad hoc quoque ita Occisus tertia die post alios.
...ondit. Post diem Passionis nostræ [6] tertia die passus est ab 6
...m Tyranno, qui [7] B. Cordulam interemit. 7

1. *Visa mihi est quodammodo gratulari.*] Adeò ...Sancti dum se spectandos dant, non detre-
...xamẽ vt id expetant, & nos instruere ge-
...Enimuerò cum Gerlacus Abbas, alijque
...imi viri multa contra titulos istos oppo-
...eosque quidam in suspectis & supposi-
...umerarent, Deo ita disponente, vt ijdem
...s declararentur, ideò ad S. Elisabetham
...onstabat crebras à Deo prænotiones ac-
...ciper, & rerum occultarum certas & explora-
...tas cognitiones) rationes contrarias refere-
...vt opportuno tempore singula diuerso-
...ubia Sanctis discutienda proponeren-
...audebat S. Verena vrgeri se tot quæstio-
...nibus, oblatam arripuit occasionem, vt mira-
...tirulorum sepulcralium incisionem va-
...ustratam prodigijs indicaret.

2. *Nobilis Pater.*] Imò Patriarcha: tunc enim
...Patriarchas saltem Antiochenos docui,
...c. 43.

3. *Septem annis rexerat Ecclesiam.*] Hinc col-
...idem esse, qui ab Eusebio Zebennus i-
...Ecclesiæ Patriarcha nominatur: à non-
...s etiam fuisse Martyr scribitur.

4. *Hic exhortante B. Cyriaco.*] Ergo Cyriacus didicit spiritu Prophetico, S. Iacobum post reliquos fore superstitem: vnde alibi collegi titulorum sepulcralium veritatem, quia à Deo & Pontifice ad id officium delectus est, vti erat ob prudentiam, & naturalem solertiam aptissimus: adiuuit eum S. Orthmaria, in cuius titulo hæc leguntur. *Quæ fecit titulari omnes excellentissimas Virgines.*

5. *Cum iam feriendus esset.*] Caput ei videtur amputatum esse: nam adhuc ima pars à ceruice resecta purpurata, quasi recentissimo sanguine rubricat, & adseruatur in aureo D. Vrsulæ sacrario.

6. *Tertia die*] Huius totius historiæ hæc tantum reuelatio autor est.

7. *Qui Cordulam interemit.*] Confirmat S. Cordulæ postridie factam cædem, vt eius narratio, quæ veteri subnectitur historiæ, iam tum vulgata fuisse videatur. imò & Anno 1135. iam S. Cordulæ festum postridie S. Vrsulæ Coloniæ solenniter agebatur, aris ei consecratis.

(?)

CA-

CAPVT X.

Refert de Mauriſo Epiſcopo, & Claudio Diacono, & Foca adoleſcente: ſed & de Epiſcopis Foilano Lucenſi, & Simplicio Rauennenſi, qui, aut quæ cum ijs Martyrum ſubierint.

1. Mauriſus Lauicanus Epiſcopus.

Addidit etiam de quodam Martyre, cuius titulus era *Mauriſus Epiſcopus*, & ait. Adiunctus eſt etiam nobis B.M riſus Epiſcopus, cùm adhuc Romæ eſſemus: Hic fuerat ſcopus in Lauicana annis duobus, habens & ipſe origine

Britannus origine.

patria noſtra, filius cuiuſdam Comitis de genere magno Principum, eratque Auunculus duarum Virginum Babil. & Iulianæ, cum quibus ſepultus inuentus eſt: Fuit auten ſanctiſſimæ vitæ, & virtutem magnam habebat prædic illius, eratque maximum ei ſtudium, vt [2] quicunque infid

2. Mirus in conuerſione Iudæorum.

ſiue Iudæus, ſiue Gentilis ad eum veniſſet, non diſcedere eo, quouſque Sacri baptiſmatis aqua eum lauiſſet: & ita e ctè officio eius nomen Lauicanæ congruebat. Hinc ſecum duxit ad nos B. Claudium Spoletanum, quem ipſe in Dia num ordinauerat, & Focatum adoleſcentem laicum, frati eius, qui nondum ad militiam fuerat promotus. Hi duo adh ſerunt Epiſcopis noſtris, & diligenter eis miniſtrauerunt & Martyriũ cum eis ſubierũt. Hæc dicebat, quia & de his fuer

3. [3] ſciſcitata, propter titulos eorum, quos videram. Adiecit e vltro dicens: Cuncti Epiſcopi, qui in itinere nobiſcum fi-

4. runt, ſegregatas à nobis manſiones habebant, [4] ſed in dieb Dominicis in medium noſtri venire ſolebant, confortan nos diuino ſermone, & Dominici Sacramenti communio Habebam quodam tempore interrogandi deſiderium de du bus Epiſcopis, quorum titulos acceperam, talem haben

5. formam. [5] *S. Foilanus Lucenſis Epiſcopus ab Apoſtolica Sede m*

S. Foilani titulus.

ſus, hoc in loco fuit occiſus, & ferro peremtus, & cum iſtis Virgi

6. *nibus eſt ſepultus.* Item [6] *S. Simplicius Rauennenſis Epiſcopus.* factum eſt, vt quadam die ageremus memoriam B. Virgi Dominæ noſtræ S. Mariæ, & oſtendit mihi faciem ſuam cundum ſolitam benignitatem, cumque mecum plurima ve ba contuliſſet, interrogaui eam de eiſdem Epiſcopis, & ait. H

duo

tempore illo[7] profecti fuerant Coloniam, & inde reuer- 7.
obuium habuerunt sacrum exercitum, sicque associati
apæ, & Clero, qui illic erat, & cum eis iterum redeuntes
m Martyrij cum eis adepti sunt.

S. Murisus.] De hoc multa habes lib. 5. c. 5.

Quung; infidelis siue Iudæus, siue Gentilis veta i.] Rarum hoc Dei donum paucis collatum. De S. Basilio similia legimus: illud iucundum, quo moriens Iudæum crebro inuisentem iuuauit. Pollebat is incredibili medendi peritia, cum explorato arteriæ pulsu quinque etiam ante certum è vita discessum prædiceret. Cum tentasset S. Basilij arterias, & cum eum occubiturum affirmatè diceret, adiecit dimidiatæ horæ spatium superesse, *Tu ne ergo superstes es*, excepit S. Basilius, *si in crastinum vsq; viuus permansero?* Cui ille Baptismi iuramento se adstringit, si vita tunc comes fuerit: interim deserit moribundum: Basilius circa sextam diei insequentis accersitum imperat, attonitū de vita, quā vbi oculis, statim eiurata Iudaica perfidia Christum expetijt. Cui S. Basilius, *ego meis manibus & familiā tuam genitalib. aquis abluā.* Iuxta exploratis arterijs *delassatæ*, ait, *vires sunt, & non succumbit:* cui Basilius, *habemus autorē vitæ nostris suppeditantem:* surgensq; venit in sanctam Ecclesiam, & coram vniuerso populo Iudæum cum omni familia baptizauit, & Ioannis nomen insigniuit: tum sacra synaxi refecit: mox lectum reuersus, gratijs Deo ritè persolutis, expirauit: similia in eius vita legere licet de Eubuli, Liberij, & aliorum conuersione apud Surium.

3. *Propter quos titulos eorū viderā.*] Hi tituli reperti exstant apud Gerlacū. *S. Claudius Martyr Spoletanus. S. Mauriſus Episc. cum Babyla, & Iuliana est sepultus.* Is quieſcit cum ijsdem virginib. Coloniæ apud SS. Machabæos: pars eiusdem in Monte Veteri.

4. *Sed diebus dominicis in medium nostri venire solebant.*] Vides antiquam primis Ecclesiæ temporibus etiam in peregrinatione receptam consuetudinem, octauæ cuiusque diei communionis, & concionis: & erant tot Episcopi, sacerdotesq; per chiliades diuisi, qui facilè cunctis satisfacerēt, Britanni cum essent.

5. *S. Foilan.*] Huius titulus primò Martyrij locū indicat his verbis: *hoc in loco fuit occisus*, deinde cōfirmat Chronologiā, cū Lucēsia vetustissima monimenta faciant eum quartum Episcopū, & Martyrem cum Sodalitate Vrsulana, quorū primus fuit S. Apollinaris D. Petri Discipul. quod fieri sine magna interruptione non potuisset: nisi circa An. Dom. 237 occubuisset.

6. *Simplicius Rauennenſis.*] De hoc V. prolixam disputationem lib. 1. c. 44.

7. *Profecti Coloniam.*] Hoc ipsum confirmat Ferrarius è Lucensium tabulis.

CAPVT XI.

Refertur ei de Rege Aetherio, & quadam Regina Demetria, & Florentina puella.

Rogata eram vt inuestigarē de titulo cuiusdam venerabilis monimenti, quod intitulatum erat hoc modo: *Hic iacet in terra Aetherius, qui vixit annos viginti quinq; fideles, in pace recessit.* Et subscriptum erat capitalibus literis REX & erat figura R ita dis atque ita disposita, vt in ea notari possent duæ literæ, videlicet P & R: erantq; duæ literæ E & X in sinistro latere figuræ cusdē; in dextero autē latere capitale A scriptū erat. Itemq; in lapide quodam iuxta inuento scriptum legebatur *Demetria Regina.* Interrogaui igitur B. Verenā de his, simulq; de infantula quadā, quę iuxta inuenta est, habens titulū *Florentina Puella.* & respondit mihi ad omnia dicēs, Aetherius Rex sponsus fuit S. Vrsulæ Reginæ, Demetria verò fuit mater Aetherij, Florentina autē soror eiusdē: & addidit vltro dicēs: narrabo etiā tibi,

1. Titulus sponsi Aetherij. Figura subiecta.

quid significat A litera, quæ titulo Regis adscripta est. Sum tribus vicibus eandem literam A, & adiunge ei tres literas P.R.& habebis AXPARA. quod est nomen cuiusdam Ducissæ, quæ in vicino reperta est: [2] fuit autẽ filia Materteræ Aetherij, magnoque dilectionis vinculo ei adstricta: quod significare voluit tituli scriptor, cùm ita admiscuit nomen eius nomini regio: Hoc manifestius exprimi non oportebat, quia futurum erat, vt per te hæc omnia manifestarentur.

2.

1. *Rogata eram.*] Hoc caput Christophorum Browerum virum æui nostri doctissimum, & S. Elisabethæ præconem, nonnihil ab eius reuelationibus alienauit, vt crediderit ex huius figuræ in sepulcro inuentæ explicatione Virginẽ diuinitus sæpius inspiratam, nonnihil hoc in loco de suo, ductam humano spiritu protulisse. Sic autem ait: *De cuius oraculi fide, & reliquo in opertis historiæ reuelandis afflatu, aliorum malim sequi, quam meam interponere iudicium: etsi Virginis mentem ita motam sentiam, vt alicubi suopte impulsu, alibi superiori quodam ferri videatur.* Probat id deinde hac Aetheriani tituli, & appositę figuræ interpretatione: Figurã non aliã existimat fuisse, quam Christi nominis symbolum, tali modo expressum. Pergit, *Subscriptum Rex ad latus sinistrum literæ E & X, ad dexterum A capitale. Mox in viso cognoscit hunc Aetherium B. Vrsulæ fuisse sponsũ, aliaq; nõ idonea, vt hic repetãtur. Ex quo certè intelligitur, imaginem tituli apud veteres Christianos peruulgati, ritum in pace quiescendi, vel recedendi, Symbolum nominis Christi, rem adeo claram & certam, à Virginis notitia refugisse, & quandam obscuritatis latebram habuisse.*

Brovverus l. 5. Annal. Ireuir. fol. 339.



Hactenus Brovverus. Sed quisquis ipsam figuram lapidi incisam, paulo post exprimendam, inspexerit, & diligenter expenderit, quam aptè congruat Elisabethæ verbis, & Gerlaci descriptioni, facilè diluet obiecta. Ego netemerè tanti viri sententiæ repugnarem, autographa censui mihi esse consulenda, tam librum Tuitiensem Gerlaci, tempore inuentionis conscriptum, quam Schonaugiensem ab Egberto dictante sorore concinnatum: In Tuitiensi figuram expressam non inueni, formam tamen eius post S. Aetherij titulum his describit verbis: *In titulo S. Aetherij Regis Corona, crux, & alia quædam regalia signa, descripta videntur, quæ nos prætereuntes scripturam solam digessimus.* Itaq; Schonaugiensem Abbatem D. Caesarum Schvvan consului, profectus ad ipsum Wesaliam: is Authographum Egberti manu scriptum ostendit humanissimè, nec in eo figuram reperi. Reperi postea in membraneo codice vetusto Herbipolensi trecentorum ferè annorum, quem mihi exhibuit Cl. D. Hermannus Mylius. Reuelationis verba repeto, vt insertæ figuræ congruenter explicem. *Et subscriptum erat capitalibus literis REX* (vt videas à litera R sinistram versus progrediendo: nam antiqui E literam hac figura ⋹ exprimebãt) *Et erat figura R grãdis, atque ita dispositæ, vt in ea notari possent duæ literæ, scilicet P & R: erantq; duæ literæ E & X in sinistro latere figuræ eiusdem, in dextero autẽ latere talis A scriptum.*



Nihil figura triũ istarũ literarũ, vel dispositionis similitudinis habet cũ Symbolo nominis Christi, vel literis α & ω: nec hisce, quomodocunque torseris, possũt Elisabethę verba accommodari, neque verba Gerlaci cõgruunt ijsdẽ quæ notæ figuræ facilius accommodãtur: Nam percontanti intelligere videtur E prisco more scriptum, quod aliqua ratione coronã imperatoriã imitatur: præsertim si ornatius efformetur. Crux etiã satis expressa cernitur. Præterea figura tota regale nomen & insigne præfert, quale signum tunc temporis Fridericus Imperator ex nomine suo ductum, solebat vsurpare in literis obsignandis, & ante eum Reges alij Dagobertus, Pipinus, Carolus, quæ diplomatis eorum subscriptiuntur. Hæc sanè non quadrant in Symbolum nominis Christi. Quare licet daremus B. Elisabetham ignaram fuisse moris Christiani, quo mortuorum sepulcris Christi nominis symbolum indebatur. At quomodo Gerlacus Abbas id ignorasset, & descripsisset nomina coronæ, crucis, & signorum Regalium? quomodo Egbertus Abbatum æui sui doctissimus sororem Elisabetham erroris non admonuisse, si symbolum nominis Christi notatum in figura deprehendisset? Vnde S. Verena conformitate repertis titulis Aetherij & Axparæ, & ijs, quæ postea de Axpara B. Hermannus memorat, explicat ænigma S. Iacobi tituli insertum, denomine Regis & Axparæ sibi inuicem in eadem figura colligatis, ob amorem tenerum, quo se viuis ob sanguinis, fidei, & Martyrij coniunctionem complectebantur.



Aliam figuram inuenit in Leodiensi Codice P. Roberti, quam adiunxi, is ea visa, statim reiecta Brovveri opinatione, constanter adhæsit reuelationi:

neutra

neutr opinationi P. Brovveri suffragatur. V. [illegible] nostram sententiam explicat: nisi quod hæc d[illegible]iet à verbis reuelationis nonnihil, dum [illegible]am latus commutat, transferendo ad dexte[illegible]m literas, quæ læuum debebant locum obtinere, & contra.

2. *Fuit autem filia materteræ Aetherij.*] Idem B. Herm. l. 1. c. 8. scribit: *Axpara consobrina Regis Holofernis, filia materteræ eius.* Confirmatque eiusdem dicta.

CAPVT XII.

Instructa est de sponso S. Vrsulæ Reginæ, & de matre eiusdem sponsi sui, qualiter cum ea Martyrium subierint.

Cum ergo essem mecũ admirans super his, & cogitãs omnino incredibile esse, secundũ [1] tenorẽ historię, quod & sponsus S. Vrsulæ huic martyrio interfuisset: obtulit mihi quadã die speciem Angelus Domini, qui me visitare cõsueuit, & interrogaui eum dicens: Domine, quomodo factum est, vt etiam adolescens ille, qui B. Vrsulã desponsasse ligitur, ei in passione iungeretur, cum scriptum sit ipsam à connubio eius per fugam se abstraxisse? & ait: cum reuerteretur à Roma exercitus BB. Virginum, in [2] ipsa nocte, qua sextæ diei iter consummatum erat; Aetherius Rex, qui erat manẽs in Britannia Anglica, per visionẽ à Domino admonitus est, vt matrem suam [3] Demetriam hortaretur fieri Christianam: nam Pater eius Agrippinus in primo anno, quo ipse Baptismatis susceperat gratiã, è vita decesserat. Simulq; annunciatum est ei, quod egressurus esset de terra sua, & venturus in occursum sponsæ suæ, quæ iam erat à Roma regrediens, quodq; in Vrbe Colonia cum ea passurus esset, & immarcessibilem coronã à Deo accepturus. Qui cõfestim diuinæ admonitioni acquiescẽs, matrem suam exhortationi eius cõsentientẽ regenerari fecit in Christo. Assumtaq́; ea, & [4] paruula sobre Florẽtina etiã Christiana, properauit in occursum beatissimæ sponsę suæ, & factus est ei socius in passione, & in gloria cœlesti. Adhuc autẽ interrogaui dicẽs. Quid est Domine, quod dicit titulus eius, vixisse eum viginti quinq; annos fideles, cum ex historia habeamus, eum nondum suscepisse fidem Christianam, cum inciperet tractari de nuptijs eius, & B. Vrsulæ, & quod tribus annis ante nuptias debuisset imbui fide Catholica? & respondit. Quanquam hoc ita fuerit, tamẽ antequam fidem Christianam suscepisset, tam modestè, tamq́ue [5] innocenter vixerat secundum statum vitæ illius, quam tunc gerebat, vt videretur scriptori tituli eius rectè omnes annos illius fideles posse appellari.

2.

Spõsus diuinit⁹ monetur iter arripere.

2.

3.

Agrippinus parẽs eius baptizat⁹ decesserat.

4.

Rara gentilis regis vitæ innocentia.

5.

1. *Secundum tenorem historiæ.*] Ex historia veteri, quæ nullam facit in Martyrio sponsi mẽtionem, quærit, quomodo Coloniam venerit: vnde satis liquet, eam, quæ modo exstat, historiã Vrsulanam tunc maximè viguisse.

2. *In ipsa nocte, qua sexti diei iter consummatũ erat.*] Narrat eandem rem B. Herm. per anticipationem c. 10. & c. 18. Supplet hic prætermissa de Baptismo Moguntiæ celebrato.

3. *Demetriam hortaretur.*] Titulus S. Dem talis est, *Demetria Regina.*

4. *Et paruula sorore sua Florẽtina.*] Eius br argento inclusum in S. Cordulæ templo niæ adseruatur.

5. *Tam innocenter vixerat.*] Rarum in Aet gentili exemplum innocentiæ beneficio educationis: de quo alibi fusè egi.

CAPVT XIII.

De quodam Clemente Episcopo & Martyre.

Post hæc de quodam S. Viro cuius titulus erat *S. Clemens*
1. *piscopus, & Martyr* per B. Dominam nostram quadã die, c
mihi loqueretur, instructa sum: quod præfatus Rex de pa
sua egrediens, secum illum adduxerit.

1. *Per Dominã nostrã.*] Licet pleraq; à S. Verena didicerit S. Elisabetha: hoctamẽ ei Deip. Virgo significauit. Corpus huius Episcopi & Martyris Coloniæ apud SS. Machabæos quiescit. Pars capitis verò apud PP. Crucigeros Coloniæ religiosè adseruatur: nonnullæ eiusdem rel sunt delatæ Olyssiponem.

CAPVT XIV.

De S. Marculo Episcopo in Græcia, & de Virgine Constantia

Cum requisiuissem de quodã, cuius titulus erat *S. Marculus*
1. *piscop. in Græcia*, responsum tale ab Angelo accepi. fuit in Vr
quę Cõstantinopolis dicitur, Rex quidã Dorotheus nomine
Sicilia oriundus, & nomẽ vxoris eius Firmindina, eratq; illis
lia vnica dicta Cõstantia: & factum est, vt morerentur paren
ambo, dũ adhuc filia esset absq; solatio mariti, & incognita
ro. Desponsauerunt igitur eã proximi eius cuidã adolescẽti,
terius Regis filio in cõiugẽ; sed & ille ante nuptiarum tẽp. mo
te præuentus est, & lætata est illa de absolutione sua, & vot
2. Amor virginitatis. Deo integritatẽ virginitatis suæ, orans, & petens, vt nunq̃ ea
3. alligari permitteret alteri viro. Et accedẽs ad virũ Dei Episcpũ præfatę vrbis, ipsum de quo interrogasti, qui secundũ car erat auunculus eius, petijt ab eo consilium de custodia virgitatis suę, & vt in hoc esset adiutor eius instantissimè postulau qui dum circa hæc solicitus esset apud se, reuelatũ est ei noc quadã per visionẽ à Dño, de S. Vrsula, & exercitu Virginũ eit quod in proximo Romã essent venturæ: dictumq; est ei, quc assumta nepte sua Cõstantia Regina festinus pergeret illuc, e rũq; societati pariter cũ ea adiungeretur. Et credidit reuelatiõni Dñi, assumensq; illã spernentẽ regnũ, & omnia, quæ sũt hu mundi propter Dominũ, venit Romã, cũ nondũ illuc venisse illæ, de quib. reuelationẽ acceperat. Cũq; non post longũ tẽp

huiusſent, adiũxerunt ſe earũ conſortio, & cum eis Coloniã
ingressi, martyriũ pro Chriſto ſuſceperunt. Ipſa autem Cõ-
stantia hæc eſt, quam in proximo Frater tuus in hunc locum
introduxit. Ad quod ita reſpondi. Domine hæc, quę ab eo huc ad-
ducta eſt, vt dicunt, hoc nomen [4] Firmindina in titulo ſuo ha-
ebat: & quomodo tu dicis eam Conſtantiam fuiſſe appellatã? 4.
Frater. Multi in temporib. antiquis cognominari ſolebant no-
minibus parentum ſuorũ: ita vt vel binis, vel ternis nominibus
vnusquisque parentum vocaretur. Vnde & hæc nomine matris ſuæ Firmindinæ
cognominata fuerat: & ex hoc fortè accidit, vt quando ſcri-
beretur titulus eius, hoc nomine ſcriberetur, & proprium
nomen eius, quod erat Conſtantia, negligeretur, quia [5] res cum 5.
feſtinatione geſta eſt. Idipſum & alijs multis accidit, vt eadem
occaſione negligerentur nomina earum, & adſcriberentur eis
alia, quæ propria non erant.

1. *Vrbe quæ Conſtantinopolis dicitur.*] Atqui tunc nondum Conſtantinus à quo ſic dicta eſt, natus erat. Ideo prudenter S. Eliſabethæ dixit. *Erat in vrbe* (ſcilicet Byzantina) *quæ* (hodie) *Conſtantinopolis appellatur.* Confirmat hoc capite dicta B. Herm. c. 8.

2. *Vouit virginitatem.* Mortuo ſponſo: & ſolicita de medijs conſeruandæ laureæ illius, alteram eam Martyrij diuinitus oblatam libens accepit.

3. *Epiſcopum.*] Marculus dicebatur: Eſt hic apud Nicephorum 17 Epiſcoporum Byzantiorum, quem vitato diminutiuo Marcum honoris causa vocat. V. li. 1. ca. 47.

4. *Firmindina in titulo ſuo habebat.*] Iterum vides cuncta ſolicitè à S. Eliſabetha examinari: vnde quidam frustra ſuſpicantur eam Conſtantiam apud Ioannitas Coloniæ adſeruari: cum id expreſsè neget hæc reuelatio, eaque ante S. Cõſtantiam Reginam, quæ Coloniæ eſt, 150 annis poſt reperta, iam Schõnaugiam translata fuerit, vbi hodieque adſeruari ſcripſit ad me A. 1637. cœnobij præfectus.

5. *Quia res cum feſtinatione geſta eſt.*] Ita excuſari poſſunt, ſi qui tituli principalium vndecim Chiliarcharum alio nomine à B. Hermanno appellentur, quam inſcriptiones ſepulcrales monſtrent.

CAPVT XV.

Reuelationem accepit de nominibus trium corporum, quorum nomina erant ignota: ſed & de Geraſina, & de Rege Dorotheo.

Miſſus eſt, & huiuſmodi titulus ad me: *S. Geraſina, quæ duxit ſacras Virgines*, de qua, vt interrogarem, ſæpè & multum rogata ſum pro eo, quod magna, & notabilis fuiſſe videretur, quæ tanti exercitus ductrix eſſe debuiſſet: Sed cum ſæpè opportunitatem, & voluntatem interrogandi haberem, non eſt concurſum mihi, quod labebatur à memoria mea interrogatio: ita vt mecum ipſa mirarer, cur ita eueniret. Tandem autem contigit, vt ipſe, qui de ea me interrogare rogauerat, mitteret ad nos tria corpuſcula ſancta, quæ fuerant ex ſocietate prædictarum virginũ; & erat poſt triduum feſtiuitas B. Andreæ Apoſtoli, & apparuit mihi ipſe inter ſilentia Miſſæ, & cum eo

Martyr vnus valde glorioſus,& Virgines duæ: & intellexi eſſe,quorum corpora venerant ad nos. Interrogaui ergò B. A dream de nominibus eorum,quia omnino neſciebantur: dixit mihi, ab ipſis inquire,& dicent tibi: Quod cum feciſſ reſpondit vna Virgo,& dixit. 1 Ego Albina vocata ſum,& mecum eſt Emerentiana: ſorores ſecundum carnem fuerat

1. Virgines nomina ſua indicant.

filiæ cuiuſdam Comitis, cuius nomen Aurelianus, hic au Martyr,qui nobiſcum venit, Adrianus vocatus eſt,& erat f regis;& cum eſſet decem annorum,paſſus eſt pro Chriſto M tyrium. Et dixi: Domina, quomodo diſcernemus corpora ſtra,quod cuius nominis ſit:& ait, maximum meum eſt, m mum ſororis meæ; medium autem S. Adriani: & non ad eam amplius interrogare. Poſuit autem Deus in ore duor teſtium hoc verbum,de nomine præfati Martyris, quomo & quod hoc eſſet nomen eius,& quod filius regis fuiſſet eid Fratri, per quem allata fuerant corpora in præcedenti n per viſionem fuerat reuelatum. Poſt hæc cum eſſem cogit de eodem Martyre,& cupiens certius aliquid de eo cogno re,nocte quadam viſum eſt mihi 2 in viſione ſomnij, quaſi a retur mihi 3 liber aureis literis ſcriptus, & 4 legi in eo ſern nem magnum de ipſo,& de parentela eius, & qualiter cun ſororibus ſuis fuiſſet egreſſus de terra ſua,& quomodo cum martyrium ſuſceperit. Nomina autem earundē ſororum,q ibi legebam hæc erant: Babila, Iuliana, Aurea,& Victoria: quamuis omnia ſæpè,& diligenter in eadem viſione legiſſe hi viderer,tamen ordinem rei,ſicut erat, retinere in memo non potui. Poſt paucos autem dies aderat feſtiuitas B. Nico & cum de eo Miſſæ officium celebraretur, apparuit mihi cundum ſolitam benignitatem,& rurſum cum eo tres Mar res prædicti. Rogaui igitur eum, vt de S. Adriano aliquid c tius mihi indicaretur: pariterque tunc menti meę incidit,vt S. Geraſina,de qua prædictum eſt,ſciſcitarer: & reſpondit m cum magna beneuolentia,& ait. 5 S. Geraſina, de qua inter gas,fuit Regina Siciliæ,& verè erat de fideli radice Aaron, habebat ſpiritum Dei abundanter: 6 virum ſuum 7 Quintia Regem, cum eſſet primo Tyrannus crudeliſſimus,conuer & quaſi de lupo,agnum manſuetiſſimum fecit. Hic eam ſu ſerat de Britannia,& erat ſoror 8 S. Mauriſi Epiſcopi, & Da

2. In libro legit nomina aliarum Virginum.

3.

4.

5.

6. Genus S. Geraſinæ.

7.

8.

matru

tis S. vrſulæ reginæ trés, habebat filios,& filias ſex: & erat
inm⁹ in eis S. Adrian Martyr,hic,de quo interrogaſti,⁹ Fra- 9.
reus ſenior Dorotheus erat Rex Græciæ, qui erat Pater S.
onſtantiæ,quæ ad vos delata eſt.Eo autẽ tempore,quo B. Vr-
ule ſancto ſuo propoſito occultè trãctabat,pater eius mag-
rhabens ſolicitudinem illius negotij,direxit epiſtolã ad B.
ſinã,aperuitq; ei voluntatẽ filiæ ſuæ,& reuelationes, quas
nitus acceperãt, ei detexit, & quęrebat audire cõſiliũ eius:
ſciebat eam eſſe magnæ ſcientię mulierẽ.¹⁰ Illa autẽ diuina 10.
te inſpirata,& intelligens verbum exiſſe à Dño, iter ag-
ſa eſt cũ 4 filiabus ſuis Babila, Iuliana, Victoria, & Aurea,
p ruulo filio ſuo Adriano,qui amore ſororum ſuarum vltro
ingeſſit peregrinationi,& relicto regno in manus vnius filij
ti, & duarum filiarum vſq; in Britanniã nauigauit. Eius itaq; Ipſe duxit
ilijs totus ille exercitus ſacer virginum collectus, & ordi- Virgines.
atus eſt:& erat ductrix omniũ,in cunctis vijs peregrinationis
rum,per conſiliorum ſuorum gubernationem, & ad vltimũ
cum eis martyrium paſſa eſt.Hæc cum dixiſſet,ſenſit,quia val-
de mirabar intra me de hac ordinatione: & ait ad me. Merito
admiraris, quia ¹¹ omne hoc negotium diuina diſpoſitione mi- 11.
ra eliter ordinatum eſt:& adiecit adhuc dicens. Pretioſi valde
ſunt Martyres,quos miſit Dominus ad vos, propterea ¹² eſtote 12.
deuoti ad exhibendum eis honorem,& ſeruitium:quia aduen-
tus eorum magnæ gratiæ principium eſt.

go Albina vocata ſum.] Horum tria corpora
ine tulis effoſſa cum eſſent; nomina ſua Mar-
yre ipſi S. Eliſabethæ ſignificarunt, ſicuti B.
en. factum eſſe vidimus: hæc autem Schõ-
nauæ adhuc adſeruata piè honorantur.

iſum eſt mihi viſione ſomnij.] Talis fuit,quam
eph habuit Matt. 1.cum Zacharias oraculũ
de filio Luc.1. acceperit in vigilia, ſicut & ple-
raque S. Eliſabetha. Nec enim,qui in ſomno
prophetica viſionem recipit, iudicare de ea
ſtatim poteſt,donec in vigilia diligenter atten-
dat ad modũ factæ reuelationis,niſi Deus im-
primat altiori modo ſpecies, vel ſubleuet ho-
minẽ ad intelligendũ abſq; ſenſuũ adminiculo.
Nihilominus Doctor Angelicus ſecundũ quid
profert viſionẽ in ſomno factam, ei, quæ fit in
vigilia quoad diſpoſitionẽ recipiẽdę prophetiæ:
tunc enim ob ſummã quietẽ homo aptiſſimus
eſt vt ei ſpecies imprimantur;non tamen vt iu-
dicet: vnde ſimpliciter perfectior eſt, quæ fit in
vigilia. de hoc V. Suarez, *diſp. de fid. ſect. 8. n. 4.*

Liber aureis literis ſcriptus.] In vita S. Ephrem
1. Febr. Surius refert viſos collectos Angelos
cõſiliũ inire,cui liber omni ex parte cõſcriptus
traderetur:tandẽ omniũ calculis ad Ephrẽ de-
latũ eſſe,qui cœpit ea ſtatim orationis vbertate
profundere mentis acutiſſimæ ſenſa, vt vix au-
ditorũ cogitatus ea poſſet mente cõſequi: quod
erat prognoſticon diuinæ eloquentiæ: hic verò
liber S. Eliſabethæ tãtum monſtratus,à B. Her-
manno tandem vulgatus videtur: ſubdit enim.

4. *Legi in eo ſermonẽ magnũ de ipſo, & parentela eius.*] Audi iam B. Herm. c. 8. *Ecce prædictorũ Regum, & Reginarum, Ducum, Comitum, & Principũ, illuſtriſſimarum Virginũ, & matronarũ expeditionẽ ſeriẽ pulcherrimarum ſingillatim deſcripſimus in alio volumine.* & paulo ſuperius, cum ea, quę de Geraſina matre, 4 eius filiabus, & S. Adriano memoraſſet Eliſabeth, eademq; ſuo ſuffragio cõprobaſſet, ſubdit: *Nos itaq; ipſi, quam nunquã vidimus, teſtimonium in hac parte perhibemus, quod quæ de iã dictis ſcribendo protulit perſonis, vera ſunt, & multo minus, quam ipſius materiæ veritas expoſcat, ſcripſit, quod tamẽ iuuante Domino per nos latius ſupplebitur:*

5. *Gerasina verò erat de fideli radice Aaron.*] Sensus videtur esse: nata est ex Rege Christiano; qui radix seu Pater fuit plurium liberorum, Aaroni similis: vocat eum Anonymus l.2.ca.9. Gelasiũ Principem magnũ & fortẽ, filios is suscepit octo: filias septem: vnde cõfirmat, declarat, & omissa supplet ibidem fusè. Et S. Elisabeth cõmendat hic Gerasinæ zelum religionis à parente haustũ.

6. *Virum suum Quintianum Regẽ conuertit.*] Gemina sane cõuersio facta primi Francorũ Regis Christiani Clodouei, pietate Crotildis vxoris, post obtentã diuinitus victoriam aduersus Alemannos A. 496: vbi memorabilis oratio S. Remigij fuit ad Clodoueum, *Adora quod incendisti* (Christum) *incende quod adorasti* (simulacra).

7. *Quintianum Regem.*] Reges in Sicilia mansisse Romanorũ tẽpore docet Hieron. quẽ domita Insula pacificè regnare permiserunt, idque adeò certũ est, vt Gueuara in Horologio Principum non dubitarit confingere epistolã M. Aurelij Imperat. ad Coruinum quendã Siciliæ Regem, quo Principis veri virtutes delinearet: sed de hoc argumento V. lib.2.cap.23.

8. *Erat soror S. Maurisi Episcopi, & Dariæ matris S. Vrsulæ.*] V. tabulam genealogicam B. Herm. l.2. c.19. vbi ait, *Regina nobilis mater S. Vrsulæ 8. fratres habebat & sex sorores: quorum Maurisus Episcopus, atque comes Nicolaus, & Gerasina Siciliensis Regina ex patre Patris.*

9. *Frater eius senior erat Dorotheus Rex Græciæ, Pater S. Constantiæ.*] Sed quomodo Gerasina auia Constantiam neptem habet nubilẽ, & tam vegeta est, ac pollens viribus, vt pedestri itinere virgineum ducat exercitum? ℟. Id mirum videri non debere. Susceperit Gerasina ex Quintiano Dorotheũ filium ætatis A.19. nata sit Dorotheo Constantia vicesimo ætatis anno, ac tris ferè quadragesimo. Potuit Gerasina 8 norũ vigens adhuc, valensq; ducere copias gineas gratia diuina, & peculiari fauore cœ adspirante. Porro sanctitatem Gerasinæ de rant verba, quæ sequuntur.

10. *Illa autem diuina virtute inspirata: & in gens verbũ exisse à Domino, iter aggressa est cum liabus suis, & paruulo filio suo Adriano: relicto suo in manu vnius filij sui.*] Præcessit mater in tanniã: an verò filiorum alter relictus in biennio post secutus sit, vel alius ex parte Siciliæ Regulus, incompertum est: exstat Coloniæ titulus Regis Siciliæ Theodori.

11. *Omne negotium diuina dispositione mirab ordinatum est.*] Idem testatur B. Herm. initio *Deus ab æterno cuncta sapienter disponens, boca nuptiarum nobilissimæ Virginis Vrsulæ, suiq; spon uenis regij, & præclarissimi totius orbis nobiliore micellas Virgines, & iuuenculas sapiente consilio prouidentia ad cœlestes inuitare dignatus est nup suo filio regi æterno desponsandas, perpetuoq; secũ mãsuras:* Esca vel hamus, quo attrahebat D fama erat nominis vtriusq; sponsi, & sponsi gratia pollebant apud omnes, formæ elegan indolis probitate, generisq; nobilitate: quæ in multis, vt de Gerasina dictum est, accesi Spir. S. afflatus singularis, præsertim ijs, quo cõsilijs, & autoritate res præcipuæ erãt per dæ: quæ sanè exsequi non difficile est diuin mnipotentiæ, & infinitæ sapientiæ.

12. *Estote deuoti ad exhibendum ijs honorẽ, & uitium: quia aduentus eorum magnæ gratiæ pri pium est.*] Ita supra c.2. ait: *Quando intrauimi hunc locum, pax intrauit nobiscum.*

CAPVT XVI.

Reuelantur ei à S. Verena persecutores huius Sancti exercitus.

De tẽpore martyrij.

Quodam tẽpore à S. Verena cum videndam se mihi præse tasset, sciscitata sum, sicut mihi à Fratre quodam suggestũ e quisnã fuerit [1] auctor martyrij illius B. exercitus: nã secundu

1. consideratione narrationis, quę de præfato Papa in præcede tib. facta est, nequaq̃, sicut æstimant nonnulli, Attila Rex Hu norũ illus persecutionis autor exstitit, sed multorũ annorũ sp tio postea eius persecutio subsecuta est. Cui interrogationi i

2. respondit. [2] Cum essemus Romæ, fuerunt ibidẽ eo tẽpore du

Auctor ib. necis.

Principes iniqui, quorũ nomina erant Maximus, & Africanu qui vidẽtes magnã esse multitudinẽ nostrã, & multos confluer ad nos, & nobis associari, indignati sunt vehemẽter aduersu nos, ac metuebãt, ne forte per nos multũ crescere, ac robora deberet religio Christiana: Vnde cum explorassent iter nostrũ quo perrecturæ eramus, miserunt cum festinatione Legatos a

quendam

...dam cognatum suum nomine[3] Iulium, qui erat Princeps 3.
...s Hunnorum, hortantes eum, vt educto exercitu suo per-
...uionem nobis inferret, ac deleret nos. Qui cito acquiescẽs
...ntati eorũ, cum armata multitudine egrediens, irruit sup
...um venissemus Coloniã: ibiq; effudit sanguinẽ nostrum.

...or.] Si vnquã de tẽpore Martyrij fuerit ...tum, certè tẽpestate S. Elisabeth. Tradi... Colonien siũ, & Basileensium habebat Mar... S. Vrsulæ longè ante Attilam contigisse; ...tus ad Attilana tẽpora reiecerat: cui A. ...scripserat Otto Frisingẽsis: at decẽ an. ...post Galfredus ad tẽpora Maximi, an... 83 reuocauit. Iure ergo An. 1156 soliciti ...tẽpore, S. Elisabethã consulebant, vt de ...ctore necis interrogaret cœlites.

...n essemus Romæ.] Stabilit Chronologiam nostrã positã de Cyriaco, quem post S. Petrũ dixerat, fuisse nonnumdecimum Pontificẽ, ante Anterum: tunc enim, designati Consules erant Maximus, & Africanus.

3. *Iulium, qui erat Princeps gentis Hunnorum.*] Licet Iulij huius non meminerint historici; constat tamen ex Herodiano, Capitolino & Lampridio tunc multos fuisse Iulios: ipse barbarus Maximinus hoc anno nomen assumsit Iulij, quo gratior Romanis efficeretur: eius Imperio cæsæ sunt Virgines.

CAPVT XVII.

Reuelationem accipit de corpore S. Vrsulæ Reginæ.

Sed nec hoc silendũ, quod cũ de corpore ipsius B. Vrsulę eã in-
...gassẽ, dixit.[1] Nõ est leuatũ corp⁹ eius vnq̃ super terrã, nisi 1.
...debus istis:[2] & verè illic est, vbi seruatur superscriptio eius.

1. *...on est leuatum corpus eius vnquã.*] Atqui & ...translationis S. Vrsulę iam inde à S. Cu...bertæuo videtur celebratum, qui id indicio ...æ sacrificij tẽpore repererat? ℟. Potuit ...put fuisse sepulcro exemtum, & vt car...tus Basilicæ Vrsulanæ indicat, preciosis ...um ornamentis, corpus verò ipsius, car... nondum forte redacta in cineres, relictũ ...etur: nec nisi A. 1156 leuatum tumulo.

2. *...verè illic est vbi seruatur superscriptio eius.*] Sepulcrũ S. Vrsulæ, licet à S. Cuniberto cognitũ cœlitus, longa tamen sexcentorum annorũ serie, & ob crebas vastationes, Longobardorũ, Hungarorum, & aliorum populorũ ignorari potuit: vti S. Gereonis. Inde S. Elisabetha diuinitus didicit, eum ipsum tumuli S. Vrsulæ locum esse, in quo titulus eius sepulcralis inuentus est: quem à S. Cuniberto olim inspectum: repositum fuisse suspicor. V. li. 7. c. 13.

CAPVT XVIII.

Quod totus exercitus huius B. Sodalitatis, ante diem iudicij manifestandus sit, declarat.

Et adhoc[1] addidit dicens. Quod ita his diebus manifestata sunt nostra corpora, 1.
...nes nostræ impetrauerunt à Domino, qui iam vltra ferre non vult gemitus
...os, quos habebamus pro eo, quod tam negligenter absconditæ eramus: neque
...d dignũ laudis Domino pro nobis exhibebatur:[2] Futurum autem est adhuc 2.
...nouissimum diem, vt manifestetur totus exercitus noster. *In Exemplari M. S.*
...rensi additur huic capiti hæc narratio.[3] *Quoniam autẽ B. Verena reuelante didicerã,* 3.
...S. Iacobus Antiochenus Episcop. sepulturas SS. Virginum titulasset, orta est dubita...d me, & quosdam: qui de hoc mecum conferebant: quomodo hoc fieri posset, vt cum die ...post eas passus fuerit, sicut habet supradicta narratio, tot Virginum, aliorumq; Martyrũ ...in tam breui spatio conscribere potuisset: magnum etenim aceruum eorum in quodam ...loco reseruatum esse audiui. Et factum est die quadam, cum de ipsis SS. Virginibus solen...cium ageremus, quædam ex eis mihi apparuerunt circiter 12. & antecedebat eas vna, ...eteris omnibus miro quodam & notabili decore præeminebat. Nam ipsa quidem erat ip...rena: hanc ergo cum rogassem, vt de supradicta dubitatione me expediret, responsum ta...ddidit mihi. Non solũ titulationes nostras scripsit Iacobus Episcopus; sed Clerici cum eo ...mi: Elegerat .e. ad hoc opus XI Clericos, & singulos singulis millenarijs Virginũ præfece...& curã eis cõmiserat conscribendi nomina earũ. Illi ergo cum adiutorib. quos sibi singuli ...uerãt, nomina, quæ illic inueniuntur, scripserunt, & sepulturis nostris adhibuerunt. No...autẽ quædã, quæ ipsis ignota per B. Iacobũ, qui diligẽter ea notauerat, cognouerũt, quædã ...eis diuina reuelatione manifestata sunt: plurima etiã omninò neglecta sunt. 1. Ad-

1. *Addidit dicens.*] Cultus Vrſulani negligentiâ cauſam eſſe dicit, à Deo precibus obtentæ leuationis.

2. *Futurum autem eſt.*] De huius prædictionis euentu ob tam certam Beatæ Martyris aſſertionẽ non poſſum dubitare: *Nouit enim Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur.*

3. *Quoniam autem.*] Abundè ſatisfit hic piorioſis de tot nominum inciſionibus.

CAPVT XIX.

Vbi totum exercitum eorum vidit in magna gloria in feſtiuitate earundem SS. Virginum

1. Hæc verba reuelationum Domini[1] nõ meis quidẽ iuſtifi-
2. tionib⁹, ſed meritis SS. Virg. & Mart. Chriſti impetrantib.[2] diuerſas feſtiuitates Sanctorũ, ſicut Dño placuit, accepi; & fra anni vnius ſpatiũ, & paulo amplius cõſummata eſt. Et fa- eſt cõpletis penè cunctis ſermonib. his, aderat feſtus dies paſ nis earundẽ SS. Virg. vndecim milliũ; cumq; intereſſẽ offi diuino, perlecta Euangelica lectione, veni in exceſſum meũ

3. Nobilis apparitio totius Sodalitatis Vrſulanæ. lito more, &[3] vidi in regione luminis, cuius adſpect⁹ præ oculi mentis mihi iugiter eſt, multitudinẽ copioſam ſpectabiliũ ginum coronatarum quaſi auro puriſſimo, & in manib. earu ſimilitudo palmarum coruſcantium valde. Veſtimenta ear candida, & micantia apparebant in ſimilitudinẽ niuis, cum radiatur à ſplẽdorib. ſolis, & in frontib. earũ rubor ſanguines in teſtimonium cruoris, quem in cõfeſſione ſancta fuderu Apparuerunt & cum ijs viri glorioſi perplures, cum ſignis ijſ inter quos etiã multi Pontificali decore inſigniti præfulgeb Habebam autem deſideriũ adhuc interrogandi de eis; ſed p pter multitudinem earum neſciebã, q̃ ex eis alloqui poſſem cõfeſtim duæ earum valde inſignes de cœtu aliarum progre entes ſtabãt ſenſim ante alias adſpicientes cõtra me. Et intel xi, q̃ propter me factũ eſſet hoc; & allocuta ſum eas dicens: o Dominæ meæ vt dignemini mihi indicare, quę ſitis, & quę ſ nomina veſtra: & ait vna ex eis. Ego sũ Vrſula, & hæc quæ me ſtat ſoror, Verena eſt, filia Patrui mei cuiuſdam Principis r gni: & aio ad eã, quæ mecũ loquebatur, dicens: obſecro Sanct ſima Domina; vt quoniã tam multa mihi indignæ peccatr de vobis per gratiã Dei reuelata ſunt: tu nunc digneris rẽ co ſummare, meq; velis expedire de modo ſepulturæ veſtræ: q nam illi fuerunt, qui in tempore tantæ perſecutionis tam di genter ſacra oſſa compoſuerunt, tamque honeſtas vobis ſepl turas exhibuerunt? Ad hæc ita mihi reſpondit.

1. *Non meis quidem iuſtificationibus, ſed meritis SS. Virginum.*] Non ſibi quidquam tribuit, vt ij ſolent, quos vanis illuſionibus decipiunt genij tartarei: ſed Deo, & SS. meritis omnia referri cepta, ſitque in ſeipſa humilior.

2. *Per diuerſas feſtiuitates, ſicut Domino placuit, cepi,*

fra anni vnius ſpatiũ.] Oſtendit ſe nõ habophetiã in habitu, vt quoties vellet, & vellet, occulta panderet: ſed in actu cõformiter doctrinæ Theologorũ, qui erunt, deturne Prophetię habitus, comtria dedicũt. *Primò*, nõ eſſe in Propheotate ſitũ omnia occulta cognoſcere, & cre, cũ voluerit: ita S. Tho. nã 1. Reg. 10. nõ cognoſcebat, quẽ ex filijs Iſai Deus donec præſente Dauide ſenſit interius ropheticum. & 2. Reg. 4. Nathan ignoid Deus de tẽpli ædificatione ſtatuiſſet: Reg. 4. fatetur expreſſis Eliſæus verbis *celauit à me*: & B. Herm. c. 13. cũ de trãAlpes, & arctas vias egiſſet, modum ſe dixit his verbis: *Reuelata ſcribimus, & ad quæ non ſunt reuelanda, Deum ac Sanctos eius, vt nequaquam cogimus.* Decidunt *ſecundò*, per modum habitus, vt diu maneat: cũ prophetia ſit Dei locutio, peculiari modo tam oſtendentis, fiatq; inſtar tranſeuntis impreſſionis, vt nõ ſit in poteſtate Prophetæ ita concipere rem reuelatã, quoties libuerit, vel vt toties ei Deus eandẽ rem rurſum loquatur: hinc aliquando obliuio fit ipſius viſionis, vt accidit Nabuchodonoſori apud Danielẽ; & S. Eliſabetha de ſe fatetur, oblitã ſe eſſe, c. 15. Decidunt *tertiò*, manere tamẽ cõmuniter ex Prophetica reuelatione aliqd per modũ habitus in Prophetis, quia ordinarie recordantur eorũ, quæ viderãt: ſpecies igitur aliquas retinent: deinde tranſacta reuelatione iudicant de veritate eius tanta celeritate, quanta iudicauerant dũ perageretur: habent ergo aliquod habituale principiũ, quo vtantur cũ libuerit: ſed de hoc V. Suarez lib. cit. ſect. 6.

3. *Et vidi in regione luminis.*] Deſcribit illuſtrẽ totius exercitus Parthenici viſionẽ: ſimile quiddam B. Her. c. 21. de ijs aſſerit, cum cœleſtis eorũ habitationis locum explicat: è quibus virorum præſentia, titulorumque veritas demonſtratur. Habuit S. Eliſabeth alias ſimilem: ſed ſolarum Virginũ, quam l. 2. Viarum c. 2. memorat.

CAPVT XX.

Inſtruitur à S. Vrſula Regina, qui eſſent, qui tam decenter, & diligenter Corpora earum compoſuerint.

Fit in Colonia in tẽpore illo quidã ſacer Pontifex plen9 Spi- 1.
ritu9. qui quartus poſt B. Maternũ Eccleſiam illic gubernabat Aquilinus quartus fi- piſc. Col.
nomine Aquilinus. Hic cum eſſemus regreſſurę à Roma, iamq; diuerſionem nos præpararemus, vidit demonſtrãte ſibi Deo
muerſam multitudinẽ noſtrã, ac totum ordinẽ Paſſionis no-
trequã eramus ſuſcepturę, perſpexit. Audiuit etiã vocẽ dicẽtẽ
ibi, vt ad ſepelienda corpora noſtra prępararetur, vidit demonſtrãte ſibi Deo
ſu

Sciebat hic vir Sanctus cum socio S. Simplicio locum Martyrij sui, non tamen occasionem, & modum: Idem S. Apostolo contigit Act. 20. vbi ait : *Et nunc ecce ego alligatus spiritu vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sunt mihi, ignorans : nisi quod Spiritus San. per omnes Ciuitates mihi protestatur dicens; quoniam vincula, & tribulationes me Hierosolymis manent; sed nihil horum vereor, ne cio animam meam pretiosiorem, quam me, dum consummem cursum meum.* Par animus duo erat. Horum accessum B. Herm. lib. 1. cap. sic confirmat. *Porrò virgo Elisabeth prædicta plures Episcoporum Virginibus sacris in eodem fuisse associatos, quod nos satis approbamus.*

CAPVT XXI.

Quali morte ipsa Regina S. Vrsula vitam finierit, & de Clemat qualem honorem eis impenderit.

Hæc cum dixissem, subieci ego verba huiusmodi dice Scire velim Domina mea, quam notabilem causam habueri contra vos aduersarij vestri, vt trucidarent vos, ac speciali de te ipsa certificari cupio, quali morte finieris vitã: & respo dit dicens. Impius ille Tyrannus, qui fuit autor nostræ int

Causa martyrij fidei & castitatis amor. 1.

emtionis, hoc & terroribus, & blandimentis exigebat à nob vt sponsum nostrum, qui in cœlis est, D. [1] Iesum Christum r garemus, & suis suorumq; amplexibus iungeremur ; sed n ob talem causam veneramus illuc ; & constanter recusauim consentire iniquæ voluntati eius, & elegimus mori magis, q à sponso nostro separari. Propter quod diuersis cruciatibus d

2. sæuierunt in nos: [2] ego autem ictu sagittæ in corde meo pc cussa sum. Nobis ergo omnibus in sanguine nostro iacen bus, venerandus ille Præsul, sicut præceptum illi fuerat, op magnæ pietatis operatus est in nos, & cum magna diligenti & honore sepeliendi officium nobis impendit. Ipsi autem,

3. his, qui cum ipso laborabant in nobis, adfuit maiestas Dei, & ministrabant illis Angeli Dei, & velociter impletum est op

4. Merces Aquilini. sepulturæ nostræ. [4] Nos autem non distulimus rogare Dom num pro eo, vt redderet ei mercedem laboris sui: factumq; es vt cito posthæc subtraheretur ab hac vita, deditque ei Deu honorem singularem pro ea honorificentia, quam exhibuera nobis. Non post multos autem dies completa humatione no

De Clematijs duob. stra venit Clematius vir Venerabilis, & tulit corpora quædam quæ in loco quodam adhuc supererant, & sepeliuit ea cum ho nore magno, sicut & ipse à Maiestate Domini præmonitus fu erat. Et continuo subieci interrogationem dicens. Nunqui

Merces promittitur renouanti historiam. 5.

Domina hic erat ille Clematius, qui Ecclesiam vestram dicitu construxisse? & ait nequaquam ; sed post longum tempus ille aduenit, & cum consummasset hos sermones, in fine adiecit dicens. Et [5] qui renouauerit passionem nostrã, reddat ei Deus

mercedem

eredem operis sui. Et nunc ei, qui absconditorum est cogni-
, & quibus vult ea reuelat, ne c accipiens personam magno-
neque despiciens humilitatem paruulorum, benigno &
icordi Domino sit honor, & gloria, & gratiarum actio in
a seculorum, Amen.

1. *Christum negaremus, & suis, suorumq́, com-*
ungeremur.] Ecce gemina causa Virgi-
e fidei, vtraque per se ad aureolam
sufficit, est enim Christiana virtus.
go ictu sagittæ in corde percussa sum.] Sa-
a S. Vrsula Coloniæ in aureo Sacrario
ur.
ministrabant Angeli Dei, & velociter imple-
us sepulturæ.] Idem obsequij præstitere
Veteri Testamento; in Nouo verò S.
meti, S. Catharinæ, S. Achatio & Socijs, S.
& Agathæ: huic etiam scripsere epi-
ium.
4. *Nos autem non distulimus orare Deum.* Non
tot Virginum preces non exaudiri; quia
Chrysostomus dixit, *Deprecatoribus nul-*
det Deus negare.
Clematius.] De hoc egi lib. 7. cap. 8. vbi
listinxi Clematios.
5. *Renouauerit.*] Alia lectio habet, renoua-
que promittitur merces à Domino.
6. *Et nunc.*] Ante hæc verba in peruetusto
censi exemplari visio quædam alia nar-
e eo, qui S. Vrsulam interfecit, & sagittis
uabu, quibus confixa est: eam visum est atte-
ere: *ost hæc infra octauam diem eiusdem festiuita-*
is, quando nobis memoriam illius sanctæ Societatis a-
gentibus, in tempore diuini officij glorioſa illa regina,
cum Comitum suarum, quasi duodecim, iterum ad-
spectui meo se offerre dignata est, & allocuta sum eam,
sicut à quodam fratre præmonita fueram, dicens. Di-
xisti mihi beatissima Regina, cum de modo passionis
tuæ te interrogassem, quoniam ictu sagittæ in corde
percussa finieris vitam. Comperi autem postea per eos,
qui hoc vidisse testantur, qnod inuentione sacri corpo-
ris tui reperta fuerit sagitta brachio tuo infixa, quæ
vt fertur ita adhuc permanet, ei adhærens. Nunquid
ergo vulnere illius sagittæ, vel alterius occisa fuistiꝫ
Adhæc ita respondit, dicens. Tyrannus ille, per quem
interfecta sum, primam sagittam brachio meo iniecit:
& cùm vidisset nondum me ad mortem superatam, se-
cundam in cor meum direxit. Illa autem continuo per
iudicium Domini regressa à corde meo, percussit cor
illius, qui miserat illam: moxq́, ille demens factus est,
& rapido cursu ad flumen Rheni properans, seipsum
aquis immersit, sicq́, mortuus est: Et nunc ei, &c. vti
supra. Posuisti Martyr Vrsula dilectum tuum,
vt signaculum super cor, vt signaculum super brachi- Cant. 8.
um tuum: quia fortis, vt mors dilectio. Huic vni sic-
ut viuens opera, desideriaque cuncta, sic &
moriens cor consecrasti, cum sponsa ingemi-
nans. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Idem eodem
modo narrat Osnabrugensis Ecclesiæ Cathe-
dralis vetus, vt vocant, Lectionarium.

NOMINA MARTYRVM VRSVLANARVM
Collecta ex titulis sepulcralibus, & Indicibus Ecclesiarum, in quibus reliquiæ eorum adseruantur, vel fuerunt, & alijs quibusdam autoribus.

Fidem meam quoad singula recensenda nomina nolo interponere, licet enim ea, quæ constat è veris titulis sepulcralibus prodijsse, probem vniuersa: vereor tamen, ne in quosdam Indices Ecclesiarum assumenta quædam irrepserint: vnde tantum autoritatis tributum his nominibus volo, quantum merentur, vnde deprom ta sunt.

Barbarius Dux Catal. Tuitiensis.
S. Abbatissa, caput Mediolani in S. Petro.
Iulus Morigi, in Med.
Acasma V. Cat. Tuitiens.
Acasma V. Cat. ad Albas Dominas, Coloniæ.
Accina V. translata Osnabrugum circa Annum 1343.
Acyus f. Regis dictus Magnus Cat. Cęcilianus.
Adecta, pars capitis eius Magdeburgi.
Aditor Cat. ad Minores Coloniæ.
Adlutus, mandibula eius Abbatis-Vallæ in Franc. Gonzaga.
Adrianus decennis f. R. pars ad Machabæos, pars in Schœnavv. Cat. loci vtriusque.
Adrianus Frater Anastasiæ, Parisijs, Gonzaga.
Advvigis Ducissa, ad S. Cæciliam.
Ægidius Rex cum vxore & liberis, ad Ioannitas Colon. pars in S. Cæcilia, vbi vocatur nepos Dionethi. caput in Horto Mariæ Coloniæ.

Ægidius F.S. Imaynæ, ossa eius Trudonopoli.
Ætherius sponsus, ad S. Vrsulam in tumba argentea, pars cranij in veteri Monte, miraculis clara
Æthiops M. Cnechsteinij.
Afra V. Cnechsteinij caput.
Afra V. ad Ioannitas. Greffgen.
Afra V. Mariæcellæ. Hondius in Metr. Salisb. f. 503.
Afrina V. vertex ad corpus Christi, corpus in S. Cæcilia.
Agalisa V. Magdeburgi. Cat. Magdeb.
Agaria. in Carthusia Col.
Agarius Dux, Pater S. Pinnosæ Tuit, & Minores.
Agaricus M. Carthus. Colon.
Agatha V. ad S. Gereonem cum spiculo ferreo caput.
Agnes V. ad S. Gereonem, quædam eius reliquiæ.
Agnes soror Vrsulæ & Barbaræ, Cæcilianus.
Agnes corpus totum in Hemmenrode Cister. Ord.
Agnes cum Martha & Afra, Ioannitæ. Greffgen.
Agnetis V. reliquiæ in Carthus. Rutelana ad ripam Mosæ.
Agonida V. caput Gorneij in Normandia Gonzaga.
Alandra Trudonopoli.
Albana V. Mediolani apud Vrsulinas. Paulus Morigi.
Albanus Monachij caput & os, ex Lit. S. Michaelis.
Albina V. translata in Schœnavv, vbi hodieque est.
Albina V. adduxit mille Virgines. Tuit.
Albina Matrona Regina Trudonopoli.
Albinæ caput Gerundæ in Hispania. Gonzaga.
Albina V. regalis ad S. Claram.
Albina ad Albas Dominas alia.
Aldegundis caput in Monasterio Aldenbergensi.
Aldegundis V. caput in Carthusia, corpus Magdeburg.
S. Algundus, ad S. Cæciliam.
Aleidis V. f. Comitis Cæcil.
Aleidis Izannorum Osnaburgi. Greffgen.
Aleidis caput in Steinfeldt
Aleidis caput in Cnechstein.
Alexander Dux cum vxore Eug. & filia Angelina, Cecil.
Alexander Dux Monachij ex Litan. S. Michaelis.
Alepsindis Regina Tuitiensis.
Alina V. Tuit.
Alua Tuit. & Trudonopoli.
Alma V. Tuit.
Aluerna, caput eius Biturigis. Gonzaga.
Amanda Ducissa, ad S. Maximinum.
Amanda neptis Ætherij, caput Mediol. apud Dominicanas.
Amandus Episcopus de Lauduna, Tuit. Tremoniæ, & pars Trudonopoli.
S. Amandus Miles, ad S. Vrsulam.
Amandus pædagogus pueri Regis de Hisp. ad S. Vrsulam.
Ambetta in monte Andacensi Chronico
Ambrosius Cardinalis Osnabrugi. Greff.
Ambrosius, ad Ioannitas.
Ambrosius Episcopus, caput ad S. Vrsula.
Amerus Rex Portaniæ, ad sanctum Manum.
Amicus, Trudonopoli.
Ammetta, Cat. Conradi L. Rechlinghusani
Amor, caput Baraduci in Francia. Gonza.
Anastasia neptis S. Ætherij, ad S. Manum.
Anastasia, Heisterbacum translata, Cæs. c. 86.
Anastasia V. Magdeburg.
Anastasius Comes de Antiochia, Cæcil.
Ancilla V. F R. cognata S. Vrsulæ, Cæcil.
Angelina V. filia Alexãdri & Eugeniæ, Ca.
Anna V. ad S. Gertrudem Coloniæ.
Anna soror Regis Hispaniæ brachium ad melitas, pars ad Cruciferos.
Anna V. Socia S. Cordulæ, ad Ioannitas.
Anna V. Cæcil.
Annerius de Antiochia, Brulæ.
Antia, Cat. Conradi Lu. Rechlinghusani.
Antonia V. in Cnechstein.
Antonina V. Osnabrugi. Greffgen.
Antonina V. ad S. Ioannem Baptistam clara miraculis.
Apollinia dens eius Trudonopoli.
Apollonia V. in S. Vrsula. Greffgen.
Apollonia V. pars capitis in Horto Mariæ Coloniæ.
Aquilinus M. & Episcopus de Aquileia, Tuit & Trudonopoli.
Arthemia Argentorati, ad Ioannitas clara miraculis.
Arthemia Regina in Cilicia ad sanctam Vrsulam.
Ariapila V. corpus Andaini in sancto Hubert Raise.
Arimundus Capellanus & Martyr Tuitij.
Armonia V. digitus pedis eius Magdeburgi.
Ascabaria V. Tuitij.
Asbæus Romanus & M. Cæcil.
Aspasia noua V. Magdeburgi.
Aspasia V. Regina caput in S. Gertude Colo.
Asteriolus M. ad Minores.
Assuerus Rex Cæcilianus.
Astradia V. ad S. Claram.
Auctamia V. in Beninghausen.
Audoontus Archiepiscopus Sacellanus S. Vrsulæ Raise 91.

Auina

...ina V. Magdeburgi.
...ita V. in Benighausen.
...ea caput Cremonæ apud Sanctimoniales.
...ea V. Minores: item in Lit. Monacensi S. Michaelis.
...res V. f. Gerasinæ Reginæ ad Machabæos.
...ea Corona. caput Monachij. in Lita. S. Michaelis.
...rel V. non Martyr Argentorati febrientibus opitulatur.
...rel caput in Weiscenburgensi Monasterio, Coccius in Dagoberto.
...rel nus M. ad Albas Dominas.
...rel is Rex, Dardaniæ.
...ustr a V. ad Minores.
...ta translata Olyssiponem. Osorius. lib. 13. f. 1.
...pa Ducissa, Tuit.

B Ayla V. Tuit.
B byla Trudonopoli.
...aby V. alia, Tuit.
...aby Reginæ Gerasinæ filia ad Machabæos.
...aby. caput ad Gradus Mariæ. Sacrarium Cloniense.
...aby a V. ad S. Cæciliam.
...aby a Liesbornæ.
...aby a, pars apud Cruciferos Coloniæ.
...aby a Magdeburgi.
...aby a translata Viconiam Anno 1158. Raise.
...aby a. pars capitis ad SS. Apostolos.
...aby a Venetijs ad S. Iacobum. Gonzaga.
Baia a V. Tuit.
Balb a. caput in Albatia Campoliliorum in Austria.
Balb a Regina ad S. Maximinum.
Balb a ad S. Vrsulam.
Balb a ad S. Pantaleonem.
Balb a Regina Matrona, Trudonopoli.
Balb a V. Consocia S. Vrsulæ ad Albas Dominas.
Balb a Magdeburgi.
Balb a V. caput in S. Gertrude Coloniæ.
Bald a in Monasterio Bonæspei, Raise f. 118.
Bal sar M. ad Minores & in Cnechstein.
Bal s Cæcil.
Bar ria V. Viconiæ, Raise f. 529.
Bar ia V. Tuit.
Bar hius Episcopus Hibernienſis, Tuit. & arthus.
Bar ia Magdeburgi.
Bar ra V. soror Agnetis & Vrsulæ, Cæcil.
Bar ra V. de Hispania, Cæcil.
Bar a V. Tuit.
Bar aria V. Lisbornæ.
Bar nia V. Tuit. & Trudonopoli.
Bar ona V. cognata S. Vrsulæ, Cæcil.
Bar onia V. ad S. Claram.
Bar urius M. & Miles de Britannia, Cæcil.
Barthymia Regina in Cilicia soror Arthemiæ, ad S. Vrsulam.
Basila ad Minores.
Basilia Ann. 1286. reperta. Bannelius.
Basilius Dux, cognatus Ætherij Regis, Cæcil.
Basilla ad Minores.
Bassanus M. Cremonensis, Tuit. Magdeburgi, Trudonopoli: corporis maxima pars cum capite in Monte veteri.
Beata V. ad Albas Dominas.
Beatrix ad S. Maximinum Anno 1545. donata Hispano cuidam.
Bela V. M. Monachij in Lit. S. Michaelis.
Benedicta V. ad Ioannitas.
Benedicta V. capite abscisso, ad S. Vrsulam.
Benedicta alia cum 4. sororibus, ad Ioannitas.
Benedicta corpus Viconiæ, Raise 529.
Benedicta caput Gerundæ in Hisp. Gonzaga.
Benedicta translata ad Caricampense Monasterium Anno 1262.
Benedicta V. Borburgi in Flandria caput.
Benedictus Cæcil.
Benigna V. Maura, ornata crinibus ad S. Vrsulam.
Benigna V. Pragæ in Insula August. Eremitarũ.
Benigna Monachij in Lit. S. Michaelis.
Benigna Matrona Regina Trudonopoli.
Benigna ad Clarissas.
Benigna Mediolani in S. Maria, Paulus Morig.
Benigna V. caput in Horto Mariæ Coloniæ.
Benignitas caput eius Mosilię. Gonzaga.
Berdunis, Cat. Conradi L. Recklinghusani.
Berengaria V. M. R. Hispanię filia cum Christicola Pragæ apud Augustinianos, Felix Milesius. f. 215.
Beta V. Tuit.
Bimiana V. Cat. Magdeburg.
Binnidia Trudonopoli.
Bipinnaria vna ex principalibus, Greffgen.
S. Biunida V. & M. corpus in Monte veteri.
Blichthildis V. in Weissenburgensi Monaster.
Blitthildis ad Minores.
Bobilia V. Tuit.
Bobilia V. alia Tuit. & translata quædam est A. 1166. ad S. Mart. Laudunensem à Guarino.
Bonifacius M. Tuit.
Brictula Martyr. Adonis additiones.
Brittula Tuit. & Trudonopoli.
Brigida V. nata de Hispan. Cæcil.
Brigida V. Trudonopoli: caput olim Brulæ.
Brigida V. f. Kiliani Ducis, ad Ioannitas.
Brigida V. neptis S. Vrsulæ. caput olim fuit Colon. apud Patres Societ. Iesu.
Bugsta. Cat. Conradi L. Recklinghusani.
Bymiana V. Leisbornæ.

CÆcilia V. Trudonopoli.
Cæcilia ad S. Cæciliam.
Cæcilia Matrona S. Vrsulæ ad S. Maximinum & Magdeburg.

Cæcilia, cuius caput in Cantabria. Gonzaga.
Cæsarius Episcopus de Moldeder, ad S. Vrsulam.
Cæsarius Episcopus Boemiensis, Tuit.
Cæsarius Miles, Schœnaugiæ.
Caila V. Tuit. & Minores.
Cancianilla, ad Minores.
Cancilla, Car. Contardi Recklinghusani.
Candida V. Magdeburgi.
Candida V. Dertosę in Hisp. Fer. 22. Oct.
Candida cum Flora Friburgi Fer. 22. Oct.
S. Canibaria V. in Monte veteri.
Capiena V. ad Minores.
Caraoxima Tuit. & in S. Saluio, Raise.
caradumia, Tuit.
caradumia ad Albas Dominas, & Trudonopoli.
caradumia in Saluio.
S. Caradumia V. corpus in Monte veteri.
carisia soror Verenæ, Tuit.
carisia, Tuit.
carisma V. f. Ducis, Tuit.
carissia, Tuit.
carissa translata Viconiam, Anno 1157.
carofera, in Corona cœli.
carthagiana, Tuit. & Trudonopoli.
carumna, ad Minores.
cassa in Benninghausen.
cassia V. Tuit. & ad Minores.
cassia V. in Monte veteri.
cassiana V. Venetijs, ad S. Iacobum, Gonzaga.
cassianus Patriarcha de Græcia, Tuit. caput apud Prædicatores.
casta V. Minores.
castor Presbyter caput in S. Michaele Colonię.
castulla V. caput Aroasiæ, Raise.
catharina, quæ sagittã in capite habet, ad S. Vrsulam.
catharina V. fil. comitis. Cæcil.
catharina pedisequa S. Vrsulæ ad S. Maximin.
catharina cuius, caput Cæsarauguste, Gonzaga.
catharina Regina, caput in carthus. Wesalien.
catharina V. in S. Gertrude, Coloniæ.
celerinus Diaconus, ad Albas Dominas, Trudonopoli, & in Monte veteri.
cemmata V. Trudonopoli.
centeboldus Rex, Tuit.
ceumata V. Tuit.
chelindris V. pars cranij Mechliniæ, Raise fol. 496.
childegonia, ex Lit. S. Michaelis Monacensi.
christantia V. caput in Carthus. Treuirens.
christantia V. ad S. Vrsulam, eo redijt è Thuringia
christantia V. ad S. Cæciliam
christantius Miles, ad S. Cæciliam.
christiana V. caput in Maiore Nazareth. Coloniæ.
christiana V. f. Clodouæi R. caput in Normandia, Gonzaga.
christiana V. non Martyr prope Basileam.
christianus Dux, ad S. Vrsulam, Greffgen.
christianus M. & Miles, Cæcilianus.
christianus, ad S. Maximinum.
christianus, Tremoniæ.
christianus, Osnabrugi. Greffgen.
christicola, in Chnechstein.
christicola Pragæ apud Augustinianos, Milensius in Alphabeto f. 235.
christiniana V. Magdeburgi.
christina V. caput, in Horto Mariæ Colon.
christina f. Romani cuiusdam nobilissimi caput in S. Cuniberto.
christina V. in S. Vrsula seruat adhuc rose cruorem.
christina V. ad S. Gertrudem Colon. Gref.
christina V. Regina caput in Carthusia.
christina V. Regina Tremoniæ.
christina V. caput Viennæ in Austria, Go.
christina V. corpus Viconiæ, Raise f. 529.
christina V. ad S. Cæciliam.
christina V. Mariæcellæ Hond. in Mett. f.
christina inuenta, An. 1286 cum alijs Ban.
christina caput Gerundæ in Hisp. Gonza.
christophorus infans Argentorati. caput Margareta.
cirinus M. & Miles, Cæcil.
clamara V. Tuit.
clara V. caput Gannagi in Diœcesi Trecen.
claudiana V. ad Albas Domin. & ad Min.
claudius Spoletanus M. Tuit.
S. clematius caput, ad S. Pantaleonem.
clemens Episcopus Brit. caput Olyssipot. Anno 1588.
clemens Episcopus caput Coloniæ apud ciferos.
clemens, item apud Machabæos.
clemens Abbas Osnabrugi. Greffgen.
clemens Sacerdos cognatus Cyriaci, Cæci.
clemens M. ad Ioannitas.
clementia V. ad S. Vrsulam capite contuso.
clementia V. f. R. ad Ioannitas, caput ad P.
clementia V. Regina cæcilianus cat.
clementia cum Paulina Osnabrugi. Greff.
clementia caput Gerundæ in Hisp. Gonzag.
clementiana V. ad S. Vrsulam. Greffgen.
clementiana V. } capita in M. Nazareth Co.
clementina V. } niæ.
clementinus Rex Hispaniæ, ad S. Maximin.
cleomata V. ad S. Vrsulam reuersa è Thurin.
clerithoa comitissa cũ fil. cat. conrardi f. F.
cliuaria V. in Monte Andacensi chronicon.
clodoueus Dux ad Machabæos.
colendus M. corpus ad S. Vrsulam.
collobona V. Magdeburgi.
collochilla V. Minores.
columbina V. Tuit. & ad Minores.
columbina V. M. Pobleti in Hisp. Fer. 21. Oct.
commertia V. in Cnechstein, & ad Alb. Do.
composunda, Minores.

diæ caput Gerundæ in Hisp. Gonzaga.
s M. caput Oropressæ, Gonzaga.
ntia R. ad Ioannitas, Anno. 1327. reperta.
ntia Iunior, ibidem simul inuenta.
ntia translata in Schœnavv, Anno 1156.
ntia, caput in monte Andacensi. Chron.
ntia. caput Cæsaraugustæ, Gonzaga.
ntia Trudonopoli.
ntia, Aureæ in Gallæcia Ferrar. 22. Oct.
ntia, caput in S. Vincentio, Coloniæ.
ntina V. caput eius Gerundæ, Gonzaga
ntinus Miles, de stirpe Regia, Cæcil.
ntinus M. & Miles, Cæcil.
caput Gerundæ, Gonzaga.
a V. Tuit.
ella V. caput Mediolani, Gonzaga.
na, in Monte Andacensi, Chronicon.
a V. ad Ioannitas inuenta Anno 1278.
a, caput ad S. Vrsulam.
la V. Regina 18. Annorum Osnabrugi.
ffgen.
a totum corpus Viconiæ, clara miraculis.
a corpus in Marchianensi Monasterio,
se.
a caput Antverpiæ, aput Patres Soc. Iesu.
a, caput & pars corporis in Andacen.
Monte.
la. caput Gæsaraugustæ, Gonzaga.
la Monachij, in Lit. S. Michaelis.
la Tremoniæ.
la. caput Mediolani, Gonzaga.
la. caput Parisijs in Parochia SS. Lup. &
Agidij, Sauf. 21. & 2. Oct.
ius Card. Tuit.
elius M. caput in Monte veteri.
la V. inuenta apud Ioannitas, An. 1327.
a, in Weissenburgensi Monaster. caput.
a, corpus Viconiæ, Raisc. f. 529.
us Dux, caput eius Brulæ.
ntinus M. Minores.
na V. ad Albas Dominas, pars Trudonop.
a V. Trudonopoli.
a f. R. Orcadum, strangulata in Rhenen.
a, caput in Svviveck, Raise f. 500.
a, caput in S. Vincentio, Coloniæ.
gundis Regina, Cæcil.
gundis V. non Martyr prope Basileam.
us Papa Romanus in S. Vrsula, Tuit. pars
pitis Mediolani, Gonzaga, pars ad S. Cu-
bertum, os in Carthusia Colon.
cus Episcopus alius, in S. Cæcil.

Demetria Regina mater Ætherij sponsi. Tuit.
Diasina V. Tremoniæ, & ad Minores.
Digna V. f. R. Cæcil. & Trudonopoli.
Dionethus Rex Pater S. Vrsulæ, Cæcil. dicitur prope Weyer, cum 15. militibus inuentus, pars capitis Madriti, Gonzaga.
Dionysia V. caput in Maiori Nazareth. Colon.
Dionysia V. Minores.
Dionysius Miles, Cæcil.
Dogomenia V. Minores.
Domicella M. Monachij, ex Litan. Michaelis.
Dorologia V. de Sicilia, Tremoniæ & Cæcil.
Dorothea V. Cæc
Drugildis V. Minores.
Drusiana, soror Regis, Minores, Cæcil.
Dumiana V. Tuit.

Afia V. apud Glastonenses, ab Ann. ferè 1170. Vsserius.
Daa V. ad Machabæos.
Daia Regina mater S. Vrsulæ, os vnum apud
rres Societatis Iesu, Coloniæ.
Dentius M. Minores.
Dephinus M. in Carthusia.
Dodis Treuiris in S. Paulino, Cat. loci.
Dodota V. Viconiæ, Raise. f. 521.

Eclycha Regina, ad S. Vrsulam.
Effriata V. caput in S. Gertrude Coloniæ.
Einbetta V. non Martyr, Argentinę, socia fuit S. Aureliæ.
Eleuena V. in Drolshagen.
Eleutheria V. ad S. Vrsulam.
Eleutherius F. Valerij Ducis Britan. Osnabrugi.
Eligiata V. Regalis progeniei, in S. Cuniberto.
Elimphanus M. de progenie S. Vrsulæ, Cæcil.
Elisabeth V. Osnabrugi, Greffgen.
Elisabeth V. decollata, Trudonopoli.
Elisabeth, caput in Cnechstein.
Elisabeth V. cũ sorore Gerasina, in Corona cęlí.
Emenia V. Minores.
Emerentiana V. & M. Cæcil.
Emerentiana V. caput in Mommersloch, Col.
Emeria V. Magdeburgi.
Emerita V. Minores.
Emma & Iutta inuentę cum Odilia, Breu. Crucif. in Glindfelt.
Engela, Magdeburgi.
Engela, Trudonopoli.
Engelina, caput ad Albas Dominas.
Engelmarus M. in Monte Andacensi Chronico.
Engradis caput Gerundæ in Hispan. Gonzaga.
Erasma V. Trudonopoli.
Eria f. R. Pigmenij, Cęcil. Tremonię, Tuit.
Ermentrudis, Tremonię in S. Catharina.
Ervvinus Rex auunculus Constantię, Cæcil.
Ervvinus Miles, ad S. Vrsulam Frat. S. Cordulæ.
Ervvinus M. de genealogia S. Vrsulæ, Cæcil.
Essentia vna de præcipuis Tuit. Cæcil.
Essentia, ad Minores.
Essentia V. soror S. Pantulæ, Tuit. in Mont. vet.
Eua Æthiops Osnabrugum An. 1343. translata.
Eucharia V. filia Regis Sicilię, in Maiore Nazareth, Coloniæ.
Euergisla vxor Ameri R. Portamiæ, ad S. Maximinum.
Eufra V. Trudonopoli.
Eufraria f. Loycę, Reginę caput ad Corpus Christi. Sacrar.
Eugenia vxor Ducis Alex. in S. Cæcil.

Eugenia V. cuius caput in Cantabria, Gonzaga.
Eulalia V. caput Methymnæ. Gonzaga.
Eunomia V. ad Minores.
Eunomia V. alia ad Minores.
Euodia sponsa Menandri, caput ad Corpus Christi Sacrat.
Euphemia V. S. Vrsulæ neptis, caput translatum in Bauariam.
Euphemiana Carthus. Colon.
Euphrosyna f. Ducis, Tuit.
Euphrosyna vxor Clementini Regis Hispan. ad S. Maximinum.
Eusebius Episcopus Parminensis, Tuit. pars capitis in Monte veteri.
Eusebius Sacellanus in S. Martino Laudonensi, Anno 1166.
Eustachius, caput in Francia, Gonzaga.
Eustaia vel Austaia Cappenbergę in Westphal.
Eutropia, Cat. Magdeburg.
Euticia infantula in Schœnav, Elisl. 5. c. 14.
Euticius Episcopus de Bara, Tuit.
Expara V. Tuit.
S. Fabarius, corpus in Monte veteri.
S. Fabiana V. caput in Francia Gonzag.
Fabiana V. caput in Maiore Nazareth, Colon.
Facundinus Episcopus, Minores.
Fala, Tuit.
Fala alia, Tuit.
Faragia, soror Sigillindis, Tuit.
Faramina, Trudonopoli.
Faraminsa, Tuit.
Faranina, Trudonopoli.
Farauia vxor Abararij Ducis, Tuit.
Farauina V. Tuit.
Farauina alia, Tuit. & in Carthusia.
Farauina, corpus Viconiæ, Raise 529.
Farauina V. caput in Monte veteri.
Faustinus Comes cum vxore Gertrude, Cæcil. Carthus. ad Albas Dominas.
Feliciaria, Cat. Conradi L. Recklingh.
Felicitas in Marchianensi Monasterio, Raise f. (491.
Felicitas, ad Clarissas.
Felicitas, in Capitolio.
Felicitas in S. Gallo, Canis. tom. 5. ant. lect.
Felicula in Monasterio Bonæspei, Raise f. 119.
Felix Dux, cognatus Regis.
Felix V. Magdeburgi.
Femellia V. soror S. Gratæ, Tuit. (nem.
Fenagaria V. f. Comitis, Tuit. & ad S. Pantaleo-
Fenegaria V. Magdeburgi.
Fenella in reliquijs Ernesti Archiepiscopi.
Fenellina V. in Monte veteri.
Fenellina, Tuit. translata in Schœnav Elis. l. 5. (c. 14,
Feramna, ad Minores.
Feuagaria V. Trudonopoli.
Feuellina V. Trudonopoli.
Fidelitas, caput Gerundæ, Gonzaga.
Fides, caput translatum, Anno 1113 ad Weissenburg Mon.
Fides, caput Gerundæ in Hispan. Gonzaga.
Fides nomen suum S. Azelinæ indicauit.
Finnira V. Tuit.
Firmindina vxor Theodi Reg. Sicil. ad S. Maminum.
Firmindina V. Tuit. & Tremoniæ.
Firmundina, ad Albas Dominas.
Firmundina, Trudonopoli.
Firminus Cardinalis, Tuit.
Firminus Trudonopoli.
Firminus Sacellanus, Tuit.
Firminus, Tremoniæ.
S. Flarinia Virgo, in Monte veteri.
Flauia, caput Mediolani, Paulus Morigi de bil. Med.
Flauina V. Tuit.
Flauina ad Minores.
Flauinus Romanensis, Tuit.
Flauinus, ad Albas Dominas, & Trudono corpus in Monte veteri.
Flora V. Friburgi Ferrar. 22. Oct.
Flora V. Magdeburgi.
Flora V. Minores.
Flora, ad Machabæos in Cat. impresso.
Flora in Phanosinensi Monasterio, Kai 430.
Flora in Monasterio S. Azelinæ, cui nome um indicauit.
Florena V. ad Minores.
Florenia V. ad Minores.
Florentia Regina, ad S Vrsulam.
Florentia filia Ducis Maurorum, ad S. Vr
Florentia V. vna principalium, ad Ioanni
Florentia V. Magdeburgi.
Florenriana V. caput in Maiore Nazareth.
Florentia Ætherij sponsi soror, ad Ioannit
Florentina v. caput Gerundæ in Hisp, Gon
Florentina V. caput apud Musenses Virgc
Florentius de Italia, Tuit. (Raisi
Florentius M. & Comes, Cæcil.
Florentius Dux, ad S. Vrsulam.
Florentius sororius Regis de Hispania ibid
Floreta Viconiæ Adrianus Dauid.
Floriana V. f. R. soror Vrsulæ & Mobiliæ. M
Floriana V. ad Minores.
Floriana alia, apud Minores.
Florida V. Magdeburgi.
Florida in reliquijs Ernesti Archiepiscopi
Florigera Cat. reliquiarum Ernesti.
Florina V. cognata S. Vrsulæ.
Florina V. in reliquijs Ernesti,
Florina sepulta à Quirillo & Clematio.
Florina translata Tornacum Anno 1170.
Florina, Magdeburgi.
Florina & Valeria, Lingonis Sausains.
Florinus Comes Consiliarius Regis Hisp. C
Focatus de Britannia, inuentus Tuitij, teste nuscripto Codice mon. S. Alexij.
Fociferus Episcopus & M. Tuit. & Minor
Foilanus Episcopus Lucensis, corpus ad M
Formosa V. ad Minores. (chab
Form

V. ad Ioannitas.
V. translata Osnabrugum.
V. Catalogus SS. non Canonizator.
V. f. Regis Aquilini, Coloniæ.
Virgo translata Viconiam Anno 1158.
V. Minores. Frigia V. Tuit.
Valia, Tuit. & Trudonopoli.
. totum corpus in Ecclesia S. Martini
Lauunensis Ann. 1166. à Guarino translata
b ræm.
rna Regina de Britannia. caput in S.
rtrude Coloniæ. (Cuniberto.
ccisma f. Regis Ciliciæ, Coloniæ in S.
lina V. caput Mediolani, in S. Maria,
Paris Morigi.
na V. caput in Maiori Nazareth Col.
ria V. Minores.
ila V. & M. f. R. Siciliæ, Cæcil.
damia V. Tuit.
gia V. Trudon. & n Monte veteri.
Ruremundæ, Greffgen.
d Minores.
V. ad Albas Dominas.
ntia, Cat. impressus, ad Machabæos
icus Episcopus Rauennas, Viconiæ.
udis, ex veteri Lit. Monasterij Evvick.
datus Miles, Cæcil.
eus Aucunensis Consul, Tuit.
gius Presbyter, capitis pars in Maiori
zareth Coloniæ. (ni.
a Regina Treuiris in Ecclesia S. Germa-
a Regina Siciliæ cum 4. fil. ad Machab.
a mater Theodori R. Sicil. ad S. Maxim.
a parvula, soror Elisabeth, in Coro. cœli.
n Miles de S. Vrsulæ familia, Cæcil.
anus Episcopus Martyr, Cæcil.
anus Miles de Britannia, Cæcil.
tia V. Minores, & Benninghausen.
eria V. Minores. item & in Benninghaus.
udis caput ad S. Vrsulam.
udis parvula obtenta à B. Herm. vita eius.
udis V. caput ad Albas Dominas.
udis vxor Faustini Comitis, Cæcil.
udis matrona Trudonop. & de eius filia.
udis V. in Corona cœli.
vigis V. ad Albas Dominas.
mia, Cat. Cæcil. & ad S. Pantaleonem.
mia V. Minores.
mia V. Trudonopli.
M. & Virgo de progenie comitũ, Cæcil.
aria V. Tuit.
estia V. Magdeburgi.
dragia, Magdeburgi. (ximinum.
gonius Episcopus Confessar. R. ad S. Ma-
illa, Cat. Magdeburgi.
ta Iunior Secundæ, Tuit.
ta Iunior V. sepulta cum S. Pantulo, Tuit.
ta V. brachium eius Magdeburgi.
ta V. ad S. Claram.
ta corpus Andaini, in S. Hubert. Raise.
Grata translata in Schœnav, cum Eutelia. & Fenellina, Elis. l. 5. c. 14.
Gratia V. Liesbornæ.
Gregoria V. Vetustæ additiones Adonis, & Lectiones Colonienses antiquiores.
S. Gregorianus Sacerdos & M. de Britannia, corpus in Monte veteri. (minas.
Gregorius cognatus S. Vrsulæ, ad Albas Do-
Gregorius M. caput in S. Gertrude Coloniæ.
S. Gudila filia Regis Daniæ, pars capitis in S. Vincentio.
Gumfreda V. pars eius Trudonopoli.
Gunthildis V. Cat. Minorum.
Gura V. caput in S. Gertrude Coloniæ.
Haergerus M. Minores. Hebora Tuit.
Hedvvigis Magdeburgi.
Hedvvigis V. f. Ducis Cat. Cæcil.
Helena V. f. Ducis Kiliani ad Ioannitas.
Helena vxor Ægidij Regis ad Ioannitas.
Helena Regina matrona, Trudonopoli.
S. Heliana V. caput in Maiori Nazareth Colo.
Henricus M. in Cnechstein.
Heranta V. ad Albas Dominas.
Herbertinus Miles, ad S. Vrsulam, Greffgen.
Herena Cat. Magd. Hermelende, Trudon.
Hermolaus Confes. Theod. R. Greffgen. ad S. Maximinum, Presbyter dicitur.
Heruicus Rex Cæcil. Helter f. R. Cat. Cæcil.
Hieronymus, qui à sede Apostolica Virginibus à Roma Socius datus, Trudonopoli.
Hilarius Episcopus, Cat. Clarissarum.
Honorata V. translata Tornacũ A. 1170. Raise.
Honorata Belliloci, Raise f. 9.
Honorata translata Anno 1300. ad Belionense Mõasteriũ, quę nomen suũ indicauit, Raise f. 90. alij vocant eam Honoriam.
Honoratus M. in Boneęspei Mona. Raise A. 118.
Hortulana V. Cat. Conr. L. Recklinghusani.
Hostia, corpus Andaini in S. Hub. Raise.
Hunnus M. Minores.
Hydropa Trudonopoli.
Iacobus Archiep. Antioch. Tuit. in S. Vrsula caput. pars Tremoniæ, & Trudonopoli.
S. Iacobus Episcopus alius, caput in S. Vrsula.
S. Iacobus Episcopus alius, in S. Cæcilia.
Ida Trudonopoli. (Colon.
Ida cum S. Odilia Huyum translata, Officialis
Ignatius Episcop. & M. Tuit. caput in S. Vrsula.
Ignatius Episcop. & M. caput in Monte veteri.
Imayna V. Frater eius Ægidius, Trudonopoli.
Imma V. inuenta An. 1286. cum Basilia.
Immeria V. Reg. de Mauritania, Cæcil.
Immeria V. & M. f. R. Cæcil.
Inclyta V. Cat. Cæcil.
Inducta V. in Cnechstein.
Ioanna V. caput Hordumiæ, in Cata. Gonzagã.
Ioannes Archiepiscopus de Scotia, Cæcil.
Ioannes Episc. de Armenia, cum S. Cordula in-
Ioannes Miles de Brit. Cæcil. (uentus.
Ioannes Presbyter caput in S. Vrsula.

Iosippa soror Dionethi brachium Olysiponæ ab Anno 1588.
Iouinius Episcopus Eborensis, Tuit. & ad Albas Dominas.
Irenæus Episcopus Agonensis, Tuit.
Irmtrudis V. caput, ad S. Vrsulam.
Isala V. Argentinę, apud Ioannitas in Insula.
Isala V. ad Clarissas.
Iseldrudis, Cat. Magdeburg.
Iubella V.M. Monachij, ex Lit. S. Michaelis.
Iucundus Episcopus Mascunensis. Tuit. & Minores, in Trudonopolitano Cat. vocatur Iucundinus.
Iudicia f. R. Cat. Carthus.
Iulia, Cat. Machabæorum.
Iulia, Minores.
Iulia inuenta in Horto Abbatissæ, ad S. Vrsulam.
Iuliana V. f. Gerasinæ, ad Machabæos.
Iuliana V. Cat. Tuit.
Iuliana alia in Tuit. Cat.
Iuliana caput in Cnechstein.
Iuliana V. cum Eustachio Abbatis-vallæ in Francia.
Iuliana alia Horduniæ in Cantabr. Gonzaga.
Iuliana, totum corpus Magdeburgi.
Iuliana, Osnabrugi. Cat. loci.
Iulianus, Osnabrugi. Greffgen.
Iustianus Parminensis, Tuit.
Iustina V. in Andacensi Monte, Chron.
Iustina & Sabina, Tremoniæ.
Iustina f. R. Hung. in reliquijs Ernesti Archiepiscopi.
Iustinus Archiepiscopus, Gæcil. & Brulæ.
Iustinus Comes os eius Monachij, ex Lit. S. Michaelis.
Iutta apud Huyum cum S. Odilia, nisi eadem sit cum Ida.

KAlendinus Episcopus. Tuit.
Kalendius Episcopus, Tuit.
Kilianus Dux cum 3. fil. Brigida, Helena, Sapientia, ad Ioannitas.
Kilianus Comes, Osnabrugi, Greffgen.

LAmbertus f. R. Cæcil.
Lambertus M. Trudonopoli.
Lamnia V. Trudonopoli.
Languida V. Tornaci Crucigeri, Raisę.
Lauda, Trudonopoli.
Laurentius Romanus & M. Cæcil.
Lætentius, Cat. ad S. Ioannem Baptistam.
Læfania V. f. Ducis Britt, Tuit.
Læfania alia, ibidem, & Trudonopoli.
Leonardus Dux, ad Clarissas.
Leophania V. Comitissa Hisp. ad S. Maximinum.
Leophania Principissa, Cat. Magdeburg.
Leophania V. f. Ducis Britanniæ.
Leuina, ad Minores.
Leimarus Presbyter, Tremoniæ.
Libera, Cat. Conrardi Luth. Recklinghus
Liberia, pars brachij, Magdeburgi.
Lisania caput in Catalonia, Gonzaga.
Lisa V. in Cnechstein.
Lismodis, Osnabrugi, Greffgen.
Livina V. ad Minores.
Livoldus Subdiaconus, qui sepeliuit sacr. gines, corpus in Veteri monte.
Lonica V. Regina, soror Valerij R. Hisp. Cæcil.
Loyca V. Regina Antiochena, caput ad Christi.
Loscia, caput in Monasterio Loci spinos.
Luboldus Comes, Cæcil.
Lucia V. & M. Cæcil.
Lucia V. Regina ex Sicil. Cat. Magdeburg
Lucia Samaritana, Minores.
Lucia V. quæ duxit Virgines Basilea Rom. corpus ad Ioannitas.
Lucretia V. f. Regis, decennis, ita inscript bet, caput Coloniæ, apud Patres Socie
Ludemilla V. in Cnechstein.
Lufra V. f. Caracuni. R. Tuit.
Lyra V. in Cnechstein

MAbilia V. ad Clarissas.
Mabilia V. nobilis ad Ioannitas in pectorali.
Machada, Cat. Carthus.
Macharius Comes cognatus Pinnosæ, Cæ
Macharius Episcopus Viconiam translatu 1158. ad S. Mar. Laudunensem Anno 116 Guarino.
Macharius Dux & Martyr, Tuit.
Macromius, Minores.
Magnacius, Cæcil.
Magnus f. Regis. Cæcil.
Magnus Martyr Orchadensis Cæcil. & ad Al Dominas.
Mallusius Episcopus Laudi, Trudonopoli, poris pars est in Monte veteri.
Marcellina, corpus in Francia Moncelli, Go
Marcius Episcopus Corbonensis, Tuit.
Marculus Episcopus in Græcia, Tuit. Mach caput in Monte veteri.
Maromius Episcopus Nouariensis, Tuit. Monte veteri.
Mareniusis vocatur in Trudonopolitano.
Margaria V. f. Comitis, ad Albas Dominas.
Margaria V. Tuit.
Margaria in Monasterio Bonæspei, Raisę vo Margaritam.
Margareta, caput ad S. Vrsulam.
Margareta Abbatis-vallæ, in Francia, Gonza ga.
Margareta, corpus totum Magdeburgi.
Margareta, caput Parisijs, Gonzaga.
Margareta cognata S. Vrsulæ Mediolani, ad Apollinarem.

Marg

caput Cliuis in Collegiata Eccleſia.
Trudonopoli.
alia Viconiæ, Raiſe f. 529.
in Bonæſpei Monaſterio.
alia ibidem Raiſe f. 118.
M. Cæcil.
V. caput in S. Gertrude, Coloniæ.
cuius corpus Liesbornæ.
egina de Mauritania, caput ad Corpus Chriſti.
Epiſcopus Mediolanenſis, Tuit. ca-
Albas Dominas.
Epiſcopus de Geneue.
M. Tuit.
M. & Sacellanus, corpus in Monte
i.
iaconus, Clariſſæ.
acellanus Monachij, in Mart. Laud Ann. 1166.
ia V. Minores.
M. Tuit. & Trudonopoli, pars Gre-
oiæ in Cathedrali Eccleſia.
nā, pars Trudonopoli.
Agnes, Afra, ad Ioannitas. Greffgen.
& Saula adiungitur, in Vetuſtioribus
ijs & Lectionibus, Vrſulanæ Societati.
V. Trudonopoli.
is Dux de Hiſpania, ad S. Maximinum,
antaleonem.
, in Bonæſpei Monaſterio, Raiſe.
ma Liesbonæ.
a, Magdeburgi.
a Monachij in Lit. S. Michaelis.
eus Epiſcopus Hibernienſis, Tuit.
ens Miles, Cæcil.
a V. & M. Cæcil. & Carthuſ.
a R. de Mauritana, caput ad Corpus
Chriſti Sacraria.
a, Cat. Machabæorum.
ſus Epiſcopus Lauicanus, ad Machab. &
ueris, & in Monte veteri.
us cum Willebrando, Oſnabrugi.
tia, ad Clariſſas.
tius, ad Ioannitas.
niana V. ad Minores.
niianus Dux Conſtantinopolitanus, ad S.
Vſulam.
niliana V. Cæcil.
niliana R. Hung. caput, ad Corpus Chriſti.
milla, Minores.
minus decollatus ſe manifeſtauit, ad S. Vr-
ſam.
minus, pars capitis apud Patres Societatis
Iesu, Coloniæ.
mus Epiſcopus cuius cognata erat Albina,
Clariſſas vterque.
htildis V. in Cnechſtein.
htundis V. non Martyr prope Baſileam.
digina V. caput in Matore Nazareth. Colo-
iæ

Medropia V. ad Albas Dominas.
Medropia V. ad Minores.
Medrudis V. ad Albas Dominas.
Mercurius in Marchianenſi Monaſterio, Raiſe.
Mercurius Epiſcopus & M. caput in Monte veteri, f. 292.
Mezentia V. ad Minores.
Mirandus M. ad S. Vrſulam.
Mitbetta V. non Martyr ſocia Aureliæ Argentinæ.
Moprianus Rex Hungariæ cum f. Vrſula Cæcil.
Moprianus Miles, f. Loycæ Reginæ Cæcil.
Mobilia f. R. Hung. ſoror Vrſulæ & Florianæ Cæcil.
Mobilia V. f. Comitis Hungariæ, Cæcil.
Modulida V. f. Ducis, ad Clariſſas.
Monoldus Tuit.
Moretta Regina Monachij ex Lit. S. Michaelis.

NAufragina ex Lit. S. Walburgis, Suſati.
Neſtoria V. caput Occaniæ in Caſtella. Gonzaga.
Nicetius Sacerdos Tuit.
Nicomedes V. Cat. Clariſſarum.
Niobe, Cat. Magdeburgi.
S. Noſtræ corpus Montibus in Eccleſia Collegiata S. Waldetrudis, feſtum eius feria quarta poſt Dominicam Quaſimodo.
Nothus Rex Scotorum, Tuit.
Noitburgis V. Vrſulanę in Hemmerode.
Nicolaus M. de Sodalitate Vrſulana, Trudon.
Nympha V. apud Minores.

ODelria, in Porta cœli.
Odibilia V. f. Principis, caput in Hiſpan. Gonzaga.
Odilia Regina, ad S. Vrſulam quieſcit.
Odilia inuenta ad Ioannitas, Anno 1327.
Odilia cuius pars translata Olyſſipon. An. 1588.
Odilia V. Huyum translata An. 1287. Bannel.
Odilia cuius caput in Capitolio.
Odilia cuius caput in Cnechſtein.
Odilia V. caput in S. Apro Coloniæ.
Odilia V. Pariſijs, Gonzaga.
Odrada V. pars Trudonopoli.
Officia V. in Carthuſ. Confluentina, Greffgen.
Oldilia dens Cremonæ apud Clariſſas.
Olibia V. cuius crus Gerundiæ in Hiſp. Gonz.
Oliua Magdeburgi.
Oliua V. ad Minores.
Oliua caput Tungris. Raiſe f. 330.
Oltilla V. caput Laudæ in Inſubria, Gonzaga.
Onica nutrix & cognata S. Vrſulæ. Cæcil.
Onopia Viconiæ Adrianus Dauid de reliq. Vic.
Orator M. Minores.
Orphetus ad Clariſſas.
Ortmaria, quæ ſcripſit titulos Tuit. & ad Albas Dominas.
Oſanna Minores.

Oſilia

Oſilia caput ad Clariſſas.
Oſilia f.Principis de Italia } inuentæ ad Ioan-
Oſilia f.Comitis } nitas cum Cõſtan-
Oſilia V. } tia Anno 1327.
Oſinanna V.Pariſijs,ad S.Dionyſiũ Gonzaga.
Othilia V.in S.Gertrude Coloniẽ.
Ozia V.Regin.fil.ſororis Ducis Hung.Cæcil.
Ozia V.& M.Cæcil.

PAchomius Sacerdos & M.Tuit.
Pacifica V. Pariſijs in Monaſterio Auemarian. Gonzaga.
Paduſia Principiſſa,Cat.Magdeb
Palladia V.Tuit.
Palladia Minores.
Palladia totum corpus Ciſtercij.Iongelinus.
Pallipadia V.Tuit.
Palmatia V.translata Anno 1113. ad Weiſſenburgenſe Monaſterium.
Pampilus corpus in Monte veteri.
Panafreta V.Tuit.
Panafreta V.alia Tuit.
Panafreta Tremoniæ.
Panafreta Lieſbornâ translata in Wſtbaſen.
Panefredis corpus Pariſijs in S.Dionyſ. Sanſa-
Pannofreſa Trudonopoli. (ius.
Panoſa Reitenburgi in Bauaria.
Panpheta corpus Viconiæ,Raiſe f.529.
Pantalia V.caput in Maiori Nazareth Colon.
Pantulus Protoepiſcopus Baſileenſis,Tuit.ad S. Vrſulam,Trudonopoli.
Pantula V.Tuit.
Papunius Rex Hibernienſis,Tuit.
Parmenia V.ſoror Pinnoſæ,Cat.Magdeb.
Parmerius M.& Capellanus,Tuit.
Paſtelaſus Epiſcopus Agrienſis ad Machabæos.
Patmia V.Tuit.
Patralia V.corpus in Monte veteri.
Patraria,Cat.Minorum.
Patripalia V.Trudonopoli & Tuit.
Paubriralia V.in S.Foilani Monaſterio Raiſe.f.
Pauia V.f.Ducis,Tuit. (220.
Pauia,alia Tuit.
Paula Duciſſa matertera Cordulæ,Cæcil.
Pauia in S.Saluio,Raiſe,& coſta Louanij.
Paula,totum corpus in Morimundenſi, Abbas Iongelinus.
Paula Trudonopoli.
Paulina & Regina, ad S.Martinum Maiorem.
Paulina, Oſnabrugi.Greffgen, cognata S.Vrſulæ.
Paulina,caput apud Muiſenſes Virg.Raiſe.
Paulina,ad Ioannitas.
Paulina,apud Albas Dominas.
Paulinæ dens Trudonopoli, pars apud Cruciferos.
Paulina V.ad S.Gereonem.
Paulinus Dux,ad S.Vrſulam.Greffgen.
Paulinus,ad Clariſſas.
Pelagia,Magdeburgi.
Penera V.ſoror S.Pinnoſæ,Tuit.
Peſiminia V.ſoror Pinnoſæ,Tuit.
Permerius Epiſcopus Cremonẽſis,Oſn
Perpetua V.Cat.Clariſ.
Perpetua V.collactanea S. Vrſulæ in
Greffgen.
Perſilius M.& Comes.Cæcil.
Petronilla Comitiſſa in Hiſpania ad S.M
num.
Petronilla f.Reg.Sicil.ad Albas Domina
Petronilla V.f.Regis Cæcil.
Petropalia Cat.Carthuſ.
Petrus M.Trudonopoli.
Philippa V.Cæcil.
Philippa V.Carthuſ.
Philippa V.Clariſſarum.
Philippus Rex,Cæcil.
Philippus Sacerdos,Cæcil.
Philippus Miles,Cæcil.
Pigmenius Rex,Tuit.
Pignoſa V.ad S.Claram.
Pignoſa V.ad Minores.
Pignoſa V.f.R.Siciliæ ad S.Maximinum
Pignoſa neptis S.Vrſulæ Mediolani,Pauli
rigi.
Pignoſa caput in Marienbaumenſi Mon
Cliuiæ.
Pignoſa V.f.R.ad Albas Dominas.
Pimenius M.& Epiſcopus Parmenſis,Tu
Pinnoſa Regina caput ad S.Martinum M
rem.
Pinnoſa Duciſſa,Tremoniæ.
Pinnoſa ſecunda, principalium pars in
cenſi monte,pars Trudonopoli.
Pinnoſa Monachij,in Lit.S.Michaelis.
Pinnoſa V.ad Ioannitas,& Oſnabrugi.
Pinnoſa V.caput in Maiori Nazareth Co
Pipigaria Regina,Cat.Conradi L.Recklin
Piraria V.ſoror D.Piri,Clariſſ.& Carthuſ.
Pirus Dux,Clariſ.& Carthuſ.
Piſona V.f.R.Siciliæ, Tungris,Raiſe f.330
Placentia V.f.Ægidij R.ad Ioannitas.
Placida V.Lieſbornæ.
Plectrudis V.ad Clariſſas.
Poemius M.Frat.S.Pamphylij.Tuit.
Polemius.M.& medicus,Tuit.& Clariſſ.
Polibra V.in Hiſpania.Gonzaga.
Polimius Epiſcopus & Cardinalis.Tuit.
Polimius Epiſcopus Adriatenſis.Tuit.
Polimius Oſnabrugi,Cat.loci.
Polina V.f.D.Dagoberti.Cæcil.
Polinus Archiepiſcopus.Cæcil.
Polycarpus in Bonæſpei Monaſterio,Raiſe
Polychronius miſſus Româ cum SS.Virgini
Tuit.
Polyphamus Carriarius,Tuit.
Pontius Cardinalis,Tuit.
Praxedes Regina.caput in Carthuſia.
Praxedes caput in Horto Mariæ,Coloniæ.
Priſca Duciſſa Hiſpaniæ.Cæcil.

Priſc

Cæci.
ex Britania Cæcil.
lus in Monte veteri.
Comes, Cæcil.
ad Minores.
a V.f.R. Cæcil.
deria V.f.Ducis, ad Clariſſas.
deria V.f.Regis, Cæcil.
deria V.cognata S.Vrſulæ ad Ioannitas.
deria V. ad S.Maximinum, Anno 1545.
data Hiſpano cuidam.
ſini V. Tuit.

Vranius M. Minores, Trudonopolitan.
vocat Quaratum.
eanira V. Trudonopoli.
gera V. corpus in Weiſſenburg.
erius Epiſcopus, caput ad S. Vrſulam.
irik V. Magdeb.
irilis M. Frater S. Marculi. Tuit.
irilis Preſbyter, qui vixit ſex dies, poſt accepta vulnera, ad Machab. & Tuit. præcipu corporis pars eſt in Monte veteri.

bata Martyr. Adonis additiones.
lachilda. Cat Magdeburg.
eoxia V. Tuit.
aradia V. M. translata ad S. Martinum Lauduenſem Anno 1166. à Guarino Bibl. Præmo. & f. 507.
Ratponſa ad Carmelitas. Greffgen.
egia V. ad Martinum Maiorem.
egia V. Oſnabrugi.
egia V. Tremoniæ.
egia V. alia Tremoniæ., pars capitis in Horto Mariæ Coloniæ.
Regis Martyr, caput apud Ioannitas, pars capitis in Maiore Nazareth.
Reinius Frater Regis Hiſp. Cæcil.
Remaldus Epiſcopus de Græcia, ad Ioannitas, eſt translata Oſnabrugum, circa An. 1343.
Respondiaſticus Epiſcopus ad S. Maxim.
Ricardis V. corpus in Summuntorio Hochward. Hundius.
Rixa Ethiopiſſa, corpus eius Oſnabrugi.
Rodna C. Magd.
Romana V. Britta Tuit.
Romana V. alia Tuit. & ad Clariſſas.
Roſſ V. ad Albas Dominas.
Roſa, Cat. Magdeb.

baria V. Minores.
baria in Herendal. Wichmans.
Sabba caput in Ab. Campoliliorum in Auſtria.
Sabba cum alijs in Corona cœli.
Sabba & Iuſtitia Tremoniæ.
Sabba V. caput in S. Agatha Coloniæ
Sabrina Tuit. & Trudonopoli.
Salmena V. in S. Gisleno Raiſe fol. 234.
Salndrina f. S. Viti, Cat. Magd.
Salmena V. Monachij, ex Lit. S. Michaelis.
Salomena, cuius corpus Oſnabrugi Greffgen.
Salua, caput translatum ad Wiſenburgenſe Mon.
Saluator M. Tremoniæ
Saluſtia Lieſbornæ.
Sambaria Liſbornæ Tuit.
Sambaria Tremoniæ in S. Catharina
Sambaria in Bonæſpei Monaſterio Raiſe f. 118.
Sambaria Viconiam translata An. 1158. ibique manet.
Sambaria translata An. 1166. ad S. Mart. Laudunenſem à Guarino Viconia, vbi Abbas fuit.
Sambariæ corpus Aquicincti dono Marg. Conſtant. Imperatricis.
Samcaria in Benninghauſen.
Samiuia Liſbornæ.
Samna V. Tuit.
Sancta Atrebati in Cathedrali Eccleſia Raiſe.
Sancta V. Liſbornæ.
Sanctina in S. Gereone. pars coſtæ Magdeb.
Sanctula, Cat. Magdeb.
Sannia V. Tuit.
Sannia V. alia Tuit.
Sapientia V.F. Kiliani Ducis, ad Ioannitas.
Sapientia V. caput Oropreſſæ in Hiſp. Gonzaga.
Sapientia V. caput Alenſonij in Francia. Gonzaga.
Sapientia V. nobilis Tuit.
Sapientia crus Gerundi in Hiſp. Gonzaga.
Sapientia Monachij in Lit. S. Michaelis.
Sapientia V. ad Clariſſas.
Sapientia corpus Pragæ in tũba auro & argento ornata, dono Caroli Quarti Imperator.
Sara R. vxor Nothi Regis Tuit.
Saturia V. Tuit.
Saturnia V. Adonis additiones.
Saturnina. Adonis additiones
Saturnina. Minores.
S. Saturninus Dux & M, caput in Monte veteri.
Sauina V. Ciſtercij poſt altare. Iongelinus.
Sauina Clariſſæ Coloniæ.
Sauina Minores.
Sauina Trudonopoli.
Saula V. Martyr Romana, Vſuard. Adon. Lit. & Lect. vetus.
Sechia V. caput ad S. Cæciliam.
S. Secunda V. Romæ caput in domo Profeſſa Societatis Ieſu.
Secunda Pariſijs corpus in S. Dionyſ. Sauſaius.
Secunda V.f. Ducis, Tuit. vixit annis 28.
Secunda in S. Foilano Raiſe f. 220.
Secunda in Capitolio.
Secunda, ad Albas Dominas.
Secunda alia Tuit.
Sempronia V. Trudonopoli.
Semibaria corpus Pariſijs in S. Dion. Sauſaius.

sen-

Sentia V. Adonis additiones.
S.Septimalla.caput Cremonæ apud Patres Societatis IESV, cum 5.alijs integris capitibus, & 34.ossibus magnis.
Sexcila V.caput ad Albas Dominas.
Sicarnia V. Cat. Magd.
Sidonius Miles,Cæcil.
Sigillinda Trudonopoli.
Sigillindis ad Machabæos.
Sigillindis Tuit.
Simplicius Rauennensis Episcopus Tuit. Trudonopoli.
Sirinus Episcopus caput in Maiore Nazareth.
Smarina V. Tuit. Trudonopoli.
Sophia cognata Agnetis & Barbaræ, Cæcil. & Trudonopoli
Sophia cuius hianti ori telum insertum, ad S. Vrsulam.
Sophia V. Pragæ donata à Carolo IV. Imperatore
Sophia Monachij ex Litan.S.Michaelis.
Specioſa V.in S. Vrsula caput
Specioſa,ad Minores.
Specioſa V.Clariſſæ Trudonopoli.
Spes Trudonopoli.
Spes V.caput in S. Agatha Coloniæ.
Sponſa, V.ad Clariſſas,& in Carthuſia.
Stephana V.Minores.
Stephanus Raiſe f.118.
Succeſſus M. Frater Geneſij corpus in Monte Veteri.
Suffia ad S.Vrsulam.
Surdephia V.ad Clariſſas.
Suſanna V.caput in Francia Gonzaga.
Suſanna V.conſanguinea S. Vrsulæ, pars capitis in Hemmerode.
Suſannæ V.reliquiæ in Carthuſia Rutilana ad Ripam Moſæ.
Sutragia Cat.Magd.
Sydeloſa V.Cæcil.
Symphonia V.Minores
Symphonia Tremoniæ.
Symphonia V.Tuit.

TEndemada in Herendaal Wichmans.
Tenella V.Cordubæ Gonzaga.
Tenerruna V.in porta cœli.
Terentia V.Tuit.
Terentia V.alia Tuit.
Terentia V. in Monaſterio Bonæſpei Raiſe f. 118.
Terentius Episcopus Hiſpaniæ. Brulæ Minores.
Teumata V. Tuit.
Teumata V ad Albas Dominas.
Thalita V.pars capitis Magdeburgi.
Thamaria Tuit.
Thamaria cum Theuſta Socia, in Breuiario Friſingenſi.
Thamaria Trudonopoli.
Theamata V. Monachij ex Lit.S.Micha
Themata ad S.Pantaleonem.
Theodoſius f.Theodori R.Hiſp.ad S.Vr Greffgen.
Theodoricus patruus S.Vrſulæ caput in chaele Coloniæ.
Theodorus Rex Siciliæ ad S.Maximini.
Theodorus Epiſcopus Antiochenus ad ſulam.
Theodorus Preſbyter pars capitis in Nazareth.
Theomata in S.Vrſula Cæſar,l.8.c.85.
Theonaſius in Carthuſ.
Theonaſius ad S.Claram.
Theophania in S.Autberto Raiſe.
Theophania Comitiſſa cum duabus ſagi S.Maximino.
Theophenilla F.Cendeboldi R.Tuit.
Theophilus R.Mauritaniæ Cæcilia.
Theumata V.Tuit.
Theuſta V.cum Thamaria in Friſig.Breu
Tiboria V.Minoritæ.
Tiburtius Dux,caput in S.Cuniberto.
Tilphilda Magdeb.
Timiana V.Trudonopoli.
Timianus M.ad Albas Dominas.
Tinnianus M.in Carthuſia.
Trema V.vna ex principalibus Tuit.
Torpinus Episcopus Tremonienſis.
Trauus M.Tremoniæ.
Triphonica V.Tuit.
Tronica V.cuius corpus Venetijs,Gonza
Tutuualus Abbas Aquileienſis Tuit.

VAlentius M.ad Albas Dominas.
Valeria V.Tuit.
Valeria & Florina Lingonis.Sanſaius.
Valerianus Miles. Cæcil.
Valerius Rex Hiſpaniæ inuentus in S. V templo,pars Monachij. ex Lit.S.Mich
Valerius Episcopus Cæcil.
Valerius Sacerdos Tuit.
Valerius ad S.Pantaleonem.
Valerius in Monaſterio Bonæſpei Raiſe.f.
Valerius Martyr in Monte Veteri.
Validia V.Lieſbornæ.
Vania V.Tuit.
Vania V.Trudonopoli.
S. Vaſpaſius M. & Sacerdos in Monte ve corpus.
Vdia V.Tuit.
Venantia cum Eliſabeth in Corona cœli.
Venapia Virgo Tuit.
Venturata V.Cremonæ in Sacello S.Gegol
Veraga V.Tuit.
Veraſia V.Tuit.
Verena V.in Schœnavv.
Verena alia.Tuit.
Verena in Porta cœli.
Verenia V.ad Albas Dominas.

Veren-

...ent Tuit.
...en V.Trudonopoli.
...ron V.Tuit.
...xin Trudonopoli.
...uiss Trudonopoli.
...tor piscopus & M.in Saluio Raise.
...tor V.in Belgium translata.
...tor V.ad Machabæos, filia Gerasinæ.
...tor v.ad Albas Dominas.
...tor v.ad Clarissas.
...tor v.Osnabrugi, telum capiti infixum ...hæret.
...tor v.caput Monachij in Lit.S.Michaelis.
...tor Burgos in Hispaniam translata Ann. 132.
...ctoria, Tuit.
...ctoria, Minores.
...ctoria, Magdeburgi.
...ctoria, Trudonopoli.
...ctoria, in Marchianensi Monasterio, Raise.
...ctoria v.valde nobilis in Monte veteri.
...ncetia v.Minores.
...ncetius Presbyter Card.Tuit.caput in S. Vrsula.
...ncia v.Minores.
...nian v.Trudonopoli.
...ttor F.Regis, ad Albas Dominas.
...iueria v.Minores.
...iueria alia, Minores.
...iueria tertia ad Minores.
...dena v.apud Prædicatores.
...orbita v.non Martyr, Argentinæ, Socia S. Aceliæ.
...rbatus Miles, Cæcil.
...rbit v.Tuit.
...rbit, Tremoniæ.
...rsmaria Ducissa, Tremoniæ.
...rsmaria v.f.Ararisi Ducis, Tuit.
...rsmaria, Liesbornæ.
...rsmarus Episcopus de monte Iurano, Tuit.
...rtin v.Trudonopoli.
S.Vrsula Regina Britanniæ, in S.Vrsula in tumba argentea, Tuit.
...rsul Regina neptis S. Vrsulæ, caput eius in coro S.Vrsulæ, in sarcophago lapideo est.
...rsul Iunior cum Paulina Osnabrugi, Greffe.
...rsul v.f.Mopriani R.Hung. Cæcil.
Vrsula v. cognata Vrsulæ Ducis Hungariæ, Cæcil.
Vrsula Virgo soror Agnetis & Barbaræ.
Vrsulæ alterius, caput Bergomi.
Vrsulæ caput in Ecclesia S.Iacobi in Hispan.
Vrsulæ caput Auronæ, Gonzaga.
Vrsulæ caput Nannetis Gonzaga.
Vrsula quædam Regina, Tremoniæ.
Vrsula translata ad Glastonense Monasterium, Vsserus.
Vrsulæ caput Parisijs, Sausaius in Martyr.21. Oct.
Vrsulæ caput in Loci spinosi Monasterio, Raise f.289.
Vrundelina v.in Wilbasen, diœcesis Paderb.

WAlbina, Magdeb.
Walbina, Tremonię in S.Catharina.
Warbina v.caput in Maiore Nazareth.
Walbina, ad S.Maximinum Regina.
Walburga matertera S.Vrsulæ, caput Mediolani, Paulus Morigi.
Walburgis Regina, caput ad corpus Christi, Sacrarium.
Walda v.caput in Maiore Nazareth.
Wibrandis, non Martyr, circa Basileam.
Wibretta Cat. Magdeburg.
Wilfuldis, pars capitis Magdeburgi.
Wilhelma f. R. Dagoberti Brit. ad Corpus Christi.
Wilhelmus, caput in Monasterio S.Michaelis, Coloniæ.
Withildis, Magdeburg.
Willibrandus Dux Italiæ, inuentus apud Ioannitas, translatus Osnabrugum.
Willina v.Liesbornæ.
Windrudis, ad Albas Dominas.
Wiuiniana, Cat.Magdeb.

XPinna nobilis puella, ad S.Vrsulam.
Xystus Patruus Cyriaci.

YMna v.Argentinæ, ad Ioannitas.
Ynes translata An.1588. Olyssiponem, ad S.Rochum.

ZWunilia, Magdeburgi.
Ziphana v.caput Ilerdæ.Gonzaga.

MONITIO CIRCA HAEC NOMINA.

CHiliadem hanc nominum Vrſulanarum Martyrum attuli fide periculo talogorum, vel librariorum: nec enim per occupationes licuit loca ſingu ſpicere: quod tamen ante me conatus eſt facere R. D. Conradus Lutherus linghuſanus, Sereniſſimi Archiepiſcopi & Electoris noſtri Commiſſarius; è excerptis collectisque nominibus quædam delibaui: poterit cui plus otij, cat augere, & quanta quolibet in loco portio ſit: vnde & quando tranſlata conſ accuratius, præſertim vbi capita quieſcant, inde numerus perſonarum eiuſdè minis certus colligetur. Nec diffitebor irrepſiſſe in quoſdam catalogos aſſut quædam recentiorum regnorum ac dubiæ fidei: vt Hungariæ, Lombardiæ, ſtantinopolitani imperij, Angliæ, Franciæ, quandoque tamen occaſionem, ces ſimiles adijcerentur, veri dedere tituli ſepulcrales: Inuentus fuerat titul ſtelaſij Epiſcopi Agrienſis, huic adnexuit quidam Hũgarici: quia Agria ciuita garię eſt: Willibrandus in titulo Dux Italię ſcribebatur, eum poſteriores Long diæ Ducem nominarunt: Conſtantia Thraciæ, vel Græciæ, & in reuelation tera Byrantini, vel Conſtantinopolitani dicebatur Regis filia: hinc reliquijs S. ſtantiæ Imperatricis Conſtantinopolitanæ titulus adijcitur: Certè quoties primigenias à coætus conſcriptas narrationes inuentionum legere, puta Tuitie Gerlaci, aliam Ioannitarum, & quandam Cœnobij S. Maximini, nihil in ijs vn vocum recentioris ævi reperi: quod minimum ab Vrſulana Chronologia poſſ horrere: ſic in catalogis manu recentiore ſcriptis nonnunquam Epiſcopi, vel dinalis vocem adiectam vidi, quæ in primigenijs exemplaribus deerat. Videt tem ex hoc catalago reuelationum veritas epidictice quodammodo mon

Primò enim ducenta circiter nomina Martyrum Vrſulanarum hic relata ueniunt cum ijs, quæ in reuelationibus recitaui, quorũ permulta nullis in alijs ctis vſitata reperies. puta Axpara, Euſtaia, Cornula, Chelindris, Geraſina, Imn Inducta, Firmindina.

2. Præter hæc, ducenta alia nomina conueniunt nominibus reuelationum mis, cum affinitate magna vocum: vt Conſtans, Conſtantia, Conſtantinus, F Florinus, Florina, Florentius, Chriſtianus, Chriſtiana, Chriſtina, Chriſtantia talogum horum poſtea dabo.

3. Dignitates & officia perſonarum conſpirant. Nam Dionethus, Ætherius gidius Reges dicuntur, Clemens, Foilanus, Pantulus, Marculus & alij vocant piſcopi; Alexander Dux vtrobique nominatur.

4. Conſentiunt etiam ſanguinis & affinitatis coniunctiones. Dionethus Pater S. Vrſulæ, Angelina filia Alexandri Ducis, & ſimiles Fratrum, Sororũ gnatorũ, vxorũ, & propinquorũ nominationes in ipſis titulis ſepulcralibus inu ſunt, conformes reuelationibus, centum quandoque annis ante cœlitus decla

5. Quædam in reuelationibus dubia relicta: vel prætermiſſa, titulis inuentis illuſtrata: nihil in reuelationibus de Martyrio Dionethi, Ægidij Regis, Re Helenæ, Ioſippæ ſororis Dionethi: atque Angelinæ Abbatiſſæ filiæ Alexandri tinetur: Martyres autẽ fuiſſe demonſtrant tituli: videntur enim hi ſecunda in c & nauigatione cum ſponſo Ætherio acceſſiſſe: cuius ſocias perſonas extra quatuorve, non attingunt reuelationes.

6. Fatentur reuelationes, complures alios Reges, & Principes viros, feminas adfuiſſe, cœlitus nondum indicatos: quibus Reguli quidam Hiſpaniæ, Siciliæ, I noniæque videntur indicari, ſupra in catalogo recenſiti: dummodo non irrep quis error in templorum quorundam indices: & ingenuè fateor, quoſdam ho non poſſe me falſitatis ſuſpicione liberare, & confictarum dignitatum nomin quibuſdam adiectarum.

7. Cùm ex hac ſola chiliade magna pars nominum in reuelationibus conte rum confirmetur, genealogiæ, etiam dignitates & officia perſonarum ſodali Vrſulanæ pleraq; ſtabiliantur, non dubito, quin reliqua nomina reperienda ſi ex Hiſpania, Gallia, Italia, ceteriſq; plagis orbis catalogi nominatorum corpor huius ſodalitatis conquirantur: quod vt facere dignentur ij, qui iſtiuſmodi abu dant reliquijs, etiam atque etiam rogo: interim colligam vtriuſque catalogi co munia vel affinia nomina.

SELE

SELECTA NOMINA NVMERVSQVE EORVM: QVAE EX indicibus templorum excerpta, vel eadem, vel affinia sunt eis, quæ in reuelationibus continentur.

Dionethus Rex Pater S. Vrsulæ.
Dionysia
Demetria mater Ætherij sponsi
Daria 2
Dorothea

Eleutheria
Elisabeth 4
Emerentiana
Eugenia 2.
Eucharia
Eulalia
Eunomia 2
Euodia
Euphemiana
Euphemia
Euphrosyna 2
Eustachius
Eustaia
Eusebius
Euticia
Euticius
Eutropia
Exspara.

Felicitas 4
Felix 2
Fidelitas
Fides
Firmindina 4
Firminus 4
Flora 5
Floriana 2
Florida 2
Florigera
Florena
Florenia
Florentia 2
Florentina 5
Floreta
Florentius 2
Florina
Florinus
Foilanus Episcopus Luc.
Focatus
Formosa 3
Erasina 4
Germanus 3
Gertrudis 2
Helena 3
Hedvvigis 2
Hervvicus
Honesta
Hermolaus
Honorata 3
Honoratus.

Iacobus Episcopus Ant.
Iosippa soror Dionethi
Ioanna
Ioannes 3
Immeria 8
Inducta
Iulia 2
Iuliana 7
Iulianus
Iustina 3
Iustinus 2

Kllianus

Lvcia 2
Lucretia

Mabilia 2
Macharius 3
Magnus 2
Marculus
Margareta 1
Martha 2
Matrona 2
Mauritius Episcopus
Mechthildis
Mobilia 2

Nicolaus
Nicomedes

Odilia 6
Oliua. 3

Palladia 3
Pantulus Episcopus 2
Pantula
Perpetua 2
Petrus
Philippus 3
Philippa 3
Pinnosa 5
Pignosa 6
Placentia
Placida
Pontius Cardinalis
Praxedes
Protha
Prudentia. 3

Richildis

Sabina 3
Sapientia 7
Sophia 4
Simplicius Rauennensis Episcopus
Spes

Theodora
Theodorus
Tiberia

Verena 3
Verenia 2
Verona
Victor
Victoria 6
Victorina 5
Vincentius
Viuentia 3
Vrsula. 24

VValburgis 2
Willina.

TOMI SECVNDI
HISTORIÆ S. VRSVLÆ,
LIBER NONVS.
CVLTVS SS. VIRGINUM.

LEuationes & translationes reliquiarũ Vrsulanarum orbe toto factæ, cultum earum mirificè propagarunt: qui tamen continuo ab ipso Martyrij tempore in loco funerationis cœperat, magno incolarum bono: scilicet amat non minus in se, quam in Sanctis Deus honorari, ideò nec amicos Jobi exaudiuit ante, quàm deprecator Jobus accessisset, id honoris ei deferri voluit, vt tali tantũ interprete, vel Patrono, ad illud, quod suplices petebant, impetrandum vterentur. Nec tamen illo seruorum honore minuitur; nò potius augetur Domini reuerentia, cuius intuitu cultus is etiam seruis illius ac amicis exhibetur, teste sancto Hieronymo. Honoramus, *ait*, reliquias Martyrum, vt eum, cuius sunt Martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorum redundet in Dominum, qui ait Marc. 9. Qui vos suscipit, me suscipit. *Cùm igitur constet, vt infrà ostendam, ab Ecclesiâ in Martyrium quinto seculo S. Vrsulam cum Sodalibus esse numeratam; initium eius cultus, ac progressum exsequemur. Tum qui orbe toto præcipui cultores eius, præsertim è Religiosis exstiterint. Denique varij proponentur ritus & modi, quibus ea per orbem Sodalitas fuerit à Christianis honorata, magno cum emolumento.*

Deus in Sanctis honoratur.

S. Hier. ep. 53. ad Riparium.

Tres libri huius partes.

CA-

CAPVT I.

Templa quando S. Vrsulæ erigi cæpta sint.

SOLEBANT fideles primis nascentis Ecclesiæ seculis, illustrioribus fidei testibus Ecclesias erigere, & statim quidem ab ipso martyrij tempore, cùm primùm ardor persecutionis deferbuisset: ita in Africâ S. Cypriano (qui 24. annis post sanctam Vrsulam martyrium fecit) sanctus Augustinus ait, duas erectas Basilicas, alteram vbi sanguinem profudit, alteram, vbi sepulturæ corpus mandatum est. Cum verò Martyrij docet, *mensam sancti Cypriani* esse appellatam, his verbis: *in eo loco, vbi posuit carnis exuuias, sæua tunc multitudo conuenerat, quæ propter Christi funderet sanguinem Cypriani, ibi hodie venerans multitudo concurrit, quæ propter natalem Cypriani bibit sanguinem Christi, quanto deuotiùs ibi propter Christi fusus est sanguis Cypriani. Denique sicut nostis, quicunque Carthaginem in eodem loco mensa Deo constructa est: tamen mensa dicitur Cypriani, non quia nunquam Cyprianus epulatus; sed quia ibi est immolatus, & quia ipsâ immolatione habuit hanc mensam, non in qua pascat, siue pascatur: sed in qua sacrificium Deo, & ipse oblatus est, offeratur. Sed vt mensa illa, quæ Dei est, etiam Cypriani vocetur, causa est, quia vt illa modo cingitur ab obsequentibus, ibi Cyprianus cingebatur à obsequentibus, vbi nunc alia ab amicis orantibus honoratur, ibi tunc Cyprianus ab inimicis frementibus calcabatur; postremo vbi illa erecta est, ibi prostratus est.* Ita S. Augustinus clarè ritum ostendit, quo initio nascentis Ecclesiæ Christi athletas pro fide totiter occumbentes annuâ solennitate fideles prosequebantur: erecta enim eidem Ecclesia cum altari, quotannis ad diem natalem Martyris festivè celebrandum confluebant; vt sacrâ synaxi reficerentur. Non ita multo post eodem seculo S. Seuerinus Coloniæ eidem Martyri S. Cypriano, ac Cornelio insignem construxit Basilicam, quæ tamen à sepulturâ S. Fundatoris nomen immutauit. Gaudius scribit, S. Regulum Arelatæ cùm degeret, diuinitùs cognouisse martyrium S. Dionysij; quod Parisijs fecerat: statimque aduolâsse, & erectâ super Martyris sepulcrum Ecclesiâ, Syluanectum abijsse. Confirmat morem istum Marcius ex actis S. Patrocli Martyris, quæ exstant apud Surium ad 21. Ianuar. *Eusebius ædificauit super corpus S. Viri paruam parua facultate Ecclesiam, ibique iuxta corpus Sanctum, sibi etiam sepulturam poposcerat.*

Appellabantur autem Martyrum Ecclesiæ, Martyrium: nam S. Augustinus *Martyrium S. Stephani* vocat locum, in quo Stephanus colebatur: & templum Hierosolymis in monte Caluariæ excitatum à Constantino, Eusebius *Magnum Martyrium* nuncupat, quia Christus, quem SS. Patres *Caput Martyrum* nominarunt, suum ibi profudit sanguinem. Eadem templa *Martyrum memoriæ* dicebantur; sine loco cit. inquit S. Augustinus: *nos Martyribus nostris non templa; sed memorias nominibus mortuis, quorum apud Deum viuit spiritus, fabricamus.* Porrò si plures eodem loci Martyres mortem pro fide oppetijssent, *Concilium Sanctorum* appellabatur: de S. Damaso, S. Hieronymus dicat: *Hic multa Sanctorum corpora requisiuit, & inuenit, quorum etiam concilia, & sepulcra versibus declarauit, & adornauit.* Simili voce S. Ambrosius vtitur aduersùs Symmachum, dum Sanctarum Virginum Collegium appellat *Concilium Virginitatis.* Fuit igitur similis *memoria*, siue *Martyrium*, vel *Concilium Sanctorum*, ipso Martyrij anno à ciuibus Coloniensibus in gratiarum etiam actionem liberatę vrbis excitatum; vt indicat M. S. Codex, cuius fragmentum exstat in Surio, qui Clematiani templi restaurationis vnam adfert occasionem, negligentiam cultûs SS. Virginum, incensâ custode earum Ecclesiâ, his verbis. *Nam cur cœlestis huius exercitus à principio gesta simul, & prælia non scriberentur, vt sic demum puriùs, & lucidiùs ad aures posteritatis transmitterentur, quotus in omni genere mirari debeat, cum etiam huius negligentiæ communis penè omnium populorum afflictio, per barbaros his ma-*

S. Cypriani locus martyrij ornatur templo. *S. August. ser. 113. de diuersis.*

S. Seuerinus eidem Coloniæ erigit Ecclesiam. *Martyrol. Gal. 30. Martij.*

Locus Martyrij S. Patrocli ornatur Ecclesia Baron. ad Ann. 278. n. 3.

Ea dicebatur Martyrium. *l. 2. de ciu. Dei. c. 8. Euseb. l. 4. vitæ Constant. c. 40.*

Memoria. Conciliũ Sanctorũ vbi plures occisi pro fide.

Ciues eodem anno S. Vrsulæ Ecclesiam exstruunt.

ximè regionibus debachantes inflicta perdoceat; per quam etiam hoc factum, vt earum SS. Virginum memoria, post incensam Sanctorum corporum custodem Ecclesiam paulat ore primùm, deinde ab ipso pectore religiosi dudum populi laberetur. & hanc ponit cau cur Clematius à Deo sit euocatus, vt Ecclesiam & cultũ SS. Virginum instaur

Idem significat vetus historia, dum post sepulturam addit, *breuiq; tempore, hodie est cernere, sanctissimæ Virginum reliquiæ ad æternam Colonienſium gloriam pa runt in pace: Ex eo autem crescente iam diuinâ religione non modo consuetudo, sed pr suetudine sacramentum ciuibus inoleuit, vt intra ambitum Virginalis sepulturæ, nem que hodie cuiusquam mortui corpus audeat sepelire.* mox de Clematio subdit. *qui pr suo Ecclesiam super sanctissimos cineres à fundamentis constructam, in honorem SS. num compleuit*, vel vt ipse Clematius loquitur in monimento inciso, hanc Basil *à fundamentis restituit.* nam ante à ciuibus erectam, & exustam restaurauit. An gitur incarnati Seruatoris 238. ad 21. Octob. solenni ritu Sacrum videtur cele

Tert. l. de coro. Martyris c. 3. S. Cyprian. ep. 34. S. Gregor. Thaumaturgus.

tum: nam tres coæui S. Vrsulæ morem hunc probant. Tertull. ait, *pro natalitijs a die facimus*, &c. S. Cyprianus, *sacrificia pro his semper, vt meministis, offerimus, q Martyrum passiones, & dies anniuersariâ commemoratione celebramus.* Et S. Greg Thaumaturgus, *instituit eos, quos baptizarat, vt celebrarent natalitia Martyrum*, ait gor. Niss. in vitâ, consuetudine scilicet eo tempore recepta, iuxta S. Augusti de mensâ S. Cypriani, vt Sacerdote ad aram faciente sacrâ synaxi reficerentur

Anniuersarium instituunt.

Ex his conficio iam inde à S. Vrsulæ tempore, more passim vsitato, iuxta æui Scriptores, Colonienses vrbe egressos quotannis magnâ celebritate diui peregisse. Porrò vti S. Vrsulæ Coloniæ, sic S. Cuneræ Rhenensi in oppido sta Martyrio ibidem erecta Ecclesia. S. item Christinæ prope Basileam in monte tribus alijs Virginibus Eichseliæ: nam S. Aureliæ Argentoratense templum chiale his longè posterius est.

CAPVT II.

Festum eiusdem Martyris, quando institutum.

Festa Sanctorum

PRæter Dominicam diem festum potuisse institui ad Sanctorum cum D cœlis regnantium honorem, nemo est Catholicorum, qui ambigat: & quidem, vt fidelium mentes ad imitandum Sanctos prouocentur in vitâ, quos tâ cernunt gloriâ à Deo non in cœlis tantùm, sed in terrâ etiam decorari. Vti tem festorum istorum breuiter attingit S. Augustin. *Populus Christianus mem Martyrum religiosâ solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt me eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur; ita tamen, vt nulli Martyrum; sed ipsi Martyrum, quamuis in memoriam Martyrum, constituamus altaria.*

S. Augus. l. 20. C. D. c. 21.

Natale dicebantur. Origo ab Apostolis. S. Clemens l. 8. constit. c. 23. Baron. ad Ann. 58.

Ea verò festiuitas iam inde ab Ecclesiæ incunabulis Natale dicebatur, Sanctus de terrâ ad cœlum; de labore ad requiem; de cruciatibus ad delicias fluxas; sed æternas feliciùs nasceretur. S. Clemens vult ea manâsse festa ex Apo licis institutis; nemo enim nisi Apostolorum autoritate rem tantam in Ecclesiâ Scripturæ diuinæ exemplis ausus fuisset inchoare. *Neque rursum,* (ait Cæsar Ba nius) *ab vniuersali Ecclesiâ recepta essent, nisi id omnes ex Apostolicâ traditione nouis dimanâsse.*

Euseb. l. 4. c. 14. Tempore S. Polycarpi. Eus. l. 7. c. 17. Etiam in persecutione.

Exstant apud Eusebium verba Epistolæ, quam Smyrnensis Eccleſia ad a scripsit seculo secundo Ecclesias, in quâ S. Polycarpi historiam ita concludit: *hic poſtea ossa eius potiora lapillis pretiosis, auroq; puriora ex cineribus electa eo loco repositum qui illis erat decorus, consentaneusq; : vbi sanè nobis in vnum aliquando coactis Domi præstabit, vt celebrem eius Martyrij diem instar Natalis festi cum exsultatione, & gau quantum fieri potest maximo recolamus.* Idem Eusebius autor est, antiquos Christian propter nullam persecutionem, aut loci incommoditatem à celebrandis SS. M tyrum memorijs destitisse, quam vocat Tertullianus loc. citat. *antiquam maior*

tradi-

...dem, vt iam centum ante S. Vrsulæ tempora annis ea toto orbe consuetudo ...uata. Nam Clemens ita de Festo S. Stephani statuit. *In die S. Stephani Proto-...quiescant, & religiosorum sanctorum Martyrum, qui Christum propriâ vita an-...nt.* Suffragatur Origenes, æqualis S. Vrsulæ. *Benè & secundùm voluntatem ...n memoriam SS. Patres celebrari mandârunt semper in Ecclesijs veluti pro Domi-...ntium.* Celeberrimus est S. Cypriani locus Clerum commonentis, vt dies ...j tabulis Ecclesiasticis consignarentur. *Denique & dies eorum, ait, quibus ex-...dnotate, vt commemorationes eorum inter memorias Martyum possimus celebrare, ...m Tertullus fidelissimus & deuotissimus F. noster, pro certa solicitudine & curâ ...m Fratribus in omni obsequio operationis impertit, quæ nec illic circa curam corporũ ...ipserit & scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere Beati Fratres nostri ad im-...atem gloriosæ mortis ex istâ transeunt, vt celebrentur hic à nobis oblationes, & sa-...b commemorationes ipsorum, quæ citò vobiscum Domino protegente celebrabimus.*

Clemens lib. 8. c. 32. Festum S. Stephani. Origenes hom. 3. in Matth. S. Cyprianus ep. 37. ad Clerum Carthag.

...tis hæc monstrant, iam inde ab ipsis Apostolorum temporibus morem in-...ist, Martyrij dies accuratè notandi, eiusque memoriam festiuis gaudijs annuâ ...tate renouandi. Cùm igitur ostensum sit, ipso Martyrij anno S. Vrsulæ Co-...æ, & in Rhenensi oppido S. Cuneræ fuisse templum excitatum, etiam dies fe-...re recepto quotannis fuit celebratus. Nec est, quod quis de S. Cunerâ op-...duplex eius festum post Annum 700. à S. Willebrordo inchoatum, vt enim ...dedero translationis diem à S. Viro institutum; Martyrij tamen solennita-...n nisi approbatam puto, & pridem more maiorum receptam, ita pro S. Au-...à 1. *Octob.* pro S. Vrsula *21.* & pro S. Cunera *28.* tabulis consignata pridem festi-...s. Porrò quando cœperint collapsâ consuetudine renouari eæ celebritates, ex ...statutis colligi potest: nam ante trecentos annos Coloniæ ab Henrico Ar-...iepscopo circa Annum 1328. inter festa S. Vrsulæ dies numerabatur, quod anti-...a tum Ferdinandus Archiepiscop. superstes instaurauit. Fuit & S. Aureliæ V. non ...ris è Sodalitate eadem festum solenniter peractum multis seculis Argento-...i, quod cum ausu temerario ciues labore violarent, morte 24. ciuium Deus vl-...m voluit, vt lib. 10. fusiùs referetur.

CAPVT III.

Anno 463. cultus S. Vrsulæ collapsus redintegratur.

...psu temporum, & morte S. Seuerini, ac Euergisli refrixit pietas cultus Vrsu-...ni, deerat Præsulis exemplum, quale in vtroque nominato Episcopo non sine ...gijs viderant. S. quidem Seuerinus (vt autor est Ægidius) quotidie more suo ...speram extra muros obibat psallendo Monasteria; Nam erant extra Colo-...præter S. Gereonis à S. Helenâ exstructam, SS. Cornelij & Cypriani Basilica ...euerino recens excitata, & S. Vrsulæ à ciuibus erecta. Denique & Magdale-...n Sacellum: dum igitur in reditu per agrum Vrsulanum S. Præsul tendit ad lo-..., vbi hodie S. Seruatij Sacellum excitatum visitur, in memoriam miraculi, ibi ...mnam igneam conspexit, eoque prodigio S. Seruatij vitæ sanctitatem didicit. ... Antistes dum aliàs simili religione eadem obiret templa cum S. Euergislo, S. ...inum vidit Angelis stipatum ad cœlum euolare. Nec minor fuit S. Euergisli ...ssoris erga SS. Martyres pietas. Hic cùm graui dolore capitis cruciatus ad SS. ...yrum memoriam oratum accessisset, & in templi ingressu, versum illum Da-...cum caneret. *Exsultabũt Sancti in gloriâ.* Sancti ipsi Martyres in S. Gereonis Ba-...è tumulis responderunt. *Lætabuntur in cubilibus suis.* Tali Sanctorum responso ...tifex capite æger recreatus, & in spem sanitatis erectus, cùm puluerem è loco ...lcrorum manibus collectum verti ci imposuisset, sensit præsens fugando dolori ...edium, vt Surius memorat. Horum exemplis venerationis Martyrum, Colo-...ses orbati ciues, cum Attilana vastatione conflagrasset (ait M. S. codex apud ...um 21. Octob.) *per quam* (afflictionem barbarorum) *factum est, vt earum SS. Vir-*

AEgidius tom. 1. Episcoporũ Leod. S. Seuerini visiones dum obit loca sacra.

E tumulis Martyres S. Euergislo respondent. Surius in vita 24. Octob. Refrigescit cultus.

ginum memoria, post incensam Sanctorum corporum custodem Ecclesiam, paulatim ab o... mum, deinde ab ipso pectore religiosi dudum populi laberetur, hæc nihilominus negli... de honorandis thesauri pretiosissimi loculis in nostratibus adeò vehementer indurunt, ... remotis valdè Orientalium regionum partibus Clematius quidam Vir, vt rerum exu... cuit, clarus simul, & religiosus, atque ad illustrandas, honorandasq; famâ pariter & m... SS. Virginum sepulturas idoneus, crebris visionum prodigijs, terroribus, & documen... loniam inuitatus accederet, & quæcunque coactus in loco suo primùm timore spopon... hîc in redintegrandâ SS. Virginum Basilicâ religionis deuotione perficeret. Hic igitur ... matius ex Alexandrinis Ægypti, vt reor, Clematijs oriundus, cum SS. Virg... crebris visionibus excitus, tum terrore aliquo cœlitùs immisso concitatus, v... obligauit templi SS. Virginibus excitandi: id post Attilanam vastitatem cont... haud obscurè Machabæiticarum Virginum archæa significant, vt ostendam ...

Euocatur Clematius.

Vrsulanũ templum exustum restaurat.

Vnde cum Attila circa Annum 451. Galliam, & Agrippinam ferro flar... que depopulatus esset, & incensâ S. Vrsulæ Ecclesiâ per decem annos, omn... millium Martyrum memoriâ penitùs interijsse videretur, opus erat, vt Clem... Alexandrinus ex oriente priscorum Clematiorum studium sacras Virgines ... randi Coloniæ restaurato templo renouaret.

Solinus Episcopus aliud templum S. Vrsulæ erigit.

Accidit instauratio magno prouentu cultûs Vrsulani; nam vrbis Episc... Solinus castigatâ tam propriâ, quàm Colonienſium incuriâ, mox adiecit anim... vt qu...ndo magnificẽtiâ propè regiâ Vrsulana Basilica instauraretur, collis Ma... lenæo Sacello inclytus, & mutato Grecsbergensi nomine, iam ager Vrsulanu... pellatus ob sanguinis Virginei commune receptaculum, maiori cultu, & obser... tia laxatis Sacelli angustijs coleretur. Hunc porro Solini Episcopi in restitu... Vrsulano cultu conatum, & indefessum studium eadem testantur Machabæ... rum Virginum Archæa, & refertur in loci M.S. codice his verbis. *Hinc post ann... quot salutis, videlicet 463. aut circiter, Solinus Archiepiscopus Colonienſis, vt sacris h... munitionem aliquam faceret, sanctisq; Virginibus reuerentiam maiorem (sicut in Ar... huius vrbis reperimus notatum) vetustis istis his mœnibus, noua quædam à loco, vbi nu... Xenodochium (quod nostri* Wipperwaldt *vocant) adijciens, statuensq; portam, quæ...*

Idem muro cingit agrum Vrsulanum.

Würffelpfort appellatur, eo loco, vbi nunc S. Vrsulæ exstat Basilica, & eam Greesbergens... Vrsulani agri regionem muro circumcinxit & intra vrbem contraxit, eamq; tanto an... rem reddidit, nec non ossa SS. quoad potuit è terra veteribus eruens loculis, lapideis iteru... condit mausoleis, & ædiculam istam hic Magdalenæam in loco vestro ipse exstruxit amp... Fuêre quoque his temporibus, qui Basilicam istam D. Vrsulæ sacram à vobis Occidentem ... sus exstruerẽt, vt abundè affatimq;, tam sacris pignoribus pro viciniâ fieret copia perego... tionis, atque à pluribus tam exteris, quàm nostris condecorarentur. Eâ ergo causâ fossæ, ... aliquot in isto vernanti suauiq; sanguinis agro rubricosoq; Polyandrio apertæ sunt, ne di... tam sacræ reliquiæ delitescerent, & præsertim quando primum illud Magdalenæ Sacellun... Solinum in templum illud notissimum (quod nostro tempore per Heliam est tam angust... stauratum) ampliaretur, istius tamen Sacelli spatio, tunc perpulcrè intercluso, locum suu... lævam in eo obtinente.

Templum ædificat.

Ita varia facta sunt seculo quinto, ad cultus Vrsulani instaurationem. *Pr...* Clematiana S. Vrsulæ Basilica constructa. *Secundò,* similis à Solino Episcopo in... le Greesbergensi laxatis Magdalenæi Sacelli angustijs ædificata. *Tertiò,* corp... Sanctarum Virginum plurima confertim tumulata, seorsim lapideis sunt sarcop... gis condita. *Quartò,* totus Vrsulanus ager vallo coronatus, vt suburbij ratione habere... vrbi contiguus, & munitione quadam cinctus, licet vrbis ar... cuatis mœnibus, non nisi post sexcentos annos à Philippo Heinsbergensi Episcopo fuerit circum... scriptus.

CA-

CAPVT IV.

...to seculo cultus, & festum cœpit solenniter ab exteris etiam celebrari, & de institutis ad Sanctam Vrsulam peregrinationibus, iam inde à Martyrij tempore.

...te annum Christi quingentesimum, festum S. Vrsulæ ab exteris etiam cœ- ...tum esse celebrari, autor est Iacobus Philippus Bergomensis, & Bartholo- ...Gauantus: Hic Commentario in rubricas Breuiarij ita loquitur, *21. Octob. ...ie in quinto seculo, Anno 500. indictum esse festum (S. Vrsulæ) ait Philippus Bergo- ...sitatus à Schultingio,* qui Schultingius de seculo quinto ita pronunciat in festo ...Vrsulæ, *S. Vrsulæ solennitatem celebrari in Kalend. Nouembr. eo scilicet seculo* (quinto) *...Bergomensis.* Vocat autem solennitatem, quia fuit communiter etiam in Ro- ...ecclesiâ multis seculis ritu duplici celebrata, transiato in alium diem festo S. ...nis, vsque ad Pij V. Breuiarij Rom. correctionem, hinc cit. loc. Gauantus de ...festo ita pergit. *In Missali Vaticano vol. 3808. Officium solenne proprium totum in Bre- ...ar. anno 1550.*

Ann. 500. festum S. Vrsulę per orbem celebratur. *Gauantus 21. Octob. f. 169. Schulting. to. 1. antiq. Eccl. p. 1. c. 23.*

...ed origo quæritur eius solennis in orbe Christiano S. Vrsulæ festiuitatis: Ego ...in eo ad Clematij reditum in Orientem esse referendam, qui magnis prodigijs, ...olo iam euocatus, cùm ibidem loci maiestatem, & miraculorum multitudinem ...gnouisset, totus in eo fuit, vt ad quos diuertebat, ijs etiam admiranda Dei opera, ...alræ huius Sodalitatis martyrium, prodigiaque commemoraret, itaque ad ...tum SS. Virginum inflammaret. Confirmat id M. S. Codex, cuius fragmentum ...tat in Surianis Tomis his verbis. *Qui* (S. Clematius) *non solum in loco proprio pre- ...sorum corporum veneration debitam redintegrauit, & auxit, verùm etiam in exteras ...incias, vnde venerat, & per quas iter fecerat, famam tantam eundo, & redeundo ...auit.* Atque ita videtur is cultus seculo quinto in Italiam, aliasque regiones pe- ...trasse, vt volunt Bergomensis, Gauantus, Schultingius.

Origo à Clematio.

...t quia sanctissimæ Virgines vitæ sanctitudinis rudimenta in peregrinatione ...mana posuerunt, seque itineris molestijs ad fortiter pro Christo mortem oppe- ...ndam præpararunt, voluit Deus, vt paulò post martyrium viri illustres & Reges ...iam ipsarum Mausolea religiosè viserent, trophæa inspicerent, sacros cineres sub- ...missi genibus venerarentur.

S. Papunius Rex visitat S. Vrsulam.

...arbernus Gerlaci Tuitiensis Abbatis successor scribit hunc titulum se repe- ...isse *S. Papunius Martyr, & Rex Hibernienſis, frater S. Nothi, qui venit visitare corpora ...rum Virginum.* Qui satis indicat, peracto Coloniæ martyrio, famâ excitum ...Troæorum Virgineorum, & fratris Nothi Regis Scotiæ, gentiles suos Coloniæ vi- ...sere voluisse, fratrisque sui sacras exuuias, cuius hic iuxta detectus titulus est, *S. No- ...thus Martyr & Rex Scotorum*: Sed quo tempore & loco palmam martyrij talis ob- ...tinuerit, hactenus non potui reperire: An Maximini tempore triennij, quo Germa- ...niam vastârat, Galliam occupabat, Italiam ferro flammaq; populabatur? suos certè ...in Gallicanis Rheni litoribus habuerit belli duces, qui præsidia Romana, quæ iussu ...eius q; Senatus in fide (vti Colonia) populi Romani contra Maximinum hostem ...imperij & perduellem declaratum permanebant, vel expugnarent armis, vel cre- ...bris insultibus, & expilationibus ad deditionem compellerent: an forte redux Co- ...lonia peractâ sacrâ peregrinatione in tales harpyas incidit, qui oculos semper intẽ- ...tos habebant in ciues Agrippinates, & eos, qui vltro citroq; eò commeabant? potuit ...ab inuisos, dum Colonia in Hiberniam rediret, incidisse, à quibus, vt ex hostico ...verens interemtus, in vrbem à famulis fuerit reportatus. fauet triennij sextæ per- ...secutionis in Christianos excitatæ tempus idoneũ: fauet locus in fide Romani sem- ...per Senatus perseuerans; votum fortè accesserit Regis, vt cui negatum eodem tem- ...pore & loco cum gentilibus suis occumbere, iam socius martyrij loco etiam sepultu- ...ræ communi frueretur: ita etiam fieri potuit, vt Clematius & Liuoldus pollinctores ...Virginum à similibus occiderentur, quorum corpora prope Virgines tumulata, cul- ...tu etiam sacrum meruerunt.

Quomodo Martyr.

Hunc

2. Clematius.

Hunc primum ad sepulcra Martyrum Hibernia misit: alterum ex Orie
credo Alexandriâ Clematium, qui vt nocturnis SS. Virginum apparentium
tis obsequeretur, voto se etiam obligauit, loca sepulturæ earum Basilicæ ref
tione honorandi: idem cœlesti consilio remissus in patriam est, vt cultum P.
nium in omnes, quas transibat oras propagaret. Tertium Francia S. Floriani
quo sequenti capite fusiùs erit differendum. Quartum Polonia post Annum
Miesco, magnum Poloniæ Ducem, qui cùm Coloniam profectus, SS. Virgin
plex veneraturus, ibi regio apparatu receptus à ciuibus esset, duas in Poloni
struxit Abbatias, in quibus Coloniâ tantum oriundos voluit Deo militare. I
rea viri etiam sanctitate illustres ad sacras has exuvias piè deuenerandas sunt
grinati. Post S. Audoënum, S. Norbertus, vt sæpè dixi, è Gallijs huc se rece
sanctarum Virginum patrocinium & sacras ipsas exuvias obtineret: S. Iuliar
aduolauit è Belgio, vt tot deprecatricibus festi solennis Corporis Christi insti
nem impetraret. S. Aszelina dies hic integros 30. quandoque exigebat, cum è
ciâ Coloniam venisset, quia mens eius non poterat cultu, & veneratione to
lium Virginum satiari.

3. S Florianus Rex.

4. Miesco Poloniæ Dux.

Viri Sancti.

CAPVT V.

Circa Annum Domini 500. S. Elon Episcopus, S. Florian. Rex, S. Engelinda Regina, cum magno comitatu, dum Coloniam tendunt, S. Vrsulam visitaturi, propè Confluentiam nobili martyrio coronantur.

ILlustrissimum hoc martyrium, si personarum dignitatem & multitudinem
sideres, temporum turbulentissimorum iniquitas, maiorum nostrorum, &
mis loci accolarum negligentia posteris eripuit: vt mirum sit, nullum hactenu
torem libris editis clarum, huius tam nobilis certaminis meminisse: quod vt se
rem, me necessitas compulit; cui à Confluentinis obiectum est, apud se parte
dalitatis Vrsulanæ fecisse martyrium: id fieri potuisse auxit mihi suspicionem
pertis in Carthusiâ Colonienſi reliquijs, quibus hæc adiecta erat vetustissim
graphe. *De Societate S. Floriani Martyris, qui passus fuit cum Socijs in Besselich sub C
entiâ, & dicitur esse de numero vndecim millium Virginum, & ibidem mansisse cum soc
pro nomine Christi.* Hac inscriptione Anno 1638. lecta, cum cardinem histor
Martyrij Vrsulani locum, quem demonstrasse mihi videbar, nutare aduerte
multas ad PP. de Obseruantiâ, custodes sacrarum exuuiarum, ob tertiarias, qu
præsunt, multas etiam ad nostros de Societate dedi literas, vt quidquid in anti
simis Missalibus, M. SS. tabellis affixis, inscriptionibus & picturis supereſſet, t
mitterent: quâ in re plurimùm operæ posuit P. Henricus Lotzius Patrum deol
uantiâ, tunc minister Prouincialis, destinatis ad me, quæ in Archæis reperit; &
dum locum pro officio inspiceret, ex vetustissimis Codicibus & tabellis inueni
hæc qui Virginibus à confessionibus tunc erat P. Nicolaus Langenberg, ea,
ad honorem, & cultum eorum hactenus facta sunt, & quæ Deus miranda circ
hodiè etiam operatur, fidâ relatione viuorum adhuc testium curauit. Postea lo
ipsum adij, cuncta præsens inspexi, cumque singula inter se aptè cernerem
gruere, præcipuè verò Martyrum adiuncta supereſſe, non dubitaui publico da
ostendere, nihil eorum temporis illius profanæ, vel Ecclesiasticæ historiæ repu
re: Nec facilè quid aliud excellentius ad cultum S. Vrsulæ propagandum ad
potest, quam si monstretur, iam tum Anno 500. Reges, & Episcopos Colon
magno stipatu comitum abijsse, vt sanctarum Virginum reliquias veneraren
eoque in cultu feciſſe Martyrium. Adeste Diui Martyres, fauete, conatibus pij
scribentem dirigite, ne aberret incautior: potestis, quia gessistis hæc: & verita
ipsam clarè in Verbo contemplamini.

Causa scribendi Martyrij.

Occasio.

Atqu

Atque vt via clarâ methodoque rei gestæ series exponatur: ante Martyrij ratio-
nem esequar, quam honores ipsis habitos, translationem, & miracula recenseam.
Historiam aduentus, & cædem eorum breuiter ita narrat tabella templi muro
fixa sub picta imagine, quæ coloribus omnia repræsentat; ea Latio donata ex
Teutonico sic habet. *Anno post Christum natum quingentesimo in septimana san-* Narratio eius ex tabulâ in templo affixâ.
ctæ Gallia venit Rex Florianus cum coniuge Engelindâ, Episcopo Elone, Pupillo Diacono,
VVenceslao Subdiacono, ac toto comitatu suo, qui secundo Rheno nauigabant Coloniam,
visurarent vndecim millia Virginum, & reliquos ibi sanctos Martyres: hi cum nauigio de-
cendunt in Ehrenbreitsteinianum montem, prope Beslich vicinum collem, cernunt in aere
vitam fulgurare crucem: quo viso, diuino instinctu, & afflatu appellunt: collem con-
scendunt: in quo sacellum reperiunt S. Remigio (postea) *consecratum: quod dum in-*
tra Episcopus vna cum Diacono, & Subdiacono, totoq; reliquo comitatu, prope altare sunt ab
omni (quorum reliquiæ multæ vicina loca eâ tempestate infestabant) omnes truci-
dati. Passus cum illis est Florianus rex, Engelinda Regina cum omni famulitio; Regis,
Reginæ capita adseruantur integra. In Regis capite plaga luculenta monstratur; Reginæ
verò caput hodie adhuc decoro capillitio vestitur: intra & extra Ecclesiam iacent plurimi
Martyrum tumulati. Huic tabellæ fidem facit populi constans traditio, similisque
intra eo: Imago vetustissima, quæ eadem exprimit, antiquissimum Missale, &
vetusti codices Virginum, in quibus eadem recensentur: Nos adiuncta Martyrij
consimilatius discutiemus.

Nomina personarum supersunt omnino septem, Confluentiæ trium Ecclesia- Nomina 7. supersunt.
sticarum, quatuor secularium. Familiam Cleri ducit S. Elon Episcopus: cuius
loco præsul fuerit, ignoratur; præsertim cum eo tempore quidam, (vt postea S. Elon Episcopus.
S. Vibertus) nulli certæ præfuerint diœcesi, quibus Apostolatus ad barbaras
quasque gentes fidei Christianæ subiungandas sedis Apostolicæ priuilegio com-
mittebatur. Elones verò in Germaniâ, Galliaque vixisse, testis est Elon, vel
Elon, quem S. Poppo Abbas S. Maximini Anno 1029. pro se constituit præfe-
ctum Abbatiæ Bravveilerensis, vt ad eum annum affirmat Brovverus in Annalib.
Treuirens. Aderant Episcopo Pupillus Diaconus, & VVenceslaus, quem non-
nulli schedulæ Flaccum etiam appellant. Seculares inter eminet S. Florianus, De tribus Florianis.
dius ab eo, qui Diocletiano Cæsare in Norico ripario Tribunus Militaris Anassum
suum Martyrio suo nobilitauit, vt habet Surius quarto Maij; quamuis ob no-
minis similitudinem, & quia dies incertus Martyrij Regis Floriani est, videatur eo-
dem die eius solennitas instituta. Meminit & Petrus in catalogo Martyris alterius
Floriani, qui cum Calanico & 40. alijs Gazæ occubuit. Vxor ei fuit Engelinda Re- *Lib. 1. cap. 73.*
gina nominis terminatione in Germaniâ Galliaque eo tempore vsitatâ: nam eo- Engelinda Regina.
dem seculo Sigebertus Metensium Rex Clodosindam habebat filiam: & Theo- *Paulus Diac. l. 3. c. 29.*
dosinda (ad quam extant S. Gregorij M. scripti Dialogi) Regi Longobardorum
desponsa ipsum, & gentem totam ab Arij perfidiâ depulsum, Christo aggregauit; de
cuius pietate, & fortitudine Brunerus in Boicis videri potest. Præter dictos Marty- *Brunerus l. 4. Annal.*
res, cum in Missali peruetusto, quam M. S. Codice Virgines duæ nominantur: Ani-
beda, & Enibeda, quæ alibi pedissequæ vocantur: atque horum quidem septem
nomina distincta reperiuntur, satellitij verò, & comitatus, qui totus contruci-
datus est, ignorantur. Præter hæc septem, duo superant alia in Sacrario SS. Re-
nouarum Andernaci: in cuius indice reperitur hæc epigraphe. *Reliquiæ S. Anibe-*
dæ Reginæ & Enibedæ filiæ, & Floriani filij, & Getingæ, & aliorum plurimorum, qui post
passionē Domini transactis annis quingentis, omnes passi sunt in monte, qui dicitur Besleich,
iuxta castrum Ehrenbreitstein, & ab Eremita quodam inuenti, temporibus Arnordi Archie-
piscopi Treuirensis. vnde Floriani Regis filij & Getingæ nomina accedunt: nam duo
priora eadem esse reor cum ante nominatis: Florianum verò filium à Rege Flo-
riano patre diuersum esse conuincunt Confluentina monimenta.

Causa suscepti itineris peperit accolis quibusdam coniecturam, fuisse de So- Causa peregrinationis.
dalitate S. Vrsulæ: eam ex tabellâ paulò ante protuli: quam Missale vetustissimum
ita narrat. *Quod Rex cum comitatu secundo Rheno descenderit Coloniam versus, vt vnde-*

cim

cim millia Virginum visitaret. Eadem liber Cœnobij M.S. habet. At vnd Annum Domini quingentesimum illa S. Vrsulæ in exteris etiam regnis noti Reges & Episcopi concederent eò peregrinatum? Satis iam fusè supra decl Clematium à Deo ex Oriente circa Annum Domini 463. vocatum, vt S. V combustam repararet basilicam: in itu, redituque sanctarum Virginum pr passim diuulgatas constat etiam ex Gauanto, & alijs iam à quingentesimo solennitatem sanctæ Vrsulæ fuisse per Orbem celebratam, vt iam tum passi rint totâ Europâ post Clematij Colonien sem peregrinationem vndecim Virginum honorata: quãdo eodem tempore post 500. annũ, vel eo ipso, vt q volunt, templum S. Aureliæ Argentorati condebatur, stabatque sanctæ Ch næ parœcia circa Basileam: aliaque Eichselensibus tribus virginibus Vrsular dalitatis erecta Ecclesia. Hinc nata quorundam accolarum opinio: licet loci fideles Christiani, siue ab ipsis montem conscendentibus peregrinis, aliquo superstite è comitatu, qui ad nauium custodiam relictus, vel euader potuit, cognouerint eos visendarum S. Vrsulæ reliquiarum causâ venisse. id etiam literis videatur esse consignatum, quo magis fidâ relatione posteris rètur: creditum tamen à quibusdam posterioribus seculis fuit, ob Hunnor iam nomen, quod cum S. Vrsulâ Martyrio sint coronati: hinc error irrepsit epigraphen reliquiarum dictarum apud PP. Carthusianos Colonienses.

Tempus Martyrij.

Tempus Martyrij satis expresse designatur in tabellâ templi, & M.SS. cibus Annus 500. adseruant loci Sanctimoniales librum, in quo *Papa Symmac Imperatore Anastasio* passi memorantur, quæ temporis nota cum priore con Nam Symmachus iuxta Baronij calculũ quindecim Pontificatus annos exp circa 514. vt annus certus videatur, mensis tamen, & dies anceps; nisi quod mana sancta nominetur, & sacrificij mentio fiat die Martyrij celebrati: e coniecturari diem licet. Cùm enim secundùm Canonem Paschalem Victor tempore Paschæ in secundum Aprilis diem inciderit, videntur feria 5. seu 30. rij, more pridem recepto solennia Missarum celebrasse, vt postridie Colonia pulsi, Pascha ibi peragerent: Sic & postea more recepto Paschalem, vel alia maiores festiuitates Imperatores certis in vrbibus transigebant.

Locus habitationis.

Locus è quo Martyres venerint, ambiguus est, tabella Teutonica, Galli cat, vernaculè Welschlandt: quæ vox Germanis non Francos tantum; sed Cisal etiam, & Transalpinos Gallos, Italosque indicat: vt hic coniecturæ locus quatur: Interim non defuisse Galliæ Reges, ea tempestate Catholicos, tes Clodoueus biennio circiter ante traductus ad fidem orthodoxam: & Cro vxor eius in Burgundiâ nata, ac pridem ante Christum professa in patriâ; quæ non minima causa fuit, cur maritus in pugnâ voto Christo nuncupato, & vic de hostibus reportatâ, Baptismo fuerit initiatus, vixit etiam tunc S. Sigismun Burgundiæ postea Rex & Martyr. Florebant & vitæ sanctitate, doctrinaque berrimi ibidem præsules, S. Cæsarius Arelatensis, Auitus Viennensis, à quo gundiones fidem acceperunt, S. Remigius Remorum Episcopus merito Fra rum Apostolus nominandus: vt non incredibile sit, iam tum potuisse è Gallijs gem, vel Regulum alicuius loci non adeò celebrem Coloniam peregrinari, c etiam fama S. Gregorium Turonensem latuerit.

Status Galliæ.

Italiæ.

Eodem anno Theodoricus Gothorum Rex Romam ingressus, pacificè liam gubernabat: & licet Arianis inficeretur erroribus, à Symmacho tamen le mo Pontifice contra Laurentium Antipapam fecit, eodemque anno missis li gratulatus est Clodoueo: quod insigni prælio fudisset Alemannos. Ideò siue è lijs, siue ex Italiæ limitibus eduxeris Regem Florianum cum omni comitatu, tum est secundo Rheno Coloniam petijsse, & Confluentiæ infra Ehrenbreit nianum montem litori applicuisse. Notum est Rheni Oppidum Confluentin vbi Rheno Moscella miscetur, & iam Drusi æuo Castello Romanorum nobi tum: ei vicino in monte arx multis retro seculis incubuit, quam Erenbreitste nam appellant, ea in rupe præcelsâ crepidinem ab Austro Septentrionem ve

exten-

nit subterlabente Rheno, qua se obuertit Confluentibus, vbi placidè Rheno
a illabitur. Fuit à mille ferè annis arce decorata, quam Hillinus Archiepisc.
An. 1166. longo ante tempore ab Archiepiscopis Treuirensibus habitatam,
vetustate fatiscentem turri, & insignibus ædificijs ampliauit; nostra verò
a, tam naturâ, quàm arte communita est, vt dum hæc commentor, non nisi
ptuerit è Gallorum manibus in Cæsaris redigi potestatem: de qua re scribãt
ra rupem, & arcem, lateri hæret, diuerso iugo, mons humilior, vulgo Beslich,
atur, vbi veteris Helpfensteinianæ arcis ruinæ, rudera que ostenduntur: ad
hontem diuino monitu classis Regia in hebdomada sacra, vti suspicor die Io-
acto, adeóque 30. Martij appulit, vt pro dieri illius solennitate in sacello, quod
iugum exornabat, sacris operarentur: ita comperto tempore, & loco necis
Martyrum autores inquiramus.

Hunni illi nominantur, qui dicuntur 7. annos ea loca infestasse. Certum est Hunni tunc fuerunt. *Lib. 2. Lõgob. hist. c. 1.* *Turon. l. 4. c. 23.* *Cedrenus.* *Baronius A. 515.* Multi eorum conuersi ad fidem. *Hist. Miscel. li. 16. c. 1.*
os veros eo adhuc seculo floruisse, nam teste Paulo Diac. An. 568. Longo-
ri Italiam petituri Hunnis sedes suas, Pannoniam, concesserunt: ijdem Sigeber-
Regi Franciæ circa annum 567. Galliam, teste S. Greg. Turonensi deuastarunt:
Baronius ex Cedreno ad An. 515. ait, eos Armenia transmissa totam populatos
Cappadociam, Lycaoniam vsq; peruenisse: sed biennio post Reges eorum quidam
Christi fidem cœperunt profiteri, de quibus auctor hist. Miscellæ. An. inquit 521.
Hunnus solus incipit imperare, eodem anno transmisit ad Romanos, mulier ex Hunnis, qui
vocatur Saber dicta Boazer, habens secum centum Hunnorum millia: tum & Rex Hunno-
rum, qui sunt iuxta Bosphorum nomine Gorda accedens ad Imperatorem, factus est Chri-
stianus.

Nec deerat Hunnis loca Rhenana septem ipsos annos percursandi opportuni-
tas. Cum enim Clodoueus victis Alemannis animum adiecisset, vt pulsis tota Gallia
Gothis, & Gothis debellatis Monarchiam sibi ad Pyrenæos vsque montes stabili-
ret, ostiam Rheni victis iam Alemannis neglexit: adeò quidem, vt licet Franci
An. 497. profligato Romanorum Duce Aegidio Coloniam Agrippinã occupassent,
eam tamen relictam, & desertam ob grauiora bella, non nisi sub An. 507. trium-
phat Burgundionibus, & deuicto Gothorum Rege Alarico, iamque stabilita Fran-
corum Monarchia adiecit animum recuperandam Clodoueus, vt cum ea ripensem
Rheni Regionem in potestatem redigeret, quo Rhenus fieret monarchiæ illius
munimentum Alemannorũ assultus limes, & munimentum. Id verò quo astu tentarit, fusè
scribit S. Gregor. Turonensis: vnde mirum videri non debet, si Alemannorum re- *Turon. l. 2. c. 40.*
liquias, cum ipsis etiam Hunnis, siue Germanicis, siue ipsis etiam Danubianis, vel
Pannonicis Rhenanam Galliæ oram per annos 7. iam inde à quingentesimo anno
tenuerint, quando primùm sede Regni Parisijs constituta, pro regni munitione
opportunea, statuit oram Rhenanam præsidijs occupare.

Erant porrò gentes illæ barbaræ, vt sæpe dixi, in conflanda societate faciles, &
expeditæ, quauis vt nata occasione Gallias incursarent, teste S. Hieronymo: *S. Hieron. Ep. 11.*
innumerabiles, ait, *& ferocissimæ nationes, vniuersas Gallias occuparunt; Quidquid*
inter Alpes, & Pyrenæum est, quod Oceano, & Rheno concluditur, Quadus,
Vandalus, Sarmata, Alani, Gepides, Heruli, Saxones, Burgundiones,
Alamanni, &c. ô lugenda respublica! hostes Pannoniy vastauerunt. Quam tamen
depopulationem alij Hunnis, vt alibi dixi, adscripserunt. Atque licet fa-
teamur nullos ea loca Hunnos vastasse, ij vicini populi transRhenani, im-
manitate pares Hunnis, Clodoueo bellis alibi distento, facilè potuerunt obseruata
Regis Regia struere insidias, illosque trucidare; & odio quidem religionis eò magis,
quòd constabat passim hostem ipsorum iuratissimum Clodoueum fidem Christia-
nam profiteri.

Inimicis igitur fidei Hunnis ex insidijs, vt videtur, peregrinos obseruantibus, occa-
sionẽ præbuit diuinum ostentum cogitata facilius exsequẽdi. Erat in vicino montis

Occasio Martyrij.

Beslich iugo sacellũ, temporib. posterioribus S. Remigio dedicatum: hoc dum ... bus præteruehuntur; vident in aëre sideris instar fulgere flammeã crucem æ... incumbentem, mox & cœlitus admonentur, relictis nauibus eò cõmigrare, ... ritè operari. Sacellum ingressis, Elon Pontifex tremenda auspicatur myste... stentib. Pupillo, & Flacco, seu Wenceslao: Rege interim cum Reginâ, totoq... tatu piè, & religiosè rem diuinam attendentibus; & forte iam præsagis, ofte... cis viso portendi martyrium, quod etiã incensis animis ambiebant: cum irr... ædem sacram barbari, qui Episcopum cum Ministris ad aram litantem tru... tum verò Regem cum Reginâ, totoque comitatu, efferâ rabie victimas a... tem Christi amore opperendam paratissimas immolant: qui tantò libenti... sanctiore hebdomadâ Christo morienti spretis mundi fluxis regnis co... voluerunt, quanto ardentiùs ad regni cœlestis æternas delicias anhelaban... stat in Regis Floriani fronte vulnus ingens cæsim impactum, quo non fugis... tem, sed aduerso pectore, & exerto capite lætus videtur se barbaris obtul... niandum.

Quod si tamen de causâ martyrij quis dubitet, is de ijs etiam Moguntia... sis in templo in vastitate illâ Wandalorum, cuius paulò ante ex S. Hieronym... mini, qui subdit: *Moguntiacus nobilis quondam ciuitas capta, atque subuersa est ... Ecclesiâ multa hominum millia trucidata.* Idem de S. Nicasij coronâ ambigat: ijdem barbari simili furore paulò post Remis occiderunt. Atque hæc de ma... venio ad honores ijs habitos.

Leuatio Martyrũ.

Leuatio Martyrum An. 1204. contigit 16. Iunij; eam M. S. loci codex h... bis describit: *Post septingentos annos elapsos à Martyrio circa An. 1204. 16. Iunij, alte... consecratum templum hoc est, cuius compatroni nominati sunt dicti Martyres ab Arc... Treuirensi Ioanne, qui etiam sacram Christi tunicam A. 1196. transtulit ex altari S... ad summi tẽpli primariam aram Treuirensem. Hic enim idem Ioannes Archiep. dicti ... tẽplum iterum dedicauit eo loci montis Beslich, quo Symmacho Pontifice, & Anastasio ... ratore ipsi martyrio fuerant coronati,* Quâ occasione martyres reperti sint, indica... dernacensis allata inscriptio: mihi sanè Ioannis Archiepisc. Treuir. nominatio ... cit, vt suspicari liceat eum, si vllum decessorum, studiosissimum semper exstitit ... sacra pignora, & inprimis Martyres debito vbiq; honore colerentur: id videre ... ipsa, cuius hic mentio fit, Dominicæ tunicæ eleuatione, quam ita P. Brower... ster inuentam memorat. *Proximus annus inuentione thesauri incomparabilis Sac... ctæ Christi Domini tunicæ celeberrimus exstitit: hæc olim cum augustis aliorum Diuo... adyta maximi templi spatio inter vtramque turrim medio, in ara D. Nicolao sacra reco... tum superstitum hominum notionem fugiebat. Ioannes igitur, cum exornando templo ... suscitandis aris intentus multa passim vetera loca diruit, multa noua struit, capsis ... quiarum & forulis passim excussis, atque omnis generis conditorijs in lucem pr... in vestem Christi pretiosissimam, manifestis tum indicijs patefactam incidit, atqu... effusa totius ciuitatis gratulatione ipsis Maij Kalendis SS. Philippo, & Iacobo Apostol... eam publicè spectandam populo exhibuit: tandem inusitata quadam religione perfusis a... tium animis, in altari recens à se D. Petro tutelari exstructo, cum alijs nobilissimis Sanct... hominum pignoribus recluſit: Aram verò D. Nicolai, quæ hæc tam cælestia, & ne optat... dem eo tempore munera ediderat, varijs item Sanctorum reliquijs cumulauit.*

A Ioanne Archiepiscopo.

Idẽ tunicã Christi eleuat. Brovverus lib. 15. Annal. Treuir. fol. 830 ad A. 1199.

Brovverus, qui ad Annum 1212. quo mortuus est, clarius adhuc depingit ... Antistitis in colendis Sanctis Martyribus eximiam religionem: *Cultæ, in... religionis, ac summâ, vti par fuit, ab illo diligentia procuratæ illustria quoq; exstant docu... ta, honoresque, quos Martyrum, Diuorumque memoriæ exquisitos habuit, multis argu... tis est contestatus: Ignes æternos sumtu ad alimentum perenne largiter ministrato seq... ante aram maximi tẽpli Lychnuchis: at singulis ante D. Matthiæ Apostoli, Eucharij, V... & Materni primorum Antistitum: D. Maximini: Martyrum ad amnis Mosellæ ripa... morias conseruari iussit. Similiter fouendi luminis perpetui sumtus Sprinckerbacen...*

Colit Martyres.

D. Th...

Thomæ Cantuarienſis monaſterijs : quodque in curiâ olim ab Archiepiſcopis iuxta Dei ris baſilicam habitata ſacrarium D. Stephani Protomartyris nomini dicarat, attribuit: ò eadem Metropolitanam alioſq; Religioſorum hominũ cœtus, queis iuſta, animaq; ſuæ per anniuerſaria ſacra cõmendauit, quibus nõ opib. ornauit, auxit ? Reliqua vide lo- cto, nobis indicaſſe ſufficiat, eum qui tam ſtudioſus fuit cultus Diuorum tute intra, & extra Treuirenſem vrbem promouendi, Eccleſias vbiq; ornandi, & li; ſacras reliquias ſcrutandi, & eleuandi: cõperto martyres Cõfluentiæ mul- ulatos eſſe, & ab Anachoreta recens inuentos nõ ſumtib. peperciſſe, vt cul- lico, renouato templo, & iterum cõſecrato exponerentur; & licet S. Remig. os Eccleſiæ, patronus iterum nominaretur; ijdem tamen ſimul martyres loci telares haberẽtur: & 4. Maij cultu anniuerſario colerẽtur. Viſitur in Sacel- aræ primariæ inſcriptio: *Altaris ſummi patronus S. Remigius Epiſc. eſt. Compatro- SS. crux, S. Archang. Michaël, SS. Tres Reges, S. Florian. Rex cum Engelindâ Reginâ Martyres: ſingulis horũ feſtiuitatib. indulgentiæ ſunt attributæ.* Atq; hæc quidẽ A. cta, conſtat ex M. S. codice Ioãnis Archiep. ſtudio, ſtetitq; ara S. Remigio, & martyribus cõſecrata, ad an. vſq; 1636. quãdo Suecorũ ſacrilegis manibus ef- & exſecrata eſt: Sigillũ tamen, & ſacrarũ reliquiarũ theca, ſupereſt inuiolata. a hodie S. Floriani Regis, & Reginæ Lipſano thecâ decenter incluſæ, & vitro ta in choro virginũ religioſè adſeruantur, vbi ſinciput S. Engelindæ capillis bellè ornatũ conſpexi: Sunt ibidem & capita reliquorum innominata ad 30. ra verò tam intra, quã extra eccleſiã plurima conquieſcunt. Certè an. 1637. confeſſarius & virgines, cum locũ inſpicerẽ, coram retulerũt) cum Sueci A- dici theſaurum abditum ſcrutaturi terram altius emolirentur, cadauer erue- atiſſimi, & ſuauiſſimi odoris: ſed quod ſorores loci non auderent cultui ex- e, lota oſſa ad Sacelli oſſucariam detulerunt. Fama eſt capita dicta à ſe in- ſeparari non poſſe, idem cõſtanter per traditionem virgines inquilinæ adſe- rat: Fuit cũ à religioſis, locum Niderwerth appellatũ incolentib. caputà Tertia- ſorib. S. Franciſci peterentur; id q; haud grauatè illis cõceſſerunt; ter delatũ ad ocũ ſacrũ craniũ dicitur, terq; mane ſequẽtis diei relatũ in priſtino loco repe- vbi hodieq; cũ alijs reliquijs piè honoratur. A. 1440. Illuſtres Dñi ab Helpfen- uſſu Iacobi à Sirck Archiep. Treuir. ſorores religioſas tertij Ord. S. Franciſci ex Mulheimẽſi eo tranſtulerũt: quib. prẽfuit Eliſabeth famâ ſanctitatis celebrata. Numerus capitum. Reformatio Cœnobij.

Cum verò martyrum iſtorum annuæ 6. pagorum vicinorum ſupplicationes cũ aulis ætate noſtrâ factis luculenter demonſtrant: Nam die veneris, quæ Ad- monẽ Dom. excipit, ſex pagi confluunt; Nierenborch, quæ matrix Eccleſia eſt, abiacens vallis infra Ehrenbreitſteiniana munitionẽ, Neudoff, Vrber & Süm- n. Sextus pagus Artzẽ dicitur parœcia diuerſa: conueniunt pagorum inquilini Eccleſiã Nierenbergenſem, & Sacroſanctũ Euchariſtiæ ferculum ordine, & exi- eligione cõſuetis ceremonijs comitantur, nam vbi per vallẽ ad Rhenũ perue- iunt, oẽs conſcenſis nauib. vnà cum auguſtiſſimo ſacramẽto, piè recolunt nauiga- S. Floriani, ac ſociorũ, quando ob maieſtatem cœleſtis ferculi maiora tormẽ- atis exploduntur. Narrant maiores, hanc nauigio peregrinorũ ſupplicationẽ ad- ndã eſſe: nam ſi reuerentiæ causâ tentarent iter terrâ peragere; nec gradũ poſſe mouere: vel eam repente cœlo concitari aëris intemperiem, vt cogãtur regredi: vbi ſub ipſam munitionem ventum eſt, exſcendunt pariter naues, donec propè em Euangelium fuerit decantatum: tunc enim repetitis nauibus deſcendunt, & in pago Mallender applicant, vbi adornatâ ritè pompâ ſupplicationis, monte cõ- ſcelo in tẽplo ſacris interſunt, & concioni; Poſtea votis, & diuinis peractis, pedites pergunt in Nierẽberg, vbi acceptâ benedictione diuiniſſimi ſacramẽti, ad ſua quiſq; reuertitur. Eodẽ die tres alij pagi pedeſtri itinere eodẽ peregrinantur, Eutelber, Kadẽ- bach, & Antzbach nominãtur: qui in parœciali tẽplo, q; Bõfelskirch vocãt, cũ Cu- e collecti pedites pergũt in Beslich; & quia ob loci diſtantiã ſacrũ Chriſti ferculũ deferunt, vbi peractis ad honorẽ Martyrũ votis, & diuinis redeũt, Nierenber- ſes reduces comitãtur ad D. Pancratij Sacellũ vſq; : nã ibi perceptâ cum S. S. Sa- cramẽto benedictione ad ſuã redeũt parœciã. Cõſtat experiẽtiâ multo anno- ũ vſu Peregrinationes eò.

comprobatâ, quod si pagorum istorũ inquilini peregrinationẽ, vel intermittan
post Adscensionis Dom. feriã 6. differant in aliud tẽpus, fruges oẽs tẽpestate
tus atteri: nec altiùs repetere patrum memoriam opus est. Cum Francis ar
renbreitsteiniana traderetur; A. 1631. sex pagi metu licentiæ militaris peregri
Non impune omissæ. nẽ distulerunt; paucis diebus post cœlum tonare, fulgurare, & grandinare cœ
vehementiâ, vt segetes oẽs solo afflictæ, & attritæ penitus perierint: equi ver
tores arcis Ehrenbreitsteinianę, quasi furijs agitati ruptis catenis, & funib. ab a
diffugerint, fulminato tunc famulo proscindente terrã vomere, qui semianim
mum relatus est, & paucis post dieb. decessit: Docti tantis malis agricolæ eod
no postridie Corporis Christi peregrinationẽ indixerunt, quam quia nunq; ex
hunc vsq; annum omiserunt, nihil etiã agris de cœlo nocitum hactenus fuit. H
similia detrimenta grandiores natu memorant semper inflicta cœlitus, quotie
religionem omiserunt, vel prorogarunt. Miserat hæc mihi Nicolaus Langen
Virginum Confessarus; sed quia verebar vulgare primus ea, nisi præsens locu
vestigia martyrij inspexissem: eo me contuli, libriſque peruetustis, picturis & t
lis accuratè perlustratis: visis etiã reliquijs, loco martyrij, cum cuncta inter se
& cõnexa repererim, non potui, non oculis meis ipse credere, & hæc vt testat
steris prodere: spero tamen pacatis temporib. forc, vt iudicialis processus simi
ijs instituatur, qualem libro 10. Basileæ celebratum referã: vt tam illustres Mar
congruis honoribus toto orbe honorentur. Picturam verò, quę rem gestam in
plo accuratè repræsentat, hanc vidi præferre epigraphen. *An. 1513. istam pictura
ri fetit Margaretha Nelges mater in Beslich, ad laudem Dei, & SS. Martyrum inter
rum, & sepultorum in totâ Capellâ, anno quingentesimo post Christum natum.* Atque
desumta ex libro peruetusto, qui fusè dicitur Martyrium narrasse, erant: sed ant
annos incendio is perijt, putant tamen nonnulli in arce Ehrenbreitsteinianâ e
historiam prolixiùs narratam conseruari. Scripserã hæc: cum ad me opportunè
titur è M. S. R. P. Brovveri de his Martyrib. iudicium, his conceptum verbis: *A
& fama seculorum, & literarum monimentis, quæ igni tamen abolita non ante multos a
propagatum eodem loci Beslich post arcem Ehrenbreitstein, quo tempore circiter imm
barbararum nationum, copiæ in Galliam confluxêre, cæsos pro Christi fide Florianum reg
tam Engelinda consorte, & Pupillo Antistite, aliisq; compluribus ex horum societate
stianis. Quam sanè vetustæ fidei commemorationem respuet nemo: quisquis memineri
dissimam illam ab Attila Hunnorum feroci ssimo in Belgica nostra, seu Germania secund
maximè cruentam virginali fundendo sanguine exercitam stragem. Sed monstrant &
regis, reginaq; istic veneranda capita, & alias cõplures glorioſæ cædis huiusce reliquias:* S
iecit Andernacensem epigraphem superius recitatam, è conditorij reliquiarum
plo petitam.

CAPVT VI.

S. Rolendis Regis Galliæ filia, dum amore castitatis conseruand pergit Coloniam visitatura vndecim millia Virginum, Gerpiniæ decedit, & magnis claret prodigijs.

IAcet Gerpinia inter Tudinium, & Fossas territorij Leodiensis vrbes, Namurc
tamen Comitatus: quinis Namurco, totidem Dionanto leucis abest, quæ no
habet Ecclesiam famosum S. Rolendis Virginis conditorium: cuius vitã post Io
Molanũ typis A. 1620. vulgauit Crispinus Paradis loci Pleban. ex vetustissimo M
Codice loci ipsius: quam visum est huic loco inserere: tum quia magnã habet c
profectione simili S. Floriani Regis Galliarum affinitatem; tum etiam quod lum
vtrique accedat è vicina narratione: præsertim cum existimem seculo forte septi
contigisse, quando vigebant Scotos inter, & Francos connubia: ita S. Rupertus k
gè ante seculo 5. natus Scotiæ & Galli ę Regibus; seculo verò sexto, A. videlicet 5
vel vt Lazius vult 530. Carol. II. Dux Austrasiæ vxorem habuit Hiltrudem filiã R
gis Scotorũ Hibernię, vt sequẽti seculo frequẽtatis iã pridẽ Coloniã versus è Gal
peregrinationib. virgo Rolendis diuinitus inspirata videatur eo contendisse, vel
ad asylum virginitatis. Deside-

Theoderius Rex Galliæ, hæredis nanciscendi cupidus, coniugem duxit regia prognitam: quæ filiam vnicam ei peperit, quam Rolendē nominauit: hæc regno præfutura solicitè educabatur quā optimis disciplinis, & regijs artibus, eo cultu, vt florēte iam ætate, inusitato quasi iubare regnū vniuersum collustraret, gabat incredibili ardore fidei orthodoxæ promouendæ: coæuas vero suas, vt claritate, sic virtutū, & commodissimorū morum splēdore longè superabat. nè probitatis fama, cum non tantū Latinos Principes: sed Reges etiā semostupore repleuisset; exarsit nominis fama excitus Regis Scotiæ filius amore rs, qua vt potiretur, adolescentiā consumsit in armis, Gallicanis in oris: auxit tum adspectus virginis in aula regia: ac virtutis decor, regiæq; dotes, quæ è micabant: interim Rolendis animitus seruiebat rerum omnium conditori; more vilescebat animo regalis opulentia. Iuuenis vt cupitis amoribus fruerentem adijt Desiderium Regem; eique mentis intima penetralia reserauit: it Desiderius voluntatem: quando Proceres, & beneficarij regni Principes in tam illustrem, belliciq; artibus instructissimum optabant regib. Galliarū cedere copulari. Vni res omnis Virgini displicuit: quę facibus amoris diuini cā, hoc vnum meditabatur, hoc agebat, vt in numerum earū referretur, quæ mundi delicijs, totas se Christi seruitio dedicassent: sordebāt iam regū tituli, quidquid cosmophili in primis habent, despiciebat. Ideo ipsorum cōsanguiorum, & amicorum congressum & consuetudinem declinans; nocte inde se protulit otam se Christi seruitio mancipando. Amictus ei vilis: vnius tantum ancillæ, ulorum duorum opera contenta, Deum obtestata: dirigeret gressus: vt comis cupiditatum fluxarum expedita, viam curreret mandatorum Dei, Christi vestigia premens, cuius imitandi studio, pedibus calcabat fastum omnem, que pompas: vt soli adhæreret Deo, cum absoluta diuinorum mandatorum, consiliorum obseruatione.

S. Rolēdis parentes.

Educatio.

Regis Scotiæ filius, eius amore flagrat.

Rolendē cōtemtus mundi.

Attulerat Rolendis vndecim millium Virginum societatem quiescere Coloniæ: amore vehementer excitata, magnoque pergendi eodem desiderio flaversus orientales se plagas in viam dedit: hoc vnum animo, hoc totis medulderans, vt mereretur cum ipsis Iesu Christi castos amplexus nanciscī: hunc quærebat, hunc animitus diligebat, in hoc solo spem omnē collocabat: curore recta contendebat, Coloniam versus iter arreptum prosecuta: vix cōcessori respirandi potestate, Comites Virginis miserti commonebant amicè: ne frangeret vires itinere: interquiesceret nonnihil, & ad castellum Gerpiniense diverteret: sed sola in oculis hærebat Colonia: huc properabat: nec æquis audiebat auribus eos, qui cupitum iter retardarent: subuerebatur etiam, ne illic parentum nuncius eam consequeretur: pergit igitur; sed breui viribus defecta, prope arborem à qua locus nomen tulit, paululum à labore respirauit: consolantur comites virginem nixè rogantes, nocturna corpus exhaustum quiete refocillaret, & ad hospitium liuerteret: quorum precibus acquieuit. Interim præcurrit ad castellum Dominī Ilturiensis famulus, rogat ob virginis ægrotationem, & ingruentes noctis tenebris hospitium, eo delata Rolendis à socijs, recepta in tugurium est rusticanum, pauperino, & agresti more. Iam diescebat, cum Virgo se proripere inde; & in viam dare ossas vrbem vicinam versus, parabat, vt vicinior esset sanctis virginibus, quas quærebat; & vt ibi tutam, ac securam magis quietē inueniret: sed corporis debilitas progressum vetuit, ita dies octo decubuit ægra: & quæ regias opes, honoresq; contēsavili in casa secura vitæ immortalis spiritū reddidit, à sanctis Angelis sponso cœlitus ablatum, cui seruarat virginitatē: qui vt dilectā sponsam toto terrarū orbe redderet celeberrimā, afflatu peculiari cæcū ad corpus virgineū honorandū inuitauit: is ipsum erectus, vt se in genua prouoluit B. Rolendis patrocinium implorando, pallens ilico diductis depulsam sensit cæcitatem: congratulatus hospes sibi de tali hospita tam sancta virgine, misit continuo visu donatū ad Ecclesiā Gerpiniensem: is reuauit cum stupore spectatores obuios, qui cæcum nouerant: cōpertoq; miraculo latiusq; vulgato, plurimi primi etiā subsellij viri cōfluunt ad Ecclesiā, vbi nouo

Vndecim millia Virginum gestit imitari.

Fuga Virginis Coloniā versus.

Ægrotat.

Moritur.

Cæcū illuminat.

Aera campana nullo pulsante consonãt.

prodigio statim æra campana nullo mouente dulcia consonant harmonia: increbescente fama certa miraculorum, Clerum, & nobilissimos quosque exc qui grata cælitibus æmulatione contendebant esse virginei funeris portitores: go solenni apparatu à Primatibus præcipua religione, ad Ecclesiam deportatæ sacræ exuuiæ; & ad dexterum templi latus collocatæ: vbi cum magnus vnd tam finitimorum, quam seiunctissimorum populorum concursus fieret, crebri claruit prodigijs: tot enim ægritudines animorum, & corporum morbi depelle tur. Stillabat virgineum corpus oleum, cuius vel leuissimo affrictu plagæ, vel uis infirmitates curabantur.

Miracula ad tumulum.

Oleũ saluriferũ stillat è corpore.

Non tulit eam virginis in peregrinos beneficentiam maleuolus quidam; gnatus à tot aduenis suum exorari hospitium: nam phialam cum sacro oleo ab in terram: multum ea re incommodauit aduenis: plus sibi, posterisque: nam stil mnem è sacro corpore fluxum olei, & protuberare miratus est sibi, posterisque nibus in singulis digitorum articulis, nucum grandiorum instar, tubera. Nolui men diuina bonitas dilectissimæ sponsæ suę capulum priuare mirandorum ope patratione. Interim S. Rolendis mater omni filię solatio destituta, per varias ean giones pernestigat: donec rem omnem à famula, & comite altero famulorum, in patriam reuerterant, ex ordine didicit: Alter enim captus Virginis sanctimo & miraculorum gloria, quæ crebrescebant, voto se obligauit, illic in obsequi Virginis posthabita patria, & solatijs amicorum permanendi: vbi etiam solutus poris ergastulo terræ mandatus est in eadem Ecclesia. Matrem solabatur filiæ ctimonia, & frequentia, quæ patrabantur ad eius tymbum miracula: eiusque an dedit in viam se, & decenti stipata comitatu sepulcrum adijt, recenti, & tumul rio opere constructum. Male Reginam habuit, non pro regio natalium splend nec patratorum mirandorum claritudine tumulum adornatum: reliquit igitu loci tantum partem amictus sui purpurei: inde progressa Fossas vicinam ciuita partem thesauri regij donauit Ecclesiæ S. Foilani: Gerpinienses verò ex donat mictu versicolorem vestem sacram facientibus sacerdotibus confecerunt, mnei synon Reginæ matris. Ita Nobiles, & optimates loci iustis Reginæ queremonijs citati, suam incusarunt ignauiam, & in beneficiorum cœlitus obtentorum mer riam, sacellum ad dexterum Ecclesiæ latus magnificè constituxerunt: vbi & hc sepulcrum S. Virginis visitur. Obertus (55. Leodiensis Antistes circa annum 1100.) multis stipatus Cœnobiarchis altare ad Dei; S. Rolendis, & S. Aldegun honorem dedicauit: idem corpus virgineum de terra leuauit, conditum mauso digniore. Sequuntur Virginis ingentia miracula, quæ breuitatis studio prætern to: locus tamen Molani, quo parentis eius nomen & regnum discutit non est on tendus.

Sepulcrũ eius inuisit.

Ideo post A. 650. debuit res accidisse.

Eleuatio S. Rolẽdis.

Circa quam difficultas oritur de Patre, qui nominatur Desiderius Rex Galliæ, c is nusquam reperiatur in Regum Galliæ catalogo. Sed fortasse Desiderium vocat Regem, q filius fuerit Regis, aut à Rege originem traxerit: Talem enim loquendi modum quidam surparunt: aut parentem habuit Desiderium Regem Longobardiæ, quem Carolus Magnus Italia superauit, & cum vxore & filia in exilium Leodium ablegauit: Longobardos enim ue Lombardos Gallos esse Cis-Alpinos ex Leandri Italia, & aliunde cognoscitur. Ita Mola

CAPVT VII.

Post An. 600. ad nongentesimum, vsque quæ constet gesta esse circ Basilicam S. Vrsulæ, & de Viuentia Pipini filia, sorore S. Gertrudis, vbi sepulta, & eiecta diuinitus.

EMICVIT his temporibus in Archiepiscopis Colonienſibus ſtudium SS. Virg num honorem cultu religioſo, vel dotationibus promouendi. Celebratur in primus

S. Cuniberti pietas sæpius inculcata, qua cõsueuit anniuersario ritu in S. Vr- Columbæ indicio tumulus S Vrsulæ reperitur.
ra ciuitatem ciuium stipatus comitatu solenni ceremonia sacris operari: id-
uit indicio columbæ tumulum, & corpus Vrsulæ virginis reperire, quod et-
uato Martyris mausoleo docet hæc adiecta inscriptio: *Per S. Archiepiscopum*
tum virtute Spiritus S. visa est columba hunc supra tumulum volare, quæ hic quies-
S. Vrsulam indicauit. Assidet & in ipso lapide depictæ iacenti Virgini apposita
bæ species: Eiusdem Pontificis hierothecam bracteis argenteis sumtuosè ve- *Sausaius vit. Decembris.*
ornant eminentes gemmæ, speciem eiusdem auis exhibentes. Simile quid-
S. Frodoberto narrat Martyrologium Gallicanum, cuius etiam sepulcrum
ea olumba cum aliquoties circumuolasset, non ostendit solum, sed & penetra- Caput tãtũ eleuatur.
vit est. Caput tunc Vrsulæ virginis tantum leuatum esse monstrat ad chorum
sulæ basilicæ depicta rei series, & versus eidem Latino, Germanico, Gallico &
spanico idiomate subiecti hac sententia.

Dum Cuniberti hic litaret ad chorum,
Vbi ara stabat primitus, circumuolans,
Columba Diuæ tumbam adiuit Vrsulæ,
Caput leuatur, ceu tabella hæc indicat.

Cuniberto Pipinus Brabantiæ Dux vtebatur familiarissimè, qui Coloniæ frequen- Pipinus de Landis perfamiliaris S. Cuniberto.
rabatur, eratque trium ex ordine Regum Franciæ Lotharij, Dagoberti, &
Ludouici Maior domus, belli pacisque negotijs præpositus, iuris & æqui seruantis-
mus quo Regum moderatore nemini impunè fuit, qui vel sacrosanctas leges vio-
ret, vel alium fraudibus circumueniret, vel insidijs appeteret, nihil venale pecu- Vita integerrimus.
nia, nullus adulationi locus, erat iniuriarum Deo cœlitibusque illatarum vindex a-
errimus. Huic vinculo matrimoniali femina non disparis sanctitatis Itta vel Itberia iungebatur: ex qua tres sanctas suscepit filias. Prima S. Gertrudis cum Itta matre circa An. 647 coram S. Amando se Deo consecrauit, fundatrix asceterij Nivellensis, cum anno præcedente Pipinus ad felicem immortalitatem à curiæ moleis solasset: Altera S. Begga sub annum 673 post Ansegisi mariti necem Andanensem condidit Parthenonem, ibique diuino cultui reliquam ætatem omnem dedit. Tertia sororum S. Viuentia teneris in annis discessit Colonię, iuxta Leo- *Aegidius to. 1. Ep. Eeod.*
dienses Episcoporum historiam, in templo S. Vrsulæ solenniter funerata: vocat e-
nim Grimoaldum, *fratrem S. Beggæ fundatricis Aadanæ cœnobij, Gertrudis fundatricis* Obtinet sepulturã filiæ in S. Vrsulæ tẽplo.
Niuellensis cœnobij, Viuentiæ, quæ Coloniæ in cœnobio SS. Virginum quieuit. Videtur e-
nim Cunibertus id Pipini pio desiderio contra receptam eo loci consuetudinem
induisse, cum ea recens basilica columbæ cœlestis miraculo fuisset celebrata.
Dat ma aliquid sanctitati parentum, & ipsius puellæ fuit; sed postridie patulo sepul- Ejicitur ea è sepulcro.
cro terram egestam reperiunt cum cadauere, ne vel tantilla virgo, miraculis etiam
clara cum Martyrum Virginum ossibus permisceretur, quibus tota templi sca- *Surius 4 Septembris vita S. Idæ.*
tens rea fuerat solis consecrata. Nec tamen id inusitatum prorsus videri debet:
quando Surius in vita S. Idæ viduæ narrat, cum prope corpus eius Ludolphi comi- Similis historia.
tis filium tumulassent, postridie sepulcro eiectum in templi vestibulo iacuisse: de-
nuo corpus eodem loci depositum, denuo templo cœlesti virtute esse violenter ex-
turbatum: quin & tertia vice conditum, tertium esse in extremum angulum vesti-
bulo eiectum. Quod si puerulum hunc innocentem Ida quondam maritata, Dei
non decreto non potuit sustinere, cur negemus isti terræ Parthenio cruore rubri-
catæ, similem à Deo prærogatiuam obtingere potuisse, eo præsertim tempore, quo
vexillo leuato corpore totum pauimentum multas Martyrum centurias contege-
bat? Nam si semel Pipini Principis vel Regum autoritas, non abnuente S. Cuniber-
to, iam corporibus isthic humandis contra receptam consuetudinem aperuisset,
breui multis ibi sepultis, non potuissent virginum corpora, nisi singulis prodigijs di-
scriminata ab aliorum cadaueribus segregari: quare Deus nec illam innocentia, &
sanctitate laudatam puellulam voluit sacris Martyrum exuuijs permisceri. Hanc Traditio Coloniensis.
Coloniensium traditionem hi versus affixi templi parieti testificantur,

Quod sacer hic vitet locus, & sibi nulla maritat Corpora
Proijcit oblata, sunt hæc bis terue probata.
Testis vt esse soles Pipini regia proles,
Quam nouiter natam proiecit & immaculatam;
Terra sacri fundi, iuuat hanc nil gloria mundi.

Obiectio 1. Mihi fol. 817. Respõsio.

Ridet hanc, vt commentitiam narrationem his verbis D. Fleien: *Sed anilem e[...] fabulam postea didici: reconditæ enim in illo habentur reliquiæ cuiusdam Virginis ex soci[...] quam S. Viuentiam nostrates denominant, & cuius commemorationem celebrant [...] mensis Martij, vti tabulæ festorum, & memoriarũ eiusdem ecclesiæ indicãt.* Vnde D. F[...] didicerit corpusculum illud Virginis Vrsulanæ fuisse, me sanè latet. Et cur q[...] solius huius mausoleum ceteris omnibus augustius, seiunctum à ceteris præter[...] rem altius à terra quatuor innixum columellis eleuatur, vt nulla sui parte te[...] contingat pauimentum? Si est vt aliæ de Virginibus Vrsulanis: cur id etiam [...] quam in martyrologijs, vel tabulis à D. Fleien citatis apponitur? eæ sic ad 17 M[...] diem eius indicunt: *Commemoratio S. Viuentiæ iacentis in parua tumba ex opposito a[...] rij, & eodem die festum S. Gertrudis.* hic sanè nulla fit Vrsulanæ sodalitatis menti[...] locus inuentionis, quæ solent alijs etiam viris Martyribus adijci cum ex ea [...] Ita 14 Febr. S. Valerij festum & ritus id peragendi præscribitur ijsdem tabulis [...] *Febr. in festo S. Valentini translatio S. Valerij. Missa in altari, circa quod corpus fu[...] uentum.* vbi Coloniense Martyrologium quædam addit: *Apud Coloniam tran[...] S. Valerij Regis & Mart. de Societate S. Vrsulæ Virginis.* Idem festo S. Cordulæ app[...] tur. Adhæc si Martyr est, cur de ea non fit officium, missa, vel vlla commem[...] tio siue vt Virgine, siue vt Martyre? solenne tunc sacrum canitur de S. Gertr[...] pingui stipendio ex legato Gepæ antistitæ fundato, vt sorore S. Viuentiæ: cum [...] ius dies obitus ignoretur.

Obiectio 2.

Septennes etiam clari miraculis. *In supplemẽto Mar. Gal. 14 Iulij.*

Sed quod si Viuentia puella tenera, nec Martyr: quomodo sancta, claret [...] miraculis? Sanctã libens agnosco Viuentiã ex laudatis tabulis ecclesiæ, sed sep[...] nes etiã eodem tẽpore vixisse miraculis coruscantes testis est S. Dentlinus, S. V[...] centij Comitis filius, qui sub Dagoberto decessit Resæ, de quo Martyrolog[...] Gallicanum: *Septennis iam miraculis fulgens, migrauit ad cœlestis aulæ, cuius candia[...] erat, felicitatem: corpus eius Resæ, vbi sepultum est, colitur, nomenque eius publicè in Ha[...] nia inuocatur.* Vt mirum non sit Pipinum, & Ittam sanctarum filiarum Gertrudis [...] Beggæ sanctos parentes Viuentiam, etiam teneram tam sanctis formasse moril[...] vt licet ante septennium excesserit è viuis, sanctitatis tamen indicia reliquer[...] Deo miraculis confirmata.

Ducentis post S. Cunibertum annis Guntharius Archidiœcetes, circa ann[...] 853. præsedit: is cum varijs alijs locis, tum verò etiam Vrsulanæ SS. Virginum Ba[...] cæ prædia fouendo igni perpetuo donauit, his verbis.

ORDINATIO VENERABILIS ARCH[...] Episcopi Coloniensis Guntharij: cum corroboratione Seren.mi Re[...] Lotharij, Ludouici primi Imperatoris filij, super conscriptione qu[...] dam Ecclesiæ D. Petri, necnon monasteriorum Gereonis, Seueri[...] Cuniberti, SS. Virginum ac Ecclesiæ B. Pantaleonis habita, An. D. incarnationis 853. An. Imperij Lotharij XI. in Aquisgrani palatio regio.

IN NOMINE OMNIPOTENTIS DEI ET SALVATORIS nostri Iesu Christi, Lotharius diuina annuente gratia Rex.

SI ad vtilitatem seruorum Christi, diuino præueniente nutu erigimur, & eis authorit[...] nostræ corroborationis largimur in his, quæ sibi in suorum sumtuum necessitudinibus [...] tributa esse noscuntur; id nimirum nobis non solum ad præsentem vitam quietius transig[...] da[...]

verum etiam ad æternam beatitudinem facilius adipiſcendam profuturum fore non mus. Igitur omnium fidelium S. Dei Eccleſiæ, ac noſtrorum præſentium videlicet, ac turum nouerit induſtria: quia Guntharius Venerabilis Agrippinenſis Eccleſiæ gubernacius rector Nobis detulit quandam conſcriptionem, in qua continebatur, qualiter ipſe Petri in memorata Agrippinenſi Ciuitate conſiſtente, & reliquis S. Eccleſiæ fideliis communi conſenſu, parique voto ordinauerint, atque ſolenniter roborando ſtatuerint, deinceps canonici in eadem S. matre Eccleſia, ſeu & in ceteris Monaſterijs: tam infra ciuitatem, quam quæ & extra, quæ ad eundem Epiſcopatum, & Eccleſiam S. Petri pertinere oſcuntur: id eſt Monaſterium Martyris Chriſti Gereonis, & ſociorum eius: ſed & Monaſterium quoque S. Cuniberti, Monaſterium Beatarum Virginum, *nec non & Eccleſia S. Gereonis, quæ ad theſaurum & luminaria eiuſdem matris Eccleſiæ pertinere dignoſcitur, hoſpitale inibi ob pauperum receptionem conſtructum deinceps abſque alicuius ſumtuũ tia perennibus temporibus conſiſtere quiuiſſent: deprecans noſtram pietatem, vt conſcriptionem per noſtram confirmare non dedignaremur pragmaticam. Verùm is ordinationem piè examinando, ratam, atque neceſſariam eſſe arbitrantes, vt cæleragij nobis copioſior adſit gratia, hos excellentiæ noſtræ apices fieri ſtatuimus, per quos entes iubemus, vt Eccleſias, prædia, & villas, ſiue omnes res, quas iam præfatus vir undus Guntharius tam in eadem ſancta matre Eccleſia, quam quæ & in reliquis Deo locis, quæ ad eam vt ſupra prælibatum eſt, tam infra ipſam Ciuitatem Colonienſem, quæ & extra pertinent, ob vtilitatem Canonicorum, & ſtabilitatem earundem Eccle- Chriſti diuino ductus feruore per ſuæ delegationis ordinationem, & nobilium viroſenſionem corroborauit, deinceps in iure, & gubernatione præſignatorum Canonicoteſtate, & ordinatione perſeuerent, nulluſque eis aliquam contrarietatem, aut dimiutionem in ijſdem rebus inferre quoquo modo præſumat: Sed hoc noſtro iuuamine præueliceat eis eaſdem res in ſuorum ſumtuum vtilitate & luminum præparatione quietè re, & retinendo, pro vt piè ſtatuerint in omnibus ordinare, quatenus delectet eos pro itoris noſtri, & genitricis animæ ſalute, & noſtra, ſeu prolis noſtræ ſtabilitate propitius re diuinam miſericordiam.*

Sequentibus ſeculis beneficentiſſimos reperio Colonienſes Archiepiſcopos Vſulanam baſilicam: quorum diplomatum fragmenta operæ pretium eſt excerpere, vt intelligatur, quanti locum illum Vrſulani martyrij fecerint, quibus ornarit beneficijs & priuilegijs, quoties inuiſerint: ex ijſdē ratio viuendi Canonicarum & loci antiſtitarum nomina, geſtaque varia cognoſcentur, vt aſſeclæ Galfredi vicant, quam ducentis ante Galfredum annis, & ipſo viuo, floruerit in loco martyrij cultus SS. Virginum: earum numerus, virginitas, & veneratio fuerint indubitata, ixta Colonienſium traditionem.

CAPVT VIII.

An. 900. creſcit dos templi, & cultus SS. Virginum opera Conradi Imperatoris, & Hermanni I. Colonienſis Archi-Epiſcopi, Virginibus Geritzimenſibus eo translatis.

ANno ſalutis reparatæ 912. emarcuit ſtirps Carolina Germanos inter Ludouico denato: cui Conradus Imperator ſufficitur electione Principum: is mirificè pis, & in Eccleſias dotandas munificus, Colonienſem Sanctarum vndecim milium Virginum baſilicam egregia dote cumulauit, huius liberalitatis memoriam, vt ennaret, Hermannus primus Archidiœceſes loci, re & nomine Pius, vulgauit ilomate, quo plures ad eandem inuitaret, ſuo etiam exemplo prouocatos. Reit in eo virorum, & feminarum indicem, qui de templo virgineo quam optimè t meriti, aitque inter cetera: *Reliqua verò loca & familiæ noſtræ, aliorumq; piorum virorum,*

Conradus confirmat bona Ecclesiæ S. Vrsulæ.

virorum, seu feminarum, quibus diuina hoc pietas inspirauit, donatione addita ac q
mus sanè atque tradidimus, coram beatæ memoriæ Conrado Rege, ipso pariter tradent
Regali maiestate nobiscum pariter firmante, in pago Momacensi in villa Burgedestat
siam in honore S. Mariæ dedicatam mansa 28 &c. Item in Vinzerum Ecclesiam vna
duobus mansis. In Flaradeshim mansos duos &c. Præterea addidimus ad eundem V
in loco Zummerdesielde nuncupato in pago Winckesfeldensi curtem dominicatam cu

Addit alia ipse.

bus terris salaritijs, & cum 12. mansis, cum mancipijs vtriusque sexus, & cum omnib
iure pertinentibus. Et infra redit ad Conradum: *Insuper tradidit prænominatus*
rabilis Rex Conradus Bopardiensem Ecclesiam vnam cum Ecclesiasticis signis & lib

Regina.

que omni sacerdotali ministerio, cum horreo & torculari. Subdit de Regina: *Etia*
didit Regina in Pago Tulpiacensi in villa Niuenheim, Ecclesiam. Nec prætereund

Vassus.

istris viri Vassi donatio, quæ Virginum vndecim millium meminit: *Prætereat*
nobilissimus Vassus post finem vitæ suæ quidquid in Pago Iuliacensi, in marca vel villa
ex traditione Lintelbigiæ Sanctimonialis feminæ sibi traditum esset, in vsus parentu
rum, & in ipsius iam fatæ honorabilis feminæ, eiusque patris vel matris eleemosynam,
curtem cum casis dominicatam, & Ecclesia, atq; terra salaritia, cum mansis quinque,
cepto prædio, quod eidem Dom. Regis Caroli collatione donatum est (quod ad S. Gereon
nandum disposuit) ad vestituram eius, quod ad SS. vndecim millium Virginum famu

Et Hermannus.

delegauit, ad suæ commemorationis Offertorium singulis annis modij duo de triticea
se daturum spopondit. Multa de suo addit Hermannus Archiepiscopus: *Hæc om*
superius comprehensa cum omnibus adhæc iure pertinentibus, domibus, ædificijs, siluis
pis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, ingressibus, & exitibus, cunctisque appen
omnia & ex omnibus totum, & ad integrum de iure nostro in ius & donationem p
ecclesiæ, & sanctimonialibus sororibus ibidem Deo sanctisque virginibus ritè famu
bus tradimus atque transfundimus, ea pacta conditione, quatenus illuc perpetualiter
uinis laudibus pro animæ nostræ remedio omniumque supra nominatorum & virorum
feminarum capiendo augmenta proficiant.

Occasionem fundationis huius nouæ, diplomatisque scribendi dedit Hu

Occasione vastationis Hungarorum.

rorum in Gallias irruptio, qui cum Colonien sem diœcesin igne ferroque lat
pularentur, sacra profanarent, Ecclesias flammis funestarēt, templum cum cc
bio Virginum Geritzimensium incinerarunt: eæ cum Antistita Langsuinda C
niam velut asylum confugerunt, Hermannum Archipræsulem exorantes,

Rogatu Langsuindæ Abbatisse.

vndecim millium Virginum basilicam clementer largiretur: vt ibi coram tot M
tyrum Chiliadibus in loco tuto, quieto, & ab insultibus hostium libero Deo nc
diesque deseruirent. Annuit votis pijs Hermannus Pontifex, & ad incremen
dotis à Conrado quondam auctæ; multa tunc adiecit: colligā ex prolixa funda
nis nouæ bullā tantum ea, quæ numerum SS. Virginum, cultum & loci sanctita
indicant. Sic autem templum Parthenium describit: *Monasterium SS. Virgi*
extra muros Coloniæ erectum, ad laudationem Dei, & S. Mariæ, ac ipsarum vndecim mil
Virginum, sibi à nostra concedi mediocritate deuotè popposcerant &c. Quæ audientes, ear
calamitatibus ex animo compatientes, Sanctum quoque locum, vbi tot pretiosarum Ch
corpora quiescunt, summopere procurare nitentes, vota suscepimus. Numerum euno
repetit, dum anathemate sic fulminat huic decreto repugnantes: *Si quis verò, q*
absit, qui contra hanc donationis chartam venire tentauerit, & eam infregerit, aut imm
re voluerit, primo iram Dei omnipotentis, ac S. Mariæ, atque earundem Sanctarum vnde
millium Virginum incurrat, & à liminibus ipsius sancti loci excommunicatus appar
Actum publicè Colonia ciuitate, regnantibus Christianissimis Regibus Carolo & Hen
Indict. 10. 3. Idus Aug. Erat is annus 922. quo Carolus Simplex Galliæ, Henricus
ceps Germaniæ & Imperio dominabatur, victis hoc ipso anno Hungaris inge
prodigiosaque victoria: Hermanni vero Pontificatus penultimus: nam anno
quenti piè decessit, vt Sanctissimus meruerit à Regionis continuatore nomin
Cathedram verò & ardens desiderium templi Parthenici cultusque sanctarum
millium augendi successori Wichfrido reliquit, cuius pietatis tria vel quator su
rant monimenta ab interitu vindicanda.

CAPVT

CAPVT IX.

Wichfrido Archiepiscopo ad An. vsque 950. augetur dos & cultus virgineus.

Triginta circiter annis Wichfridus post Hermannum rexit Archidiœcesin: is nouellam plantam Parthenonis ad sanctas Virgines nouis fouere cœpit subsidiis & alimentis, ne deficerent vires Deo noctes diesque & Sanctorum cultui inuidentibus, vt præclarè docet ipse hoc diplomate.

In Nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis: wichfridus diuina opitulante clementia Coloniensis ciuitatis Archiepiscopus. Nouerit omnium S. Dei Ecclesiæ fidelium tam præsentium quam futurorum industria, quatenus nos diuina inspiratione admoniti, Venerabilibus fratribus, quæ in Ecclesia Sanctarum Virginum Deo fideliter deseruiunt, aliquid ex nostro beatum refectionem addere curauimus. Nobis namque inquirentibus compertum est, illas quotidiano victus sui alimento magnum habuisse dispendium. Non enim ignoramus, quod ad pergendum diuinum officium tanto minus desudabant, quanto maiorem cibi penuriam patiebantur, & quod ab illis vnum non exigitur, si alterum subtrahitur. Vnde iuxta consensum, communeque consilium nostrorum fidelium tam Clericorum, quam Laicorum, propter amorem Domini Saluatoris, propterque reuerentiam VNDECIM MILLIVM VIRGINVM illic requiescentiũ, *nec non propter Nostri recordationẽ, concessimus eis habendã Ecclesiam S. Mariæ proximè statutam, post obitum Rutberti Presbyteri scholarum videlicet magistri, qui ipsam nunc iure beneficiario tenet, cum omnibus rebus ad se pertinentibus, vtam Ecclesiam S. Desiderij Confessoris prope constructam, & 60. iugeribus per circuitum eius, & suburbanis iacentibus, & manso dimidio in villa Neile habito: Insuper etiam cum altera Ecclesia in Boësdorp nuncupata, & suis appendicijs, id est ædificijs, terra salaritia, præter iurisdictio. &c.* Vbi Nota antiquum morem colonorum qui mancipabant se certis Ecclesiis, & annuum censum in templis offerebant: sic enim subdit. *Famuli eam colentes, omnes se Iunio de capitibus suis solidum vnum persoluent, vxores autem ipsorum denarios 5. ad Missam S. Martini dabant. Præterea quoque cum sex vinearum particulis circa Rogomagum iacentibus*, obseruanda & hæc vox, hodie Remagen nominatur, cultu S. Apollinaris celebratur: In itineraria tabula Peutingeri Rigomagus, ab Ammiano Rigodulum appellatur. Sed omissis alijs bonis, concludit: *Hæc omnia sepe memoratis sanctimonialibus ex Nostro addere curauimus, quatenus propter stipendij inopiam vsquam vagari occasionem non haberent; sed vt potius victum necessarium habentes, in Dei cultu absque illo impedimento perseuerare possent. Et vt huius nostræ auctoritatis largitio firma stabilique permaneat in perpetuum, iussimus hanc chartam inde conscribi, manumque nostram subtus illam firmauimus. Data 4. Cal. Aug. Scripta ab Heriberto Presbytero & Cancellario An. Dominicæ Incarnationis 927. An. v. Henrici Gloriosissimi & Inuictissimi Regis 9. Indictio 5.* Templum primum S. Mariæ, modò *ad Indulgentias* nominatur: Coloniensis Ciuitatis Parochia, & conditorium tam Antistitarum, quam Canonicarum Vrsulanarum: Sacellum in eo visitur Marianum, in quo Deiparæ effigies, vt traditio loci memorat, ante quadringentos annos maximo prodigio à Dei genitrice ipsa Guidoni Domino de Mowenheim illic per quietem visa muro impressa est: fidem faciunt exinde continuata miracula, quæ nunc ferè quotidiana putantur esse. Idem Wichfridus stabilit vulgarem sui temporis omnium consensionẽ, vndecim millia Virginum non alibi, sed Coloniæ requiescere: vtique in palæstra Martyrij, non aliunde translata: nusquam enim terrarum ea ætate locus alius sibi tam gloriosum titulum & possessionem vindicabat. Quinquennio post idem Præsul eandem huic templo munificentiam exhibuit, cuius exstare literarium voluit monimentum. Vnam id omnes Episcopi perpendant: & quo debeat potissimum eorum intendere cura pastoralis, animaduertant, & imitentur.

Censuales famuli. Regomagum, Rigomagus, Rigodulũ, Remagen.

Thaumaturga imago Deiparæ.

In no-

In Nomine SS. & Indiuiduæ Trinitatis. Nouerit omnium Dei Eccleſiæ fideliu ſentium ſcilicet & futurorum induſtria. Qualiter nos diligenter perſcrutari i de congregationibus ſingulis Monaſteriorum in circuitu curæ noſtræ diuinitus co rum, quam in diuinis feruerent, & doctrinæ inſiſterent, nec non ſi eis ad peragendum die & nocte Eccleſiaſticum beneficium abundarent, an non.

Studium commune Cleri & populi pro alēdis Virginibus.

enunciatum eſt auribus, quod Sanctimonialibus ad SANCTAS VIRGINES *no deuotè, ſtudioſeque famulantibus, panis alimentum per ſingulos annos de Vnde Noſtris fidelibus Clericis & Laicis in vnum coadunatis, iuxta illorum co conſilium, dedimus illis Eccleſiam, quæ in villa Kelſe nuncupata conſtructa ha* pergit enumerare complura, quæ largitur ijs. Subdit: *Hæc omnia ſicut ſtrum opus habuimus, præfatis ſanctimonialibus conceſſimus habenda, vt ob ſynam & memoriam Noſtri ibi proficiant incrementis perpetualiter, in Dei nom poſſidendum, & vt vltra propter alimenti defectum occaſionem derelinquen cium diuinum non habeant; ſed magis voluntate in eo die, nocteque perſeuerent.*

Actum publicè IN ECCLESIA SANCTARVM VIRGINVM *16. Kalen guſti. A. glorioſiſſimi Regis Henrici IV. Heribertus Presbyter & Cancellarius.*

Coniugũ duorũ pietas in SS. Virgines.

gebat hanc Wichfridus Eccleſiam præ alijs: valde ſolicitus, ne ob defe alimoniæ cultus Sanctarum Virginum & Martyrum intepeſceret: hanc æ pietatem coniuges duo locupletes ſe raro modo, quem paulo ante in ali ſeruaui, ritu ſacro manciparunt & deuouerunt, vt quaſi capite cenſi quotannis ijs Sanctis tributum penderent, qui etiam VVichfridi memin dum conceptis verbis, ita ſe conſecrarunt. *Ille caducis rebus præſentis ſeculi f vtitur, qui ſibi ex his æterna comparat præmia, ſciens quod Chriſtus Domin ſter non tam conſpicit muneris qualitatem, quam deuotionem offerentis, Ideo Dei nomine Alfuinus, ac dilecta coniunx mea Ada, ad* ECCLESIAM SANCTA VIRGINVM, *quæ eſt extra muros Coloniæ Ciuitatis conſtructa publicè (vbi vir V. fridus Gratia Dei Archiepiſcopus præeſſe videtur) pro animæ noſtræ remedio, æternæ mercedis intuitu, nec non pro piæ recordationis noſtræ debito, donamus n proprietatem, & in proprium tradimus, & de iure Noſtro in ius & donation hodierno die transfundimus, vt hæc eadem proprietas Sanctis ſororibus Domino a ctuque ibidem fideliter famulantibus, omni tempore proficiat, in augmentis perpe ter in Dei nomine poſſidendo, vnam curtem ſitam in Commugeſmude, in Comitatu rardi Comitis in villa Burgidiſtadt, cum caſis diuerſis, terra ſalaritia, pratis, pis, ſiluis, paſcuis, cum manſis 30, totidemque mancipijs vtriuſque ea inhab tibus,* ſubiungit nomina mancipiorum, ſitum manſorum, meminitque mitatus Conradi Comitis in villa Blitgereſvviler, tum ea ſic offert: *Hæc i omnia præfata ego ſupra memoratus Alfuinus, & dilecta coniux mea Ada ad dictam Eccleſiam Sanctarum Virginum tradentes, fuit noſtra petitio, vt ſa moniales ibi conſtitutæ nobis ea in beneficium præſtarent, cunctis diebus vitæ no quod & fecerunt: ea videlicet ratione, vt ipſa tantum vſualiter poſſideremus, haberemus poteſtatem alicui vendere, nec eam donare, nec per vllum ingenium de te memoratæ Eccleſiæ abſtrahere ea, ad cenſum exinde annis ſingulis ad aram S. tini ſolidos 5. de argento perſolueremus. Et poſt noſtrum quoque de hac luce diſce cum omni melioratu, & ſuperaugmentatione illuc iterum reuerteretur. Et hæc precaria firmior ſtabiliorque manere poſſit, rogauimus hanc chartam conſ bi, manuque noſtra ſubtus illam firmauimus.* Annum donationis huius reperi, Pontificatus autem VVichfridi tempus hoc indicat, quo totus i rat in hoc ſanctuario præ reliquis ciuitatis Eccleſijs, dotando & exorn do, cuius tertia largitio non eſt ſilenda, quæ numeri meminit vndecim lium, & ſolennem templi huius viſitationem manifeſtat: *VVichfridus uina annuente clementia S. Col. Eccleſiæ Archiepiſcopus. Nouerit omnium Sancta Eccleſiæ fidelium induſtria. Qualiter Nos ſuperna inſpiratione admoniti, cum con ſu fidelium Noſtrorum tam Clericorum, quam Laicorum, de rebus Domini Noſtri Almi P.*

...incta matris Ecclesiæ, venerabiles Sorores in Ecclesia sanctarum Virginum extra ...itatis Coloniæ publicè & honorificè constructa, Deo die nocteq; deuotè ac religiosè ...tibus, alimoniam sui victus augmentando ampliauimus, dedimus, atque illis de iure ...ius & donationem illarum transfudimus in villa nostra, quæ Engelstat nomina... ...go VVormacensi, in comitatu Leonardi Comitis curtem vnam cum casa, diuersisq; ...icijs, cum terra salaritia, & mansis 30. cum mancipijs cunctis vtriusque sexus ea in... ...us, cum arpennis 20. cum omnibus cultis & incultis, &c. quatenus ab hodierno die & ...pro animæ nostræ remedio ibi proficiant in augmentis perpetualiter in Dei nomine ...endum, Actum publicè in præfata Sanctarũ VNDECIM MILLIVM VIRGINVM ...*. Kalendas Decembris. Anno gloriosissimi Regis Ottonis 6. indict. 14. Ego in Dei ...Heribertus Presbyter, atque Cancellarius scripsi hanc chartam Anno Incarnationis ...Christi 941.* Videre in hac donatione, & alijs quibusdam licet, non Ar... ...ulis tantum Wilchfridi, sed & Cleri totius, præsertim Metropolitani, & ...rum aliarum Ecclesiarum, Collegiatarum, ac Laicorum, consensum vnani... ...t ea, quorum dominium S. Petro, & Episcopo, vel Metropolitanæ debeba... ...lesiæ, transferrentur in ius & possessionem, imò & proprietatem Ecclesiæ, ...n olim & eo tempore, ac deinceps vulgo *Sanctarum vndecim millium Virgi...* ...el contractiori modo *Sanctarum, vel Beatarum Virginum* dicebatur. Ne ve... ...s istæ: arpenna, mansus, pagus, comitatus, obscurent hæc & alias dicenda: ...dum arpennas, certas esse vinearum partes & mensuras: vti mansus, quasi ...s, prædium minus, quod ferè à Colono vno potest excoli. diuidebant autem ...termani, sicut & Franci suas regiones, vel regnum in pagos, seu tractus quos... ...uos sæpè à riuis & fluuijs nominabant, sæpè à præcipuo oppido, hinc mana... ...nen Pagi Iuliacensis, Tolpiacensis, Wormacensis. Singulis autem Pagis Co... ...æerat, qui ius subiectis Pagensibus diceret, quales ea tempestate tres nomi... ...llata diplomata, Euerardum, Leonardum, Conradum.

Explicatio vocum obscurarum.

Arpenna.

Mansus.

Pagus.

Comes.

CAPVT X.

...entes eiusdem seculi Archiepiscopi, ad Annum vsque 1000. vt S. Bruno, & VVarinus, ornant eandem Ecclesiam.

S. Bruno, Ottonis Magni frater, Imperij Germanici columen, Wichfri... ...lo, circa Annum 953. successit: vir ad omnia summa natus, eloquio præci... ...Philosophicis scientijs excultissimus, bellica gloria nulli secundus: nam re... ...Lothariense, non Imperio tantum vniuerso, sed Infulæ adiecit Coloniensi ...nam partem, quamuis successores passi sint in manus aliorum deuolui. Idem ...n quod mireris sanctitatis eximiæ laude claruit, cuius vitã Surius ad XI. Octo... ...ecensuit, à coæuo luculenter scriptam, quam D. Ægidius Gelenius in Hiero... ...S. Engelberti præclarè illustrauit. is in testamentarijs tabulis meminit Vrsu... ...empli, quod in legato suo recepto more, ad *Sanctas Virgines* nominat: sic enim ...*Ad sanctas Virgines vasa duo, candelabra duo, pallia duo, cortinam, tapetem vnum, ...malia duo, ipsis verò sanctimonialibus auri libras decem, cum mensali.*

S. Brunonis laus.

Legatum ad SS. Virgines.

Eodem seculo Warinus vixit & floruit circa Annum 980. qui captus religione ...& insigni pietate Virginum illic Deo militantium, multa largitus est: confir... ...numerum vndecim millium, vocat Martyres, testes temporis sui præpositos, & ...adiungit hoc modo. *Quisquis diuinitus inspiratus aliquid sibi refrigerij solatium ...rospexerit, qualiter in conuulsum & durabile ad notitiam posterorum fiat, consulto opus ...deo ego in Dei nomine VVarinus diuina præueniente gratia Coloniensis Metropolios li... ...ullis suffragantib. meritis, infulatus Archiepiscopus, trado & transfundo in memoriam ...orum Nostrorum Archiepiscoporum, quasdam Ecclesiæ nostræ res, vsui nostro quotidia... ...bitas, vt nostra etiam intersit. Ad Ecclesiam SS.* VNDECIM MILLIVM VIRGI-

NVM, & Martyrum extra muros Coloniæ ciuitatis honorificè in Dei honorem constru
ad continuanda eiusdem Ecclesiæ luminaria, ad restauranda tecta, ad sustentandas etia
stodum vires, inibi circumspectè & solerter pernoctantium, scilicet Ecclesiam in h
Apostolorum constructam, cum 4. mansis & dimidio in villa Gunderstorp dicta situ
pia quoque 17, & in suburbio iuxta dictam Ecclesiam mansum dimidium cum 4 terr
appenditijs infra vrbem habitis. Insuper etiam vt in processu temporis Dei seruitium
fato SS. Virginum Monasterio vigilantius, instantiusq; suppleatur, trado ad victual
ctimonialium ibidem Deo egregiè pro viribus militantium Curtem, Dominicatam
Ossendorp. Meminit ibidem Parochiæ S. Columbæ, concludit: *Si quis successor*
strorũ hanc donationis chartam infringere, aut diminuere, quod absit, in aliquo attenta
diat vocem terribiliter minantem: Mihi vindictam, ego retribuam. *Signum VVar*
chiepiscopi. *Signum Euergeri Vice Domini* (fuit is successor eius) *Signum Ruochber*
positi, *Aichfardi Presbyteri, Virduni Præpositi, Blicherij Præpositi, Dissonis Præpositi,*
di, *Godefridi*, &c. *Ego Mullibertus indignus & peccator hanc traditionis chartam scrip*
cat VVarinus, sicut & decessores eius Sanctimoniales, quæ SS. Virginum P
nonem incolebant: non quod votis omnibus religiosis obstrictæ Monasticam
profiterentur: sed quod cœnobiticam viuendi rationem ducerent, mensa com
vsæ, licet paupertatis voto non adstringerentur: id ex sequenti capite, vitaque
delheidis clarius apparebit.

CAPVT XI.

De S. Adelheide Geldriæ Comitis filia, sub Annum 990. Virgi Vrsulanarum institutum professa, illudq; in nouo Vilicensi asceterio propagante.

DVo erant Anno reparatæ Salutis Millesimo, illustrium puellarum Part
nes Coloniæ celeberrimi, alter Deiparæ Virginis Capitolinæ, quam se
pietatis, & excolendo religionis studijs animo sibi delegerat Plectrudis, quar
Pipino repudiata, adlectis in societatem Virginibus, totam se deinceps cultui
no mancipauit: in quo iam tum oriente contubernio præcipuæ virtutis, & pu
tiæ laude S. Noitburgis enituit, Plectrudis neptis, quæ vt principum procorum
deret hymenæos, celerem à Deo vitæ exitum impetrauit, vt salua castitate sp
cœlestis amplexibus frueretur; multis ideò statim à funere clara prodigijs, & tr
lata Confluentiam.

Singularis castitatis amor.

Alter in S. Vrsulæ Basilica illustribus Virginibus, & natalium splendore, &
tutum studio efflorescebat, vt Adelheidis vita docet, quæ paulò ante annum m
simum mundo valere iusso, Deo & sanctis vndecim millibus Virginibus milita
ibique felicia posuit religiosæ vitæ tirocinia, quæ postea & ipsa magistra noui
thenonis auspicato propagauit. Erat Adelheidis Megengoris Geldriæ Con
filia, primis ab annis sanctioris vitæ desiderio stimulata, Coloniam cum sorore
niens, in cœnobio sanctarum Virginum monasticen ad S. Hieronymi præscript
profiteri cœpit, germana verò eius in Deiparæ matris asceterio Plectrudis re
sumtibus constituto, ita reliquis virtutibus anteijt, vt cunctis breui post Virg
bus præficeretur. Nec minor in Adelheide perfectionis assequendæ ardor erat
tot millium Virginum fulta patrocinio, & exemplo sibi indies proposito prouo
ta, vt adolescentiæ annos morum grauitate transcenderit. Forte Godefridus V
ginis sanctæ germanus, familiæ columen, bello Bohemico, quo fidam Imperat
nauabat operam, funesto casu cæsus, amplissimam parentibus, vt tristitiæ materia
sic meritorum cœlestium augendorum occasionem dederat: nam ipsi Christ
ex asse bonorum ipsius scripserunt heredem, Vilicensi à fundamentis erecto p
thenone: certis etiam latifundijs S. Vrsulæ Basilicæ attributis, dum filiam è sanc
tum Martyrum contubernio educunt, vt Virginibus Vilecensibus iam plurib
colle-

s præficeretur:eam porrò viuendi rationem, habitumque eo traduxit,quo
irgines Vrſulanas à teneris aſſueuerat:florebat ea tempeſtate D.Benedicti
tum cultu corporis,& victus ratione adſtrictiore,quod vt Adelheidis recipe-
, quotidie maiora cum ſuis caperet perfectionis incrementa, parentes vrge-
ni quidem,filia tamen magis veteri cultu veſtium capiebatur: dicebat enim plus
eum voluntarijs obſequijs promtæ mentis,ac cordis munditia, quam coactis ſer-
is electari, ſecretioribus tamen ſubinde ſtimulis cœlitus excitata, cœpit expe-
rum facere vitæ rigidioris, & licet pro more lineo candicaret exterius ami-
eo tamen nudam carnem veſtiebat, ceteraſq; periclitabatur in ſe exercita-
diſcipline religioſæ, ſi ferendo rigori par eſſet videretur: Iam vbi fixum
ctioribus ſe viuendi legibus obligare,Antiſtitam B.Mariæ Virginis ad ſe cum
ocauit,cuius magiſterio probè tam ipſa,quàm ſubiectæ Virgines eiuſdem a-
udirentur:& ſanè tantos fecit proceſſus, vt breui Coloniæ, (ſorore eius Ber-
defuncta) S. Heribertus Colonienſium Antiſtes & Imperator Otto coge-
inuitam ſimul Capitolinis Virginibus Deiparæ præſidere. Nec Deus curis
Virginis Adelheidis duplicatis ei defuit: quin & prodigijs eius ſancta impe-
probauit. Fortè penum ingreſſa cellaria vinum promebat, quam ilico vocat
eidis,paret vocata, manuque retento vertibulo epiſtomij aduolat,exceptu- Rarum cæcæ obedientiæ prodigiũ.
adatum Antiſtitæ, tum ſubit mentem recordatio epiſtomij nondum obfir-
ertibulo:culpam agnoſcit incuriæ,quã ſolatur Adelheidis,& cum ea deſcen-
enuariam cellam:ecce tibi nec vini guttulam os hians epiſtomij deijcit. Hic
a ſtupens Antiſtitæ ſanctitatem, ad pedes ſe eius abijcit, quæ contra id cæcæ
edentiæ acceptum retulit. Talibus cum paſſim operibus mirandis increbuiſſet,
ritura Coloniæ petijſſet ardenter, vt in Vilicẽſi Monaſterio ſepeliretur, mul-
cet reluctante S.Heriberto, naui tandem ſacrum pignus,vt impoſitum,non-
d remigandum armis nauticis expeditis, ſumma velocitate nauigium contra
nis ictum adſcendit, donec locum quietis à Deo præſtitutum attigiſſet. Vidi
1638. 31. Maij conditorium S. Adelheidis templo & cœnobio altera iam vice
lentis hiſce temporibus Suecorum ſacrilegis flammis funeſtatum, cum è pri-
cendij ruinis ad faſtigium fornicata, iam arcuato opere teſtudo emerſiſſet.
nt locum modo Virgines Canonicæ nobiles, quorum antiſtita iam tum cùm
m, moliebatur iterum templi reſtaurationem. Non debui Virginem hanc
rire,quæ ſanctitatis tirocinium poſuit in S. Vrſulæ cœnobio, cuius viuendi ra-
ſtitus,& alia quędam ex hac vita illuſtrantur,quam Surius fuſius perſequitur.

CAPVT XII.

Poſt Annum 1000. *ſub Piligrimo & Hermanno ſecundo,proficit cultus & dos templi Sanctarum Virginum.*

S. Heribertus Anno 1009. Sacellum S.Stephani conſecrauit, & Sanctis alijs, quorum reliquias ibi condidit:quas inter recenſentur SANCTARVM VNDECIMILLIVM VIRGINVM:deceſſit Anno 1021.ſucceſſorem nactus Piligrimum, qui Reginam Poloniæ Richezam induxit, vt ad aram SS.VNDECIM MILLIVM VIRGINVM,ſe cultui earum totam conſecraret, annuo cum eis cenſu pacto 20.librum ceræ,quas ijs appenderet.de hoc infra diſſeram vberius.

Piligrimum in æde ſanctorum Apoſtolorum tumulauit Hermannus ſecundus Archiepiſcopus Anno Domini 1035.hoc Præſule degebat apud SS.Virgines paulò post mortem S.Adelheidis Bezecha, Deo conſecrata Virgo, quæ luculentis donis auxit Vrſulanum Parthenonem.Exſtat diploma, quod ſecundo numeri Virginum commonit hoc exemplo.

Oportet vnumquemque hominem ſemper eſſe paratum ad omne opus bonum, qualiter

cogitando, & operando terrena despiciat: & caduca huius seculi, vt inueniat à propi
indulgentiam de peccatis suis, & retributionem bonorum operum veram consequi
tur. Ideò ego in Dei nomine Bezecha, vltima ancillarum Christi in Congregatione
CTARVM VNDECIM MILLIVM VIRGINVM *Dei, per manum aduocati me*
mudesheim dono à die præsenti, seu trado de iure meo in ius & traditionem Eccleſiæ
rum Virginum, in aquilonari parte extra muros Colonienſis ciuitatis conſtituta, vbi
nerabilis Hermannus ſecundus præeſſe videtur, pro remedio animæ meæ, ſeu parentu
rum, quidquid prædij poſſidere videor in pago Bonnenſi, in Comitatu Sickonis, in vil
lendorff, videlicet Lonlein manſum, &c. Ea ratione, quatenus præfatum prædium
vitæ meæ, ſub vſufructuario poſſideam; poſt meum autem diſceſſum, cum omni emelio
amplificatione res præfatæ abſque vlla diminutione, ad ſæpè nominatum SS. Virginu
naſterium valeant reuerti: eo modo, quatenus nulla Abbatiſſa, vel aliqua præpoſita,
congregationis in ipſo Monaſterio habeat vllam poteſtatem, in ipſis rebus alicubi dan
præſtandi, ſed ſecundum meam petitionem electio ſit in ipſis monialibus eiuſdem Mon
cuicunque ſororum ſuarum velint ſupradictas res à me traditas ſub manu tantum,
ſcientia ſuæ Abbatiſſæ taliter commendare, vt quidquid inde vſusfructus prouenire
ſanctimonialibus ibidem Deo famulantibus, in eleëmoſynam meam, ſeu parentum m
prouenire poſſit, non in comparatione conſtituti ſtipendy ſui: ſed tantum pro remedio
meæ tribuatur. Sed quia Patres antiqui, & ſtatuta eorum ſunxerunt, quod & Nobis
turis temporibus conſeruare oportet, vt quicunque de rebus ſuis proprys, ad loca Sanc
vel ad neceſſaria Deo famulantium aliquid donare, vel firmare voluerint, hoc coram
bus, per ſcripturarum ſeriem omnimodo plenius debeant obligare, ideò ego ipſa Bezech
poſſe meo non acquieui, quoadusque hanc ipſam paupertatis meæ, ſiue voluntatis meæ
tionem coram Domino Venerabili Archiepiſcopo ſecundo dignæ memoriæ, cum teſtib
neis confirmaui, ideoq; illum eius ſigillo feci ſubtus notari. Actum hoc Coloniæ publicè
naſterio SANCTARVM VNDECIM MILLIVM VIRGINVM *Anno Incarn*
Dominicæ 1047. Indict. 16. Ann. 6. Henrici regnantis & imperantis. Non ceſſit hic
mannus ſecundus primo pietate, quam cum ſorore Richeza Regina Poloniæ
lacte ſuxerat à Mechtilde matre ſua, Ottonis ſecundi filia, quæ deſponſa Er
do Duci Bauariæ, cum eo fundauit cœnobium Braweilerenſe à filia Richeza
ficè ampliatum, & locupletatum. Hermannus verò noſter Collegiatam E
ſiam Deiparæ ad gradus fundare cœpit, quam S. Anno ædificauit, Sigewinus
neratam reſtituit, omnes in Vrſulanam Baſilicam pij & munifici, vt iam dicam

CAPVT XIII.

S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis nocturna frequentati Vrſulanæ Baſilicæ circa Annum 1060. *& opera miſericordiæ illic exercita.*

S. Anno nocte templa viſitat. Vrſulanã Eccleſiã.

ANNO claris ortus natalibus, ab Auunculo quam optimis literarum ſtudij p
plicatus Bambergæ, ſic breui commodis moribus, & virtutibus effloruit, in
familiam Cæſaris cooptatus, cùm ibi ſe probaſſet omnibus, infula donatus eſt o
lonienſi: mira in eo faſtigio viri demiſſio, indefeſſum precandi ſtudium, noctu
præſertim tempore, quo ſemper ſubmotis arbitris vno ſtipatus comite, quando
nudipes ac cilicio veſtitus, templa, quæ Colonienſis ciuitatis muros coronab
ſub noctem viſebat, hoc profuſior in obuios peregrinos & inopes, quo tunc i
tior. Duo memoranda contigerunt ei, quando pro more limina Virginis Vr
ſubintrauit. Solus Eccleſiam ſubierat, & dum in angulum templi ſe recipit, a
ſingultus ſanctimonialis in faciem proſtratæ: adrepit ſuſpenſo gradu: cumque
num aduerteret à ſupplice rogari Deum, vt peccatricis famæ parceret, ne vio
caſtitatis publico exponeretur ludibrio. Poſtridie feminam ad ſe euocatam co
latus, de mœrore, quem vultus præferebat, expreſſit facinus à rea, & ipſe, quo fa
conſuleretur, in ſe recepit: fido ei dato homine, ſed iurato: qui amicitiæ cauſa de
ceret alio, donec fœtũ enixa rediret ad priſtina pietatis officia: Res acta fideliter

reuer

Prudentia eius & caritas.

…uesa sine suspicione criminis vitam in melius commutauit, infantulo cura præ-
…lis diligenter educato.

…otarat alia pauper mulier hanc in S. Vrsula nostra visitanda religionem Præsu
…is, & precum tempore quasi mētis à sensibus alienationem: promtum etiam miseris
…abuniendi desiderium non ignorabat, ergo infantulū, dum in eodem templo per-
…o Deo supplicat, ad pedes orantis, nec quidquam obseruantis deijcit, & in late-
…raslico se proripit. Anno cum primas vagientis voces hausit, & nudum coram se
…ic palpitare, Christum in puero veneratus, leuauit è terra, domum detulit, de
…ut e ei prouidit, & de baptismo consueta ceremonia leuatum, Annonem à se di-
…cuit.

Insignis misericordia in infantulum.

Solenne Sancto Episcopo fuit populo frequenter pro concione SS. Reli-
…quiarum venerationem inculcare, nunquam auditus sine lacrymis & singultibus
…it. Referebat ad persuadendum exempla, quibus efficacitas patrocinij Sanctorum
…ommendabatur. Transferebat aliquando brachium S. Cæsarij Româ delatum ad
…S. Iacobi templum hodie Parochiale: & pro suggestu vim precum huius Martyris
…ac historia narrata fidelibus commendabat. Andreas ciuis Romanus, opibus, deli-
…ijs & sceleribus circumfluebat: vnum maximis in flagitijs ei Christiani viri vesti-
…i unsupererat, cultus S. Martyris Cæsarij: cuius honori cereos in eius Basilica cre-
…bro accendebat, is vitæ similem prioris vltimum clausit flagitijs coopertus diem: Ia-
…ebat in feretro exsangue cadauer iam terræ mandandum, cum attonitis, multis-
…que errore fugatis præsentibus, exsurgit rediuiuus, & adstantibus cordatioribus
…ti mat, & verè se decessisse, & iam addicendum gehennæ tormentis, S. Cæsarij
…patrocinio fuisse sibi restitutum: nam cum terrifici iudicis iusta sententia coram ex-
…ercitu Beatorum dœmonibus traderetur tartaro mancipandus; indoluit acerbum
…dictis casum S. Cæsarius, & iudici factus supplex, vulnerum monstrauit cicatri-
…ces, isce obtestans eum verbis. Clementissime Domine, tui ego nominis amore li-
…en hæc excepi vulnera: carne gemente quidem ob doloris acerbitatem, spiritu ta-
…men exsultante, quod temporaneis istis supplicijs æterna gaudia nundinarer. Ite-
…rum e coram te Iudex nouis cor prematur doloribus, mens mœrore conficiatur,
…hic cliens ille meus, qui meo nequidquam patrocinio vitam, & salutem commise-
…rat præceps in tatarum agitur? ridet auernus stultitiam miseri, malè sibi de salutis
…suo consulentis, quem modo nequit habere deprecatorem. Hæc supplex iudi-
…cem querebatur S. Martyr, iungit se ei comitem Deipara, conuolant & reliqui Sancto-
…rum Ordines, flectuntque in S. Cæsarij preces iudicis animum: Vnde vita donatus,
…cum hæc, vt iussus erat, præsentibus indicasset, & dolorem de vita malè transacta
…conepisset, iterum, sed purior obdormiuit. Magna dicentem hæc Annonem secu-
…ta populi commotio: quam suspirijs & lacrymis testabantur. Qua S. Præsul vsus oc-
…casione acriter hac clausula præsentes est ad Sanctorum cultum cohortatus. *Et vos*
FF. & sorores huius considerationē facti in cordium secreta admittentes, ad quemcunq; deuo-
tion & seruitij cultum vos ipsos sanctis Dei offerte, vt extremæ tribulationis angustijs ar-
quemlibet Sanctorum tanto lætior quisque vestrum illic Patronum experiatur, quan-
to deotior hic in eius vixit obsequio. Decessit An. 1075. funus honore, quo dubito, an
…illo mortalium religiosiore elatū: nam 7. ipsos dies ad diuersas & principes ordine
…portatum est Basilicas, in plerisque incredibili pietate & concursu luctuque to-
…tius populi inter Diuorum templi illius exuuias statuebatur, dum diuina perage-
…rentur: duorum tantum dierum attexam exsequias. Nam tertio die post oblatum
…in Georgio sacrificium, ad S. Seuerini delatus est: obuiam processit Clerus nouo
…Ingressi, cum S. Seuerini reliquijs: ibidem peracto sacrificio, ad S. Pantaleonem pro-
…gressi; deinde ad SS. Apostolorum Basilicam; demum inclinato die ad S. Gereonis
…pervenerunt. Extra fores huius Basilicæ Sancti magna reuerentia proferebantur
…Martyrum cineres; luminum frequentia vincebat noctem, facies Basilicæ velut in
…solennitate præcipua renitebat: vigilatum ibi ad sacrum funus ea nocte, quartoque
…die tata sacra hostia vir Sanctus ad S. Andreæ, inde ad Sanctarum vndecim mil-
…lium Virginum Monasterium, quod toties noctu viserat, ac demum ad S. Cuniberti

Cives ad cultum SS. Reliquiarum excitat.

Baro. Anno 1070.

Miraculo S. Cæsarij.

Pathetica Martyris oratio ad Iudicem Christum pro cliente.

Paræneſis ad cultum Sanctorū.

delatus est: vbi duos inter Ewaldos medius est collocatus. Deniq; omnes Sa rum Reliquiæ, ex omnibus adductæ Basilicis, insigni triumpho cum Indigite ad summum portatæ sunt templum maximo apparatu, & in medio tot Sanct corporum S. Anno positus est, vt Diui, quos viuus toties inuiserat, & piè c rat, ipsi sacrum funus sua præsentia decorarent: Dignum hoc inusitato cultu S no: quo vix alius æquè tota sua vita Sanctorum cineres est veneratus.

CAPVT XIV.

Sub finem seculi 1000 *Sigewvinus, & initio sequentis* 1100. *Fri cus Archiepiscopi augent & tuentur Ecclesiæ bona, cul tumq; SS. Virginum promouent.*

SIgewino Pontificatum Anno 1079. ineunte, magnis clarebat S. Cunibertu digijs, vnde factum est, cum orto terribili incendio templum Deiparæ re S. Annone constructum conflagraret, & flamma vicinam Metropolitanam E fiam corriperet, Sigewinus egregia concepta fiducia corpus S. Cuniberti iuss ferri protinus, quod vbi victricibus obiecit flammis, ilico, velut infuso imbre r xit. Hunc S. Pontificem imitari studebat Sigewnus in SS. vndecim millium cuius exemplo adibat idipsum, nec manu vacua: superest vnum donationis ei strumentum, quod spirat præcipuum in tot millia Virginum affectum, & fidu nihil non earum suffragijs apud Deum obtinendi: lectoriquc efficacibus ra bus, pietatem hanc nititur persuadere. *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitat gewvinus cooperante gratia Spiritus S. licet indignus Colonienſis Ecclesiæ Archiepi Cum incerto fugientis seculi, & breui teneamur spatio, solicitos nos esse oportet, ac in remedium aliquod nobis prouidere, & quia humanæ fragilitatis occasione peccatum ad supra peccatum quotidie, optimum est, & salubre Sanctos Dei & Patronos Nostros cum bus, cum facultatibus nostris implorare, quatenus eorum interuẽtu Dei misericordia no rare dignetur à tanto peccati contagio, & expeditiores suo rèddere seruitio. Ob felix tale remedium apud Deum Nobis impetrandum,* SANCTAS DEI *scilicet* VNDE -MILLIA VIRGINES *nobis in auxilium inuocantes, notum esse cupimus cunctis C Nostrisq; fidelibus, qualiter ijsdem Sanctis Virginibus, dedimus ad supplementum scilic batissæ, in supplementa sororibus danda, pro interuentu & seruitio intimo eiusdem loci Mechtildi Abbatissæ, quidquid noualium nostris in temporibus erutum fuerit, in termin clesiæ S. Dionysij in Lunricho. Huic traditioni testes aderant Huprecht Præpositus, Cap Gerardus, Gero, Hermãnus, Ioãnes, Hezel, Reginaldus, Gerardus, Fridericus. Laici Hupr Giselbertus. Facta est autem traditio ista An. 1080. Indict. 3. 6. idus Nouemb. Episcopatus stri anno secundo, in Basilica prædictarum Virginum.* Optimum sanè & saluberri Sanctos Dei & Patronos nostros precibus inuocare, vt monet Sigewinus: nam nostra peccata diuinam prępediunt misericordiam, eam efficienter exorant & domestici Dei: vnde S. Bernardus quodam in Sermone ait: *Summopere nobis deranda sunt Sanctorum suffragia, vt quod possibilitas nostra non obtinet, eorum inter ne donetur:* probat deinde Sanctos iam potentiores esse ad obtinendum, & po tiores ad nos iuuãdos, quam cùm in terris degerent. *Si enim dum adhuc in terra ret misertus est peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tanto amplius, quanto verius agnosci stras miserias, orat pro nobis Patrem, quia beata illa patria caritatem eius non mutauit augmentauit: imò potius mouit sibi viscera misericordiæ, cùm ante fontẽ misericordiæ as* Quod si tam potens vnius Sancti suffragium, quid non efficient tot millium V num & Martyrum coniuncta vota, & supplicatio?

Vtilitas cultus Sanctorũ.

Mechtildis Abbatissa.

Circa Annum 1100. Fridericus Cathedram inscendit Colonienſem, sediti supra 30. Annos: cuius tempore quædam reperta sunt, & solenniter eleuata, tr lataque in varias orbis regiones SS. Virginum corpora diuinitus indicata: & S. N bertus olim Archiepiscopi huius familiaris & domesticus, cœlesti comperit adi

nition

e locum reliquiarum eiusdem partheniæ sodalitatis, quibus & alijs compluri-
s à Friderico donatus, vt alibi dixi Belgium, & Franciam decorauit: vnum huius
episc. facinus ad iura Basilicæ S. Vrsulæ defendenda non est prętermittendũ.
erat exemplo Richezæ Reginæ consuetudo Coloniæ mancipandi se serui-
S. Virginum cum omni posteritate: quem in finem annuum censum ad earum
ca: sub diuinis offerebant: cum hæc mancipia niterentur alij sacrilego plagio e-
pare, Friderici huius sententia reducta sunt in sanctam seruitutem: rem ipsam
ex M. S. peruetusto Codice transcribere: quo cultus illius antiquitas firmius
atur. *Temporibus S. Annonis Archiepiscopi Bertolphus Presbyter, & filia sua Enesa* Mancipia S Vrsulæ offerunt annuè duorum denariorũ ceram.
erunt Heriburgam & eius posteritatem Ecclesiæ SANCTARVM VIRGINVM, *quæ*
olonia tali constitutione, vt annis singulis duas denariatas ceræ pro capitali censu illuc
solerent: post mortem autem vestis, quæ operatione propriarum manuum suarum esset cõ-
ta ersolueretur. Postea tempore Friderici Archiepiscopi quidam Berelbinus nomine ex
te ulieris piæ volens hæc mancipia Ecclesiæ subripere, VValburgim, VVeresonem, Ter-
ri, Richmodin, Theodoricum, Heluicum, Meregardum, Hardungũ, VValburgim, Rich-
, quod Rectori Ecclesiæ ac suo votum fecerunt: ex quo factum est, vt inter se vtriq; ta-
ter nuenirent, vt Christianus, qui prædictum censum recipere consueuerat, iureiurando
ecclesiæ retinuit: & Abbatissa, Guadegilt. & Heresuiut Custos Ecclesiæ prædicto iura- Guadegildis Abbatissa.
hoc ita esse confirmarent, Comes autem Gerardus Iudex illorum postremo etiam iure-
lo, vti prædicti fecerant, SANCTIS VIRGINIBVS *sua mancipia detinuit: quæ om-*
chiepiscopus Fridericus sua sententia hoc modo stabiliuit, vt quicunque Dei aduersa-
stmodum hæc Sanctis Virginibus abstrahere conaretur, à Deo omnipotente, Beatoq;
& Sanctis Virginibus æternaliter damnaretur.

CAPVT XV.

Bruno Archiepiscopus Colonienſis Anno 1135. Altare S. Cordulæ consecrat.

iderico Colonienſium Archimyſte fatis Anno 1131. ſublato: ſuffragijs com-
unibus Bruno Comitis de Altena filius ſubrogatur: is tergiuerſari cœpit ini-
terisq; S. Bernardum ante conſuluit, quam humeros oneri tanto ſubmitteret:
ir Sanctus epiſtola octaua ſuſpenſum tenet, imò terret muneris magnitudine,
priculo: ſuadet orationem, & S. Norberti conſilium: dum in fine ait: *Habetis* S. Bernardus S. Norbertum maximi facit.
Dominum Norbertum, quem melius præſentem præſens de talibus interrogare pote-
Iam tanto ille vir in diuinis aperiendis myſterijs nobis promtior, quanto & Deo propior
gnoſcitur. Suſpicatur Iacobus Merlohorſtius in Notis ad eam epiſtolam, tunc
niæ ſubſtitiſſe, propter cœnobium Knechſteinienſe, quod id temporis Hugo
es Spanheimenſis Decanus Coloniẽſis ædificauit, & huius forte ſuaſu A. 1132.
pit infulam è manu Guilielmi Card. Epiſcopi Prænestini: de quo etiã Baronius
m annũ. Non mirũ S. Norbertũ libenter Coloniam inuiſiſſe, & ibi diutius ſub-
ſe, vt in illo ditiſſimo ſacrarũ reliquiarũ theſauro, nouas quas per Germaniam
bat Colonias, religioſorũ Sanctis inſtrueret pignoribus: illud mirũ, tantum S.
berto Bernardũ tribuiſſe, ſpiritumq; eius cęleſtẽ ſic eſſe deueneratum, quo prę-
s inuenit, coluit & approbauit Virgineas exuuias. Sed ad Brunonẽ redeamus: is
us S. Cordulæ Virginis inſignis propagator fuit. Nam cum Vrſulanæ Baſilicæ
icus vel ala potius noua acceſſiſſet, in ea cõſtructum altare S. Cordulæ conſe-
it: quod Regnibernus Metropolitanus Canonicus dotauit, cuius ſupereſt in-
rmentum autenticum, hoc tenore.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Quia ſicut præſens Eccleſia à Chriſti fideli-
denditur, ita ab infidelibus impetitur, idcirco ſtatuta noſtri tẽporis ad notitiã futurorũ trã-
mittere curauimus. Siquidẽ ego Bruno Secundus Dei miſericordia S. Col. Eccleſiæ Archiepiſ.
in orticu Eccleſiæ SS. VIRGINVM *altare quoddam dedicaui, vt vero Sãctimonialibus illic*
ãtè famulantibus aliquod temporale ſubſidium exhibeatur, vt qui altario deſeruiũt, de al-
am viuant. Conſilio & auxilio Regniberni Canonici S. Petri ad idem altare dotandũ 20 ſo-

lidos Colonienſis monetæ contradidi, ex quibus in villa Greuerode, quæ eſt in Parochia V

Gepa Abbatiſſa. *de, perſoluantur ad Vincula Petri 22 ſolidi de decima, quos Abbatiſſa Gepa cõſenſu ſororu Regniberni ad augendam dotem dicti altaris à quodam Rudolpho miniſteriali* SS. VIRGINVM, *qui eos in beneficio poſſidebat, quadam cõmutatione, vna verò præbenda redemit. tribus Cameris in Parochia S. Columbæ 5 ſolidos, ſicut in Purificatione S. Mariæ 30 denarii ad Vincula S. Petri reliqui ſoluantur. De domo quadã iuxta clauſtrũ Sanctimonialium 2 narij ſoluantur in die* SS. VIRGINVM, *de VVevelinnckhouen vndecim denarij dedi in feſto* S. CORDVLÆ *exhibentur. Ex his verò 20 ſolidis 40 denarij in dedicatione eiu*

Feſtum S. Cordulæ. *Altaris congregationi diſpenſentur: totidem in feſtiuitate* S. CORDVLÆ. *Quinque ſolidi ad duo luminaria ſingulis noctibus, vnum ad Altare prædictum, alterum in Mona S. Lamberti erogentur.* Plura ſubiungit de anniuerſario Regniberni præcipui dot ris Cordulani, concludit. *Vt autem hæc traditio firma permaneat, hanc chartam fieri ſimus An. Dominicæ Incarnationis 1135. Indict. 13. Teſtes Arnoldus Præpoſitus S. Petri, Decanus, Arnoldus Præpoſitus S. Andreæ, Theodoricus Præpoſitus SS. Apoſtolorum.* Dil guit Bruno à porticu S. Cordulæ, quã poſtea Chorũ S. Cordulæ video ab annis quadringentis fuiſſe nominatã, ipſum Monaſteriũ S. Lamberti, ſeu Chorum t pli primarium, in feſto S. Lamberti dedicatum: diſtinguit item vt loca, ſic feſta q que Sanctarum Virginum & S. Cordulæ, & hoc quidem 140 annis ante quam Cordulæ Martyris à B. Alberto Magno eleuarentur: vt non poſſit hinc vlli dubi eſſe, quin iam ante fuerit S. Cordulæ cultus & feſtũ poſtridie S. Vrſulę introdu & penè ſimili honore celebratũ: nam ad aram Cordulanã ignẽ voluit ardere pe tuũ, vt ad Altare templi princeps. Vnde ante hæc tempora cõtigit S. Cordulæ v facta Helentrudi in Herſe Sanctimoniali, de feſto ſuo poſtridie S. Vrſulæ peragẽ

CAPVT XVI.

Adriani 4. Summi Pontificis, & Hillini Archiepiſcopi Treuiri literæ ad Gepam Antiſtitam Eccleſiæ Sanctarum Virginum, ſororem Reinoldi Archiepiſcopi Colonienſis.

CIrca An. 1155. Deus cepit nongentis & pluribus annis in terræ viſceribus abd theſaurum aliquot SS. Virginum millena corpora, cum exuuijs ipſius Regi Vrſulæ mundo manifeſtare, tunc cum illuſtri Collegio Gepa præeſſet, Reino i

Gepa Abbatiſſa ſoror Reinoldi. paulò poſt creati Coloniẽſis Archiepiſcopi ſoror: fuit illa in Deum & Sanctorũ c tum religioſa, bona Eccleſiæ ſuæ, quę fuerant abalienata, ſolicitè inueſtigauit, & lerter reſtituit, voluitque ſedis Apoſtolicæ defenſione communiri: eam illi Rein dus tunc in Italia Friderici Barbaroſſæ Grammateus ab Adriano 4. obtinuit: qua is paucis ante mortem ſuam menſibus eidem Gepæ libenter impertijt hac bull qua vetuſtiſſima templi nominatio toties repetita confirmatur.

Adrianus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus GEPÆ ABBATISSÆ ECCLESIÆ SANCTARVM VIRGINVM, *eiuſq; ſororibus tam præſentibus, q futuris canonicè inſtituendis in perpetuum. Dicatis Deo Virginibus, quæ ſpretis connub maritalibus, ac relicto mundo ac pompis eius, ſe totas contulerunt in obſequium conditoris, ſub religionis habitu, & propoſito voluntatis mortificata carne accenſis lampadibus, cu Chriſto Domino ad cæleſte conuiuium ſatagunt introire, noſtrum conuenit adeſſe præſidium & contra mundanorum fluctuum tempeſtates Apoſtolicum munimen impendi, vt Apoſtolica tuitione vallatæ, ab omnibus reddantur ſecuræ moleſtijs, & in Chriſto ſe recuperare la tentur opem, quam in ſæculo perdiderunt. Ea propter in Chriſto dilectæ filiæ, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua diuino manc patæ eſtis obſequio, ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcriptitra ditione communimus: ſtatuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſi in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, & largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, & ipſis, quæ poſt vos ſucceſſerint, & illibata permaneant.* Enumeratis deinde bonis ſubdit: *Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſli-*

bustilt vexationibus fatigare; sed illibata omnia & integra conseruentur, earum, pro quarũ gubernatione & sustentatione cõcessa sunt vsibus omnimodis proficua, salua sedis Apostolicæ autoritate, & Diœcesani Episcopi Canonica iustitia, si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundo, tertiove commonita, nisi præsumtionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisq́; sui dignitate careat, reamq́; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei ac Domini Redemtoris Nostri Iesu Christi aliena fiat: atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini Nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ operationis percipiant, atque apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniat, Amen. Ego Adrianus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Georgius Sabinensis Episcopus. Ego Rubaldus Hostiensis Episcopus. Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinæ Episcopus. Ego Gualterus Albanensis Episcopus. Ego N. Presbyter Cardin. tit. S. Crucis in Ierusalem. Ego Iacinthus Diacon. Cardin. S. Mariæ in Cosmid. Ego Guido Presbyter Card. tit. S. Calisti. Datum Lateranni per manum D. Hermanni D. Papæ Subdiaconi, & Scriptoris 10. Kal. Iunij, Indict. 7. An. Incarnationis Dominicæ 1159. Pontificatus D. Adriani Papæ 4. An. 5. Crediderim hoc animis pronioribus cum Pontifice Maximo Patres purpuratos tutelam Vrsulanæ Basilicæ suscepisse: quod constaret passim repertos inibi cũ Cyriaco Papa tot Cleri Romani Cardinales Martyres; diuinam etiam prouidentiam Apostolicæ sedis tuitione cautum esse tam insignibus Martyribus voluisse, cum eo ipso tempore Galfredus in Anglia vulgaret primus fabulam non de S. Vrsula, & Sodalibus Martyribus (nusquã. n. ipse fidei, nusquam Martyrij meminit) sed de commentitio quodam Virginum 71 millium exercitu nuptias anhelante: tunc inquam Adrianum Pontificem Ecclesiæ SS. VIRGINVM, vt eas vocat, defensionem suscepisse, quasi non bona tantum & iura tẽporalia: sed multo maximè thesauros eius sacros, tunc recens erutos & in dies 5 cõtinuis annis sequentib. effodiendos, in suam fidẽ & tutelã admitteret.

Hillini Archiepiscopi laus.

Ea tempestate Treuirensem Metropolim regebat Hillinus. is Anno 1152. Alberoni successerat, quem præcipua quædam animi moderatio, præstans Philosophiæ, ceterarumque disciplinarum scientia: sed inprimis insignis in Deum cœlitesque religio commendabat: Cùm Fridericus Barbarossa Anno 1160. ad schisma dirimendum è Germania Episcopos accersiuisset, & Hillinus iam itineri se accinxisset, morbo correptus subduxit se, ne schismate pollueretur, & Confluentiæ substitit: vbi consentus à Gepa Reinoldi tum Coloniensis Archiepiscopi sorore, pro decimis oppidi Rense diœcesis Treuirensis, obtinuit Hillini pium & religiosum diploma pro iurium Ecclesiæ sanctarum Virginum defensione. Spirat exordium eius insignem animi demissionem, coniunctam summæ sanctarum Virginum obseruantiæ & cultui. *Hillinus Dei gratia Treuirorum humilis minister &* SERVVS ECCLESIÆ SANCTARVM VIRGINVM IN COLONIA *in perpetuum. In eo sumus loco licet indigni auctore Domino constituti, vt vnicuique ius suum debeamus conseruare, & quo possumus munimine, quia in modico plerumque fundatur occasio malignandi, confirmare. Ea propter dilecta in Christo, quam benignè suscipere dignum iudicamus, Ecclesiæ, cui præesse & prodesse cognosceris, duas partes decimæ in villa Rense, & Pastori tertiam partem, vt de cetero tuius ambiguitatis scrupulus tollatur de medio, auctoritate qua nos possumus, & debemus in perpetuum confirmamus. Ab hac verò soluendæ decimationis vniuersitate dominicalem terram, quæ vulgariter dicitur Manelberg, ipsi Ecclesiæ* SANCTARVM VIRGINVM *excipiendam decernimus, statuentes, vt siqui eiusdem loci Parochiani aliquid de prædicta decima sibi vsurpare contenderint, & ipsi vel aliquæ aliæ personæ Ecclesiasticæ, secularesve hanc nostræ confirmationis paginam facientes contraire tentauerint, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, &* SANCTARVM VIRGINVM *incurrant, & quousque resipuerint, à Christiana communione alieni fiant. Huic confirmationi interfuerunt testes, quorum nomina hæc sunt. Petrus Archidiaconus Tullensis, Ecclesiæ Treuirensis Custos, Rupertus S. Mariæ in Palatiolo Præpositus, Reginerus Capellanus, Ecclesiæ Treuirensis Canonicus, Conradus, Theodorus, Gerardus, Fridericus Capellani. De Laicis VValterus Camerarius, Lud. Dapifer. Actum est hoc & datum Confluentiæ Anno Incarnationis Dominicæ 1160. Indict. 8. Regnante gloriosissimo Impera-*

tore

tore Friderico, Anno regni eius 9. Imperij verò 5. Pontificatus nostri nono. prænominati CLESIÆ SANCTARVM VIRGINVM *Gepæ Venerabili Abbatissæ prouidentiam g te, Rodelbino Magistro Scholarum S. Florini Pastore Ecclesiæ de Rense existente & con ente.* Ita quem iter aggressum morbus in via detinebat, dum Sanctarum num cultui & iuribus intendit, is penè solus inter Germaniæ Archiepisco schismatis contagio liberatur: sic enim de eo Bambergensis Episcopus apud uicum coæuum scribit ad Euerardum Salsburgensem itidem dissentientem, tensis, Viennensis, Lugdunensis, & Bisuntinus Episcopi, per literas & nuncios consense Solus Treuirensis de regno nostro supereſt in parte illa de numero Archiepiscoporum, q consenserint, eius tamen Suffraganei omnes consenserunt.

CAPVT XVII.

De lite septingentorum annorum ratione nominis agri Vrsulani, quam frustra Reinoldus Archiepiscopus sopire conatur, translatis ad Ecclesiam S. Magdalenæ SS. Machabæorum exuuijs.

VIx posterа credet ætas tam pertinacibus studijs iam inde ab Attilana vast ne fuisse inter vicini Greesbergensis cliui, & S. Vrsulæ templi Virgines septingentos annos de agri Vrsulani nomine & possessione disceptatum, quoc chæa Machabæitica, & ex ijs M. S. depromtus codex fusè memorant. Conc rant, vt alibi dixi, nobilem Ecclesiam laxatis Sacellæ Magdalenæi angustijs Sol Episcopus circa Annum 463. in cliuo suburbano Greesbergensi, in ea sanguis ctarum Virginum, & lacera membra fuerant, tumulata: ne tamen ea consecr tur ad Sanctarum vndecim millium Virginum honorem, & ab ijs nomen assu ret, obstabāt Clematius alterius Vrsulani templi ædificator, & eiusdem Parth nis Virgines: quæ sibi solis, & suæ Basilicæ nomen vndecim millium Virgi arrogabant, quibus Episcopi Colonienses S. Cunibertus, Guntharius, Herm nus, S. VVichfridus, VVarinus, S. Anno, Sigewinus, & tot alij hoc libro rece videntur adhæsisse: qui solam Vrsulanarum Virginum Ecclesiam SANCTAR VIRGINVM: vel SANCTARVM VNDECIM MILLIVM VIRGINVM nomi runt, eadem dotarunt liberaliter, adierunt frequenter.

Episcopi fautores Ecclesiæ S. Vrsulæ.

Sed cum ea controuersia recruduisset sub Annum 1162. & Reinoldus Arch piscopus Colonienſis Cæsari Friderico multum ad expugnandum Mediolan consilio, militeque contulisset, opportunitate temporis vsus, statuit liti finem ponere, quam in curam hoc solertius incumbebat, quod Gepa soror eius germa Clematiani templi Virginibus antistita præsideret: nam per honorificum duce familiæ, si suis auspicijs soror de agri Vrsulani possessione triumphasset. Accepe Reinoldus exciso Mediolano præter Sanctorum Trium Regum, & alias Diuor reliquias, sacra septem Machabæorum capita cum matris cranio, & Sanctis cor rum cineribus, quæ Constantini mater Helena ex Antiochena martyrij palæ Constantinopolim deuexerat, & in S. Sophiæ collocarat; sed Eustorgius prim Mediolanensium antistes annuente Cæsare, suam in metropolim transtulerat, in dono Friderici Imperatoris Reinoldus transmisit An. 1162. Coloniam: vt verò sor eius æquiores nanciscerentur aures Cleri Metropolitani: & in ancipiti controuer studium & fauorem; primas ad sororem dedit literas cum mandato, significaret dis principis collegio Sanctarum Trium Regum aduentum, pro D. Petri Basilic cum lipsanis Sanctorum Machabęorum ad cliuum Greesbergensem deferendis, istorum honori tandem Ecclesia consecraretur, cederetque deinceps Clematia Parthenoni nomen agri Vrsulani.

Reinoldi prudens consiliū.

Non potuit eo finiri anno disceptatio, quo Coloniam intrarunt Machabęi sacra

ignora: sed nec anno sequenti, quo primum ineunte Maio magno cum appa-
sint in idem cliui Greesbergensis templum à Solino cõstructũ introducta: sed
An. 1164. quo Coloniã redijt Reinoldus: obstabat Philippus Decanus succes-
dum vixit Reinoldus res mansit suspensa; neque superstite Gepa sorore eius:
di potuit: nam cum Reinoldo Ann. 1167. peste sublato Romæ, ei Philippus
bergicus subrogatus esset, is licet multum cõtulerit ad Vrsulanũ cultũ magis
gandũ, induci tamen nunquã in animũ suum passus est, vt Reinoldi decessoris
similem sequeretur: quãuis faueret impensè Gepæ, & Basilicæ eiusdẽ ceteris in re-
us: pẽsertim in lite, quã ei Parochus Kentenichensis intenderat: eius arbitriũ Phi-
ppus Brunoni Maiori Pręposito & successori suo delegauit, qui pro Gepa pronun-
iatum iudicatũ Archiepisc. hoc instrumento cõfirmauit. *Ego Philippus Dei gratia Co-*
nensis Archiepisc. omnibus Christi fidelibus: Inter cetera igitur huius propositi acta, cõtro-
uersiæ nẽ, quã Albero Sacerdos de Kentenich aduersus Vener. sororẽ nostrã Gepam Abbatissã
Colentum Ecclesiæ SS. VIRGINVM *in Colonia suscitauit, præsenti paginæ adnotari fe-*
cimus. Decima prædictæ Ecclesiæ ad præbendã cõgregationis SS. Virginum, ita liberè pertinere
dignoscitur, vt quicunq; Pastor in eadẽ Ecclesia fuerit, de terra & quadã decimatione sibi spe-
cialiter adsignata, censum Episcopalẽ, seruitiũ Archidiaconi suo tempore absq; omni contradi-
ctione persoluat: nec aliquando omnino ab Abbatissa, vel cõgregatione requirat. Duas autem
partes luminarium Ecclesiæ nocturnaliũ Abbatissæ administrare debet: tertiã verò Sacerdos
procurabit. Hæc & ab antiquo rata, & in possessione SS. Virginum absque legitima contradi-
ctione vt asserebat à 40 annis & amplius habita, prædictus Albero Sacerdos in litis cõtentio-
nem euocauit, & in irritũ reducere conatus est. Gepa verò Ecclesiæ SS. Virginum Abbatissa
minime euocata, antequã Ecclesiæ suæ iustitiã cora Iudice à Nobis vtriusq; partis delegato Bru-
none, nunc Maiori scilicet Præposito in conuentu B. Petri obsignatorum Sacerdotũ, præsente &
referente sæpè nominato A. Pastore de Kentenich ex iudicio obtinuit, & banni Nostri sen-
tentiã ne quis eam, vel aliquã Ecclesiæ suæ personam in posterũ super eadẽ causa in aliquo in-
quietare præsumeret, rationabiliter secundũ morẽ terræ postulauit, & ex iudicio impetrauit. Ne
cetera igitur de cetero, quod absit, per aliquã contradictionẽ, vel calumniã facti hoc iustè & le-
gitimè decisum attentare præsumat, sub anathematis interdicto prohibere, præsentẽ quoque
paginã Ecclesiæ SS. VIRGINVM *perpetuo reseruandã, sigilli nostri auctoritate cõmunire cu-*
rauimus. Placuit etiã subscribi testes, qui litis testationi præsentes fuerũt, quorũ iudicio & as-
sensu causa debitũ finẽ accepit. Sunt autẽ Maioris Ecclesiæ Præpositus, quo præsidẽte iudice res
firmata est. Ioannes S. Cuniberti quondã Præpositus, Ioannes Maioris Ecclesiæ Chorepiscopus,
Hugo S. Gereonis Decanus, Godefridus Diaconus. Acta sunt hæc Anno 1169. Indict. prima.

Improbauit successor Philippus.

Beneficus tamen in S. Vrsulæ Ecclesiã.

Adiudicat ei litem.

It gratia valebat apud Primores Cleri Gepa, præsertim cũ æquitas faueret: inde
se via passa non est, alteram Ecclesiã sub nomine SS. Virginũ cõsecrari. Eadẽ bien-
nio post à Philippo allodij cuiusdam emtionis obtinuit confirmationem, in quo
VVelmus Comes Iuliæ aduocatus Ecclesiæ nominatur. *Ego Philippus Dei gratia*
Colonensis Archiepisc. omnibus fidelibus, &c. Ea igitur cõditione præsenti paginæ, vt adscri-
beretur, placuit contractus, qui habitus est inter conuentum Ecclesiæ SS. Virginum, & Rhei-
noldum de Olpe eiusq; vxorẽ Kunegildẽ, &c. Isti habebãt liberũ allodiũ, quod vendere dispone-
bant tres mansos cum vno molendino in Emmichoue, &c. Visum est itaq; sorori nostræ Dom.
Gepæ Abbatissæ SS. Virginum, vniuersoq; conuentui, vt id allodium ad tenuitatẽ præbendarũ
in eadem Ecclesiæ acquirerent, vnde inita pactione pro 112. marcis, & vtrimq; quantum
placuit firmata, die præordinata, tres prænominati Coloniã venerunt, &c. ibi donatione le-
gitima, atq; consuetudinaria, publicè coram omnibus, qui aderant, per manus Aduocati ipsius
Ecclesiæ VVilhelmi Comitis Iuliacensis dictũ allodium cum omni integritate, super Altare
Virginum, iure perpetuo, possessione sempiterna contradiderunt, renunciauerunt, effestuca-
uerunt, omnẽ inquietatis offensam vniuersaliter abiurauerunt: legitimam VVarandiam sub
bona securitate dantes exhibuerunt. Proinde quia ordine rationabiliter & iustè omnia pro-
cessisse sunt, factũ ipsum ratũ habemus, autoritatis nostræ testimonio confirmamus: sigilli nostri
impressione muniuimus. Testes sunt huius rei Bruno Maioris Ecclesiæ Præpositus. Hugo Deca-
nus. Videkindus Præpositus de Reese, Ioãnes Choriepisc. Theodoricus Cellerarius, Hugo De-
canus S. Gereonis, Adã Presbyter SS. Virginũ Canonicus, Egilolphus, Gerlinus, Theodoricus e-
iusdem

Confirmat emtionem allodij.

iusdē Ecclesiæ Canonici. VVilhelmus iuuenis Iuliac. Comes. Hermānus Comes de Molen Henricus Comes de Arnsberg, Gerardus Vrbis Aduocatus. Acta sunt hæc An. 1171. Seq An. Philippus idē Gepæ precibus exoratus, Noualiū decimas exemplo Sigew decessorū aliorū eidē Ecclesiæ liberaliter impertiuit. In qua donatione licet c

Donat decimas noualium.

uare SS. Virgines *Coloniēses* expressè nominari: *Quia in* ECCLESIÆ SANCTA VIRGINVM COLONIENSIVM *stipendijs præbendarū tenuitatē magnā inuenim cessimus eiusdē loci Venerab. Abbatissæ Gepæ, vt siluam, quā habebat in Parochia Mar ctoritate nostra exstirparent, & terram arabilem inde facerent, cum verò eiusdem te cima nostri iuris esse dignosceretur, ipsam quoque ad supplementū præbendarum eis in tuam possessionem tradimus. Auctoritate ergo Dei, Beatorumq; Apostolorum Petri & & nostra præsentis paginæ attestatione, Nostri quoque sigilli impressione hoc ipsis con uimus, quod ne quis in posterū, infringere, vel in aliquo diminuere præsumat, terribili thematis sententia prohibemus. Testes sunt huius rei Bruno Maioris Ecclesiæ Præ Hugo Decanus. Lotharius Bonnensis Præpositus. Sifridus Sanctensis Præpositus. S. Gereonis Præpositus. Conradus S. Seuerini Præpositus. Rudolphus S. Cuniberti P situs. Theodorus SS. Apostolorum Præpositus. VVidekinus Resensis Præpositus. annes Eifflicensis Præpositus, & alij plures. De Laicis verò Comes Hermannus de Mo cken Aduocatus Altaris B. Petri, Comes VVilhelmus de Iuliaco. & VVilhelmus filiu Comes Euerhardus de Seina, & Henricus filius eius, Comes Albertus de Molbach mes Engelbertus de Berge, Gerardus Vrbis Comes, Gerardus Vrbis Aduocatus, mannus de Alpheim. Facta sunt hæc Ann. Incarnationis Dominicæ 1172.*

Gepæ mors & laus.

Obijt sequenti, vt reor Anno Gepa: hoc nomine felicior omnibus ante s Abbatissis, quod nouem illis annis etiam præfuerit, quibus Deus Opt. Max. SS. Virginum millia mundo, cum magnis prodigijs declarauit: viderit in ijsde numera martyrij signa, decorarit congruis ornamentis, & per orbem terraru stribuerit, vt cultus SS. Virginum latius propagaretur. Eadem multum Ecc profuit, vt latifundia deperdita, vel alienata recuperarentur. Instruxit ędificijs rima de suo comparauit, & acquisiuit Ecclesiæ: auxit stipendia Canonicor Canonicarum, instrumentum sacrum mirificè vasis argenteis, vestibusque s exornauit. Denique quamplurimas anni festiuitates, vt solennius peragere lautis stipendijs donauit.

CAPVT XVIII.

Philippus contra decessoris Reinoldi mentem Ecclesiam collis G bergensis à Solino Anno 463. erectam, consecrat sanctis Virginibus, eò transfert Sanctimoniales S. Benedicti profitentes regulam.

GEpam Reinoldi sororem ex humanis subtractam excepit Clementia, q nihil moratus Philippus, adiecit animum, vt alterā agri Vrsulani Basilican cram, & à Solino ante 740. circiter erectam annos, contra Reinoldi consilium ctis itidem Vrsulanis Virginibus consecraret: ibique Parthenonem fundaret Religionis deuinctum; nam Clematiani templi Virgines voto paupertatis non gabantur; nec videntur seuerioris clausuræ legibus adstrictæ semper fuisse: q rem tamen ante more recepto cum Ecclesiarum Collegiatarum Præpositis & canis (quos tunc Priores dicebant) communicauit, & Anno 1178. perfecit; istum uum olim Greesbergensem appellatum, tunc vulgari nominatione agrum Vrs num disertè nuncupando. Res ipsa clarius ex fundationis literis cognoscetur.

Philippus Greesbergensem cliuum vocat agrum Vrsularum.

lippus Dei gratia Colonienſis Ecclesiæ Archiepiscopus, vniuersitati fidelium tam præsenti quàm futurorum, Notum facimus omnibus Christi fidelibus, quod CAPELLAM IN MORIAM SANCTARVN VIRGINVM, IN LOCO, QVI DICITVR S. VRSV AGER IN COLONIA CONSTRVCTAM, *cum omnibus pertinentijs suis, San*

manis

lus Ordinis S. Benedicti in eadem Deo & Sanctis Virginibus in perpetuum seruitu-
e communi fratrum S. Cuniberti assensu (intra quorum terminos ipsa Capella sita esse
oscitur) præsentibus etiam Colonienſis Ecclesiæ Prioribus, pro reuerentia SANCTA-
M VIRGINVM, *nec non & pro consideratione religionis, & honestatis sanctimonia-* Fundat in
e eundem, quietè & pacificè perpetuis temporibus concessimus possidendum: statuen- eo Parthe-
ut nulli omnino hominum liceat ea ipsa auferre, diminuere, seu exinde eas quomodolibet nonem.
re perturbare, ex autoritate S. Petri, & nostra, bannum & damnationem omnibus de-
inceps, qui aduersus huius facti veritatem aliquam iniustitiæ, vel violentiæ audaciam
aliquam inferre. Ad immortalem igitur huius rei memoriam, præsentem paginam sigilli
nostri impressione fecimus communiri. Facta sunt hæc An. Dominicæ Incarnationis 1178. In-
dictione 5.

Opus erat, vt seuerioribus minis arceret violentiam, quod multi studioſi, fau-
te Reinoldi, vt Gepæ sororis, demortuorum, rem ægrius ferrent, arbitrati de-
re nonnihil honoris Vrsulanæ Basilicæ, vbi recens inuenta, solenniter eleuata,
in concursu fidelium Vrsula regina colebatur, nomen tamen agri Vrsulani
trecentingentorum & 40. annorum disceptationem alteri Parthenoni tribui. Sed
fortasse id gestum prouidentia videtur, vt dum Galfredus Brito commenti-
tiam Vrsulæ cuiusdam 71. millium Virginum exercitum in Insulis à barbaris neca-
tum comminiscitur, palæstra veri certaminis S. Vrsulæ & vndecim millium Virgi-
num illustri testificatione Præsulis Colonienſis, & omnium loci & diœcesis
celebrium Ecclesiasticorum calculo stabiliretur: nam vt ex superiorum capitum
inscriptionibus videre licuit, ipsi Præpositi Bonnenſes, Sanctenſes, Resenſes, &
reliquorum Archidiœcesis locorum ad grauioris momenti negotia decidenda iu-
stificandi adhibebantur. Archæa loci breuiter rem gestam his consignant ver-
sibus: *Successu proinde temporis Philippus de Heinsberg Archiepiscopus, Reinoldi successor*
pientissimus, templum illud, quod Solinus erexerat, & ob hanc prænemoratam pertina-
cem Vrsulanarum simul & vestrarum Virginum cœnobitarum contentionem in eum vsque
diem non consecratum fuerat, in Dei omnipotentis, & matris Dei, necnon VNDECIM
MILLIVM VIRGINVM, *priorum videlicet Martyrum omnium honorem magnificè con-*
struxit, & ipsorum sacris reliquijs oppleuit. Idem Philippus biennio post auctus à Includit
successore Ducatu VVestphaliæ & Angariæ, cum decessores penè omnes suos gloria mœnibus
superaret, ingens molitus opus, Agrum Vrsulanum mœnibus clausum, intra po- vrbicis.
nerim Vrbis Agrippinæ constituit, ne pateret hostium insultibus: Solinum imita-
tus, qui primus eundem agrum fossa murisque cinxerat, & templum exstruxerat,
quod Philippus tot seculis post sacris Virginibus consecrauit eo nomine, vt pluribus
annis eiusdem agri vastissimi, tot millia Virginum nocturnis diurnisque laudibus
celebrentur. Paulò post eodem adhuc Episcopo, tertium ortum Cœnobium eodem
in campo S. Maximini: nam Clementiæ tempore An. 1188. nonnullæ Canonicæ S.
Vrsulæ secessione facta, arctiorem viuendi normam sub S. Augustini regula reli-
giosum cœtum coierunt, à S. Maximino nominatum, de quo multa alibi.

CAPVT XIX.

Clementia Abbatissa pacis & belli tempore prudenter pro-spicit commodis Ecclesiæ.

CLementia, post mortem Gepæ fategit huius primum extremæ satisfacere vo-
luntati, statuerat ea virginibus, quoties iustis de causis abessent (quas præser-
tim pietas vel misericordia impediebat à choro) vino tamen gauderent, & vt anno
gratiæ triginta dies adijcerentur: id peregit apud Philippum, vt Archiepiscopali fir-
maretur diplomate: quod perlibenter concessit hoc exemplo.

Philippus Dei G. Colonienſis Ecclesiæ humilis minister: Nouerint omnes Christi fi-
deles, tam præsentes, quam futuri, quod Gepa in Ecclesia SANCTARVM VIRGINVM

Ven. Abbatissa, considerans fratrum ibi laborantiũ stipendia in vino minus sufficere … *consensu omnium Dominarum totius Capituli, quæ minus sufficiebant, suppleret &* … *nabus quoq; per licentiã absentib. pietatis & misericordiæ intuitu id indulsit, vt vin* … *quod totum Abbatissæ debebatur, per 10. absentiæ suæ septimanas, & si minori spatio* … *sibi retinerent. Huic ergo piæ recordationis Abbatissæ Clementia Abbatissa succeden* … *& Priorum Nostrorum interuentu, quod illa minus fecerat, & quibus sub spatio 10.* … *narum coarctauerat, cõuentus suppleret, & vt Dominæ toto absentiæ suæ tẽpore, quot* … *per licentiam abessent, vinum suum daretur: sicut & præsentibus, concessit. Commun* … *& Fratrib. & Sororibus vtraq; Abbatissa tam Gepa, quam Clementia concessit, vt su* … *num, quo stipẽdia defuncto conceduntur, adhuc 30. dies adjcientur: vt annus, qui ha* … *primo die obitus solebat cõputari, de cetero à 30. obitus die computetur: vt omnia plen* … *defunctum ordinentur. Testes Hugo Maioris Ecclesiæ Decanus, & Præpositus in Gradi* … *tharius Bonnens. Præpositus, Conradus Præpositus S. Seuerini, VVesselo Præpositus S.* … *Theodoricus Præpositus SS. Apostol. Rudolphus Præpositus S. Cuniberti, Vdalricus C* … *D. Archiepiscopi. Acta sunt hæc A. Dom. Incarnat. 1174.* Hinc clarum & euidens e … gines Vrsulani Collegij neque paupertatis voto, neque arctioris clausuræ leg … strictas Canonicã vitam tunc degisse, licet adhuc cõmuni, vt vocant, dormit … mul & cœnatione hoc & sequenti seculo vterentur: subinde noua cõparauit … basilicæ Clementia: quorum vnius emtionẽ hoc instrumẽto Philippus app …

Ego Philippus D. G. Archiep. Colon. omnibus Christi fidelibus. Sciat omnium fidel … *niuersitas, quod Conradus de Asmundeslo, & VVinricus frater eius, & vxor Cõradi A* … *nomine, liberũ allodium, videlicet mansum vnũ vendere disponentes, cõuentui* SAN … RV VIRGINVM *venale obtulerunt. Visum est autem Ven. sorori Nostræ Clementiæ* … CTARVM VIRGINVM *Abbatissæ totiq; conuentui, vt idem ipsum allodium ad sup* … *tum tenuitatis præbendarum suarum ex communi consilio ecclesiæ suæ conquirerent.* … *nita pactione pro 10. Marcis, & quantum oportuit firmata, die præordinata supra nom* … *Conradus, frater eius VVinricus & vxor Conradi cũ heredibus, qui calumniari forte* … *sent, donatione legitima, atque consuetudinaria, publicè coram omnibus, qui aderant p* … *nus aduocati ipsius Ecclesiæ VVilhelmi Comitis Iuliacensis, supradictum allodium sum* … *omni integritate super altare* SANCTARVM VIRGINVM *iure perpetuo, possession* … *piterna abrenunciauerunt, effestu cauerunt, &c. Proinde quia ordinatione rationabili,* … *ste omnia processerunt, factum ipsum ratum habemus, autoritatis nostræ testimonio* … *mamus, & sigilli nostri impressione munimus.*

Acta sunt hæc A. Dom. Incarnat. 1176. Quo pugnauit infeliciter contra Lomb. … Imperator, quæ res anno sequenti pacem composuit, schisma diuturnum sus … adnitente Philippo Colon. Archiep. vnde magnis à Pont. Max. priuilegijs &: … derico ducatu auctus, tãtis opib. p. ulatim & potẽtia creuit, vt Imperatori, form … bilis & inuisus euaderet: quæ causa magnorũ exstitit tumultuum & bellorũ in … Colonienſi: quib. vehemẽter res Collegij SANCTARVM VIRGINVM accisæ … vt Clementia cogeretur bona quædam alijs oppignorare; exstat huius rei d … mentum, cui Virgines omnes Canonicæ subscripsere, quarum nonnullarum … ceps fiet mentio, vt merito sit inserendum.

Schisma 20. annor. tollitur.

Bellici motus in terra Coloniensi.

Ego Clementia Ecclesiæ SANCTARVM VIRGINVM *licet indigna Abbatissa, qui* … *quod feci ex consilio fratrum & sororum Ecclesiæ nostræ, & facti causam ob memoriam* … *teritorum in paginam notaui. Cum cõtra Colonienſem Eccles. D. Imperat. offensa exsurg* … *& res Ecclesiarum quasi in prædam diripientibus eas cederent, D. Fridericus de Husen, ea* … *in Engelstadt mihi & vsui Ecclesiæ nostræ prouentura erant, in vsus suos conuertit: nec* … *ptorum subsecuta est compensatio, item dehinc an. secundo, quidquid de eadem villa pro* … *rum erat Ecclesiæ, grandinis deleuit vastatio: de alijs quoq; censibus ecclesiæ, quod verè est* … *poterat, contra solitum plusquam 30. marcarum percepi defectum, subsecutum quoq; est D* … *chiepisc. Treuir. graue* (id est grauis imposita contributio) *Ecclesiæ de Rensc fructuũ* … *coacta sum persoluere, scilicet 5. marcas. Nec prætereundum est, quod petitioni Dom. N.* … *chiepiscopi, cui contradicere nec facilè, nec æquum fuerat, acquieui, dando duobus* … *7. marcas. His igitur atque alijs importunitatibus coacta, multa tamen alia versans,* … *consiliu*

Damna Ecclesiæ Vrsulanæ.

...ae conuentus grauem querimonia dignum pateretur defectum, præbendam meam ...ulco, eiusque coniugi Richildi, filioque VVilhelmo ad 10. annos cum omni inte...ipendiorum exposui &c. Huius facti cartulam sigillo Ecclesiæ, & meo ad petitionem ...orum firmaui, & vt amplior esset, associo testes, qui vel aderant, & qui huius ...sores exstiterunt. Subscripsi ego Irmidrudis Decana, Ego Clementia subscri...riderundis, Mabilia, Melindis, Gertrudis, Sophia, Euphemia, Beatrix, Eli... Christina, Iulia, Benedicta, Ida, Heilevvich, Guda. Facta sunt hæc Anno ...uphemia & Friderundis creatæ posterioribus annis antistitæ sunt, vtraque ...bis à prodigiosis Sanctarum Virginum sui temporibus leuationibus.

...bdem anno Clementi Romano Pontifici subrogatus est Cœlestinus tertius: ...ischatis inauguratus, die sequenti Henricum coronauit Imperatorē, & an...qēti Clementiæ fecit potestatem, ob defectum & penuriam quatuor stipen...monicarum ad tempus vsurpandi: *Cœlestinus Episcopus seruus seruorum Dei: ...in Christo filiæ Clementiæ Abbatissæ Sanctarum Virginum salutem & Apostoli...edictionem, Iustis petentium desiderijs dignum est, nos facilè præbere consensum, & ...quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecta ...omino filia, tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu, quatuor stipendia, quæ ...memoriæ Philippus Archiepiscopus prædecessori tuæ, & tibi ad supplendum præben...defectum, & curtes monasterij restaurandas, concessit: sicut ea omnia iustè & sine ...versia possides, autoritate Apostolica tibi confirmamus, & præsentis scripti patroci...comunimus. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirma...efringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumse...dignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, eius se ...incursurum. Datum Laterani. 14. Kalend. Maij, Pontificatus Nostri An. secundo.*

...hoc iure commendanda Clementia, quod cum decessores eius sex vel 12. etiam ...esse erint, hæc vti iure suo noluerit, quatuor contenta, temporibus, vt dictum est, ...ifficilimis, præsertim cum Virgines S. Maximini cœnobij fundatrices, cum lucu...ntalote dimiserit: narrat ipsa in quodam scripto consuetudinem decessorum, & ...stum his verbis: *D. Gepa felicis memoriæ in Ecclesia nostra Abbatissa, ob multiplicem de...tum 12. præbendas in vsus suos retinuit. Qua defuncta & alia, quæ etiam Gepa dicta est ...buta, per ordinationem D. Archiepiscopi & Priorum, sex ei ad supplementum defectus ...cessæ sunt, & aliæ sex illis, quæ in choro seruirent, collatæ sunt, Ego verò Clementia in eius...dem dignitatis solicitudine licet indigna per manum Dei assumta, easdem sex præbendas ea...dem sua gratia obtinui:* Quamuis & has quatuor magnam partem in communes vsus ...onverterit, egregio Superioribus relicto documento, vt ipsi potius defectum ve...lint, quam subditos, sustinere.

CAPVT XX.

Clementia, cum laudabiliter præfuisset, seculo 1200. inchoato, Euphemia sufficitur.

CVras in hoc intendebat sedulo Clementia, vt prædia vastatione militari diu in...culta & deserta restauraret, & quoniam impendia deerant ad culturam; obliga...uit à industrijs quibusdam colonis, certo tamen ijs censu cōstituto: prouidit etiã, ...vt Decanæ Capituli prouentus tribuerentur: supereſt huius rei documentum, ex ...quo licet etiam Imperij statum colligere.

Clementia D.G. SS. Virginum in Colonia Abbatissa. Cum quædam curtis in Germgrode ...pertinens ad Ecclesiam nostram multis de causis, sterilitate videlicet, & bellorum calamitati...bus magnum iam longo tempore redacta fuisset defectum; vnus de fidelibus nostris, Vnge...lo scilicet, eandem curtem multis proficuis instituit restaurare impensis. Nos verò indu...striam & fidelitatem Vngelonis Ecclesiæ nostræ vtilem esse considerantes, vt maiori securi...tate, & diligentiori cura in eadem curte laboraret, ei & vxori eius & posteris consentiente ...clesiæ nostræ Cōuentu, iure hereditario concessimus, tali cōditione, vt quolibet anno in festo ...Andreæ &c. Quoniã verò vsq; ad hoc tempus Decana Nostra, nullos, aut indiuisos habebat ...reditus, placuit nobis & toti conuentui, atq; immutabiliter statutum est, vt prædicta maldera

Decana recipiat. Acta sunt hæc A. 1202. in Romana sede præsidente Innocentio, pro Imp
gnitate decertantibus Ottone & Philippo: in Ecclesia Colonienſi Epiſcopante V. A
Præſentibus Ermintrudis Decana, Mabilia, Melendis, Gertrudis, Sophia, Euphemia,
rundis, Friderinis, Iutta. Albertus, VVilhelmus, Godefridus, Philippus, VVeriboldus

Biennio poſt Clementiæ ſtudio creuit eiuſdem ſtipendium: ſic enim id lit
monimentis conſignatum eſſe voluit: *Notum ſit itaque vniuerſis Chriſti fidelibu*
cum in Eccleſia noſtra, quæ licet ſit honorabilior diſpoſita, conſideraremus, vnũ minus
bile, ad Officiũ Decaniæ nihil ſeruitij attinere, Fratres & ſorores Capituli noſtri conſul
Inuenta ſiquidem via inter nos, qua talis defectus ad conuenientem honorem in meli
tatur, & vnanimi conſilio & aſſenſu: enumerat deinde prouentus eidem aſſigna
concludit: *Hæc quæcunq; Decana fuerit, in feſto* SANCTARUM VIRGINUM *annuat*
cipiet, A. 1204. Ottone & Philippo pro Imperio diſcordantibus, tẽpore Adolphi Archiep
lonienſis, & Engelberti præpoſiti Maioris Eccleſiæ. Eſt hic Sanctus ille Martyr;
Sanctarum Virginum eximius, tunc 19. circiter natus annos, quo Philippus Tl
giâ vaſtata populatus eſt diœceſin Colonienſem, & Adolphum Colon. Arcl
donis expugnauit. Ideo ſequenti anno Sed. Apoſt. decreto exautoratus, Br
cathedrã ceſſit. Breui poſt & Clementia migrauit è vita, quæ turbulentiſſimis
porib. multum de ſibi debitis reditibus libenter remiſit, vt augeret ſtipendia
gregationis. Eadem in Eccleſias & ædificia reſtauranda multum impendit ar
Succeſſit ei Euphemia, cui iuuenculę, virgines duę loca ſepulturę ſuę manifeſ
quæ poſtea reperta trãſmiſit Heiſterbacũ, vt de ea narrat Cæſarius coæuus l. 8
Subſcripſit ea fundationi, quam fecit Wilhelmus Canonicus loci pro feſto SS
nium ſolennius peragendo, clauſula talis eſt: *A. 1207. ſub teſtimonio Euphemi*
batiſſæ, Mabiliæ Decanæ, Melendis, Eliſabeth, Chriſtinæ, Iuttæ, Beatricis, Alberti, God
Philippi VVerenboldi, & Capituli, occiſo Philippo, regnante Ottone, Brunone tertio
in Archiep. Colon. Referunt alij Philippi necem ad annum ſequentem, quo etiam
functo Brunone D. Virginis iuſſu Theodoricus creatus eſt Archiepiſc. Colonie
poſtea depoſitus, quod Ottoni Cæſari iam anathemate fulminato pertinacite
hæreret, accidit id ob anni diuerſum initium. Euphemia etiam breui poſt defu
eſt, cui ſuffecta eſt Benedicta.

CAPVT XXI.

S. Engelbertus martyrio coronatur ante, quam conſecrarat Ec
ſiam SS. Machabæorum: id ſucceſſor eius opera Nuncij Apo-
ſtolici perfecit: & Benedictæ Abbatiſſæ confirmauit
cerocenſuales.

HErmannus Bonnenſis depoſitus, ſicut electionẽ futuram Theodorici coq
uerat à Deipara, ſic & exautorationem, ſi vita conſequens officio nõ reſp
deret: ei ſub an. 1216. ſubrogatur S. Engelbertus, quo Præſule poſt tot annorũ d
rias pax alma redijt Archidiœceſi, reducta priſca maiorum pietate, & Diuorum
tu, vt merito literis ita ſuis Oliuerius Scholaſticus ſit Colonienſi ciuitati gratula

Felix Coloniæ ſtatus ſub S. Engelberto.

Tu Colonia ciuitas Sanctorum, vt quæ in hortis roſarum Martyrum, liliorum Virginum,
larum Confeſſorum; nunc pace temporali per Venerabilem Archiepiſcopum veſtrum gau
habitas, pro deuotione filiarũ tuarum, flecte genua cordis tui corã altiſſimo, qui vitæ & mo
habet imperium. Orta ſub an. Chriſti 1222. inter Engelbertũ & Benedictam S. Vrſ
Antiſtitam eõtrouerſia de certis hominibus, quos hæc ſuo templo ſub annua c
penſitatione vindicabat obligatos: res in Kempenſi iudicio ventilata: & Archiep
ſumma voluntate, tẽplo Vrſulano eſt adiudicata. Subſcripti teſtes ceſſioni *Theod*
cus Lyſclanck, Henricus VVelbecke, Hermannus de Hulſen, Theodoricus de Kurck, Ioan
Handen, Henric. de Garpaphen. Diſplicuit autem Sancto Præſuli, gliſcere adhuc occ
tis factionib. litem de nomine agri Vrſulani: quod Philippus Heinsbergicus Cl
Greesbergenſis Parthenoni fruſtra multis obtinentib. impertierat: probabat ſap

Reinold

...di consilium, qui translatis eo SS. Machabæorum reliquijs, ab ijs locũ op... ...inare, hoc pacto suauiter controuersiam omnem sopiturus: Sed iam res am... ...integra non esse videbatur, templo iam sanctis virginibus consecrato: itaq; re... ...deliberata, Virgines illas Benedictinas beneficijs sibi varijs obligauit. Nam ...chorum ijs à fundamentis erexit, aramq; Principem sacris Machabæorũ pi... ...us opplendã esse censuit, ipsisque consecrandam, vt ita cœnobio, vicinæque ...nomen deinceps à SS. Machabæis adhæreret. Pium Engelberti mentis pro... ...n, martyrium eius præmaturum interuertit: nam An. 1225. dum Schvvel... ...n parat Ecclesiam dedicare, in itinere gladijs impiorum occubuit, quorum ...gas manus à Christi patrimonio vitæ prodigus auerterat.

Cho... dificat... honorem SS. Machabæorum.

...cit tamen laudabile decretum successor eius Henricus Molenarck, qui Io... ...ithylenæo Episcopo, Sedis Apost. Legato commisit An. 1228. vt recens adie... ...horum ad SS. Machabæorum honorem ritu solenni sacraret. Legatus trans... ...rtim in principem aram SS. Machabæorum cineribus, partim in elaboratam ...magnifico lipsanothecã, locum dedicauit, & arę summæ literas indidit testes, ...osteros ea, quæ de tot seculorũ contentione dicta sunt, certius peruenirent. ...signis integris in ara principe casu repertę sunt. Cũ enim chorus fatisceret, & ...incẽdio funestatũ egeret instauratione, Helias Mercæus director consciẽ... ...nctimonialium eam in se suscepit curam; & amota mensa principalis altaris, ...in membrana signatas inuenit; quæ loci vetustatem & hactenus narrata, te... ...io Nuncij Apostolici roborata cõplectebantur. Ita enim Ortuinus Gratius ...æqualis, qui hæc ipsa iussu eiusdem monimentis tradidit, affirmat: *Quo facto, ...omnia, quæ antea à nobis narrata sunt, luce clarius à prædecessoribus & maioribus no... ...eo literis & monimentis commendata, munita atque recondita conspiciuntur.* Inuen... ...c etiã talis epigraphe fuit: ANNO INCARNATIONIS DOMINI 1228. 7. Kal. ...or. DEDICATVM EST MONASTERIVM ISTVD, ET HOC ALTARE à V. ...NE MITHYLENENSI ARCHIEPISCOPO, IN HONOREM S. MARIÆ VIR... ...S, ET SS. MACHABÆORVM, ET SS. PETRI ET PAVLI, ET ALIORVM A... ...OLORVM, ET S. MICHAELIS, ET OMNIVM SANCTORVM. Hunc tandẽ ...habuit iam inde ab A. 463. cœpta, & per annos ferè octingentos continuata ...sio, vtrum in Clematiani templi fundo: vel Machabæitico sedes præcipua la... ...fuerit, adeoque vni loco per excellentiam Sanctarum vndecim millium Vir... ...n nomen deberetur. Clematianæ Virgines ob S. Vrsulæ & præcipuarum Vir... ...n illic conditarum reliquias: Machabæiticæ verò ob sacri cruoris Mattyrum ...diam, Vrsulani nomen agri sibi vindicabant, nemine tot seculis vnquam de ...tra Coloniensi talis martyrij dubitante: licet amborum locorum incolæ vix ...ntis passibus à se disiungerentur, nominis tamen sibi prerogatiuam, pari studio ...culis vindicabant, donec translatis ad alterum locum Sanctis Machabæis, ho... ...denominatio litem composuit.

Ijsdem dicatur cœnobium.

Finitur lis annor. fere 800.

...em Henricus S. Engelberti cessionem Cerocensualium hoc diplomate confir... ...it: *Henricus diuina miseratione S. Col. Ecclesiæ Archiep. vniuersorum notitiæ cupimus ...rare, quod cum inter felicis memoriæ Engelbertum prædecessorem nostrum, & D. Bene... ...m Sanctarum Virginum in Colonia Abbatissam, super hominibus quibusdam, Luduico ...et de Hagane, & suis sororibus, & materteris, quos Coloniensi Ecclesiæ pertinere dixit, ...si Abbatissæ seu Ecclesiæ iure censuali attinere asseruit, quæstio verteretur, Abbatissa cũ ...nuentu de voluntate & assensu prænominati Antecessoris Nostri, coram Ministerialib. ...teto & Scabinis de Kempena iustè & rationabiliter homines obtinuit prænominatos. Nos ...r cum omnia, quæ iam dicta sunt prædecessoris Nostri priuilegio & autoritate confirma... ...culata fide cõspexerimus, eorundẽ hominum iura ex officij nostri debito conseruare volẽ... ...llibata, præsentem paginam ad huiusmodi robur & firmitatem conscribi fecimus, sigillo ...ostro cõmuniri. Sub anathemate districtius inhibentes, ne quis ausu temerario prædi... ...ctos homines, vel illorum posteritatem in suo iure molestare, vel eos à prænominata Ecclesia alienare præsumat.*

CAPVT XXII.

Friderundis Abbatissa benefica in alias Sanctimoniales.

BEnedictæ successit Friderundis, ea credo cuius Cæsarius meminit. Eiusde annum 1229. Richmodis honesta vidua mentionem facit: fundarat illa muros Colonienses cœnobium de Piscina monialibus, quæ S. Norberti regulã fitebantur; cui Friderundis feudum concessit, affectu pietatis, vt earum tenuit fubleuaret: ideo fundatrix his se literis Ecclesiæ SS. Virginum obligauit: *Richm miseratione diuina fundatrix & Blichildis Magistra, totusq; Conuentus Ecclesiæ de Pi in perpetuum. Vniuersitati Christi fidelium tam præsentium, quam futurorũ innotescat, D. Friderundis Abbatissa, & Conuentus* SANCTARVM VIRGINVM *in Colonia, sum vnum & dimidium in Damestorp, qui ab ipsis hactenus sub feudali iure tenebatur communi consensu contulerunt ecclesiæ Nostræ perpetua pace possidendos: tali facto medi vt censum 5. solidorum Ecclesiæ SS. Virginum persoluamus annuatim. Et sciendum, quo Richmodis fundatrix, præmissum prædium sub nomine nostri cõuentus de manu præfata batissæ susceperi, ab omni postmodum susceptione liberum, & post obitum meum à nostro co tu pro iure, quod Curmede vulgo appellatur, 12. solidos Colonienses Ecclesiæ SS. Virginum soluentur. Similiter post obitum cuiuslibet magistræ, post me exeuntis tantundem pro iure Ecclesiæ persoluetur, & sic deinceps Ecclesia nostra prædictum prædium ab eo iure, vulgo verbũre dicitur, & ab omni quocunq; onere censeatur, possidebit penitus absolu. Hoc Nos Prior videlicet, Magistra & Conuentus de Piscina profitemur, Acta sunt hæc A. tiæ 1229.* Est hic conuentus de Piscina, qui librum alterum Reuelationum B. H manni ab interitu vindicauit: multis initio fundationis Vrsulanis ditatus reliq postea translatus Coloniam ad S. Cæciliam. Duarum hic obligationum sit me his in locis vsitatarum, vna ad tempus vitæ extenditur, & post mortem solu curmede nominata: altera verbũre/ elocationem significat cum annua pensio

Conuẽtus in Piscina Coloniã translatus.

Eadem pietate subuenit Friderundis cœnobio Brigidano Marienforstensi, t recens supra Bonnam erecto. Literæ superant hoc exemplo: *Ego Friderundis Abb sa,* SANCTARVM VIRGINVM, *Ad notitiam volo tam præsentium, quam futurorum uenire, quod Geruinus meus famulus, & Iutta eius vxor, necnon & sui heredes de assensu voluntate mea & Capituli mei bona in Kentenich &c. Quæ à me & à mea tenet Ecclesia tulerunt perpetuo cœnobio Sanctimonialium in Marienforst, annis singulis à se, & à suis redibus in festo B. Remigij assignanda, &c. Ecclesia nihilominus* SANCTARVM VIR NVM, *in iure suo illibata per omnia consistente: ne igitur præsens factum aliqua possit in mari calumnia, decursu temporis vel indubium reuocari, in eius rei testimonium feci præ tem conscribi paginam, & sigillo conuentus mei & meo, necnon Conuentus in Marienf communiri. Acta sunt hæc An. gratiæ, 1234. mense Augusto.*

Habebat Friderundis in Arnolsvviler pago Iuliacensi, qui à S. Arnoldo, illic mulato nuncupatur, cerocensuales isti loco obligatos, cuius ius Patronatus obti batrijs dum Coloniæ degerent, indulsit, vt ibi censum penderent, quamdiu sed fixissent: *Nouerint vniuersi, quod Euerardus, & vxor sua Dune, Albertus, Pertraãis Hildegundis, communi iure Cerocensualium, pertinent ad curiam Ecclesiæ nostræ de nolds weiler, in qua curia præfati homines, & eorum antecessores omnia iura, quæ Ceroc suales, soluere tenentur, tam in vita, quam in morte: sed quia præfati homines in ciuitate C lonia commorantur, nec iura pia ad prædictam curiam, vt dicunt, commodè deferre possu Nos eis de gratia speciali ad tempus indulsimus, vt ipsi quamdiu Nobis & Abbatissis post N venientibus placuerit, iura sua Nobis Coloniæ persoluant: nullum ex hoc prænominata cur. vel Abbitissis post Nos venientibus præiudicium fieri volentes. Datum Coloniæ An. 12* Eadem prouidit sedulo bonis Ecclesiæ, ne detrimentum paterentur: initio regim nis Curio in Rense, litem intendit tot seculis repetitam de certis decimis; ea euicit, & vt ipsa fatetur, *per sententiam definitiuam à Ven. Dominis Canonicis S. Maria Gradus, in Colonia iudicibus, à D. Præposito delegatis est adiudicata:* cui sententiæ idẽ Pl banus acquieuit. An. 1239. Auxit etiam stipendia congregationis Vrsulanæ, quemi

finem

num Conrado de Hoesteden recens electo Archidiœcetę peregit, vt Noua-
dam decimæ ei tribuerentur: literæ cum Electi meminerint, & conferant
um Pontificatus eius, non sunt prætermittendæ, præsertim cum hic & alibi
idem Archiepiscopus Sanctas Virgines appellet Colonienses.

Conradus D.G.S. Colonien sis Ecclesiæ Electus. Quoniam ex officij nostri debito cõmissas, subiectas nobis Ecclesias, modis congruis promouere tenemur, benigno nos fauore, & spe-
ali dilectione ECCLESIAM SANCTARVM VIRGINVM COLONIENSIVM, *am-*
plectentes decimas Noualium in Oisendorp, quæ nostris temporibus de terris præfatæ Eccle-
siæ obtinuerunt, concedente & annuente Friderunde Abbatissa ipsius Ecclesiæ, quarum deci-
marum donatio ad Nos pertinet, ob spem patriæ cœlestis, & ad Nostram & ipsius Abbatissæ
memoriam, in ipsa Ecclesia in perpetuum obtinenda, in subsidium, & supplementum suorum,
fratrum ibi Deo seruientium liberalitate & perpetua donauimus traditione. Volentes igi-
tur hoc pium & laudabile factum Nostrum, robur firmitatis obtinere, ne alicuius temeritate,
vel arte possit irritari, præsentem paginam conscribi, & Nostro ac Maioris Ecclesiæ Colonien-
sis sigillis fecimus communiri. Act. Coloniæ. A.D. 1238. mense Iunio. Plura sequenti anno
undis statuit, & contulit ad incrementum sustentationis totius collegij, vt
diuinus magis indies efflorescceret.

CAPVT XXIII.

Elisa Abbatissa multas largitur Vrsulanas reliquias Patribus Dominicanis; ab ijs fit cum toto Collegio particeps bonorum totius Ordinis.

Elisam post Friderunden præfuisse docent vetustæ subscriptiones: Primam eius
mentionem A. 1241. reperi: quo contulit Abelino apothecario beneficiali iure,
noualia quædam in Oisendorp. Eius tempore Conradus Archiepiscopus ob varios
bellorum tumultus, coactus est caritatiuum subsidium ab Ecclesijs postulare: vicis-
sim gratus & munificus, vt monstrant eius literæ tẽplo SS. Virg. collatæ de secundo
anno gratiæ: *Conradus D.G.S. Col. Ecclesiæ Archiep. dilectis in Christo Elisæ Abbatissæ, &*
conuentui Ecclesiæ SS. VIRG. IN COLONIA, *salutem in Domino. Cum vos Nostris compa-*
tiendo necessitatibus, & damnis de vestra mera liberalitate, & voluntate spontanea decimã
fructuum præbendarum vestrarum, & præsentis anni vicesimam in nostrum subsidium do-
nare decreueritis, Nos vestræ beneuolentiæ gratam vicissitudinem rependere cupientes, vobis
indulgemus, vt præter annum gratiæ, quem hactenus habere consueuistis, vnum annum gra-
tiæ singulæ bonorum, siue moriamini in claustro vestro in statu, in quo nunc estis: siue religio-
nem traueritis, à tempore istius nostræ concessionis, tam vos, quã successores vestræ in perpe-
tuum obtineatis: ita quod decimam, & vicesimã dantes, quidquid de fructib. præbendarũ ve-
strarũ anni gratiæ vobis concessi siue per Nos, siue per fideles vestros fuerit ordinatũ, ratum &
firmum permaneat. De successorib. verò, quia decimã & vicesimã non dederũt, ita statuimus, vt
vestri fructus anni gratiæ sequentis cedant integraliter ad vsus Ecclesiæ, & vestris successorib.
semper annum gratiæ cõcedimus, sub forma præscripta districtè præcipientes, prædictam no-
stram concessionẽ siue Indulgentiã sub pœna excõmunicationis iam latæ inuiolabiliter in perpe-
tuũ obseruari. Dat. Col. A. 1244. mense Iulio. Eadẽ forte bellorum tempestate nisi paulo
cius malis, indulsit Elisa cuidã præcipua quadam veneratione Sanctas Virg. pro-
sequẽti; quidqd ad vitę sustentationẽ annuo stipendio Canonicis tribuebatur, id e-
nim religiosum ducebant, & ad fouendã in cœlites pietatẽ opportunũ, eorum quasi
familiarib. accenseri: *Elisa Abbatissa totusq; Conuent. SS. Virginum in Colon. Cum Sophia*
relicta vidua Gerardi affectuosè à nobis sæpius postulasset, vt fructus vnius præbendæ sibi ad
tẽpus vitæ suæ venderemus: quia durante guerra inter R.P. Nostrum Conradum Colonien-
sem Archiepiscopum ex vna parte, & Ducem de Limburg, & alios complices ex altera,
curtes Ecclesiæ nostræ incendijs, rapinis & exactionibus adeo essent deuastatæ, vt pro-
pter defectum stipendiorum non possent diutius subsistere aliquatenus in eodem, Nos
pensato affectu, quem prædicta Sophia circa nostram Ecclesiam gerere videbatur: ex
eo insuper spe concepta, videlicet, quod eadem bona fide promisit, quod modis om-
nibus Ecclesiæ nostræ intendere debeat promotioni, vnius fructus præbendæ pro

certa ſumma pecuniæ de conſenſu communi ſibi vendidimus, quoad vixerit percipiendi videlicet, vt in pane, vino, denarijs, annona, & omnibus, quæ ſunt de corpore & præbenda tum ſingulis annis percipiat, quantum in Eccleſia perſonaliter ſeruientes percipiunt a tim: Poſt obitum ſuum annum gratiæ nihilominus habitura.

Patres Dominicani faciunt Collegiũ S. Vrſulæ particeps bonorum operum.

Florebant eo tempore Coloniæ Patres Dominicani: præſertim cum Albert ibidem Philoſophiam profiteretur: ijdem cultum Sanctarum Virginum conci promouebant. Vnde, vt alibi dixi, trecenta ſodalitatis huius corpora dono Co & Antiſtitæ obtinuerunt: eidem vt ſe Patres viciſſim gratos exhiberent, A. 12 comitijs generalibus congregationi toti Sanctarum Virginum, id flagitanti, c nionẽ bonorum Ordinis totius obtulerunt hoc diplomate: *Religioſis & deuotis ſti ancillis, Eliſæ Abbatiſſæ de Sanctis Virginibus in Colonia, ceteriſque ſororibus con eiuſdem, Frater Nicolaus Fratrum Ordinis Prædicatorum, ſeruus inutilis ſalutem cum mento continuo gratiarum cœleſtium. Quia ſancti propoſiti deſiderium ob humanæ in tatis conditionẽ à ſuo ſalutari ſæpius retardatur effectu, niſi diuinis ſuffragijs obtentis; catione fidelium adiuuetur, veſtræ fidei ſinceritas Fratrum Noſtrorum, quos Dei dom credit, & amicos, adhiberi ſibi auxilia poſtulauit, ideoque veſtra deuotione, quam ad No habetis Ordinem, debita meditatione penſata, vobis omnium orationum, Miſſarum, pr tionum, ieiuniorum, abſtinentiarum, vigiliarum, laborum, ceterorumque bonorum, q Fratres Ordinis Noſtri Dominus per mundum fieri dederit vniuerſum, participati concedo tenore præſentium ſpecialem. Volo inſuper & ordino, vt Veſtri deceſſus anim ſtræ, Fratrum totius Ordinis orationibus commendentur in Noſtro Capitulo Generali Noſtri ibidem Obitus fuerint indicati, diuulgentur pro Nobis Miſſæ, & Orationes, ſic fratribus Noſtris defunctis fieri conſueuit. In cuius conceſſionis Noſtræ teſtimonium, ſig Noſtrum duxi præſentibus apponendum. Datum Argentinæ A. 1246. in Noſtro Capitul nerali.* Manet hodie ſingularis vnio dictorum Patrum cum Collegio Vrſulan premebatur eo tempore magna rerum neceſſariarum penuria, & vt antea inſi tum, vix vt ritu conſueto diuina peragi valuerint: ideò obtentis Sed. Apoſtolic dulgentijs, & aſſumtis Sanctarum Virginum reliquijs, non Prouinciam tantum lonienſem, & ſedes eius Suffraganeus: ſed & extra eam varias Germaniæ dice eleemoſynarum corrogandarum gratia peragrarunt: magna frequẽtia populor ad decenter auguſteque reliquias excipiendas religioſo cum apparatu ſe effun te, duorum hac ſuper re Epiſcoporum Paderbornenſium mandatum tota dio publicatum recitaui lib. 8. cap. 28.

CAPVT XXIV.

Conradus Archiepiſcop. ſubuenit Eccleſiæ Vrſulanæ: Eliſa de Rennenberg recuperat ablata.

VT Eccleſiam Vrſulanam preſſam inopia ſubleuaret Conradus Archiepiſc eidem Parochiã Kelſenſem vniuit hoc diplomate: *Cum dilecta in Domino & Capitulum* SS. VIRGINVM *in Colonia, preces ſuas nobis humiliter direxerint ſæpius deuotè, vt Eccleſiam Parochialem de Kelſe, quæ ad earum Eccleſiam pertinere dignoſcitur in qua Abbatiſſa ius obtinet Patronatus, ipſi Eccleſiæ* SS. VIRGINVM *vniãmus, Nos earum petitionibus, vtpote fauorabilibus inclinati, attendentes inſuper tenuitatem præbendarum in eadem Eccleſia, & ſtatum grauem terræ, & periculoſum, præfatam Eccleſiam de preſſa voluntate viri diſcreti loci Archidiaconi Maioris Præpoſiti Colonienſis, qui nunc ſam obtinet, memoratæ Eccleſiæ Sanctarum Virginum aduniuimus, in augmentum præbendarum & ad ſuſtentationem Canonicarum, & Canonicorum ibidem Deo ſeruientium Anno 1248. 4. Kalendas Septembr.* Anno ſequenti confirmauit eandem vni nem Sedis Apoſtolicæ poteſtate, cuius Legatione fungebatur: quod operæ p tium eſt adnotare: *Conradus Dei Gratia S. Colonienſ. Eccleſ. Archiep. & Apoſtol Sedis Legatus. Cum Nos ad preces dilectæ in Chriſto Eliſæ Abbatiſſæ, & Capituli Eccleſiæ Sanctarum Virginum* COLONIENSVM, *Eccleſiam de Kelſe, de conſe*

vni

Vn.loci Archidiaconi Mai. Præpositi Col. propter piam & rationabilem causam ipsis con-
ritus, ac sustentationem in dicta Ecclesia Deo seruientiũ. Nos eandem concessionẽ no-
tã haberi volentes, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari: ipsam Autoritate Lega-
Nobis à Sede Apost. concessa confirmamus, & excommunicamus omnes contradicen-
& impedientes tam pium & laudabile factum Nostrum, & omnes qui se præmissis oppo-
ut ea infirmare moliuntur. Actum An. Dom. 1249. 4. Idus Aprilis.

Interea Henricus de Vienna, maior Præpositus, electus est Traiectensis Episcop.
Veneno S. Apostolicæ priuilegio reditus beneficiorum suorum percipiendi, quorũ
ministrandorum in Parochia Kelsensi potestatem tunc fecit Abbatissæ, vt literæ
habent, An. 1251. datæ hoc exordio: *Elisa Dei Gratia Abbatissa Sanctarum Virgi-*
num Ven. D. Henricus Traiectensis Electus ex speciali dilectione, quã circa Nos & Ec-
clesiam SANCTARVM VIRGINVM, *habere dignoscitur, autoritatem & potestatem No-*
bis patentes literas contulerit, vt de fructibus Ecclesiæ de Kelse, quos idem Electus ad
Nos de indulgentia S. Apost. percipere debuerat, prout sibi & dictæ Ecclesiæ competit, or-
nemus. Et idem ipse quadriennio post his fatetur Patentibus: *Henricus de Vienna*
G. Traiectensis Electus, Maiorq; in Colonia Præpositus & Archidiaconus. Cum D. Papa de
Apostolicæ benignitate consueta Nobis gratiam fecerit specialem, vt omnia nostra Ec-
clesiastica beneficia, ante nostram confirmationem habita, ad certum tempus retinere, vel ha-
bere possimus, Nos etiam alijs gratiam facere volentes, Ecclesiam Nostram de Kelse, quæ à V.
Ven. N. Conrado Archiepiscopo de Nostro & Capituli Maioris consensu est Ecclesiæ SAN-
CTARVM VIRGINVM *Coloniensium adunita in augmentũ præbendarum, & ad susten-*
tationem Deo seruientium ibidem concessa, liberaliter resignauimus ad petitionem dilectæ
Nobis Abbatissæ, & Conuentus eiusdem, reseruantes nobis fructus eiusdem Ecclesiæ, sicut No-
bis sunt ad certum tempus à D. Dapa concessi & confirmati. Dat. Coloniæ A. 1255. 5. Kal. Aug.

Erant Iuliacenses Comites multo tẽpore Collegij Vrsulani aduocati, quę occasio
detur exstitisse, vt Elisa Walramum Comitẽ repetundarũ apud Conradũ egerit:
satisfecit oblatis fideiussorib. N. viro D. Ottone de Wilkerode, Godefrido Rufo
Angersdorf, Gerardo Aquensi de pondo. Actũ Colonię in præsentia D. Col. Ar-
chiepiscopi suo palatio A. D. 1255. in die Lamberti Episc. & Mart. Eadem Elisa biennio
est cum à diœcesis Moguntinæ inquilinis non leuia damna pertulisset, cũ Gerardo
Moguntino Electore feliciter litem composuit, quí in diplomate morẽ recenset ve-
ter vindictam cœlitum cultu reliquiarũ supplici expetendi: *Gerardus D. G. S. Mo-*
guntinensis Sedis Archiepiscopus. Notum vobis esse volumus: quod super quæstione, quam ha-
bent contra Nostros homines D. Abbatissa & Conuentus Ecclesiæ Sanctarum Virginum in
Colonia, de 23. vini vasis & rebus alijs, per Nostros homines, apud Laynstein ablatis, ita inter
Nos & ipsas conuenit &c. Ea adiecta cõditione, quod si aliquo eorum terminorum in solutione
defecerimus, Eædem Abbatissa & conuentus, humiliationem Reliquiarum & imprecationes
contra Nos facere poterunt &c. Præterea promittimus bona fide, quod ipsas in bonis suis in di-
strictu nostro, & alias vbi poterimus, promouebimus, & iniuriatoribus earundem Nobis sub-
litis cum requisiti fuerimus, eis iustitiam faciemus. Actum præsentibus Ottone de Euerstein,
Burcardo de VValdenberg, Comitibus, Siffrido Præposito de Runckel, nec non & Vlrico
Sancte Maioris, Ioanne de Rennenberg, S. Andreæ, Henrico ipsius SS. Virginum Canonicis,
Actum in domo D. Vdalrici, vigilia Pentecostes. An. Dom. 1257. Eodem anno litem aliam
Elisa cum Curione ad SS. Indulgentias feliciter composut: in eius tractatione hoc
modo nominat: *Ego Elisa D. G. Abbatissa* SS. XI. MILLIVM VIRGINVM CO-
LONENS. Successit Elisæ Friderinis circa An. 1269, quo appellat in controuersia
quadam ad Sedem Apost. Possent per reliquos trecentos annos his similia comme-
morari plura, quibus status Vrsulanæ basilicæ, dotis incrementum, benefici in ean-
dem & Antistitarum res gestæ recensentur, quæ tædij vitandi gratia lubẽs præter-
mitto: satis ex his insignis omnium ferè Coloniensium Archiepiscoporum post An.
Christi 900. studium & conatus elucet, sanctuarium hoc Vrsulanum singulari fauo-
re, & amore prosequendi: Venio ad Religiosas familias cultui SS. Vir-
ginum deditissimas, eiusque propagandi studio-
sissimas, & cupidissimas.

CAPVT

CAPVT XXV.

Cultores SS. Virginum Religiosi Benedictini.

HActenus initiũ & progressum Vrsulani cultus præsertim in loco martyri scrutati, cultores earundẽ SS. Virginũ illustriores attexemus, qua in re reliquis ferè diuersarum familiarũ religiosi vel religiosæ præripuerunt: Ordi Benedictini regulæ professoribus. Inter quos eminet Gerlacus Abbas Tuitie varijs Archiep. Colonienſibus leuationi Sanctorum Corporum multis ann positus, eius indefessum studiũ ita laudat vetus M.S. codex loci: *Studiosissim quiarum reconditor, qui in eis colligendis, fouendis, honorandis, peruigili dies pariter continuabat & noctes.* Eum, vt & cœnobitas eius, percupidos mul reliquiarum S. Elisabeth his verbis ad cultum earum exhortatur: *Expedit frat & necesse habent, vt quanto amplius SS. corpora apud se congregant, & iuxta se tanto amplius studeant honorificè & amabiliter ijs ministrare, & vt vitam suam more Dei emendent, ac diligentius ordinem suum obseruent: Nam vt ad hoc eos c nerem, Dominus permisit fieri, quod factum est: quoniam pretiosi illi Martyres interpe pro ijs coram Domino, & in omni necessitate subuenient, si autem non fecerint, accusa & querelam facient aduersus eos.*

De Harberni successoris eiusdem pari pietate, de Hildelini, & Egberti naugiensium Cœnobiarcharum, & huius sororis S. Elisabeth, nihil attinet d plurimum enim hi omnes ad reliquias Vrsulanas ornandas, & honorandas, riam etiam ab erroribus vindicandam, momenti attulerunt.

CAPVT XXVI.

Cistercienses Montes-veteris, S. Vrsula magno prodigio inuisit.

SIngularis semper emicuit apud Cistercienses cultus Vrsulanus, collectis quaque SS. Virginum reliquijs, præsertim in Abbatia Montis-veteris, tra tis eo mille corporibus: at quam ille vicissim locus gratus esse Beatis Virginibus perit; id nobili quadam supplicationis pompa declararunt: quam visæ sunt n quæ præcurrit S. Vrsulæ festiuitatem, adornare. Rem gestam tabella templi p affixa narrat. Erat Laico cuidam religioso villa (Maynrode vocant) commen qui profesto virginum vndecim millium intempesta nocte, dum mon rium versus respicit, obseruat magnam supplicantium turbam, insigni pompa e tendere, quã ipse pone magna sequitur animi voluptate, premitq; vestigia præ tium, mente cœlestibus delicijs eo spectaculo mirificè recreata. Ventũ erat ad nobij clausas fores, eæ propinquantib. ilico reserãtur, quas tota collecta multi subit, religioso Laico præeuntes affectante, quibuscum etiã patentib. portis in ditur monasterij septa, & templi penetralia, reliquamq; noctis partem peruigil cibus exigit, cœlites inter sibi versari visus. Interim tempus appetebat, quo sign ris campani dato Cœnobitæ ad concinendas horas nocturnas euocarẽtur. Sac templum ingreditur, ad diuinum officium excitaturus Religiosos, hic offendit cum Maynrodensis curiæ custodem, mirari, & num pernoctasset in Cœnobi terrogare, vel qua via ianuis obseratis introisset. Ille circumspicere omnia, & visorum amplius intueri; sed attonito similis, nihil ad interrogata respondere. Sa sta cantatis nocturnis precibus, de re tota Monachos facit certiores, qui acriu stare, & qua via clausis foribus penetrasset in adyta templi, perurgere: Tunc didè rei gestæ seriem exposuit, quomodo cum sacris Virginibus ad templum plicantium ritu procedentibus, accessisset, & portis cœlitus reseratis subintra omnes recreati Diuorum ista templi visitatione, grates & laudes Deo Martyri que Vrsulanis ritè persoluerunt, hoc impensius deinceps in cultum Beatorum cubituri, quo gratiora norant esse cœlitibus illa pietatis officia.

Vrsulanæ Virgines adeunt tẽplũ veteris monasterij.

CAPVT

CAPVT XXVII.

Iulianæ Virginis, vt quidam volunt Cistercienſis, peregrinatio Coloniam ad SS. Virgines.

Anc ſuperiori libro dixi electam à Deo, vt feſtum Auguſtiſſimi Sacramẽti publicaret, vrgeretque per vniuerſam Eccleſiam eius ſolennem inſtitutionẽ, & ritatem. Iam doctiſſimos ſanctiſſimoſque viros in eam ſententiam pertraxeconcordibus ſuffragijs decernerent, id non aduerſari doctrinæ Chriſtianæ, icturum etiam ad gratias, vt par eſt habendas, & excitandam in hominum aneſcentem aliàs religionem, ſi deinceps propria ſolennitate decreta, feſtum iſſimi Sacramenti totum per orbem ſtata die perageretur. Pertentarat Iuliana Prælatorum, & autoritate valentium animos, eoſque ad ſuffragandum iſti permouere, ſed fruſtra laborauit. Tantum abeſt, vt eius aſſentirentur petiut etiam velut ſemifatuam deſpicerent, & ſenſim in circulis audiret ſomnia, anilium propola fabularum. S. Iuliana ſuadet inſtitutionẽ feſti corporis Chriſti.

Palum iam in hominibus ſupererat auxilij: totam igitur ſe conuertit ad Diuorum rium opem cõſiliumque implorandum, & eum in finem Coloniam adire covrbem ait autor vitæ: *Sacroſanctis cœlitum reliquijs venerandam, glorioſoq; vndellium Virginum certamine nobilem.* viæ comites adſciſcit domeſticas quaſdam Coloniam abit peregrinatum. Virgines, ignaras tamen propoſiti: ſed cum iuratiſſimus pietatis hoſtis dœmon iter rari niteretur, viſus imminere currui, quo Iuliana ob corporis infirmitatem vebatur; virgo precum obarmata clypeo, vanos eius eluſit aſſultus. Coloniam vbi enit, ad principis Apoſtolorum ædem contendit: rata cauſam huic debere eſſe mendatiſſimam, qui totum orbem Chriſtianum in fidem, & tutelam receperit: in terram abiecta, tanta contentione mentis, & ardore S. Apoſtolo patrociare diuinæ maieſtati totius Eccleſiæ decus, adeoque ſalutem, ad quam nouo fon modica fieret acceſſio, cœpit commendare, vt à terris in cœlos animo prorſus leuato diu perſtiterit immota, tandẽ ingruentibus tenebris à ſodalib. abducta dm ad ſe redijſſet: Heu, inquit, cur ante meſſem me retrahitis? ita cœleſtes deliin hac vita *qui edunt, adhuc eſuriunt*; Pergit deinde vitę autor, *pari religione diebus ſum ad alia Diuorum templa* (S. Vrſulæ imprimis) *ſupplicationes inſtituiſſet, reuertit ium, contra futuros inſultus grauiores animoſior:* Donec euicit, vt publicitus ea ſoitas Leodij primum; poſtea per Vrbanum 4. ex Ciſtercienſi cœnobita Pontif. imum, pro tota Eccleſia Cathol. fuerit promulgata. Eadem poſtea Virgo de inendis SS. Virginum reliquijs, & in Belgium tranſmittendis aliquot annis ante inata eſt. Habemus & nos Diuos iſtos, & quaſi domeſticos, cur nõ tot paſſibus, illa milliaribus emenſis crebrius eos viſimus, & ipſorum patrociniũ exoramus?

CAPVT XXVIII.

B. Aſzelinæ Ciſtercienſis Virginis, erga S. Vrſulam inſignis pietas diuinis viſis teſtata.

Szelina Virgo non minus ſanguinis ſplẽdore, quã egregiarũ virtutũ gloria Ciſtercienſiũ monialiũ recens exortũ inſtitutũ decorauit. Erat S. Bernardo iunſanguine, cuius matri ferenti vterum vir adſpectu venerandus, candidis ornatus Oracula de infantulà. tib, adſtitit, filiamq; prædixit pariturã, quæ magni apud Deũ futura eſſet meriti: Cldeſindis etiã virgo magno fulgore viſa eſt, eandẽ his affari verbis. Filia tua mihi cõparata æquabitur in meritis. Iam quartũ agebat annũ, cum S. Bernardi magiſteri feliciter vſa, ad omnẽ informata virtutẽ voto ſe obſtrinxit virginitatis, cui Deus argitus eſt Angeli tutelaris familiaritatẽ, vt cũ puerili leuitate, acum, vel eſculẽta quã furtiuè ſublegiſſet, veſte ab adſtante identidẽ attracta, haſce voces reprehẽ- Corripitur ab Angelo. tis continuò audiret, cur hoc agis? manũ abſtine, nequaq; iſta expediunt. Poſtq;

adoleuit

Colit Deiparam, adoleuit, ſingulari cultu Deiparam (cuius frequenti fruebatur alloquio) Diu alios proſequebatur, eos præſertim, qui ſui ipſius victores de libidine, ſeruata nitate, triumphâſſent. Inde nata eſt inſignis animi propenſio, qua in S. Vrſula ciaſque tot Virgines Calendas incenſo ſtudio ferebatur, quia caſtimoniæ f

Et S. Vrſulam. ſanguine fuſo ſponſo ſuo conſignaſſent. Hanc Partheniam ſodalitatem ſtati tidiè colebat precibus, crebra ieiunia, crebras corporis afflictiones præter al tatis obſequia illorum honori conſecrabat. Senſit non ingrata SS. Virginibu

Videt in cœlis Vrſulanam ſodalitatem. quia, quando nocte intempeſta, dum precibus intendit, mente à ſenſibus ali comite Angelo duci ſibi videbatur in cœlum, vbi reliquos inter cœlites, ac Vrſulanas virgines incredibili lucis fulgore coruſcare. Aderat, imò præera quis ſodalibus Virgo forma & ſplendore ſolis inſtar clarior, quæ vultu reni cum Aſzelinam adſpexiſſet, ipſam ſodalibus ſuis impendio commendauit. matutinis decurſis precibus, dum perſtat in oratione, videt ſolenne quoddar plicationis agmen. Anteibat, dux & Coryphæa S. Vrſula, quam binæ, & longo ordine, graui inceſſu, vultu modeſto, omnes cœleſti lumine glorioſæ ſ bantur: ita vt octo decurſis diebus eaſdem ſerie pari reduces conſpiceret. oſtentis ad æmulandam virginalem Vrſulanæ ſodalitatis pudicitiam accen tur animus, fouebat ardorem mentis præſens SS. Virginum auxilium & pa nium, vt ſinè vlla carnis titillatione eam illibatam conſeruarit. Coloniam in inſpectura Ciſtercienſium Virginum vicina monaſteria, vt primigenium vig quem ex ipſo fonte S. Bernardo hauſerat, ipſi inſtillaret, vix pedem fixerat int merium vrbis; cum ex inſeſſa fœmina vociferari dœmon, & ſanctitatem Aſz commendare, quam nullâ delectatio carnis inquinaſſet. Ipſe Archipræſul C nienſis (cuius inuitatu venerat) accerſiri eam iubet, vt energumenæ ſuis pre mederetur, quod ſanè modo inuſitato peregit, arreptis enim è tilia collectis ſurſum tartareum monſtrum cædendo propulit, ac deinde fuſis ad Deum pre exturbauit è corpore.

CAPVT XXIX.

Cui cœleſti ſocietati Sodalitas Vrſulana comparetur in Cœlis, B. Aſzelina diſcit à SS. Virginibus.

Lib. 3. de imit. Chriſti. MOnet Thomas de Kempis: *Noli inquirere de meritis Sanctorum, quis ſanctior, aut quis maior fuerit in regno cœlorum, quidam zelo dilectionis trah ad hos, vel illos ampliori affectu; ſed humano potius quam diuino.* Nihilominus v

Vana curioſitas. quandoque Deus, vel cœlitum ipſorum, vel ſanctorum in terra degentium monſtrare merita, vt aliqui, comparatione aliorum demiſſiores fierent, vel eo exemplo ad omnem virtutem proficerent. Sic ad S. Paulum protoanachore miſſus eſt Antonius, vt eius cœleſtis vitæ contemplatione ſciret, multa ſibi d virtutum præſidia, quæ non inſpecta viuentium adhuc virorum maiore perfect ſibi tribuebat. Tacta quandoque pia curioſitate fuit Aſzelina, num in cœlis ra ſimilis meriti gloriæque ſodalitas Vrſulanæ congregationi reperiretur. Q cum ſæpe Virginum huius exercitus familiaritate frueretur: & ipſa familiarita daciam peperiſſet, auſa fuit vnam hac de re percontari: nec grauatè reſpondit go, S. Achatium cum ſua myriade iunctum S. Mauritio, Thebææque legioni millium ſexcentorum ſexaginta ſex Martyrum, cum Vrſulana ſocietate parium meritorum; ita tamen, vt quæ inter Virgines feruore, amore Dei, ac virtutum reliquas ſuperarunt, eaſdem etiam in gloria præmijs anteirent. Ideóne forſa Thereſa præcipua quadam religione tam Vrſulanum, quam Achatianum e citum venerabatur, quæ pollicitationem acceperat à militibus Achatianis, mam morientis ab ipſis ad cœleſte beatarum domicilium deducendam? Hab eandem ſuorum clientum curam in mortis articulo Virgines hæ, de qua re fu hoc extremo libro differetur. Rede

Reco ad S. Aſzelinam, quæ vt quotidiè in SS. Virginũ cultu proficiebat, ſic ma-
es fauores exhibebant. Vna quandoq; Sodalium illarum ei dixit: *Quicunq; vni* Virgines
is honorem exhibet, omnes pariter nos honorat. Eadem cum innominata duo cor- nomina
ra cœnobium accepiſſet, ſubiecit: *Ego ſum illa, cuius corpus penes te retines, & Fides* ſua mani-
vocor: ſocia verò Flora dicitur. feſtant.

CAPVT XXX.

Per 30. dies reliquias SS. Virginum piè viſitat, & glorioſa viſione recreatur.

Currebat ſæpius Aſzelina Coloniã, & q; à negotijs vacuum tẽpus erat, inui-
ſendo ſacras Vrſulæ ſodaliumq; reliquias piè tranſigebat, & tãto pietatis ſenſu,
ut cœlites ipſi nollent eius ardorem interturbare. In ceteris vſum & conſuetudinẽ
Clementrude DYTKERCKENSI antiſtita contraxerat, hanc ob ſingularẽ pru-
dentiam, qua regebat ſubiectas Virgines, & profundam animi demiſſionem ſæpè
miratus, cuius congreſſu multum proficiebat; nam eius omnis ſermo rerum huma-
narum contemtum, & animum cœleſtem, æternaq; ſuſpirantem redolebat. Illa de-
cedente è viuis tunc, cum Aſzelina Coloniæ colendis SS. Virginibus dies totos im-
pendebat, decurſis igitur poſt obitũ diebus omnino 30, cœleſti lumine glorioſa Er-
mundis apparet Aſzelinæ, miranti tam inſolitum, & cœleſtem ſplendorẽ: cum-
que ſciscitaretur eam, quomodo poſt mortem cum ipſa ageretur. Optimè reſpondit
illa, tecũ egit, & agit omnipotens Deus, ſtatim vt deceſſi, beatitudine me donauit
ſua bonitas. Hic Aſzelina rogare, cur non citius & ipſa mortis hora apparuiſſet.
Subiecit illa, fruebar quidẽ ſumo bono, quod ſolum explet humanum appeti-
tum, tu tamen circa SS. Virginũ reliquias cum eſſes occupata, iſtam nolui pietatem
interpellare. Quanti ergo faciendam cenſebimus harum Martyrum veneratio-
nem, quam cœlites ipſi nolunt interpellare? vide de his lilia Ciſtert. cap. 26. & 31.

CAPVT XXXI.

Vſus B. Henrici Calcarienſis Carthuſiani, de modo colendi Deiparam à SS. Virginibus tradito.

Bruno rigidiſſimus ſolitudinis, ſilentij, & diſciplinæ regularis obſeruator, circa
A. 1084. iecit Carthuſiæ fundamenta, in qua complures illuſtres viri ſanctita-
te floruerunt, quibus accenſeri poteſt Henricus Calcarienſis, ex Theologo Pariſi-
enſi, Canonico Colon. S. Brunonis amplexus inſtitutum. Fuerat is Prior Arnemij,
Rurimundæ, Argentinæ, Coloniæ, viginti per annos prouinciã rexerat, nec nõ Gal-
liæ, Bohemiæ, & Allemanniæ monaſteria viſitarat, omnia feliciter Deip. Virg. pa-
rochio. Exſtat in Colon. Carthuſia cubiculum, in quo S. Dei genitrix ei dicitur ap-
paruiſſe. Poſt Cœli Reginam impensè S. Vrſulam, & XI. millia Virginum venera-
batur: vt ſæpius eum interuiſerent. Vna quandoq; Virginũ nocte concubia dormi- Virgo Vr-
enti excuſſit ſomnum, his eum allocuta vocibus. Miſit me Diuus Virginũ chorus, ſulana ap-
cuius cultui præcipuo quodam affectu deditus es, vt modum te erudiam, quo poſſis paret.
quotidiè Dei genitricem Virg. Mariam ſupplex venerari. Prona ille docenti por-
rexit aures, quem illa talem ſalutationem docuit: *O Virgo Regina Virginum, ſum-* Docet mo
mum Trinitatis ſacrarium, Angelorum ſpeculum, ſcala ſanctorum omnium, tutum peccato- dum ſalu-
rum refugium: Cerne ô pia noſtrum periculum, in morte placatum tuum nobis oſtende filium, tandi Dei-
& tuum vultum gratioſum. Huic orationi talem adiecit promiſſionẽ. Hanc precem ſi param.
aſſiduè dixeris, D. V. Mariæ, & omniũ noſtrum gratiam cõſequeris. Manè cum ani-
mo euolueret viſionẽ, & acceptę precationis verba nõ teneret omnia, ſupplex ite-
rum fit Virgini, Magiſtram ſuam cum lacrymis orat, ea quæ memoriam fugerant,
reclat: nec diſtulit pium clientis votum Virgo: redit intempeſta nocte, cantat & Recantat
recantat toties eandẽ precandi formulam, donec ad vnguem illam calluit. Exinde ei donec
calleat.

quotidiè cœpit eam Dei genetrici recitare: quo in cultu, vt Virgines Vrſulanæ
tem magis confirmarent, viſæ ſunt oēs in vnum collectæ, coram cœli Regi
matre mellitiſſimis vocibus cœleſti quadam harmonia in eius auribus conc
Rem geſtam Dorlandus refert, & pictura perelegans in triclinio Colonien
thuſiæ viuum oculis exhibet: vt Martyres hæ magis de Deiparæ Ducis milit
thenicæ, quam ſuo cultu ſolicitæ videantur eſſe, & hoc clientum ſuorum
Nam perire nequit, quiſquis Dei matrem indies ardenter inuocauerit.

Li. 5. Chronici 10.

CAPVT XXXII.

Petrus à Leidis Prior Colonienſis Carthuſiæ, miranda de 4. ginibus circa Baſileam defunctis recenſet.

PEtrus Leidenſis 29. annis Prior, cœpit nonnulla de cōcilianda S. Vrſulæ h
cum reuelationib. concinnare, & primo peregrinationem Romanā eius
aduerſarios propugnare. Hanc in rem collegit varia, quæ partim ipſe coram v
uit oculis, partim ab inquilinis accepit: partim ex monimentis teſtatis eruit.
argumentis iter Romanū adſtruit. Primò ex Romano martyrologio tunc A.
vſitato, cuius idib. Octob. hæc verba recitat: *In Argentina S. Aureliæ Virginis, q
eſſet ex nobili illa ſocietate vndecim milliū Virginum, ad præfatam vrbem, in reditu a
Roma infirmata, obiit in pace.* Poſtrema verba Cardinalis Baronius in correction
terijt. Probat ſecundo, ex his verbis Breuiarij Baſileenſis ſui temporis:
*antiſtes Pantulus tunc Baſileenſis Epiſcopus de aduentu earum nimio gaudio completu
vna cum clero ſuo deuotè cum ſolenni proceſſione ſuſcepit, tandemq; relictis ibi nauibus
aliquot dies ipſas pedeſtres vſque Romam perduxit.* Probat tertio, duabus Eccleſ
tera S. Chriſtianæ, altera tribus alijs Virginibus erecta, propter celebertima
cula. Tria refert eorum ab alijs hactenus omiſſa, & eo tempore frequentari
quæ ſunt ab interitu vindicanda.

Probat peregrinationem Romanā S. Vrſulæ. Ex Rom. Martyr.

Breuiario Baſileenſi.

Veſtigijs relictis 2. Eccleſijs.

Primum eſt. Cum Cardinalis Gurcenſis A. 1504. ſacras Virgines è veteſtio
eductas ſacrophagis, in lipſanothecas fabrè laboratas tranſtuliſſet, paulo po
teus, ad radicem montis, in quo quieſcebant tres Virgines, effoſſus, intra ſe c
ſus, obturatus eſt; at in montis cacumine ſacrophagus Virginum in Eccleſiæ
editiore conſtitutus, repente cœpit aquis medicatis impleri, quæ varias corpo
grotationes præſenti, & repentino curarent remedio. Solet eo Dominica SS
nitatis innumera confluere mortalium multitudo, vicinis è regionibus, quoru
cet ſupra quatuor millia commeent, vt ſalientem illum poterit, nec ſcatebra d
hauriendo, nec aquarum redundantia ſuperfluit: (qualem fontem in antroBe
mitico ſub natalem Domini ſcaturijſſe Beda refert) ſemper autem loculus abu
aquis ſaluberrimis, quas à ſe viſas & hauſtas Petrus narrat.

Aquæ medicatæ ſcaturientis prodigiū.

Alterum à Procuratore Carthuſiæ Baſileenſis acceptum addit, aduentu V
num iſtarum animalia quæuis venenata bufones, & ſerpentes, & immunda, q
teſtudines in lapidum duritiem mira metamorphoſi concreuiſſe, ita vt in pr
diem in muro Eccleſiæ viſantur lapides, qui ſerpentem referant, ac duricien
xeam induerint, paſſim etiam per iſta loca teſtudines lapidei exhibentur ab a
lis, qualem longo tempore Carthuſia Colonienſis conſeruauit.

Serpentes indurati in lapides.

Tertiū reliquis mirabilius narrat, ab inquilinis videri nocte concubia lumē q
dam eximiæ claritatis de monte S. Chriſtianæ deſcendens, ea via quæ ad t
Virg. eccleſiā in alio monte ſitam ducit, progredi, tum montis ſuperato cacum
ſubire Virginum eccleſiā, poſtea prius lumen egredi tēplo non incomitatū vt a
ſed trib. nouis ſtipatum luminibus, eodem tramite remeare ad proprium locū:
cum deuenerit, reducta iam domum ſocia, tria lumina ſuam Eccleſiam in m
repetere. Similia referam infra circa domum Lauretanā lumina ſæpius apparu

Rarū oſtē rum lumi num.

Huic Petro proximus in officio ſucceſſit Gerardus Hammontanus, is tam pe
quā ſuæ Carthuſ. alumnos conatus eſt intricatos hiſtoriæ Vrſul. nodos explicar
in M. SS. loci videre licet, in quib. ipſe compluta collegit, & manu ſua deſcripſit,
laudibu

Gerardi Hammō tani conatus cōcilian dę Vrſulanæ hiſtoriæ.

lus S,Vrſulæ,ſodaliumque,& vt Surius nonnulla hac ſuper te commentare-
ctor fuit.Eſthic ille Colonienſis Societ. IESV per Petrum Fabrum Orientis
arens, qui ſociorum noſtrorum extremam inopiam largiſſimis eleemoſynis
auit,nec Coloniæ tantum; ſed & Romano Collegio in ſumma rei familiaris
grandi ſubuenit pecunia, vt ſubiecta S. P.N. Ignatij teſtatur epiſtola, quæ
videtur è tenebris in lucem producenda, vt primorum Patrum noſtrorum
olonienſi Carthuſiâ familiaritas teſtatior fiat, & origo communicationis
rum has duas inter familias.

Alit Soc. IESV naſcentē Coloniæ. Romanis benefacit.

PISTOLA S.P.IGNATII DE LOIOLA PRIni Præpoſiti Soc.IESV, Ad R.P.Gerardum Hammontanum Priorem Carthuſiæ Colonienſis.

Vima gratia,& æternus amor Dei,& Domini noſtri IESV Chriſti, Paternitatem veſtram,cum ſanctâ ſuâ congregatione continuis donorum ſuorum ſpiritualium exornet,& ideat incrementis. Quamuis rara nobis cum V.Pat. fuerit his annis literarum commutatio,crebra tamen fuit orationum:ſicut & mutuæ caritatis affectum ipſo temporis decurſu geri potius,quam minui vtrimq; ſenſimus. Quod ex parte noſtra,viua memoria veſtri & indies magis propenſus in vos animus, & ex parte veſtra non ſolum literæ noſtro-rum,ſed continuis beneficijs ſe affici, à Pat. V. ſcribunt:ſed & experientia ipſa veſtræ benevolentiæ Romam vſque ad nos ſe extendentis nos docet: de qua agimus gratias Deo bonorum omnium auctori, & Pat. V. quam maximas. Admodum enim opportunè neceſſitatibus hu-ius Collegij liberalitas veſtra ſubuenit, & nobis mutuæ dilectionis vinculum tantæ caritatis ſignificatio valde ſtrinxit, Dignetur Dom.IESVS ſecundum diuitias ſummæ bonitatis ſuæ hoc beneficium cum ceteris omnibus pro ſuis pauperibus rependere. Romæ valent fratres qui in Collegio,& domo noſtra ſunt;me Dominus aduerſa valetudine ſex mẽſibus exercuit, hodiam mediocriter valere incepi.Reliqua ex Fratribus noſtris,ad quos fuſiùs ſcribũtur, V. intelliget. Omnes nos orationibus, & ſacrificijs Pat.V.& Venerabilium Fratrum ſuorum noſtrorum humiliter commendari cupimus.Vale in D. Ieſu Chriſto,qui ſalus omnibus ſempiterna eſt,Amen.Romæ 12.Kal.Septemb.1554.

P.V. Seruus in Domino noſtro Ieſu Chriſto
Ignatius L.

oc Gerardo Hammontano Petrus Faber vtebatur familiariſſimè: præſertim
ius hoſpitio conuictuq; frueretur. Cubiculũ Fabri ſuperat in Carthuſia pro-
mum Bibliothecæ, vnde in hoc etiam auctus fotuſque tantus cultus Vrſulanus,
o poſtea. Multa recenſebo infra:de nauicularia ſodalitate S.Vrſulæ Argento-
rati Patribus Carthuſianis inſigni cum fructu inchoata, & de Vocatione ad eum
rdiem occaſione cultus Vrſulani.

Hoſpitio Fabrum recipit.

CAPVT XXXIII.

Ordinis Præmonſtratenſis in ſanctas Virgines pietas.

NAta hæc eſt in ipſo candidæ religionis exordio S.Norberti Patriarchæ ſtudio: qui vt tenero gregi iam naſcenti de Diuis tutelaribus proſpiceret, vt ſæpè diloniam excurrit indicta Fratribus ad orationes inedia; quaſi præſidium cœlo
bus armatis euocaturus: quando votis orantium Vrſulanæ Virgines annuerunt,ſeipſas ei monſtrarunt:& prima eiuſdem cœnobia tutela ſua tuitæ ſunt: Inde
ſuhata incredibilis auiditas Abbatum eiuſdem Ordinis,Vrſulanas reliquias obtinendi:deViconienſi dictum eſt ſupra,aurum prodegiſſe pro ijs,quas omni gaza ducebat eſſe nobiliores. De B.Hermanni Steinfeldienſis inita cum ſacris Virginibus familiaritate nihil attinet repetere. Vnum Deiparæ teſtimonium ſufficit ad cultum in hac familia vigentem aſſerendum: *Porrò & fratribus*,ait Anonymus,*Præmonſtratenſis Ordinis eandem iuſſit dedicari hiſtoriam dicẽs:Illos amatores vndecim millium Virginum & veneratores eſſe præcipuos.* Quis iam ſperare palmam alius audeat arbitrio Deiparæ tributam Præmonſtrato?

Lib.1. in Prologo.

CAPVT XXXIV.

Aliæ Religioſæ familiæ ſtudent cultui huic propagando

DE Crucigeris & S. Ioannis equitibus multa ſparſim dixi. Philippus Ber & Lucretius Borſatus S. Auguſtini profeſſi regulam, luculenter & ſcripſerunt S. Vrſulæ hiſtoriam: Auguſtinus Triumphus eiuſdem profeſſi Cyriaci renunciationem & martyrium tuetur acriter, quem Canonum in tes magno numero ſequuntur. Virgines etiam Vrſulanæ Religioſi ſtatus h Paulo quinto decoratę, in eiuſdem S. Auguſtini leges iurant. Multa quoq; ſa dalitatis huius reliquiæ per varia huius diſciplinæ monaſteria diſtractæ piè r ſeque coluntur. Imo gloriantur ijdem in Italia apud ſe caput S. Vrſulæ piè ſe honorari.

Inter Dominicanæ familiæ Patres enituit B. Alberti M. pietas, qua ſacrum dulæ corpus eleuauit, cuius tener in hanc Virginem affectus his verbis ab a fere coæuo deſcribitur: *Audita enim inuentione lætabundus efficitur, & exſurg vadam & ego viſurus, quomodo Dominus viſiones has magnas opere adimpleuerit, tus Priorem iam nominatum, venit ad domum Fratrum Ordinis S. Ioannis, qui andi bis F. Ingebrandi inuentoris reliquiarum, reſolutus in lacrymas, laudans Deum ex cordis ſui, & illam hymnologiam, Te Deum laudamus, ab omnibus inibi congregatis præcepit.* Erat tunc ſenex decrepitus, & octogenarius, exſiliit tamen gaudio, vi iam defectus pietate ſufficiente, quaſi florente adhuc ætate ſacras extumul quias, eleuat, & infulatus cum lacrymis ſacra miſſarum ſolennia ſanctè p crebrò iam ante functus eodem in eleuandis Vrſulanis exuuijs officio: qui tr etiam corpora ſacræ ſodalitatis obtinuit, per varia Germaniæ monaſteria S. I nici diſtributa. Hiſtoriam S. Vrſulæ de eadem familia copioſè Vincentius B cenſis, Iacobus de Voragine, & S. Antoninus, iuxta traditionem Colonie perſequuntur: è quibus officij Romani veteres Vrſulanæ lectiones prodieru

CAPVT XXXV.

Petri Confluentini, & Jacobi Sprengeri è Dominicanâ famil Leonardi Capucini, cultus eximius S. Vrſulæ, & benefici per eam in vita morteq; impetrata.

PEtrus multa in viuis, plura in morte patrocinio Virginis Vrſulæ conſecut dona cœleſtia. Erat natione Germanus, domo Confluentinus, adlectus B in S. Dominici familiam poſt annum Dom. 1400. paucos in religione vixit a omnes tamen in ijs virtutis cumulatæ numeros expleuit. Eminebat in eo inſig des, ardens pietas, & rara innocentia, vt vultu moribuſque referret Angelum Deus vitæ ſanctitudinē teſtimonio miraculorū obſignauit. Præcipuo quodā ſ colebat Deiparā, atq; vt ipſe Virgo, Virginū Virgini magis placeret caſtitatis c diâ, eam tutelæ S. Vrſulæ, ſodaliumq; cōmiſit, certus non expugnādum tartari bus caſtrum virginitatis, cuius defenſio Deiparæ, Partheniæq; militiæ eſſet d data. Oppugnari ſæpiùs omnib. tartari copijs eius caſtimonia potuit; expugnar tuit nunq̄. Fuit cum flamma libidinis accenderetur ardētius: ille ad ſolita ſe eōu arma, & ante Chriſti è cruce pendentis imaginē ad terram affligit corpus, cont Dei genitricē inclamat, opem etiā à S. Vrſula ſupplex in præſenti diſcrimine tat. Adeſt repente cœlo ſperatū virginitatis præſidiū, ipſa Martyr Vrſula duxe citus virginei duabus ſtipata ſodalib. aduolat, cœleſti ſplēdore cōſpicua, ſolatu crymantē, animat trepidū, & amuleto diuino nō tantum inpræſens donat, dep procul carnis incētiuis; ſed ita etiā eo cōfirmat in poſterū, vt ad omnē inimici a tum paratus, cœleſti illo antidoto conſequentibus annis facili negotio depul

Succurrit tentato S. Vrſula.

quæu

...ets inuitamenta libidinis, neque enim forti Christi militi tam expediebat omni ...oris carere fomite vitiorum, quam ita cœlestibus amuletis armatum esse, vt eũ ...uis periculum fieret ab hostibus, victus non succumberet. Vitam tam castã ex- ...pi mors beatissima, luctamq; crebrã risus suauissimus: nam dum ad extrema de- ...ts oraret sedulò; & suas Diuas tutelares more suo inuocaret ardentius, risum ...cu dissimum ridere cœpit: mirari conscientiæ arbiter risum eo tempore, causam ...s quirere, cui renidenti vultu Petrus moribundus: *Ego non rideam? cui occurrit S.* ...*, cum vniuerso Virginum agmine, quæ animam meam iam educendam ist hoc carcere* ...*t & cælis inferet.* His dictis exspirauit placidissimè. *Leander Pius lib. 1. Ezouius.*

...æuus Petro Iacobus Sprengerus fuit: patria Basileensis, Theologiæ Doctor, ...annis Colonienſi cœnobio laudatè præfuit; ei Deipara videndam ibidem se ...t, monens, vt Colonienſi populo publicaret Sodalitatem rosarij, modum eius ...i, fructumq; concionibus suis explicaret. Paruit mandato cœlesti; cumq; sub ...75. in ara Deiparæ statuam solenniter erexisset, Imperator Fridericus tertius, ...muirorum præcipui cum Proceribus Imperij Maximo numero nomen in ...Sodaliũ retulerunt. Postea toti Prouinciæ præfectus est, & Argentinæ mul- ...ontulit ad Sodalitatis Vrsulanæ recens à Patribus Carthusianis erectę propa- ...nem, cui multa familiæ Dominicanæ monasteria virorum & virginum Ger- ...æ se aggregarunt. Maximam verò nauauit operam ad eius incrementum & ...aurationem Vrsula præfecta cœnobij monialium Dominicanarũ S. Nicolai in ...Argentinæ, in cuius templo Sprengerus tumulari voluit, cum an. 1494. San- ...mè decederet. Ei morbo laboranti dœmon horribili specie visus, nonnihil ex- ...rit languentem; sed inuocata Deipara præsentem tulit opem, subitoque SS. ...virgnum vndecim millium exercitus occurrens, morientem mirificè recreauit, & ...celestem patriam feliciter est comitatus. Ita M.S. Codex Colonienſis de eo ...est. Iacobo Sprengegero visa Deipara. Iterum in morte cũ SS. Virginibus.

...lem benestcium meruit Leonardus Capuccinus seculo superiore: Natus erat ...Augustæ patre hæretico & opulento: sub ipso iuuentutis flore visurus Italiam è Ger- ...mania Venetias appulerat, ibi diuino lumine collustratus, eiurauit hæresin, & fi- ...dem amplexus orthodoxam, mundo valere iussso Capuccinum induit. Pater re ...perta molestè tulit, & domesticos propinquosque cum equis & pecunijs ex- ...pedit, vt filium in patriam reducerent: Quæ res Leonardum magis in proposito ...confirmauit; vnde tribus in religione vixit annis, & mirum in modum in omni vir- ...tutum genere, ac præsertim in Beatissimæ Virginis, atque vndecim millium Virgi- ...num cultu, quem ab ipso vitæ melioris exordio summa sibi pietate statuit prose- ...quendum, cumprimis profecit. Quarto religionis anno in morbum incidit, quo ...grauata ipsius patientia, Sacramentisque summa pietate susceptis, cum circum- ...stante fratrum corona iam ad vitæ finem properaret, repente animo exhilaratus, ...adstantes his vocibus compellat: *Eia fratres date huic beatæ societati locum. Annon gloriosam Dei Virginem matrem cum turba Virginum appropinquantem cernitis?* Pro- ...tinusque hymnum Te Deum laudamus decantans, necdum illum expleuerat, cum Dei laudes adhuc in ore versans, candidissimum Deo spiritum red- didit, atque inter purissimos illos Virginum choros æthera conscendit. Tam securam & hilarem mor- tem cultus Vrsulanus præstat. *Annales PP. Capuc. tom. 1. An. 1548.* Leonardus Capuccinus. Cultor S. Vrsulæ. Eam videt moriens.

CAPVT XXXVI.

Ordinis Teresiani & Virginum Carthusiensium studia colendi Sanctas Virgines.

S. Teresia colit eximiè S. Vrsulam.

S. Teresa seculi superioris decus, præcipuo quodam honore S. Vrsulã prose batur, numerabatq; in ijs Patronis, à quib. eximia receperat beneficia, quo sionib. recreabatur: ideoq; singulari cuidã Diuorũ tutelariũ albo inscripserat, vitas voluebat assiduè, seriẽ in Breuiario circumferebat, festa etiam eximia rel ne peragebat, confectis de eorum laudibus quibusdã rythmis, quos cum Moni ad eorum honorem concinebat. Sanctæ Matris cultum imitati sunt filij filiæ propago sancta, nec in morte solatio caruerunt vel comitatu Vrsulano.

Tom. 1. Annal. Carm. Discalceat. Francisci à S. Maria li. 3. c. 18.

Ioannes à Regib. ita dictus, quod Epiphaniæ die Religionẽ inijt, professus eadẽ die recurrente cœlos subijt, circa A. 1576. letali correptus morbo dolores uissimos aliquot diebus incredibili tolerauit patientia, pridie verò mortis & Ep niæ, dum de rebus diuinis cum alio Religioso loqueretur, subito clamore eru has voces: *Benedictus Deus, recedite, recedite, date locum, vt intrent istæ Domina* mente sursum erecta, & amota à sensibus, per horam mansit vultu iucundissim

Ioannis à Regibus. visum in morte.

specioſissimo, nec dubium præsentib. erat, quin animus ægri cœlesti viso fruer nam licet exterius nihil oculis vsurparent, interiori tamen gaudio cœlicaq; sua lentia refici videbantur. Post horæ decursum ad se redijt, ac ratus adstantes i quod ipse, conspexisse, ait: *Nonne vos adspectus pulcherrimi, & nobilissimi exercit genti cumulauit latitia?* percõtantibus verò, de quonam exercitu loqueretur; resp dit, S. Vrsulam stipatam vndecim millibus Virg. miro splendore, ac decore gl sam sibi visam esse, ad mortem præparasse & ad æterna gaudia iam inuitasse,

Pellit dolores.

mium relatura cultui & amori, quo multis iam annis eas esset prosecutus. Ex totus à corpore dolor abcessit, nec vnquam redijt, sed continuis incedens l postridie placidè cum iubilo spiritum Creatori reddidit.

Animat Bartholomæum à Cruce.

Degebat in eodẽ Rupellensi cœnobio Prouinciæ Bæticæ, Bartholomæus à ce Ioanni familiarissimus: vterque sibi mutuo cum Superioris venia pietatis ex tates communicabat, inuicemque se ad virtutis cumulatæ studium prouocaba vt primum cognouit mortem piam sodalis amantissimi; sancta quadam inuidi mulatus conqueri dulciter cum S. Vrsula, Parthenioque collegio cœpit, quod eas pari cultu prosecutus esset, se neglecto in vita mortali socium ad immortal licitatem traduxissent. Continuauit autem deinceps solita pietatis studia, pro

Ad cultum S. Vrsulæ.

siore voluntate Deiparam & tot millia Virg. veneratus, vt similis sibi sors & ex obtingeret. Nec spe frustratus: eum optatissimum anno vertente obtinuit: nam 1577. extremo Iunio sanus præfectum cœnobij conuenit, sacra petijt vltima, bus ad supremam luctam muniretur, preces etiam sodalium flagitauit, affirmat

Prædicit mortem.

cens, intra 40. horas sibi moriendum esse. Obiurgauit Bartholomæum superior arrogantiæ redarguit, quod sanus horam & diem exitus sui auderet ante denun re. Correptionem hanc excepit ilico morbus pectoris, & crebra sanguinis eie cui cum lectum parassent, prouolutus ad genua superioris, vix tandẽ expressit l tiã imitandæ Christi paupertatis & humilitatis studio, in terra decumbendi. Si storea ceruicali impoſito quieuit, cumq; nonnulli metuerent, ne statim exspira metum abesse iussit, nec enim se ante mediã noctem, quæ præcurrit diẽ Visitat

Nocte Visitationis Deiparæ.

Deiparæ decessurum, causam rogatus à superiore tantæ asseuerationis, respon *Festum hoc ideo præcipua semper veneratione colui, quod tunc primum humana voce sa mater salutata: ideo multis ab hinc annis, ab eadem Sanctissima Virgine petij, die tali m di potestatem, quam ipsa mihi à filio clementer impetrauit, vnde dictis eius festiuitatu tutinis Laudibus emigrabo.* Postridie cum peruigilium ageretur Dei genitricis, p missa exhomologesi, sacra synaxi refectus est, & oleo sacro magno cum gaudio libutus. Instante iam Matutini Mariani cantãdi tempore, lætitia mirabiliter ge cœpit ob propinquum, & votis omnibus exoptatum exitum. Iam, inquiebat, at duplex Matutinum; alterum in cœlis, in choro alterum. Imminente verò prox

mor

gauit ſuperiorem; omnibus vt Religioſis liceret coram extremum vale dicere. Quo peracto rogatus de doloribus, maximos pati ſe teſtatus eſt, ſed præ gaudij magnitudine, quod iam iam Dei, Deiparæque cõſpectu fruiturus eſſet, nec perſentire quidem. Interrogatus num aliquid videret, ſubiecit, adſtare quidem malas ſed eas ſe flocci facere, ſublata ipſis nocendi poteſtate. Hic ſuperior in virtutem morientis præcepit, vt ſi quid aliud cõſpiceret, modo meliori, quo poſſet indicaret. Paulo poſt maximis lætitiæ ſignis editis, & ſublatis brachijs exclamauit: *Recedite, locum date*, cui, rogat ſuperior, *Sanctiſſimæ Virgini Mariæ*, ait, *& exercitui ſuo: quæſo mi Pater benedictionem largire: exſpectant me, vt deducant ad cœlum.* Quo dicto, ter verſiculum hunc ingeminauit: *In manus tuas Domine, commendo ſpiritum meum*; tum expanſis brachijs in eum, qui morientem excipere videbatur, eumq; ſecurus, hilariter exſpirauit: altera poſt medium noctis hora feſti Viſitationis, quam vixerat. Mirè præſentes affecit morientis huius ſpectaculum, integris ſenſibus, & oquela, vultus idem & cultor, niſi quod mortui decor viuentis ſpeciem ſuperare: locus is magna deinceps in veneratione fuit, quem Deipara cum vndecim millibus Virginum præſentia ſua conſecrarant. Solebat Bartholomæus, ſicut & Ioannes quotidie tricies & ter orationem dominicam cum Angelica ſalutatione ſanctæ Virginibus, præter alia pietatis officia, recitare, ſicque intra curriculum anni ſeſe ſingulas ſalutare.

Apparẽt ei SS. Virgines.

Modus colendi ipſas.

Eadem ſeruauit religionem Anna à S. Bartholomæo, comes indiuidua S. Teſeæ, de qua dicere ſolebat: *Ego famam, ſed Anna opera habet ſanctitatis*: huic tenellæ, dum adhuc volunt trienni, Chriſtus ſe videndum obtulit incredibili maieſtate, gloriæ conſpicuus, inde maximus amor Dei profluxit, & timor. Exinde conſcia fragilitatis humanæ, deteſtari cœpit omnem etiam minimam offenſam Numinis. Patronæ ſibi delegit ſeptennis vndecim millia Virginum, quibus animi corporiſque puritatem commendauit, vt earum ſuffragijs integra permaneret: Ideo ſacras earum imagines ſemper geſtabat ex collo, quotidie certis pietatis officijs eaſdem inuocauit, nec ad mortem vſque eam conſuetudinem intermiſit: ei acceptam retulit caſtitatem & innocentiam conſeruatam, eidem morienti Antuerpiæ A. 1626. 7 Iunij, feſto ex hac vita migranti cum alijs Sanctis, Vrſulanus occurrit Virginum exercitus præſidio puritatem illam conſeruarat.

Henriquez l. 1. c. 2. vitæ S. Annæ.

Anna à S. Bartholomæo.

Petit caſtitatẽ à SS. Virginib.

Adſunt morienti.

Eidem inſtituti Hippolyta à Chriſto Cæſarauguſtæ, in Hiſpania floruit omnium virtutum ornamentis, præcipuè S. Sodalitatis Vrſulanæ veneratione, quã anniuerſario recurrente feſto ſingulari pietate præmiſſis varijs ſpiritualibus exercitationibus & præparationibus augebat. Enituit ea religio ſub vitæ finẽ: nam 15. ipſos dies celebrem Martyris Vrſulæ, commẽtationibus aſceticis animum exercuit, auxit eo tempore vigilias, auxit ieiunia. Ratam habere Deus hanc eius pietatem eſt, vix enim è ſacro ſeceſſu redijt, quando morbo correpta, variarũ virtutum, quibus patientiæ raris editis documentis, & ſacris omnibus ad ſupremum agonẽ munita, feliciter ex hac miſera vita migrauit ad beatiorem, illis iuncta in cœlis, quas in terris eximia coluerat veneratione. Ob argumenti ſimilitudinem addam quæ ſimile Carthuſienſibus Monialibus, S. Brunonis profeſſis in Belgio regulã, & mi cultui SS. Virginum deditis, quod Arnoldus Raiſius de ijs refert: collocat eas in pago Goſnapſenſi, non procul ab oppido Bethunienſi in Arteſia, centum earum venerantur: in his quædam ad miraculum Sanctæ.

Michael de Nuza. li. 4. vitæ M. Iſabellæ à S. Dominico. cap. 10.

Cultꝰ anniuerſarius S. Vrſulæ.

Carthuſienſes Virgines.

Raiſius in Originibus Belgicarũ Carthuſiarum.

Memoratu dignum eſt, ait, *quod de aſſociatione Virginum iſtarum legitur; cum enim ſoror, & viſitata ſit admodum aſſociatio domorum in ordine Carthuſienſi, qua domus quæ-vis annuus eiuſdem Prouinciæ ſocietatem inter ſe ineunt, communionemq; ſuffragiorum inter ſe dant, & accipiunt: paucæ verò domus ſint congeneres huic domui, cum quibus aſſociationem inire poſſint: vndecim millium Virginum Sodalium ambiunt: & verò participes earum promeruerunt. Nam & ab immemorabili tempore earum cultui ſe addixerunt, & ſuffragijs earum ſæpe ſæpius, deprehenderunt enim earum ſuffragia mirum in modum, ac frequenter in negotijs ſuis ſibi profuiſſe, in illa præſertim terribili cunctis mortalibus hora mortis, quã nonnullæ tam laicæ, quam aliæ, iam iam à corpore receſſuræ, cum gaudio, & magnis gratulatio-*

Societatẽ ineunt cũ S. Vrſula.

Adest morientib. Cum Sodalibus.

tulationibus visa sunt in occursum earum properare, ac subinde clamare. Recedite, recedite, date locum introeuntibus; benè veniant Dominæ: *Et ne quis putaret esse ex vel morbi difficilioris indigestos enthusiasmos; ipsæ subintroeuntes cateruæ cœlitum, vt pedibus ingrederentur, strepitum & plausum edere sæpius auditæ sunt. Vnius tamen o præcipuè huius rei fidem facit, Priorissæ videlicet Margaretæ de Alouaniæ, quæ cum in ex latiore D. Vrsulæ, sacra leto proxima decumberet, eadem hora, qua decessit, vidit soror G ta spiritum eius in locum editiorem, qui domui adspectabilis est, deduci.*

Et Symphonia.

Eodemq; mom symphonia & chorus ibidē audit us est, sicut lætantiū millium in vnum: persuasissimum fuit, è cœtu vndecim millium Virginum chorum illum exstitisse. Hæc Raissius. Quam tiosa in conspectu Domini mors eorum, qui viui Partheniam Sodalitatem vene tur? Fiant nouissima nostra eorum similia: colamus in vita sacras Virgines, nec ferent morituros.

CAPVT XXXVII.

Petri Fabri pietas erga S. Vrsulam, cuius deprecatione obtin Hermanni Archiepiscopi Colonienſis Lutherani exautorationem.

Faber in aurea camerâ cognoscit abdita. *In vita S. Ignatij li. 3. cap. 11.*

SOcietas IESV A. 1540. Sedis Apostolicæ beneficio confirmata, eodem anno spit per Petrum Fabrum Germaniam excolere, in colloquio Wormatiensi, nit Coloniam Faber An. 1543. iactis anno præcedente à socijs duobus eò missis legij fundamentis: ibi cum degeret: nihil prius habuit, quam vt Diuos vrbis tut res piè veneraretur, præsertim S. Vrsulam: coram cuius sacris reliquijs, dum sac cat, cœlestes prænotiones sensit: *In templo*, ait, Rabadeneira *S. Vrsulæ locum sac (quem verissimè auream cameram vocant) beatissimarum Virginum ossibus, atque ex referti ssimum, ac cœlestem quendam odorem spirantem, humi abiectus, diu, multumq; v rabatur, vbi inter sacrificandum, sicut alias sæpè, illustres diuinis de rebus cognitiones a pit.* Sed quomodo Virginum SS. patrocinio religionem ibidem stabilierit, paulo tius repetamus.

Coloniam cur venerit.

Nutabat ea tempestate Coloniæ fides orthodoxa, periclita capite nimium Lutheranis studioso; ea de causa Coloniam Aschaffenburgo vo tus erat Faber. Accurrit, & quod ex nuncio audierat, re ipsa comperit, valde im brico versari rem Catholicam, pessimo loco res eius Ecclesiæ esse, in qua ipsen Pastor, & antistes Hermannus hisce veteratorijs hæreticorum artibus, seu pet cioſis Catholicorum assentationibus, prauè cœperat sentire de religione, cumq esset nemo, qui se tanto Præsuli opponeret, vnus inuentus est Faber, qui placa prius hostijs, precibusque Deo, Archiepiscopum conueniret, & peramicè libere sui admoneret erroris, tantumque profecit modestissimis suis, pleniſque sapien

Monet Archiepiscopum officij.

monitis, vt de Pastoris fide, doctrinaque meliora sperari sint cœpta. Veruntam cautioribus consilijs vtendum ratus (nam in suspicionem venerat, ne malorum st pes, quæ nondum satis videbantur euulsæ, se abeunte renascerentur.) Nuntiu Romani Pontificis de Colonienſis Ecclesiæ statu, quo acrius ille vigilias ager commonefecit. Is erat Ioannes Poggius, postea S. R. E. renunciatus Cardinal qui de eius Ecclesiæ rebus edoctus, & præsens periculum perhorrescens, nullo m do passus est loco moueri Fabrum. Igitur licet à Moguntino Archiepræsule Fab cuocaretur: obsecutus tamen Nuncio, resedit Coloniæ, ad accerrimam & perp tuam eius Ecclesiæ custodiam: vt per eum propemodum steterit, ne multo fœdi illius Cathedræ, splendor, & nobilissimum Germaniæ membrum ab impurissim Lutheri schola, tam luctuoso tempore scinderetur. Sed dum in hanc incumbit cu ram, literæ ab Ignatio perferuntur, vt inde in Lusitaniam tenderet, comitatum Regis Lusitaniæ filiam, quæ Philippo Hispaniarum Principi desponsa erat. Ab Louanium Faber, vbi non sine diuino consilio morbo detinetur, donec à Legat Pontificio Poggio Pontifex edoctus voluit, reiecta in aliud tempus profection

Lusita-

ratica, redire Coloniam, ad eius fulciendas prohibendasque ruinas, cuius iam rmauerat fidem vacillantem. Nam Hermannus Archiepiscopus post Fabri essim, diuturnæ dissimulationis impatiens, Lutheri spiritu totus afflatus, aduo- è Germania superiore Bucerum, Melanthonem, Pistorium, Sarcerium, & gens portenta alia, nequissimæque illius sectæ ductores, quorum pestilentissi- cilijs, haustum prius ipse venenum tota sua diœcesi longè lateque diffundi piè nebat. Faber cum perturbata videret omnia, & iam propè ad desperatio- ducta, quod reliquum fuit cauendum Catholico populo, intactæque ab ciuitati putauit; Nondum enim illi veteratores admiscere pestem illam pas- ribus ausi erant. Hic Faber suæ neruos industriæ vigiliasque vel morte propo- fert omnes, plurimis locis plurimas conciones habet, Religiosa passim cœ- dit, & suis restituta legibus ad arma interiora sumenda cõtra nouos anima- prædones, diaboliquè satellites concitauit, dedit & acres epistolas, Bruxellam Cæsaris ad Colonienses Ecclesiæ Archidiaconum Ioannem Gropperum, Gropellianum postea Cardinalem, vt seriò Cæsarem admonerent, eique Eccle- Colonienses causam cõmendarent: vt per Cæsaris iussa Bucerus, & Melanthon, que turbarum Principes, qui specioso reformationis vocabulo nõ modo iam mente; verum etiam ipso vrgente Pastore cuncta turbarent, confestim è Co- nibus finibus pellerentur. Interim dum edictum exspectat Cæsaris, ipse sæpè geditur cum fidei hostibus, Buceri, & Melanthonis manifestissimis rationibus nuncit insanias: vt nec hiscere auderent contra: sed humanis diuina iungebat ria, S. Vrsulæ vndecim millium Virginum cineribus ossibusque decoram au- eam Cameram adit: *Hic*, ait, Orlandinus, *mente & corpore stratus humi, multo cum im- re lacrymarum in conspectu Dei animam suam effundebat, causamq; religionis tanto com- nenabat intentius, quanto vehementius laborabat: hic sacris operabatur assiduè, hic rerum ituarum notitias plurimas, & magnas accipiebat, quibus quo mens eius acrior, & vegetior uadebat indies, eo pericula cuncta robustius, & peruersorum hominum calumnias cõtemne- bat. Ipse pauperculus & humillimus, peregrinus, ac hospes, terrori erat robustissimis & superbissimis aduersarijs.* Ex hoc Vrsulano sacrario vires, & spiritus hauriebat, ad defendendum causam religionis, & sanguinem, si opus pro eadem profunden- dum quibus tot millibus Virginibus patrocinantibus tandem Fabri discipulus Pe- trus Canisius gloriosè de pseudoepiscopo triumphauit: Cum enim Hermannus il- lum se fidei hostem spreta Cæsaris & Pontificis auctoritate profiteretur, & o- mnia; sed frustrà adniteretur societatem IESV Colonia exturbare, quæ nefarijs eius machinationibus potissimum resistebat, Clerus & vniuersitas ipsum oratorem legauit ad Leodiensem Episcopum, indeque ad Carolum Cæsarem, vt afflictis & inclinatis Coloniensium rebus subueniret. Cessit ex animi sententia legatio; quid- quid Agrippinensibus petijt Canisius, obtinuit: vnde factum, vt subinde deiectus è gregis custodia Hermannus lupus, locum cederet digniori Adolpho Schavven- burgo, spoliatus à Romano Pontifice, suffragante etiam Cæsare amplissima digni- tate. Idem Faber sat gnarus, quantum talium Patronorum studio nitendum, Colo- nia egressurus Patres societatis IESV, quos ibi reliquit, ardenter hortatus est: *vt tuteres cælestes implorare condiscerent; eos præsertim, quorum corpora Coloniæ solum ter- amque cohonestarent, tres inquam Sanctos Magos, & vndena Virginum millia, societatemq; S. Gereonis, huius Ecclesiæ decora & patrocinia, quo- rum nixi tutela, rem Ecclesiæ cum animarum causa coniunctam constanter gererent, ardua non refugerent, nec aduersa- riorum ora refor- midarent.*

Is Hæresiarchas Coloniam euocat.

Armat se Faber cõtra hostes.

Disputat cum eis.

S. Vrsulæ & sodaliũ implorat patrocinium.

Canisius legatur ad Cæsarem.

Commendat socijs cultũ Patronorũ Faber.

CA-

CAPVT XXXVIII.

Petri Canisij, & S. Ignatij cultus S. Vrsulæ; eius precibus & Virginum reliquijs Collegium Lauretanum spectris liberatur.

PEtrus Canisius vna cum Laurentio Surio, Coloniæ in Veteri montis gym Philosophiæ curriculũ emensus erat, quo Carthusiã ingresso, motus ipse Fabri sanctitate vitæ, ad societatem ineundam adiecit animum. Voti eum compotem effecit, mente præsagus, eum aliquando eximium nouæ vineæ rem euasurum, quod spondebat studium acerrimum Canisij propagandæ fid cõtra Nouatores asserendæ. Accedebat ad hanc incensam eius voluntatẽ vita gularis integritas, interiores literę, nec vulgaris eloquẽtia: vt morũ similitudo videretur, Fabrum & Canisiũ, vno spiritu colliquasse. Didicerat à Fabro tiro C docilis cultũ S. Vrsulæ: itaq; cum Coloniæ magno & Ciuium, & Illustriũ Virg bono in Capitolio verba faceret, & inde à S. Ignatio vocaretur aliò: virgines se gratas præberẽt Ignatio, quod norant ei in orbe cunctis thesauris, acceptiu crania Sodalitatis S. Vrsulæ baiulo Petro Canisio Romã transmiserunt. Non vel donum S. Patri nostro carius accidere, vel officiũ Canisio pro suo in S. Vr affectu iucundius: qui tamen ea cum Romam magno Ignatij gaudio detulisse tinuit per ciues Mediolanenses, ad quos missus erat, vt ea bona S. Ignatij veni gnifico, sicut alibi dictum est apparatu, transferrentur in Siciliam, vbi Canisi ctore mirificè cultus Vrsulanus est propagatus, vt dixi libro superiore. Hinc lic iam S. Ignatij affectum ad honorandas SS. Virginum exuuias æstimare, quod eo concepta fuerit aliorum opinio, nihil optabilius ei in vitâ accidere, nullun gratius offerri donum posse, quam Sancto um ossium. Quamuis ea semper n fuerit, vt si daretur occasio cultum similem in alios transferendi; quo latius m ret, haud grauatè spoliaret se ista tenera ad sacrorum lipsanorum præsentiamp tate; Hoc consilio Lauretum ad societatis nostræ domum spectris infestam: & stros eis obarmandos contra lemurũ terriculamenta destinauit euentu felic Virgines Sacræ in societatẽ miraculi S. Ignatium vocarent: res altiùs est repete

Oliuerius Manaræus à Fabro Louanij in Societatem adlectus, Romæ sic se bauit Ignatio, vt cum Lauretani Collegij Rectorem nominarit. Incumbebat i tus in cultum Lauretanæ Virginis propagandum, votis pijs annuit succesſu f Deus, plurimis peregrinis peracta exhomologesi ad frugem reuocatis. Inuidit mon, iactura dolens, furensque, varijs cœpit modis tranquillitatem collegij per bare, Dei permissu, quo precum Ignatij vis, & Vrsulanarum reliquiarum efficac magis vulgaretur. Offerebat se quorundã adspectib⁹, vt eos ab institutis abduc cõmutabat personas, & alios palã, & apertè, alios ex insidijs, & cuniculis appete cuius in reliquis plurimis hoc sit exemplo. Flander erat, nuper in societatẽ adsc seorsimq; ab alijs, vt mos est, se in orationis exercitatione continens, huic dœr per licentiam solitudinis, spectandum Aethiopis specie viridi in veste se præb hortans verbis iucunditati se daret, remitteret animos, & ab ea vitæ seueritate cederet, reuocabat in mentem anteactæ vitæ commoda, ponebat ante oculos p sentis incommoda, truculentos hominum vultus, & ora tristia, quibuscum vi dum, & continenter agendum esset. At ille cum hortatorem suum intellecta fr de cõstanter repulit, Aethiops repulsam indignè ferens, & ore fœtido teterrim odorẽ inhalans, quoniã meum, inquit, consiliũ abijcis, hæ sint tuæ deliciæ, volup tesque, cuius odoris intolerabilis fœditas, toto dispersa cubiculo, aulaq; proxim diẽ proximũ tenuit. Porrò de nocte per licentiã tenebrarũ, quarum rectores pe bentur, tetri illi genij in omnem effusi petulantiam insidiabantur somno Sanct nocturnisq; turbis ac fragoribus inter pellabant nonnullorũ præcipuè quietẽ, qu erat virtus maximè nota, vt sursũ, deorsũ miscere omnia, & cunctã dom⁹ supelle lẽ viderentur euertere, audiebãtur interdũ sup cubicula turbulẽtis errare vestig

& filium

Canisius admittitur in Soc. Iesu.

Crania duo Vrsulana Romã defert.

S. Ignatius ea mittit in Siciliã.

Pietas eius discreta erga SS. reliquias.

Dæmonis terriculamenta.

Apparet Aethiopis specie.

Nocturnę intemperiæ.

felis imitando murmura perſtrepere: nonnunquam tranſilire catulorum more lectulos, & greſſu horrifico cubantibus inſidere, aut ſtragula de cubili detrahere; interdum etiam orantibus geniculatim ſcabellum de repente ſubducere, atq; alijs huiuſmodi leuibus ludibrijs, Quibus lemurum dœmonumue terriculamentis, ne vani quotidie timores accederent, dabat operam Rector, nè paſſim per Collegium res vulgaretur; ad ne ipſi quidem Rectori ægrotanti nequam pepercêre: nam cum ille Fratribus, qui laceſſebantur, edixiſſet, vt ſi quis ei noctu moleſtiam incuteret, adiuratum nomine ad ſe mitteret, idque ab alijs cum factum eſſet, dœmon ad decumbentis Rectoris cubiculum acceſſit tum, cum ſuperiorum noctium vigilijs feſſus ſopori dederat, pulſatoque ſemel atque iterum oſtio iuſſus ingredi cunctabatur; quod animaduertus Rector, ſuſpicatuſque id, quod erat. Aperi, inquit, in nomine Domini, & quod B. Antonio ijſdem hoſtibus dictum legimus, audacter iuſſit, & ipſe omnem ſe peteſtatem, quam Deus permitteret exercere: Tum ille tanto impetu irruit, vt oſtium & feneſtras recluſit, vt putaretur eas funditus confregiſſe. Nec ſe-dentaxat in Patrem procax ſpiritus nequam fuit; ſed redijt iterum, cum is iacentem in lecto, præcipitiſque lapſu vaporarium irruit, vt obſteperet quieſcenti. Nec moleſtiam hic finis, vigilabat Rector ad multam noctem in bibliotheca, quæ in ambulacri latere ſita erat, cum in extrema parte Collegij quendā, quaſi terræ motum audiit. Egreſſus in ambulacrū, & ſpatijs aliquot factis, animaduertit motū illum ſtrepitum ad ſe propius accedere, qui cum è cœnaculo videretur exiſtere, ſigno crucis edito, eò vertit intrepidus. Hic cum fragor ſemper intenderet, & magis, ac magis appropinquaret, & etiam proximus fieret, tandē canis ater apparuit, tremefecit pedum nixu, & vaſta mole corporis terræ ſolum, qui minacibus oculis Rectori occurrens, vt in eum irrueret, ſubitò crucis obiectu repulſus, eo intentato prętimenda voce ſemel, iterum & ſæpius allatrans, adeò tamen profunda, atque conclita voce, vt intra vas quoddam obſcurè reſonans latratus illi fundi videntur.

Hanc à Collegio peſtem vt auerteret Oliuericus, de Ignatij ſententia (ad quem tum ea de re ſcripſerat) vſitatis exorciſmorum rationibus inſtrumentiſque vſus, cum nihil mitiores modeſtioreſque ſpiritus proterui redderentur, iterum per literas ad Ignatium, communi conſenſu Patrum, cum quibus rem communicarat, confugit, Vrſulanæ reliquias ex vndecim millibus Virginum, Fratribus, quos ſpiritus infeſtare tradidit, Ignatius re cognita Deum attentè precatus, ſecundis eos literis ad certæ liberationis erexit, pollicitus ſe pro eis diuinæ maieſtati ſupplicem fore. Quibus in conuentu conſciorum Patrum recitatis, iuſſit ceteros Rector bono eſſe animo; & ſpem in B. Patris precibus reponere. Earum vis precum, iuuante SS. Virginum patrocinio, conſecuta protinus epiſtolam eſt; namque ex eo tempore ſilentium dœmonibus impoſitum eſt, fugata ſpectra, ſua Collegio quies eſt reddita.

Vrſulanæ reliquiæ adhibentur Et oratio S Ignatij.

Pelluntur dœmones.

555.

Suſpicor à S. Ignatio Româ tranſmiſſas eas reliquias, eiuſque conſilio primis horis inſinuato, ſocijs diſtributas, & fortè licet terriculamenta à ſocijs; non tamen à domo abſtinuerunt; donec Ignatij preces acceſsêre. Nam tam ſacris reliquijs Vrſulanis quam S. Ignatij viuentis precibus ea mali tribuitur curatio: quaſi in ſocietatem miraculi ſacræ Virgines etiam S. Ignatium voluerint adſciſcere, qui tantus earum honoris vbique per ſe, & per ſocios in Europa, & India fuit propagator, vnde & ſæpè alios etiam ſacræ Virgines ad S. Ignatij cultum exſtimularunt, vel ad eius ſocietatem inuitarunt, vt ex ſequentibus apparebit.

CA-

CAPVT XXXVIIII.

Sanctæ Virgines honorem S. Ignatij vicißim promouent.

AN.D.1611. Toloſę vidua degebat,quæ filiũ habebat in Societate noſtrâ,a nubilem,ea cum matre in conductitia domo viuebat,cuius pretium cum percula,vnde ſolueret,nõ haberet,mœroris immodico,& cogitationũ variarũ cœpit agitari;vt inopiã ferret iniquius,quam deceret Chriſtianã: nõ fugit tan veteratorem occaſio prædæ;ei proinde nocte dieq; ſæpiùs adſtat,&oblatis vlt cunijs,pro ære alieno diſſoluendo,victimã orco mercari contendit,illa pię filia nitu exitiale lucrum auerſari;ſalutiferæ crucis ſigno frontem,&pectus obarma cereã agni effigiẽ à ſacerdote noſtro acceptã importuno mercatori opponere. ille à minis conuerſus ad iram, malis modis accipere bonã feminam,quę etiã præ doloris an timoris magnitudine muliebriter vociferaretur:etiamne,inquit codœmon eiulas?enimuerò tu mihi acerbiores pœnas dares, niſi me conſecra cera imago,natuſq; tuus religioni iuratus arceret: aufer ſis hãc, & abijce ſuſpe è collo ceram,cape aurum hoc,meum iam mancipiũ,quando fruſtra te verſas, nolis mea es. Aduolat ad noſtros filia,& matri auxiliũ quærit,iubetur lecto affi imaginem S. Ignatij affigit:nihilo tamen tranquilliorem miſeræ matris eam noctem horrida in brachijs verberum veſtigia oſtenderunt: refixerat quippe c dœmon è lectulo imaginem,quæ poſtridie diu multumq; quæſita nuſq; compa quietem tandem habere cœpit ab infeſto tortore vidua, poſtquã totius vitæ n in templo noſtro ſacerdoti explicauit:cui gaudio ne quid deeſſet,triduo, quã peregerat poſt,ei duæ Virgines,quas è S. Vrſulæ ſodalitate eſſe credebat, effig Ignatij retulerunt: *Ecce tibi* inquiunt *ſublatã iconem,ſed caue in poſterum,ne quando torpentem,& non occupatam reperiat hominum hoſtis*:ita Annuæ ſocietatis dicti an

Virgines Vrſulanæ effigiem S. Ignatij referunt. *Annuæ Societ. f.* 220. *An.*1611.

Luculentius teſtimonium eſt,quod A. ſeculari 1600. contigit. Maceratæ m erat nupta viro primario,quæ vſque adeò graui morbo laborabat,vt eius iam fa deſperata à medicis,vnum illi perfugium Deus relictus videretur. Ergo mittitu ſacrarum Virginum D. Catharinę cœnobium,vt ab ijs diuini numinis auxilium ploretur. Illæ non modo vigilijs,ac precationibus continuo ſeſe dedunt, verùm iam vota cuncta pro ægrotante ſumma animi demiſſione concipiunt: Denique c turnis precibus lacrimiſque profuſis Virgo,quæ ceteris præerat,vigilando feſſa,l ſomno corripitur;quo tempore ſibi viſa eſt S. Catharina,& S. Vrſula, quæ virgi lem pudorem martyrij laurea cumulârant,bono ſe eſſe animo iubentes, eam en feminam,cui ſanitatem precarẽtur,à Deo S. Ignatij Soc. IESV parentis precib. m valetudini reſtituendã. Ergo experrecta religioſa ad ægrotã miſit, qui ea, quæ ſe dum quietẽ viderat,ei renunciaret,illa verò magna propterea ſpe valetudinis rec perandæ cõcepta,B. Ignatio ſupplex vota facit, neque ita multo poſt idem omni viſum ei obijcitur dormienti. Porro verũ fuiſſe vtriuſq; viſum,breui recuperata m tronæ valetudo declarauit; itaq; pia mulier votis perſolutis Deo gratias egit, qui

S. Vrſula ſuadet inuocationẽ S. Ignatij.

An.1600. Annuæ fol.36.

mirabilis in Sanctis ſuis,ita Annuę Prouincię Romanę. Vult nimirum Deus interc certorum Sanctorum deprecatione certa hominibus largiri beneficia,cuius rei e teri cœlitum,amant eſſe adminiſtri, qui de honore Beatis alijs exhibito non ſecu ac ſuo gaudent,cum omnis ijs abſit inuidię labes,& ſumma vigeat inter eos anim rum conſenſio,cunctique aliorum,vt proprijs delectentur bonis.

Permultos etiã cultores ſuos ſacræ Virgines occultiore quodã afflatu ad Soc. Iesu ingrediendã permouerunt: quos inter referri poteſt Chriſtian. Dalmerius,qui du in aureo Virginũ ſacrario ſupplex intendit precibus,rapi ſe ſenſit in ſocietatẽ Ieſ nec deſtitit ante, quam voti compos in eam admitteretur: In qua quo ad vix pro ſua in Sanct. Vrſulam propenſiſſima religione, nunquam ſatis potuit eiu beneficij magnitudinem exaggerare. Summus deinde euaſit diuini verbi præco

Vocatio ad religioſam vitam. Annuæ in Col. Audomarenſi 1614.

vt 40.

nnos è celeberrimis pulpitis dixerit, eo ſpiritu, quo non afflatus, niſi diuini-
quod incredibili fructu vehementes animorum commotiones teſtari perpetuò
uerant, vixit annis quatuor ſeptuagenario maior; cui multa ſenecta, immo-
e longioris vitæ labores, tametſi acerbos artuum dolores, aliaque incommo-
pauca, nec leuia ipſi arceſſiuerant, ſanctæ hilariatis iucundo ſenſu, & fructu
men nunquam defraudarunt; quod vnum erat inter multa innocentis ani-
mediocre argumentum. Laudatiſſimam porro vitam honeſtiſſima clauſit
S. Vrſulæ cultor eximius, vt in vitâ, ſic morte, quæ hoc illi iucundior accidit,
lior, quod ipſo eiuſdem Virginis Vrſulæ natali Deus ipſum excorporis erga-
ad cœleſtes epulas euocauit, quo eodem ferè beneficio cum Deus etiam Ca-
Belgam ſimilem Vrſulanæ Sodalitatis cultorem impertierit, Audomaro
Dlmerius Anno 1614. deceſſit, in Indiam nauigemus.

CAPVT XXXX.

In India Caſpar Barzæus Belga venerationem S. Vrſulæ feliciter prouehit.

Vrus Faber ſex Coloniâ Sodalitatis Vrſulanæ crania detulerat in Luſitaniam; quædam Regibus donarat, alia noſtrorum ſolatio reliquerat, qui plurimis eo regno abundant talibus reliquijs, nec ſine prodigijs. Conſtat Olyſſipone ebrietem accepto & piè deoſculato cranio ſanitati reſtitutum. Caſpar Barzæus eum reliquijs eandem pietatem inuexit in Indiam, & mirificè per Orientem propagauit. Portabat ſocius eius Gomius caput vnum Virginis, duobus prodijs ornari nobilitatum, quæ fuit occaſio Sodalitatis Vrſulanæ inſtituendæ, tam nobis & fructuoſæ, vt autor vitæ Caſparis dicat: *Si omnia quæcunque fecit Caſpar ad proximi ſalutem propè innumera inter ſe comparentur, non ſatis ſcio, an quidquam ſimile huic poſſit reperiri.* Vnde operæ pretium iudico, viri tanti geſta parumper inſpicere, quo poſſit aliquis facilius huius operis Vrſulani magnitudinem arbitrari. Fuit Caſpar natione Belga è milite ſeculi Ieſu militiam amplexus; quinque tantum annis in India ſeptem in Societate laborauit, eo ardore animi, vt poſt S. Xauerium nemo de India melius videatur meruiſſe. *Vir ſanè*, ait, Orlandinus *Apoſtolicus, datus à Deo in ſalutem multorum, quos exiguo illo ſuo Indicæ peregrinationis curriculo lucratus eſt Chriſto, laborioſus ad miraculum.* Percrebuerat conſtans multorum opinio de eo, vix viros decem ufficere poſſe laboribus, quos ille vnus in cauſa animarum obibat, dicebatur & vnum addidiſſe, nunquam cuiquam ſiue ad corpus ſpectaret, ſiue ad animum, quod poſſet, ſubſidium denegandi: adeò nihil ſui reſeruarat ſibi, ſed totum Deo, promiſque tradiderat, & tamẽ adhuc aſperiora appetebat, Iaponios, Sinas, Æthiopes, Abyſſinos, Scythas, gentes omnes, vbi ſpes aliqua blandiretur fructus & æ-rumnarum, animo erat complexus. Et ſanè quidquid infracto animo, & contra omni aduerſa occurrentia imperterritus aggrediebatur, Goæ, Armutiæ, alijſque in locis ſemper diuino fauore peragebat feliciter. Multas reliquit in India, quæ hodie ab ipſo inchoatæ exſtant pietatis exercitationes; ſed nulla fuit ad immortalitatem ouis & fructum animarum nobilior ea, quam in ſanctarum Vrſulanarum Virginum honorem aggreſſus eſt. Nouerat exemplo Fabri, & monitis, quanti referat, tot nobiles precatrices Diuas tutelares adſciſcere, hunc in Luſitania ſpiritum hauſerat, & exemplo Fabri tales propitias haberet Patronas, ad res grauiſſimas in Dei honorem ſuſcipiendas, ſodalitium nouum Goæ ad honorem S. Vrſulæ pridem animo volebat: ſed Armutiana miſſio pium deſiderium interturbauit, non etiam deturbauit: Cùm ergo Goam tandem Anno 1552. redijſſet, ſua iterum deſideria continebat, quod Iaponiam tum cogitaret; ſed vbi viſum eſt Domino ad honorem ſuũ Goæ retinere, tantopere promouendum, ac in eo loco ſtatuere, vbi ſua deſideria

Annuæ Ann. 1596.

Caſpar è milite Religioſus. to. 1. Societ.

Vir Apoſtolicus.

Zelus incredibilis.

Palmarium eius opus Vrſulana Sodalitas.

non tantum proponere posset; sed etiam exsequi; nec sibi, nec vrbi, nec Virgini fuit, atque diu seipsum Deumque consulens, rem aggressus initio paruam; sed subitò tantùm excreuit, vt breui tempore reliqua sodalitia eius generis ve India, vel fortasse toto orbe Christiano vicerit. Nescio quid possit ad cultus V ni augmentum factum vnquam, affirmari nobilius, siue sodalitij autorem sanctissimum considerem, siue sodalium adscriptorum, vt postea patebit, di tem, multitudinem, feruorem; siue fructuum vbertatem. Hæc enim Goam reformauit, & toto subinde Oriente dissipata, ita S. Vrsulæ solennitatem cel uit, vt inter festa Indiarum maxima, Vrsulanum numeretur: putetque vitæ Nicolaus Trigaultius toto penè orbe peragrato oculatus rei testis, omnia sod.

Quæ omnes orbis Sodalitates vtilitate superauit.

quæ exstant superare. *Fuit*, ait idem autor, *illud sodalitium non tantum Virgini h ficum; sed etiam longe magis proficuum ciuitati. Cum autem iam hunc & suo & a consilio conceptum fœtum, in lucem vellet edere, consulto de Virginis laudibus, dec consilio verba fecit, & statuit toto biduo ante Apostolorum festum diem reliquias illas crum pignus detegere, populoq; ad spectandum proponere. Auditus est Caspar, vt sempe bat, secundis suæ concionis auribus; sed effectus omnium etiam Casparis opinionem supe toto illo biduo diuinis iuxta nocturnisq; horis non modo nunquam defuit, qui spectare etiam admirabilis concursus fuit: vulgo creditum est, 12. vt minimum mortalium milli fluxisse, summorum iuxta ac infimorum.* Abrumpo telam, infra cum de sodalitijs: iucundius, & orexi maiore retexturus, vbi etiam beneficam in eum S. Vrsul stendam, quæ hunc circa festiuitatem suam ad cœlos euocauit. Vnum Colon moneo, si ad capitis vnius præsentiam nocturnas diurnis horis biduo precan Virgini colendæ Indi tribuerunt, quid ijs agendum erit, qui tanto thesauro tar piosè ditati sunt, qui eo sanguinis flumine tam abundanter irrigantur? Adh geat quot hebdomadis vel semel saltem sanctarum tot millia capita corpor visitare, quẽdo ab vnius adspectu capitis & supplici veneratione nec noctibus e Indi potuerunt auocari? Primum hoc fuit nominis & celebritatis alicuius so tium à Societate IESV vnquam institutum, fructu vberrimum: vt Deus iam voluerit nascẽti Societati tot Diuas conciliare, quarum suffragijs ei maxima t eret beneficia, gradumque pararet ad cultum & Sodalitates Deiparæ cunctis cis, vbi Societas degit, summo cum fructu omnis ætatis erigendas.

CAPVT XXXXI.

Leonardus Kesselius, & alij Socij Colonienses, cultores S. Vrsulæ Studiosi.

SI Colonienſem Societatem IESV dixero in S. Vrsulæ Sacrario natam, altan eius cultu mirificè propagatam, ac contra innumeros aduersarios diuinitus tectam, minùs existimo me dixisse, quàm rei veritas exigat: non enim Colleg Colonienſe munifici alicuius antistitis, Principumve virorum auxilijs initio luit, non magno ciuium desiderio, & voluntate constitutum est, vt ferè cetera cietatis domicilia nata legimus; sed peculiari numinis prouidentia, & Diuorum ius vrbis tutelarium peropportuno beneficio donatum, priuatorum liberalitat stipe ferè corrogata 50 steterit annos, & eo quidem tempore feliciter est in vmbi Germaniæ natum, cum ipsa non tantum corruere veneno tabida videretur; sed stem etiam illam vicinis afflaret regionibus, tunc enim Agrippinæ Collegium choatum, innumeros subito ex vno Gymnasio viros doctissimos, inprimis verbi uini precones disertissimos profudit, qui imperio nutanti præsentem adferrent m dicinam, & vicinas diœceses, submissis idoneis operarijs, ab infectione liber rent.

Faber igitur cum Anno 1544. Colonia abiturus, nec vnquam rediturus Le nardum

dum Kesselium, Socjs Coloniensibus prefecisset, *licet eo tempore,* (ait Orlandi-) *ab siue studiorum rationibus, siue sanctitati domesticæ, tam perditis Coloniæ rebus loca* *opportuna offerebantur, affirmabat tamen, interiori quadam animi permotione com-* *, saluo se officio non posse subsidia illa, quæ Deus mitteret, quæque spem optatæ* *sis offerrent, inde dimittere. Optabat autem ijs in locis non modo exiguas illas de So-* *opias, quæ remanserant: sed Societatem ipsam penè adesse dimidiam, quæ præ-* *gemitibus, lacrymisq; perennibus diuinas leniret iras, & placaret illi nationi; nec* *ratus est: Hoc quippe iacto semine haud ita multo post & erecta & confirmata,* *iacebat in Germania religio, & plurimis ea in locis propagata est.* Hæc quo- ub tutela & patrocinio S. Vrsulæ contigerint, breuiter indicabo. Monue- Faber nostros cultus Vrsulani, præsertim cùm abituriret: Exinde P. Kes- D. Vrsulæ Sacrario sacris operabatur: Ibi confessiones excipiebat, cum Societas careret Oratorio: Ingens verò fiebat ad eum in ea Basilica concur- hominum, quibus petentibus SS. Eucharistiæ Sacramentum administrabat, sa Ecclesia, vel Sacrario eiusdem, aut Deiparæ Sacello, quod post sugge- dhæret parieti: aderant Kesselio diuina præsidia; nam homo quem ma- gnius occupatum exercebat, cùm apud Patrem ritè noxas expiasset, con- um à se excussit; nec enim sedem ibi figere dæmon diutius poterat, vbi conciliationis Sacramenta iure omni domicilij fuerat exturbatus.

Orland. l. 4. n. 105.

Mirum Fabri iudicium de Sanctitate soli Coloniensis.

Anno 1552. solenniter Societas festum suum primarium Circumcisionis Do- celebrauit, & mane quidem in aureo Sacrario sacris operante Kesselio, vo- riosa nuncuparunt tirones quinque; à prandio in aula domestica duabus ho- ad cœtum Academicum P. Hezius Latinè perorauit. Cœpit eodem anno Kes- n Vrsulana Basilica verba ad populum de superiore loco facere, ea multitu- onfluentium, vt angustijs amplissimi templi populus excluderetur. Idem rdus Anno 1553. die S. Chrysostomo sacro in aureo Sacello sacris operante Ionne Reppelmont (quem S. Ignatij vice ad id delegerat) primus omnium iæ Deo solennem edidit professionem. Habitabat Societas eo tempore in- Vrsulæ septa; nam cum eò dimigrâssent Anno 1550. tam diu substitêre, donec 1557. D. Virginis Purificatæ festo, bonis auspicijs, in trium coronarum Gym- demigrarunt, primam Societatis stabilem sedem Coloniensem.

Accidit verò dum intra ea septa Kesselius habitaret, quiddam admirabile, quo superstes Ignatius illam Societatis Vrsulanam commorationem inusitato io nobilitauit. Incesserat P. Kesselio ingens Ignatij videndi, & Romæ allo- cupiditas; iam desiderium suum scriptis cum Ignatio literis communicarat, sed Ignatius, qui probè norat, quam eo tempore Colonia Kesselij præsentiâ indige- escripsit ad postulata, vt expedire Collegio non putaret, si qua Rector il- scederet: & hanc esse Dei siue prouidentiam, siue gratiam, vt absque tam itineris molestia inter se possent videre; quieuit tunc quidem Leonardus. Colonia Vbiorum plus nongenta passuum millia Româ: Ecce vigilanti, ac nti Beatus illi se Ignatius improuiso stitit Coloniæ, atque aliquamdiu com- us, repentè ex oculis rursus decessit. Affecit hoc spectaculum haud leuissi- udijs Parrem Leonardum, cuius desiderio tanto S. Ignatius satisfecisset: a- iam studium ipsius, ad rem Christianam Coloniæ, indefesso labore, multis s, magna licet obtestantium inuidia, perurgendam. Ita cum primi Societa- tres non alio, quam S. Vrsulæ sacrario, vel Basilica pro Oratorio vterentur; n eo vota nuncuparent, corporique Societatis vnirentur, rectè Societatis Collegium natum dicitur in Diuæ huius Sacrario, fotum, altum, & propa- n: & eodem cultu vigere & florere, atque ad eam magnitudinem tot de- atricibus à tenuissimis initijs, ope diuina prouehi: demumque in agro Vrsula- otum à fundamentis, cum templo, scholisque opere sumtuoso ædificatum, ineis istis reliquijs ditatum, non cessat cultum eum exemplo, verbo, calamo- propagare. Non dubito, quin hic longè illustriora sint hactenus ab alijs

S. Ignatius viuens apparet Coloniæ Kesselio.

Bidermannus in vita S. Ign. mirac. 184.

ſacris Religioſorum familijs ad cultum Vrſulanum promouendum factitata: tamen ea licet literis ſæpè petierim, nondum obtinere potui, curis ſecundis reſe bo: & ſic cultores abrumpo: modos deinceps colendi S. Vrſulam eiuſque ſoda tem fuſiùs enarraturus.

CAPVT XLII.

Primus modus colendi magno cum fructu S. Vrſulam eſ ſacrum Miſſæ officium, & quale de SS. Virginibus Coloniæ earum, & S. Cordulæ feſto recitetur.

DE templo vel memoria SS. Virginibus ſtatim poſt earum martyrium exc feſto natali Virginum, & ſacris anniuerſarijs eo die ſolenniter celebrat ctum eſt initio libri; fructus eius cultus leuiter hic eſt inſinuandus. Pergratum e Virgines ſanctæ habent, cum diuiniſſimum Deo ſacrificium eorum feſto die coram ipſarum reliquijs, vel ad honorem earum immolatur. Expertus emolun tum illius S. Cunibertus, cum ad aram (cuius rudera & veſtigia ſuperant) in S. ſulæ templo factitaret, indicio columbæ didicit tumulum Virginis Vrſulæ: B. Hermannus Steinfeldienſis ibidem diuinam litans hoſtiam, caput alicuius V nis, quod nullis ante precibus valuit obtinere, cœleſti extorſit munere, certa prænotione didicit, id vltro à loci antiſtita ſtatim offerendum; nomen etiam V ni Gertrudis eſſe cœlitus accepit. De Petro Fabro dictum eſt, quos Spiritus & mos eo loci dum in ſacrario verè aureo faceret, hauſerit, vt ſe murum poneret domo Dei, adeo vt dimidiam optarit Societatem, ibidem precibus & ſacrificijs care, quo Deus pro ſalute Germaniæ facilius placaretur, quando diuinas aures faciles & propitias omni tempore experiebatur. Variæ ſunt paſſim Vrſulanæ ſod tates, vt poſtea patebit, inchoatæ, in Cracouienſi ſolenne eſt ſodalibus, quot die Dominicis in æde D. Vrſulæ ſacra, Miſſæ de vndecim millibus Virginum reci ſolitæ adeſſe, in alijs Germanicis vſitatum fuit, vt quemadmodum ſacris non ini ti Roſarium Vrſulanum dicere conſuerunt, ita ſacerdotes vndecies ad aram factitarent. Ipſum verò ſacrum miſſæ officium, à Colonienſibus re- ceptum, videri cum eius expoſitione poteſt in Schultingij Bibl. Eccleſiaſtica.

to. 1. p. 2. ad 21. Octob.

OFF

FICIVM MISSÆ DE S. VRSVLA, pro vt in Ecclesia 21. Octobris Coloniæ Agrippinæ quotannis celebratur.

Introitus. Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes in honore sanctorum Virginum, de quarum passione gaudent Angeli, & collaudant filium Dei.

Psalmus. Exsultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio.

Collecta. Deus qui tibi dignè sacratis Virginibus mirandi agonis robur indidisti, ut per martyrij palmam ad supernæ contemplationis pertingerent gloriam: da quæsumus earum nos intercessionibus adiuuari, quas hodierno die transcenso mortis stadio in cœlestibus fecisti triumphare. Per Dominum.

Epistola. De Virginibus præceptum.

Graduale. Timete Dominum omnes sancti eius; quoniam nihil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. Alleluia. ℣. Adducentur Regi Virgines post eam, proximæ eius adferentur tibi in lætitia.

Sequentia.

Virginalis turma sexus
Iesu Christi quæ connexus
Donis sentis gratiæ.

Flos candoris tui rubet
Cruciari dum te iubet
Fortor iudicitiæ.

Britannorum insulæ
Rector pater Vrsulæ
Dioetus claruit.

Hanc Conanus Virginem
Propter pulchritudinem
Sponsam thori voluit.

Proprios mittit, & precatur;
Minis terret, si spernatur,
Sibi poscens Vrsulam.

Pater eius iam baptismi
Fontem totus, paganismi
Prorsus vitat copulam.

Interim Vrsula
Christi discipula
Docta per somnium.

Statuit nuptias
Petens inducias
Trimestus spacium.

Vtæ dotis coniugij
Reginæ votis habiles
Dato sumtu nauigij
Cœuæ dantur nobiles.

Vndecima demum millia
Sponsæ transmittit Virginum.
Ducunt naues per maria
Curam spernentes hominum.

Aura flante lenius
Discedunt à litore,
Huc illucq; sæpius
Plano ludunt æquore.

Hic manus feminea
Rexit dante Domino
Naues, quas Basilea
Breui vidit termino.

Relictis nauibus ordinant acies,
Ventis & æstibus exponunt facies
Et Romam adeunt.

Per monasteria fundentes lacrymas,
Trahunt suspiria,

Commendant animas Sanctis, & redeunt,
Quam in portu reliquerunt.
Classem simul inuenerunt.
Magnum flumen & amœnum
Nauigantes intrant Rhenum
Per Dei clementiam.

Hinc ad locum passionis
Ducit eas Dux agonis,
Florem suæ iuuentutis
Paruipendunt spe salutis,
Euntes Coloniam.

O fœlix Colonia,
Iuxta cuius mœnia
Barbarorum rabies,

Enſes,tela,frameas,
Cultros in virgineas
Cruentauit acies.
Turmæcœli ſponſas Regi,
Adduxerunt quæ ſteterunt
Ante Regem gloriæ,
Palmafretæ victoriæ.
Speciali has Angelica
Diuina ditauit gratia
Hæ ſponſæ nouæ cantica
Voce pangunt melliflua.
Felicia ſunt Virginum
Connubia tot millium,
Agnumq; ſine macula
Duce ſequuntur Vrſula.
Quarum orationibus
Fælices cum fælicibus
Pace fruamur ſedula
Per ſeculorum ſecula.

Euangelium. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus.

Offertorium. Adferentur Regi virgines, proximæ eius adferentur tibi in lætit & exſultatione, adducentur in templum Regi Domino.

Secreta. Votiua Domine dona myſtici libaminis pro ſanctarum virginum tua veneratione maieſtati tuæ oblata noſtra expurgent facinora; & purificatos t myſterijs exſequendis nos reddant acceptos. Per Dominum noſtrum.

Communio. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum l padibus, media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obu Chriſto Domino.

Complenda. Cœleſtis Domine alimoniæ refecti Sacramento, quæſumus, vt in cedentibus ſanctis Virginibus ac Martyribus tuis, quæ pro earum celebramus ria, ad noſtræ ſalutis proficiant incrementa. Per Dominum noſtrum.

OFFICIVM MISSÆ DE S. CORDVL pro vt in eadem Eccleſia peragitur.

INtroitus. Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum & non confun bar, & meditabar in mandatis tuis quæ dilexi nimis. *Pſalmus.* Beati immacula via, qui ambulant in lege Domini.

Collecta. Indulgentiam nobis Beata Cordula Virgo & martyr imploret, quæ grata exſtitit, & merito caſtitatis & tuæ profeſſione virtutis. Per Dominum noſt

Epiſtola. Dominus mihi adſtitit.

Graduale. Specie tua & pulchritudine tua, intende proſperè procede & regn ℣. Propter veritatem & manſuetudinem, & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter d xtera tua. Alleluia. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus æternum.

Euangelium. Simile eſt regnum cœlorum theſauro.

Offertorium. Adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ eius adferentur tib

Secreta. Hoſtias tibi Domine Beatæ Virginis ac Martyris tuæ Cordulæ dicat meritis benignus aſſume: & ad perpetuum nobis tribue peruenire ſubſidium. P Dominum noſtrum.

Communio. Diffuſa eſt gratia labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æt num.

Complenda. Hæc nos Domine gratia tua quæſumus ſemper exerceat, vt & di nis inſtauret corda noſtra myſterijs: & ſanctæ virginis ac Martyris tuæ Cordulæ commemoratione lætificet. Per Dominum noſtrum.

CA

CAPVT XXXXIII.

Quale officium dicendum ex Constitutione Pontificia vbi reliquiæ Vrsulanæ sunt, & quale olim ac deinceps legendum sit in diœcesi Coloniensi.

Religiosum est omniũ sententia Deũ laudare, ei pro acceptis beneficijs referre gratias; & quædam etiam extra sacrificium ab ipso postulare. Posse id statis sui horis fieri testantur Acta Apostolorum, vbi *orabant Apostoli ad horam orationis sonam*. Posse à communitate easdem fundi ad Deum orationes, quo iunctis votis reddantur ad obtinendum magis efficaces, euincunt Acta Ap. c. 1. vbi *erant perseuerantes vnanimiter in oratione*. Huius energiam orationis laudat S. Chrysostomus. *Quid hac oratione potentius? domi quidem orari potest: sic autem vt in Ecclesia orari non potest, vbi tanta Patrum multitudo; vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur; non ita à Domino per te solus orans exaudiris, vt cum Fratribus: hic enim maius est aliquid, puta vnanimitas & consonantia, caritatisq; vinculum, & Sacerdotum orationes.* Ad hanc animorum & orationum coniunctionẽ hortatur Apostolus Ephes. 5. *Implemini Spiritu S. loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantãtes, & psallentes in cordibus vestris Domino gratias agentes, semper pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi, Deo, & Patri.*

Act. 3. Statis horis rectè laudatur Deus.

Act. 1. A cõmunitate.

S. Chrysost. ho. 74. ad populum.

Ephes. 5. Canticis.

Antiquissimum hũc Christi fidelium morem antelucanum indicat Plinius, dum ad Traianum circa An. Domini 110. scribit in hanc sententiam. *Præter obstinationem non sacrificandi, nihil aliud de sacris eorum se reperisse, quam cœtus antelucanos ad canendum Christo, & Deo, & ad confœderandam disciplinam.* ita Tertul. Clarissimè omnium temporis sui consuetudinem describit S. Basilius. *Quid iam obtinuerunt ritus omnibus Ecclesijs Dei concordes sunt, & consoni. De nocte sequitur populus consurgens; antelucano tempore domum orationis petit: & in labore tribulatione, ac lachrymis indesinentibus facta ad Deum confessione tandem ab oratione surgentes ad psalmodiam instituuntur; & nunc quidem in duas partes diuisi, alternis præcinentibus psallunt.* Schultingius in Bibliotheca sua autor est S. Hieronymum primum ante omnes iussu Damasi diuinum officium stata methodo, & ordine digessisse; hymnos Gelasium adiecisse; omnia tamen Gregorium M. consummasse.

Tert. in Apol. c. 2.

S. Basilius ep. 43. apol. ad clerum Neocæsar.

Alternis choris.

Vt ad Sanctas Virgines veniamus, officium eorum diuinum ita præscribit Gauantus commentario in Rubricas Breuiarij. *In Missali Vaticano volumine 3808. officium solenne totum in Breuiario Anno 1550. Pius V. commemoratione instituit.* Indicat olim ritu duplici vbique terrarum in Romano officio festum S. Vrsulæ celebratũ, cuius Anno 1550. exstarẽt propriæ de ea lectiones, quas libro vndecimo c. 30. testimonio 12. recitabo: Quia tamen ob festorum nimiam multiplicationem Concilium Tridentinum correctionem Breuiarij suæ Sanctitati demandarat: Pius V. tantum cõmemorationem S. Vrsulæ indixit. id nihil derogare Sanctorum gloriæ, ostẽdã libi. Decretũ tamen est, vt loco citato Gauantus docet. *Si adsit alicuius ex his Virginibus caput, aut insignis reliquia, & nomen ignoretur; fiat de ea officium ritu duplici, sumta oratione de communi in singulari, tacito illius nomine (quod fit in Calixto & alijs) & fiat commemoratio S. Hilarionis, & S. Vrsulæ ac Sociarum, nisi aliud à maioribus concedatur, aut legitimè præscribatur.*

Officium diuinum Vrsulanũ.

Gauantus ad 21. Oct.

Si quæras, an si primaria diœcesis Ecclesia similes reliquias possederit, possit de Virginibus in tota diœcesi, vel de Virgine illa officium recitari: Ego tibi tantum Eminentissimi Cardinalis Caraffæ decretum propono pro diœcesi Neapolitana, qui librum de Sanctis edidit, quorum dies festos Neapoli voluit celebrari: ibi de S. Vrsula 21. Octobr. ita loquitur. *In Ecclesiam sanctissimæ Annuntiatæ delatum est è diruta Cathedrali Lerinensi caput, & ossa aliquot S. Vrsulæ, quæ ibi olim condita, vetus inscriptio*

illic reperta teſtabatur: merito proinde in Eccleſia quidem ſanctiſſimæ Annunciatæ d officio: in alijs verò per totam diœceſin Eccleſijs ſemiduplici S. Vrſula, ſociæq; eius ſunt b brandæ. Quamuis in hoc ſtandum deciſioni Cardinalium ſacrorum rituum. Ita in Indijs accidit, quarum cum præcipuæ quas habent, ſint Vrſulanæ reliquiæ, tantum ritu duplici; ſed ſolenniter etiam, id feſtum celebratur, hominesque p à laboribus feriantur, vt cum Europæis de honore S. Vrſulæ non certare tan ſed & eos ſuperare videantur. Addo duplex officium, primum quidem vetu mum eſt, & multis iam ſæculis fuit in diœceſi Colonienſi vſurpatum, in quo ctiones ex antiquiſſima Hiſtoria quæ apud Surium exſtat. deſumuntur.

DE S. VRSVLA, VIRGINE ET Martyre.

Officium Eccleſiaſticum pro vt in eius Eccleſia fieri ſolebat, ante poſtremam Breuiarij correctionem.

AD primas Veſperas. Antiphona. Pangamus Deo noſtro gloriam, qui ſanctis e dit talem virginibus victoriam, vt carnis calcarent deſideria, & peruenir ad regna cœleſtia. *Pſalmus* 112. *Laudate pueri.*

Antiphona. Rogamus vos Virgines beatæ, vt nos precibus veſtris ſacroſanctis giter commendare dignemini Chriſto Domino. *Pſalmus* 111. *Laudate Dominum nes gentes.*

Antiphona. Adſit nobis Virginum ſanctarum benigna precatio, quæ nos à c ctis defendat aduerſis, & in Chriſti confortet ſeruitio. *Pſalmus* 145. *Lauda an mea Dominum.*

Antiphona. Deus qui es corona Virginum, nos adiuua per merita earum, vt te giente & ipſis intercedentibus ab omnibus malis defendi mereamur nunc & perpetuum. *Pſalmus* 146. *Laudate Dominum quoniam bonus.*

Antiphona. Venerandæ eſtis ſanctæ Virgines, quæ carnis deſiderijs reſtitiſtis in Ieſu Chriſti ſeruitio permanſiſtis, ipſum rogate vt nobis indignis propitius eſſe gnetur in hoc ſeculo atque in futuro. *Pſalmus* 147. *Lauda Ieruſalem Dominum.*

Hymnus.

IEſu Chriſte,
Patris vnigenite,
Natus ipſe Virginis,
Amator caſtitatis.
Te inſpirante,
Mentes tibi deuotæ,
Annos ſexum ſuperant,
Viriliterq; decertant.
Inter ſtupenda,
Quæ facis miracula,
Magnum dat ſpectaculum,
Triumphus fœminarum.
Quæ ſplendida,
Caſtitatis lilia,
Vt ſic magis luceant,
Fuſo ſanguine purpurant.
Inter quas ſancta,
Cum ſocijs Vrſula,
Vt roſa in Iericho,
Floret coram Domino.
Hæc limina
Petens Apoſtolica,
Conduxit à pueritia,
Vndena ſecum millia.
Illuc inſtructæ,
Sacræ ſedis à præſule,
Agrippinam redeunt,
Ibiq; martyrizatæ ſunt.
Ergo lauda
Deum, ſancta Colonia,
Qui te tam ſublimibus
Decorat pignoribus.
Laus, gloria,
Et honor & victima
Patri & Filio
Spirituiq; ſancto. Amen.

℣. Exul

Exsultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.

A Magnificat. Antiphna. De numero prudentum Virgines beatæ, sponsum vepro nobis Christum interpellate, vt ad amoris sui desiderium excitet dormior nostrum, ne nos, quod intercessio vestra prohibeat, ad ianuam vestræ recens velut fatuas nesciat.

Hymnus.

Laude cœlestis curia
Quæ Virginum tot millia,
Casta suscepisti,
Regum coniunxisti.
Cius ingressa thalamum,
Per amorem purpureum,
Et castitatis lilia,
Ferunt, serenant omnia.
Laude Regina Virginum,
Tibi dulcem exercitum,
Tu transmisit filius,
Cui il matre suauius.
Et ante thronum gloriæ,
Te exsultant filiæ,
Hymnizantes, iubilantes,
Contemplantes, adorantes.
Inebriantur suauitate,
Contemplata maiestate,
Totæ ardent in amore,
Summo laudant cum dulcore.
O Ierusalem filiæ,
Cum cantico lætitiæ,
Dilecto citharizantes,
Conseruate laudantes.
Laus, honor sponso Virginum
Nunc & per omne seculum,
Qui nos sanctorum meritis
Cœli coniungat gaudijs. Amen.

Ad Nunc dimittis, Antiphona. Benedicamus ergo. *vt infra in laudibus.*

Cetera omnia in Matutinis aliisque horis prorsus eadem sunt, cum illis, quæ in nouo cor- & Anno Domini, 1618. impresso Colonienſi Breuiario continentur, extra le- Tres primi & secundi nocturni, quæ legebantur ex Historia, quam ad 21. Octob. Lau- rentius Surius habet, cuius initium est. Regnante Domino nostro Iesu Christo. Ex qua in Ec- cles. S. Vrsulæ per octauam quotidie tres Lectiones cantantur, cum vno huius officij noctur- nostrima videlicet die, Nocturnus primus; Secunda die secundus; Tertia die tertius. Quarta die ursum primus, & sic consequenter. Similiter ad Laudes canitur tantum vna Antipho- na, rima die prima; secunda die secunda. &c.

IN BREVIARIO MAGNO COLONIENSIS Ecclesiæ, quod Anno Domini 1521. Lutetiæ impressum est, habetur ad primas vesperas sequens

Hymnus.

Laude sancta Colonia,
Deuotè laudans Dominum,
Ci per vndena millia,
Sublimauit Virginum.
Quas Vrsula de finibus,
Anglorum & Britanniæ,
Tus adduxit mœnibus,
Forent salus Patriæ.
In Basilea nauibus relictis,
Mam adeunt,
Fusis ad sanctos precibus,
Coloniam post redeunt.
Vbi telis & gladijs,
Sub rabie barbarica
Multisq; pœnis alijs,
Regna mercantur cœlica.
Trinitati sit gloria
Pro sacratis Virginibus,
Quæ nos ad cœli gaudia
Suis adducant precibus. Amen.

Sub nota siue cantu. Fit porta Christi peruia.

EX

EX BREVIARIO COLONIEN
iussu Archiepisc. correctum & typis vulgandu

Officium in festo Sanctarum Vrsulæ & Sociarum Virginum Martyrum duplex, primæ classis cum Octaua.

AD Vesperas. Antiph. Pangamus Deo nostro gloriam cum reliquis de dibus. *Psalm. Dixit Dominus.* cum reliquis de Dominica & loco vlt. *date Dominum omnes gentes.*

Capitulum 1. ad Corinth. &c. De Virginibus præceptum Domini habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, v fidelis. ℟. Deo gratias.

Hymnus.

Rex Christe sponse Virginum,
Regina Martyr Vrsula,
Vndena dote sanguinis
Tibi sacrauit millia.
Hæc pergis inter lilia
Cinctus coronis Virginum
Sponsus decorus gloria
Sponsisq; reddens præmia.
Quocunq; tendis Virgines,
Seguntur atque laudibus,
Post te canentes curritant,
Hymnosq; dulces personant.
Te deprecamur supplices,
Nostris vt addas sensibus,
Nescire prorsus omnia,
Corruptionis vulnera.
Virtus, honor, laus gloria,
Deo Patri, cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In seculorum secula, Amen.

℣. Adducentur Regi Virgines post eam. ℟. Proximæ eius adferentur t

Ad Magnificat. Antiph. De numero prudentum Virgines beatæ, spon vestrum pro nobis Christum interpellate, vt ad amoris sui desiderium excitet o mitans cor nostrum, ne nos quod intercessio vestra prohibeat, ad ianuam vestræ ceptionis, velut fatuas nesciat.

Oratio. Deus qui dignè sacratis tibi Virginibus mirandi agonis robur ind sti: quò per martyrij palmam ad supernæ contemplationis pertingerent gloria da quæsumus earum intercessionibus adiuuari, quas hodierna die transcenso m tis stadio in cœlestibus fecisti triumphare. Per Dominum, *&c.*

Ad Matutinum Inuitatorium: Regem regum Dominum venite adorem Quia ipse est corona Sanctarum Virginum, *Psalmus.* Venite exultemus.

Hymnus ad Matutinum.

Virginis proles, opifexq; matris,
Virgo quem gessit, peperitq; Virgo,
Vrsulæ partos canimus triumphos,
Atque Sodales.
Martyr hæc palmæ triplicis beata
Sorte, dum gestit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cruentum
Corde tyrannum.
Vnde nec mortem, nec amica mortis
Mille pœnarum genera expauescens,
Sanguine, vndenis sociata, vicit
Millibus orcum.
Huius oratu Deus alme nobis
Debitas pœnas scelerum remitte;
Vt tibi puro resonemus almum
Pectore carmen.
Sit decus Patri, genitaq; Proli,
Et tibi compar vtriusq; virtus,
Spiritus semper Deus vnus omni
Temporis æuo. Amen.

Ad Matutinum.

In primo Nocturno. Antiph. Insignes sponsæ Christi à puerilibus annis pu dicitiam Deo amabilem fideliter seruauerunt. *Psalmus.* Beatus vir. 1.

Antiph. Ipsæ verò integritatem pueritiæ Domino Deo suo consecrarunt. *Psalm* Quare fremuerunt. *&c.*

Antiph. Quarum mentium inhabitator est Christus, qui consolationis solatium contra tribulationem illis semper ingerit. *Psalmus.* Domine quid. *&c.*

℣. Lætamini in Domino & exsultate iustæ. ℟. Et gloriamini omnes rectæ corde.

Lætus.

ectiones primi Nocturni. De Virginibus præceptum Domini non habeo; *vt in*
ni Virginum.

℟. *Primum*; Feliciter virgines vincunt mundum: Quæ poſt victoriam vinci
prunt. ℣. Beatæ de prælio redeunt, quæ hoſtem victrices moriendo deuin-
Quæ poſt victoriam vinci non norunt.

℟. *Secundum.* Has Virgines fidei & corporis commendat integritas: Has
nceritas & meritorum exaltat ſublimitas. ℣. Nomen ergo ſempiternum da-
Deus, quod non peribit. *Has vitæ, &c.*

℟. *Tertium.* Innumerabilis Virginum chorus, ſpreta liberorum propagine;
um, qui eſt in cœlis, perenni mente, actu & habitu amplexari maluit. ℣. Ecce
tem mundum mentis deſpectu calcando. *Sponſum.* Gloria Patri. *Sponſum.*

In ſecundo Nocturno. Antiph. Sacratiſſima Virginitas Deo diſponente, in ſuo
vſque ad ſanguinis effuſionem permanſit. *Pſalm. Domine quis habitabit. 14.*

Antiph. Igitur dum nimis hanc dilexit, nec ſupplicia, nec gaudium tyranni fu-
expauit. *Pſalm. 15. Conſerua.*

Antiph. Vna etenim fides ſanctas Dei in paſſione exercuit, & diuerſo genere
rorum reddidit cœlo victrices. *Pſalm. 23. Domini eſt terra.* ℣. Iuſtæ autem in
tuum viuent. ℟. Et apud Dominum eſt merces earum.

Lectio Quarta. Vrſulam Virginem Britannia genuit parentibus Regibus &
hristianis, à quibus ab ipſa infantia, legibus Euangelicis inſtituta, breui ad ſancti-
atis picem conſcendit, vt adhuc tenera Deo Virginitatem conſecrarit. Sed cum
ius ulcheritudinis & perfectæ virtutis fama Rex gentilis permotus, eam filio ſuo,
regni heredi coniugem poſceret: parentem metu fluctuantem & anxium, diuini-
us monita, bono iubet eſſe animo, regijsque poſtulatis acquieſcere, tali lege coniu-
gij conſtituta, vt ad virginitatis exercitationē, ſibi Virginibus vndecim millibus adſi-
gnatis, triennij darentur induciæ, ſponſus interim fidei Chriſtianæ præceptis in-
formatus, genitali fonte baptiſmatis abluereturr. Annuit pijs Vrſulæ votis ſponſi pa-
ter, & exercitum Virgineum vtriuſque regni ſtudijs & opibus collectum ei tranſ-
mi ſi, Deo conatus eorum ſecundante.

℟. Simile eſt regnum cœlorum decem Virginibus, quæ accipientes lampa-
des ſuas: Exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ. ℣. Prudentes Vitgines acceperunt o-
leum in vaſis ſuis cum lampadibus. *Exierunt.*

Lectio quinta. Voti cōpos Vrſula, tot millia puellarū ad Chriſti fidē, caſtitatis amo-
rem & martyrij lauream præparauit, & triennio nondum euoluto, cum conſcenſa
claſſe, pijs exercitationibus in mari pro more ſuo Virgines nauarent operam, immiſ-
ſo celitus vento, nauibus per mare delatis in oſtia Rheni, proſpera velificatione
Coloniam Agrippinam peruenerunt. Vbi cum Vrſula commilitonibus ſuis, nocte
proxima ſibi datum oraculum de martyrij corona toti ſocietati ibidem loci poſt
rectum ex Vrbe Romana promiſsâ fideliter expoſuiſſet, actis Deo gratijs, in eam v-
nanimes coeunt ſententiam, vt decurſa peregrinatione Romana cœlitus imperata,
ad conſtitutum certaminis locum quam citiſſimè reuerterentur.

℟. Quinque prudentes Virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampa-
dibus. Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam Chri-
ſto Domino. (*Media.*

℣. Tunc ſurrexerunt omnes Virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas.

Lectio ſexta. Vnde Baſileæ relictis nauibus, itinere pedeſtri Romam contende-
runt: ibi locis ſacris viſitatis, ſe Deo, Sanctisque commendarunt, magno facto è
Clero Romano, Præſulibus Italiæ, & alijs fidelibus, Societatis incremento, ac con-
cenſis iterum Baſileæ nauibus, Moguntiam tenuerunt. Sponſus verò diuinitus
monitus, cum Virginibus ibidem occurriſſet, & ſolenniter cum multis ſocijs bapti-
zatus eſſet, Coloniam verſus omnes martyrij cupidi, tunc ab Hunnis obſeſſam na-
ctarunt. A quibus trucidatis ob Chriſti fidem immaniter omnibus, tandē Vrſula,
quod Chriſto datam fidem ſeruans, oblatum impij tyranni coniugium reſpueret,
ictu ſagittæ tranſuerberata, eādem virginitatis & martyrij diuinitus promiſſam co-

ronam

ronam obtinuit. Hunnis verò subito pauore diffugientibus populus Colonien
cra Martyrum corpora studiosè collecta piè & honorificè in locis, Virgine
guine purpuratis sepeliuit, ædificata desuper Ecclesia, quam exustam Clen
postea restaurauit, cui delatus is honor est, vt nullum exinde cadauer hum
illic tumularinr. Ibidem S. Cunibertus Episcopus dum sacrificaret, indicio col
sepulcrum & corpus Vrsulæ Martyris meruit inuenire.

℟. Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obui
Tunc surrexerunt prudentes Virgines: Et ornatis lampadibus suis, intrau
cum eo ad nuptias. ℣. Fatuæ autem non sumserunt oleum secum: prudent
rò acceperunt oleum in vasis suis. *&c.* Gloria Patri, *&c.*

In tertio Nocturno. Antiph. Hæ sunt, quæ non nubent, neque nubentur
sunt sicut Angeli Dei in cælo. *Psalmus. Exsultate iusti.*

Antiph. Ideò laudabilis virginitas, quia & in Martyribus reperitur, 8
Martyres facit. *Psalm. Benedicam Dominum.*

Antiph. Merito mirantur, quæ Angelis comparantur, & Angelorum D
no copulantur. *Psalm.* Deus noster refugium.

℣. Iustarum animæ in manu Dei sunt. ℟. Et non tanget illas torme
malitiæ.

Homil. in Euangel. Simile est regnum cœlorum decem Virginibus. *vt in
mni Virginum.*

℟. *Septimum.* Audiui vocem de cœlo dicentem: venite omnes Virgin
pientissimæ: oleum recondite in vasis vestris, dum sponsus aduenerit. ℣. M
autem nocte clamor factus est: vigilate Virgines, ecce sponsus aduenit. *oleum.*

℟. *Octauum.* Adducentur Regi Virgines Domino post eam, proximæ
adferentur tibi: In lætitia & exsultatione. ℣. Adducentur in templum Regi
mino. Gloria Patri, *&c.* *In lætitia.*

Te Deum laudamus. Hymn. SS. Amb. & Augustini.

Ad laudes. Antiph. Pangamus Deo nostro gloriam, qui Sanctis dedit tr
Virginibus victoriam, vt carnis calcarent desideria, & peruenirent ad regna c
stia. *Dominus regnauit.*

Antiph. In choro Sanctorum iugiter diuinæ laudis resonat iubilatio, vbi l
datur Deus Deorum in Sion. Inter quos vndena Virginum millia, sequente
gnum sine macula, laudant illum gaudentes cœlesti laude per secula, allel. *Ps
99. Iubilate Deo.*

Antiph. Quæ diuino nutu è Britannia Romam profectæ, pro Christi nom
hic fudere cruorem: quia nunquam in persecutione potuerunt ab eius conu
confessione. *Psalm. 62. Deus Deus meus.*

Antiph. Benedicamus ergò Deum cœlorum cum omni creatura, qui tam p
tioso locum istum decorauit Martyrio. *Psalmus. Benedicite omnia opera.*

Antiph. Istæ sunt prudentes Virgines, quæ accepto oleo in vasis suis, cum la
padibus, exierunt obuiam sponso & sponsæ, quo veniente intrauerunt cum eo
ratæ ad nuptias. *Psalm. 148. Laudate Dominum de cœlis.*

Capitulum. De Virginibus præceptum. *vt in Vesperis.*

℣. Adducentur Regi Virgines post eam. ℟. Proximæ eius aderentur tib

Ad Benedictus. Antiph. O beata Virginum corpora, quæ Christi confess
ne prostrata, solo iacent hic sepulta: quarum animæ æterna cum illo regnant in
ctoria, quas cœli regio cum Angelis regnaturas excepit.

Oratio. Deus qui dignè: *vt supra in Vesperis.*

Ad primam & reliquas Horas, Hymn. Rex Christe sponse Virginum; *sec
dum ordinem versuum. Antiph. De laudibus, quarta pratermissa; & Capitulum cum
tione de laudibus.*

In secundis Vesperis. Antiph. Ad Magnificat. O Sanctæ Virgines Deo am
biles per coronam gloriæ & palmam, quam habetis victoriæ, pro nobis benign
orate Dominum, vt facat nos omnia mala vitare, & suo in famulatu perdurare.

Hymn.

Hymn. Capitulum & Oratio, vt in primis Vesperis.

Vers. Adducentur Regi Virgines post eam. *Resp.* Proximæ eius adferen-

Collecta.

Omnipotens Deus, qui per glorioſa bella certaminis, immortalitatis trium-
martyribus contuliſti: da cordibus noſtris dignam pro eorum commemora-
ætitiam, vt quorum corpora hîc pro amore complectimur, eorum precibus
iuuemur.

SANCTÆ CORDVLÆ VIRGINIS ET MARTYRIS OFFICIVM.

Oratio. Deus, qui nos beatæ Cordulæ Virginis & Martyris tuæ patrocinio
ritius; præſta quæſumus, vt eius ſemper præſidijs ſuffulti, & à laqueis omnium
morum expediti, famulari tibi fideliter valeamus, Per Dominum noſtrum &c.

Lectio 9. Cordula Virgo ſola ex vndecim millibus, immani ſociarum ſua-
rum ſtage territa, in nauis alueo deliteſcens, per vnam noctem ſe occultauit. Ve-
rum nocturna candidati agminis cælos penetrantis viſione animata, poſtridie bar-
barici militis ferro cruento vltro ſe obtulit, eadem cum commilitonibus martyrij ac
virginitatis laurea coronandam. Eius reliquiæ hodie viſuntur Coloniæ in Ec-
clesia fratrum ſancti Ioannis Hieroſolymitani: nam ſepulturæ loco cœlitus indica-
tam à Alberto Ratisbonenſi quondam Epiſcopo, in S. Ioannis Eccleſia corpus Vir-
ginis leuatum, eſt collocatum, quæ ex eo tempore SS. Ioannis & Cordulæ cœpit
celebrari.

CAPVT XXXXIV.

Eius cultus S. Vrſulæ, votum caſtitatis ad eius honorem editum, cum illuſtri ætatis noſtræ prodigio, quam tuta ſit talibus Diuis Tutelaribus deuota caſtitas.

VOta Deo nuncupantur, id vocis notio denotat, quam Theologi definiunt: *Promiſſionem deliberatè Deo factam de meliore bono:* eſt enim Latriæ Deo propriè debitus cultus. Rectè tamen Bellarminus ait, *Sanctis cum Chriſto regnantibus in cœlo vota nuncupantur.* *Primò* eo modo, quo ijſdem templa, & altaria dedicantur, quæ Deo proprie ad Sancti memoriam, & honorem conſecrantur: *ita ritè ad Sancti honorem fieri poteſt Deo voti promiſſio*, ait Doctor Angelicus. *Secundò*, poteſt fieri promiſſio immediatè Sancto, ad honorem eius, & conteſtationem illius beatitudinis; iam quidem virtutis duliæ, non latriæ, & Religionis actum vocat Suaretz; additque quibuſdam religionibus more receptum: vt dicant: *voueo Deo, B. Mariæ, & Sanctis*, eo ſenſu, voueo Deo, coram B. Virgine, & Sanctis velut teſtibus, & aduocatis. E mente factum à multis legimus Religioſis, qui in locis S. Vrſulæ dedicatis, & coram eiuſdem ſacris reliquijs eadem Deo vota conceperunt: præſertim à Societatis ESV Patribus primis 40. ferè annis Coloniæ: Vt enim ſupra recenſitos omittam P. Ioannes Rhetius, An. ſalutis 1567. in aureo S. Vrſulæ ſacrario vota Deo ſolenni a quatuor nuncupauit: vt ibi Spiritum Apoſtolicum cum Fabro hauriret; & vere hauſit etiam: ita enim exarſit animarum zelo, vt Româ Keſſelio Coloniam ſcripſerit: *Vtinam totus mundus ſaluaretur, & ego pro ſingulis hominibus millies omne genus ſuppliciorum ferrem.* Erat diebus Dominicis, & feſtiuis in D. Vrſulæ baſilica ſimulque Capitolio orator diſertiſſimus, qui potenti dictione incredibiles animorum commutationes, diſſidentium reconciliationes, redhibitionem malè parto-

Votum actus latriæ eſt. *Bel. li. 3. de cultu SS. cap. 9.*

Quomodo Sanctis nuncupetur. *S. Tho. 2. 2. q. 88. a. 5. ad 3.* *Suaretz to. 1. de Relig. l. 2. c. 16. n. 9.*

P. Ioannis Rhetij zelus.

rum, Hæreticorum, resipiscentiam, pœnitentium lacrymas pro plausu fere
idem erat generalis Cleri, & Senatus admonitor, non in patria modo rep
ca; sed apud exteros Principes, & populos: vbique se & semper Hære
rum conatibus vigilantissimè obiecit; perniciosissima eorum & occultissima c
lia inuestigauit, detexit, fregit: Populum Coloniensem eloquentissimis
cionibus; Senatum & Clerum saluberrimis consilijs, inclinata eo tem
tota in Hæresin Germania instituit, vt eius vulgata morte præcipui de Re
xerint, tolerabilius fuisse ciuitati centum millium, quam vnius Rhetij feci
cturam: plura de hoc annuæ Colonienses ad Annum 1565. & 1574. Seq
Anno 1568. eodem loci Petrus Busæus eadem vota professus: vti circa An.
Petrus Michaelis: in hoc idem qui in Rhetio viguit ardor & Spiritus Aposto
tam Coloniæ in Patria, cum Ecclesiasten Metropolitanum ageret, & pat
quasdam familias nutantes in fide confirmaret: quam Monasterij Westp
rum, cum prima iaceret ibi Collegij fundamenta, & feliciter de hæresi ian
tas ibidem agente radices triumphauit, nam qua concionibus; qua sc
contra hæreticos libris; qua etiam incredibili in colloquio familiari tractandi
mos, & ad diuina inflammandi dexteritate, & successu, mirabiles fecit ani
rum commutationes, ita cum Hæretici eo stante viderent se iacere; bis vene
dato mortem eidem accelerarunt: Sed quam secura tantis, & tot præsid
contra omnes totius inferni machinationes triumphet castitas, omni philt
toxico stygio potentior, ætate nostra insigni miraculo Deus in Belgio, vbi c
Vrsulanus, vt qui maximè viget, An. 1603. declarauit.

Labores ingentes.

Petri Michaelis ardor.

Virgines Vrsulanæ Patronæ castitatis.

Annuæ Societ. An. 1603. In Col. Valencenensi.

Virgo Adolescentula in templo Collegij Valencenensis sacramenta co
sionis, & sacræ communionis frequentabat: huius eximia specie captus in
rus Adolescens, primi nominis, castum animum omni ratione & technis
citabat: cum interim illa animo in castitatem obfirmato, impudentiam h
nis constantissimè repelleret; sed inflammauit ardentius iuuenem virginis o
nata castitas, votoque obsignata. Euincit igitur muneribus vicinæ domus
cillulam, vt se per tectum in amatæ domum immittat: paret illa, & monst
via clancularius, dum adnoctescit, in cubiculum virginis irrepit, seseque abdit q
occultissimè. Adscendit mox virgo fraudis inscia, vt cubitum concederet, f
que pro more vespertinis precibus, cœpit præter solitum tremiscere, nunc
nunc illac circumspectare; & perspicacis instar columbæ velut vmbram tim
accipitris: castigat subinde imbellem animum, & fortis esse adlaborat m
discusso, frustra; crebrescit horror, geminatur metus, virginei pudoris, vel p
cursor, vel comes. Tandem lustratis cubiculi angulis, castitatis insidiator
sub lectica reperit abditum. Exsilit inde blandientibus verbis, lasciuiens habi
Non tulit petulantiam Christiana Amazon, & arreptum candelabrum tam alt
hostile caput impegit, vt domum vix viuus euaserit. Post menses aliquot pe
nato capitis vulnere gliscebat in amatore pectoris vulnus perniciosius. Vertit i
que se ad artes, & consulto mago virginem expugnare conatur. Semel,
tertio amatorios pulueres animorum philtra, chartas peregrinis characteri
exaratas Virginis vestibus, libris, cubiculo, inseruit: sed interno monit
tuta virginitas, fraudem semper detexit: at ne sic quidem effrenis amor ste
dum contra artes magicas, contrablanditias inuictum animum spectat: vi vir
nem aggreditur. Captata solitudine, cum parentes abnoctant, clancula
claue ad cubiculum peruadit, vbi virgo strato se dedit, fauentibus teneb
prorumpit è latebris, circumstat ceu raptor ad agnam; ceu lupus ad præda
Quid faciat pauida columba sub vngue accipitris? inclamet? nullus exaudi
gemet? non ijs mouetur incestus amor. luctetur? sed certa stabit ab hos
victoria. Itaque iam non de morte dubia; sed de pudore trepida; animu
ad virtutem parat, ad artes vertitur; vacua præsidio, Deo plenior. Hab

Solers castæ Virginis in periculo industria.

& suas

suas artes ingeniosa castitas, & inermis ipsa armatos nunc strauit, nunc exarmauit. Quid agimus? inquit tacita, nisi prospicimus captiua virginitas: totum est mori, sed metus deflorari. Est in Virgine vulneri locus, non est omnimeliæ. Ergo de testamento armata, dum in Iudith, velut obsecundant benè successit exemplum: *Age*, inquit, *pertinax amator, dum castæ mi-ri esse non liceat, liceat esse cautæ: erit vtriusque famæ consultum, si pessulus fori-bus ordatur, ne sero domum reuertens ancilla amores istos turbet, vel infamet*; prouidè subdit insanus amator, *sed comitata, inquit, ibis: ne solitos ludos agas.* Præit illa superinducta subucula, prehensat comes laciniam, & dum per tenebras tradantur, primoresque fores virgo prensat, raptim aperit, è manibus elatus, in medias se plateas proripit. O prouidam castitatem, quæ ne capta quidem capi potuit! Ita demum elusus adolescens; dum metus amorem, inanis desiderium vincit, insania ad breue tempus destitit: ad tempus inquam breue: nam cum hac ratione nihil proficere se videt, ad alias artes conuertitur: magicis incantationibus spiritus aliquot per cubiculum virginis nocte barbulare facit, qui metum nocturnum incutiant: vbi rem ad Patres Societatis virgo detulit, consilium accipit, vt omnes cubiculi angulos diligenter excuteret, & euerteret; si quod fortè signum magicum vbi vbi proiectum esset: nihil inuenit, nec cessauit nocturna illa illusio, donec ipsa velut diuinitus inspirata, oratorium, quod in cubiculo habebat, examinans, cereum altari suo domestico impositum candelabro eximit, vbi videlicet philtrum reperit candelæ ab inferiori parte insertum: erat autem filo circumuoluta scedula cartacea, in qua puluis nescio quis, & atra bestia inclusa erat: ancillam accessit, & diabolicum instrumentum in flumen, vt abijciat, mandat, grauius aliquid verita, si in ignem proiecisset, vt alias. Detecta hac fraude oratione se dat: Beatissimæ Dei Parenti, & sanctæ Vrsulæ, cui imprimis deuota, vt enix se commendat, res mira: audit velut magnum agmen, ac confertum moderato gressu per cubiculum suum pertansire, & horrescit quidem primo audiu, secumque deliberat, num descendere velit: triste aliquid suspicata: tandem ad ianuam cubiculi aduolat: sed sentit se impediri, quo minus egrediatur, & mox timorem omnem ab animo abstergi, tantamque consolationem duarum horarum spatio persensit, vt virgineum agmen, ac Virginem Reginam, sponsumque Virginum eo aduenisse, etsi oculis non cerneret, ex admiranda odoris fragrantia, sed præcipuè ex inusitata illa mentis dulcedine certissimè cognosceret: venit postea seu sponte, seu vocata ancilla, & aperto ostio mox admirabunda quæsiuit: vnde tam admirabilis odor prouenisset; cui similem exorta esset nunquam. Dissimulans prudens Virgo, & secretum suum sibi seruans, sermonem diuertit, & abire iussit: & quidem is finis fuit nocturni terriculamenti: hic quasi triumphus, & prœmium aliquod tam insignis toties de syge reportatæ victoriæ: cuius triumphi Dux Agnus immaculatus, quem sequuntur Virgines odore & cantu nouo eximiæ. Ita Virgines Vrsulanæ in virginitatis certamine aduocatæ, & pugnantes roborant, & victores exhilarant, quas suis prætensis palmis, & coronis ad constantiam animant: vt felices sint, qui sub earum patrocinio vota tam religiosa, quam castitatis concepe-runt.

Deipara cum S. Vrsula custos Virginitatis.

) o (

CAPVT XLV.

Religio S. Vrsulæ recens à Paulo V. instituta ad honorem SS. Vndecim millium Virginum.

STATVS Religiosi multi à fundatorib. vti originem, sic nomen deriuarunt; ali. sti à Sanctis illis, quorum sibi potissimum virtutes imitandas proposuerunt in horum numerum venit illa Religio, quæ paucis abhinc annis ad S. Vrsulæ hu rem in Gallijs orta est, & à Sede Apostolica confirmata: Leodium, & Colo felici propagine, vberrimo fructu est traducta.

Florebant in Italia, Galliaque Virgines quædam Vrsulanæ, quæ Sodalit coiuerunt eo fine, vt proximorum etiam vtilitati deseruirent: & Dominicis fe que diebus, famulas, quas inopia scholis arcebat, instituerent figuris formandi legendis libris. Fiebat ea res magno emolumento, & bono proximorum nim prima fidei rudimenta docebantur, à circulis & noxijs congressibus imp rum segregabantur: ad rem diuinam vaga, & proiecti pudoris ingenia, & ad face tum tribunalia adducebantur.

Origo religionis Vrsulanæ è Sodalitate.

Operæ pretium fuit, si Virgines illæ votis obligatæ certis legibus Deo in R gione militarent. Initium huic ordini datum est Parisijs An. 1611. vbi Sorbona ille sapientiæ Christianæ sub S. Vrsulæ clientela scaturiens per orbem vniuer doctissimis ad quæuis loca submissis deriuatur: è quo fonte etiam decem prim tres Societ. IESV fundatores, scientiæ suæ fluenta, quibus orbem irrigarunt, ha runt vberrimè: Spondanus ita refert: *Quo eodem anno (1611.) surrexit Parisijs n ordo Virginum & Viduarum sub nuncupatione S. Vrsulæ, & regula S. Augustini, additis nullis singularibus statutis sub auctoritate Ordinarij, solicitudine & cura nobilis vidua riæ Guillier S. Bobæ, quarum institutum est ad bonos mores, & pietatem instruere pue Quod Paulus Pontifex confirmauit 23. Sept. præsentis anni 1611. Non tamen tum fuit S litas S. Vrsulæ instituta, quam tam antea B. Angela Brixiana, approbante An. 1572. petit S. Caroli Borromæi Cardinalis & Archiepiscopi Mediolanensis, & Pauli Leonis Episc. Fe rienſis Greg. 13. instituerat, sub patrocinio S. Vrsulæ primiceriæ vndecim millium Virgin Sed Maria S. Bobæ eam sodalitatem Lutetiæ instituit ad institutionem puellarum, fuit postmodum ad multas alias vrbes dilatata, magno fructu. Cui alia pene similis erecta Bu galæ congregatio B. Mariæ, ad idem ferè institutum, paucis ante annis ab alia nobili vidua de Lestonaco Sultana Landirasti, confirmata quoque ab eodem Pontifice Paulo, & valde p ter propagata.* Nactus sum exemplar approbationis Burdegalensis instituti, quod bilis suæ vitis propaginem huc Coloniam destinauit, eius Apostolicam institu nem inseram.

ORIGINALIS ET PRIMA APPROBATI CONFIRMATIOQVE NOVI INSTITVTI RELIGIOS RVM S. VRSVLÆ VIRGINIS, ET MARTYRIS REGVLÆ S. AVGVSTINI

Per S. P. Paulum V. ad instantiam Illustris. & Reuerendissimi Fran ciſci Cardinalis de Sourdis Archiepisc. Burdegalensis, Primatis Aquitaniæ.

PAulus Episcop. seruus seruorũ Dei, ad perpetuam memoriã. In supremo militantis Eccl solio Apostolicæ potestatis plenitudine, sũma redemtoris nostri benignitate, meritis h imparib. constituti; circa ea, per quæ Monasteria, & alia regularia loca deuoti feminei sexu big. ad religionis & diuini cultus incrementũ propagari, atq. in eis prudẽtes Virgines, qua ritatis zelo ductæ, & non propriæ solum; sed alienæ etiam saluti inuigilantes, suscepto puell instructionis instituto, in eo operam suã summo cum fructũ impendisse noscuntur, aliaq. de ceps earum exemplo incitatæ, spretis infelicis huius seculi illecebris, sub debita clausura & gularis obseruãtiæ disciplinâ perpetuum altissimo famulatum impendere, seq. in hoc pio ins tuto liberioribus mentib. exercere, ac exinde honoris flores, & honestatis fructus, æterna beatitudinem promereri valeant, propensis studijs intendimus; ac alias desuper Pastoralis o cij nostri partes fauorabiliter interponimus; præsertim cum S. R. E. Cardinalium vota id e poscunt; & nos rerum, personarum, ac locorum qualitatibus debitè pensatis conspicimus Domino salubriter expedire. Sane

ne dilectus Franciscus filius tituli S.Marcelli eiusdem Sanctæ Ecclesiæ Romanæ Pres-
Cardinalis de Sourdis nuncupatus, Ecclesiæ Burdegalensis ex dispensatione Apostolica
, tam suo, quam dilectarum in Christo filiarum nonnullarum Virginum Ciuitatis
galensis nominibus, nobis nuper exponi curauit, quod decem abhinc circiter annis præ-
Virgines pia deuotione ductæ sub vexillo S.Vrsulæ Sodalitatem auctoritate dicti Fran-
Cardinalis inierunt, eiusdē Sanctæ imitatione Deo gratā virginitatē seruare statuentes:
proprio & peculiari instituto puellarū institutionē, & doctrinæ Christianæ circa easdē
exercitium assumentes. Nec multo post Spiritu S. earum mentib. inspirante, considerā-
es quantopere ad virginitatem seruandā, & vitam religiosè instituendā officere, atq; obstare
familiaria virorum cōmercia, priuatæq; comessationes, quæ iuxta morē Galliæ in pri-
um virorum, tum mulierum ædibus assiduè habentur: vtq; Societatis vinculo vnitæ, &
inum consortio seiunctæ virginitatis decus tutius conseruare possent, in quandam do-
bidem clausuram seruaturæ, & Religiosam vitam ducturæ vna omnes sese receperunt.

Finis Vrsulanarum Virginum est perfectioni propriæ & alienæ intendere.

Et elapso duorum annorum Probationis tempore, sub Sedis Apostolicæ beneplacito, sim-
plices perpetuæ Castitatis, Obedientiæ, Paupertatis, & stabilitatis in eadem societate votis
se astrinxerunt, eaque simpliciter emiserunt. Et ab inde nigro vestitu, qui modestiæ vir-
ginæ, & pudori: nec non religioni conuenit vtentes, propositæ puellarum institutioni sedulo
incubuerunt, & incumbunt. Distinctis enim in eadem domo veluti in Collegio quodā plurib.
locis, in eis puellas quascunq; Christianam inprimis doctrinam edocent; salutaribusq; do-
ctrinis instruunt: ne quod maximè timendum est, à teneris annis hæresios amaricantem
non præguſtent; vtq; à luxu, cui nimium addictus est muliebris sexus abstineant: mox om-
nium honestarum, sexuiq; maximè conuenientium artium genere imbuunt. Et quo magis
seniores ad doctrinæ Christianæ studium alliciant, pauperculas, & alienigenas singulari
solicitudine eas artes edocent, quarum beneficio sibi victum comparare valeant.

Probatio biennij.

Vestitus.

Quæ doceant puellas.

Pari quoque cura, & diligentia festis diebus ancillas, & mulierculas, quæ de fide nihil
vnquam, aut parum audierunt, aut sciunt, erudiunt. Idemq; doctrinæ, & institutionis officiū
erga puellas, quæ educationis causa in dicta domo de licentia dicti Franciſci Cardinalis col-
locatur, & in loco à præfatis Virginibus regularibus separato degunt, summa caritate exer-
cent. Et quia in hoc docendi, instruendique munere, quod gratis, & amore Dei peragunt, sat-
agunt, atque etiam ob exemplarem viuendi normā, quam profitentur, maximos fructus huc-
usque produxerunt, maioresque in futurum Deo benedicente sperantur; cum certum sit, &
quotidiana doceat experientia, quam plurimas puellas, quæ si hac gratis addiscendi opportu-
nitate destitutæ essent, in ignorantiæ tenebris remanerent: ita piè, & Catholicè edoctas vltra
propium beneficium alijs etiam non modico adiumento esse, quin & ipsosmet earum paren-
tes, & alios natu maiores priuatis, atque domesticis colloquijs fidei Catholicæ dogmata ab eis
discere.

Fructus earum.

Ij huiusce instituti fama per Galliam diffusa, multarum ciuitatum, & locorum incolas ad
talium Collegiorum in suis Ciuitatibus, & locis institutiones procurandas incitauit, multiq;
apud dictum Franciscum Cardinalem solicitis precibus insistunt, vt aliquas ex priuatis vir-
ginibus, ad eorum loca puellas edocendi gratia transmittat. Cumq; sicut eadem expositio sub-
iungebat, dicta domus ad Monasterij, & decentem clausuræ formam cum omnibus suis mem-
bris & partibus requisitis, & necessarijs reducta sit; habeatq; iuxta se propriam, & exterio-
rem Ecclesiam cum cratibus seu cancellis ex ipsa domo in illam monialium more prospicienti-
bus venustè, & decenter ornatam, ac sacra supellectile sufficienter instructam, vbi Missa
quotidie celebratur, & Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum de licentia dicti Cardinalis
in eo mundo, & honorifico deuotè adseruatur, & præfatæ Virgines in eadem domo degentes
ex Religionis zelo se prædictis simplicibus votis voluntariè diuinxerunt, quæque ab earum
ingressus tempore continuam clausuram obseruarunt, & obseruant, plurimum cupiant præfa-
tam domum, qua, præterquam quod ad decentem Monasterij formam, vt prædicitur reducta
est tum dicti Franciſci Cardinalis illius Fundatoris liberalitate, tum Virginum introducta-
rum erogationibus, dotem habet sexcentorum, & amplius scutorum auri in bonis stabilibus,
alijsq; rebus, seu redditibus tutis, & securis consistentem, in Monasterium Monialium Ord. S.
Augustini erigi. Propterea idem Franciscus Cardinalis dictis nominibus, nobis humiliter
supplicari fecit, quatenus in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica digna-
retur.

Nos igitur, qui Monasteriorum, & aliorum regularium locorum propagationem q
que sinceris desideramus affectibus, easdem Virgines, ac earum singulas, à quibusuis Exc
municationis, suspensionis, & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœn
iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ exi
ad effectum duntaxat præsentium consequendum, harum serie absoluentes, & absolutas
censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Venerabilium Fratrum nostro
Congregationis S. R. E. Cardinalium, Regularium negotijs præpositorum, eandem domus
monasterium Monialium sub inuocatione eiusdem S. Vrsulæ prædicti Ordinis pro perpetu
su, & habitatione vnius superioris, & tot aliarum monialium, quot ex illius redditibus
modè poterunt sustentari; quæ pro eleemosyna dotali quingenta; pro supellectile verò cen
scuta soluere, & elapso biennio probationis professionem emittere Regularem; Clausuram
uare perpetuam, & sub regulari obseruantia dicti ordinis, ac cura, visitatione, correctione
subiectione loci ordinarij viuere teneantur, Apostolica autoritate tenore præsentium perp
erigimus, & instituimus: illiq; sic erecto & instituto pro eius dote, ac congrua Virginum
Monialium imbi nunc, & pro tempore existentium sustentatione, omnia & singula ipsiu
mus bona, res, proprietates, & iura, quæcunq; in quibusuis rebus consistentia, & vndecum
prouenientia: nec non omnia alia mobilia, & immobilia bona illi per quascunq; pias perso
in quacunq; dispositione, & intuitu Monialium pro tempore introductarum, vel alias re
quenda, & elargienda. Ita quod liceat Superiori ac Conuentui, ac Monialibus dicti mona
pro tempore existentibus bonorum, rerum & proprietatum, iuriumque huiusmodi per se,
alios earum & dicti Monasterij nomine corporalem, realem, & actualem possessionem ap
hendere, & apprehensam perpetuo retinere, fructusque, redditus, prouentus, iura, obuen
nes, & emolumenta exinde prouenientia, percipere, erigere, leuare; ac in suos communes
dicti Monasterij vsus, vtilitatesque conuertere. Diœcesani loci, vel alterius cuiusque licei
desuper minimè requisita, dicta autoritate, & perpetuo applicamus, & appropriamus.

Ceterum superiori dicti Monasterij, quæ de consensu Conuentus, seu maioris partis ill
seruata semper forma Concilij Tridentini, & Constit. Apostolicarũ eligi debeat, tot quot v
bitur Administratores, & gubernatores, qui rerum & bonorum dicti monasterij curam,
telam, & defensionem habeant; ad tempus, bene visum constituendi, & deputandi: & q
ties visum fuerit eos mutandi, deponendi, amouendi, ac alios in eorum locum sufficiendi,
non pro salubri regimine, & felici statu eiusdem Monasterij, ac conseruatione illius rerum
bonorum quæcunque statuta, & ordinationes: licita tamen, honesta, & regularibus instit
ordinis prædicti, nec non regulis, & constitutionibus à Francisco Cardinale præscriptis,
iusmodi minimè contraria, & per ipsum, seu pro tempore existentem ordinarium examin
da condendi, & pro temporum varietate immutandi, & alterandi, modificandi, limitan
corrigendi, & alia de nouo, præuio examine, & approbatione eiusdem ordinarij edendi lic
tiam, & facultatem impertimur.

Participãt Priuilegia Religiosorum Ordinis S. Augustí.

Ac demum Monasterio per præsentes erecto, illiusque Superiori, Conuentui, ac Moni
bus, & personis, vt omnibus, & singulis Priuilegijs, immunitatibus, exemtionibus, præro
tiuis, indulgentijs, & gratijs, indulgentijsque, quibus quæcunq; alia monasteria ordinis p
fati, illorumque moniales personæ, ac bona de iure, vsu, & consuetudine, aut alias quomo
libet in futurum, pariter & pariformiter, ac absque vlla prorsus differentia, dummo
sint in vsu, & Sacris Canonibus, ac Conciliorum generalium decretis non contrarientur,
non reuocata, nec sub vllis reuocationibus comprehensa vti, frui, potiri, & gaude
liberè, & licitè valeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Monasterio
præsentes erecto, illiusque Superiori, Conuentui, & Monialibus particulariter, s
cificè, nominatim, ac specialiter, & expressè concessa fuissent, autoritate, & tenore pr
missis concedimus, & indulgemus.

Præterea vt supradictæ Virgines peculiare quod cupiunt institutum alias Virgine
& puellas Catholicis moribus, & virtutibus instruendi amplecti valeant, illu
que in eodem Monasterio deinceps perpetuo obseruetur, infrascriptas constitutiones
vt nimirum præter Virgines, & viduas ad habitum, & professionem regulares in eode
Monasterio introducendas pro institutione Virginum, & puellarum, aliæ etiam pia mul
res coniugatæ, in casibus tamen à sacris Canonibus, & dicto Concilio permissis tantummod

& no

monialias in socias huius pij instituti, quæ earundem, & puellarum institutioni, una cum religiosis; intra claustra tamen eiusdem Monasterij, seu domus regularis, in loco à habitatione Religiosarum seu monialium separato, vacent, recipi possint.

Harum autem Religiosarum aliæ Nouitiæ, aliæ Sorores, & aliæ Matres, aliæ verò sociæ Gradus diuersi.
vocentur.

Nouitiæ quidem, propter sexus infirmitatem, & temporum malitiam, ad duos annos in Nouitiæ.
probatione sint; nec ipsi anni ante decimumsextum cuiusq; earum ætatis annum completum
admittantur; nec conuictu cum alijs communi quoad fieri possit, sed seiunctæ licet intra claustra,
ab vsu, à professis vtantur.

Sorores verò decursis duobus probationis annis, professionem regularem emit- Sorores.
tant.

Matres verò post vigesimum quintum ætatis annum, aut decimum Religionis in- Matres.
cœpte teneantur institutioni puellarum per se, & per sorores gratis. Primò quidem
pietate, & virtute christiana Virgine digna docendo, Christianæ scilicet doctrinæ
rudimenta, rationem examinandæ conscientiæ, confitendi peccata, communicandi, sa-
cramenta audiendi, precandi, rosarium recitandi, meditandi, libros pios lectitandi, spi- Quæ docere Matres debeant.
rituales cantica modulandi, vitia, eorumque occasiones vitandi, virtutes, & opera miseri-
cordiæ exercendi; domum regendi, officia denique Christiana præstandi. Deinde verò
ad hanc institutionem afficiantur, & ab Hæreticis, impurisque abducantur scholis, Virgi-
nes primis legendi scribendique rudimentis, deinde varijs acu laborandi modis, omnibus de-
centibus honestis, quæ ingenuam Virginem decent instituantur.

Postremò sociæ ex Religiosis dicantur, quæ editis ceterarum votis, in re familiari so- Sociarum exercitia.
cianda occupantur, neque in Matres eligi vnquam possint: Subiectæ sint omnes ordi-
nario iuxta eiusdem Concilij decreta, nec vnquam sub regularium cura per se, siue per alios
prætextu, vel autoritate redigi possint.

Ordinarij potestas in illas sit iuxta præfati Concilij decreta, ac præfatum institutum, Visitatio.
præscriptæque Constitutiones, quæ vt sanctè obseruentur, ipse ordinarius earum visitationem
faciat, iuxta prædicti Concilij Tridentini decreta, & formulam ab Ecclesia Romana præ-
scriptam, quæ sanctissimè retineatur. Confessarius ab eodem Ordinario ijs deputetur ad
hoc munus, isque ætate, & moribus grauis, fidei, vitæ, famæque integræ, ac exemplaris, in
Theologia, ac spiritualibus benè versatus sit, à quo institutiones, exhortationes & sacramen-
ta omnes recipiant. Ei autem præter victum, & habitationem proximam quidem, sed pa-
rietibus firmis seiunctam, ac nullo prospectu, vel aditu in septa religiosa peruiam; salarium
arbitrio ordinarij imponatur in annos singulos.

Superior quæ Prima vocabitur ex Monialibus eligatur ante festum Annunciationis Electio superioris quæ Prima dicitur.
Beatæ Mariæ Virginis, vel si mors Primæ durante illius officio interuenerit, altero post eius
exequiarum die, seruata in reliquis semper forma Conciliorum Generalium, nec non Con-
stitutionum Apostolicarum.

Prima electa vt dictum est, post quam ab ordinario confirmata fuerit, primo quoque Officium Secundæ.
tempore Secundam, quæ eam ad ordinis domestici, & regularium obseruantiam iuuet, ipsiusq;
ægræ aut vacantis ad breue tempus vices gerat, quomodo, & quatenus ei expedire videbi-
tur, iungat.

Procuratricem etiam de Sororibus sibi ipsa legat, auditis Matrum iudicijs: Aedituam
item, & Magistram scholæ de Matribus exploratis pariter secreto sententijs Matrum qui-
buscum, nisi quid melius in Domino ipsi videatur semper conformet. Officiales demum re-
liquas communicato cum Matribus, & Sororibus quibus videbitur consilio instituat, aut
etiam confirmet. Consiliarias tamen habeat tres cum Discreta ad regimen commune, & res
ordinarias, quas singulatim sic eligat tota Congregatio, vt de tribus, quæ plura Matrum suf- Tres Cõsiliariæ & Discreta.
fragia habuerit, ea electa sit, in quam deinde plura suffragia secreta conuenerint.

Finis omnium hic sit, vt saluti, perfectioniq; propriæ, & alienæ studeant ex hoc insti-
tuto. Vestitus, & victus communis ad modestiæ paupertatisque Religiosæ, & Ecclesiæ nor- Victus & vestitus ratio.
mam nulla ordinaria corporis afflictione constituta, præter ieiunium singulorum dierum
Veneris, & vigiliarum festiuitatum B. Mariæ Virginis: sed extraordinaria, quam superior
prescribet, aut sua cuique perfectio suadebit, cum iudicio Confessarij, & Primæ assensu sit.

Clausura. *Clausura religiosissimè obseruetur, vt institutum fert: ac ne Medicus quidē, aut Chirur-*
vir denique nullus, aut femina intret vnquam habitationis religiosæ septa, nisi de licētia
narij in scriptis, & campanæ signo dato, & Prima præsente cum duabus antiquissimis Ma

Locus docendi. *Et quamuis maximo olim cum fructu animarum, & familiarum in Gallia factum fuis-*
catur: non est visum tamē expedire instituti huius religiosis, vt in eisdē ædibus cum ipsis
lares puellæ conuiuant, & instituantur: Amplū atrium ad alterum Ecclesiæ latus intra ta
Monasterij, seu domus huiusmodi clausuram ex ædibus circum extractis fiat, ad quod cum
tres, & Sorores Magistræ docendi causa signo scholæ vltimo audito accedent, portæ ge
exterior scilicet, & interior, obseratæ sint, ac in illud Adsistrice præsente, binæ, & binæ in
diantur antè, & post meridiem, vnde se post duas circiter horas recipiant in religiosa clas
vt his occlusis (& non ante portæ atrij in publicum reserentur) & puellæ domum quæq;
recedant, quæ non erunt conuictrices. Hoc autem introducendi puellas non conuictrices i
tutum, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum tantum duret.

Cōuictrices. *Conuictrices autem, in suum cubiculum se quæq; recipiant, ac in loco separato ab habi*
ne religiosarum seu Monialium; sed intra eandem clausuram inhabitent, & intra i
clausuram aliæ personæ seculares præter supradictas non admittantur. His omnibus duæ
sint, ex Matribus vna, & altera ex Sororibus, quibus socia ad rem familiarem item vna
iungatur. Sub his autem quæ interius, & iuxta Claustra, & iuxta Ecclesiam simul habi
singulæ, per singula contubernia puellarum: Seculares præfectæ maturiores, quæ ferè vel
moditatem exspectent admissionis, vel ad probationem maiorem differantur.

Exercitationes pietatis. *Confessio etiam generalis totius vitæ in ingressu, & deinceps ad libitum cuiusque Mo*
lis fiat. Quotidianæ pietatis exercitationes sint meditatio matutina per horam, sacrum, e
men antemeridianum, & serotinum, Rosarij per tres partes, & mysteria triplicia, recit
mane, media die, & vespere. Litaniæ sub noctem: & præter hæc quoad Matres, parum
Mariæ Virginis officium, Vesperæ cum cantu diebus Dominicis, & doctrina Christiana a
vel post Vesperas cum breui explicatione illius per virum aliquem doctum facienda, cum
die habita fuerit Religiosis accommodata exhortatio post Litanias Lauretanas.

Eximuntur à Choro. *A Choro & psallendi onere, vt institutioni puellarum vacare commodius, possint exem*
sint.

Lectio regularum, & instituti frequentissima sit, librorumq; spiritualiū tum priuat
tum communiter ad mensam, & cum aliquid operis quieti fiet, propter institutionem pu
larum.

Exercitia manualia. *Quidquid operis facient Religiosæ: primum ad ipsarum, & domus necessarios vs*
deinde ad Ecclesiarum, Religiosorum, & pauperum subsidium conferatur: vt corporalib
purificatorijs, altaris mappis abluendis, sarciendis, conficiendis vestibus: item lineis,
linteis suendis, similibus demum caritatis officijs, vt melius illarum famæ & necessitatis pr
Prouisor. *uideatur. Prouisor deligatur idoneus, qui pensiones ipsarum & redditus colligat, & Procu*
trici reddat.

Adsistrices. *Adsistrices item tres, vel quatuor matronæ lectissimæ, quæ vicissim per hebdomad*
suas adsistant quotidiè cum fores atrij reserabuntur, & obserabuntur. His autem & Confe
sarijs communicentur omnia bona, & gratiæ totius domus, & priuatim rosaria, pro ipsis b
nefactoribus singula recitentur: reliqua enim duo pro Ecclesia Sancta, Summo Pontifice, Ca
dinalibus, Ordinarijs partim, partim pro Religiosis ordinibus, & viris à quibus iuuantur i
spiritu, Deo, Beatæque Virgini offerantur.

Regulæ non obligant sub peccato. *Nihil autem supradictorum præter vota obliget ad peccatum vi instituti, aut præcep*
nisi ex natura rei, & communi iure: sed ad ea omnia diligentissimè & perfectissimè obser
uanda omnes amore Dei, & perfectionis studio excitentur: pœnitentiæ tamen delinquenti
bus imponantur pro defectus qualitate, vt Prima iudicauerit.

Iuret tamen Prima coram Confessario, se nihil contra institutum facturam, aut permis-
suram scienter, quod ad alios, & regimen pertineat, si præsertim ab alia quauis adeoq; minima
ex socijs, aut externis admoneatur, & Consiliariæ cum Discreta, adeoq; in re graui maior pars
Matrum sic censeant: sed omni ope, & opera in Domino adnitantur, vt silentium, humilitas,
obedientia, deuotio, caritas, ceteræq; virtutes Obseruantiæ religiosæ, & huius instituti forma
in sua familia semper eluceſcant.

Similiter

niliter perpetuo autoritate, & tenore præmissis sancimus, præsentes quoque semper, ruo validas fore, & esse: nec sub quibusuis similium, vel dissimilium gratiarum reuo- us, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendi sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & mum statum restitutas, repositas, & plenarie redintegratas, & de nouo etiam, sub ue posteriori data per pro tempore existentes dicti Monasterij Superiorem, Con- & Moniales quandocumque eligenda concessas esse, & fore. Sicque per quoscun- es iudicari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis autorita- r, vel ignoranter contigerit attentari, dicta autoritate decernimus. Non obstanti- Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præfati Ordinis Iuramento, nfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, js quoque, indultis, & literis Apostolicis illi, eiusque Superioribus, Conuentibus, & sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis clausulis, & decretis, in rum forsan quomodolibet concessis. Quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti one alias de illis, eorumque totis tenoribus specifica, expressa & individua, ac de ver- ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, is alijs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, teriúe contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam no- ra ab lutionis erectionis, institutionis, applicationis, approbationis, impertitionis, conces- nis, adulti sanctionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, qui tem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum etri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ 1618. Nonis Februarij, Pontificatus nostri an- o quatodecimo.

Extant leges harum Virginum typis vulgatæ, non eæ tantum, quæ vniuersè odum viuendi religiosum præscribunt, sed particulares etiam præcipuis officijs o in patu vsitatis accommodatæ. Solenne est hisce Virginibus Dominicis, & festis Deiparæ, SS. Apostolorum ac S. Vrsulæ sacra refici synaxi, votaque cereo ardente n manibus renouare, quo etiam ritu candidatæ religiosi status huius supplices ad- mitti postulant,

Formula votorum eius instituti talis est.

Mi Deus Pater, Fili, & Spiritus Sancte. Ego Soror N. licet diuinæ maiestatis famula indigi- gnissima, freta tamen misericordia, & bonitate tua infinita, ac patrocinio Sacratissimæ Vir- ginis Mariæ, & S. Vrsulæ, voueo castitatem, paupertatem & obedientiam perpetuam in Or- dine Augustini, sub nomine & inuocatione S. Vrsulæ Patronæ meæ, Angeli tutelaris, & SS. Omnium: quos vt mihi semper adsistere velint, supplex oro.

Ist hic ordo sic iam per Franciam, Belgium & nouam etiam Indicam Franciam prop gatus, vt putetur numerum vndecim millium superare: in quibus vt speculis virtutes S. Vrsulæ, quasi viuis & genuinis expressæ coloribus effulgent, inprimis ca- stitas & puritatis amor incredibilis cum zelo animarum Apostolico: dum istę Vir- gines in Indijs inter barbaras nationes omni pene humano solatio destitutæ hospi- talibus præsunt, ægros fouent alimentis, incumbunt totis viribus in infideles per se vel puellas, quas moribus & literis formant in scholis, fidei Christianæ aggregan- dos: tiam permultas ordo numeret cum opinione Sanctitatis defunctas, nec desi- a S. Vrsulæ Sodalitas in cœlis gloriosa per filias suas in terris, pro fide Christi dilatanda constanter militare, suosque triumphos indies pari cer- tantium, & vincentium numero, simili fortitu- dine instaurare.

CAPVT

CAPVT XXXXVI.

Sodalitates Vrſulanæ erectæ, ac primò de Colonienſi virorum, ac Romana variarum nationum.

Societatis bonæ cõmoda. S. *Aug. l. 8. Confeſ.*

MVLTVM momenti ſemper attulerunt aliorum exempla ad ponendam ... uiam. S. Auguſtinus ſe his inſpectis ad caſtitatem inflammabat: *Ca... gnitas, continentia ſerena, & non diſſolutè hilaris, honeſtè blandiens, vt veniret ... tranſire dubitabat, hortabatur, extendens pias manus plenas gregibus bonorum ex... rum, & cunctantem irridebat irriſione hortatoria; ſic non poteris quod iſti, ... tot pueri, & puellæ, iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & virgi...* Dum enim à virtutis complexu deterret aliorum deriſio, quod ſi multi ſoc... conflata mutuis ſe obſequijs, paribuſque ſtudijs ad S. alicuius inuocanda pra... exemplo, monitiſque exſtimulent, facilius erigitur animus ad ea continua...

Antiquiſſima Sodalitas Deiparæ Coloniæ inchoata.

Vetuſtiſſimam Deiparæ Sodalitatem, putant quidam à S. Annone Anno 1... ad honorem immaculatæ Virginis inchoatam: eam P. Bonifacius in Hiſt. ... ex libro cuiuſdam Sigebergenſis cœnobitæ eruit, & vult matricem fuiſſe m... rum filiarum, quæ varijs in Vrbibus ſunt huius exemplo inſtitutæ.

Superiore & hoc ſeculo variæ congregationes ad vndecim millium V... num honorem varijs occaſionibus, diuerſiſſimis moribus, ac inſtitutis in vtr... orbe, vel vtriuſque ſexus, vel certi vnius, & conditionis hominum prodie... Seligam nobiliores: ac primo virorum, tum Virginum, demum vtriuſque ... Sodalitates recenſebo.

Coloniæ circiter Anno 1456. coijt optimatum Sodalitas virorum Con... rium, Senatorij Ordinis, Patritiorum vel honoratiorum, in quam etiam adlecti ... ſtea Eccleſiaſtici viri primarij, Præpoſiti, Decani &c. Hi pridie S. Vrſulæ temp... adibant, in quo tria ſacra pro viuis & defunctis Sodalibus dicebantur: tunc & ... decim cereos prægrandes, ſingulos librarum 12. & vnum librarum 15. offereb... Sic enim ab initio moribus receptum legi: habent & agapen: viget hodie... Quamuis & ante hanc congregationem tribus vna ciuium veteri more ſolit... cereos etiam grandiores Sanctis Virginibus incendere: qui nauis templi, ſicut p... res, chori ſacras reliquias colluſtrant.

Ibidem virorum Eccleſiaſticorum, & ſacerdotum primariorum inſtituta con... gatio eſt, in qua more receptum erat, vt primi ſubſellij viri ſacras reliquias appar... magnifico diebus ſolennibus ex ara principe referrent in ſacellum aureum; ... pietas ſic refrixerat, vt infimæ ſortis laici, nulla reuerentia eas reportarent: hui... irreuerentiæ ſacerdotes quidam primarij mederentur cœtum conflatum his n... legibus ſub S. Vrſulæ patrocinio ſtabilierunt.

Leges.

Prima eſt, vt Sodales omnes ſint ſacerdotio, vel certè ſacris ordinibus initiati.

2. Adſint ſtatutis feſtis, quibus iuxta receptam Baſilicæ Vrſulanæ conſuetud... ſacra pignora exponuntur circa quartam poſt Veſperas, ſi per tempus, & occu... tiones liceat, & ſacras exuuias, quas congregationis Moderator ſingulis offeret, ... gna pietate, ac Religione ſupplicantium ritu bini, & bini ad ſacrarium reportent.

3. In ſacrificio Miſſæ, alijſque precibus Sodalium ſemper ſint memores.

4. Quiſquis eorum pro quauis neceſſitate ſodalium preces deſiderat: is mon... moderatorem, cuius erit reliquis miſſa ſcedula preces indicere.

5. Qui etiam quinque ex ijs nominabit, ſeruato ordine, vt pro defunctis Sod... bus poſtridie in S. Vrſula faciant.

6. Vt verò ad legum illarum viridem obſeruationem magis incumbant omn... manu ſua ſubſcribant nomina, reſeruata ipſis poteſtate rogatas leges augendi, ... corrigendi. Sed hæc iam penè concidit.

Romanam Sodalitatem Vrſulanam coniungo Colonienſi, quæ an... quitate inferior, autoritate par, vtique à Sede Apoſtolica comprobat...

viros

ros tiam complectitur, ea curata Anno 1599. ex varijs orbis nationibus coaluit re quias ex humero S. Vrſulæ, quæ ita creuit oblatis etiam pecunijs, & pru impendijs Anno 1607, vt Sacellum Diuæ ſuæ tutelari erexerint, in quo cra ipſana adſeruantur. Porrò Sodalibus hiſce multa, quæ alijs alibi ſo- mni ſunt: hæc verò ſingularia. *Primò*, in congregationis exercitationibus ceo eu rubro amictu, viridi adſtricto cingulo veſtiuntur. *Secundò*, ipſo ſan- æ Vrſulæ feſto dotem conſtituunt puellis quibuſdam pauperibus: hoc etiam udus priuilegio, quod vnum mortis reum vinculis liberent, vt ſatis l hinc appareat, autoritate publica eam fuiſſe erectam congregationem. ō immerito Romana ſodalitas è varijs conflata nationibus eſt, vt enim S. Vrſu- congregatio præter Hibernos, Britones, Belgas, Germanos Romæ cum eſſet, Ita- rum, Græcorum, Gallorum & aliarum nationum aucta fuit comitatu: iu- in bis theatro, & omnium concurſu gentium, ac linguarum ab omnibus vno mit colitur, cum eæ ipſæ nationes ſingulæ Patrijs in locis eo theſauro nobilitatæ ciuo quodam ad æmulationem etiam cultu eaſdem venerentur.

CAPVT XLVII.

Nobiliſſima S. Vrſulæ Goana ſodalitas virorum Anno 1552. inſtituta à Gaſpare Barzæo incredibili vtilitate, & reformatione Indiarum.

Sodalitas Goana S. Vrſulæ A. 1552. erecta.

PRIMA Sodalitas celebrior virorum poſt approbatam à Sede Apoſtolica ſo- cietatem IESV, quæ ab eius filijs prodijt ea eſt, quam P. Gaſpar Barzæus Indiæ Prouinciæ Præfectus Goæ, Anno 1552. inchoauit, cuius hic inſtitutio- nes & fructum explicabo.

Numerus ſodalium.

Poſt biduanas expoſito S. Virginis è Sodalitio S. Vrſulæ cranio preces no- turnis diurnis continuatas, & conuentum 12. millium hominum de quo ap. 6. dictum eſt, dies tertia inſcribendis Sodalium nominibus eſt deſignata. o de conſcripti quingenti ſunt. Proregi primus datus locus: à quo mox antum argenti collatum eſt, quantum ad ſacri pignoris capſulam ſatis eſſet. Vari deinde varia contulerunt; ille ceram, iſte oleum, tota vita ſua, ac liorum. Mulier inſuper quædam ad aliud ſeparatum mulierum ſodalitium ndum prope fortunas ſuas omnes profundere volebat: ſed non eſt audita. Denique tot erant munera, vereri vt merito cœperint Sodales miſericordiæ, licæ liberalitatis æſtus alueum mutaret, ac in illud ſodalitium nouo impetu eferetur: factum id ſanè fuiſſet, niſi Gaſpar per ſe, & Patres alios ſtitiſſet cur- ſum ac obiectis autoritatis ſuæ repagulis impetum illum in priſtinos miſericor- diæ mites reieciſſet. Sedati eo facto ſodalium animi iam metu ſuo liberati: Et non erat is Gaſpar, qui ea pietate quæſtum faceret: ipſos homines, non ip- orum bona quærebat, qui iure dicere poſſet; *da mihi animas, cetera tolle tibi*: eas um hoc ſodalitio quærebat, nec ſpe ſua fruſtratus eſt. Nam quia S. Vrſula in reliquis virtutibus eminuit zelo quodam præcipuo animarum, quo non ſponſum tantum Aetherium, ſed multa Virginum millia ab Idolomaniæ, ſuperſtitionibus ad Chriſtianam traduxit religionem, eaque verbo, & exemplo ad Martyrij laudem inflammauit, cupiebat Gaſpar hunc etiam cœtum adiuuandæ ciuitati facere adminiſtrum. Atque adeo iam ſtatuerat ex eo numero (breui enim ille numerus ad duo hominum millia peruenerat) 72. viros velut Moſis adiutores, vel Chriſti diſcipulos deſignare, quos ſuis ſubinde tem- porus permutaret, quibus vti ad aliorum ſalutem cogitabat. Sed eam

Dona & oblationes.

Zelus animarum.

rem

rem ſodalitij miſericordiæ euertendi planè ſalutaris inſtituti metus diſtur
nam cum eam rem agerent ipſi, verebantur, ne alius in alium incurrer
aliqua ſimultate vel negotiorum perturbatione ſeſe mutuo impedirent
eo igitur conſilio deſtitit, ſed non adiuuandæ ciuitatis: quippè quod 72.
mittere cogitarat, id duobus millibus felicius, & facilius, id eſt om
ſodalibus commendauit: atque pro concione, quam ipſe ſuo ſermone
ſi freno adducebat, vel remittebat, expoſuit, quid ab ijs Sodalibus
retur: vt nimirum rem Chriſtianam non exemplo ſolum, ſed etiam
diendis ſceleribus adiuuarent. Denique rogauit vniuerſos, vt ſcripto
ſitates, vel animi, vel corporis, quas in ciuitate ſcirent, ſibi, vel
tribus alicui traderent: vt deinde conuenienti aliquo remedio ſubuenir
ſet vniuerſis; res ſane penè excedit fidem, ſi non ab oculato teſte Lu
Froës narraretur: quotidiè cum ſuis quiſque cenſorijs tabulis, ac prop
luminibus ad Gaſparem & alios Patres accedebant, odia omnia, pellices, vſura
vicos deferebant: neceſſitates quoque corporis exponebant: quibus rebus,
tis in partem laborisreliquis Patribus, totos dies cum ſuo quiſque ſocio
ſuis etiam tabulis, quas etiam delatorum diligentia in vicos diſtribuer
monuerat Gaſpar, ad ea impedienda, & tollenda diſcurrebant: Ing
ſcribi hac de re potuiſſent volumina, ſi res fuiſſent memoriæ commen
ſed multitudo ſcriptores omnes in deſperationem adduxit. De ſublatis
tum odijs dicam, quod ſtupebunt omnes: ſpatio ſex non amplius
ſium, mille, & quingentas controuerſias ſopitas fuiſſe, ac ſi nimis vid
addo quod Froës addit, qui ſemper patrum ſocius erat, ſe nempe, ſi
numerum geminaret, non arbitrari, ne tunc quidem fidem, & veritatem exc
re. Gaſpar alio in loco dicit pagum vnum ſuburbanum, in quo diſſentiebar
vnum omnes, eodem die ad amicitiam, pacemque reuocatum: Se
quod dixi: quoniam rem tantam puto vix, vt in cuiuſquam autoritate
ſit ſine bona confirmatione ſubſiſtere, hoc luculento teſtimonio co
mabo.

Lites ſedatæ innumeræ.

Aderat quadam die Gaſpar Iudici; (Auditorem generalem vocant)
apud Gaſparem iocosè queri cœpit; ſe, ac omnes ſuos ad extremam re
paupertatem; in emporio celeberrimo fuiſſe nuper lites infinitas, ſuum
ſociorum lucrum: iam totam illam gentem fame perire: & quidem ſe
bam illum, qui fortè tum aderat, teſtem appellare: cuius, ex quo
par in alienam meſſem falcem, & ſocij iniecerunt, duos alios præ deſpe
tione ſocios pene ad laqueum traductos, aliò tranfugiſſe, quod in poſter
nihil in calamo præſidij ad vitam ſuſtinendam eſſe videretur: duos verò
ſupereſſent, iam diu famelicos omnem ventum circumſpicere, ſicubi
maioris lucri affulgeret; qui diu officium vendidiſſent, ſi emtores rep
fuiſſent: vereri ſe porrò, ne inpoſterum ea officia, quæ vendi etiam ſo
bant ſtipendium, à fiſco ſuæ tenuitatis adminiculum emendicent. Annuit ſcri
& Gaſpar quoque non negauit, ſe quidem ſi poſſit etiam Iudicis ipſius
put petiturum, optare verò, vt in ipſis Iudicum ſubſellijs araneæ pro Iud
bus reſiderent.

Cõfeſſione Iudicũ.

In hunc ferè modum cum reliquis Goæ vitijs agebatur; vnde dicebatur vulgo à primarijs Gaſparem his officijs non ſolum ea, quæ optabat c
ſecutum, ſed etiam quæ non quærebat, tantam ſibi ac ſuis autoritatem, ac
mam peperiſſe, vt niſi Catholica religione vetarentur Chriſtiani, pro Dijs ado
rent: & ſanè ſalutantium, & manus, veſteſque furtim exoſculantium nullus erat
nis; nam & ſæpe Deus prodigijs euidentibus eorum geſtis ſubſcribebat. Dæm
nes è corporibus expelli, à ſocietatis Patribus ibi vulgare habebatur: & quid mir
è corporibus eorum iuſſu excedere, cum tanto plures eorum opera diuina virtus

anti-

triq is eorum animorum domicilijs exturbaret: Ad inuocationem verò S. Virgi-
dalitate S. Vrſulæ, ſub initium huius ſodalitij tria quatuorve miracula con-
nt, quæ quia Froës alteri narrāda commiſit, nos ijs alijsq; permultis priuauit.
cipuum hoc erat opus Gaſparis, quod vnquam molitus eſt, ideò nec carere Obtrectatores.
grauibus obtrectationibus: ſemper enim ſanctorum virorum diuina etiam
coniuncta eſſe ſolent, vel cum inuidia quorundam, vel peregrino quodam
, atque vt ait Apoſtolus *non ſecundum ſcientiam*: vt omninò ſine ijs perfici non
ideantur. alij nimiam concionum frequentiam carpebant: quorſum tam fre-
s? an populus Hæreticus putaretur? alij pœnitentiam feria 6. immodicam, &
etam, Gaſparem ea inducere in morē, quæ mox eſſent peritura. Interim ſo-
uum ſeruabat Gaſpar: quoties quippiam ad Dei gloriam aggrediebatur: diu
ad dæmonis inſultus præparabat: agebatque diuinæ bonitati gratias, quod
iudicaretur, qui ſcopus eſſet: in quem obloquutores iſti omnia linguæ ſuæ te-
hinasque diſploderent, à quibus cum nihil ſibi magnopere timeret, ita ſe ge-
ac ſi ſurdus omnino, ac mutus eſſet, ne ipſa quidem obloquia doloris ſenſu di-
dicabat: ad Dominum tamen frequenti prece recurrebat, atque eximo pe-
hæc vt ſcribit Trigaultius proferebat. *Tuum eſt Domine hoc opus: quod ex eo quæ-
ut ſperatur, tuus eſt honor, & obloquium: tu ergo pro tuo arbitratu ſuccurre: à me quidē
bil, ſupra vires exigis, cetera tuæ fidei, ac tutelæ committo.* Ita Gaſpar ex ipſis malis *(quo-
diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum)* vtilitatem ſuam colligebat.

Mortuus eſt tantus vir anno inſequenti duobus ante diebus, quam à ſodalibus Mors Gaſparis.
is ſacra Vrſulæ ſodalium feſtiuitas ſummo apparatu celebraretur, quas ipſe
perè coluerat, vt ab illis ad ſupernam illam feſtiuitatē videatur inuitatus. Imò
teris quoque feſtum ſibi diem (quem æger quam maximo cultu celebrari man-
dara) cum illo communicare voluiſſe videntur; namque ita factum fuit ſtupente
opulo, lætitiæ potius, quam mœroris ſignificatione, Gaſparem à noſtris, & ſuis ſo-
dalibus efferri.

Hæc prima fuit Societatis IESV celeberrima omnium ſodalitas: cuius ſi incredi-
lem fructum ſpectes, non exaggeratè ſuperius dictum iudicabis, eam omnes ferè
toris orbis ſodalitates ſuperaſſe: magnis etiam fuit ad initium decorata miraculis,
quæ obliuio temporum ſepeliuit: inde tanta Indorum ſolennitas Vrſulanæ feſtiui-
tatis vt penè Paſchalem æquare videatur. Atque haud ſcio an poſſit S. Vrſula vlla
magis ſodalitate delectari, quam illa, vbi ſodalium omne ſtudium eò confertur, vt
ad ſuæ Patronæ imitationem in proximorum ſalutem incumbant vniuerſi.

CAPVT XLVIII.

Mirabile viſum de Vrſulanarum ſodalitate in Italia exorta cum eximio ſplendore.

DIuina ſapientia cum ſeculo ſuperiore, & hoc noſtro ſtatuiſſet cultum D. Vrſu-
læ mirificè propagare, & ſodalitates Virginum eius honori dicatas, magnis
dotare cœleſtibus fauoribus, ad eam rem Italam elegit puellam Angelam appel-
latam, vt ſanctarum vndecim millium Virginum cum ſuis ſodalibus exprimeret
caſtitatem; officio fungeretur Angelico, incumberet quantum ſexus fragilitas pa-
teret in ſalutem proximorum.

Nata eſt Angela Brixiæ in Italia propè Veronam: tenera circa An. Chriſti 1516. Pueritia B. Angelæ.
orbata parentibus eſt, quando cum ſorore totam ſe pietatis officijs & rerum cœle-
ſtium commentationi Magiſtro Spiritui ſancto tradidit, orationi copulabant ieiu-
nia & varias corporis afflictationes: vt virginitatis theſaurum tutius illibatum con-
ſeruarent. Lectulum dura præbebat humus, ſomnumque crebris religionis exer-
citationibus abrumpebant. Decreuerant aliquando communicato inter ſe conſi-
lio ſolitudinem ſecedere, vbi totas ſe Deo conſecrarent: quæ res cum Auuncu-

lum,in cuius tutela erant,aduertisset,domi eas continuit,&suo iniussu excede vetuit. Disiunxit eas breui Deus: Sorore præmatura morte ad cœlos euocata cesserat forte Angelam cupido cognoscendi status illius: Ecce tibi videt ani ipsius à Beatissima Virgine Maria,& multo Angelorum stipatu glorioſam:tum

Apparet ei soror glorioſa.

cem ad se delabi cœlitus. *Si qua via cœpisti progrediaris,nobiscum cœlesti gloria po* Quis explicet gaudiorum magnitudinem, quis proficiendi in via spirituali ar hinc natum desiderium,cum tantam à Deo vidit paratam gloriam? Ergo vt c nuis auctibus virtutes acquisitas intenderet, totam se conuertit ad sanctorun gestas vt legendas,sic moribus exprimendas: Hinc exstitit ardor quidam inse varios,& nouos excogitandi modos carnis afflictandæ,formæque venustatis d grandæ;ne qua pateret aditus violandæ virginitatis: Adhæc abstinebat vini v præter pauxillum panis,herbarum,ac aquæ adhibebat nihil ad famem saturā sæpè integris sibi septimanis indicebat inediam,solo pasta pane Angelico.

Animi demissio.

Accedebat abstinentiæ comes animi demissio;nihil in ea iactabundum,oste tionis nihil:vnde singulari à Deo donata munere est,vt in familiari congressu,& loquio mirificè posset versare mentes hominum quo vellet, & ad diuina impel quo ita vtebatur,vt omnis eius sermo diuinis de rebus misceretur, quo ignora Dei infinitam bonitatem docebat,& ad amorem Numinis inflammabat. Per losum censebat eorum studium,qui visa appeterent:vnde cum Dæmon Ange mētitus ei appparuisset,nec,adspectu quidē, vel aliodignum quā hoc alloquio stimauit, Apage iuratissime crucis Christi hostis:ego me peccatricē indignam visorum Angelicorum.Digna profecto animi demissio, quā Deus ad prodigios sa mox eleuaret.Nam cum in D.Augustini æde sacra ad aram S. Nicolai Tole natis preces ad Deum funderet;cœpit ardorem Spiritus moles ipsa corporis in rem leuata subsequi;rarum eidem sapientiæ donum Deus contulit: & quod m ris,Latinæ linguæ,quam nunquam didicerat,cognitionem:ac lumē, quo obsc sima quæque scripturæ penetralia clarè peruadebat, & eadem doctissimorum gatu referabat. Vacabat interim proximi iuuandi indefesso studio,&efficaci de ritate dissidentium odia conciliabat,peccati horrorem incutiebat, sacræ exhor logesis & synaxis frequentationem persuadebat.

Hæc illa dilecta à Deo & delecta plantula est,cuius voluit fœcundis propagi bus,& vberrimis fructibus orbem terrarū pascere,constituta ea Matre Vrsulan Virginum sodalitatis,quæ miros fructus vbiq; terrarum in Italia præsertim & G lia, in erudienda ad omnem vitæ honestatem puellari ætate produceret Eccles quod Deus illi tali ostento indicauit.

Visio rara.

Orabat more suo ardenter & attentè sublatis in cœlum oculis Angela: Ecce t scalam à terra cernit ad cœlos vsque protensam:in hoc ordo ingens apparuit inn merabilium Virginum supplicātium ritu,&adscensu ingredientium arduo, binæ binæ pariter gradiebantur; erantque singulæ pretiosissimo diademate redimit frontem tegebat gemma splendidissima pretij inæstimabilis, bini binas Virgin stipabant Angeli.Nihil verò sic tenebat adspicientem, nihil tanta mentem dulc dine mulcebat,vti cœlestis harmonia, quam Virginibus canentibus omnium m licorum instrumentorum pulsato genere genij cœlestes excitabāt:cum vox ad Ar gelam præ gaudio à mente abductam allabitur:*non ante morieris Angela, quam sim lem fundaris Parthenicam sodalitatem.* Magnos hoc visum stimulos addidit,vt ad omnem vitæ Christianæ perfectionem conniteretur, dignam- que se præstaret, per quam tam grande Deus opus moliretur.

) o (

CA

CAPVT XLVIIII.

B. Angela flagris adigitur ad inchoandam S. Vrsulæ congregationem, quæ felicissimè per Italiam & Galliam propagatur.

Vnde diuinis impulsibus terræ sanctæ loca Christi vestigijs nobilitata visit, Romã etiam, & sanctorum Martyrũ sepulcra, nec tamen adduci vnquam potuit rogatu Principum virorum, vt ibi sedem figeret, Deo Virginem ad grandius quodam opus alijs in locis inchoandum reuocante.

Sæpè rem omnem cum conscientiæ suæ arbitro Seraphino Bononiensi Ordinis Regularis Canonico communicauit; sæpè ab eodem ad iacienda sodalitatis fundamenta: sed frustra commonebatur: reuocabat virginem animi demissio: nec enim inducere in animum suum poterat, quomodo ab imbelli femina tam nobile institutum, cuius ideam viderat, conderetur: donec nocte ob nimiam dilationem, & aditer verbis primum; mox & flagris est adacta, quod huc vsque diuinis monitis restitisset. Ergo castigata prioris temporis ignauia sua, spe in Deum iubentem erecta, cœpit manum operi statim admouere, alloquio familiari Virgines ad congregationem conflandam inuitare: euentu auspicatissimo: nam continuo ad 76. repetit eiusdem consilij propositique Deo internas faces, indente mentibus: vt vellent, quod ipse ad suum, & S. Vrsulæ honorem per famulam suam moliebatur; ita septuagenario numerosior coiuit Parthenia sodalitas Vrsulanarum: & in vndecim millium Virginum cultum omnes coniurarunt: cuius prima mater Angela suffragijs omnium A. 1537. renunciatur. Initium auspicatissimum sodaltatis Vrsulanæ.

Atque vt ædificium istud spirituale solidioribus niteretur fundamentis: post diuina præsidia copulauit humana: nam comites, & principes feminas cœtus illius nouelli Patronas & defensatrices delegit: alios etiam assumsit Ecclesiasticos primæ notæ viros, qui autoritate sua linguas obtrectantium coëercerent.

An. 1544. Paulus Tertius Romanus Pontifex, Bulla sua sub nomine S. Vrsulæ sodalitatis eam canonicè erexit, approbauit, confirmauit; additis plenissimis indulgentijs in ingressu, & mortis articulo: permittit gubernantibus eam mutandi, addendi, & minuendi potestatẽ, quidquid ad bonum eius, visum fuerit expedire. S. Carolus Borromæus idem sodalitium A. 1581. visitator Apostolicus erexit Mediolani, & professus est maxima se affectum voluptate, & animi consolatione, dum id inspicerent: & totum quasi onus visitandi Pontificio iussu Ecclesias vehementer alleuatur: habuit ad easdem crebras exhortationes. Confirmatur à sede Apostolica. Legibus stabilitur.

Porrò cum ea congregatio in Italia inchoata, & tota postea Francia propagata, primo constaret Virginibus secularibus, quarum leges S. Carolus sanxerat. Sensim cœpere mixtæ se vitæ applicare, & erudiendæ publicè ætati teneræ puellarum in fide, moribus, legendo, scribendoque suam offerre operam, & festiuis etiam diebus famulas gratis ijsdem rebus instituere: cuius fructus ij fuere, vt sedes Apostolica, vt dixi, eam sodalitatem euexerit ad statum Religiosum ordinis S. Augustini.

(o)

CAPVT L.

Vtilitas sodalitatis Vrsulanarum, & progressus Testimonijs aliorum comprobatur.

VTilitates & progressum huius sodalitatis Italorum testimonijs confirmat perant literæ Francisci Landini ad Franciſchinum Wisdonium 21. Octo 1566. datæ, quibus vitæ sanctitas Angelæ fundatricis & fructus vberrimi cong tionis continentur, fragmentum excerpam. *Sodalitas*, ait, *S. Vrsulæ Brixiæ, si v*

Fructus sodalitatis istius.

dimiseris, 130. virgines complectitur, & sanè videtur diuina prouidentia tam honesta tione non multas tantum opulentas; sed tenuiores etiam, adeoq; pauperes exaltare vo quæ licet Religiosam vitam & ament impensè, & venerentur, vel tenuitate condition centur à monasterijs, vel ad tria profitenda vota nõ adeò certis de causis propendent; vel ob iustas rationes nolũt; vel nõ possunt etiã cœnobiticam vitã complecti; ardent nihilon agnum immaculatum quocunq; ierit sequi, canticum cum Virginibus nouum concinere

Fundatrix B. Angela.

virginitatis aureolam indipisci: Prima huius sodalitatis fundamenta iecit, re & no Angela, humili quidem loco nata, vitæ tamen integerrimæ, quæ in raptu mentis cœlos pandi, & egredi pulcherrimam Virginum pariter & Angelorum supplicantiũ ritu pom procedebant binæ & binæ Virgines canticum nouum concinentes, Angelis omni genere monicorum instrumentorum concrepantibus, cuius melodiæ tonum ipsa Angela memor tinebat. In reliquis vidit sororem suam nuper defunctam in statu virgineo: Quæ cũ supp

Visio de ea.

tio tota consisteret, arcana multa patefecit Angelæ, illud inprimis admonendo, per ipsam ginum sodalitatem erigendam, quæ postea toto terrarum orbe esset propaganda. Hæc scrib ore plurimorum fide dignissimorum, qui viuunt hodie, quiq; familiariter vsi sunt Angel perstite. Completa visione Hierosolymam abijt peregrina; sed in itinere percussa cœcitate, rediret, ea liberata est: Tunc quæ prius nec binas callebat literas, ea cœlitus est donata sap tia, qua Latinos percommodè Doctores intelligeret. Hinc fama nominis eius non tantum vulgi: sed doctissimorũ etiam virorum & concionatorum præconijs celebrata, permouit vt Angelam velut Deiboram consulerent. Vitam egit paupertinam ac rigidam: sæpè dum raret visa corpore suspensa in aëre. Brixiensem inchoauit sodalitatẽ Vrsulanarũ, quæ ipsa uacentum numerauit, eam iam Sedes Apostolica confirmauit. Exstat eiusdem Virg hoc epitaphium.

Epitaphiũ B. Angelæ

Proposito Martyr, Virga actibus, ore Magistra, Angela diuisa est tria per loca: corpus in a
Sic tribus aureolis Angela dives erat. Spiritus in cœlo, nomen in ore virum.
Angela nuper eras morum vitæq; magistra, Angela virtutum varia redimita corona,
Nunc patriæ tutrix, præsidiumq; veni. Hic iacet extrema restituenda die.
Angela viua fui, nunc Angela mortua dicor. Spiritus ætherias penetrauit feruidus ar
Sum tamen Angelicis Angela iũcta choris. Et summo ingenuus adstitit ille Deo.
Vos qui me nostis, exemplo viuite nostro, Illa hæc est Virgo, quæ morum regula viua
Sic facilè, vt docui, mortua adhuc doceo. Illustrem erexit virginitate chorum,
Conditur hoc tumulo, cui nomen & insuper omnis Brixia crede mihi sacrum venerare sepulc
Vita fuit superis æquiparanda choris. Nil non faustã Deo proxima Virgo pote

Ferrariẽsis sodalitas.

Virginum harum vna colonia missa Ferrariam est vocatu Episcopi, cuius etia nomine statim libellus prodijt de huius instituti commodis, & quadam necessit te: pauca ex eodem delibabo.

Multitudo Virginum.

Inter varia diuinæ munificentiæ dona non est illud vulgare, quod Deus vitar cœnobiticam, & statum virginalem semper cœlesti tuitione defenderit, & ad Vrsulæ, Virginumq; sodalium honorem eum denuo excitarit, qui multis retro ian annis in Ecclesia diu viguerat, adeoque, vt in vna quandoque vrbe 20. millia cen seantur. Certè in Italia cũ Deus ætate nostra per Angelam Virginẽ Brixiensem par thenicum sodalitiũ erexisset, illud breui accessione qua tenuiorum, qua diuitum & nobilium ita creuit, vt Mediolani iam aliquot millia numerẽtur Virginum, quæ sin

Propagatur.

gulari sanctitatis exemplo Angelicam potius, quam humanam degere vitam videantur: Multum promouit eam rẽ S. Cardinalis Borromæus, cuius tẽpore Gregorius

XIII. id

III. I non approbauit modo; sed & maximis gratijs & priuilegijs cumulauit. Eadē
[illegible]has Venetijs subinde propagata magnos progressus fecit. Nuper etiā Veronæ
[illegible]pe in locis feliciter instituta, tandem Ferrariā Episcopi voluntate traducta est,
[illegible]post varias eius vtilitates, hanc eius quodammodo necessitatem. Multas Vir-
[illegible]nes senuiores dos necessaria deficit: metuunt aliæ, ne in cœnobijs diuini verbi pa-
[illegible]lo cestituātur, & auxilijs spiritualibus; nōnullas obedientiæ deterret labor, quæ-
[illegible]ad summum perfectionis apicē peruenire nequeūt, in secundo malunt cōsistere,
[illegible]asdem etiam parentum & consanguineorum necessitas cogit ijs subuenire; nec
[illegible]meliacturam facere cuperent virginitatis: sæpè etiam familiæ reperiuntur nobi-
[illegible]& lustres, prole copiosa, exiguis opibus: quæ nec dotem cōstituere singulis pro
[illegible]gressu in religionem, vel matrimonio contrahendo valent; vnde conueniens fuit
[illegible]Ecclesia statum aliquem instituī tertium, in quo similes parentibus auxilio desti-
[illegible]tuantur cælibes, Christo voto castitatis obligatæ, ne vaga libidine prostituātur.
[illegible]hic ingens ætati defessæ solatium, habere fideles castasque filias, in quarum fi-
[illegible]liis requis conquiescant: quibus enim potius decrepitam ætatem, quam suis cō-
[illegible]cedat filiabus, quarum vna solicitudo & cura est, Deo in parentibus deseruire.

Necessitas Virginalis sodalitatis.

[illegible]Accedit grande emolumentum Ecclesiæ, ingenuas & nobiles esse filias, quarum
[illegible]puellarum ætas committatur, vt eam non illis tantum informent artibus, quæ
[illegible]sequiorē cumprimis decent: sed moribus etiā Christianis, & capitibus fidei.
[illegible]habulla erectionis & approbationis huius sodalitatis, quā breuitatis causa præ-
[illegible]termitto. Hæc confirmat sodalitatē S. Vrsulæ à S. Carolo inchoatā: concedit ijs bo-
[illegible]na, quæ legātur vel eo fine, vt Matrimonio iūgantur, vel si in religione profiterētur.
[illegible]Se quā latè propagines suas hæc vitis Italia tota diffuderit, licet ex vna diœcesi
[illegible]Mediolanensi arbitrari. Tres in ea vigent istarum Virginum viuendi modi, & insti-
[illegible]tuta. Quædam earum vna viuunt velut in cœnobio: degunt aliæ priuatis in ædibus:
[illegible]priores, solo castitatis voto simplici nulla perpetua clausura, vt vocant adstringūtur:
[illegible]harum duo sunt genera, alteræ nūquam exeunt monasterio, nisi grauis vrgeat ne-
[illegible]cessitas, & specialis obtenta sit Superioris licentia; Alteris permittitur nec rogata
[illegible]egressus, omnes tamen simul vel ad templum, quo carent proprio, vel ad ex-
[illegible]omologesin faciendam peccatorum exeunt: Tenentur, quæ degunt in congrega-
[illegible]tione, dotē adferre certam: eam in vrbe ter mille imperiales, extra illam in diœcesi
[illegible]mille constituunt, præter vestes, aliamque supellectilem certam valoris 1500.
[illegible]Postrimum ingressum & assumtum habitum tirocinium ponunt anno toto, quo
[illegible]soluto, nuncupant votum simplex castitatis; vestitus ijs est religiosus atri colo-
[illegible]ris, quo attonsum velo tegunt candido, frontem altero circūligant. Solis in tribus
[illegible]vrbis monasterijs velantur more sanctimonialium. Horis legitimè distinctis re-
[illegible]citant simul in choro sine peccati vllius obligatione officium, aliæ diuinum, siue Ro-
[illegible]manum, siue Ambrosianum; nonnullæ B. Virginis preces horarias.

Vtilitas Ecclesiæ.

[illegible]Cœnoborum vrbicorum, in quibus egressus prohibetur, hæc quoque numerātur:
[illegible]S. Spiritus, S. Christinæ, S. Marcellinæ, S. Sophiæ, S. Mariæ ad Angelos: degūt in his
[illegible]octoginta Virgines; & 25. in simili monasterio diœcesis, quod à S. Catharina nomen
[illegible]habet, nel torquo di malegnano.

Varietas eius in sola diœcesi Mediolanensi.

[illegible]Sex sunt diœcesis monasteria, quibus indulgetur, vt dictas ob causas pariter egre-
[illegible]diantur, in Merta, in Varece, in Gallarato, in Vimercato, in Arona, in Cannobio: vi-
[illegible]uunt in his 120. Extra monasteria datur habitus congregationis quibusdam Virgi-
[illegible]nibus quæ castè viuunt in priuatis ædibus, quarum moribus respondet regula Me-
[illegible]diolani typis A. 1591. vulgata. Huius fuerūt instituti Virgines, quas S. Carolus Bor-
[illegible]romæus in ciuitatem & diœcesin Mediolanensem introduxit: vniuersim mille nu-
[illegible]merantur. Omnes hæ, tam quæ cœnobiticam, quam quæ priuatam degunt vitam,
[illegible]Priori suo Generali subijciuntur: is est Sacerdos quidam secularis ab Archiepisco-
[illegible]po designatus, quo nunc munere fungitur D. Ioannes Paulus Maurus Doctor Iuris,
[illegible]vir moribus & doctrina spectabilis, qui mecum hæc omnia beneuolè cōmunicauit.
[illegible]Est & Cremonæ sodalitium Vrsulanum: Virgines eæ diebus ferialibus manent in
[illegible]propijs ædibus, at festis in S. Geroldo Sacramenta percipiunt: harum vna decessit
[illegible]cum opinione sanctitatis.

CAPVT LI.

Sodalitas Virginum Vrsulanarum Coloniæ instituta.

ANno Domini 1611. Coloniæ Virgines & Viduæ voto castitatis obligatæ, f
tatem inierunt à Sede Apostolica cõfirmatam: in qua cum fiat mentio
ri vndecim millium Virginum; adeoq; numerus hic Sedis Romanæ auctorita
biliatur, placuit cum erectionis diplomate adiungere.

PAVLVS PP. V.

*AD perpetuam rei memoriam. Cum sicut accepimus in Ecclesia S. Vrsulæ Colonien
pia, & deuota Virginum & Viduarum confraternitas sub inuocatione eiusdem
sulæ, & vndecim millium Virginum, non tamen pro mulieribus, vnius specialis artis
nicè instituta existat, cuius [illegible]sorores quam plurima pietatis & caritatis opera exerc
sueuerunt. Nos vt confraternitas præfata maiora indies suscipiat incrementa, de omni
Dei misericordia, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus
& viduis, quæ dictam confraternitatem in posterum ingredientur, die primo earũ ing
si verè pœnitentes ac confessæ sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumserint, plen
nec non eiusdem nunc & pro tempore describendis, quam iam descriptis in dicta confra
tate consororibus in cuiuslibet earum mortis articulo, si pariter verè pœnitentes & co
ac sacra communione refectæ, vel quatenus id facere nequiuerint, verè contritæ nom
SVORE si potuerint, sin autem, corde deuotè vocauerint, etiam plenariam. Ac tam ipsis
bus verè etiam pœnitentibus ac confessis, ac sacra communione refectis, quæ prædicta c
ternitatis Ecclesiam, vel capellam, seu oratorium die festo eiusdem S. Vrsulæ à primis v
vsque ad occasum solis diei huiusmodi singulis annis deuotè visitauerint, & ibi pro Ch
norum Principum concordia, Hæresum exstirpatione, ac S. matris Ecclesiæ exaltation
ad Deum preces effuderint, plenariam similiter suorum peccatorum indulgentiam ac
sionem misericorditer in Domino indulgemus. Insuper dictis consororibus etiam verè
tentibus & confessis ac sacra communione refectis, quæ præfatam Ecclesiam, capellan
oratorium in Conceptionis B. Mariæ V. nec non S. Catharinæ, S. Agathæ, & S. Monica
diebus, à primis similiter vesperis vsque ad occasum solis dierũ huiusmodi singulis, etia
nis deuotè visitarint, & ibi vt præfertur orarint, quo die prædictorum id egerint, septe
nos & totidem quadragenas, quoties in Missis & alijs diuinis officijs in dicta Ecclesia
seu oratorio pro tempore celebrari & recitari seu congregationibus publicis vel priuatis
dem confraternitatis vbiuis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, a
cem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procurauerint. Nec non e
quæ corpora defunctarum consororum dictæ confraternitatis & aliorum ad sepulturam
ciauerint, aut quascumque processiones de licentia ordinarij faciendas, Sanctissimum
charistiæ Sacramentum, tam in processionibus, quam cum ad infirmos aut alias vbicun
quomodocunque pro tempore deferetur, comitatæ fuerint, aut si impeditæ campanæ ad
quo dato, semel orationem Dominicam & salutationem Angelicam dixerint, aut etiam
quies orationem & salutationem easdem pro defunctarum Consororum animabus rec
rint, aut deuium seu deuiam ad viam salutis reduxerint, & ignorantes præcepta Dei, &
ad salutem sunt, docuerint, aut quodcunq; aliud pietatis vel caritatis opus exercuerint,
pro quolibet præceptorum sexaginta dies de iniunctis eis seu aliàs quomodolibet debitis
tentijs in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus
turis. Volumus autem, quod si alias dictis consororibus præmissa peragentibus, aliqua al
dulgentia perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, pr
tes nullæ sint, vtq; etiamsi dicta confraternitas alicui Archifraternitati aggregata iam
in posterum aggregetur, vel quauis alia ratione vniatur, seu & quomodolibet institu
priores seu quæuis aliæ literæ Apostolicæ illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc pro
ipso nullæ sint, Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo piscatoris, prima Decembris
1611. Pontificatus Anno VII.*

S. Cobellutius.

Pon

Porò quæ in Bulla continentur pietatis opera Virgines illæ Viduæque exercent ...uer, præsertim in ætatem teneram catecheſi inbuendam incumbunt diligen-...& ipſo S. Vrſulæ peruigilio ſingulæ cereum ſanctis Virginibus offerunt.

Eiem Sodalitio poſt annos paucos: videlicet Anno 1616. pontificatus ſui Anno I. X Februarij per Breue poteſtatem fecit, vt iuxta ordinarij tunc Ferdinandi Ar-...iepiſcopi Colon. arbitrium, ad ſuum gremium poſſet admittere coniugatas, iiſ-...ſuras priuilegijs ſeu gratijs; qua ſuper re diſpoſuit eodem anno 1616. 30. Iulij ...to Gereon Archiepiſcopus Cyrenenſis, Archiepiſcopi Colon. in Spirit. & Pon-...ibus Vicarius, vt patet ex eiuſdem ea de re literis Sodalitati datis. Eandem d...latem recens. R^mus D. Georgius Paulus Strauius Epiſcopus Ioppenſis, Suffra-...s Colonienſis legibus commodis ornauit, & autoritate ſua fecit auctiorem. ...t leges Sere. Electoris nomine publicatæ.

CAPVT LII.

Nauicula S. Vrſulæ, ſeu Sodalitas vtriuſque ſexus totius orbis Coloniæ inſtituta.

HActenus Virorum tantùm, vel Virginum, ac Viduarum congregationes enu-...neraui: venio ad eas, quæ vtrumque complexæ ſexum, nauiculę Vrſulanæ no-...in inſigniuntur, & tota olim Germania propagatæ mirificè bonorũ operum ſtu-...promouerunt. Huius originem Auguſtani attribuunt Patribus Carthuſianis ...ntoratenſibus, qui eam, vt poſtea dicetur, feliciter circa A. 1480 inchoarunt: ...rnbergenſes verò Colonienſibus: de quibus primo agam, quia vix vlla hic vn-...am inſtituta, in quam omnium gentium, & nationum viri Principes, & Feminæ, ...puis tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus dignitatibus ornati, tanto numero ...ciptis manu ferè propria nominibus, conuenerint. Hanc à Sede Apoſtolica ere-...am, magnisque gratijs ornatam fuiſſe, teſtatur libellus Nurenbergenſis iuſſu, E-...ris Saxonici A. 1503 typis vulgatus: Bullam tamen non reperi Pontificiam; ſed ...ardinalium, qui eam Anno 1489. iam tum vigentem indulgentijs decorarunt; ...viſum fuit attexere.

BVLLA INDVLGENTIARVM, 20. Cardinalium ſuſcriptione & ſigillis munita.

ROdericus Portuenſis, Oliuerius Sabinenſis, Marcus Præneſtinenſis, Iulianus Oſtienſis, Ioannes Albanenſis, Epiſcopi. Ioannes Michaël tituli S. Marcelli, Georgius tituli S. Mariæ ...Tiberim, Paulus tituli S. Sixti, Hieronymus tituli S. Chryſogoni, Dominicus tituli S. Cle...ētis; Ioannes tituli S. Vitalis, Ioan. Iacobus tituli S. Stephani in Cœlio monte, Laurentius ...tuli S. Suſannæ, Ardicinus tituli SS. Ioannis & Pauli, Antonettus tituli S. Anaſtaſiæ, Preſ-...byteri. Raphaël S Georgij ad velum aureum, Petrus SS. Coſmæ & Damiani, Ioannes Mariæ ...quiro, Baptiſta Mariæ in Dominica, & Aſcanius Maria S. Viti in Marcello Diaconi ...E. miſeratione diuina Cardinales:

VNIVERSIS ET SINGVLIS CHRISTIFIDELIBVS præſentes litetas inſpecturis, ſalutem in Domino ſempiternam.

DVm præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum Virgo Dei genitrix glorioſa ſedibus prælata ſidereis, quaſi ſtella matutina prærutilat, deuotæ conſiderationis indagi-...erſcrutamur, & dum etiam inter pectoris arcana reuoluimus, quod ipſa vtpote via Miſe-...ardiæ, mater gratiæ, & pietatis, amica humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui ...ctorum onere prægrauantur ſedula oratrix, & peruigil ad Regem, quem genuit intercedi-...dignum quinimo reputamus, & congruum, vt loca cuncta in honore nominis ſui dedica-...roſſis remiſſionum proſequamur impendijs, & indulgentiarum muneribus decoremus. ...ientes igitur, vt Capella ſeu altare B. Mariæ Virginis ſitum in collegiata Eccleſia vnde-...millium Virginum Colonienſi, in qua vt accepimus, notabilis quædam confraternitas ad

laudem Trinitatis, B. Mariæ, & vndecim mille Virginum inibi fore dignoſcitur; & ad quas Confratres vtriuſq; ſexus ſingularē gerunt deuotionē, congruis frequentetur honoribus, & Chriſti fidelibus iugiter frequentetur; nec non in ſuis ſtructuris, & edificijs debitè reparetur, conſeruetur, & manu teneatur, ac libris, calicibus, luminaribus, ornamentis Eccleſiaſticis, & rebus alijs pro diuino cultu neceſſarijs decēter muniatur; vtq; fideles Chriſti eo libentius deuotionis cauſa confluant ad eandē, & ad reparationem, manutentionem, conſeruationē, & munitionem huiuſmodi manus promtius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidē dono cœleſtis gratiæ ſe vberius conſpexerint refectos. Nos Cardinales præfati, videlicet quilibet noſtrū de omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorū eius autoritate confiſi, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus vtriusq; ſexus, verè pœnitentibus & confeſſis, qui dictā Capellā ſeu altare in Dominica de S. Trinitate, & Annunciatione B. M. Virginis, ac vndecim mille Virginum, nec non & S. Hippolyti Martyris, & ipſius altaris dedicationis feſtiuitatū diebus a primis veſperis, vſq; ad ſecundas incluſiue deuotè viſitauerint, annuatim, & ad præmiſſa manus porrexerint adiutrices, pro ſingulis dictarum feſtiuitatum diebus, quibus id fecerint, centum dies de iniunctis pœnitentijs ijs miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus, præteritis temporibus, futuris duraturis. In quorum omnium fidem præmiſſarum, literas noſtras huiuſmodi fieri, noſtrorumq; ſingulorum ſigillorum fecimus appenſione muniri. Datū Romæ in domibus noſtris ſub An. à Natiuitate Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo, octuageſimo nono: die verò quinta decima menſis Iulij, Pontificatus noſtri ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Innocentij diuina Prouidentia Papæ octaui.

Oppugnabat eam ſodalitatem circa A. 1477. Nicolaus Theologiæ Profeſſor Religioſus, & eius ſodalibus obtrectabat etiam pro ſuggeſtu: ſed nocte concubia, S. Vrſula cum Virginibus per viſum oblata cum acriter hominem verbis caſtigaſſet, fecit eum præconem Vrſulanæ congregationis & ſodalem præcipuum: nam die reddidit viſum omnibus enunciauit, nomen albo ſodaliū inſcripſit, & omnes ad eādem verbo & exemplo eſt cohortatus: Vnde floruit ea ſodalitas vehementer. in eum finem hiſtoria S. Vrſulæ; de ea reuelationes factæ, & miracula Germanico, ac Latino idiomate iam A. 1494. & initio ſequentis ſeculi typis vulgata ſunt: & Germanicus de Nauicula ſeu Vrſulana ſodalitate rythmus adhortatorius An. 1516. adiectus eſt, cuius mentem & ſenſum ita reddidi.

CARMEN DE NAVICVLA SEV SODALITATE S. Vrſulæ.

FAllor? an Vrſuleā virtutibus orbis onuſtā
Cerno ratē? ô Helycen, præſidiumq; mihi!
Ecce ſodalitium, quod ſancta Colonia turmis
Dedicat vndenis Vrſula Virgo tuis.
Cōfluit huc, Italus, Gallus, Germanus, Iberus
Ruſticus, & Princeps, Cræſus, & Irus adeſt.
Hanc Hierarcha tiaratus, Patrumq; ſenatus
Purpureus, pueri, femina, virq; ſubit.
Important ſacra, vota, preces, ieiunia, fletus.
Hæc cœli merces, has ratis iſta vehit.
O quiſquis ſaluis in portum mercibus ardes
Tendere: qui ſyrtes, qui vada cæca times,
Quē mōtes ſubiti, mox terret abyſſus aquarū:
Hæc ſecura mali, naufragijq; ratis
Namq; gubernatrix claui, Cynoſuraq; ponti
Vrſula, Parthenijs vndiq; cincta choris
Promittit portum vectoribus, aſtra polorum:
Si naulum pendis, ſtat tibi certa ſalus.
Vndecies qui mille preces numerarit Ieſu,
Et toties Mariæ qui numerarit Aue,
Nō dubius ſperet dū viuit, & occidit vmbri
Præſidium præſens Vrſula Virgo feret:
Vrſula Parthenijs veniet ſtipata cateruis
Dæmonas auertet, tartareoſq; dolos,
Et mentem fida cœli ſtatione locabit,
Quam beet adſpectu mox Trias alma ſua.
Felices vndena ſibi qui millia crebro
In ſua dum viuunt vota precesq; vocant
Hæc viuis veniam ſcelerum, moriētibus aſtra
Exorant, ſoluunt igne piante ſcelus.
Qui ſapis, Vrſuleæ, dū ſpiritus imbuit artus
Te committe rati, quam Cynoſura regit.

Fuit ſanè hæc inter celeberrimas totius Europæ ſodalitates referenda, ſi numerum in eum adlectorum ex omni penè totius orbis natione ſpectes, & nobilitatem perſonarum, quarum præcipuum erat inſtitutum, manu ferè propria nomen referre in album ſodalitatis, quæ in aureo S. Vrſulæ oratorio Coloniæ celebratur: & vndecies quotidie, ad vndecim millium Virginum honorem orationem dominicam cum ſalutatione Angelica recitare.

Tria

ria ſuperſunt volumina nominũ,& primum antiquiſſimũ ab A. 1514. ferè conti-
ne nam priorum temporũ perierunt:in hoc videre eſt ſex,ſeptem,vel octo millia ex
omni natione vno anno ſe inſcripſiſſe,& ferè nobiliſſimos.quoſque. Ego præcipuorũ
nomina,quæ obuia mihi occurrerunt,adnotabo,vt viſo maiorum ſuorum cultu Vr-
ſulino, poſteri ad eũdem inflammentur. Cardinalitia dignitate conſpicuos aliquot è
diuerſis nationibus reperi: Wilhelmum Cardinalem de Croy Archiepiſcopum To- Cardi-
letanum A.1520.breui poſt Wormatiæ mortuum. Caſparem Contarenum Oratorẽ nales.
apud Carolum Imperatorem A.1521.poſtea Cardinalem.Ioannẽ Poggium protono-
tarium & Legatum Apoſtolicum A.1541.poſtea Cardinalem.Primus horũ Wilhel-
mus de Croy formator morum egregius fuit à pueritia Carolo V. datus. Caſpar verò
Contarenus rara qua polluit eloquẽtia Carolo V. perſuaſit,vt Franciſco Sfortiæ Dú-
catum Mediolanẽſem, pro quo diu pugnarat,reſtitueret. Poggius autem multũ Co-
loniæ prouidit per ſe,& Petrum Fabrum,ne quid Chriſtiana res caperet detrimenti
ſub Hermanno antiſtite,Lutheranam Hæreſin profitente, donec is Pontificia &
Cæſarea autoritate exautoraretur.

Ætate noſtra Cardinales eminentiſſimi Ginetti, Marchiauellus,Roſetti inſigni Episco-
pontificatis exemplo ſæpius ſacras Martyris Vrſulæ ſodaliumque reliquias piè ſunt ve- pi.
nerati:& Machiauellus quidem in eius ſacrario primam Deo litauit hoſtiam.

Epiſcopos inter familiã ducit Stephanus Gabriel Archiepiſcopus Barẽſis,& Epiſco-
pus Grennenſis. A.1530. Georgius Epiſcopus Spirenſis Comes Palatinus A. 1537. in-
ſcriptus:fuit is Philippi Electoris filius:qui in epitaphio ab admiranda prudentia, cle-
mentia,& pietate commendatur. A. verò 1520. Ioannes Epiſcopus Hildeſienſis Dux
Saxoniæ eidem aggregatus ſodalitio eſt:Sub A.1521. Ioannes Franciſcus Citus Nun-
cius & orator Apoſtolicus,vti & Martinus Caracciolus ad Carolum V. Nuncius Apo-
ſtolicus:Sic A.1541. Petrus Agrigentinus Epiſcopus comitatus Cæſarem ad comitia
Coloniæ,nomẽ voluit S. Vrſulæ ſodalitati ſuum relinquere: idem Edmundus Bone-
nus Epiſcopus London.in Anglia A.1541 fecit. Ioannes Ricaſolus Epiſcopus Corti-
nenſis pro Illuſtriſ. Duce Florentiæ apud Cæſarem orator.

Nec omittendus Valentinus Leepes Iaurienſis Hungarus Epiſcopus Nitrienſis,
atque eius Comes perpetuus,S. Cæſ. Maieſt. per regnum Hung. Cancellarius, qui
A. 1512.ſe adſcripſit. His accenſeri voluit A.1518. D. Bernardus Monaſterienſis, & D.
Hannenman Hildeſienſis, A.1542. ſuffraganei.

Multi etiam Abbates cum Cœnobitis ſuis omnibus ſe Societati huic adiunxere. Abbates
A.1518. Ioannes Furſtenberg Abbas Siburgenſis,Iacobus Abbas in Immerbach. A.
1535. Mattheus S. Pauli Traiecti inferiores:quem ſucceſſor loci A.1537. cum omnibus
Religioſis ſequi voluit. Anno 1522. Franciſcus Abbas regalis Monaſterij S. Viti in
Corbeia Princeps Imperij. A.1531. D. Gerlacus Weſthoff Abbas Lysbornenſis. An.
1539. Hẽricus Elleburg Abbas loci S. Mariæ cum Religioſis omnibus. Sequenti anno
D. Remigius Camuſius ſe,& totum S. Remigij Remenſis conuentum adſcripſit,idẽ
fecit Ioannes Monaſterij S. Mariæ & S. Caroli Canonicorũ regulariũ in noua ciuita-
te Tragenſi cœnobiarcha. A. 1537. D. Theodoricus Neomagenſis Paderbornenſis:
D. Egidius Valcellenſis,D. Ioannes Iardinenſis ſe ſuosque adſcriptos voluerunt:ſe-
cuti horũ exemplum vertente anno Gerardus Abbas Monaſterij S. Laurentij pro-
pè Leodium;Ioannes Abbas vallis S. Lamberti in diœceſi Leodienſi; Ioannes de La-
no Alnenſis, Ioannes Florbertus Cambronenſis, Petrus de Flandria Molinenſis
cum aſcetis. Quadriennio poſt Vlricus Abbas S. Godehardi Hildeſienſis. An. 1573.
Hildẽſis Abbas Balthaſar de Dermbach Princeps Imperij. Hos ſecuti 1598. Iacobus à
Glitz Abbas B. Mariæ Virginis ad Martyres propè Treuirim,D. Balthaſar Reinen
Abbas Martini Maioris Coloniæ,Ioannes de Kettich Abbas D. Virginis in lacu Tre-
uirenſis diœceſis; Antonius Treuirenſis Abbas S. Lutwini in medio lacu.

Omitto plurimos Cathedralium etiam Eccleſiarum,præcipuorum Europæ loco-
rum Decanos,Præpoſitos: Ordinum Generales,Prouinciales, & locorum ſuperio-
res qui cum ſuis Cœnobitis ſe Vrſulanæ ſodalitati propria manu inſcripto nomine
aggregarunt.

Inter

Cæsares. Inter seculares primas iure suo sibi vindicat Carolus V. verè Maximus Imperator: sæpius is Coloniæ fuit, sæpius S. Vrsulã visitauit, vt satis indicant Principes affectæ: qui nomina tunc sua albo sodalium inscripsere: is etiam ardenter Coloniâ Vrsulanas ab Hispania, & India per Canisium & Kesselium Societatis Patres reliquias petijt. Idem ætate nostra piè veneratus potentissimus hodie Poloniæ Rex Vladislaus, & post eum Ferdinandus Cardinalis Infans Hispaniæ.

Reginæ. Reginas inter Principem iure locum tenet Maria Austriaca Maximiliani II. Imperatoris filia, quæ desponsa Philippo secundo Hispaniarũ Regi Coloniâ faciens iit, nomen dedit A. 1570. sodalitati Vrsulanæ: quod ante eam fecerat Zedena Georgij Regis Bohemiæ filia, iuncta Matrimonio Alberto Saxoniæ Duci, de quo infra: item An. 1540. Dorothea Christierni II. Regis Danorum filia, cum marito Friderico Io Electore Palatino.

Archiduces. Ex Archiducibus Austriæ genitum reperio Sigismundum, qui sine liberis ob & Maximilianum Imperatorem adoptauit Caroli V. auum: decessit, vt multi volu An. 1497. hunc tamen à cõiuge inscriptum puto. Nostra memoria Carolus de A stria Marchio Burgouiæ sua se inscripsit manu An. 1601. 8. Martij, fuit is Ferdina di Archiducis Austriæ senioris, qui Oeniponti residebat, filius: ac A. 1618. decessit tu cum horrificus cometa, & fata maximorum Europæ Principum, & bella, quæ non ũ eluctati sumus, dum hæc scribo, portenderet Germaniæ.

Electores. Inter Electorales familias Germaniæ primo loco Saxonicam pono: quia cum pi mis nomen dedit, & hic, & alibi sodalitati Vrsulanæ: quos inter eminet Albertus b animi robore in bellis quæ pro Germaniæ dignitate gessit animosus: & à Sede Ap stolica dextera manus Imperij, nominatus, fuit verò Marchio Misniæ: natus Pa Friderico II. Electore A. 1443. Hungaris, Gallis, Belgisque formidabilis, contra quos pro Imperatore fortissimè decertauit: nam Gallos Belgio exturbauit, Frisiam reb lem Imperio subiugauit: Matthiam Pannonium in Austria multis contudit præls: sed hoc maximè celebrandum, quod Bohemiæ regnum sibi oblatum recusarit: u cessit A. 1500. quem vxor Zedena sodalitati Vrsulanæ videtur adscripsisse, quæ an 1510. decessit, vel potius Catharina vtriusque filia, quæ vt parentem vtrumque, c maritos duos Sigismundum Austriacum, & Ericum seniorem Ducẽ Brunsuicensẽ vt ei se sodalitio aggregarent, videtur induxisse: de quo alias: nam horũm nomina a te 1520. constat fuisse albo sodalium inserta: quamuis de Saxoniæ Electoribus pl a sequenti capite adiungentur.

Albertus Saxo dextera manus Imperij.

In Brandenburgensibus Marchionibus circiter A. 1518. adnotatur Georgius Ma chio Brandenburgensis.

Sed enim Palatinorum Comites reliquos numero superarunt. Tres omnino C loniæ nomen dederunt sodalitati: 1. Ioannes Princeps Palatinus Comes Simmeri 2. Otto Henricus postea Elector, qui circa An. 1520. nomen inscripsit, quos secut s A. 1540. Turcis Vienna pulsis ac cæsis pro beneficio cœlitus dato gratus Frideric s Comes Palatinus Bauariæ Dux, vna cum Daciæ Regis filia voxore, sodalem se scr psit Vrsulanum.

Duces. Nec pauciores Ducum Brunsuicensium ijsdem se aggregarunt. Primus Eric senior fuit, qui duodecies cum hoste conflixit acie, victoria reportata: castra Ma miliani, & Caroli V. secutus: hunc Catharina vxor Saxonis filia in eandem p lexit A. 1520. Societatem: Sicut Margareta Ernesti Saxoniæ Electoris filia Henricu Ducem Brunsuigium, & Luneburgium Ottonis filium impulit, vt se An. 1520. S. V sulæ manciparet tutelæ: cum iam ante Wilhelmus Erici Brunswicensis Ducis Pare filiorum cura in eiusdem clientelam concessisset.

Porrò Carolo Imperatore Aquis coronato, multi Duces aliorum etiam locorũ n mina dederunt congregationi: Carolus de Croy Dux Arschottanus: Ioãnes Dux Moldauia cũ parentibus. Belli verò Duces Hispanorũ præcipui huic se Parthenio e ercitui consecrarunt: Fridericus à Toleto Dux Albæ; Ferdinãdus à Toleto filius Du cis Albæ, cõmendator Ordinis de Alcãtera; Fridericus Osorius de Toleto Nepos Du cis Albæ, & filius natu maior Marchionis Villafrancæ: D. Petrus de Mendoza, Lup

de

Guzman, Rodericus de mõte Aluo, plurimíque alij Hiſpani, Itali, Siculi, Princi-
, Comites, Barones; à conſilijs & officijs Cæſari. Iam verò A. 1532. cum Imperator
isbonam ad comitia contenderet & Coloniam tranſiret, ac ipſe ſacras reliquias
erabundus ac ſupplex inſpiceret, hi ex comitatu eius hoc ordine & modo no-
na ſua inſcripſerunt.

*1.1532. venit huc Imperator, & cum eo Dux Petrus de Toleto, Garzia de Toleto Frater
, Antonius de Toleto, Petrus de Mendoza, & alij plures*: Alio die eodem anno hi ſe
unxere. Ferdinandus à Toleto Dux de Alua pro ſe, & vxore Maria à Toleto, Fri-
icus à Toleto Dauerus, Ciſtercienſis Ordinis de Alcãtara, Bernardinus à Tole-
Frater Ducis Albani. Ferdinandus à Toleto pro ſe & vxore. Ferdinandus Alua-
à Toleto pro ſe, & vxore, & filia. Ioannes Bernardinus Aquauiua de Arragonia
x de Nerito: ſequuntur & Duces de Medina, alijque & aliæ plurimæ.

Multi etiam aliorum locorum Duces, principesque noſtris temporibus in eandẽ
alitatem conceſſerunt, vt Sereniſſimus Dux Franciſcus Vademontanus Prin-
s Lotharingiæ cũ ſorore Antonia. A. 1599. Illuſtriſſimus Carolus à Lotharingia
ſcopus Virdunenſis, eiuſque Frater Franciſcus à Lotharingia modo Virdunenſis
eſul & Decanus Colonienſis Marchio de Moy An. 1614. Carolus Euſebius Dux
pariæ & Carnouiæ, Princeps de Lichtenſtain: Hartmannus item Princeps de
htenſtein A. 1629.

Philippus etiam Princeps Comes Arenbergicus Dux Arſchott. nus cũ vxore, &
ilia. A. 1620. quẽ præceſſit Philippus de Croy Dux Arſchottenſis, ac Carolus de
oy Princeps Chimacenſis A. 1579. Magdalena de Egmond Princeps de Chimay
620. Denique A. 1608. 4. Aug. Vincentius Dux Mantuæ, cum ſua vt apparet ma-
ſe inſcripſiſſet, ſubijcit Secretarius: *Antonius Conſtantinus Sereniſſimi Ducis Man-
Secretarius, qui ob ſuæ pietatis teſtimonium hoc ſacrarium viſitauit, commendat ſe per-
tuo ſacræ Virgini Vrſulæ, & eius ſocijs.*

Ad Marchiones venio. A. 1520. Petrum de Toleto reperio Marchionem de Villa Marchio-
nca Ducis de Alba filiũ, ſequẽti anno Marchionẽ Conradũ Lucanum Appulum, nes.
A. 1531. Ioannem Ludouicum Marchionem Salutiatũ: at A. 1540. die Paſchæ Lu-
icus Marchio Salutiarum nomen dedit, qui tunc de conſilio ſupremo Carolo
erat. Plurimos ſodales familia Badenſium nobis peperit.

1515. Otilia Marchio Badẽſis, & Comes Catzenellebogẽſis, nomen ſuũ inſcripſit Badenſes.
m familia, vxor ea fuit Chriſtophori Marchionis, cuius patruus Bernardus ob cre-
rima, quæ patrauit miracula, à Sixto IV. in Canonem Sanctorũ relatus eſt: poſtea
lips Auguſtanam cumprimis amplexa confeſſionem: quam cum ex ea familia im-
rante primus Iacobus Marchio Badenſis A. 1590. eiuraſſet, P. Theodoro Buſæo Catholici.
ta exhomologeſi, Sixtus V. Pontifex Maximus gaudio geſtiens, ſupplicationem
templa Vrbis Romæ decreuit; proceſſit ipſe Pontifex pedibus, ſtipatus eminen-
imorum Cardinalium Collegio, & infinita propè ſacerdotum, & populi frequẽ-
, gratias omnibus Deo referentibus, de qua re fusè vide Michaëlem Einzingerũ
itheſauro Principũ fol. 151. ſed quia is veneno ſtatim ſublatus, heredes nõ reliquit
ceſſores; agnatos tamẽ habuit multos, qui Catholicã amplexi fidem ex ea ſtirpe:
m A. 1596. Philippum quendam Marchionem Badenſem adſcripſiſſe ſe manu ſua
leo cum hoc lemmate ex ſcriptura. *Omnia probate, quod bonum eſt tenete:* At A. 1601
opria ſe inſcripſit manu Maria Marchioniſſa Badenſis Vidua, filius Wilhelmus
archio Badenſis: alienâ verò Hermannus Fortunatus, & Albertus Marchiones:
nna Maria Lucretia Marchioniſſa Badenſis.

oſt hos A. 1619. Florẽtinus de Ligne Marchio de Roubaik, & Sigiſmundus Mar-
tio Sfondrato cũ comitatu ſuo, ſe in S. Vrſulæ ſacrario cœtui Vrſulano aggregarũt.

Comitum verò ob multitudinem vix rationẽ habere potui: quoſdam ex diuerſis Comites.
legi nationibus.

A. 1515. adſcriptus eſt Fridericus Comes Noricus, & triennio poſt Ioannes Co-
es Rheni cum alijs multis Comitibus viris, & feminis. A. 1520. in Comitatu Im-
ratoris Caroli, Chriſtophorus Comes de Toleto Fr. Comitis de Oropeſa, Chri-
phorus de Frangipanibus Comes Vegliæ, Segniæ & Modruſiæ cũ omni familia.

Ioan-

Ioannes Spinellus Cariatſi de regno Neapoli. Philippus Comes de Zyndech. Hu-
terus & Erneſtus Comites Mansfeldici, Arnoldus & Euerebein Comites Bent-
menſes & Steinfordienſes, Gerlacus Comes ab Iſenburch S. Gereonis Canon
cus, Troianus de Vilachiara Comes in Martigneno, Ambroſius Sarkan de Abo-
chaſa liber Dominus de Onnad & Comes Zaladienſis, orator Sereniſ. Regis Hul-
gariæ & Bohemiæ ad Imperatorem, Comes Montisleonis Vice-Rex Siciliæ cu
ſplendida Siculorum nobilitate, D. Antonius de Mendoza Comes de Montagn
& Dealmacan, Ioannes Comes de Meldelyn, Aluarus & Petrus de Corduba, fi
Comitis de Cabra.

Sequenti anno ex Italia ſe inſcripſere Thomas Caraffa Comes de Territo, i
vxore, Diomedes Caraffa Comes de Mataluna, Bechelina de S. Seuerino; è Germ-
nia Henricus Comes de Naſſaw, cũ parentibus ac amicis, & Renardus de Naſſav

Anno 1530. cum Ferdinandus Coloniæ Rex Romanorum eligeretur, Frideric
Comes Mansfeldius, Leonardus Comes de Swarzenburch, Antonius & Iacob
de Croy Comites in Seningen, Antonius de Velaſco Comes de Nyeba.

Anno 1540. Doctiſſimi ſtemmatis vltimus ſurculus, egregius virtutum auitaru
æmulator ſe inſcripſit Ioannes. Thomas Picus Mirandulæ Concordiæque Com
cum parentibus, coniuge & amicis; luctuoſo ſanè caſu cæſus.

Anno ſequenti Italus etiam Alexander Comes Noiarola, & germani duo W
helmus, & Otto Comites de Eberſtein, Canonici Colonienſes, & Argentinenſ
Sic An. 1570. Comes Gaſpar de Ladron; Anno 1575. Georgius Comes à Turn
men albo inſcripſere.

Iam verò Anno 1596. Andreas Spinola Franciſci filius, An. 1602. Ioannes Tib-
rius Spinola, Paulus Æmilius, Fabius Ambroſius, Stephanus & Pontius Spinol
Genuenſes omnes S. Vrſulæ fidem dato nomine obligarunt. Anno 1599. Ioann
Chriſtophorus Comes ab Hohenzolleren & Egon Comes à Furſtenberg. An
1601. Ludouicus Dagultius Comes Saltenſis. ſequenti anno Wilhelmus Salen-
nus Comes Salmenſis; vti Anno 1618. 8. Septembris Erneſtus Fridericus Com
Salmenſis.

An. 1617. Enno Philippus ac Leopoldus. An. ſequenti Erneſtus Chriſtophor
Comites Friſiæ Orientalis & Ritberg acceſſerunt, quando & Ioannes Com
Naſſouius cum vxore, annoque ſequenti Iuſtus Maximilianus Comes in Gron-
feld militia clari, nomina dedere. An. 1620. Otto Ludouicus Rheni Siluarumq
Comes, biennio poſt Franciſcus Lud. Comes de Manderſcheidt & alij.

Omitto regnorum Europæ præcipuorum Cancellarios; Venetorum, Genuen
ſium, Mediolanenſium, Oratores & Legatos ad Cæſarem; Hiſpaniæ, Luſitaniæ,
taliæ, Siciliæque florem nobilitatis. Vulgi nullus eſt numerus: nam intra dece
nium quandoque 50000 nominum ſcriptorum numeraui: præſertim ijs annis, qu
bus Lutherus bellum indixit Eccleſiæ, quaſi tunc omnes Europæ nationes har
communem Eccleſiæ Germaniæque patronam Vrſulam inſigni pietate ſuſcep
rint colendam, ad imminentia mala tot millium precibus auertenda.

CAPVT LIII.

Sodalitas Vrſulana vehementer opera Carthuſianorum Patru Argentorati ab Anno 1480 propagata, cum litteris Encyclicis de fructu & progreſſu ſodalitij, recenſq; patratis S. Vrſulæ miraculis.

SImilis nauiculæ Vrſulanæ congregatio cœpit Argentorati An. 1480. valde p
Patres Carthuſianos lateque propagata, vulgatis etiam typo libellis de eius i
crementis & literis encyclicis interdũ ad ſimiles alias ſubmiſſis, quæ ad hanc or
ginem

gi m ſuam referebant. Wilbaſen Paderbornenſis diœceſis cœnobium Virginum Wilbaſen monaſte-
eſt .Benedicti regulam profitentiũ ab A.ſalutis partæ 1148.fundatum à Bernardo rium.
Epcopo,id ſacellum habet S. Vrſulæ conſecratum:&inter Vrſulanæ Societatis ſa-
orpora gaudet S. Pignoſæ Regis filiæ reliquijs. Sanctimoniales illæ colunt im-
è Martyrem Vrſulam:à 150.annis adſcriptæ nauiculæ eiuſdem. Exſtant apud
n membraneo codice tranſcriptæ literæ encyclicæ,quas ante 140.annosSacer-
Carthuſianus dedit ad ipſas,& ad alia Germaniæ monaſteria, quibus finem in-
tæ ſodalitatis,eius vtilitàtes & fructus, theſauros eiuſdem ſpirituales & mira-
quædam recens ad S. Vrſulæ inuocationem patrata recitat, quæ meritò vi-
tur breuiter ex ipſis contrahenda,eaſdem editas poſtea vidi.

inem nauis Vrſulanæ proponit eum,vtChriſti fideles in eius ingreſſu gratiam & Finis ſo-
citiam Dei conſequantur,& aliorum ſodalium precibus & operum bonorum dalitatis.
citationibus , velut remigio & ventis quibuſdam ſecundis per mundi pro-
ɔſum mare ſine naufragio portum & ſtationem cœleſtis patriæ feliciter in
te attingant:anceps enim & formidoloſum ſalutis oſtendit eſſe negotium, niſi
ſodalium,quam cœlitum auxilio præſidioque in hoc tempeſtuoſo mari fulcia-
r.Ideò Patres Carthuſianos Argentorati ſodalitatem hanc inchoaſſe, multis
in finem collectis & importatis piorum operum diuitijs ſpiritualibus ad Deum
andum,Deiparæ & SS.vndecim millium Virginum ſuffragia ſodalibus impe-
da , vt quotquot eorum tutelæ gubernationique ſe commiſerint, ijs pænitudi-
& veniam vitæ præteritæ delictorum obtineant,& ad portũ cœleſtem ſecuros
lucant.Enarrat deinde ſodalitatis huius præcipuos hos fructus &emolumenta: Fructus.

erfectæ cumulataq; virtutis homines hic ſumunt amoris Dei proximique,ac 1.
itorum ingens incrementum.

Deſides verò tot ſodalium precibus & meritis ad dolorem peccaminum, ad 2.
iam acquirendam & ſalutis curam ſuſcipiendam excitantur. 3.
celerum tenebris obcœcati luce piorum ſodalium ad percipiendam & decli-
dam peccati turpitudinem illuſtrantur.

Oratio ſingulorum per ſe infirma,tot ſociorum adminiculata meritis ſummam 4.
uirit efficacitatem impetrandi.

Demerentur ſodales præſentiam Dei continuam ex Chriſti ſtipulatione. Vbi 5.
ɔ vel tres congregati &c.

ſpes obtinendæ cęleſtis beatitatis ob merita & deprecationem tam ſanctæ con- 6.
gationis ſtabilitur.

Amor,propenſio,fidentiaque Dei,cœlitumque gignitur,vt ipſi ſint in rebus ad- 7.
ſis perfugium,ſpes & ſolatium noſtrum.

Dei optimi Max.gloria,theſaurusque ſpiritualis Eccleſiæ ſumit incrementa. 8.

Exhilarantur ijs congregationis exercitationibus cœlites,arcentur tartareæ po- 9.
ates.

Merita ſingulorum valdè cumulantur,dum omnes omnium participes ſunt, & 10.
ore ſibi vinciuntur.

Denique poſt vitam ignis purgatorij pœnæ ſodalitatis ſuffragijs minuuntur. 11.

Commodis his recenſitis,theſaurum & ærarium nauiculæ deſcribit, quod ſoda- Ærarium
collatis ſymbolis in vtilitatem communem confecerunt. Miſſæ ſacrificia 6455. & theſau-
lteria integra 3550.Roſaria 20000.pſalmos pœnitentiales cum litanijs 4025.pre- rus nau-
iones de paſſione Dominica 180000. diuerberationes 76000. vndecies millies culæ.
er & Aue S. Vrſulæ & SS. Virginibus recitatum 6530. vigilias 9. lect. pro de-
fictis ſodalibus 35000. Deinde aliarum precum, eleëmoſynarum & piorum ope-
m,quæ multa millia hominum contulerũt,infinitus & innumerus eſt numerus.
eterea multi vndena in annos ſingulos ſacrificia,nonnulli quindena, vel vicena
am chirographo ſtipulantur ſuo.

Acceſſere iam ſodalitati integra Virorum & Virginum cœnobia 80. luculentis Sodales
m donarijs:Domini Ioannitæ 330.Miſſæ ſacrificijs, S. Wilhelmitæ 350. totidem inſcripti
Religioſi.

Crudenhuhenſes religioſi ſe inſcripſere; Weiſſenburgenſes Franciſcani præter voluntarias diuerberationes quamplurimas, ſacra ducenta promiſerunt.

Carthuſiani Patres Argentinenſes 900 ſacra, præter alias preces ſpoponderunt. Vnum ſanctimonialium S. Benedicti regulam profitentium cœnobium in theſauros nauigij pſalmos pœnitentiales intulit cum Litanijs 300. totidem roſaria, diuerberationes, officia, 9 lectionum pro defunctis.

Adhæc Generales & Prouinciales ordinum cum omnibus ſubiectis cœnobijs adſcribi voluerunt, A. 1480. Eremitarum ordinis S. Auguſtini in Germania Generalis cum 30. monaſterijs ſuis nomen dedit oblatis 1500. ſacrificijs.

Modus admiſſionis. Modus admiſſionis in hanc nauiculam talis præſcribitur. Qui ſodalis eſſe deſiderat primo coram Chriſti pendentis in cruce effigie brachijs expanſis ter recitet orationem Dominicam, cum ſalutatione Angelica genibus incuruatis, quibus gratias Chriſto IESV, quod pro ſalute noſtra nudus & viuus affixus cruci tribus horis mortis agone, maximo cruciatu & ignominia perſtiterit: oret pariter Chriſtum, ut per dolores, anguſtias, & opprobria tui, ſodaliumque cunctorum miſereatur præſertim hora, qua corpus & anima ſunt ſeparanda. Repetet verò ſemper dielis veneris eandem triplicem orationem Dominicum ſedens, ſtans vel inambulans vt cuiq; libitū fuerit, & citra vllam obligationē. Deinde proponet certa pietatis obſequia pro arbitratu ad incrementum nauiculæ theſauri. Demum ſemel ſaltem recolet meminerit Virgines ſingulas vna oratione Dominica ſalutare, eam vndecies millies terando, quod naulum nauiculæ, vel chlamys Vrſulana nominatur.

Miracula. Porrò quo magis accendat animos ad Vrſulæ cultum promouendum, tria recenſet tunc recens patrata miracula. Primum Coloniæ propè collegiatam S. Seuerini baſilicam contigit: ibi degebat perſona vndecim millium Virginum cultui deditiſſima: quas in dies ſingulos ſtatis inuocabat precibus, etiam cum ob morbi violentiam vitæ metam attigiſſet. Itaque ſuprema in lucta cum ad ſe paululum redijſſet, in has prorupit ilico maximo delibuta gaudio voces. *Salue colenda Virgo Vrſula; ſaluete ſanctiſſimæ Virgines, & vbi amabo tanto fuiſtis tempore?* vocem dicentis mors abrupit.

SS. Virgines apparet morienti.

Addit alterum de Nicolao profeſſore Theologiæ reprehenſione Virginum ioculatore & deriſore facto repente præcone ſodalitatis. A. 1477. Coloniæ.

Eodem vult anno contigiſſe tertium, cum Carolus Audax Argentorato immineret, toti Alſatiæ minaretur, & infeſtis annis Lotharingiam occuparet, tunc cum placando Numini, cladibusque bellicis auertendis preces & vota conciperent tres perſona Religioſa cœleſti comperit indicio manifeſte, nauigium ſeu ſodalitium S. Vrſulæ breui à Patribus Carthuſianis eſſe inchoandum, cuius acceptiſſimis pietatis obſequijs S. Vrſula permota, ſponſi cœleſtis inclinare precibus animum cœpit ad pacem & opem Alſatiæ præſtandam, & Argentoratum obſidione liberandum. Nec caſſæ tot millium Virginum, Vrſula Duce, fuerunt preces: Nam eodem anno propè Nanceum Dux Carolus pridie Epiphaniæ prælio victus & cæſus occubuit: narrat etiam viſam tempore prælij S. Vrſulam cum Virginum candidatarū choro per murorum ambitum conſtitiſſe, vt Vrbem præſidio ſuo contra conatus & machinationes hoſtium tueretur.

Protegit Argentinam.

Non meminerunt huius prodigij ſcriptores alij, videtur tamen rei notitia apud ſodales & Carthuſianos Patres, operis huius præcipuos Architectos conſeruata, non temerè (cum vix 30. præterijſſent anni) vulgata ſodalibus fuit; ſed vt explorata, ita ſtataque ijs ſignificata: quam etiam hiſtoriam 20. annis poſt impreſſum Argentinæ legi. Concludo has Encyclicas oratione rythmica veteri ad gubernatricem nauis Vrſulam inſtituta.

ORA-

ORATIO AD S. VRSVLAM nauiculæ cœleſtis gubernatricem.

IAudé dignas ſacras Virgines veneremur, vt ſuos nos ſupplices iuuent deprecemur,
n ſuam nauiculam leuent fluctuantes,& ſecum ad litora ducant lætantes
Suis cum ſodalibus Vrſula beata,nobis in anguſtijs ſemper ſis parata.
Dum tentationibus mundi laboramns,& tua ſuffragia ſimul inuocamus,
Dignare celerius nobis ſubuenire:nec tuorum quempiam ſinas interire,
Conſerua clientulum, qui hic quando vixit, vndecies millies Pater noſter
hit,
Qui te cum ſodalibus conatus honorare, hunc in neceſſitatibus digneris adu are.
Quotquot ſpem hic gerimus veſtram ad cohortem,ad noſtram quantocius proate mortem,
Vt per multitudinem veſtram muniamur,& ob pulcritudinem læti moriamur.
Multorum vt legimus preces audiuntur, & maximè Virginum, quæ plus diligitur
Succurrere pariter nobis tunc curate, ſponſum veſtrum Dominum IESVM exorte,
Vt nobiſcum mitius agat,quam meremur,per Vrſulam Virginem nos tunc conſetur,
Supra ſodales pallium ſuum tunc extendat, vt omnes nos foueat, tegat & defidat
Tanto patrocinio vt ſimus ſecuri,nobiſcum in perpetuum cœlo fruituri,
Laudemus clementiam pariter diuinam, quæ nobis pauperculis nobilem Regiam
Dedit in refugium, matrem, & patronam: vndena cingit millium,quam Virginum corona.
Per has in nouiſſimis, vt ſpem concipiamus, cum ipſis & omnibus ſanctis gaudeamus.

Hæc ſodalitas per varias Germaniæ ciuitates propagata,nunc etiam quibuſdam locis inuenitur,præſertim Auguſtæ Vindelicorum,vbi recens An. 1619. renouatypis vulgauit librum,qui originem eius & leges viuendi complectitur. Ei Poloniæ Rex Sigiſmundus & coniux Conſtantia Ferdinandi ſecundi Cæſaris ſoror nomen ſuum inſcripſerunt.

CAPVT LIV.

Propagatio eius per Saxoniam ineunte ſeculo 1500. opera Electoris Saxonici.

SAxonicam familiam ante Lutheri tempora cultum S. Martyris Vrſulæ miri- Elector Saxoniæ auctor Brunenſis ſodalitatis.
ficè promouiſſe teſtis eſt Rudolphus ſecundus eius nominis Saxoniæ Dux, qui Vittenbergæ primarium templum An. 1353. eius & vndecim millium Virginum onori ædificauit,& Fridericus tertius, Sapiens ob mentis ſagacitatem appellatus, qui pro auſpicato Maximiliani Cæſaris Imperio & gubernatione ſodalitatem Vrſulanam tota Saxonia propagauit. Exſtat Nurrenbergæ An. 1500. typis vulgata ratio, conſuetudines, leges nauiculæ Brunenſis,ad exemplar Colonienſis inſtitutæ, quam matricem nominat.

Initium eius.

Principio nauis inter oceani fluctus emicat, cuius malus est Christi simulcrum è cruce pendentis, media in naui residet Deipara, vtrimque stipata chor vndecim millium Virginum: proram puppimque SS. tenent Apostoli. Titulus imagini præfigitur. *Sodalitas S. Vrsulæ Brunensis*: subditur eius hæc origo. *Initium cœpit Coloniæ longè ante hæc tempora: hisce verò in locis propagata est à D. Georgio Ranshoir*

Cur in patronam electa S. Vrsula.

Brunensi, Vicario Trostbergensi: Nulli Sanctorum hoc sodalitium honorem suum derog: nam sanctis omnibus dedicatur: delecta tamen S. Martyr Vrsula patrona est, vt spiritalis huius nauigij præses sit, & gubernatrix.

Pensum sodalium sacerdotũ.

Pensum à sodalibus semel in vita soluendum si Sacerdotes fuerint, statuitur vt vel vndecies de S. Vrsula faciant; vel de Sanctis hoc ordine: 1. de SS. Trinitate 2. de passione Dominica, 3. de Domina, 4. de SS. Angelis, 5. de Apostolis, 6. de SS. Martyribus, 7. de SS. Confessoribus, 8. de SS. Virginibus, 9. de S. Vrsula, 10. de omnibus Sanctis, 11. pro fidelibus defunctis.

Laicorũ.

Adiungitur ordinis istius hæc ratio, Nam sodalitas Sanctis omnibus & in his potissimum S. Vrsulæ dedicatur, Laicis verò incumbit, semel in vita dicere vndecies millies orationem Dominicam cum salutatione Angelica. Intentio precibus hæc præfigitur, *vt sacra Deo per Dominicam perpessionẽ ad S. Vrsulæ milliũ Virginũ, omniumq; SS. honorem offerantur pro potentissimo nostro Imperatore Maximiliano, eiusque diuturna & victoriosa de hostibus gubernatione; pro Christianorum Principum, Ecclesiasticorum & secularium pace & concordia; denique pro gratia misericordiaque sodalibus viuis & mortuis impetranda. Quod si quis infirmitate vel morbo detentus, ea nequeat recitare, satisfecerit si pro se vndecies sacrum Missæ officium legendum curarit, vel quotidie dum viuit quinquies ad Christi patientis memoriam dixerit orationem Dominicam & salutationem Angelicam: potest autem qui vult, seipsum adoptare in numerum sodalium; potest & alios adlegere: nec quis ad impendia facienda, vel aliquid contribuendum obligatur: vnde pauperrimus quisque in eam optatur.*

Sodales Illustriores.

Subnectit ea, quæ ad splendorem Vrsulani nauigij faciant; sodalitatem esse à Sede Apostolica cõfirmatam, magnis priuilegijs decoratam: binis etiam Cardinalium literis roboratam; earum alteræ septem, alteræ 20. Patrum purpuratorũ sigillis muniuntur. Sodales deinde nominat illustriores Archiepiscopos, & Electores Moguntinum & Treuirensem, Archiepiscopum Salisburgensem, Episcopos Herbipolensem, Brandenburgensem & alios. Adhæc Fridericum Septemuirum Saxonem sodalem vocat, & Brunensis nauiculæ auctorem & fundatorem, qui vt patroni cultum propagaret, sodalitio statuam S. Vrsulæ argenteam faberrimè laboratam donauit: cui etiam penè omnia Monasteria Franconiæ, Sueuiæ, Bauariæ, Austriæ, Styriæ, Carinthiæque dederunt nomina: collatis eum in finem innumeris pietatis officijs. Canitur hebdomadatim Brunę die lunæ solenne sacrum de S. Vrsula, in quo pro viuis & defunctis sodalibus Vrsulanis publicæ preces indicuntur.

Hic ille Fridericus est, ad quẽ exstat Henrici octaui Regis Angliæ scripta epistola ne Saxoniam infici sinat erroribus Lutheri, cuius etiam soror Margarita desponsa Henrico iuniori Duci Brunsuigio, suum, mariti, & multorum aliorum Principum nomen curauit in album sodalitatis Colonienſis referendum: ita plurimum incrementi cepit ineunte seculo 1500. cultus Vrsulanus è domo Saxonica. Faxit Deus vt eadem postliminio redeat ad Petri nauiculam, & maiorum exemplo pro sedis Apostolicæ defensione, cultuque Sanctorum propagando depugnet viriliter.

(o)

CAPVT

CAPVT LV.

In Polonia Sodalitas Vrſulana à ducentis & pluribus annis inchoata, & Regum Poloniæ ſtudium colendi S. Vrſulam.

VRſulanas inter ſodalitates hactenus vix reperi vetuſtiorem Polonicâ, quam à ducentis & quinquaginta retro annis cõſtat floruiſſe. Fuit ea Cracouiæ velut egni Metropoli conſtituta ad S. Stephani parochialem Eccleſiam: quam anno 7. Ioannes Epiſcopus Cracouienſis indulgentijs ampliſſimis dotauit, has auxit annes Cereſtenſis An. 1403. & Wenceslaus Sareptenſis Epiſcop. ceſſit poſtea parochialis Eccleſia tirocinio Societatis IESV, quæ circa An. 1604. adiecit animum, inſtauraretur ferè collapſa: contulit in rem præſentem multum Epiſcopus loci Bernardus Macicioroski S.R.E. Cardinalis, præſertim cum eandem ſedis Apoſtolicæ Legatus Claudius Epiſcopus Rangonius confirmaſſet, & nouis auxiſſet indulgentijs. De hac loquuntur ſic annuæ Nouitiatus. *Eſt & ſodalitas B. Vrſulæ à ducentis & pluribus annis erecta: ſed iniuria quorundam neglecta, rurſum excitata, ſuoq; flori ca noſtrorum in templo noſtro reſtituta, & liberalitate illuſtriſſimi Nuncij Apoſtolici, & uerendiſſimi Epiſcopi Cracouienſis munificentia adaucta firmataque. Acceſſit denique .1610. Sedis Apoſtolicæ confirmatio, cum maximis indulgentijs, quas eidem Paulus V. raliter contulit die 18. Sept.* Creſcit ea pietas indies ſodalium: qui, vt mihi A. 1640. Cracouia perſcribitur, tutelari ſuæ D. Vrſulæ templum perelegans architectantur, ſtatis diebus ad ſodalitatis conſueta pietatis officia conueniant: habent enim hoc peculiare, quod omni die Dominico congregati, ſacrum de vndecim millibus Virginum audiant, in quo pariter vndecies orationem Dominicam totiesque ſalutationem Angelicam recitant. Sodalium exercitationes.

Hanc Polonorum veterem in exercitum parthenicum colendum propenſionem, manaſſe reor à Regibus. Nam ante 600. ferè annos Richeza Poloniæ Regina cum ſuis poſteris Regibus ad aram D. Vrſulæ vectigalem & cerocenſuariam ligauit, vt capite ſequenti dicam, poſtea Mieceslaus ſenior Rex etiam Poloniæ religionis & pietatis ergo Coloniam contendit, vt ſacra Diuorum Lipſana ſuppex veneraretur, eum Senatus populusque perhonorificè ſuſcepit, cui ſic indoli & innata ad pietatis ſtudia Colonienſiũ propenſio placuit, vt annis multis euoluis, cũ duo Ciſterciẽſis familiæ cœnobia moliretur in Polonia, cauerit literis functionis, vt quoad eius fieri poſſet, non alij, quã patria Colonienſes in ijs profiterẽtur, teſte Matthia Miechouiẽſi A. 1105. *Meſco ſiue Mieceslaus ſenex dux maioris Poloniæ, ſi obtentam cum fratribus victoriam de Vladislao eorum fratre, duo monaſteria Ciſtercienſ Ordinis fundauit, vnum in Landa ducali villa ſupra fluenta VVarthæ, & aliud in Paſlovietz, dotauitq; illa villis, prædijs & amplis introitibus, introduxitq; in eadem, Patres ex Monaſterio Vetus mons: dicto, tribus milliaribus à Colonia Agrippina diſtante, & priuilegauit, vt Colonienſes duntaxat in præfatis monaſterijs ſuſciperentur, & fouerentur, nonq; alterius nationis homines. Quod eum feciſſe conſtat ob honorem à Colonienſibus in viſitatione Eccleſiarum Aquiſgrani & Colonienſium ſibi exhibitum.* Regũ Poloniæ pietas in S. Vrſulam. *Matth. Miech. li. 3. cap. 17.*

Laudat hunc & ſequitur Cromerus in Miceslao. *Landenſe* ait *& Vangrouecenſe Monaſteria iam inde à pulſo fratre Vladislao condidit & locupletauit, & in ambobus Theutones Ciſtercienſis ſodalitatis, ex monaſterio Veteris montis tertio à Colonia milliario deductis collocauit, ac diplomate ſuo ſanxit, vt non niſi Colonienſes ad ea monaſteria cooptarentur & reciperentur propterea, quod honorificè à Colonienſibus habitus eſſet, cum eò adoleſcens religionis cauſa veniſſet: ita quidem Dlugoſſus & Michouienſis de his duobus monaſterijs memoriæ prodiderunt.* *Crom. li. 7. rerũ Polon.*

In eo tamē corrigendus videtur Matthias Michouiensis, quod A.1105. peregrinationem eius & institutionē monasteriorum constituere videatur, cum 20. circiter annos post natus credatur: nisi mendum irrepserit, & annus 1145. legendus sit, circa quē cum Colonia redijsset in patriā, & frater eius Vladislaus nouis studeret rebus occuparetque fratrum ditiones, eo Regni finibus exturbato, victor, in Ducatu suo Gnescensi sequenti primū anno Landense condidit asceterium, vt etiam aduertit Abbas Iongelinus his verbis *Landa siue Landense cœnobium ad fluuium VVartham fundat Anno Domini 1141. Miceslaus senex Rex Poloniæ, adductis primis monachis cum Abbate ex monasterio veteris montis in Germania, quod patrio nomine vulgo Aldenberg appellatur, & tertio à Colonia lapide perelegans visitur, & religione florens. Pero ad Landense cœnobiū circa A.1371. dimisso Gnescensi Archiepiscopatu, quietis ergo secessit Ieroslaus Scotnitius, gente seu familia Bogerius, cum 30 & amplius annis Archiepiscopatum rexisset. Est autem Landa antiquissimum & primarium totius vastissimi Poloniæ Regni cœnobium, cuius pro tempore existens Prælatus, omnes reliquos antecedit atque in regni comitijs priorem obtinet locum inter Abbates Cistercienses.*

An. 1145 Miceslaus Coloniæ peregrinatur.

Crom. li. 6.

Erat iuuenili in ætate Miceslaus ea prudentia, morumque grauitate, ut senis iam tum nomen mereretur: regnum autem diu post adijt sub An. 1173. varia iactatus fortuna, quod multum à virtutis splendore, quem flos ætatis eius promiserat, senex degenerasset: ter regno fuit exturbatus, quartam coronā accepit, ut alterum cœnobium circa finem eius seculi condiderit, de quo sic scribit idem Iongelinus: *Vangrouecense cœnobium fundat circa An. Domini 1192. Miceslaus senex Poloniæ Rex, accitis primis monachis ex monasterio Aldenbergensi prope Coloniam de linea Morimundi: hoc quoque cœnobium pro solis Coloniensium filijs fundatum fuit.* Vixit postea ad annum vsque 1202. cuius peregrinationem Coloniensem imitatus hic nostro tempore potentissimus tunc Princeps, nunc Poloniæ Rex Vladislaus Mecorum debellator, Turcarum terror, egregia per quæ transiuit loca, regiæ pietatis relinquens monimenta: misit postea iam Rex inauguratus ad Vrsulanam Basilicam decorandam donaria.

Ita nō recens ortus; sed peruetustus in Polonia viget Vrsulanus cultus, & dicam ne è Polonia manasse primum Vrsulanæ Basilicæ Coloniensis instaurandæ initium? ita narrāt fide præcipua viri, Vrsulam quandam feminam, paucis ab hinc annis, 10. huc destinasse imperiales pro templo dealbando: quæ pecunia cum non sufficeret, Capitulum adiecit reliqua: postea Reuerendissimus & perillustris D. Georgius Paulus Strauius Episcopus Ioppensis & Proëpiscopus Coloniensis, principem aram suscepit magnifico & pereleganti opere construendam & exornandam. Capitulum subinde submotis, quæ prospectum in eam impediebant, obstaculis, chorum clathris ferreis artificiosè laboratis munijt. Inde Cæsarius Legatus D. Ioannes Crane ad tymbum veterem sanctissimæ Martyris Vrsulæ sacellum elegans erex, pauimento tessellis marmoreis strato: & veteris aureæ cameræ altiori nouo sacello dilatauit angustias, strauit pauimentum marmore, detersa veteri fuligine, vt nouum templi facies appareat.

Hactenus de Sodalitatibus: nunc ad alia pietatis officia gradum promoueamus.

(o)

CAPVT

CAPVT LVI.

Textus cultus S. Vrsulæ, quo Richeza Regina se & suos posteros, quasi tributarios & censuales obligat.

MOribus fuit pridem receptum in Ecclesia, vt Reges vltro concederent in tutelam Sanctorum, quos honore præcipuo venerabantur. Ina Rex occidentalium Saxonum, An. 740. regni sui domos singulas annuè, singulos denarios argenteos Romanæ Ecclesiæ pendere statuit: vt hac tributi pensitatione Dominum suum S. Petrum profiterentur, cuius fidem volebat in regno illibatam conseruari, & auxilium à subditis in necessitatibus implorari. Imitatus pij Regis exemplum Rex Offa Merciorum, seu Orientalium Saxonum An. 775. qui Romam profectus, id etiam regnum Ecclesiæ Romanæ obligauit, ad simile tributum eidem dependendum. Ethelulphus etiam A. 847. Insulæ partem, quam Egbertus Rex, Regno suo adiecerat, S. Petro fecit vectigalem. Meminit huius tributi his verbis apud Sutton Rex Eduardus literis ad Nicolaum Pontificem exaratis. *Ego quoque pro stipendiolo meo augeo, & confirmo donationes & consuetudines pecuniarum, quas habuit S. Petrus in Anglia, & ipsas pecunias collectas, cum regalibus donis mitto vobis, vt oretis pro me, & pro pace regni mei, & continuam ac solennem memoriam instituatis totius gentis Angliæ coram corporibus SS. Apostolorum.* Pari pietatis studio S. Stephanus Rex Hungariæ An. 1005. erga Deiparam ferebatur, cuius tutelam sibi & regno delegit, qæ etiam à beneficiario sibi regno copias Conradi Cæsaris Hungariæ iam imminentes auertit, quando subditi non alio Deiparam nomine, quam Dominam suam compellabant.

Reges se mancipãt Sanctis.

Baronius. Ina Rex Angliæ S. Petro, Offa.

Eodem seculo Richeza Regina Poloniæ, cum Coloniæ degeret, incensa fuit studio cultus S. Vrsulæ, quam vt eo magis sibi, suisque posteris Poloniæ Regibus deuinciret, se cum omni posteritate licet ingenuam & nulli vectigalem, vltro tamen vt ancillam ei obligauit, tabulis his ex Archæo templi depromtis.

Richeza cultrix S. Vrsulæ.

ITERÆ CENSVALES, QVIBVS RICHEZA REGINA Poloniæ, se & posteros templo S. Vrsulæ obligauit.

IN memoriam & laudem Sanctiss. & indiuiduæ Trinitatis, omniumque sanctorum Dei: Quamplurimi Dei fidelium Ecclesijs dedicari se de suis rebus à Deo collatis sibi, & præstiterunt effecerunt, hoc autem vel ob amorem futurorum bonorum, seu metum infernalium tormentorum, quibus condignè remunerandi, prout gesserunt, siue bonum, siue malum, cum venerit, qui venturus est, actus cuiuscunque nostrum: quod ego Richeza sæpè animo voluens, & mutuâ confabulatione cum amicis meis disserens, insuper animata à D. Archiepiscopo Piligrino, cũ essem ingenua, deliberaui esse ancilla, & sub tributo. Quia verò post pusillum facillimè quocunque casu obliuiscimur, quod hodie factum fuerat, manuscripto petij fieri memoriale, quatenus sic sit manifestum tam futuris, quam præsentibus Christi fidelibus, quomodo vel quo facta sim sub tributo.

Ego enim Richeza alicuius cupida cũ essem patrocinij ab insurgẽtibus in me, Archiepiscopũ Piligrimum Aduocatum feci in omnibus, nullo excepto, excluso ue, donans me in Vrbe Colonia ad sanctas Virgines ea professione, videlicet, quatenus singulis annis persoluerem duas denariatas ceræ, & vt mei posteri sint eiusdem conditionis: post obitum etiam id statui, vt detur ad altare supra dictarum Virginum mea pretiosa vestis, seu meorum successorum, videlicet, quæ fuerit elaborata nendo vel texendo, nec deinceps sumus vlli conditioni subditi, sed nostri sumus liberi arbitrij.

Donat se ei. Obligat posteros.

Ad hanc meam traditionem testes idonei præsentes fuerunt, quorum subscripta tenen-tur nomina: Archiepiscopus Piligrimus, Comes Cathelo Frater eius, Idelolphus præpositu-

similes libro hoc nono supra obligationes aliorum eidem templo factas recen-sui.

CAPVT LVII.

Incredibile studium Lusitanorum & Indorum colendi S. Vrsulam die anniuersario SS. Virginum, & orationes Academicæ eo die recitari solitæ.

IN ceteris orbis partibus florere, in Lusitania verò & India ardere SS. Virg-num cultũ iure dixero, vt credam præ reliquis orbis nationibus æuo nostro p-mam Vrsulani cultus Lusitanos obtinere. Licet enim studiosè conquisierim e-quæ in singulis orbis partibus piè fructuosèque peraguntur, hactenus tam-nullo è loco tam exquisita colendi ratio transmissa est, quæ regno toto freque-tetur.

In qua sanè parum est solennitatem Vrsulanam festo Paschali contulisse, v-habetur adinstar Iubilæi, vt non immerito sedes Apostolica tanto in SS. Virgin-cultu cognito, per omnia Societatis IESV Lusitaniæ templa Iubilæum pleniss-mum impertierit. Atque vti Conimbrica iurè nominatur in præcipuis regni cit-tatibus, sic S. Vrsulam præcipua sibi sumsit religione venerandam. Academi-quam Franciscus Suaretz multis annis docendo illustrauit: videtur imitata So-bonam Parisiensem, & sibi studiorum præsidem Martyrem Vrsulam delegisse.

Oratio Academica in honorẽ S. Vrsulæ.

tota enim confluit ad orationem, quæ de laudibus eiusdem Diuæ pro more sol-haberi: sodalitas vrbis celeberrima, in Cathedrali Ecclesia sub nomine S. Vrs-læ coit: ea tota incumbit in festum illud augustissimè peragendum. Est verò n-leue cultus illius incitamentum, quod toto regno habeatur exploratissimum, Vrsulam cum suo comitatu succurrere morituris, qui eam, virginesque singul-quotannis vna salutatione Angelica fuerunt venerati.

Succurrit morituris.

Hæc non pigebit ex ipso fonte, literis scilicet P. Bernardi Da Fonseca Lusita-Societatis IESV percipere. *In toto regno Lusitaniæ cultus S. Vrsulæ plurimum efflore-cit: nostra societas habet in regno 10. collegia, in insulis 3. in his omnibus celebratur festu-SS. Virginum, cum omnibus sanctuarij reliquijs: in Ecclesia habetur concio, cui adsistit m-gna fidelium frrequentia, omnibus, qui à primis vesperis vsque ad secundas inuisunt nost-templa in S. Vrsulæ festo, per literas Apostolicas conceditur iubilæum plenarium.*

Iubilæum in eius festo.

Conimbricæ (vna ex præcipuis regni ciuitatibus) plurimum viget deuotio S. Virginu-celebris Academia Conimbricensis omnibus antecellit in cultu Vrsulano: quippe quæ cu-magna deuotione ac pietate concurrit ad audiendam concionem de laudibus SS. Virg-num. In hac ciuitate annuente Præsule nostris temporibus instituta est congregatio i-Ecclesia cathedrali sub nomine S. Vrsulæ & sociarum: celelebrant congregati festum S-Virginum cum magnis sumtibus: sacrum fit solenniter cum præcipuis Musicis. Primus in-ter concionatores eligitur ad prædicandum: concessit Summus Pontifex omnibus, qui aa-sistunt vel visitant altare Virginis in die festiuitatis Iubilæum pleniſſimum. In toto regn-Lusitaniæ pro indubitato habetur, Virginem vna cum socijs suis fauere deuotis, & apparer-illis in extremo periculo mortis, illis videlicet, qui singulis diebus recitant 30 salutatio-nes: Angelicas, & in die SS. Virginum augent numerum, quo conficitur 11. millenarius. Ha-maximè increuit pietate nostrorum concionatorum, qui in concione illam magno affect-Auditoribus inculcant.

Videas

Videas ex his literis in posteris vigere eam S. Vrsulæ venerationem, quam Petrus Faber Coloniæ hausta, translatis inde reliquijs, primo in Regibus plantauit, cultum exemplo floruit pietas constans adhæc vsque tempora, Societate IESV illem fouente, & suo exemplo prouocante: ita, vt iam S. Vrsula regni Diua Tutelaris haberi possit, & prorsus nesciam, an vlla in orbis regione tam incensis animis honoretur. Ijdem Lusitani toto Oriente cultum SS. Virginum mirificè propagarunt, de quo Franciscus Baretus Procurator noster Malabaricus A. 1645. 24. Dec. ad hæc scripsit. *Scio nullam in Prouincia Goana & Malabarica esse nostræ Societatis Ecclesiam in qua vnum ex præcipuis altaribus illis non sit dicatum; vniuersim sanctarum Virginum dies inter maiora totius anni festa habetur: vnum ex quatuor Iubilæis Societatis illi festo nexum: magna eo die in nostris Ecclesijs frequentia; sunt adhuc aliquot sanctarum Virginum confraternitates; & vbique nobiliores de festo magno sumtu peragendo decertant.* In India viget idē cultus.

Quod verò patronam vniuersitatis suam Panegyri Conimbricenses celebrent, facit hoc etiam Vniuersitas Viennensis, ea quatuor in classes secatur, Austriacam, Rhenanam, Saxonicam & Hungaricam. Rhenana patronam habet S. Vrsulam, eius festum augustissimè peragit in vrbis primario S. Stephani templo, congregato Rectore Magnifico & vniuersitate ad sacrum solenne, & orationem panegyricam.

CAPVT LVIII.

Ieiunijs, frequentatione S. Synaxios, & corporis afflictatione honoratur S. Vrsula.

VSitata fuit ieiunandi ratio in Veteri & Nouo testamento: dies autem Esuriales initio nascentis Ecclesiæ *stationes* dicebantur, vt S. Ambrosius exponit, *vt stantes & commorantes in eis inimicos insidiatores repellamus*, tunc enim sacrum Missæ officium à meridie peragebatur, cui vespertinum succedebat officium, quo toto tempore populus Christianus orationi intentus perstabat, nec ante cibum capiendum ire permittebatur. Hac ratione se ad Martyrum solennitatem præparabat, quæ ieiunia *vigiliæ* quoque dicebantur, quod in precibus etiam noctu & vigilarent. *Ser. 25. de quadrag.* Ieiunia cur dicerentur stationes. & Vigiliæ.

Quam gratum S. Vrsulæ sodalibusque ieiunium accidat, inde colligitur, quod Virgo ipsa clientibus id quandoque præscripserit; nam cum S. Elisabetha Schönaugiensis acceptis Coloniâ titulis sepulcralibus sæpius à Deo multis precibus eorum explicationem postularet, eam à Deo S. Verena interprete accepit, quæ eam his verbis compellauit. *Ante multa tēpora ad hoc ipsum prælegit te Deus, vt ea, quæ hactenus à nobis incognita fuerunt, per te faceret manifesta: sit autē iniunctum tibi: vt omni tempore vitæ tuæ per singulos annos in vigilia passionis nostræ ieiunes in pane, & aqua, aut si hoc impetrare non potes, vnius missæ celebratione redimi te facias: quatenus tibi reuelare dignetur Deus illa, quæ de nobis manifestare disposuit, & vt nostro consortio adiungi merearis.* Cap. 5. Elisabeth. S. Imperatur Elisabethæ ieiunium.

S. Norbertus vt sibi SS. Virgines conciliaret, & earum deprecatione reliquias obtineret, inedia religiosis suis indicta sepulcrum cuiusdam Virginis cœlitus meruit edoceri. Similia de præmisso ieiunio circa S. Cordulæ & Odiliæ inuentionem sunt memorata.

Præter ieiunium festis Martyrum fideles conuentus agebant lætitiæ plenos, pertracta etiam sacra synaxi: conuentus eos indicebat finita persecutione. S. Gregorius Thaumat. coæuus Vrsulæ, de quo Nissenus. *Omni circa Regione vbique perlustrato, apud omnes sanciens, vt nomina eorum, qui pro fide decertassent, dies festi & solennes conuentus haberentur, cumque alij in alium locum Martyrum corpora deduxissent, per an-* Conuentus in festis. Nisora: de S. Gregorio.

Et Communio.

per anniuersarij circuli ambitum congregati, lætabantur in honorem Martyrum feriati gentes. Tunc verò, vt de S. Cypriano dixi, vel in sepulturæ, vel Martyrij loco, vbicunque constructo altari fideles SS. Eucharistia reficiebantur, quod Colonæ factum inde à tempore S. Martyris Vrsulæ superius ostendi: & vt quotannis fit in sodalitijs Vrsulanis lege sancitur. Id verò sanctimoniales Vrsulanæ ceteris accensis faciunt. Est hic facilis & excellens modus Deo gratias pro collatis S. Vrsulæ beneficijs cœlitus referendi, præsertim cum diuinissima synaxis eum etiam in finem à Christo sit instituta, nomenque traxerit, vt eminentissimo modo gratiæ pro donis acceptis Deo habeantur.

Nouus cultus vndecim millium.

Nefas sit tertium colendi ritum anniuersarium cuiusdam superstitis sulcere, Virgo quædam, vt castitatem sponso præsidibus tot millibus Virginum intuet illibatam, octauam S. Vrsulæ solennem celebrat, æmula Dominici Loricati quotidie enim mille & quingentos ictus flagris impingit carni emaciendæ, donec singulas SS. Virginum vndecim millium, vno verbere inflicto piè fuerit vencta. Macta animo Virgo generosa, noui cultus Vrsulani recens inuentrix, æmulas spero deinceps & æmulos habebis plures. Alias infra videbimus intra eandem octauam vel dies vndecim singulas singulis salutationibns Angelicis & orationibus Dominicis honorare. Gratius tamen hoc puto sui victoriæ genus ijs accidere, quo pro Virginitate conseruanda, cum ijs studemus Martyrum tormenta voluntaria & diu ab ipsis expetita, sponsi cælestis amore spretis corporis doloribus æmulari.

CAPVT LIX.

De luminibus ad Virginum honorem accensis.

Io. 1.

CHristus Seruator *vera lux* dictus est, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, fideles etiam *filios lucis* esse, dicique voluit, Virginibus idem Christus tribuit, *quinque* ait *prudentes Virgines cum lampadibus exiuerunt obuiam sponso:* quarum claritatem ita Salomon suspicit. *O quam pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis est decor illius.* Quod si iustis in huius vitæ nocte cur non idem iudicius beatis cum in lucem illam æternam excesserint, conueniat? cur non etiam Ecclesia (quidquid Iouinianus olim, & nunc tenebriones isti temporis nostri nouatores obganniant) accensis luminibus eos æterna luce glorioso venereti?

Lampadū vsus in Ecclesia. *S. Aug. l. 22 l. 8. c. 8. Theod. l. 12. hist. SS. PP.*

Mos ille sub initia nascentis Ecclesiæ viguit, vt lampades ad sepulcra Martyrum collucerent: quarum opera miranda patrabat oleum; nam eo testatur S. Augustinus vnctum Irenæi filij cadauer ad vitam ilico reuocatum: & Theodoretus ingenue narrat prodigia contactu olei, quod ex lychnis ad Martyrum tymbos suspensis fideles collegerunt.

Sic enim lucis æternæ, qua fruuntur nobis memoria refricatur, & excitatur animus ad exempla virtutum splendidissimarum imitanda, quibus facem nobis omnem vitæ honestatem prætulerunt, præsertim cum ipsi crebro cœlites accensi decori luminibus apparuerint.

Notum est S. Vrsulæ sodaliumque circa An. 1266. vel 1269. visum, quo iuctæ Thebæis Martyribus, manu funalia gestantes nocturnas tenebras dispulerunt, ac muros & portas vrbis contra machinationes hostium communierunt. In cuius etiam prodigij perpetuum monimentum, Senatus 10. prægandos cereos 15. Octobris SS. Martyribus in D. Gereonis offert. Ex hoc manasse reor eam Colonienſium pietatem, qua in peruigilio S. Vrsulæ sine numero cereos in eius templo & honore incendunt: vt prudentes has Virgines virtutum exemplis, & lucis operibus incitemur: Voluit etiā Deus sepulcra vel corpora SS. Virginum, vt Cordulæ, Cunerę, Florinæ, Wibrandis, Cunegundis & Mecthundis luminibus cœlestibus illustrari

de

e uibus alias: vnde merito Virgines Vrſulanæ Religioſæ cum habitum prenſant, ve lacra ſynaxi reficiuntur, accenſis cereis manu geſtatis id peragunt: vt ſe filias & prudentes Virgines ac S. Vrſulæ profiteantur imitatrices, vigiles & paratas onſo, cum venerit, occurrendum, & ad facem fidei, doctrinæ Chriſtianæ, & itum parthenicarum alijs puellis præferendam, quas ad Dei timorem & amo- virginitatis exemplo verboque deſiderant erudire.

CAPVT LX.

De ſacrarum reliquiarum ornatu, deportatione, exhibitione.

Franciſcus Borgia Societatis IESV tertius generalis dicere ſolebat. *Nuſquam gemmas, aurum, argentumq; dignius impendi, vertiq;, quam in autoris Dei ac ſanctorum um.* Ideò diuorum exuuias & religiosè venerabarur, & ſplendidè curabat ador- das; quas ſi manibus attrectaret, in has erumpebat voces. *Saluete pignora nobis in lacrymarum valle degentibus à Deo relicta atque depoſita: Saluete ſalutis noſtræ ſpes at- ſolatium. Erit, erit dies illa, cũ decorem induti cineres, hoſpites nunc beati æterna illa luce uemini, & animæ ſole candidiores, thronusq; veſter ſuper firmamentũ clareſcet.* Itaque Deus oſſa ſupra Solis ſplendorem ſepties, imo centies claritate, fulgoreque de- abit, decet nunc gemmis & auro radiare. Hinc S. Ignatius duo crania tranſ- tenda, Meſſanenſibus, ornatiſſimè, ac decentiſſimè, incluſit arculæ, vt ſcirent, o ea honore proſequerentur. Ideo Goæ primo collatum argentum eſt à Prorege, vt apſa ſacro cranio digna pararetur. Aurum nuſquam melius, quam in ornatum reliquiarũ impendi- tur. Oratio pia ad ſanctas Reliquias.

Omitto maiores Colonienſium, qui S. Vrſulæ, ſponſique Ætherij ſacra corpora tuoſiſſimis ſeorſim ſandapilis, capita verò prægrandibus ſtatuis argenteis con- derunt. Inſignis Bauariæ Principum, vti in ſanctis Vrſulanis reliquijs colendis re- o, ſic in ornandis profuſa munificentia A. 1602. eluxit; nam Wilhelmus Bauariæ x Nanceianæ domui probationis die S. Vrſulæ, & ſocijs Virginibus ſacro earun- n ſacrarum Virginum reliquias venerandas quinque incluſas arculis regio ap- atu tranſmiſit: in quibus ſacroſancta Martyrum oſſa, ſerico veſtita, opere phry- intermicantibus gemmis per arcularum tranſennas facilè deſpiciebantur: arcu- ipſæ argenteo & ebeno affabrè elaboratæ intuentium oculos non ſine tacito tatis ſenſu oblectabant: vt alij etiam Principes eius doni fama exciti, id ſibi non el viſendũ putarint. Addidit Cardinalis à Lotharingia argenteũ brachium, quo s earum re cõderetur. Prætermitto nunquam ſatis laudatam nauim argenteam enrici III. qua ſacra Virginum oſſa continentur. Bauariæ Duces ex- ornant Vr- ſulanas re- liquias.

Alter honor eſt, qui in deportandis his ſacris reliquijs pompa ſoleni ſolet adhi- bri. Fuit ea pridem in Eccleſia moribus recepta religio, vt ab infulatis etiam Epiſ- opis oſſa Martyrum graui ceremonia geſtarentur. Ipſi quandoque Reges & Cæſa- , vt Carolus Caluus, Philippus ſecundus Hiſpaniarum Rex horũ pignorum eſſe à iuli voluerunt. Ideò Petrus Faber regijs voluit manibus SS. Virginum crania de- ri, & Sodalitas Coloniæ ſacerdotum fuit inſtituta, quæ tali munere fungeretur. ſignis eſt Flinenſis monaſterij in Belgio feſto S. Vrſulæ ſupplicatio, in qua 80. ſa- a ſodalitatis Vrſulanæ capita à totidẽ Virginibus cœnobij manibus ſolenni pom- deferuntur. Non detrectant Virgines noſtræ Virgineis portari manibus, ſi baiu- quas manibus geſtant, opere manibusque ſtudeant exprimere. Deporta- tio SS. re- liquiarũ. à Regibus

Eſt & alius colendi ritus tota Luſitania paſſim autore Vaſconſelo frequentatus, præſertim in feſto S. Vrſulæ, quo velut præcipua regni celebritate ſanctas reliquias lebus offerunt ſingillatim inſpiciendas, & exoſculandas, ac appoſito ſermone ad ultum earum præſentes exſtimulant. Monſtra- tio publi- ca earum.

Et quia Luſitaniæ facta rurſum eſt mentio, vt appareat, quomodo eadem natio æ reliquis Vrſulano cultui promouendo ſe impendat, placuit Luſitani viri Men- ozæ piam operum ſuorum D. Vrſulæ factam dedicationem adiungere, quæ idea t, cui ſe poſſit ſtudioſus SS. Virginum cultor conformare.

CAPVT

CAPVT LXI.

Ideo ſtudioſi S. Vrſulæ cultoris, labores ſtudiorum ei dedicantis Franciſcus Mendoza in proœmio commentariorum in 4. libros Regum.

Dedicatoriarũ epiſtolarũ finis.

SOlent qui libros vulgant, vel opulentos Mecœnates quærere, quorum foueatur in literis munificentia, vel defenſores ac Patronos, quorum autoritate contra Zoylos & obtrectantiũ ora tueantur. Rectius ij faciunt, qui præter iſthæc humana præſidia, cœlitum auxilijs ſe muniunt, & cum opus difficile moliuntur, non niſi feſto Patronorum ſuorum; vel ijs ſaltem votis ſupplicibus inuocatis illud auſpicantur. ſæpè etiam in operis decurſu conuolant ad eos, quorum ſuffragijs labefactũdo ingenij acuatur, & lumen cœlitus affulgeat: quo penetrent altius ad inquæſitæ veritatem: hoc ipſum conſulit amicus Iobi Eliphatz Themanites. *Vocare ergo ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem Sanctorum cõuertere.* An poſſunt abditis de rebus conſuli ſecurius, quam ij, qui fontem omnis veritatis oculis intuentur, parati precibus à Deo patre luminum impetrare lucem neceſſariam, ne ſupplices Diuis fatui deuient? Ideam huius in ſacras Virgines fiduciæ nobis exhibet Franciſcus de Mendoza libris orbi vulgatis notiſſimus, cuius proœmium in 4. libros Regum eximiam ſpirat in S. Vrſulam pietatem: quam & lectori ſuo videtur adſpirare: ex quo patet & ſacras has reliquias tota diſperſas Luſitania, mirificis earum cultoribus, & præcinibus abundare.

cap. 5.

Sic ergo præfatur

P. FRANCISCI MENDOZÆ IN IV. LIBROS Regum proœmium dedicatorium S. Vrſulæ.

DVodecimo abhinc anno in die ſanctiſſimæ Virginis & Martyris S. Vrſulæ, vndecim ſociarum millibus ſacro, quem Societas noſtra in tota Luſitania præcipuo quodam ri & religione colit, ac veneratur, quippè quæ illarum ſanctiſſimis exuuijs ac reliquijs in ſingulis huius prouinciæ domicilijs prædiues ſit, hos commentarios in libros Regum lucubrare cœpi, & primum manum ad ſcribendum appuli: eoſdem rurſus nunc euolutis tandem, & eodem ectobri redeunte, eundemq; Virginum natalem referente prælo dare incipio, & in publicam lucem euulgare, vt ſub quo aſtro concipi cæperunt, ſub eodem naſci contingat. Qui planè ſi caſus fuerit, ſiue cœleſtis fauor, ſiue peculiare aliquod ſanctiſſimarum Virginum patrocinium quod potius opinor, & quæ me opinio incredibiliter delectat, certè bonum omen felixq; auſpicium promittit fore, vt hic noſter qualis qualis labor, gratus quidem hominibus, nec ingratus ſuperis euulgetur: hanc mihi ſpem inijcitis ô cœtus Virginum, tuq; præcipuè ſanctiſſima virago Vrſula, quæ inter virgineos choros præis, ac præluces, velut inter ignes luna minores, *ita me ſperare iubes; nã te tuasq; ſodales, ex quo hoc opus molior, habui patronas tutelares nec dubito labori meo tanquam Vrſino partui fingendo poliendoq; tuam operam ô Vrſula adfuiſſe, & quam vim auxiliatricem ad fingendum hoc opus præſtitiſti, eandem ad euulgandum præſtituram non deſpero: imò præſtitam iam experior. Quis enim mihi ſub hoc potiſſimum temporis, quo de nulla re minus, quam de prælo cogitabam, alijs negotijs impeditus, qui meũ animum in diuerſas curas diſtrahebant, ſubitò aurem vellit, & admonuit vt ad prælum feſtinarem, & opus alias incoctum & immaturum, præpropero ſtudio polirem, & è tenebris in quibus incuratum & neglectum deſidebat, in lucem publicam & in conſpectum homin extraherem, niſi tuus aliquis ô Vrſula inſtinctus, & afflatus, quos hoc opus olim ſub tuo natali conceptum, ad tuum natalem modo naſciturum euocabat: vt tuo exortum ſidere, oceano i magno ſapientiſſimorum & ſcriptorum, & lectorum, tutius & felicius regeretur, quàm olim* Graiæ & Sidoniæ rates *ſub aquilonaribus vrſis regebantur. Adſis igitur ô Vrſula aquilonare ſidus felici ſſimum non minus, quàm illæ vrſæ aquilonares* metuentes æquore tingi

Ouidius.

nobi

nob semper in occidua luce ſpectandum: tua enim lux neſcit occaſum, vt qui illam rectri-
rem & gubernatricem intuetur, nullis feriatur ruinis, nullis inuoluatur tenebris. Ita fore
confidentiſſimè ſpero, vt quicunque ſcribendi auctor te ducem, te antiſtitam obſeruet, nullam
ſe diuinam, nullis errorum tenebris implicetur: Adſis inquam & benenolè foueas, ô Bea-
ta Vrſula gemina arcto ipſa maior, ſolo nomine minor Vrſa! adſis, & ſicut ſoluentem è
portu nauim, feliciter rexiſti, & in altum prouectam felicius gubernaſti, ita ad portum iam
feliciter appulſam felicisſimè proſequaris.

Quod ſi minus de te & tuis ſodalibus meruit operis auctor, non parum certè opus ipſum
meretur: quod planè regium eſt, clariſſimis nominibus illuſtre. Quas ergo opus regium fau-
tores habere potuit meliores, quam ipſas Virgines, quæ à regio vate filię Regum *nominan-*
tur? quarum vos eſtis ô flores Virginum: non ſolum quia regia de ſtirpe ſatæ: ſed etiam quod
ea eſt, quia virginitatis corona pulcræ, martyrij purpura decoræ, diuinæ legis obſeruantia,
cæleſtium ſceptro inſignitæ, vt propterea videamini tergeminis Regum titulis, & honoribus
ſuperiores fulgurare. Has igitur regum filias potius, quam meam operam & induſtriam ô If-
raëlitici Reges exiſtimate veſtrorum cultrices exornatriceſque factorum. Quod ſi tanto vos
honore, vt par eſt, indignos iudicatis: ſaltem ne vos tanto patrocinio ingratos demonſtretis:
abiicite ad ſanctiſſimarum Virginum pedes ſtemmata regia, abijcite, quæ illis maiore, quam
vobis iure debeantur: vos enim quas à maioribus veſtris hereditarias purpuras accepiſtis,
turpibus moribus decoraſtis: digni propterea, qui non ſolum purpuras, ſed etiam Regum
nomina, vt ſæpè fit in ſacris literis exuatis.

Audistor Iſaiam, qui tum de Sedecia Rege loqueretur, tradito in exiliũ, ibiq; exoculato: oculi, *Iſai. 2.*
inquit, ſublimis hominis humiliati ſunt, *vbi Sedeciam appellat hominem, non Regem: ho-*
minem vtiq; infirmitatis ſpolium, non Regem diuinitatis ſimulacrum.

At vos virgineæ phalanges, ter & amplius reginæ, quia regios honores natura partos, diui-
na gratia clariores reddidiſtis, & cum ſitis hauſto à maioribus ſanguine illuſtres, illuſtriores
infuſo pro virginitate ſanguine coruſcatis. Itaq; Reginæ imprimis à natura natæ regibus, ac
Regibus deſponſandæ, niſi concupiſceret Dominus Rex ſpeciem veſtram, qui terrenis nuptijs
abſtinere iuſſis, vos ad æternas inuitauit. Iterũ Reginæ per caritatem: quales ſunt Reginæ æterno
Regi Christo Domino copulatæ. Nam interprete D. Greg. Niſſeno, quæ per affectionem *Hom. 15. in*
quandã perfectiorẽ cum Dei puritate cõmiſcentur, reginæ propter regni ſocietatẽ appellãtur. *Cant.*
Reginæ præterea per virginitatem: hanc enim ſiqua anima coluit æterne Virginum cultor. *Pſal. 44.*
Aſtitit Regina à dextris tuis. Quod D. Ambroſius rite expendens: Aduerte, *inquit,* quã- *Lib 1. de*
rum tibi Spir. S. detulerit: regnum, vel quia ſponſa es regis æterni, vel quia inuictum *Virg.*
animum gerens ab illecebris voluptatum non quaſi captiua haberis, ſed quaſi regi-
na dominaris; nouit hanc dignitatem ſuam Thebana virgo, quæ ſubuerſis Thebis à Rege Ni-
catore in ſeruitutem miſſa, & ſtatim ab eodem ad coniugium ſolicitata, quo nihil eſſe poſſet
captiuæ optabilius, conſtantiſſimè recuſauit. Oſtendens, *inquit D. Hieronymus,* pudicis
mentibus plus eſſe virginitatem, quam regnum.

Tandem Reginæ per martyrium: Martyrib. enim Chriſtus Dom. non aliud, quã cæleſtis regni
præmiũ promiſit. Ipſorũ, *inquit,* eſt regnum cœlorũ: *Imo promiſſis ſtetiſſe oculatus eſt teſtis*
Ioannes, cum vidit *nõ ſimpliciter oẽs SS. animas, ſed ſeorſim* animas decollatarum pro-
pter teſtimoniũ Ieſu regnare cum Chriſto: *quaſi regnũ peculiari iure Martyrib. debeatur,*
Hermenegildo Regi pro Chriſto morienti tamq; vincenti ac triumphanti cæleſtes chori pæana
canerunt. Quod referens D. Greg. M. Cœpit, *inquit,* pſalmodiæ cãtus ad corpus Regis
& Martyris audiri: adque adeo veraciter Regis, quia & Martyris, *Ac ſi alij Reges ina-*
nes tantum, ſoli Martyres veraciter regnare videantur: Vnde ſplendidius Martyrum, quam
Regum diadema teſtatur S. Chryſoſt. Martyrum, *inquit,* corpora acceptis pro Chriſto
vulneribus, tanquam precioſis lapidibus diſtincta, omni regum diademate pretio-
ſiora & ſpectabiliora redduntur.

Quare SS. Virgines multis nominib. regiã dignitatẽ poſſidetis, quã ipſi Reges Iſraël multis
nominib. amiſerunt: dum igitur vos huic hiſtoriæ Regum illuſtrandæ patronas exhibetis, non
ſuitis debitũ dominis, ſed impenditis gratiã ſeruis, Regib. non ſeruitis, vt ancillæ, ſed conſu-
lis vt reginæ; quod illuſtrare & excolere hanc Regũ hiſtoriã poteſtis, dignitatis veſtræ fue-
rit: quod vultis, humilitatis: hanc à vobis diſcimus, illam in vobis veneramur: pro vtraq; vo-
bis ſemper immortales gratias referemus.

Nescio sanè vtrum plus demirer Henrici tertij nauim argenteam S. Vrsulæ et-ctam, auro gemmisque variegatam, an verò hanc ideam cultus tenerrimi Vrsulani scriptori Christiano ad imitandum propositam singularem. Fuerit illa sicut materia præstantissima, sic arte & industria aurificis longè nobilior. Est sanè hoc mo-mentum ad mentes hominum, præsertim doctissimorum ad cultum *SS.* Virginum ardenter inflammandum multo diuinius : vtinam ij quotquot scripturi Colonæ pene Martyrum sanguine calamum tingunt, dum humum eius bibulam calcant, hoc sibi proponant exemplar imitandum, ad hanc arctum collineent, his sub sidebus naues moderentur, securius in isthoc oceano sine naufragij periculo cœlitum præsidio, quam proprio iudicio cæco regerentur. Discant vel ab extero, cuius Cynosuræ luce in portum feliciter inuehantur.

CAPVT LXII.

Vsus rosarij vndecim millium Virginum, à quadringentis ferè annis.

1. QVadruplex eius orandi modus est : Primus ab omnibus vsurpatus, vt indies vndecies oratio Dominica cum salutatione Angelica recitetur : id mille duobus seu duobus annis & nouem circiter mensibus absoluitur.

2. Alij solent quotidie tricies Pater & Aue dicere : sed ipso Martyris Vrsulæ festo quinquagies: vt anni circulo pensum exsoluant. Lusitani solas orant salutationes Angelicas quotidie triginta, & anniuersario festo 50. addunt: qui modus perfacilis est & expeditus.

3. Tertium modum Virgines Cistercienses Vesontionenses vsurpant, quæ diebus vndecim totum pendunt: ita enim Rhemis P. Carræus consuetudinem earum describit his verbis : *Magna viget in eo Cisterciensium virginum cœnobio veneratio S. Vrsulæ, & vndecim millium Virginum, ac pietas egregia recitandi rosarij ipso S. Vrsulæ festo, & decem diebus sequentibus, vsque ad finem mensis, per vndecim enim illos dies quotidie mille decurrunt globulos; quæ consuetudo tam antiqua apud eos fuit, vt eius nulla origo celebratur.* De eodem rosario multa infra: ritus ille iam circa An. 1200. inualuit.

4. Quartum noster Didacus Martinius Peruuianos docuit, ter quotidie dicendo rationem Dominicam cum salutatione Angelica, quo modo post vndecimum annum singulæ semel honorantur.

CAPVT LXIII.

Modus B. Gertrudis, & Petri Fabri colendi SS. Virgines per gratiarum actionem pro collatis ipsis à Deo beneficijs.

Lib. c. 56. GErtrudis illa Saxonica scriptis diuinæ pietatis insinuationibus clara, modum tradit, quo cum Vrsulanam sodalitatem aniuersario *SS.* Virginum festo die per-veneraretur, magno meruit à Deo meritis earum præmio munerari. Solebat hæc virgo ferijs Sanctorum grates agere diuinæ maiestati pro donis omnibus, quæ suis amicis contulisset, vnde didicit vsu ipso diuinitus inspirata, Deum eo cultu & vehementer delectari, & cultorem ipsum similibus ornare gratiæ donis, quibus Sanctos decorasset: ipsam Virginem suis loquentem verbis audiamus: *Nocte vndecim millium Virginum, dum cantaretur spes & corona Virginum, & ipsa in eo verbo regratiaretur Deo pro meritis virginum, & pro omnium gratia illis impensa : vidit omnes virgines adstantes ante thronum, & pro singulis gratijs à Deo acceptis emittebant singulos radios splendoris à sedentem in throno, velut pro gratiarum actione, quos singulos radios Dominus in se suscipiens, emittebat in animam ipsius, quæ illi pro virginibus gratias agebat. Vnde intellexit quandocunque aliquis gratias agit Deo pro sancto aliquo, Dominus de merito illius auget gratiam in anima eius, qui pro eo gratias persoluit.*

Gratiarũ actio pro collatis beneficijs à Deo Sanctis. Fructus eius.

Solenne

Solenne eidem erat, percepta ſacra ſynaxi, eam Deo pro beneficijs, quæ San-
contulit, offerre, vnde gratiam ſibi maiorem cumulabat, & Sanctorum fauores
diaque merebatur.

Perſimilis modus, ſed enucleatior, & accuratior eſt Petri Fabri, quo S. Vrſu-
& alios Diuos ſuos tutelares afflatu diuiniore Sancti Spiritus inſtitutus venera-
reum Orlandinus ita deſcribit: *Didicit afflante Spiritu ſancto memoriam cuiuſ-
eati cum pietate coli, ſi quis primum gratias ageret diuinæ clementiæ, quod eum iam in-
æternitate prædeſtinaſſet, & vocaſſet ad gloriam, ad eamque ſuis itineribus & quaſi
ibus perduxiſſet. Deinde ſi eaſdem Sacratiſſimæ Dei matri gratias, Angeloq; cuſtodi per-
ret; & ijs cœlitibus ſigillatim, qui ad eius ſalutem & gloriam aliquid contuliſſent. Poſtea
ad Deum, & ad Sanctum illum pro ijs, qui præcipuo eum colerent, aut coluiſſent, honore
ſterneret. Tum ſi Deum ipſum ſtudioſè rogaret, vt eius literarum monimenta ſi quæ
ſunt, rerumque ab eo geſtarum memoriam cuſtoditam & conſeruatam vellet. Denique ſi
eius oſſibus, vbi vbi eſſent, tribueret venerationis honores, & ex ijs aliquid vnde ſe
iret & tueretur, exquireret.*

CAPVT LXIV.

Jubilus B. Hermanni de vndecim millibus Virginum per Horas diſtributus.

Libro primo latè deduxi iubili illius non alium, quam B. Hermannum auto-
rem eſſe: eum per horas aptè diſtributum, & in Belgio piè tali ratione ſolitum
tari attexere viſum fuit: vt quibus placuerit hoc etiam diurno penſo tot millia
ginum piè venerentur pro felici morte impetranda.

AD MATVTINAS.

O Venantes Chriſti roſæ,
Supra modum ſpeciоſæ!
O dentes margaritæ,
Diligenter exquiſitæ,
Elganter expolitæ,
Auenite, me audite,
Iterum me ſuſcipite.
Ego pauper, atque talis,
Vim veſter ſpecialis,
Vtro feruens in amore,
Vtro fiat cum fauore.
Dum vos oro, vel honoro
Gratum veſtro ſit in choro,
Et vicem quæſo reddite.
O puellæ! ô agnellæ!
Chriſti caræ Columbellæ,
Sine dolo, ſine felle,
Celiſtellæ, DEI cellæ,
Nobilate purpuratæ,
Coronatæ conregnate
Cum magno Innocentiæ.
Gloria Patri & Filio, & Spiritui ſanc-
to, Sicut erat &c.

Antiph.

SAnctæ vndecim mille Virgines acce-
perunt oleum in vaſis ſuis cum lam-
padibus; media autem nocte clamor fa-
ctus eſt, Ecce ſponſus venit, exite obuiã
Chriſto Domino.

Verſ. Tunc ſurrexerunt omnes Virgi-
nes illæ.

Reſp. Et ornauerunt lampades ſuas.

Collecta.

OMnipotẽs ſempiterne Deus, qui glo-
rioſam atq; laudabilem Virginẽ, ac
martyrem tuam Vrſulam cum ſuo Col-
legio ineffabilibus priuilegijs exornaſti
in terris, & inenarrabilibus gaudijs de-
coraſti in cœlis, Præſta nobis per merita
ipſius, ac Sodalium eius tuæ propitiatio-
nis abundantiam, vt quarum memoriam
pio amore agimus in terris, earum meri-
tis & precibus præmia æterna conſequa-
mur in cœlis. Per Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum, &c.

AD PRIMAM.

O Quam estis vos securæ
Deo semper fruituræ,
Cum quo estis permansuræ,
Nunquam eo carituræ,
Quem videtis, quem tenetis,
Qui vos vlnis stringit lætis,
Serena ridens facie.
O Reginæ puellares,
Passione sancta pares,
Deo vos familiares
Prædilectæ, singulares,
Nunc florete, nunc gaudete,
Semper nouæ, semper lætæ,
Festiuum chorum ducite.
Vos iucundæ Philomelæ,
Quarum turbæ sunt vndenæ,
Sponsæ Dei; Deo plenæ,
Decantate laudem bene,
Virginales per choreas,
Et cœlestes per plateas,
Iucundum carmen dicite.
Gloria Patri, &c.

Antiph.

BEnedictus es Rex gloriæ, qui p[o]
mam victoriæ, dedisti fragilibus,
sexum sine viribus vincere fecisti D[o]
monis virtutem; quarum pijs precib[us]
nobis supplicantibus tribuas corporis,
animæ salutem.

Vers. Memento nostri Domine in b[e]
neplacito populi tui.

Resp. Visita nos in salutari tuo.

Collecta.

DEus, qui vt humanum genus
confessionem tui nominis prou[o]
cares, etiam in sexu fragili victoriã M[ar]
tyrij contulisti, Præsta quæsumus, vt E[c]
clesia tua XI. millium Virginum, de qu[o]
rum commemoratione lætatur, exe[m]
plo commonita, nec pati pro te metu[at]
nec mundi blandimentis succumbat; [sed]
cœlestis præmij gloriam concupiscat, [et]
comprehendat. Per Dominum nostrum
Iesum Christum.

AD TERTIAM.

DAte voces in sublimi,
Angelorum chori primi,
Locum dantes admirentur,
Iucundantes collætentur,
Vestram nouam melodiam,
Inauditam harmoniam
Auscultet Sancta TRINITAS.
O Dilectæ consorores,
Quarum nunquam marcent flores,
Ipse sibi vos præuidit,
Qui de valle vos præcidit,
Vos elegit, vos collegit,
Et in sertum sibi fregit
Pulcherrima diuinitas.
Te ô turba Generosa,
Præit illa florens rosa,
Sola rosa principalis,
Nec est ibi rosa talis,
Quæ sit sibi coæqualis,
Mater tota curialis,
Quæ tulit cæli Dominum. Gloria Pat.

Antiph.

OFlos campi, & lilium conualliũ Ie[su]
Christe, qui es Sponsus, & amat[or]
Virginum, quam iucundum est intere[a]
tuo semper conspectui, quem laudan[t]
prosequuntur virginales cunei, vbi di[-]
cis resonat melodia, Virgo Vrsula sim[ul]
cum Thamaria frequenter ingemina[t],
Tibi Christe sit laus, & gloria.

Vers. Adducentur regi virgines p[o]
eam.

Resp. Proximæ eius adferentur tibi.

Collect.

DEus qui nos in tantis periculis co[n]
stitutos pro humana scis fragilita[te]
non posse subsistere, da nobis per meri[ta]
Sanctarum XI. millium Virginum,
Martyrum salutem mentis, & corpor[is]
vt ea quæ pro peccatis nostris meremu[r]
te adiuuante vincamus. Per Dominu[m]
nostrum Iesum Christum &c.

AD SEXTAM.

IPSA EST DILECTA MEA,
Vos præcedens in chorea,
Cui nomen, & persona
Sua lucet in corona,
Quam inscripsit DEVS Pater:
Hæc est illa IESV Mater,
Maria Virgo Virginum.
Hæc vos præit cum honore,
Trahens suo vos odore,
Ferens signum vexillare
Modulatur vobis clarè
Per floreta, per roseta, Promi

P mittipsâ carmen læta
Cntantes ſubſequimini
Summas voces Angelorum,
Cane melos muſicorum
Hc ſuprema Philomela
Su vincit cantilena,
Quam ſequentes condecenter,
Digenter & ardenter
Dectum complectimini.
Gloria Patri &c.

Antiphon.

CPonſa Chriſti Vrſula, cum tua virginali turma accede ad thronum glo-
, preces pro famulantibus tibi funde,
vt ab hoſte in mortis hora liberemur ſine mora.

Verſ. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.
Reſp. Ipſe dabit virtutem, & fortitudinem.

Collect.

AVxilientur nobis Domine IESV Chriſte merita ſanctarum Virginũ, & Martyrum: vt in hora mortis noſtræ earum protectione muniti, te miſerante laqueos inimici euadere valeamus, quæ ob tui nominis amorem ſanguinem ſuũ fuderunt. Qui viuis & regnas &c.

AD NONAM.

DVlcis Sponſus, qui vos amat,
Sic ad vos de throno clamat.
Cilectæ conſodales,
Sponſæ meæ ſpeciales,
videte, me habete,
Metipſum poſſidete,
Sitite, perfruimini.
Per meipſum vos complector,
En vobis condelector,
Victrices! O Felices!
Mæ caræ dilectrices,
Vſter ego ſum, & ero
Quem amaſtis eorde vero,
ſponſum oſculamini.
Ad hanc vocem ô Athletæ,
tas aures adhibete,
Quid decantet peraudite,
Poſt agnum mitem ite,
Quis ſtolis decoratæ,
Poſt dilectum ambulate,
Cantantes cum tripudio.
Gloria Patri &c.

Antiph.

OCaſtitate phaleratæ, humilitate coronatæ, patientia adornatæ, virtutum floribus fulcitæ, temperantia politæ! O pretioſæ margaritæ, atque virgines exquiſitæ, in hora mortis ſubuenite.

Verſ. Lætamini in Dño, & exultate iuſti,
Reſp. Et gloriamini omnes recti corde.

Collect.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui infirma mundi eligis, vt fortia quæque confundas. Concede propitius, vt qui Sanctarum Virginum, & Martyrum memoriã agimus, à cunctis malis imminentibus earum interceſſionibus liberemur. Per Dominum noſtrum &c.

AD VESPERAS.

NIa modo iubilemus,
Et Laudem Deo decantemus,
Qui à mundo nos protexit,
Et de mundo nos tranſuexit,
Nos de terris adunauit,
Et in cœlis coronauit,
Nos implens omni gaudio.
Exſultemus, & lætemur,
Et cum agno iucundemur,
Delectemur, epulemur,
Nouo catu modulemur;
Hic eſt annus Iubilæus,
Quam dulcis es ô Deus!
Eſt te ardenter currimus.
Æſtuantes præ amore,
Nos conſperge dulci rore,
Donſe noſter prædilecte,
Trahe nos poſt te directe,
Te ſitimus, & ſentimus,
In cor tuum omnes imus,
De vena vitæ bibimus.
In te omnes commoramur,
Te in nobis complexamur,
Quem amantes inflammamur,
Et non ſatis admiramur,
Quod de te non ſatiamur,
Excedis enim omnia.
Tibi laudem cum Maria,
Quæ nos duxit in hac via,
Noſtro damus Saluatori,
Pro quo fuit dulci mori,
Qui amaſti, qui iuuiſti,
Qui ad te nos pertraxiſti,
Tibi laus, & gloria.
Gloria Patri &c.

Antiphona.

Lux orta est in Britannia, dum Angelorum socia Vrsula generatur, quæ filium regis Anglicorum traxit ad fidem Christianorum, quam turma virginum comitatur.

Vers. Ora pro nobis Beata Vrsula cum tuo virginali collegio.

Resp. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Collecta.

Deus qui dignè tibi sacratis virginibus mirandi agonis robur indidisti, quo p martyrij palmam ad supernæ cõtempl tionis pertingerent gloriam. Da nob quæsumus earum intercessionibus adi uari, quas transcẽso mortis stadio in cœ lestibus fecisti triumphare. Per Dom num nostrum Iesum Christum filiu tuum &c.

AD COMPLETORIVM

O Insignes sponsæ Dei,
Mementote quæso mei,
Non sit vobis hoc indignum
Paupertatis meæ signum,
Et hoc vobis carmen carum,
Quamuis paruum, quamuis parum,
Feratis cum lætitia.
O præclaræ vos puellæ,
Nunc implete meum velle,
Et dum mortis venit hora,
Subuenite sine mora:
In tam graui tempestate
Me præsentes defensate,
A dæmonum instantia.
Nulla vestrum ibi desit,
Virgo Mater prima præsit,
Si quæ mihi fæx inhæsit,
Quæ me sua labe læsit,
Vestra prece procul fiat,
Vos præsentes hostis sciat,
Et se confusum doleat.
Quidquid vnquam feci mali
Vestro flore virginali
O puellæ palliate,
Et me Deo præsentate,
Coram Deo mecum state,
Causam meam defensate,
Ne draco locum habeat.
Gloria Patri &c.

Antiphona.

VOce cordis & oris, in laudem sum mi Redemtoris consurgat omn fidelis, cuius mediante gratia, Sancta vndecim millium Virginum turma, f cto clamore hora matutina exiuit o uiam Christo sponso, qui sedet sup Cherubim, cuncta videns in absconsi ferens sertum rosæ, & lilij cum triumph martyrij, euasit minas tortorum. O Be ta Virginum turma, ora pro reatibus su plicum tuorum.

Vers. In Christo dormiamus, *Resp.* cum sacris virginibus resurgere m reamur.

Collecta.

OMnipotens sempiterne DEVS, q has sacratissimas XI. mille virgine dum aurora nocti finem daret, ad thal mum dilecti filij tui sponsi ipsarum, co lestibus spiritibus comitantibus intro duxisti, stola quoque immortalitatis, a lætitia inenarrabili circumdedisti, tri bue nobis meritis ac intercessionibus e rum, quatenus in fine vitæ nostræ, spir tus noster ad regnum cœleste ducat ipsarum perueniat, vbi te sine fine lauda re, & perfrui mereatur. Per eundem Do minum nostrum &c.

CAPVT LXV.

Litaniæ Vrsulanæ, pro felici morte.

NVlla Sodalitas tot illustres omnis status, ætatis, conditionis, sexus, & nationi nominatos Ecclesiæ protulit Sanctos, quot Vrsulana: qui commodè possun in varias, Litaniarum more, distribui classes, harum ideam propono: cuilibet ean licebit ad gustum suum augere, minuere, corrigere; prout placebit, excerpere patriæ, status, & conditionis suæ Patronos, quos inuocet & imitetur.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.
Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Pater

Pater de cœlis Deus
Filius redemtor mundi Deus
Spiritus S. Deus
Sancta Trinitas vnus Deus
Sancta Maria Virgo Virginum, Ora pro nobis.
S. Michaël ductor ad cœlum S. Vrsulæ, Ora pro nobis.
SS. Angeli metatores & defensores SS. Virginum, Orate pro nobis.
S. Iannes comes & custos S. Vrsulæ & S. Aetherij. Ora pro nobis.
SS. Apostoli Patroni SS. Virginum, Ora pro nobis.
SS. Virgines Comites earum & adiutrices, Orate pro nobis.

Mis. nobis.

S. Cyriace
S. Iacobe
S. Marce
S. Marine
S. Simplici
S. Donti
S. Vincenti
S. Optimi
S. Florimi
S. Frantule
S. Maurise
S. Boilane
S. Cæsari
S. Louine
S. Firmare
S. Columbane
S. Swane
S. Eleutheri
S. Rothari
S. Clemens
S. Gorgoni
S. Pastelasi
S. Permeri
S. Malluſi.

Ora pro nobis.

Omnes SS. Pontifices & Doctores, Orate pro nobis.

S. Quirille
S. Valeri
S. Firmine

Sacerdotes

S. Florenti
S. Calixte
S. Kiliane

Diaconi

S. Claudi
S. Ambrosi
S. Iustine
S. Christiane

Subdiaconi

Omnes SS. Sacerdotes & Leuitę Orate pro nobis.

Ora pro nobis.

S. Aetheri
S. Dionethe
S. Oliueri
S. Crophore
S. Luci
S. Clodouee
S. Canute
S. Pipine
S. Adolphe
S. Auite
S. Sirane
S. Refride
S. Bonifaci
S. Laurenti
S. Papuni
S. Pigmeni
S. Valeri
S. Amere
S. Theodore

Reges

Ora pro nobis.

S. Magne
S. Sibalde
S. Machari
S. Euodi
S. Sichere
S. Vrbane
S. Philippe
S. Leo
S. Sincere
S. Heluidi
S. Eustachi
S. Harderice
S. Adriane

Duces

Ora pro nobis.

Omnes Sancti Martyres, Orate pro nobis.

S. Vrsula
S. Pinnosa
S. Cordula
S. Eleutheria
S. Florentia

Principes.

Ora pro nob.

S. Iotha cum mille Virginibus tuis,
S. Benigna cum mille virginib. tuis,
S. Clementia cum mille virg. tuis,
S. Sapientia cum mille virginib. tuis,
S. Carpophora cum mille virg. tuis,
S. Columba cum mille virgin. tuis,
S. Benedicta cum mille virgin. tuis,
S. Odilia cum mille virginibus tuis,
S. Chelindris cum mille virgin. tuis,
S. Sibilia cum mille virginibus tuis,
S. Lucia cum mille virginibus tuis
S. Oliua
S. Florentina
S. Cunera
S. Verena

Ora pro nobis.

S. Natalia
S. Neſtoria
S. Dorothea
S. Eleutheria
S. Aleidis
S. Conſtantia
S. Anaſtaſia
} Ora pro nobis.

SS. Albina & Emerentiana
SS. Cleomata, Theomata & Chriſtantia,
SS. Florina, Lucretia & Frondemia,
Omnes SS. Virgines Martyres.
} Orate p nob.

S. Demetria
S. Geraſina
S. Axpara
S. Alexandria
S. Eulalia
S. Eliſabeth.
} Ora pro nobis.

Oēs SS. viduę Martyres, Orate pro nob.

S. Daria
S. Cleopatra
S. Blandina
S. Balbina
S. Margarita
S. Dionyſia
S. Sibila
S. Reſindis
S. Euphroſyna
S. Nicolitta
S. Eugenia
S. Theodora
S. Anchira
S. Iuliana.
} Ora pro nobis.

Omnes SS. maritatæ Martyres, Orate pro nobis.

S. Lucia Ora pro nobis.
S. Placida Ora pro nobis.
S. Gerburgis Ora pro nobis.
S. Bertha Ora pro nobis.
S. Helena Ora pro nobis.

Omnes SS. puellæ & innocentes Martyres, Orate pro nobis.

S. Aurelia
S. Chriſtiana
S. Mechtūdis
S. Wibrandis
S. Cunegūdis
S. Mitbetta.
}

Omnes Sanctæ Virgines, Orate pro n.
Omnes Sancti & Sanctæ Societatis ſulanæ, Orate pro nobis.
Propitius eſto, Parce nobis Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, Libera nos Dom.
Ab inſidijs diaboli, Libera nos Domi.
A ſpiritu fornicationis, Libera nos Do.
Per electas Virgines tuas, Libera nos.
Per peregrinationis labores, Lib. nos.
Per tormenta Martyrij, Libera nos D.
Per merita & interceſſionem omniu. Libera nos Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt mundum carnē, & dœmonem viri. ter ſuperemus, Te rogamus audi n.
Vt proſpera mundi deſpicientes nullis. ius aduerſis ſuccumbamus, Te ro.
Vt amore cœleſtium omnia terrena c. temnamus, Te rogamus audi nos.
Vt omnis noſtra conuerſatio ſit in cœl. Te rogamus audi nos.
Vt animæ puritatem & corporis caſtit. tem conſeruemus, Te rogamus &c.
Vt amore Dei proximiq; ſemper auge. mur, Te rogamus audi nos.
Vt vanum hominum & mundi timore. ſuperemus, Te rogamus audi nos.
Vt in fide conſtantes, in Dei ſeruitio pe. ſeueremus, Te rogamus audi nos.
Vt in hora mortis SS. Virginū præſidi. ſolatioq; muniamur, Te rog. audi nc.
Vt poſt mortē earū ſuffragijs à purgat. rij flammis liberemur, Te roga. au. no.

CAPVT LXVI.

Carmina in honorem S. Vrſulæ concinnata.

GRæci & Latini Patres res Sanctorum verſibus illigare non dubitarunt: Grego. Nazianz. inprimis, vt ſenſim teneros puerorum animos, ab Homeri, & Gentilium Deorum amore abduceret, quem vna cum eorum ſceleribus, velut cum lacte materno ſugebant eo tēpore, cum idolomania toto floreret adhuc imperio. S. Paulinus, S. Felicis encomiū annue die eiuſdē feſto carmine prolixo concinebat. S. Damaſus ſepulcra Martyrum verſibus ex ornauit tunc, cum Apoſtolicæ ſedi præſideret. Eſt hic cultus aliquis Sanctis non ingratus, & S. Vrſulæ à perpaucis hactenis exhibitus. Spero tamen cum hæc teſtatior hiſtoria, notiorq; mundo euaſerit, Marone nō defore, qui Vrſuleiden canant: habebunt polliceor facta magis heroica, euentus magis inopinatos, & affectus vehementiores, quam in Homeri iliade, Maronis Aeneide vel Statij Thebaide cōtineantur: interim Franciſci Mendozæ Luſitani epicū, & elegiacū carmen adiungā, tum Bordini, quod alij Poëtæ imitētur. Fran-

FRANCISCI MENDOZÆ LVSITANI laurea triumphalis S. Vrsulæ & Sociarum.

QVis furor, ô miles, quæ tanta licentia ferri?
Quo gladios, quo tela rapis? voluenda secu-is
Hic erat in sæuos inimico marte Tyrannos.
Quid pia gens? quid pura tuas mucronibus armant
Cætra manus? iam parte minis; crudelia de-mens
Pryce tela manu: pudeat calcare cruorem
Virgineum: pudeat sacras latratibus agnas
Carpere: inæquali pudeat concurrere bello.
Gens sed nata Erebo, Scythico formata re-cessu,
Caucaseis nutrita plagis, durata sub ipsis
Cautibus, Hircanis assueta cubilibus, iras
Corde gerit, rapidasq; vomit de pectore flam-mas.
Nox vbi virgineum medijs è nauibus agmen
Inuicat in terram, niueisq; phalangibus albēt
Litora, crudeles acuit sub pectore cædes.
Inclades, in dura ruit certamina: quasdam
Ense ferit, quasdam rigida transuerberat hastâ,
Inquasdā torquet valido macrone sagittas:
Rida virgineo pinguescit ripa cruore.
Impastus ceu plena Leo cum septa peragrat,
Infremit ad caulas, prædam iam nactus opi-mam.
Caudet hians, immane, comas attollit, & hæ-ret
Visceribus super incumbens, cruor improba teter
Ora lauat, sic tota furens discordibus armis
Turba ruit, iam membra diu sacrata pudori
Ora madēt, iam pulcra metit falcata bipennis
Agmina: virginei rapiūtur in æquora fluctus
Sanguinis, immixto latè rubet vnda cruore.
At vos sanguineo niueæ de fonte cohortes
Surgite, victrices manib. prætendite palmas:
Ne trepidate, feris vestras opponere vires
Hostibus, & gressus medios inferre per enses.
Pietas! O mira fides! ô quantus olympi
Cāgit amor? quantus rapit in certamina fer-uor!
Audet in hostiles incurrere virgo phalanges,
Nec vanos horret strepitus librata per auras
Tela subit, reseratq; sinus grauiora minanti
Spicula, & emissas fouet alto in corde sagit-tas;
Quæq; prior rigidæ supponit colla bipenni,
Et niucam sacris ceruicem destinat aris,
Illa mori gaudet; morientis imaginis illa
Funus amat, quæ parua tulit; maiora precatur
Vulnera; nulla cupit rapidis exire superstes
Cladibus, imò suo maculare in sāguine vultus
Ardet inexpletum; non tātus in hostib. ardor
Ad clades, ad tela pium iaculanda sub agmen,
Quantus virgineū rapit hæc ad funera cœtū
Impetus, & medios moriturum vertit in ho-stes.
Virginei pars prima chori, vexilla ferebat
Vrsula, queis nullum generis radiabat auitū
Stemma, nec antiqui fulgebant signa decoris.
Ergo salutifera pendebat ab arbore corpus
Diuinum, rigidis fixum mucronibus; hasta
Ruperat exanimum crudeli corpus hiatu.
Hoc insigne suis manibus congressa ferebat
Vrsula, & vnanimes stimulabat in arma so-rores:
Huc oculos, huc ora, pias huc vertite mentes,
O sociæ, magnas vobis in prælia vires
Sufficit, in sacra quod cernitis arbore, nu-men.
Affixum, grauiora mouet certamina amoris,
Maioresque vibrat liquefacta in corda sagit-tas,
Quam iacit hostilis resolutis funibus arcus.
Hostes vipereo iaciunt lita sanguine tela,
Vt duplicent mortis causas: at Christus hi-anti
Corde trahit, proprioque linit sua tela cruore;
Sauciat hostilis, sed Christi sanat, arundo;
Hæc beat, illa necat, date colla, extendite dex-tras,
Et celeres duro ceruicem dedite ferro:
Vuluus amor iam lene facit, iam dulcia red-dit
Vincula, iam palmas miseris in cladibus of-fert,
Vix ea dicta dabat; magnis clamoribus om-nes
Ingeminant, moriamur, & in media arma ruamus.
Nec mora, per medios iam quæque audentior hostes
Ire parat, qua spissa virū videt agmina, claris
Vocibus inclamāt venerabile nomē, IESVS,
Christū oculis, & corde canit gestare, superbas
Nil curare minas, maiusq; inolescere robur,

Frangere,

Frangere, quam valeant iuuenili in pectore vires.
Andijt, & magno furiarum excanduit æstu
Barbarus, & sæuum vagina liberat ensem
Acrior, & magnos effundit gentis aceruos
Innocuæ latas incestat funere ripas.
Illa cadit, mox illa super cumulatur eodem
Multa loco, ceu messa ceres iam flaua maniplis
Aptandis sub falce cadit; ceu plurima cælo
Sidera labuntur liquidis cohibenda sub vndis:
Sic & virginibus rarescunt agmina cæsis,
Nec prius abstitit temerata à cæde cruentus
Miles, in attonito, quam totas demeret ensis
Litore, felicesque rates tot millibus orbet.
Inclyta marmoreo viduantur & ossa sepulcro;
Vrsa peregrinis, Vrsæ tumulantur arenis:
Felices animi rutilant trans æthera vecti
Purpureis Zonis; sacrum stellantia velant
Serta caput, varijsque manus de sede pyropis
Irradiant, sic alta volant ad culmina, portus
Aetherios intrant, placidaque in pace quiescunt.

AD VRSVLAM ET COMITES Beatissimas.

Felices animæ, Felicia castra, puellæ
Felices, felix virginitatis amor!
Quales purpurei distinguunt gramina flores;
Tales virgineæ litora cæca manus.
Qualia Erythræos ditant coralia fluctus;
Tales virgineæ falsa fluenta rates.
Qualia cælestes illustrant sidera campos;
Talia virginei regna superba chori.
Non ita Mæandrum circa modulantur olores,
Vt pia gens vitreas carmine mulcet aquas.
Neptunus ventis impellit vela secundis;
Christus in internos labitur vsque sinus.
Effluit ignotas medio sale puppis ad vndas;
Sacra per æthereas corda feruntur opes.
Vrsula diuinos instillat pectore rores;
Excitat ardentes Vrsula corde faces,
In se fingebant volitare per aëra glandes,
Rumpere virgineas tela cruenta manu.
Carnifices sæuire, necis sibi damna parari;
E latebris ardent prosiluisse suis.
Iam fera gens sæuit, iam turba furentis armis
Irruit, vt pectus transforet ense pium;
Virgineos præbent rigidis mucronibus artus,
Submittunt gladijs colla secanda feris.
Sic desiderio gestit mens ebria, cædis
Mens melius pœnas inter adulta suas.
Tale suos dulcis iam dudum ad funus amores
Spes alit, illecebris non semel acta nouis.
Respondent votis felicia sidera, palmas
Martyrij prendunt castra beata sui.
Viuite felices cælesti in vertice mentes,
Cingite purpureas tempora clara rosis:
Palma triumphales decoret pulcherrima dextras,
Auratus circum tempora torquis eat,
Vobis parta quies, nullu maris æquor arandum
Nullus solicitat pectora casta amor.
Vobis siderei gratantur monstra theatri,
Subijciunt vestro colla superba iugo.
Præbet Erychthonius iunctas de more quadrigas,
Mercurius pulsat fila canora lyræ.
Erigone plaudit, vocalis plaudit Orion,
Ardet obire pium Gnossia stella caput.
Fulmina submittit Iouis armiger; æra Iuno
Tranquillat, nullas excitat Hædus aquas.
In choreas, in festa ruit polus omnis, olympo
Ingeminant omnes, Vrsula viuat, iô!

Bozius de signis Ecclesiæ lib. 22. cap. 2. num. 17. Carmen elegans Ioannis Franciſci Bordini recitat, in quo tantum initio pauca de Aremorico petito litore, & ciptis, nuptijs, tum de Melga & Gauno corrigenda veniunt.

Dum mare, dum terras summo despectat olympo,
Omnipotens rerum genitor, crispantia vasti
Oceani cernit sulcantes dorsa carinas.
Candida virginei portantes pondera cœtus,
Litus ad Armoricum; classis Dux Vrsula tantæ
Cornubiæ prisco prognata è sanguine Regum,
Quam sequitur lugenda procis formosa iuuentus,
Conditas meditas tædas, pactosq; hymenæos:
Vt vidit, prædæ confestim victus amore
Sic fatur: nam pulcra viris mortalibus ista
Lilia conueniunt? cur non cælestibus hostis
Inserimus? cur non nati dignanda superbo
Connubio? tales roseo sibi namq; cruore
Delegit sponsas natus, postquam æthere alto
Virginis in gremio mortales induit artus.
Pascitur ille rosas inter, canisq; ligustris
Oblectat visum, & florentia lilia sertis
Intexit, violisq; comas flauentibus ornat.
Sidereas igitur sedes, lucemq; perennem
Accipiat dilecta cohors, atque ima relinquens,

Aeterna

Aeterna mecum regnans in pace quiescat.
Vi ea fatus erat, celeri cum flamine venti
In ptũ auertunt cursum, paruosq; Britannos
Ve ere quo remis tentant & pectore toto:
Pr tratosq; viros post terga relinquere longe
Co pellunt, coguntq; alias appellere ripas.
Hi vbi Germanas oras, humilemq; Thiellã
Re uit Oceanus, Rheniq; ad saxa bicornis
Ve itur, atq; Vbios anfractibus interclusos
In let Agrippinæ Romana Colonia campos:
Hi tandẽ fessam post multa pericula classem
Su ducũt nautæ, ac placidæ dare mẽbra quieti
Di upiunt, vacuoq; parant succurrere vẽtri,
In etit en subito fessas cum milite naues
Pi orũ Dux Melga ferox, Gaunusq; superbis
In eritans Hunnis, qui forte hæc litora circũ
Ab bibant res exosi nomenq; Britannum.
Hi vbi virginibus naues conspexit onustas,
A arijs gemmis argenti pondus & auri
Pe nixtũ videt, atq; hostes, inimicaq; signa
A oscit, prædam sæuus meditatur, & vltro
Di piunt alij gazas, alijq; pudori,
Vi gineo insidias tendunt: heu dira cupido,
Q ruis in præceps, heu dura, heu barbara orda
Q vos tartareus furor incitat? hæccine ve- ræ
Ge ia militiæ, muliebrem perdere sexum?
A robro maculare fidem, violare pudorem
Te tatis? nec vos superum pia numina ter- ent?
In erea ingenti tacti formidine nautæ
E ocij, queis tota gregis concredita cura est
Pa ntes fugere omnes, petiere latebras.
A hostis rabiem iam iam se euadere posse
D perant, lætumq; sibi, vel damna pudoris
Q i instare vident, nec iam spes vlla salutis,
Co tinuo teneras tendunt ad sidera palmas,
E astis superos votis precibusq; fatigant,
S fusæq; genas lacrymis, oculosq; nitentes
P sternunt sese, & latè loca questibus im- lent.
A Regina graui mentem perculsa dolore
S m simulat, socias hortatur, fidere Christo
I perat, & mortem suadet præponere culpæ.
N n locus hic lacrymas, inquit, sed fortia pos- it:
E agite, & niuei quæ sit nunc cura pudo- is,
S nte feris monstrate viris: sint peruia ferro
P tora, sint vllo nunquam temerãda furore.
Ille ad crudeles vultum conuersa piratas,
I repida hæc loquitur: vestram ne credite prædam
O miseri: nam sacra Deo est hæc victima magno:
Integer hic cœtus desit non vna coronis:
Sed cingant omnes rutilantia tẽpora gemmis;
Sitque illis thalamus cœlum, sit sponsus Iesus,
Virgineosque choros ducens sit pronuba mater.
At tu summe pater, qui terras, æthera, pontũ,
Perpetuo regis imperio, quem tartara, quem mors
Cocytusque erebusq; fremunt, vinctusq; catenis
Aeternis pauet ipse nigri Rex ferreus orci,
Vltorem is sceleris te, assertoremq; pudoris
Sentiat, & nostro victus certamine cedat.
Has tibi nos palmas, atque hæc Rex magne tropæa
Erigimus lætæ, sit tanto hæc ripa triumpho
Nobilis, ac testes spatiosa hæc litora Rheni
Nostraq; perpetuum venerẽtur busta nepotes.
Dixit & amplexu caras dignata sorores,
Prima suo gaudens sacrauit membra tonanti
Excipiens iugulo gladium, quam deinde sequuntur
Mox aliæ, pulcramq; hilares occumbere mortem
Certatim properãt: tepidi fluit vnda cruoris,
Misceturque vndis: penetrat pia victima cœlum;
Atq; olea frontẽ & palma redimita virenti,
Aetherijs comitata choris, optata reuisit
Atria, fulgentemq; polum, flagrantiaq; astra,
Inde ad conspectum magni genitoris & altũ
Accedit solium, claræq; insignia palmæ,
Illius ante pedes pulcra sub nube reponit.
Dulcia dehinc sponsi delibans oscula Iesu,
Amplexus inter castos, mellitaq; verba,
Aeternas recipit sedes, æuoq; beato
Perfruitur, tantoq; refert condigna labore
Præmia, quæ nulli sit fas æquare loquendo.
Nec minus interea cineres ad litora Rheni
Collegere sacros superum vi & numine moti
Indigenæ, atque aras illis templumq; superbum
Aedificant, dant thura focis, & serta sepulcro
Florida multa ferunt, & munera magna quotannis.
Insuper & votis damnant, & vota reportant.
Nunc tu igitur veneranda polo, venerandaq; terris
Atq; Deo coniũcta cohors, res adspice nostras
Germanosq; tuere tuos, patriosq; Britannos:
Da priscã renouare fidẽ, atq; extrudere monstra

Et

Et ſpurca odiſſe, immiti quæ tartarus antro
Immiſit terris figmenta, atque vnica Petri
Decreta amplecti puro quæ gurgite Tybris
Trãſmittit, totumq; diu ſunt ſparſa per orbem
Aethereaq; olim cœli regione beari.

Hactenus varios colendi Sanctas Virgines modos in medium attuli: fructus verò paucos adijciam cum Calendario, vt dies anni conſtent, quibus & quæ ſacræ virgines earum honorentur.

CAPVT LXVII.

Vtilitas, cultus Vrſulani tempore belli: ſæpius enim circa S. Vrſulæ feſtum contra infideles vel alios, clariſſimæ cœlitus obtentæ victoriæ ſunt.

Tria beneficia illuſtriora cultus Vrſulani.

ILluſtriora pauca colligam ad finem huius libri beneficia mortalibus à Deo collata per deprecationem Virginum: nam cetera ſequenti libro miraculorum varius referentur. Solent autem Virgines belli tempore ſuccurrere clientibus; item in deliberatione vitæ ſtatus adeſſe: præſertim verò morientibus adſiſtere, qui vi tempore ſe in Virginum tutelam contulerunt.

Coloniæ ſæpè facti bellici apearatus pro terra ſancta.

Cum ex Imperio miles ad terræ Sanctæ ſiue recuperationem, ſiue defenſi nemolim cogeretur, plerumque Coloniæ bellici fiebant apparatus, & naues deh hendis cruce ſignatis inſtruebantur, id circa An. 1188. qui ibi degebat Godefridi & ad An. 1248. Bzouius adnotauit. Ita cum Meſopotamiæ metropolis Edeſſa ſi An. 1145. in Turcarum veniſſet poteſtatem, S. Bernardus autem Eugenij Pontifi autoritate ſequenti anno Franciam, & An. 1147. Germaniam percurreret, vt q concionibus ardentiſſimis, qua prodigijs vbique patratis ad ſubueniendum ter ſanctæ viros etiam Principes exſtimularet, feſtoque Purificationis Deiparæ Fra cofurti tam Conrado Imperatori, quam ferè cunctis imperij proceribus ſacra crucem appendiſſet, ipſo Palmarum die iris in cœlo viſa, cruces intra hemicyclu omnibus exhibuit, quaſi ad earum ſuſceptionem & bellum ſacrum ineundum cœlo claſſicum omnibus caneretur. Vnde poſt Paſchales ferias exercitus totus C loniæ congregatus, Dominica in Albis cum claſſe ſoluit in Britanniam, ibi nouis a cti copijs Gallicis, Flandricis, & Anglicanis, oceanum ingreſſi, Galliam & Hiſpani præteruecti, Luſitaniæ fines attigerunt.

Robertus de monte.

S. Bernardus crucẽ prædicat. appendit Cæſari.

Dochechinus An. 1147.

Alphõſus primus, Luſitaniæ Rex.

Clarebat ea tempeſtate tam militaris rei peritia, quam ſanctitatis opinio Rex Alphonſus primus, à Chriſto ea ſpecie, qua olim in crucem actus fuerat, ſcu quinis vulneribus interpuncto donatus, vnde gentis illius arma regia prodierun Is Maurorum ſucciſurus dominatum, varias eorum arces iam expugnarat, cum conſpectum eius cruce ſignatorum militum claſſis venit: qui eadem, qua Rex A phonſus cupiditate flagrantes, Turcarum, & infidelium ſtirpes elidere ſuo profu ſanguine geſtiebant. Horum vt mentem Rex perſpexit, ſibi de talibus, quaſi cœl tus oblatis ſubſidiarijs copijs gratulatus, audere rem maximam cœpit, & Olyſſip nem regni Maurorum caput aggredi, facilè in belli ſocietatem vocatis aduenis, q quod in terris ſemotiſſimis per immenſos marium tractus & errores quærebant, proximo ſibi oblatum reperiebant, fuſuri & hic Deo militantes ſanguinem, & ma tyrij palmam reportaturi, vt verè factum eſſe docuit euentus, multis ad horum pr ſtratorum corporum contactum ægris ſanitati reſtitutis. Communicato igitur trimque conſilio decretum, ſtabile, fixum & ratum fuit, vt vrbs continuo terra m rique cingeretur. Extremo Iunio magnis viribus & periculis Olyſſiponam appu lerunt, & aſſiduis incurſibus, prælijſque quatuor ipſos menſes obſeſſos ita fatig runt, turribus & propugnaculis excitatis, & igne in hoſtium machinas iniecto, vt perto violenter murorum immani hiatu, totæ ſe infunderẽt militum noſtrorum le giones in vrbem, vbi cum Mauri in extremã conuolarent aleam, & ex deſperation

Cruce ſignati obſident Olyſſipõnẽ caput Maurorũ.

vires

vi:s acuerent,atrox exortum præliũ eſt:ſed Chriſtianis licet numero paucioribus, in ocatis in auxilium cœlitibus,& ipſis abſque dubio;quibus ille dies ſacer erat vn- de im millibus Virginum,ad ducenta hoſtium millia trucidarunt;ſtatim ad militũ Capiunt feſto S. Vrſulæ. rc trorum cæſorum præſentiam mutis & ægris conſaneſcentibus, quos inter oc- ci s Henricus Bonnenſis,diœceſis noſtræ Colonienſis innumeris claruit miracu- lis Hæc ne fidem ſuperare videantur,duorum coæuorum teſtificatione firmantur Roberti à Monte & Dodechini, huius, vt teſtis oculati verba non pigebit adde- re. *Hoc anno* inquit *in octaua Paſchæ,5.Cal.Maij,mouit exercitus à Colonia,& 14.Cal.Iunij ven imus in portum Angliæ Derchimite,vbi erat Comes de Areſcot, cum 200. nauibus An- glis,& Flādricis,& 6.feria ante Rogationes,nauigauimus per octo dies.In vigilia Adſcen- ſis paſſi maris tormenta: octauo demum die in portum Hiſpaniæ Gazzim, ſaltem cum 5 nauibus appulimus,rurſum in portum Viuer eiuſdem litoris venimus,poſtea 6.feria ante Pentecoſten in portum Galliciæ Thamara peruenimus: & octauo Pentecoſtes nauigauimus, 6.feria applicuimus ad alueum fluminis Dorius Portugalliæ. Exinde ad alueum fluminis Duri intrantes,ſecundo die apud Olyſſiponem vigilia Petri & Pauli applicuimus: circa B. Mariæ aſſumtionem repulſi ſumus ab hoſtibus. Circa natiuitatem B. Mariæ turris lignea in- cta,& circa medium Octobris perfecta,propugnaculum nobis fuit:tandem in ipſa nocte S. Egidii Abbatis,lignis ignem impoſuerunt,& murum 200.pedum irruerunt. Victoria tamen data feſto Virginũ vndecim millium.Duo muti in exercitu cœperũt loqui feſto S.Gereonis.*

Altera victoria ſequenti ſeculo menſe eodem circa idem feſtum obtenta eſt in Luſitania à cruce ſignatis Solymam contendentibus:nam A.1217.Germaniæ,Hũ- giæ,Belgij q;flos, ducibus Andrea Rege Hungariæ,Lupoldo Duce Auſtriæ,Wil- helmo Comite Hollandiæ ſacrũ iter auſpicati ſunt:& ij quidẽ quotquot ad Moſam conuenerant Kalendis Iulij Britanniam attigerunt:inde ſoluentes Olyſſiponam te- nuerunt,quos Epiſcopus Olyſſiponenſis & Eborenſis,Prior Hoſpitalarius,& ſacræ Iacobi militiæ Dux Martinus ad Saracenos Salacia pellendos excitarunt. Qui cũ precibus eorum libenter annuiſſent,tertio Calendas Auguſti caſtrũ dictum cinxe- runt obſidione,accedentibus breui copijs Luſitanicis, quas ipſe loci Pontifex cum ſacris coëgerat,hoc ardentius militaturis,vt Maurorum reliquias, cũ Chriſtiani no- minis dedecore è regni viſceribus tãtis peregrinorum auxiliaribus copijs adiuti fa- cilius exturbarent. Acriter certatum eſt vtrimque,noſtris, foſſis vndique impletis, aggerentibus,& murum ariete crebro verberantibus,licet obſeſſorum ictibus validè propellerentur,poſtea foſſores ſub vineis & alijs machinis ad ipſa progreſſi mœnia, perfodiendo ſubruere nitebantur, Saracenis fortiter conatus omnes impedientibus, in probo tandem labore Chriſtianorum circa S.Bartholomæi feſtũ turris vna cor- ruit,licet murus interior cum ſtaret inconcuſſus, noſtrorum ingreſſum retardarit. Interea fama fortitudinis militiæ ſacræ per Luſitaniam & Hiſpaniam diſſipata, quatuor exciuit potentiſſimos,qui Cordubæ,Hiſpali,Paci Auguſtæ,& Giennio do- minabantur;ij coacto protinus exercitu,cum quindecim millibus equitum, & pe- dum octoginta millibus terra mariq́ue obſeſſis auxilio ſuccurrerunt, & vix leucæ vius à noſtris interuallo diſiuncti,caſtra fixerunt;ſed ne tantarum copiarum metu Chriſtiani percellerentur, è cœlo triumphale crucis ſignum emicuit, quod Con- ſtantino Magno & alijs pijs Regibus ſæpe victoriã certam omine fauſto denuncia- rat. Aliud longè mirabilius temporis ſui ſcriptor narrat Godefridus accidiſſe poſtri- mis,cum infeſtis armis confligerent acies:tunc enim candidatorum turba cœlitus Cœleſtis exercitus ſuccurrit Chriſtia- nis. riſſa,tam hoſtes præſentia ſua perterruit, quã Chriſtianum exercitum,ad auden- dum fortiter animauit, cæſa ſunt eo die, vt quidã tredecim,vt alij 30. millia volũt, ceptis innumeris alijs,& Regibus Cordubæ,& Giennij trucidatis, ac caſtris omni barbarica opulentia inſtructiſſimis occupatis,*circa feſtum verò vndecim millium Vir- ginum* ait Godefridus *per foſſores cecidit altera turris. Tunc demum perterriti infelices Circa feſtum S. Vrſulæ. caſtrum reddiderunt,& ſe & ſua in manus Chriſtianorum dederunt, qui omnes venundati ſunt.* Ita videntur iam olim Luſitani deditiſſimi fuiſſe cultui Vrſulano:quem ſeneſ- centem Petrus Faber reſtituit. Eodem ſeculo S.Vrſula Coloniam adſpectabili fpecie per noctem dum apparet,vrbis portas viſa eſt conſignare,adeoque ſpem ob-

sidentibus præcidit victoriæ: sicut & Argentinam contra minas & conatus Car i Audacis protexit, & metu seruitutis liberauit.

Schultingius in Biblioth. to. 4 in e. x Luther. p. 1. fol. 26.

Circa A. 1371. Lubeca festo S. Vrsulæ diuinitus est seruata, cuius rei memoria hodieque solent hæretici annuis festiuis gaudijs & hymnis Vrsulanis decantando refricare, de quo Schultingius ex *psalmodia seu canticis sacris veteris Ecclesiæ, selectis Ecclesiarum & scholarum vsum per Lucam Lossium Luneburgensem Hæreticum, quæ ce ordine & melodijs cantari solent in templis de Deo & Sanctis eius, VVittenbergæ exc A. 1569.* citat hunc titulum. *De ordine cantionum in die Vrsulæ, seu vndecim millium Virginum, qui in Ecclesia Luneburgensi celebris est, propter victoriam diuinitus, maioribus hu inclytæ vrbis concessam hoc die A. 1371. fol. 257. 258.* his subdit Schultingius: *testimon veritatis per iugulum aduersariorum erumpens, hoc efficacissimum est pro confirmando f S. Vrsulæ, quod ante annos ducentos & sedecim, celeberrimum fuit apud Luneburgenses. fronte ergo audent hæretici negare Festum S. Vrsulæ in confusionem aliorum omnium h ticorum, & ad redarguendum falsitatis mendacissimum historicum Balæum, adhuc hodi Anglo Caluinianis in Calendario præfixo ritibus & precibus eorũ est:* hæc Schultingius: storiam sine prodigio narrat Crantzius, & Hermannus Lerbeccius: sed Luc Lossium Hæreticum & ciuem Luneburgensem audiamus: qui miraculum ips cœlestis subsidiariæ militiæ non ausus est reticere: sic autem refert.

Cum longo tempore discordia fuisset inter Ducem Magnum Luneburgensem & ciui nostram, tandem cum non tolerandæ iniuriæ inferrentur Ciuitati à satellitibus, qui moni Calcarium imminentem vrbi tenebãt, ciues montem pridie Purificationis Mariæ ex Cæs mandato occupabant. Postea à duce collectus clam exercitus nocte ea, quæ diem Vrsulæ pr mè præcedit, murum vrbis transcendit, eam ex improuiso occupat. Ciues strepitu armorum alio tumultu excitati subito occurrunt. Occiduntur in primo concursu præter ceteros viri sulares tres de honestis & patricijs familijs. Deinde ciues in curia paulatim conueniunt. fectus ciuitatis Vlricus VVeissenburgicus, vir magnanimus, & rei militaris peritus, ciues net, ne quid temerè agant in tanto periculo. Ipse interea hostem exsultantem in foro de vi ria placare bonis verbis studet, rogat à grassando abstineat, quandoquidem iam ciuitas in manu & potestate esset. Hæc diutius data opera egit Præfectus, nunc ad ciues, nunc ad hos equitans, hoc consilio vt ciues mora colloquij frequentes in curia conuenirent. Interea h affatim vini ex ænopolio adfertur, quod multi haurientes auidius, inebriati sunt: defati longo itinere, & labore adscendendi vrbẽ. Deinde cum ciues se iã parato s satis ad adorie hostem putarent, ex inopinato irruentes ex curia, impetum in hostem faciunt. Præfectus nuncians hosti Senatum non posse præstare, quæ iniqua peterentur, circumuentus ab hoste i mus occumbit. Editur deinde miserabilis strages ab vtraque parte. Tandem ciues superio hostes ex foro repellunt: qui per plateam, quæ pistoria vocatur, ad portam rubram, quæ mi diem spectat, contendit, vt per eam partem muri, qua transcenderant in vrbem; elabatur: d ciues à tergo insequentes magnam partem hostium occidunt, qui numero erant 700. Et fer obuiam venisse ex arena; quæ platea est spatiosa, nouam aciem armatorum militum, cuius spectu territus hostis in fugam se dedit. Ductores hostium fuerunt Ioannes de Homborg B qui in conflictu periit, & Sigfridus de Salderen, qui captus est. Annus his rythmis ve stis continetur.

Anno milleno Cter vno septuageno
Nocte puellarum monos, & deca mille sacrarum
Muros conscendunt, Luneburg subuertere tendunt,
Sic occiduntur, velut in sac capiuntur.

Hactenus Lossius, qui fusè hymnos & sacra cantica recitat, quæ ipsi etiam Hæretici ad laudem Martyris Vrsulæ sodaliumque ritu anniuersario concinunt: testes victoriæ tot millium patrocinio cœlitus impetratæ.

CAPVT

CAPVT LXVIII.

Cultus SS. Virginum confert ad electionem vitæ, ſtatus, & ſuſceptionem ordinis Religioſi.

MVltos ſuperſtites noui, qui ſuam ad vitam perfectiorem capeſſendam vocationem cultui S. Vrſulæ adſcripſerũt, vnius ſupra memini: duos hic referam, qui dum templa vel aras ſacris Virginibus conſecratas, vel earũ reliquijs exornatas pè venerantur, & raris cœleſtibus fauoribus ſunt cumulati, & ad vitã Religioſam inuitati. Hẽricus de Cãpauia, patria Neomagenſis mirificè cultui S. Vrſulæ ſodaliũ ue deditus, & obſtrictus, dum in templo pietati dat operam coram altari, ſomno cepit repente conſopiri. Ecce tibi longa Virginum ſupplicantium pompa mentis oculis obijcitur, quæ cum mortaliũ formam excederent, auguſtiori, & cœleſti quãm ſpecie renidebant, ac coronato vertice roſis erãt purpureis redimitæ. Vna ham Henricum acceſſit propius, decerptoque folio roſæ è ſerto capitis ſui, in ſinum dormientis demiſit leniter, ille præ gaudij magnitudine mox experrectus, ſinũ oculis & manibus luſtrat, mira res, incredibilem prorſus & cœleſtem ſuaueolentiã auribus, oculis & manibus roſæ folium perſentiſcit, nec dubitauit, quin ea viſa ſolitas vndecim millium Virginũ exſtitiſſet; quæ cultum ſibi hactenus impenſum tantæ beneuolentiæ & amoris ſignificatione compenſarent. Exinde cœpit ardentius candidatum illud collegium inuocare, & virtutum quotidiana capere incrementa: mox & ad D. Brunonis inſtitutum animo & deſiderio ferri: quod propè Arnhemium profeſſus, eo ſecum folium roſæ detulit, & argentea theca, qua Diuorum ſacra lipſana continebantur, condidit.

Simili fauore cœleſti non oculis tamen & naribus: ſed auribus hauſto cultorem aurilem S. Vrſulæ Deus proſecutus eſt Coloniæ, quam etiam ijs illecebris ad vitam religioſam perpulit, Matthias dicebatur, donatus honeſto ad D. Andreæ Sacerdotio; qui iuxta receptum ea in vrbe morem, quo fideles amãt primo diluculo templa ſanctorum obire, certis indulgentijs obtinendis deſtinata, cum propè S. Gereonem domum fixiſſet, huius auguſtam baſilicam media nocte (deceptus ſplendore lunæ cum putat diluceſcere) viſere cœpit, cuius oſtium cum reſeratum inueniſſet: ingreditur, auresque paſcit concentu ſuauiſſimo, quem arbitrabatur à Sacerdotibus matutinas officij diuini preces alternis choris pſallentibus excitari: Quibus decantatis, inde digreſſus, ad S. Vrſulæ baſilicam ingreditur, quam cum etiam apertam offendiſſet, ſubijt, & longè dulciori melodia, preces horarias modulatis concini vocibus audit, cum incredibili mentis voluptate. His finitis ſonus horologij primã noctis horam indicat. Sed dum fores oſtij petit, omnes firmiter oppeſſulatas reperit, quæ res maiori fuit admirationi, & coëgit eum in precibus pernoctare: ſed vt cuſtos templi manè falleret, ne res emanaret, iuxta Martyris alicuius tumbam ſe abdidit, timebat enim, vt furti reus, vel ſuſpectus haberetur: Porrò prima luce cum cuſtos reſerato templo recta tumbam eandem rei ignarus petiiſſet, in Matthiam recantem incurrit attonitus: ac ſolicitè trepidantem percontatur, quid ibi rerum egiſſet, ille ſiniſtram à ſe ſuſpicionem amoliturus, ingenuè rem omnem geſtam exponit, hoc vnum obteſtatus hominem, ne cœleſtes illos fauores nocte ſibi immenti exhibitos, in vulgus ſpargeret: ſed fidelior ille ſupellectilis ſacræ, quam ſecreti cuſtos, eadem die multis vulgauit, quaſi laudis inde ſibi partem decerperet, quod templi ſuæ cuſtodiæ crediti maieſtas cœlites habere cantores mereretur: Matthiã verò multum ea nocturna pietas promouit ad virtutis ſtudium, vt poſtpaulo Sacerdotio ſuo alteri relicto, & caducis rebus valere iuſſis, Treuiros abierit, ibique in S. Matthiæ cœnobio D. Benedicti profeſſus regulam: vitam deinceps omnem diuino ſeruitio mancipauit: hæc Albertus Arnhemius Carthuſianus dum res geſtas ætatis ſuæ recenſet, in referendario ſuo narrat.

CAPVT LXIX.

Præsidium S. Vrsulæ sodaliumq; in mortis articulo.

VT merito superstitionis eos damnant Theologi: qui definito precum numero certam & infallibilem vim tribuunt, felicem mortem aut sanitatem obtinendi, sic sapienter monent, licere ad certi mysterij memoriam, aut Sanctorum inuocationem statas ad Deũ, vel Sanctos preces exsoluere, spe animo concepta, Deũ talis Diui patrocinio facilius ea, quæ saluti cõgruunt, & per eum petimus, donaturũ: ita S. Barbaram pro felici morte impetrãda prece quotidiana multi laudabiliter inuocant. Pari modo S. Vrsulæ & vndecim millium Virginum inuocatio varia à Deo beneficia tot deprecatricibus Diuis promeretur: præsertim si eo fine Patronæ tales adhibeantur, vt quis felici morte defungatur.

Antiqui scriptores, & in his Iacobus de Voragine cum alijs narrant, Cœnobitam, cum magna religione coleret vndecim millia Virginum, & aduersa pulsatus valetudine decumberet, Virginem aliquam ad miraculum splendidam vigilanti adstitisse, & affirmasse vnam se esse de cœtu vndecim millium, quatoties supplex veneraretur; manere operis tam pij mercedem perpetuã; pergeret sanè, & si in mortis etiam articulo tot millium optaret fulciri præsidio, fruiq; præsenti solatio, spopondit fore voti compotem, dummodo Virgines singulas vna dominic. prece & salutatione Angelica veneraretur: paruit salubri consilio religiosus: atq; v fides promissioni haberetur, protinus visum illud cõstans corporis & firma valetudo est cõsecuta: ille pensum sæpè promissũ piè & integrè exsequitur, fructu vberrimo, quem collegit moriturus; dum enim ætate decrepitus, senio potius, quã morb ad extrema deuenisset, & oleo sacro præpararetur ad supremam luctam, voce contenta iussit exesse præsentes, & locũ cedere sacris Virginibus aduentantibus. Mirat voces insolitas Abbas, morienti mandat, edicat, quid sibi tali clamore velit? & quæ nã illæ Virgines? Obsequitur cœnobita Prælati mãdato: exponit multis ante anni promissionẽ sibi à Virginibus Vrsulanis factam, certi in morte præsidij, si propositi pensum persolueret eis in vita, quod quoniam integrè viuus ipsis expleuisset, ex pacto veniisse Virgines, suam vicissim vt fidem ei liberarent: iamq; se ab ipsis ad gaudia cœlestia inuitatum, eo tam numeroso stipatum Partherio comitatu properare quibus dictis vt loquendi, sic viuendi finem fecit, exordium verò vitæ beatioris, ac quã summa animi voluptate tã solenni pompa pro tam vili obsequio deducebatur

Similia supra c. 35. de Petri Confluẽtini Dominicani morte, & Leonardi Capucini c. 58. in literis encyclicis nauiculæ Vrsulanæ: c. 5. 7 de Lusitanis retuli, quorum communis persuasio S. Vrsulam adesse morientibus: nec silendum, quod his verbi Tilmannus Bredenbachius narrat. *Ciuis quidam, alias vitæ solutioris, vbi melioris cœpi exordium, iam frugi factus ibat quotidie ad SS. Virginum basilicam, vt suas illic preces religiosè funderet, quam si clausam reperiret, in porticu eiusdem solita pietatis exercitia perficiebat: hic cum ad extrema deuenisset, & Parochus Sacramentis Ecclesiasticis ægrũ munitu-*

Collat. sacr. l. 4. c. 37.

rus accessisset, puella quædam cum sodalibus suis in vicinia ægrotãtis viri considens, dum accingeret, videt reginam miro decore, & pulcritudine subsequentium Virginum comitatu, domum ingredi morientis, & post paulo inde regredi, ceteris huius puellæ sodalibus nihil horum videntibus, moxq; compertum virum illum eo momento defunctum esse, qui vt viuus sacrum illum Virginalem exercitum religiosè honorauit, ita suffragium persentire meruit.

Annua Col. Anicien sis An. 1598. fol. 229.

Id narrat à fide dignissimis sæpius se audiuisse. Ætate nostra Aniciẽsis Virgo mortem experta similem, de cuius modestia, & singulari in perferendis domesticorum propter virtutis studium contumelijs patientia, cilicijs, ieiunijs, orandi assiduitate, incenso in Deum amore & animarum zelo dici multa possent: hæc leui morbo correpta, quem sibi pronunciauit fore extremum, diuinis ilico Sacramentis ad migrationem se muniri postulauit: nullum per sex, septemve dies, quibus decubuit, verbum exore eius, nisi pium audiebatur. Attollentem illam aliquando in cœlum oculos, & leuiter arridentem, vir quidã pius, qui adstabat, risus lætitiæq; causam cũ rogaret, annon, inquit illa, videtis Angelos? Denuo cum eundẽ gestum præ

se fe-

ſe erret,& cauſa quæreretur,non cernitis,inquit B. Vrſulam cum vndecim millibus Virginum?haud dubio procul ſacratiſſimum chorũ meruit caſta Virgo in morte præſentem habere,quem toties cum viueret ſibi adeſſe petebat:eo ſiquidem nomine diebus ſingulis vndecies orationem Dominicam recitare conſueuerat. Poſtremo cum eã oleo ſacro vnxiſſet Sacerdos, omniaque perfecta eſſe dixiſſet, quid igitur diutius inquit illa,in hac vita detineor?cur non ad Dominum meum feſtino? his inter voces,immortalisque vitæ deſideria tam placidè migrauit, vt dormientis potius,quam mortuæ ſpeciem color & vultus referri viderentur.ita *annuæ Societatis Nostræ.*

CAPVT LXX.

Cultores ſuos perſæpè S. Vrſula ſine purgatorio deducit ad cœlos.

MErito ſanctiſſimi quiq; viri nullius etiã grauioris ſibi culpæ conſcij,trepidarũt tamen quoties ignis purgatorij memoria refricaretur;nec immerito:nam auctore Doctore Angelico,minima pœna purgatorij grauior eſt acerbiſſima quauis pœna mundi:conſonant ei SS.Patres.S.Aug.*quamuis* ait *ſalut per ignem: grauior tamen erit ille ignis,quã quidquid poteſt homo pati in hac vita, & noſtis,quanta hic paſsi ſunt mali:& poſsint pati,tanta tamen paſsi ſunt,quanta poſſent pati & boni: quid enim quiſque maleficus,latro,adulter, ſceleratus,ſacrilegus pertulit legibus, quod non pertulit Martyr in confeſsione Chriſti? iſta ergo,quæ hic ſunt mala, multo faciliora ſunt.* Beda. *Nulla ſupplicia Martyrum,& latronum cum eis conferenda.* S. Greg.*illum tranſitorium ignem omni tribulatione exiſtimo eſſe intolerabiliorem.* Cæſarius Arelatenſis.*Ille ipſe purgatorius ignis durior erit, quam quod poſsit pœnarum in hoc ſeculo aut accidere, aut ſentiri, aut cogitari.* *S.Thom. in 4.diſt.30. q.1.a.2.* *S.Aug.in pſal.37.* *ibidẽ Beda & Greg.M.* *Cæſarius ho.8.*

Puris ſanctis ea felicitas obtingit, vt abſque piatorijs ſupplicijs ad cœlos euolent: quod tamen cultoribus Parthenicæ ſodalitatis priuilegium ſæpius tribui ſubiectæ docent hiſtoriæ. Thomas Cantipratanus de femina, quam familiariter ipſe nouit,his verbis rem miram memorat. *Thomas Cantip.l.2. apum c.53.*

Bruxella ait *vrbs nobilis eſt,& magna Brabantiæ,in hac hoſpitale pauperum eſt,præcipuæ ciuitatis,& religione præclarum,in iſto ſororem quandam vidimus multo labore ſatagentem circa frequens miniſterium,quæ graui infirmitate detenta,rebus humanis exemta eſt, cumq; hora diei tertia ad veſperas mortua iacuiſſet,reuixit ſubitò,& erexit ſe,conuocatisq; ſororibus,& omnibus, quæ præſentes erant,dixit:virginalem illum exercitum Colonienſem videns quotidie venerata ſum,& earum precibus nunc à Purgatorio liberata, & ob hoc ad vitam redire compulſa ſum,vt omnibus earum dignè memoriã habentibus, à futura morte earum orationibus ſuffragia nunciarem,dummodo de vita tales exeant, quibus oratio valere poſsit:in hoc teſtimonio rẽddo iterato ſpiritum:nec mora,hæc dixit,& fecit.* Hæc Cantipratanus:ac licet hæc aliquot horis pœnas illas expiatorias experta videri poſſit prius, quam ijs liberaretur:alij penitus ne perſenſiſſe memorantur,id, quod mulieri dum viuerum ferret,Virgines ante denunciarunt:vt Albertus Arnhemius ſcriptis confignauit.Degebat ea,iuxta Zircenſe oppidum in Lotharingia; colendæ S. Vrſulæ creditiſſima, quæ cum pro concione differentem audiſſet de laudibus vndecim millium Virginum,& earum patrocinio,quod etiam quibuſdam ſe videndas exhiberent,& ad cœli gaudia perducerent,qui quotidie vndecies earum honori dominicam orationem recitarent, exinde cœpit indies toties precationem dominicã & ſalutationem Angelicam iterare,felici ſucceſſu:Nam poſt longum tempus,cũ eius impus pariendi propinquaret,adſtitit vigilanti vna de Parthenio S. Vrſulæ collegio, quæ diẽ &horam denunciauit grauidæ, qua feliciter infantẽ quidem viuũ enitere-tur,ſed debilem:quẽ vbi protinus curaſſet genitali fonte Deo regenerandũ,ſeq; ſanctiſſimo viatico,& vnctionis extremæ percepto Sacramento ad luctam ritè cõpaſſet, eã minimè formidaret:nã corporis ergaſtulo ſolutæ,ſe cũ vndecim millibus *Alb. Arnhem. in referendario diſt. 4.c.35.*

Virginum occurſuram,& vna cum filio matrem recta ad cœleſte regnum euectu-ram,ad compenſandum diuinum penſum hactenus Vrſulanis Virginibus perſcru-tum:quæ cum adſtantibus futura memoraſſet,euentus ſecutus viſi veritatem co-firmauit.

Sed quoniam Ciſtercienſes vti inſigni præ reliquis theſauro ditati fuerunt re-liquiarum Vrſulanarum,ſic S. Vrſulæ cultores eximios ſe præſtiterunt, ex eadem a-cra familia complures referam eo donatos præmio. In Villarienſis cœnobij lau-

Roſſueidus in epiſt. dedic. ad vitam S. Paulini.

bus ita exclamat Roſſueidus noſter. *Oeremus Villarienſis B. Virgini adamata: hic Al-dius caſtitatis merito ad manus D. matris oſculum non ſemel admiſſus; cui attentius or-ti eadem Diua ſæpius videndam ſe præbuit: idem D. matris,& Vrſulanarum Virginum be-ficium tum in vita, tum in morte Henricus de Bruxella expertus eſt.* Chronicon Villar-enſe rem geſtam recenſet. *Septem iam annos vitæ ſanctioris exegerat, cum graui tent us*

Chron. Vil. l. 3. c. 6.

morbo,& ſacris ritè ad vltimum certamen munitus myſteriis ipſa nocte, qua ad Deum e-uauit, mentis exceſſum paſſus eſt; & vt ſacerdoti mentis arcanorum conſcio aperuit, ſiſti ſib-dici viſus eſt, à quo ſentētiam latam audyt iucundiſſimam, qua vitæ æternæ præmia prō-ta ſanctiſſimæ laboribus decernebantur: duo adiecit, primum ad horologij pulſum anima-in manus Seruatoris tradam: vbi verò corpus in Eccleſia deferetur, vndecim millia Virgin-m, quarum hodie feſtum colimus, animam meam in gaudium Domini introducent.

14. Ian. Idem Chronicon & ex eo Menologium Ciſt. hæc narrant de Theodardo, qui cum pridie Aſſumtionis Deiparæ menſæ cum Patribus accubuiſſet, repente pro-ſus in lacrymas, fleuit vberrimè: poſt deterſo dolore prorumpere in riſum mo-eſtum incipit: peracta refectione cœnobiarcha ſeuocat eum, & cauſam fletus a-ſus exquirit: tum ille, *Vix menſæ aſſederam, cum video fratrum noſtrorum aliquem ci-imponi, & ad vltimam parari luctam: aderat tam conferta dæmonum turma, vt lapide-tegulas monaſterij ſuperaret: hic ego ſortem fratris moribundi miſereri, at cum tabula fe-defunctorum inſonuiſſet,& Fratres ritè animam emigrantem Deo commendarent, ſpiri-illi maligni terrore confuſi in fugam ad vnum omnes ſe coniecerunt: hinc ille riſus me-gaudium: at verò inchoata antiphona ſubuenite, vndecim millia Virginum, occurrerun-nobitæ, qui eis vſitatum penſum & ſeruitium longo tempore perſoluerat, quarum pre-ſtatim electis fuit adnumeratus.* Lubet in hoc argumento dulciſſimo verſari diu-s, & recentiora quædam adijcere.

Menol hiſt. 3. Mart. Brito to. 1. Chron. lib. cap. 33. Addit Chro. Vill. Menol. hiſt. 2. Oct.

Simile honoris genus Eliſabethæ de Aquilar eiuſdem inſtituti ſanctimoniali x-hibuerunt in Luſitania: nam S. Vrſula cum ſodalibus mortuam ad cœleſtia gau-dia perduxit, vt refert menologium laudatum, & Bernardus de Brito. Fruitus eodem beneficio Godefridus, de quo Chronici Villarienſis additiones. *Multis ſanctis hu-manibus ac feminis Recluſis tam his qui prope, quam qui procul erant, pulcris exemplis oſten-m eſt, quod Godefridus obitus ſui diem præſciret,& quod B. Maria cum B. Ioanne Euange-ſta & cum omnibus vndecim millibus Virginum in diſceſſu eius foret, & quod animam m-multa exſultatione perducerent ad æternam vitam ſine purgatorij pœna.*

P. Aug. de Auila in hiſt. Mexic. ordinis Dominicani.

Puella quædā nobilis ab infantia cultui SS. vndecim millium Virginum ded i-ſima, penſum quotidianum vndecim orationum dominicarum cum totidem ſa-lationibus Angelicis ſoluebat accuratè, quæ cum aduerſa valetudine preſſa ſe inſtinctu quodam & afflatu interiore, ſiue alia ratione moneretur vitæ termin-m appropinquare, vocatis ilico parentibus & amicis familiariſſimis obteſtari præ-ſentes, iam migraturam extremis ſacris ad poſtremam luctam muniri paterentur vt maiore mentis ſolatio viam iniret æternitatis: Mirari parentes & ſuſpicari filiæ a-tionem atræ bilis vehementia nonnihil emotam, itaque ſolari ægram; iubere bo-o & forti eſſe animo, nullum mortis eſſe periculum: vires ſufficere ad valetudinem i-tegram breui recuperandam: quod ſi tamen ingraueſceret ægrotatio, metum-bent ponere; ſolicitos enim ſe fore, ne ſine extrema Vnctione decederet: ægra ni-gis afflicta, reſpōdit præſentibus. Quandoquidem hūc mihi fauorem præſtare n-vultis, quo me modis infinitis vobis obſtringeretis: vnum ſaltem oro, ne moriu-denegetis vſum accenſæ candelæ benedictæ, qua manu prehenſa moriar. Paren-ne contriſtarent filiam, locum dedere petitioni: Mox accepto lumine facies mu-

dere infirma, gaudio exsultare, quasi festiuitati solennissimæ interesset: tum pr magnitudine lætitiæ sic adstantes alloquitur. O quæ mentem exhilarat iu- ditas! ecce nunc obuiam mihi prodit S. Vrsula, procedunt & vndecim millia Virginum: vt animam meam iam ad amœnissima vireta Paradisi deducant: tumle- nit capite super ceruical reclinato versus latus, vbi virgineum cõtemplabatur ex- cium, fixis in eam partem oculis amorem diuinum spirantibus, animum red- dit creatori. Subito facies ad stupotem viuentium pulcrior emicare, corpus exha- lat cœlestem odorem toto conclaui dissipatum: præsentes verò laudare Sodalita- tis Vrsulanæ solicitudinem, præsidium & solatium, quod solet morituris suis clien- tibus præsens exhibere.

Alia Vercellis honesto loco nata sacris ijsdem Virginibus addictissima, diebus ante monita, pararet se ad mortem: cum exitus hora propinquaret; fidelis eius Patrona, Martyr Vrsula stipata choris virgineis intrauit cubiculum, quod illa con- spirata, maritum & liberos orauit, animam vt suam iam abituri entem precibus Deo commendarent, adiungens incredibili se delibutam gaudio iam cœlos cum glo- riosis illis Martyribus petere, recepturam mercedem abundantissimam, quod vn- decies millies orationem Dominicam & salutationem Angelicam, ad earum glo- riam recitasset, tum suspirans ad paradisi gaudia, beato fine quieuit. *Lucret. Borsatus c. 21.*

Simili defuncta morte, & cœlesti recreata beneficio mulier Angelica dicta, dum obsequijs esset Serenissimæ Catharinæ Duci Sabaudiæ: nam postea, quam fin- gulis Virginum oratione dominica cum salutatione Angelica coluisset, decumbe- bat verò in Millefloriensi domo Ducis amœnissima: totus Virginalis exercitus in- suam visit, cuius adspectu tam vultus renidentis & ridentis hilaritate, quam inu- sitatis motuũ & gestuum totius corporis lætitiæ signis editis, inchoauit gaudium in cœlis, æternum in cœlis cum Parthenijs turmis continuandum. *Ibidem.*

Idem autor narrat ipsas quandoque Virgines suis clientibus idem Rosarium Vr- sulæ rum imperasse, facta stipulatione certi in morte sui præsidij. Nam Religiosus vir tatis iuuenilis delicta facilius expiaret, magnam afflictando corpori austerita- tem adhibuit: isque diuinitus inspiratus, cum Sanctarum vndecim millium fauorẽ, ad atrocinium ambiret, eoque fine varias quotidie preces magno numero recita- ret morbo tentatus, cum eius violentia vim omnem medicam superasset, & anxius opem Sanctarum Virginum imploraret, vna Reginæ cœlestis specie mortali augu- sto r ei visa, monuit nomine totius Sodalitatis Vrsulanæ, vt vndecies millies Pater & Aue diceret ad eius honorem, quæ hoc sibi postremum obsequium ab ipso præ- stari desideraret, ad futura eidem præsidio & defensura in morte contra dæmones. Visionẽ secuta corporis est ilico sanitas, & vires, vt auspicari statim cœperit nume- ri prægrandem imperatarum precum, quo cõpleto rursum ad extrema deductus, viere sibi adspectabili specie visus est vndecim millia Virginum, quæ diabolicas a- uerterent insidias, ægrum solarentur, & vires, sua præsentia ad extremum halitum viue subministrarent. O quantum hominis bonum æterna cœlestis regni beati- tudo: quanta etiam accessio felicitatis securè fine tartareorum hostium insidijs abs- que grauiore pœna vel diuturniore ignis purgatorij potiri! quid optabilius & præsta- bilius esse potest homini Christiano? At quam exili licet pietatis officio tanta frui felicitate, semel in vita salutatis vndenis Virginum millibus: neque enim opus est, quod Principem Sabaudam fecisse legi quotannis festo earum intra diem vndecies millies ad earum honorem salutationẽ Angelicam recitare; partiri per vitam omnẽ conceditur id pensum, æterno præmio remunerandum. Nec te spe tua fruſtrandũ Mirus S. Vrsulæ cultus. *Iob 33. 24.* tuas: tot enim millia Martyrum perfacilè possunt sponsi sui, tui iudicis rigorem in misericordiam inclinare: de quo Iobus ait. *Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita eius mortiferis; si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annunciet hominis equitatem, miserebitur eius & dicet, libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni, in quo ei propitier.* Tam potens & efficax apud Deum vnius Angeli deprecatio: quid fiet tot millium Christi sponsarum supplicatio?

CALENDARIVM VRSVLANVM, seu festa Martyrum Vrsulanæ Sodalitatis per singulos menses distributa.

IANVARIVS.

19 COloniæ translatio S. Antoninę & aliarum sex Virginum & Martyrum, de Societate xi. millium Virginum ad Ecclesiam Parochialem S. Ioannis Baptist. *Additiones Vsuardi, Ferrarius, Canisius.*

23 Coloniæ in Ecclesia S. Cuniberti cõmemoratio vndecim millium Virginum & Martyrum.

25 Olyssipone illatio templo S. Rochi capitis S. Clementis Episcopi & decẽ aliorum craniorum, brachij S. Iosippæ cum multis alijs ossibus Martyrum sodalitatis Vrsulanæ.

28 Apud Coloniam translatio S. Vrsulæ Reginæ & sodalium eius 11. milliũ Virginum, & Martyrũ, quæ facta est per S. Cunibertum Coloniensis ciuitatis Archiepiscopum.

29 S. Otiliæ vel Odiliæ Virginis, quæ fuit vna ex 11. millibus, *Ferrarius, Sausaius* ita habet *Apud Hujum in Belgio, susceptio corporis S. Odiliæ V. & M. ex S. Vrsulæ sodalitio.*

FEBRVARIVS.

5 Febr. in Marcolensi asceterio A. 1261. susceptio corporis vnius V. & Martyris ex S. Vrsula sodalitio An. 1261. *Sausaius & MS. loci.* Eodem die festum S. Adelheidis, quæ prius in collegio sanctarum Virginum vitam canonicã professa, postea Vilicensis monasterij prima creata est Abbatissa, in vita & morte miraculis illustrata.

12 Februarij, Treuiris S. Gerasinæ Reginæ in cœnobio S. Matthiæ cũ honore sanctitatis approbatę quiescentis *Sausaius.* addit *Ferrarius ex Menelogio Scotiæ. Hæc Regina Siciliæ traditur S. Virginis Vrsulæ martera, cuius corpus in cœnobio S. Matthiæ Treuiris requiescit.*

14 Febr. Coloniæ S. Valerij Martyris, quem necatum ob pietatis Christianæ confessiõnem à barbaris, qui S. Vrsulam eiusque socias trucidarunt, eadem causa Agrippinẽsis Ecclesiæ traditio testatur. *Additiones Carthusi[illegible] & Ferrarius* vocãt eundem Regẽ. [illegible]dit *M.S. Ioannitarũ* eum cũ Theod[illegible] filia & plurima familia repertũ e[illegible]

Item eodem die inuentio S. Cordulæ V. & M. de eadẽ Societate, facta per [illegible]bertum M. quondam Ratisbonen[illegible] Episcopũ A. 1278. *Ferrarius. Additio[illegible]*

MARTIVS.

24 Martij in Monasterio Bonæspei t[illegible]positio sanctorum Martyrũ Polyc[illegible]pi, Martij, & aliorum sociorum è [illegible]cietate S. Vrsulæ.

APRILIS.

Dominica post festum Paschæ, in Be[illegible]nensi cœnobio festum S. Honoriæ [illegible] Honoratæ V. & M. Coloniæ cum S. Vrsula passæ, & inde circa A. 1300. [illegible]latæ, cuius cum nomen ignorare[illegible] oratione ad cognoscendũ fusa, su[illegible] altare è cœlo in scedula scriptum [illegible]pertum est.

Feria 4. post Dominicam Quasim[illegible] Montibus in Ecclesia collegiata S. Waldedrudis corpus S. Nostræ so[illegible]lis Vrsulanæ anniuersario festo re[illegible]litur.

28 Aprilis Tuitij in Monasterio S. H[illegible]berti translatio reliquiarum aliqu[illegible] S. Cyriaci Papæ Romani.

MAIVS.

4 Maij, prope Confluentiam in mo[illegible] Beslich martyrium S. Floriani, qui [illegible] vxore Engelinda, Episcopo Elone[illegible] magno comitatu Coloniam profi[illegible]cẽs, ad visitanda vndecim millia V[illegible]ginum in itinere ab Hunnis circa A. 500. cum suis occisus est.

9 Maij, 7. Idus Maij Tornaci apud C[illegible]ciferos exceptio S. Languidæ Vir[illegible]nis è S. Vrsulæ sodalitio. *M.S. loci.*

13 Maij, Gerpiniæ in agro Leodiensi [illegible] Rolẽdis Virginis, quæ nobili gene[illegible], forma rara, sed adeo pudica, vt [illegible] omni societate viri vehementer [illegible] cœlestis sponsi, cui se deuouerat [illegible] morem abhorreret; cum in coniuge[illegible]

ex eteretur à Regis Scotiæ filio, fugę co silium cepit, & Coloniam (ad S. Vrsulæ visendum sepulcrũ) tendens, Gr pinię Christo vocante, quẽ solum quærebat, summã mortalis vitæ breuem peregit, atque ad immortalem euauit beatitudinẽ, ad cuius tumulũ multi sanantur &c. *Sausaius, Molanus.*

Magro Tornacensi ad Elnonem fluuium cœnobio, S. Amandi illatio triũ Virginum Coloniensiũ. *Loci Martyr. Sausaius, Raise.*

Maij, 3. Kal. Iun. Lobijs tria capita 11. millium Virginum An. Domini 1174. obtenta. *M. S. loci, Raise.*

In Pẽtecostes Grimbergæ A. 1247. translatio 4. corporum sodalitatis Vrsulanæ per Comitissam de Weda: quę lata e lota, & soli siccãda exposita, spõtanee in alterum latus conuerterunt.

IVNIVS.

Iulij, Octauo idus Iunij translatio SS. Virginum & Martyrum Christi Honoratæ, & Florinæ, insuper & multarũ reliquiarum Coloniâ Agrippinâ ad ciuitatẽ Tornacensem, inter quas reliquiæ de sacratissimo corpore eximię Virginis ac M. Vrsulæ translatæ sunt, & reconditæ in Ecclesia S. Martini Tornacensis in suburbio ciuitatis, quod actum esse cõstat clementia diuinæ misericordiæ A. verbi incarnati 1170. harũ vnaquæq; millenario numero præfuisse scribitur. *ex Antiq. Martyr. Ecclesiæ eiusdem.*

Iunij Eleuatio S. Cuneræ V. & M. in oppido Rhenensi: ipsa de numero 11. millium Virginum legitur superstes fuisse: sed postea per Reginam Rheni, eisque pedissequã manutergio strãgulata, eã multis miraculis gloriosam Rhenenses venerantur. ijdem dicunt per B. Willibrordum eius translationem petiuisse, idque præmissis fide dignorum testimonijs, cum gaudio eũ perfecisse die 12. Iunij docent *Molanus, Sausaius, Ferrarius.*

Iunij in Eichsel diœcesis Constantiẽsis eleuatio SS. Virginum Cunegundis, Mechtundis & Wibrandis S. Vrsulæ sodalium *Molanus, Ferrarius.*

In diœcesi Constantiensi S. Christianæ Virginis eleuatio.

Schõnaugiæ obitus S. Elisabethæ, cui de Vrsulanis virginibus, & Martyribus multa Deus admirãda releuauit.

Eodem die Coloniæ in Ecclesia S. Cordulæ Inuentio & eleuatio S. Constãtiæ V. & M. S. Reinaldi Episcopi de Græcia, Ioãnis Episcopi de Armenia, Willibrandi Ducis de Italia, & multorum aliorum Martyrum de societate S. Vrsulæ. *Breuiarium loci.*

19 Iunij, Viconiæ in Hannonia S. Carissæ V. & Martyris è sodalit. S. Vrsulæ A. 1157. Coloniâ translatio. festũ eius hoc die celebratur.

Eodẽ die Pragæ trãslatio S. Christicolæ, V. & M. è societate SS. 11. milliũ Virginum.

IVLIVS.

2 Vel sexto nonas Iulij in Breitenawẽsi monasterio illatio 4. corporũ de collegio vndecim millium Virginũ, quæ Henricus Abbas A. 1142. ab Arnoldo Coloniensiium Archiepiscopo impetrauit, & cũ honore maximo cœnobio intulit. *M. S. loci & Trithem.*

4 Iulij in Monasterio Tuitiensi translatio quarundam reliquiarum S. Vrsulæ V. & Reginæ de ciuitate Colonia.

Item S. Florentinæ V. & M. de societate SS. Virginum vndecim millium.

14 Iulij, In Dacia translatio duorum capitum SS. Virginum de societate vndecim millium. *Addit. Vsuardi.*

17 Iulij, Rhodij ad S. Foilanum festum SS. Secũdæ, & Paubriraliæ & aliarum incerti nominis è sodalitate S. Vrsulæ.

Itẽ Salsinij prope Namurcum translatio corporis integri è ciuitate Colonia Virginis Vrsulanæ A. 1256. item 14. integrorũ capitum; cũ his notabiles reliquiæ S. Cordulæ & Cuneræ: cura Hymanæ 5. loci antistitæ allatæ.

18 Apud ciuitatem Huyensem territorij Leodiensis translatio S. Odiliæ V. & M. de ciuitate Colonia: ex nobili illa societate 11. millium Virginum. *Molanus. Additiones.*

AVGVSTVS.

1 Augusti, Coloniæ inuentio 24. corporum de societate vndecim milliũ Virginum indicio cãdelarum ardentium in sepulcris earum apparentiũ A. 1229. *Chronicon M. Belgij.*

12 Augusti, Coloniæ Agrippinæ commemoratio S. Vrsulæ reginæ & sodalium eius 11. millium Virginum in Ecclesia earundem. *Additiones.*

15 Au-

15 Aug. Duaci trãslatio multorum capitũ & ossiũ Sodalitatis Vrsulanæ Coloniâ per Margaritam Flãdriæ & Hannoniæ Comitem imperatorũ: quæ eo die indeauratum scrinium religiosè sunt recondita in Ecclesia collegiata S Petri.

Domin. vlt. Augusti, In Viconiensi Ecclesia festum Sanctorum & Sanctarum vtriusq; sexus 11. millium: S. Carissæ, Cordulæ, Floretæ, Deodatę, Onobiæ, Christinæ, Bapkariæ, Coronæ, Sambariæ, Panphetæ, Farauinæ, Benedictæ, Margaritæ & S. Gangerici Episc. Rauennatis A. 1632. inuentæ; quorum inuentionis anniuersaria memoria ibidem hac dominica celebratur.

SEPTEMBER.

Kalendis Septembris. Coloniæ prodigiosa inuentio & eleuatio Odiliæ & Idæ Virginum & Martyrum Sodalitatis S. Vrsulæ.

24 Sept. Apud Walciodorenses A. 1105. translatio trium corporũ Coloniâ è societate S. Vrsulę, primũ 6 Kal. Iulij receperũt: alterum cum dimidio tertij 24. Sep. & paulo post alterã etiã medietatẽ tertij corporis obtinuerũt. *Raisse in Auctario 21. Oct.*

26 Septemb. apud Coloniam Agrippinã in Ecclesia S. Maximini inuentio & translatio S. Gorgonij Episc. & Mart. & sociorum eius: qui Gorgonius confessor fuit Regis & Reginæ Hispaniæ; & de collegio SS. 11. millium Virginum. *Additiones.*

OCTOBER.

6 Octobris, in Monasterio Schõnaugiæ translatio SS. Cæsarij & Verenæ V. & aliorum de Societate 11. millium Virginum. *Additiones.*

12 Oct. S. Pantuli Episc. Basileensis Martyris, qui tempore Maximini Imperatoris D. Vrsulã, adeoque sacrum illum 11. millium Virginum chorum Romam, & in reditu Coloniam vsq; comitatus est, vbi cum illis ab Hunnis interfectus, martyrij palmam obtinuit. *Martyr. Basilense.*

15 Octobr. Argentinæ natale S. Aureliæ Virginis, quæ cum esset ex nobili illa Societate 11. milliũ Virg. apud præfatam vrbẽ in reditu ab vrbe Roma infirmata, obijt in pace. *Galesinus, Martyr. Ro.*

Eodẽ die Coloniæ cõmemoratio 11. millium Virg. S. Gereonis cũ Thebæis, S. Gregorij cũ Mauris: qui ciuitatẽ ab hostium occupatione liberarunt.

16 Oct. An. D. 1166. sub Papa Alexandro. 3. Abbas Philippus de Parco Louaniẽsis abdicãs se dignitate, transtulit ad Ecclesiam B. Martini Laudunensis de vndecim mill. Virginibus corpora, SS. Frigiæ, V. & M. filiæ Ducis S. Sambariæ V. & M. filiæ Ducis, S. Baraoniæ V. & M. S. Bobiliæ V. & M. S. Macharij Episcopi, S. Eusebij & Marii Capellani eius qui in strage SS. vndecim millium sunt martyrio coronati & 16. Kal. Nouembris, in S. Martino perhonorificè collocati. *Ex authentico loci instrumento.*

20 Oct. Ciuitate Coloniã passio SS. Virginũ Marthæ & Saulæ cum aliis pluribus. *Vsuardus.*

21 Oct. Coloniæ Agrippinæ Martyrium S. Vrsulæ, 11. milliũ Virg. & multorũ aliorum vtriusq; sexus. Ipso die in Scotia transitus S. Dariæ matris S. Vrsulæ & Martyris, quæ cum numeroso sociarum Virginum agmine pretioso cruore in assertione pietatis & pudicitiæ effuso, Coloniam purpurando decorauit. *Saussaius. Kal. Scotia, Ferrar.*

Eodem die S. Foilani Lucensis Episcopi: in Hispania S. Columbinæ V. & M. Aureæ in Gallia S. Constantiæ Virginis & M. *Ferrar.*

22 Oct. Coloniæ S. Cordulæ V. & M. ex S. Vrsulæ sodalitio, hæc aliorum suppliciis & cæde perterrita in naui se occultauit: cuius rei pœnitens postridie mane se vltro patefecit, sicque singulari certamine instaurato, coronam martyrij reliquis obtinuit.

Eodem die Dertosæ in Hispania S. Candidæ & M. Friburgi in Brisgoia S. Candidæ & Florentij sodalium S. Vrsulæ. *Ferrar. Saussaius.*

24 Oct. Apud Coloniã passio S. Iacobi Episcopi Antiocheni & M. scriptoris titulorũ Virg. 11. millium.

25 Translatio multorũ corporum Sanctarũ 11. millium Virginum & Episcoporum cum iis conatorum Viconium An. 1238. per Nicolaum Valencenis loci cœnobitã in oct: earundẽ

27 Coloniæ apud S. Machabæos S. Quirilli Martyris: qui sex dies post accepta 21. Oct. cũ Vrsula letalia vulnera decessit.

28 Rhenæ in Batauia passio S. Cuneræ V. & triennio post S. Vrsulam, cuius cognata erat, singulata Virginitatis & Martyrii lauream nuit. *Mol. Ferrar.*

29 Oct. 4. Kal. Nouemb. translatio SS. Martii, Martii, Polycarpi, Valerii, Stephani, & Hilarati, & BB. Virginũ Terentiæ, Margaritæ Bonæ, Sambariæ & Margatiæ, qui omnes in col 11. milliũ Virg. Coloniã deuenerunt, ibiq; norum persequente malitia martyrium pa compleuerunt, longo verò post tempore D. noldo Archiepisc. Colon. Ecclesiæ præsid de Ecclesia S. Heriberti in Ecclesiã de Bon disponente Deo sunt translati, & in eodem honore & reuerentia debita collocati. *Cal.*

NOVEMBER.

12 Nouembris, Coloniæ festum S. Cuniberti, indicio Columbæ volantis sub sacrificio M sepulcrũ S. Vrs. reperit, eiusq; caput elem

24 Nov. Præmonstrati susceptio aliquot SS. ginum ex S. Vrsulæ sodalitio, quas S. Norbe Coloniæ accepit, & ad matricis Ecclesia munimen & ornamẽtum Præmonstratum a gno cum gaudio aduexit, & in sanctuariis a gna reuerentia collocauit. *Saussai.*

27 Nou. Schõnaugiæ translatio SS. Adriani dec nis, Albinæ & Emerentianæ Virginum & Mr tyrum è sodalitate S. Vrsulæ, qui hoc ipso die r visionẽ nomina sua declararunt. *S. Elisabeth.*

DECEMBER.

31 Decembris S. Sophiæ V. & M. de numero millium Virginum, cuius sacras reliquias Carolus Imperator & Bohemiæ Rex obtinuit in nasterio Orbanensi, & donauit Ecclesiæ P gensi. *Martyrolog. loci.*

TO-

TOMI SECVNDI
MARTYRII S. VRSVLÆ,
LIBER DECIMVS.
DE MIRACVLIS.

CAPVT I.

Miracula ſanctitatis quædam indicia ſolent eſſe.

VItum Vrſulanum orbe toto propagatũ ſunt miracula paſſim conſecuta: quæ quidem licet nec ſanctum efficiant, cui donum eorum tribuitur; nec laudẽ S. Ioannis Baptiſtæ, vel quorundam Diuorum diminuant, qui in viuis eo caruerunt: eſt tamen indicium quoddam vitæ piè ſanctéq; exactæ, ſi ad defunctorum inuocationem cœleſtia prodigia perpetrentur. Deus enim qui ſe erga famulos officio vinci non patitur; ſed amantes ſe amat, honorat, attollit, ac glorioſos efficit: eoſdem & in mundo celebres reddit, quod ſe honorarint: & in cœlis coronat gloria ſempiterna, maximè verò prouehit illos, qui omnem ſeculi gloriam Dei amore declinarunt, vt orbi toto miraculis fiant illuſtres: id quomodo Diuina Maieſtas ſodalitati huic tum in vita, tum poſt mortem aſſiterit, enarrabo. Ac licet vix liber vllus ſit hactenus allatus, in quo non exſtent tam diuinæ dona largitatis: reſtant tamen non pauca prodigia, quæ ab his patrata Virginibus prædicantur. Hic igitur viſum fuit, vel in vnum faſcem ſupra narrata, breuiter colligere; vel quæ hactenus locum in ſuperioribus libris proprium non inuenere, fuſius adijcere: vt concepta ad ſanctam hanc Partheniã ſodalitatem Chriſtianorum deuotio augeatur; ſummo quod apparebit colentium bono: vt theſaurus in cultu Vrſulano reconditus quæramus ſolicitè, repertumque cuſtodiamus ſtudiosè: nihil enim eſt quod non facilè tot talibusque Diuis deprecantibus, poſſimus obtinere.

CAPVT II.

Prodigiorum maximum talis, & tantæ congregationis collectio, Peregrinatio, & Martyrium.

INgens ſanè prodigium duos reperiri florente ætate ſponſos, imò coniuges Reges, caſtos, Martyres, addo & innocentes: quod licet de S. Vrſula mirum nemini videatur; quippe quæ à ſanctis parẽtibus ad omnem morum honeſtatem à teneris, præſertim verò amorem Virginitatis fuit inſtituta: in gentili ſponſo prorſus admirandum eſt, eum in aulæ delicijs, ab Ethnicis parentibus enutritum, ita laudabiliter ad 25. ætatis annum; extra triennium ſine veri Dei cognitione vitam traduxiſſe, vt omnis labis grauioris expers fuerit, ac ſi fonte ſacro vt natus, renatus,

Coniuges reges, caſti, Martyres, innocentes.

tus,eam veſtem nunquàm maculaſſet. Auguſtos reperio caſtos coniuges Henricum & Cunegundam,vnde dictum morituri Cæſaris apud Crantziũ prædicatur. *Qualem accepi,talem reddo,Virginẽ dediſtis,Virginem recipite.* Pulcheriam item & Marcianum Nicephorus caſtos facit,non Martyres,non omni vita innocentes.

Nicephorus l.15.c.15.

2 tot millia Virginum.

Alterum Prodigium talium impulſu,& exemplo tot coiſſe ex omni Europa Virginum nobiliſſimarum millia,quæ omnes incorruptæ Virginitatis aureolam, lic recens ad fidem conuerſæ,obtinuerint. Potuit concors animorum conſenſio,& liarum exemplum,ac cohortatio Amazonũ ingentes conflare exercitus puellar quæ regiones vaſtarent,& viris dominarentur ſeruata virginitate: vt armis aſſuet tot viragines gloriæ cupiditas doceret mortem contemnere: quid non poterit Chriſti gratia,& Spiritus S. occulta vis,congruis modis ad aureolam virginitatis,& martyrij virginea pectora inuitantis, vt Agno concinant nouum canticum: qui faur cœleſtis ſolis Virginibus tribuetur?

3. Peregrinatio tot milliũ in tenera ætate.

Tertium,tot teneras puellas &earum exemplo pueros etiam,ſororum amore, parentes ſtimulis prolium excitatos relictà Patriâ, fortunis ampliſſimis, adeoq ſceptris Regijs iter ignotum,per mille vitæ pericula, in exteras ſuſcipere region nec vllam è tot millibus in tam longinquà, & æſtuoſa peregrinatione à propoſ deflectere. Priuilegio prorſus ſingulari: ſcilicet tantum olim in Germanis mulie bus valuit maritorum amor, vt cum lactentibus, & alijs liberis, vel humeris, v brachijs deportatis deſertâ patriâ,ſuperatis Alpibus in Italiam pergerent; imò vi iam debellatis à Mario & contrucidatis, tantus exarſit caſtitatis, tantus fidei co iugalis amor,vt cum eius violandæ periculum, à Romanis exercitibus imminer prolibus ante ad ſaxa alliſis ſe præcipites agere maluerint è montibus, quam Ital rum cedere libidini corpus polluendum: idem non poterit caſtus amor Chriſti,c prodigijs & fauoribus cœleſtibus, Angelorum præſertim, Deiparæ, & Sanctar Virginum præſentia ſic animauit ſodalitatem,vt omnis laſſitudinis immemores, boris,& moleſtiarum auidæ; vitæque prodigæ,tenellæ Virgines ad mortem ve epulas ardentiſſimè properarent?

4. tot Reges & Epiſcopi ſimul occiſi.

Quartum,tot ſimul Reges, & Reginas ſpretis Regnis, tot Præſules diuerſaru Europæ Eccleſiarum relictis infulis,vna cum Vicario Pontificio conflare ſocieta tam illuſtrem, qualis nulla coijt vllo tempore in causâ tam piâ, & difficili m tyrij,ad quod vnanimes,ex omnibus mundi plagis,per tot paſſuum centena mill in vnum confluxere, vt nobilem ante collectum Parthenium exercitum inſig & copioſa acceſſione decorârent,& cum eo barbaris offerrent pro Chriſto corpra lanianda,& nullo vnquam tempore vno in martyrij ſtadio, tot Reges & Præſules Chriſti ſanguine,vel infulis ſpectabiles decurrerint,quot in hac Colonienſi plæſtra cum Virginibus Vrſulanis.

5. nullum è tot paruulis à fide defeciſſe.

Quintum denique omnes ad vnum,qui Coloniam attigerunt, puerorum etia vel infantium ad quingentos,tot victimas Deo barbarorum eſſe litatas immanit te,eodem loci,ſi vnam exceperis S. Cuneram, quæ quod martyrium cum alijs grippinæ inchoauit, id in Rhenenſi feliciter oppido conſummauit. Quod ſi tan vnius Agnetis,S. Virginis ſitis inexhauſta martyrij amore ſponſi ſubeundi, ſic Eccleſiam militantem roborauit,cœleſtem Patriam orco triumphato exhilarauit; tr pæa ſponſo pulcherrima gladij inciſione erexit, & ſanguine colorauit; Quidt millia incorruptarum Virginum credimus præſtitiſſe? quæ tantis opibus,honor bus,&delicijs calcatis tot ſuo exemplo regijs adoleſcentibus & mitratis Præſulibu allectis, generosè ſe ipſas Chriſto victimas pro amore Virginitatis immolarunt? Hæc clariora ſanè diuinæ omnipotentiæ argumenta, quam mille mortuorum ad vitam mortalem excitationes.

CAPVT

CAPVT III.

Prodigiosa Sanctorum Angelorum obsequia Virginibus in itinere exhibita similibus historijs confirmantur.

MIranda narraui in Itinere pedestri Romano, quibusdam incredibilia: certè non noua, nec priscis inusitata temporibus; nec à nostris aliena cœlitum, & Angelorum obsequia: *primò* enim ostendi viæ duces eos exstitisse; qui viarum aspe- Angeli metatores.
ritatem, longitudinem, difficultatem ambulantium puerorum, & Virginum in-
firmitati admetirentur, vt absque corporis defatigatione, sine viarum impedimen-
to Alpium viris etiam formidandam altitudinem hilares, integris etiam viribus
discurrerent. *Secundò*, ijdem de commeatu & itineris securitate singulis abundè Commeatū curant.
prospexerunt. *Tertiò*, in occursu fluminum omnes vel subiectis repentè pontibus
(de Virginibus Eichseliæ defunctis dixi) transmiserunt: vel ipsi transuexere pro-
digiosè; quandoque & ipsas Deus aquas lapidum in rigorem solidauit: vt quasi ter-
ram calcare viderentur. Quæ omnia quamuis mira fuerint: non tamen prorsus no-
ua & inusitata, qui sæpè etiam in veteri instrumento, maiora suis clientibus seruitia
libenter exhibuerunt: vt Tobiæ iuniori Raphaël, & Lothi familiæ duo Angeli, *Tobiæ 4.*
quum è Sodomorum incendio vindicarunt, comites & duces itineris. Wilhel- Angelus exercitū à proximo exitio liberat.
mus Tyrius scribit de exercitu Catholico, cum is in discrimen quod euitari non
poterat, fortuitò incidisset, vt omnes à vijs abducti procul aberrarent; & iam angu- *Tyrius lib. 16. c. 8.*
stis locorum intercludendi, prementibus à tergo hostibus, totusque exercitus nisi
celitus subuentum esset, internecione delendus videretur: ecce tibi præsens de
cælo auxilium; dux itineris nouus, & ignotus, isque signiferum indutus cœlestis
agmen cius alia via Christianorum deduxit exercitum Hierosolymam vsque, saluum
& incolumem, quo portentoso perfunctus ministerio, ab omnium mox oculis eua-
sit. Ex Surio in vita Mariæ Ogniacensis constat eam tam fauentem quauis in re
habuisse Angelum, vt eius in omnibus præsenti imperio regeretur: nam cum eden-
dum, cum incumbendum, cum surgendum esset, id etiam cœlestis genius voce
Virgini præcipiebat: geminam Tobianæ historiam memorat Petrus Equilinus *Petrus Equil. l. 4. c. 141.*
de Francorum gestis de Aurelianensi quodam: hic Compostellam ad D. Iacobi pe- Mira S. Raphaelis in ducendo peregrino clementia.
regrinaturus, sæpius tutelæ S. Raphaëlis in via se commendauit; magno suo emolu-
mento; cum enim progredienti silua à latronibus infesta propinquaret, cursu cita-
tore nitebatur latentium declinare insidias: forte pone sequentem obseruabat viæ
comitem: is rogat quid ita properaret, cui dum insequentes digito monstraret præ-
dones: abesse metum iussit: tantummodo præeuntem sequeretur, iam ripam flumi-
nis proximè accedebant, prementibus vestigia latronibus: vbi subitò se cum co-
mite in oppositum marginem translatum gaudet, attonitis in litore ad miraculi
spectaculum prædonibus: sed maius in reditu prodigium eidem contigit: iam fil-
um, latronum sedem, attigerat, quid ageret metu solicitus? ad vicinam declinat Reductio mirabilior.
arborem, ibi leni sopore quiescit. Ecce adest notus viæ Comes Raphaël, & qui sal-
tum S. Iacobo stiterat, spondet incolumem etiam in Patriam se reducturum: dum-
que expergefactus, vbinam esset circumspicit, diei tantum itinere domo se abesse
comperit: summoque perfusus gaudio, duci suo S. Raphaëli sospes in Patria gratias
habuit.

An etiam de curatione annonæ, & comportatis alimentis dubitare quis po- Curatio annonæ per Angelos.
terit, qui voluerit animo, quomodo Agari & Ismaëli sitienti de potu prospexerint;
filiæ famenti panem detulerint; Danieli in spelunca Leonum cibos curarint? ijdem
Parma adspectabili facile à primis & feruentissimis Christianis pro designatis Mar-
tyribus copiosum commeatum impetrarunt.

Cœli serenitas.

Item de transmissione fluminum, curata cœli serenitate sine pluuiâ, de cal
ris adulta æstate temperamento dici potest: quarum rerum vt obuia prætermi
tam exempla, vnum tantum laudabo seculi superioris Thaumaturgum Iosephu
Anchietam, qui pari felicitate (non dubito, quin Angelorum ministerio) elemen

l.3.fol.221. omnia, aues, & animalia ad nutum habebat. Ac primo de alimentis narrat vitæ A
ctor, cum nihil in collegio Vincentiano superesset annonæ, iussit tamen consue
tempore signum mensæ ære campano dari: dumque omnes præmissis statis prec
bus mensæ assident, pulsantur fores collegij, & cista recentibus epulis offertur, q
bus eo prandio Patres abundè se refecerunt.

lib.4. fol. 363. Alio tempore redibat P. Iosephus à piscatione: erat tempestas valida, densi
imber, grauisque ortus sub vesperum nunquam cessauerat, & duraturus totam n
ctem videbatur: obiecit ei comes: *Opportunam sanè tempestatem Pater ad iter delegi*
cui Iosephus: vtinam tam simus ipsi viri boni, quam de nobis Deo cura est: non enim tantu
die crastino imber molestus nobis nullus erit; sed ne nunc quidem tempestate tanta imber n
lus est, qua sumus cras iter facturi, Postero iter mane ingressi, ad vicum S. Barnaba

Pluuia prodigiosa. qui tribus inde distat leucis: quacunque iuerant via tota ad latitudinem 30 p
suum solum siccum, ac nullo tentatum imbre ad vicum vsque inuenerunt: cum ci
ca omnia maderent pluuia: accidit ea res circa Annum Domini 1584. Cur non
mili prodigio, qua redeundum Roma Virginibus erat, via sicca relinqueretur, lic
forte circa Rheni fontes is pluuijs augeretur æstate, vt deportandis breui nauib
prægrandibus idoneus esset? Iam verò quomodo mare ipsum orantem Iosephn

l.4.fol.460 intra alueum suum reueritum sit, & contingere horruerit, lib. 4. describitur. Or
bat in litore à sensibus alienata mente Anchieta: cum redit æstus maris, qui cu
fluctus eijceret in litus, vbi orabat vir Sanctus, ab eius tamen corpore ita cohibu

Aqua in parietum morem erecta. vndas, vt aquæ illi & à fronte, & vtroque à latere quasi in sinum deductæ, ac v
lut in parietes erectæ nulla contactum alluuione, sed nec adspergine circumsep
rent: diceres rubri maris miraculum in transitu Hebræorum renouatum esse. Ne
audebat & socius Anchietæ intra vndarum hiatum se insinuare; sed extra vltim
fluctus, quanta maxima poterat vocis contentione Patrem compellabat: ad v
ces clamoris strepitum adiungebat, cumq; nec sic quidem fremitum maris super
ret, neque altæ contemplationis somno consopitum Iosephi animum excitare
fretus & ipse diuino patrocinio subit intra aquarum septum, Patremque adm
net, tempus esse hospitium repetendi: abeuntes vndæ sequebantur, præeunteq
Patre, talos Fratris alluebant: ille territus periculo Patrem anteceſſit, eum P
ter leniter, increpans: *nescis*, inquit, *quia venti & mare obediunt ei?* timere prohibu
prætergressis tandem extremam alluuionem, tum mare toto litore coæquatur
Multa similia de eodem narrari possent, vt quod eodem libro scribitur, cum in sun
mo æstu naui veheretur, aues præteruolantes iubet aduocare socias, & solis radi

Vmbra prodigiosa. arcere: illæ magno comitatu redeunt, & in nubem densatæ, leucæ spatio naui
superuolantes, vmbram faciunt, donec vento æstum temperante missionem a
cepere: vt vel inde conijcias non defuisse Deo, Angelisque modum æstiuc
Italiæ calores temperandi, ne Virginibus officerent. Quæ si beneuolus lector a
tentè consideret, & componat cum ijs, quæ de itinere Romano Virginum à n
bis sunt supra dicta de ministerio Angelorum; longè inferiora his esse reperie
quæ hoc capite enumeraui, quæ tamen ob scriptorum autoritatem nemo voc
hodie in controuersiam.

Potuere igitur, & diuinæ prouidentiæ consentaneum est, in itinere tantis diffi
cultatibus implicato, cum gentiles adhuc rerum potirentur, & Angelos præmitte
re, qui hostibus armatam manum exhibebant (vt alias factum docui supra in nau
senis teste S. Paulino:) potuere se metatores & duces peregrinationis, ac consilio
rum moderatores (sicut Tobiæ Raphaël) præstare, adde & commeatum conuehe
re, pontes sternere, vel siccis transferre vestigijs: tum & tempestates auertere, nu
bes in æstu cogere, vt tot obsequijs ad Dei amorem, & mortem Christi caus

oppeten-

petendam Virgines animarent. Quod si Gene.32. Iacobo, cum fratri Esau tre-
us occurreret, obuij processerunt Angeli tanto numero, vt exclamarit *Castra*
Dei sunt hæc? cur se non pro tot millibus Virginum, vt castra hostibus sisterent? quid-
sta facerent hominibus, quando supra se euectam humanam naturam vene-
tur, & nos velut fratres, & ciues suos fortè & super se exaltandos obsequijs &
ore prosequuntur?

CAPVT IV.

De Diuinis oraculis cœlitus huic Sodalitati factis.

NOlo priorem retexere historiam, plena est diuinis oraculis, & respon-
sis, tum S. Vrsulæ Duci, ac Reginæ; tum comitibus non vno in loco, sed
omni Europa, Britannia, Germania, Italia, Græcia factis: quibus è diuer-
si plagis ad illam societatem ineundam tot viri, virginesque cœlitus inuitati, vt
ta exercitus Vrsulani euocatio, prætextu nuptiarum instituta, diuino consilio
bernata, felicissimè peracta sit, vel voce diuinitus allapsa, vel Angelis forma ad-
ctabili eos excitantibus.

Primum S. Vrsulæ in Britannia datum est oraculum triennio ante mar- Primum oraculum S. Vrsulæ in patria datum.
rium: quo iussa non abnuere fœdera coniugij, præscriptis ab Angelo pa-
s dotalibus; quibus etiam significatum Regem sponsum lubenti prolixoque
imo subscripturum.

Alterum Coloniæ S. Sigillindi responsum cœlite internuncio factum est, quo S. Sigillindi Coloniæ.
gnouit aduentum Coloniam versus S. Vrsulæ, & sodalium, quibuscum ipsa iussa
manam susciperé peregrinationem, & cum exercitu Virgineo Agrippinæ vi-
n pro sponso ponere. Tertium itidem S. Vrsulæ datum in Patria paulo ante,
iam prodigioso ventorum flatu classis abriperetur: vt ilico cunctis ad iter ne-
cessarijs expeditis, ac commonitis ijs, quos sciebat martyrij teneri deside-
, vela facerent: subinde Coloniam, cum appulisset nocte cœlesti visu anima-
ad iter Romanum capessendum; promisso è cœlis auxilio, & omnium, quas
cebat Virginum reditu, vt Coloniæ in decreta Dei consilio palæstra martyrio
ronarentur.

Interim varia sunt varijs in locis edita diuinitus oracula; S. Marculo Byzantij
Thracia; Cyriaco Romæ, nocte prima aduentus Virginum. Atque dum Ro-
æ Cyriacus ad martyrium inuitatur, Coloniæ Aquilinus Episcopus mone-
r de sarcophagis præcipuis de sodalitate præparandis. SS. verò Foilanus & Sim-
icius Episcopi, vt cum exercitu Parthenio martyrium faciant; qui duo cum
cietati Vrsulanæ in via occurrissent, & ea sibi inuicem tam varijs in locis red-
ta cœlitus oracula consone inter se & cohærentia retulissent; cum etiam simi-
responso cœlitus è Britannia excitus aduolaret sponsus Aetherius, (cuius
iam aduentum biduo ante S. Vrsula cœlesti nuncio didicerat) quis explicare
rbis, imò mente potest concipere, quo ardore ad palmam omnes Martyrij
famque palæstram Colonien sem (quam omnes vno ore decretam asseuerabant)
roperarunt?

Mitto quotidiana per iter Romanum ostenta Angelorum, quos in aëre,
el terris ante se gradientes intuebantur Virgines, & de omnibus necessarijs re-
us affatim sodalitati prospicientes: qui etiam mortuas Pollinctorum instar cum
uibus Colonien sibus mandarunt sepulturæ. Aderant, & sæpè delapsæ cœlo
irgines, aliæ & Martyres multò antè pro Christo, vel eo ipso tempore trucidatæ;

vt Flauia, Domitilla, cum Theodora & Euphrosyna, de quibus ad septimum Ma Surius: S. Glyceria, Cæcilia, Martina, vt earum exemplo magis animatæ fortiu pro sponsi amore ad mortem vsque decertarent. Hæc si quis fieri potuisse æg in animum inducat suum, verus nouumque consulat instrumentum: quot i Prophetis cœlitus oracula reddita? quoties Patriarchis & alijs internuncij cœl tes adstitere? quod si Angelorum tam sedulam miretur nauatam operam, i teudat in vitam Achatianam: habebit eosdem Magistros in fide; Duces in pra lio; comites in Martyrio; baiulos animarum, & vespillones corporum: consi lat & Surium 15. Maij in S. Dymnæ historia, cuius corpus Angeli cond derunt marmore, & gemmæ nomen eius insculpsere, vt ad posteros tran mitteretur.

CAPVT V.

De visis Vrsulanæ Sodalitatis post martyrium.

1. PRimum fuit, quo totus rediuiuus exercitus Parthenius, quantus fuit cu Angelis & alijs cœlitibus peracto statim martyrio ita multiplicatus apparuit, singulæ Virgines singularum legionum duces viderentur.

2. Alterum, quo sociam S. Cordulam in naui præ timore delitescentem an marunt, vt eam martyrij reciperent sociam, & sodalitatis à Deo præfinitus num rus compleretur: nam nocte concubia visæ sunt eidem, palmis & coronis insign ad cœlum glorioſæ cum Angelis subuolare; quibus inspectis tropæis pra sertim earum Virginum, quas ipsa prius ad fortiter pro Christo occumber dum præparauerat, ab eisdem ad eandem aureolam est efficienter exstimu lata.

3. Illustris & illa fuit visio, qua tota se Sodalitas Vrsulæ: suis Virgines distin ctæ Chiliadibus; suis Episcopi, Reges virique Principes ordinibus, cum Æthe rio sponso, cum Cyriaco vicario S. Elisabethæ se stiterunt: ac Pontifices quidei infulis & alijs Pontificalibus ornamentis decorati; Virgines verò palmas gestante manibus, coronis redimitæ aureis, omnes candidis, & niueis amictæ vestimenti frontibus sanguine purpuratis.

Similia Virginum ostenta vidit S. Aſzelina sæpius: conuersi duo Cistertien ses, alter veteris montis, alter Villarienſis: nolo iam ea retexere, quæ libri noni ex tremis capitibus narraui cultoribus Vrsulanæ sodalitatis in morte accidisse: illu tantum dico, locum Vrsulanæ Basilicæ Colonienſis creditum à plurimis nomen reuelationibus accepisse: in quo & tam frequentia Virginum, quæ sepulturæ sua locum creberrimè indicarunt, visa facta sunt, & viri etiam sanctitate illustres SS. Cunibertus, Norbertus, Hermannus, Petrus Faber, alijque ibi- dem tam raris luminibus cœlestibus, & prænotionibus diuinis fuerunt decorati.

CAPVT

CAPVT VI.

Ciuitas Colonienſis D. Vrſulæ & Tutelarium Patronorum præſidio obſidione liberatur. A. 1269.

VErum eſt illud Ethnici cuiuſdam dictum, vrbes religione melius, quam mœnibus cingi: plenæ ſunt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ exemplis Diuorum tutelarium, quibus ciuitates ab hoſtibus penè interceptas præſidio ſuo conſeruarunt. Sæpè id alias, tum luculenter experta eſt ciuitas Colonienſis Anno 1266. vt alij volunt, 1269. cum in ſummo diſcrimine, & deditionis periculo, præſens in mœnibus Diui conſpecti auxilium laboranti attulerunt. Cum enim eo tempore vicini principes eam circumſſent obſidio: nec oppugnationem poſſe diuturnam tolerare videretur, quandoquidem non ita multo ante ciues inteſtinis odijs, & varijs diuiſi ſimultatibus rurſum collidi facilè mutuis inimicitijs potuiſſent; placuit tamen ea tempeſtate Diuinæ bonitati Diuorum tutelarium deprecatione ab exitio vindicare Coloniam.

Iacebat in tentorio Cliuenſis Comes ſomnum capturus eo loci, ex quo proſpectus patebat verſus ciuitatem; quam nocte intempeſta videt luce circumfuſa radiari, iam accenſis propè mœnibus funalibus, omnis circumquaque regio collucere. Stupor ſomnum excutit, præſertim dum lumen vnum inter reliqua ſolis inſtar emicare notat, quod Reginam S. Vrſulam aureo redimitam diademate ducem exercitus præferre manibus obſeruat; eam vndena Virginum millia pone ſequebantur; ſuccedebant Parthenium exercitum virorum agmina tam Thebæorum, quam Maurorum, Ducibus ac anteſignanis SS. Gereone & Gregorio: ibant cunei militares cœlitum extra vrbem propè mœnia, totumque Colonienſem hemicyclum ordine luſtrabant. Ita quidem, vt dum portæ alicubi propinquarent, Regina dux exercitus eam cruce roſea conſignaret: mox Virgines, reliquique Martyres omnes eodem ſigillo portas ſingulas contra hoſtium aſſultus munierunt: iamque in campeſtrem vrbis regionem, quā Rhenanum marginem ritè colluſtrarant, & lucem portam piſcinæ (quæ nomen vetus hodieque retinet) attigerant: eccè illi protinus illa ſeris reſolutis panditur: redeunt in vrbem ſuam Diui Tutelares omnes. Duxit noctem illam inſomnem Cliuenſis regulus pauore ſtuporeque defixus: & cum eo Stephanus quidam Comes auratus, qui ſoli prodigium illud conſpexerant: ij cum fruſtra ſe viderent cum cœlo Diuisque belligerare; terrorem albeſcente cœlo totis caſtris incuſſerunt: ac diſceſſu ſuo fugam omnibus ſuaſerunt. Rem geſtam narrat præter Colonienſe chronicon Bredenbachius & Schultingius, qui addit præiſſe cum face Deiparam, & ſingulis ſingula funalia attribuit, ac tandem pacis internuntium ciues inter & Archiepiſcopum miſſum B. Albertum Magum (eum qui decem circiter annis poſt S. Cordulam ſolenniter eleuauit) Ratisbonenſem Epiſcopum, qui omne diſſidium rara felicitate, & dexteritate compoſuit: Exſtat in mœnibus ciuitatis in lapide exciſa rei geſtæ ſeries; ſoletque Senatus Colonienſis in huius cœleſtis beneficij memoriam, & gratiarum actionem ipſo SS. Maurorum feſto 15. Oct. decem prægrandes cereos Baſilicæ S. Gereonis dono tranſmittere, qui in crypta SS. Maurorum tunc 24. horis lucere conſpiciuntur: quod ea nocte, quæ feſtum Maurorum præcurrit, id credatur viſum apparuiſſe.

Bredenbachius l. 4. collatic. 21: Schultingius to. 4 Eccleſiaſtica Bibl. p. 2: Quæ etiã in Chronico M. S. Burgrauij Steindorpij reperi.

CAPVT VII.

Ad Virginum Sanctarum sepulcra, præsertim S. Cordulæ, lumina emicant, idque similibus ostentis confirmatur.

NOn Christus tantum lux dici voluit, ipsos suos Apostolos lucem mundi nominauit: & cunctis hoc mandati Christianis dedit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona*: Ideò Sanctorum & corpora & sepulcra Deus sæpè stellarum vel cereorum luce decorauit. Et passim Deus Virgines has martyres tam statim post mortem, quam postea circa corporum translationem luce cœlesti honorauit. Ita S. Cuneræ tumulus luminibus circis in modum collucentibus detectus est: quæ cum famuli curiosius, & propius intuerentur ex oculis euanuerunt. Ita S. Quirillus & Clematius nocte flammeis excitis visionibus sunt, vt S. Florinam sepulcro decenter conderent: Clematius simili ostentis flammeis ex oriente euocatus est, vt Basilicam Coloniæ Sanctis Virginibus à fundamentis restauraret.

Voluit eodem modo Deus S. Cordulæ tumulum postea, quam à B. Alberto Magno Anno 1278. translata ex pomario in templum esset, luminum splendore illustrare: testantur id vetustissima loci M. SS. nam Mulier vitæ integritate celebris: sæpè itabat Coloniam ad limina Trium Magorum, & Sanctas Virgines; diuertebat autem in domum vicinam Cordulani templi, quæ cum noctis concubiæ silentio cantatis vicino in templo matutinis horis orationi pro more se decret, & nescio quo impulsu cubiculi fenestram panderet, videt 4. funalia ad angulos loci ardentia, ex quo recens effossa S. Cordulæ ossa in templum à B. Alberto delata fuerant: dumque attonita locum omnem diligenter oculos obiret, num quid lateret prodigij, ecce fragrantissimum sentit odorem ex eadem humo quaquauersum diffundi, qui mira animum dulcedine recreabat. mansit defixa oculis ad crepusculum vsque, cum lumina disparuerunt: nihil dum mulier illa intellexerat de recens effossis sacris exuuijs, ergo hospita conuenit, exponit visa à se lumina, & odoris perceptam suaueolentiam: excipit illa de odore: sibi etiam sæpius illum expertæ exploratissimum esse: de luminibus vero nihil audere affirmare, percrebuisse tamen ciuium sermonibus, conspecta inibi lumina: causam autem portenti cum rogasset, de S. Cordula ibi recens inuenta audijt, magna animi delibuta consolatione: qui Sanctas Virgines & Martyres in terris talibus nobilitarat prodigijs, & se eorum testem oculatũ haberc voluisse. Longe mirabilius suprà ex Petro Leidensi Carthusiano protuli de S. Christiana, quæ lucis splendidissimæ instar nocte è templo egressa, ad montem vicinum triu Virginum inuisebat, quando reducem tria stipabant similia lumina, quæ sola dein de eodem repetito tramite ad suam redibant Ecclesiam: mirum id videri mult posset, & fabulæ quam historiæ similius: nisi gemina scriberent historici probat qui seculi sui res gestas concinnarunt.

Lumina videntur in loco tumuli S. Cordulæ.

Turselinus in Lauretana historia solenne facit famoso orbis sacello, flam mis cœlestibus decorari; quasi B. Virgo ipsa vicina sibi templa inuiseret: nar c. 9. libri 3. ait, circa An. 1550. igneam per noctem velut columnam visam ingent splendore collucentem, Lauretano incubare templo, inde Maceratum versus a millia passuum 14 paulatim progredi, demum super templum S. Mariæ cogno mento Virginum in suburbano Maceratensi considere: id prodigium à Francisca nis Capucinis suburbani cœnobij intentius sæpiusque obseruatum, cum à matuti nis diuinarum laudum officijs ante lucem de more ad orandum Deum recepissen se in siluam proximam: ab ijsdem deinde vulgatum, B. Mariam cœlestis flamma specie lapsam è cœlo in suam natalem domum; deinde ad alteram suo nomine dica-

Ignes è domo Lauretana emicãtes.

di tam ædem processisse, vt eo argumento fidem faceret mortalibus, illam quoqu ædem sibi esse cordi, & insolita miraculorum in illa æde subinde patratorum co iam, haud dubiam cœlesti prodigio addidit fidem.

Non ita multo post cum Iulius 3. Societatis IESV Patres in æde Lauretana posuisse quiexcipiendis peregrinorum confessionibus operam darent, reuocatæ cœlesti flammæ, quasi Deus illis prodigijs ad exhomologesin inuitaret: certè ante vertetem annum nocturni ignes tanquam stellæ visi erumpere è Lauretanæ Ecclesiatholo, ac versus montem Filatianum (Pagus est Laureto proximus) sensim veragmine quodam procedere; ibi supra vetustam B. Mariæ ædiculam quasi chores in orbem agitare aliquamdiu; denique ad Lauretanam ædem, vnde decesserat, recipere se; id primo à pastoribus eius loci accolis; inde horum indicio etiam alcolis notatum; populoque vniuerso tanta quidem omnium admiratione, vt por quidam cunctorum animos occuparet, nec breue, aut fugax spectaculum et; sed diuturnum, ac propè ipsi æquale nocti: à secunda enim ferè noctis hora, vsque ad primam auroram tenebat: itaq; complures rei propius visendæ auidi, ad eũ currebant locum, qui cœlestibus ignibus collucere videbatur: at vbi eo ventum t, mirabilis illa species eminus conspecta subducebatur oculis cominus intuenm; cum tamen eodem ipso tempore prospectantibus appareret; quæ cœlestium minum fama, vt fit, celeriter Piceno vulgata, ad tam iucundum spectaculum fimos exciuit populos. Pernoctãtes igitur sub dio opportunis ad spectandũ locis, coelestes flammas ex æde Lauretana emicare, ac supra ipsorum capita ferri videbat, haud minore admiratione, quam gaudio: nec vana illis fuisse spectacula mox raculorum ostendit euentus; constans fama est, ædiculam illam complures morbes ingressos, Dei Deiparæque Virginis dono varijs depulsis morbis domos suas uertisse incolumes; ex quo numero claudos, surdos, hernioso & energumenos sse. Addit Tursellinus c. 13. sentires illas Lauretanorum luminum in alia B. Mari templa excursiones hoc significare mortalibus, Lauretanam ædem longè & stigio & dignatione inter alias eminere, quod in illa B. Virgo diuersari, hic quodmmodo habitare videretur: vt iam non inusitatæ 4. luminũ excursiones videri dbeant, ad Virginum Vrsulanarum honorem à Deo sæpè exhibitæ.

Iucundũ noctu spectaculum cœlestium luminum.

CAPVT VIII.

Odor fragrantissimus Vrsulanas reliquias manifestat.

QVemadmodum Sancti & Electi Dei *velut odor balsami* fuerunt ante Dominũ: qui & sursum elatus cœlites recreat, & per orbem quaqua versum diffusus trah odore virtutum, & suaueolentia sua ad iter illud cœleste continuandum: vt sint cori illi Virginum *velut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Sic odoris fragantia Gen. 27. mmuniter hæ Sacræ reliquiæ cum è terra leuarentur, sunt agnitæ.

Alibi dictum est ad Veteris montis Monasterium mille ferè delata esse corpora dalitatis huius, quæ cum lota à fratribus soli siccanda exponerentur, teterrimum torem è loco illo exhalassent; at vbi solenni Abbatis Gosuini precatione locus e lustratus est, os equinum spurium prodigioso turbine eiectum esse; moxque sacra relicta lipsana incredibili fragrasse suaueolentia.

Circa S. Odiliæ exhumationẽ vicinus Arnulphus æger, cum inusitata odoris no fragrãtia excitus ad reliquias deportatus esset, eas piè veneratus, recepit sanitatẽ.

Iam verò S. Cordulæ nõ tantum sacras exuuias iste odor comitabatur (qui tã exilius erat, vt B. Albertus alijq; præsentes quasi in odoratissimo sibi Paradiso morari derentur) sed ipsa etiam terra sepulcralis, & tumuli locus eandem retinuit fragrãam. Vt omittam alteram S. Cordulam Viconiensis cœnobij, quæ hodieque eodem odore suauissimo præ alijs reliquijs decoratur.

Similia de S. Christiana & alijs tribus Virginibus Cunegunda, Wibrande & Mechtunde alias dicere me memini, quarum non tantum ossa fragrarunt suauissimè, sed adnatum è sepulcro lignum: vel quod illi incumbebat violas olebat, quem

odorem lignum inciſum vaporabat; quamuis partes reſectæ velut ſubmota radi odorata, omni ſuaueolentia deſtituerentur.

Nouiſſimè etiam ætate noſtra A. 1607. ad Machabæos eruta ſacra Virginis o & in Maiore Nazarethano Aſceterio recondita, ſola primum odoris ſuauitate c gnita ſunt eſſe de ſodalitate Vrſulana; quod non ita multo poſt ſanitas omnib membris captæ reſtituta comprobauit.

Denique in Belgio Valencenis, cum caſta Virgo à nefario amatore toties opp gnata victrix triumphaſſet, & quaſi de victoria gratulatum venirent vndecim m lia Virginum, inuocata in certamine; licet non viderentur; odoris tamen ſuaue lentia diu in loco illo vaporante ſe ipſas ſatis declararunt. *Trahite nos poſt vos* ô caſ Virgines, quarum *nardus dedit odorem ſuauitatis: curremus in odorem vnguentorum ſtrorum*, vt & nos *Chriſti bonus odor ſimus.*

CAPVT IX.

Terra ſepulcralis Sanctarum Virginum ſerpentes & venenata fugat animalia.

Gen. 3. Deipara victrix ſerpentis

QVod de Virginū Regina Deipara Deus ſerpenti olim minatus eſt, *ipſa conte caput tuum, & tu inſidiaberis calcano eius.* Idem de alijs Virginibus dicere fas e quibus antiquus ſerpens præ alijs inſidiatur; ſed dolos veteratoris vincunt virtu crucis Chriſti, ac patrocinio Deiparæ, ſic Virgines noſtræ Vrſulanæ egregię cultrices Dei genitricis, quæ Dux exercitus Parthenici ſæpè ijs adſpectabili forma viſa e dolos ſerpentis ſtygij virtute crucis ſuperarunt: nec mirum igitur ipſam ſepulcra earum terram ea pollere virtute diuina, ob contactum ſacrarum exuuiarum, vt qu hoſtilitas agninam & lupinam inter pellem intercedit, eadem hanc inter terram, ſerpentes, ac venenata animalia ſit, quæ vel fugiunt ocyus, vel etiam lapideſcunt, de efficacitate aduentus trium Virginum Eichſelenſium ex Petro Leydenſi, lib. c. 32. retulimam continuo quæuis virulenta animalia ad Virginum è naui egreſſu in ea regione ſubita metamorphoſi in lapides cõuerſa, hodie etiam in ſaxis ipſis ſe pentinam viatoribus expreſſam figuram exhibent.

Lapideſcunt animalia venenata,

Paucis annis poſt S. Cordulæ exhumationem rarum accidit prodigium terræ ſ pulcralis beneficio. Oppidum Arweiler abeſt 7. Colonia milliaribus, propè quo caſtrū incolebat miles, cui puella rarę pietatis ſeruiebat: erat in caſtro turris præal captiuis attributa: quæ in vna ſui parte ſerpentibus, bufonibus, & alijs venenoſis bundabat animalibus: dici vix poteſt; quibus moleſtijs vincti in tetro carcere vex rentur: nullius niſi puellæ alicuius miſeratione: quę cum eorū continuos non ferr eiulatus, fruſtra multorum remedia exquiſiuit. Fama iam tota Colonienſi patria c S. Cordulæ inuentione vulgata excierat finitimos: nouam vt repertam Diuam tu telarem Colonienſem inuiſerent: & ipſa decernit in viam ſe dare; ſi fortè è tumul Virginis aliquam poſſet miſeris adferre medicinam. Venit Coloniam: ſacculum ſe pulcrali S. Cordulæ terra infarcit; ac magna cœleſtis auxilij præconcepta ſpe, red ad caſtrum: & clam Domino in præaltam turrim terram contactu ſarcophagi Co dulani ſacratam deijcit: nec vlla poſtea venenata illic animalia apparuerunt. Hi ſtoriæ illius autor ſacerdos S. Ioannis mirificè & iure gratulatur cœnobio, quod pri uilegio, quo S. Vrſulæ Baſilica, gaudeat, quæ præcipuum ſacrarum Virginum cœ meterium exiſtimatur, & quod eodem Deus pomarium S. Ioannis ea parte decora rit, quæ ſacra S. Cordulæ lipſana tot ſeculis gremio ſuo complexa eſt: nam præte alia, quæ alibi Baſilicæ Vrſulanæ priuilegia cœlitus data enarraui, hoc etiam vetu ſtiſſimo carmine rudioris ſeculi illic appenſo continctur.

Terra ſepulcralis eadem extinguit.

Ecce ſecundus honor poſtremū dicere conor.
Scimus & eſt dignū, ſicut memorabile ſignū
Terra ſepultrorum de fundo ſumta ſacrorum
Si diſpergatur, loca per quæcunq; fugatur
Beſtia, quæ geſtat virus, tactuq; moleſtat
Hæc ope diuina conceditur his medicina,
Cor quibus eſt ſanum, nec talia credere vanū,
Sit bona ſcribenti merces, meritumq; legenti
Iſtaq; credenti, pax, & requies morienti.

Volui

oluit sanè Deus sacram humum, quæ Virgineum cruorem ebibit: raris nobilitat prodigijs, & quandoque in sanguinem conuertere, vt vel inde historiæ, vel loci et agnosci, veritas, si nulla exstarent alia monimenta, ideò cogitet quisquis um istum agri Vrsulani habitat, *verè locus ille sanctus est.* meminerit quisquis basilicam hanc ingressurus est, dici sibi à Domino, *solue calceamenta de pedibus:* prauos ctus animi, libidinosos præsertim & turpes: *locus enim in quo stas terra sancta est.*

CAPVT X.

Theomata, Cleomata & Christantia Coloniam ex Thuringia sponte redeunt ob neglectum cultum: idem Argentoratensibus minatur S. Aurelia.

Vm in Falcodestodensi Cisterciensis ordinis Ascaterio in Thuringia vigeret Prælati exemplo, monitisq; pietas, & religiosus cultus sanctarum reliquiarum; Theomata, Cleomata & Christãtia Virgines Vrsulanę in Thuringia per quietẽ visæ, Præfectũ Coloniam euocarunt, ad transferenda eò corpora: quod quietis suæ i vltro delegissent: Factum etiam sæpè dũ exhumarentur, vt appareret, ne quid m suarum rerum Coloniæ relinqueretur. Stetit illa Virginum veneratio, quoadusque vixit is ipse, qui sacras reliquias transportarat: quo demortuo, cum Philippum in- & Ottonem Romanorum Reges diuisum imperium, bellis ciuilibus collidcrent: & Thuringiam versus martius furor adscenderet, sacra trium Virginum corpora cum ornamentis super testudinem loco satis vili, & neglecto abiecta potius quam deposita sunt; vnde cultus earum adeò consenuit paulatim, vt tandem nis, & memoria illarum penitus exstingueretur. Pace verò reddita imperio, suis omnia restituta locis essent, sola sanctarum reliquianum arca manst neta: vt tamen cœnobitas officij sui cõmonefacerent Virgines, semel, iterumque m tam vehementi concussione percussere, vt sonitus toto cœnobio ab omniaudiretur; nec tamen eorum euigilauit socordia: Quare vt nihil intentatum enquerent, neue locum deserere cogerentur, quem vltrò sibi euocato Colonim Prælato delegerant, nocte visæ sunt adstare Sacristæ, & eum officij commoacere: sed cum nec hilum proficerent: iterum apparent; & comminantur, ni cul- reliquiarum prior efflorescat, fore vt loco, in quo adeò contemtui habentur, cedant, & ad priores sedes reuertantur. Quis crederet adhuc susque deque sapignora haberi potuisse, nisi temporis illius scriptor Cæsarius idipsum de sui ominis viris fusè commemoraret, ac in templo S. Vrsulæ expressa ad sepulcra eadum Virginum exhiberet effigies?

Abiectæ vilescunt reliquiæ.

Monẽtur religiosi de neglecto cultu.

Noua res & vix audita similis: nox erat, quæ festum solenne anteibat, cum pro re matutinis omnes interessent horarijs precibus, & alternis choris psallerent, templo stare visæ tres Virgines habitu decentissimo, attonitis stupore omnibus, primo altare versus se inclinare abituræ, tum conuersæ primum ad Abbatem, nde præsentes religiosos, vultu ac corpore incuruato, quasi vltimum dicturæ vaber ostium, quod semper penè obseratum erat, exeũt; quas licet vidissent omnes; guli tamen à se tantum visas esse existimabant. Ergò certatim dictis matutiAbbatem singuli conueniunt, visum exponunt, miratus Abbas, à singlis esse rem visam, & illam omnibus inesse opinionem à se solo rem sigillatim nspectam esse: aduocat concionem religiosorum, quid visum illud portende, exquirit. Fuit, qui offensas diceret Virgines ob cultum earum tanto tempore termissum, alias sibi sedes quæsijsse; nec displicet alijs viri iudicium: ad scrinium pra testudinem abiectum itur: quod cum vacuum reperissent, commuconsilio Coloniam Abbas mittitur; exponit nocturnum sub matutinis visn.

Tres Virgines Coloniam redeunt.

Virgi-

Illic repe riuntur.

Virgines Vrſulanæ cum Antiſtita viuente Friderinde, quæ olim earum pectine ſublegerat: Sarcophagos, quibus incluſæ fuerant, aperiunt: dictasque in ijs rep riunt reliquias: vnde magno delibutæ ſunt gaudio, quod tam inuſitato prodigio uertiſſent ad locum cultui ipſarum aptiorem: nec induci vllis Abbatis precibus p tuerunt, vt ſupplici redderent in Thuringiam reportandas: Caput tamen alteri Virginis accepit, cum quo triſtis ad ſuos remeauit.

Addit Cæſarius vix aliquam Colonæ in S. Vrſulæ Eccleſia Virginem eſſe, qu tam iucundam ignoret hiſtoriam. Adſeruatur vnum in oratorio aureo caput, c hæc inſcriptio. *Hæ reliquiæ reuerſæ ſunt Coloniam.* Sarcophagi earum in extremo tem plo viſuntur adiectâ picturâ, quæ hiſtoriam exhibet, luculenta ſubiecta facti expo ſitione. Probat eandem Gretzerus in libello de tribus Regibus, & Chriſtophor Browerus in antiquit. Fuldenſibus: vnde rectè mendoſam arguit Baptiſtæ Fulg narrationem, qui *primò* Trium Regum fuiſſe corpora ſcripſit: *ſecundò* Fuldam tra lata credidit: Errori dedit occaſionem: quod Virgines illæ Reginæ quandoque n cupentur: 2. quia Fuldenſe Aſceterium in Thuringia nominatiſſimum toto ſemp orbe fuit: at Folckoderhode multis nec nomine notum.

Porrò Virgines optare communi illo in Virginũ conditorio & templo Vrſulæ præ alijs locis honorari, confirmat *Primò* S. Cordulæ viſum, longè ante inue tionem, quæ licet alibi tumulata, ibidem tamen voluit quotannis poſtridie S. Vrſ læ diem ſuum agi ſolenniter: vt dixi lib. 7. c. 22. *Secundò*, quia cũ Argentorati S. A reliæ cultus ciuium negligentia refrixiſſet; viſa An. 1460. ſepulcrum exſcender templum inambulare, quaſi egreſſura cum ſtomacho, quod ingloria deliteſcer ideò comminata ciuibus eſt, Coloniam ſe migraturam, vt ſaltem communi Virg num Vrſulanarum honore frueretur; quæ Argentorati cultu ſuo particulari d ſtituebatur.

Quæ res cum omnes ſacrarum reliquiarum cuſtodes: tum vel maximè, debet C lonienſium animos ad pietatem, & cultum ſacris exuuijs debitum exhibendum e citare: ne & ipſæ neglectæ defenſione & patrocinio ſuo ſpolient ciuitatem, & ita t ties hoſtium armis expetita ſuccumbat, & ſacra illa pignora in ruinam, & exitiu loci alio transferantur.

CAPVT XI.

Vltio diuina in ſacrarum reliquiarum violatores, & voti non ſeruati pœna.

B. Hermannus inuiſebat piam, & hoſpitalem feminã in caſtello vicino, ad quo allata duo capita Virginum Vrſulanarũ in ſcrinio ſeruabantur: caſus tulerat, illud in terram deponeretur: cumq; non nemo nulla religione motus ſacrarũ rel quiarum, arcæ inſideret; exarſit B. Hermannus zelo defendendi honoris Partheni nec tamen ſuccurrebat remediũ, veſani hominis impudentiã frenandi, deſiderau ergo iuſto Dei malorũ vindicis iudicio tali pœna plecti, qua Deus vltus eſt S. Mar tini contemtorem ſede ſuccenſa, vt vel inuitus adſurgẽdo cogeretur ſuum Sancti honorem adhibere. Aequam viri ſancti indignationem ratam Deus voluit, & meri tas ſceleris ilico repoſcit pœnas: ſenſit enim ardore ſubito membra quaſi conflagra re: exilit attonitus, quaſi excuſſurus flammam, quam tamen nuſquam aduerti donec à viro ſancto didicit dignas exigi ſacrilegij pœnas, quod ſacras reliquias, & honorem Diuis debitum violaſſet; quæ res & cautiorem illum reddidit, & magi pium: ita c. 31. vitæ autor.

Punitur ardore igneo reliquiarum violator.

Clementes in hunc exſtitere Virgines: ſæpè tamen iratæ, vitæ etiam pœnas ex poſcunt impiorum: nam vti pronæ ſunt ad ſuccurrendum miſeris, opem petentibus ita ſeueræ in eos, qui fidem ijs iuratam violant. In Peruuio An. 1603. Sacerdos vnu ex Noſtris nullum non lapidem mouerat, vt Indi vxorem à vitæ turpitu dine ad honeſtatem traduceret: fruſtra tamen: illa enim contemto Sacer dotis conſilio, diuortium ſumma ope facere conabatur: & vt res bellè proce-

Annua Societ. An. 1603. fol. 223.

ederet,probam mulierem adit,rogatq; vt se aliquam piam rationem edoceat, qua à Deo impetret,quod tantopere exoptat. Annuit mulier,& vt Diuæ Vrsulæ & sociorum opem imploret Indam hortatur : nec enim inquit patrocinio tantarum Virginum defuturum est tibi auxilium,dum eo contendas animo, vt vitam melioreminstituas:contra verò capitali plectendam supplicio si id liberioris vitæ cupiditate moliaris. Acquieuit Inda piæ feminæ pio consilio,& res successit: Fluxu tamen temporis,vbi se vidit liberam,pacti immemor,& consiliorum, quibus illam ad honestè viuendum noster Sacerdos erudierat, in omne se flagitium præcipitem egit; neque diutius distulit vindictam Deus;postero enim anno,eodem Sanctarum Virginum die frustratim fœtum effudit;octauo cessit vita. Nam sicut beneficæ sunt in omnes lices Sanctæ Virgines;ita seueræ in fœdifragos,præsertim cum nulla supersit alia frugis melioris,omnibus ante pertentatis remedijs. Et morte mulier fœdifraga.

CAPVT XII.

Eligunt sibi Virgines certa sepulcra & translationis loca.

NOtum est Sanctos, magnis sæpè prodigijs certa sibi quietis loca designasse: contendebant de S.Materni corpore Colonienses, Tungrenses, Treuirenses: ille vt Chronicon magnum Belgij ait,cœlesti monitu naui sacrum corpus imposuisse est,quæ nullo nauclero,remigio Angelico,aduerso flumine,citato cursu profecta,Treuirensibus id deberi satis indicauit. Sancti eligunt loca sepulturæ. S. Maternus. *Chron. M. Belgy p. 4.*

S. Seuerinus Burdegalæ defunctus cum esset,vt Colonienses ad corporis sui trãslationem excitaret,trium annorum siccitate,& sterilitate compulit:sacro enim corpore Coloniam inuecto incredibilis fertilitas, & rerum omnium abundantia rediit. Præsulis in vrbem decorauit:vt ex eo tempore Coloniæ prouerbio iactaretur, *dignè esse S.Seuerinum.* S. Seuerinus.

Sic S.Euergislus Brunoni postea Colonienſi Archiepiscopo noctu apparuit,pulsus conscissa veste, dixitque : *Videsne qualiter à tinea consumta sunt? quoniam tu illuminabis lucernam meam:illumina & tenebras meas*:Itaq; de loco transtulit sacras exuias,& Coloniam in S. Cæciliæ Basilica magna celebritate argenteo inclusas loculo transportauit:ita Chronicon Colonienſe & Belgicum. S. Euergislus.

Nec minus Vrsulanæ Virgines ante martyrium inter Basileam, & Argentoratũ defunctæ,certa sibi sepulturæ loca delegere. De S.Christiana ita Vrstisius ait. *Cum Basileæ vitam cum morte commutasset,loco moueri eam nõ potuisse,donec iuuencæ duæ, quarum colla iuga nulla sensit,loculo illius auecto quiete sua corporis locum designassent, his iter ingredientibus cessisse omnia saxa,arbores,ingentiaq; robora,nihilq; demum has sacræ puellæ reliquias remorari potuisse,quo minus bestiæ hæ iter suum conficerent, visitur adhuc in edito montis iugo vlira Rhenum dominij Basileensis sacellum eius, quo iuuencas istas feretrum pertaxisse fama scriptisq; innotuit.* Sic tres alias Virgines Cunegundam, Windam,& Mechtundem cum in Rheinfeldensi comitatu decessissent, iuuencæ montem vicinum earum sacra corpora deduxere. Virgines propè Basileam defunctæ. *Vrstis. c. 6. epitom. Basileensis.*

S.Norbertum sacræ Virgines è Francia acciuere;& dum Coloniã veniſſet quæsitum reliquias,vltrò ei apparuerunt,&se Præmonstrato Galliæ loco deberi indicarunt. S. Odilia Parisijs Ioannem ab Eppa religiosum flagellis etiam adactum euocauit,diserteque professa est,æterno Dei consilio se ordini Crucigerorum & Huyensi oppido destinatam:his verbis. *A Deo autem misericorditer ordini, & collegio Fratrum S. Crucis in perpetuam patronam,promotricem, & propugnatricem data sum :* iubet deinde *assume tecum corpusculum meum, & in primario S. Crucis cœnobio iuxta Hujum transferas, quod est omnium tui ordinis caput conuentuum.* Aliæ Virgines Cleomata, Cleomata,& Christantia,vt iam dixi,è Thuringia cœnobiarcham accersiuerunt, vt eo transferrentur;neglectæ postea sine honore viluerant,Coloniam rediere. Similia multa prætereo,ne fastidium legenti rerum similitudine pariam. S. Odilia: *to. 2. Episcoporum Lond. f. 316.*

Vnum adijcio,libenter etiam sacras Virgines reliquiarum cultores voti fecisse compotes ; ita B. Hermannus sacro peracto , caput S. Gertrudis vel ab incerta paulò antè Antistita impetrauit : de alio Cæsarius autor est professione Religioso , cum Tuitij apud hospitam conquestus esset, quod io. frustra *Cæsarius l. 8 c. 37.*

sudas-

ſudaſſet,annis pro reliquijs ſanctarum Virginum obtinendis:operam verò omnem perdidiſſet:adit miſerta viri hoſpita Eccleſiam ſacris refertam exuuijs, ſupplex p eo facta ſanctis Virginibus:dumque ad tumbam Virginis alicuius ingeniculata pi ces ardentius funderet, ſubijt cogitatio, vt manum ſaxo prægrandi, quo tumu tegebatur,admoueret;conatui ſuperos adfore:leuiter imbellis femina lapidem i gentem manu premit,cedit moles:crederes ab alio ſubleuatam, quam vix viri valido lacertis,admotis machinis loco dimouiſſent. Patere videt quæ in ſarcoph go deliteſcebant ſacra oſſa:aufert manu quot libet,ac ſtatim ſaxo pari facilitate tracto, ea tradit Religioſo geſtienti de inſperato non ſine prodigio ſacro mune Ita cultum ſuum Sancti amant,non ſua,ſed clientum gratia: quærunt quos pro gant,ac tueantur;qui inuocati ſuam aſſiduo de ſe ſecuri, de viuis ſoliciti, præſte opem,quibus ſuccurrant precibus,& præſenti quibuſcunque in rebus ſubſidio.

CAPVT XII.

S. Vrſula aduocata Angliæ apparet Eremitæ,& varia indicat A.1412.

HActenus in genere beneficia ſodalitatis Vrſulanæ,vel prodigia recenſui,nu ſingularia quarundam Virginum merita percurram. Ordior à Regina duc que exercitus Parthenij S. Vrſula. Edita Coloniæ centum & pluribus ab hinc a nis eſt prodigioſum quoddam S. Vrſulæ viſum, factum in Britannicis inſulis an quàm à vera fide deficerent,eo fine,vt pullulantia in regnis ijs flagitia, quæ Præ lum indulgentia latè propagabat, tollerentur, adeoque ira diuina ſcelerum vlt auerteretur:rem in pauca contraham.

An.1411.in prædio Langelei comitatus Salopiæ Dæmon iuratus humani gene hoſtis Angelum lucis mentitus, ſæpius apparuit,nec diſcerni facile poterat ater albus eſſet:nullis enim ſacris carminibus loco pellebatur, donec acceſſit Anach reta Ioannes de Warwick, præſertim quod Dominica palmarum diceret palan omnibus locuturum:Nocte quæ Dominicam dictam excipit, nequam ſpiritus pr dij oſtia ſolutis repagulis omnia reſerat, ad ſe inuitat Anachoretam: Accedit n ſine terrore animi,quē incuſſerat horribilis ſpectri igniuomi effigies, paululū à te ra eleuati,cumque ardore ſuo ignito retrorſum eum ageret puteum verſus, vt in præcipitem ageret,diuina viro adſiſtente clementia conatus irriti ceciderunt:pr ſertim voce cœleſti reſonante,qua calor igneus,viresque tartarei ſpiritus elideba tur:eadem vi ſubactus eſt fateri veteratorias artes,quibus eo loci circumuenire i cautos homines tentauerat:fingebat enim ſe animā eſſe Virginis alicuius ſanctit te vitæ illuſtris,cuius Deus mādaret oſſa publico fideliū cultui proponere in Eccl ſia;cum interim cadauer hominis conſceleratiſſimi,pridem ob inſignia flagitia ta taro mancipati è cæmiterio erutum rudioribus obtruderet.

Eccleſiaſticorum vitia alienant populum à cultu diuino. S. Vrſula dæmonē ſubigit vera edicere.

Coactus etiam fateri eſt, Arrogantiam & auaritiam virorum ordinis Eccleſiaſ ci populum mirificè ab Eccleſia,cultuq; diuinio alienare:inde &ſuis,&aliorum Er bi miniſtrorum impulſibus, ad 30.hominum millia in proximū Autumnum para eſſe,qui fœdere iuxta Salopiam inito, in necem Eccleſiaſticorum & templi ipſi profanationem,imò euerſionem coniurarent. Hæc dicentem cœleſtis virtus voc clariſſima fugauit reluctantem nequidquam Cacodæmonem:adſtitítque S. Vrſu la,quæ ducem ſe vndecim millium Virginum appellauit: voluit verò vt aduentu ſuum,& cultus Vrſulani redintegrationem alijs etiam publicaret; quantumuis e Hæretici,non deſtituri eſſent,maleuolentia ſua impedire. Poſtea cum dolos cac dæmonum retexuiſſet,quibus virtutis etiam ſpecie pararent Eccleſiam ſubuertere inductis arte veteratoria ſimplicioribus,quaſi tali conatu & fuſo ſanguine Marty riū obtinerent,totam formidandi exitij cauſam reiecit in negligentem Præſulu gubernationem:cui malo ſi medicina non adhiberetur, fore,vt malignis ſpiritibu poteſtas fieret toto Angliæ regno diſſeminandi errores, & Hæreſes factidioſorun hominum turbas concitandi, bella repentina fouendi,donec regni præcipua viti corrigerentur.

Porrò

Porro quatuor enumerat, quæ ante alia emendenda viderentur, ſuperbiam, auritiam, ſcelerum impunitatem, & mercatum dominicis diebus inſtitutum, quem velut letale crimen è regno inprimis eliminatum S. VRSVLA cupiebat: Ideò Anachoretam ad Archiepiſcopum ablegauit, cuius imperio nundinatio quæuis dominicalis proſcriberetur: addito ſigno quodam occultiſſimo, quod ſoli manifeſtum erat Archipræſuli; quo accepto monitioni cæleſti acquieſceret; & diem dominicum toto territorio ſuo laboribus vacuum eſſe promulgaret, diuino cultui conſecrandum; quod ſi pareret conſilio, vitam ipſi producendam prædixit: ſin abnueret, vitam ipſe breui exturbandus eſſet, futurumque vt agrorum vbertas, ac pax toto regno exularet: Archiepiſcopus ſpreuit Anachoretæ cœleſtem monitionem, propriæ obſecutus voluntati; vnde paucis poſt diebus è viuis exceſſit. 4. Vitia Angliæ.

Gliſcebant eâ tempeſtate quorundam maleuolorum occulta ſtudia, contra orthodoxam religionem; ea peſtis iam regni duces & optimates infecerat, cogebatur clandeſtina in ſiluis conuenticula, faces orcus miniſtrabat, ſæpè enim Anglicâ ſpecie incentores dæmones ad ſubuertendam fidem Catholicam concitabant. Ad hos S. Vrſula Ioannem Anachoretam ablegauit, ſuis cuique ſignis indicatis, nulli hominum, ipſis tantum cognitis, & exploratis: operæ precium fuit: nam orci damnatis artibus, conſilia maleſana reſciderunt; ſicque diuina vltio, quæ Angliæ tunc imminebat, ſublato malorum fonte auerſa eſt. His feliciter expeditis S. VRSVLA eundem ad 5. perſonas, videlicet tres viros, duaſque feminas amanda, vt tactis Sanctis Euangelijs, palam faterentur, ſigna ſibi iuſſu S. Vrſulæ indicata, nulli vnquam hominum præterquam ſibi conſtitiſſe: ijdem palam omnibus profiterentur, à Deo S. Vrſulam in Angliam miſſam eſſe, vt eius incommodis mederetur, renumque in fide Catholica contra recens ortam, aduerſus Eccleſiam coniurationem occultam tutaretur. nomina eorum teſtium adſcribit; Simon Kyrtenſis Sacellanus 30. annis in Wychewodforeſt, Ioannes de Newercke, & Ioannes Gene, de Fayfordis, virgines duæ erant Emma & Ioanna de Notoyngam. Seditioſi cõuentus contra Eccleſiã detegũtur.

Docuit tandem Anachoretam S. Vrſula ritum colendi vndecim millia Virginum, ſeu roſarium Vrſulanum, hac ſeriê: *Primò* Symbolum Apoſtolorum cum oratione dominicâ SS. TRINITATI recitaretur; ſubijceretur quinquies Oratio dominica cum ſalutatione Angelicâ ad Deiparæ honorem: toties etiam ad quinque ſequentes fines. *Prima*, ad SS. omnium venerationem, *Secunda*, pro fidelibus defunctis, *Tertia*, ad honorem S. Vrſulæ, *Quarta*, S. Iulianæ, *Quinta*, S. Cordulæ: denique vndecim millium Virginum honorem vndecies millies oratio Dominica, & ſalutatio Angelica diceretur, Adiecit S. Virgo & Martyr huic Roſario ſemel in omni vitâ tantum recitato hanc mercedem & præmium: *Pars virginum tertia orabit pro eo coram Domino, altera pars aderit morienti, arcebit dæmonum inſidias, & ſeruabit à pœnis purgatorijs, pars denique procedet venienti obuiam in aëra, & animam ad cœlos euehet.* Subdit S. Vrſula: *Quicunque in vita ſua numerum prædictum ſemel dixerit, & illum deuotè, integrè, & corde puro compleuerit, tunc ſine dubio in futuro habebit adiutorium prædictum:* Excepit, fore, vt multi publicatâ hac orandi formulâ ſaluentur: ſolet nimirum Deus ex Diuis deprecantibus congrua ſalutis auxilia cultoribus Vrſulanis impertiri ne pereant, ſi *corde*, vt exigitur, *puro*, innocentur, vt non decedant niſi in gratiâ, & pœnis etiam, vel morbi moleſtijs, vel alijs pijs operibus ferè in ipsâ vitâ expiatis. Roſarium Vrſulanũ. Fructus eius.

Porrò vt fides huic hiſtoriæ haberetur, adduntur literæ teſtibus roboratæ: *Heberti Lee Domini de Rodon, & Langeleij*, in cuius prædio viſa S. Vrſula fugauit ſpectrum Tartareum, ſubſcribunt & hi: *Nos Thomas Abbas de Salopia, Rodulphus Abbas de Baumudi, Ioannes Prior de VVenlock, VVilhelmus Abbas de Lilleshuff, & Abbas de Vildevvas, quoad apparitionem S. Vrſulæ Virginis ad fidem Catholicam confirmandam omnia nobis à Ioanne præſcripta, & certificata ſanè credimus, & fide digna, vnde ſigilla noſtra præſentib. appoſuimus.* Obſignarunt eadem ſignis ſuis Wilhelmus de Turginten, & Abbas de Brucca: ſubſcripsêre & optimates ciuitatum, Balliui, Ciues, & alij, e quibus colligere eſt, *Primò* S. Vrſulam vti Coloniæ, ſic Angliæ quoque cuſtodem & Aduocatam eſſe, quæ eo tempore impendentes regno calamitates Teſtes miraculi.

precibus auerterit, *Secundò*, peculiarem morientium esse patronam, cuius precib animæ non diu pœnis purgatorijs crucientur: non quod isti precum numero, vis explorata insit, sed quia Deus, & orantis pietate fiduciaque, & tot Virginum pre bus exoratus mouetur, vt tunc cultores è vitę statione euocet, quando parati qua optimè, pauca habent pro peccatis præteritis exsoluenda supplicia.

CAPVT XIV.

Examinatur miraculum de annuâ sanguinis S. Vrsulæ, ebullitione Amalphitana ipso festo Diuæ ipsius.

DE hoc prodigio egi lib. 8. cap. 29. duo veniunt hic in contentionem, *Primò*, v de potuerit S. Vrsulæ sanguis ad Italos deuenire, *Secundò*, an probabile sit t prodigium annuum accidere?

Pietas Christianorum in sanguine Martyrũ colligẽdo. S. Cypriani.

Principio incredibile quanta fuerit primorum Christianorum pietas, qua tum studium, & diligentia, vt nihil omnino sacrarum reliquiarum deperir testatur id S. Cypriani martyrium 26. annis post S. Vrsulæ toleratum. Acta ius apud Baronium, ad An. 261. memorant, cum iam plectendus esset capi, *Fratres verò linteamina & oraria ante eum ponebant, ne S. cruor defluens absorberetu terrâ.* Addit Baronius, tanti fideles, feciſse sacras Martyrum reliquias, *vt sucris si possint guttas haurirent, & stillas sanguinis, etiam persecutore vidente, & indente, atque exserto gladio minitante qualibet arte susciperent, atque reconderent.* Sim lis Colonienſium pietas apparuit, cum Anno 1121. à Sancto Norberto S. Gereon corpus reperiretur, nam in eius tumulo inuenti cespites, & concretæ sanguine gl bæ, ipsa etiam gramina in fascem collecta, vel quidquid aliud reperire fuit sac Martyris cruore purpuratum. Sanctis porrò virginibus eundem honorem hab tum testantur multi sarcophagi, in quibus vel ampulla sanguinis incluſa, vel cruc tatæ glebæ, cespiteſque, vel arena concreta sanguine supra sarcophagum vel int eum reperta esse dixi, lib. 7. & 8. Ita dubitari non debet cum S. Vrsulâ & necis i strumentum sagittam, (quæ Coloniæ adseruatur) & sanguinis ampullam, (vt etia in S. Odilia factum lib. 8. vidimus) eductam esse, qui sanguis deinde Amalphin d latus est: sicut adhuc Coloniæ in S. Maximino concretus S. Martialis ducis sangu cum carne deſiccatâ religiosè conseruatur, & ante triennium in altari S. Nicol videre fuit vas vitreum in quo sanguis SS. Virginum liquidus & fluidus seruabatu Nec verò nouum videri debet solere Deum prodigio certorum Sanctorum anr uersarios dies decorare: satis id vita Sancti Clementis probat, tam inusita maris receſſu, vt omnibus ad eius tumulum templumque Angelicis manibus f brefactum pateret aditus: Probat & S. Thomæ; & apud Osorium & Maffæu hiſtoria, cum eius festo Christi imago in cruce pendentis sudore perfunditur, alij que, quas breuitatis causa prætermitto.

S. Gereonis.

Ebullitiones sãguinis prodigiosæ. *Bozius de signis Ecclesiæ l 15.* S. Stephani.

Sanguinis verò Sanctorum Martyrum similem ebullitionem adhuc quo tannis fieri, autor est Bozius. Dum VVandali in Africâ aduersus Catholico sæuirent, Gaudiosus Episcopus illuc profugiens Neapolim peruenit, ampu lamque sanguinis S. Stephani secum detulit; quæ eo fuerat adsportata ab Oro sio Hispano: quod etiam colligitur è literis Luciani Presbyteri Hieroſolymitar Adseruatur adhuc in illa æde S. Gaudiosi, & quoties super altare ponitur, du missa dicitur, sanguis ille concretus nullo modo in puluerem redactus, po tanta temporis spatia, liqueſcit; mox conſidet peracta missa, & concre cit; quasi in lapidem: hæc vulgatissima cunctis Neapolitanis. In æde san

S. Ioannis Baptistæ.

cti Gregorij custoditur ampulla sanguinis præcursoris domini, qui lapidis in star duriſſimi concretus est; sed die festo eius, dum in altari ampulla reponitu

iuxta

ra eiusdem Sancti caput sanguis concretus protinus colliquefieri, & ebullire in-pit. Idem Amalphi fit non tantum cum sanguine sanctæ Vrsulæ, sed etiam S. Pan-talonis.

Porrò cum Anno 1583. Gregorius decimus tertius annum diebus decem ad-is reformasset, benè notat Bozius, vt Gregoriana correctio diuini esse concilij ignificaretur: ideo iuxta eam diebus illa festis euenerunt. Vnde conijcio S. Vrsulæ anguinem primò omnium suâ ebullitione eodem mense Octobri, quo hæc die-rum decem omissio facta est, Sedis Apostolicæ autoritatem comprobasse. Ita sicut in controuersia de Paschate celebrando miraculo fontis baptismalis aqua re-nolti, fuit definita: sic Ecclesiastici computi satis anceps quæstio contra Hæreticos Sedis Apostolicæ aduersarios, per sanguinem Vrsulæ Virginis bullientem fuit de-terminata.

Et sanguinis Vrsulani ea comprobat Gregorianam correctionem anni. *Gregor. Turonensis.*

CAPVT XV.

S. Cordulæ Colonienſis apud Dominos S. Ioannis miracula.

Æpè dictum est, quanta fuerit inter DD. S. Ioannis, & Vrsulanas Virgines sanctimoniales contentio, vbi S. Cordula quiesceret, quæ altero post commune martyrium die coronata est. Renouatur ea controuersia paucis abhinc annis Co-lonienses inter & Viconienses, hi sibi eam vindicant. *Primò*, quia centum annis an-te quam apud S. Ioannem altera reperta est, Colonienſium recepta opinione, vt ea sit Cordula, quæ postridie occubuisset, fuit honorata: *Secundò*, quia Deus eam mi-raculis illustrauit, &, adhuc testibus Archiepiscopis & Episcopis spirant sanctæ Cordulanæ exuuiæ odorem suauissimum.

Ioannitæ Colonienses vtrumque dant libenter Viconienſibus: *Primò*, Colo-nenses errore ductos, centum annis Viconienſem illam pro Cordula postridie occi-sam coluisse; effossa verò altera apud DD. Ioannitas, & clarioribus pro eâ testimonijs etiam diuinis inuentis, mutasse opinionem; ipsas adeo Vrsulanæ Basilicæ Virgines, quæ pertinaciùs obnitebantur diuino etiam responso monitas, nullam deinceps in hunc vsque diem litem mouisse Ioannitis:

Alteram etiam concedunt prodigioso odore Viconienſem S. Cordulã à Deo nobilitatam, interim si de miraculorum multitudine, varietate, præstantia conten-dantur, ipsique ea tantum proferant, quæ 4. ab inuentione S. Cordulæ annis conti-gerunt, longè se sperant iudicio etiam aduersariorum fore superiores, nam præter alia illustriora miracula, quæ autor inuentionis S. Constantiæ fusius memorat, 70. alia in variis M. SS. codicibus apud Patres Carthusianos Colonienses Latinè refe-runtur, eadem aliquot iam seculis in tabella Ecclesiæ, Germanico scripta idiomate ad S. Cordulæ tumulum appensa videre licet: ex quibus illustriora seligam, & in pauca capita contraham, vt pateat omnibus, nullam è sodalitate S. Vrsulæ Soda-lem esse, cuius maiora, pluraque prodigia repererim, quam S. Cordulæ, quæ apud Ioannitas Coloniæ requiescit.

CAPVT XVI.

Apparet S. Cordula, & subuenit agris, ac depositis.

Vstina vxor Gerardi Schutz de villa Vnckelback, dum celerius, quam cautius ambulat, plantam in clauum induit, dolor, siue incuriâ medendi, siue vulneris magnitudine ita increuit, vt pedem amissura videretur, nec mali remedium super-esset: hic noua Diua nuper reperta S. Cordula feminæ (quæ villam proximam inco-

S. Cordula offert sanitatẽ ægræ.

lebat) noctu per quietem visa talibus eam affata verbis est: *Nosti vicinam Iustinam ægram, ex pede grauiter laborare; eam si ad me venire Coloniam feceris, ego curabo illam.* Anè ad ægram mulier adit, bono iubet esse animo, spem facit breui sanitatis recuperandæ, si præsentissimum remedium non respuat, offert se illa ad quæuis paratissimam, exponit vicina nocturnum S. Cordulæ visum; votum indicit, quod concepis verbis vbi nuncupauit, Iustina meliusculè cœpit habere, Coloniæ verò postquam ad S. Cordulam inuisit, perfectam obtinuit corporis incolumitatem.

Simile promtæ beneficentiæ argumentum expertus est Leo Schirmer prope castrum Erpenradt, quem continui dolores capitis lancinabant; eo processit malis vis, vt in phrenesin incideret, qui cum supplex opem S. Cordulæ imploraſſet (cuius tunc passim per ora hominum beneficia prodigiosa celebrabantur) nocte insequenti dominam quandam videre sibi visus est, vnà cum B. Cordulâ in aëre prope lectum consistere; spondere mali medicinam, mox & contactu manuum medicarum dolores, & eorum radicem, detergendo corpus ægri, fugare: & phrænesin mentis expellere: nam vt expergefactus est, facessere statim dolor è corpore cœpit, vnde paulò confestim restitutus, sensuum & rationis officio probè fungi iterum potuit.

Phrenesi liberat.

Vltroneam iterum S. Cordulæ operam, & dexteram beneficam quarto abhinc anno sacrarum reliquiarum experta est Gertrudis filia Henrici de vla Brebhusen Parochiæ Hombergensis propè Ratingam: hæc in castro Barchen prope Vreggen degebat, cum domina Beatrice, & octo dies æstu febrili iactata, cum animam ageret, nihilque vitæ sperari posset, mense Augusto nocte inopina, nec inuocata quidem S. Cordula adstitit, ornatu regio adspectu pulcherrima; quæ his ægram vocibus compellabat: Corpus erige, vt medear inualetudini, tum S. Martyr Cordula S. Cruce consignans infirmam, in hæc prorupit verba, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, subijcit infirma Gertrudis *Amen*, & erecto corpore, vt iusserat Martyr, cum in lecto resideret peruigil, & oculis in S. Virginem intentis, caput paululum reclinaret, sudor subitus è cunctis corporis meatibus, & cum eo mors egreditur tota sibi restituta.

Moribundũ sanat.

Non Colonienses vocata destituit, quæ tam liberalis exteros ad suam inuitauit venerationem: BELA femina Parochię S. Columbæ, graui cum morbo diu conflictabatur: quatuor iam hebdomadas mente emota furebat, nec vanus subest metus, ne insessorem dæmonem pateretur, eo vis mali progressa erat, vt ægram omnis medicorum ars, & opera desereret; nec tamen cum mens quandoque sibi redderetur, desinebat supplex S. Cordulam precibus solicitare, cuius præsentem opem tot exteri passim prædicabant; adiungebat S. Catharinæ Virginis, cui perstudiosa erat, inuocationem: Ecce versari sibi visa in cœlo, & S. Catharinam in gloriâ conturi: mox eius vocem optatissimam ita compellantis perciperc: *Ego & S. Cordula iam sanabimus:* Gaudij magnitudo somnum rupit, imò & morbi vim; sensibus enim, ratione probè vsa, depulsam animi, corporisque ægritudinem stupentibus omnibus beneficio S. Cordulæ, & S. Catharinæ prædicauit.

Obsessam & furentẽ sibi restituit.

CAPVT XVII.

Cæcam sanat.

MAgnum est beneficentiæ indicium vltro suam deposito offerre opem & operam, maius instare, vrgere, imò cogere per se, alioque, ne occasio desit bene merendi de misero. Sophia ipsa scriptori rem gestam, tunc ætate grauis, ac pietate commemorabilis retulit de se, cum quinquennis esset, oculis acutum vidisse, sed variolis laborare cœpisse, qui faciem corripientes, eam non tantum maculis deturparunt; sed oculos prorsus exederunt; certè præter carunculas rubeas, nihil humoris in oculis, nec ipsi quidem orbes apparebant. acerbius filiæ exoculationem parentes ferebant, quam cæca filia: mater ne

quietem,

quietem, nec cibum capere ; sed nec somnum admittere præ dolore pote-
rat, iam octo post dies morbo fugiente, viribusque redeuntibus, oculorum
formidata antea tantum, tum etiam explorata cæcitas apparuit, incremen-
tum non leue doloris parentum : aliquot iam hebdomadæ effluxerant, nec tem-
pus tamen, vt alias solet, maternum lenire dolorem poterat. Iacebat eodem
contrato cum parentibus cæca filia, in somnis mater more suo lacrymis indulge-
bat : nocte intempesta, vocem sibi cœlitus audire visa est : *Quid te frustra*
luctu & tristitia exanimas ? si filiæ visus tibi cordi est, eam ad Sancti Ioannis Bapti-
stæ fratrum templum adductam, Sanctæ Martyri recens inuentæ Cordulæ sistito, cuius,
si opem imploraueris, visum cæca recipiet. Non tenuit se præ gaudio mater, so-
cium maritum excitat, audita refert : ille monet, vt *mittat deliria : somni ci-*
bique abstinentiam turbare caput, ideo talibus nocturnis exerceri intemperijs ; ac-
quieuit viri consilio mulier : sed insequenti nocte iterum cœlestibus vocibus
monetur ; iterum maritus facessere iubet aniles inanias ; tertiâ nocte vtro-
que vigilante eadem ab vtroque distinctè percepta vox, serio vigiles, & attentos
hortatur, Sanctæ Cordulæ poscerent suffragia, futurum enim, vt Martyris
precibus cæcitas oculorum pelleretur. Damnat hic ipse maritus suam mentis per-
tinaciam; vxorem vrget, vt manè continuo supplex Diuæ Martyri pro Sophia com-
muni filia fiat : paret non inuita mater ; defertur ancillæ manibus filiola, & ad
tumulum martyris abijcitur, orat pro ea mater, mox & sacra lipsana admouet
oculis, adduntur lacrymæ cum violentis precibus, quibus sanctè promittit,
non ante se discessuram, nec loco moturam filiam, quam visum recepisset, ma-
net interim Sophia talpâ cæcior. Aderant spectaculo præsentes plurimi, qui mise-
ratione tacti mulieris, cum Dominis Ioannitis coniungunt orationes : cassa tamen
vota cesserunt omnia, iam tædium non adstantibus tantum: ipsi etiam matri sensim
decrescebat; vltimum experiri placet, puellam tumbæ sacræ admouent, & oculis
sanctos cineres, qui ilico aperiuntur, orbes sphærici turgescunt, iam humecti, viua-
ces, integri: tum matrem fixis contuetur obtutibus filia, conclamant præsentes pro-
digium, hancque oculorum aciem vegetam adhuc, & vigentem licet decrepita
scriptori exhibuit.

S. Cordula offert mali medicinam.

Cæcã illuminat.

Quot inuitationibus opus fuit, vt hi, virgini supplices fierent, toties opem of-
ferenti? quid mirum castigatam cunctationem dilato parumper auxilio, quo desi-
derium acueretur tam certa facta ante promissione, vt exciti fama homines mi-
nus de miraculi euidentia dubitarent; & sorori huius, simili modo iuuandæ, eodem
afflictæ malo, cupiditas moueretur.

CAPVT XVIII.

Soror Sophiæ, & aliæ cæcitate liberantur meritis S. Cordulæ.

CAtharina Sophiæ soror ijsdem correpta variolis, idem vno in oculo malum
perpessa erat ; nam violentia morbi vultum depasta: pupillam iam exederat,
mater non de cœlesti dubia remedio, placare Diuam eandem aggreditur, sistit S.
Cordulæ filiam, supplex multum diuque orat, quæ nuper tam benefica in So-
phiam, in Catharinam parcior caueret audire : tum sacros admouet affecto oculo
cineres: magna animi fiducia, nec sine fructu: redit visus oculo; nec vllam deinceps
huius oculi experta caliginem est.

Ita *Dei perfecta sunt opera*: nec immemor beneficij accepti mater fuit, crebrò
frata templum inuisebat S. Martyris ; crebro commonebat filias, se beneficijs me-
mores nec ingratas exhiberent S. Cordulæ, ab eâ malorum remedia vitæque subsi-
dia flagitarent, cuius vtraque tam munificam experta erat dexteram.

Eodem donata beneficio Euphemia filia Gerardi de villa Vnckelbach, qu duos menſes omni deſtituta viſu cum eſſet, ſuam vnà cum parentibus irritis lacr mis deplorabat cæcitatem; inaudiuerant de S. Cordulæ miſeros iuuandi ſt dio: votum Diuæ nuncupant, ſine morâ abſcedit dolor; redit oculorum vſus, la titia parentum, & amicorum plauſus, ac gratulatio.

Erat & Gertrudis quædam vxor Ioannis de Villa Sollingen, diutina co poris ægrotatione fatigata: tota mali vis in oculos erupit, quæ res ſæu viſus dolores pepererat; qui nunquam interquieſcere ſiuere feminam ac vnius oculi iam emortua; alterius modica ſupererat vita, hoc inſtatu cu remedia deficerent ægram; non ſpes tamen opis à Sancta Cordulâ, (cui tunc per ora hominum miranda ferebantur) impetrandæ: Ergo ſpei pler ſacram obteſtatur virginem, oculis ſubueniat, intermittit dolor; lumen alt rum oculorum ſumma videntium lætitiâ recipit.

Simile quiddam Rudgero vinitori vſu venit, grauem & hic, ſed a no toto perpeſſus ophthalmiam fuerat: ita caligabat oculis, humore prat quaſi nubecula obtenſa chryſtalloidi: vt ſibi per interpoſitum quaſi par rium ægrè videretur obiecta prope etiam admota cernere; pro damnatis culi habebantur: igitur laboranti ſubuenit inuocata Sancta Cordula; nu bem remouit ab oculis, ophthalmiam moleſtiſſimam expulit: ita dies nc impeditus oculis redijt. Omitto Mechtildem de villa Sundorff, cuius capitis do lor lumen & claritatem oculorum eripuerat, quam S. Cordulæ patrocinium re didit; omni capitis dolore exulare iuſſo.

CAPVT XIX.

Capitis & dentium dolores ſanat: formæ venuſtatem reddit.

CAPVT hominis vt ſedes ſenſuum, ita & multorum malorum; prim ferè tenet dolor dentium acutiſſimus, hoc conflictabatur Ludouici Ludouici de Lollesdorff, Aduocati filius, multo iam tempore ſuperatis r medijs omnibus dolor augebatur, qui tunc primum cœpit mitigari, quar do damnatis remedijs naturalibus, ad diuina ſe conuertit, & ſoſpitæ ſanct Cordulæ implorauit & exorauit medicam dexteram; nec enim ita multo poſt mnis dolor abijt.

Dentium dolores fugat.

Iam verò Odilia vxor VVilhelmi de Turnich cum febribus continuis i ctata vertente anno grauiſſimo dentium dolore lancinaretur, pridem ſpret alijs remedijs: ſupplex Diuis ſuam ipſis incolumitatem enixè, ſed fruſtra com mendauit; ſcilicet illud beneficium nouæ Deus Diuæ recens inuentæ ſanct Cordulæ reſeruabat: vix enim ipſam in vota vocauerat, ilico ſopitus imò extin ctus dolor omnis eſt.

Nec ſolet quandoque hemicraniæ malum mitius cruciare, occupar Richmodem vxorem Abelonis Colonienſis periculosè; fatiſcebat memoria & vſus rationis caligans breui eripiendus videbatur; cum menti ſuccurri Tot alijs ſanctæ Cordulæ tam promtum ſemper in malis morbi ſubſidium, or Virginem, & exorat; vix voto ſe S. Cordulæ edito obſtinxerat, præſens ſenſit reme dium, & firmum rationis vſum.

Eadem medicinâ Goda aduocati Conradi filia per annum ſæpius ijſdem he mi craniæ doloribus vexata reſpirauit.

Nec

Nec ſanitati tantum ; ſed formæ etiam honeſtati ſancta Cordula conſu-
lit. Sophia Theodorici ex Balthuſen filia , morbo tentata fuit , iam crines
& cutis defluxerant , deformis & dipilis mulier varijs ſupplex ſanctis nul-
lum mali remedium inueniebat ; Mater ad ſanctæ Cordulæ confugit opem,
nec vana ſpes , cutis efflorescit , pili renaſcuntur , reliquiæ etiam morbi pe-
nitus extinguuntur.

CAPVT XX.

Phreneticos & energumenos curat.

COLONIÆ Hermannus Oenopola habitabat in foro , quod à butyro no-
men hauſit : ei ad hemicraniæ dolores colli acceſſerant , qui augebantur
in lies , donec aurium , & linguæ vſu deſtitutus , nec caput poſſet vllam in
partem inflectere : mox in phreneſin actus omnia eluſit medicorum remedia; ad-
duci tamen nunquam potuit, vt ſanctæ Cordulæ ſupplex opem imploraret; an tan-
mentis peruicacia , & aurium , & linguæ vſu caſtigata eſt ? non potuit tan-
obſtinati hominis maleuolentia ſanctæ Cordulæ infringere benignitatem, imò
emulauit : maluit Hermannum laudum ſuarum habere præconem , quàm iure
vindicatum obtrectatorem : nocte dormienti adſtare viſa ſancta Cordula, In obtre-
ctatorem
eſt benefi-
ca.
cæ vltro caput infirmi medicâ contrectat manu , & his compellat verbis:
Ivmi meæ apud ſanctum Ioannem me conuenias , ibi epota aqua mea ſanabere.
His tandem verbis patulas Diuæ præbuit mentis aures; pateſcit ilico & corporeum
additus organum : lingua reſoluitur ; vires eæ redeunt , quæ templum S. Martyris
adeunti ſufficerent; in quo ſacro potatus latice , qui Virgineorum oſſium contactu
conſecratur totus conualuit; præco vbique Cordulanæ beneficentiæ, cuius hacte-
nus prodigijs exiguam fidem tribuerat.

Profuit & alijs, quibus morbi violentia mentem emouerat: accidit id Mar-
garetæ vxori Tilmanni Roſsvvin , quæ morbo ingraueſcente non furijs tantum
agitari; ſed etiam dæmone inquilino habitata vulgo credebatur : monita à ſuis eſt,
vt S. Cordulam precibus ſolicitaret; acquieuit, & vix preces fuderat, totam ſe libe-
ram, & ſanam mirata eſt.

Duplex ſimili in morbo beneficium à ſancta Cordula VVilhelmus lanio
obtinuit , hunc idem malignus hoſpes diſtinebat ; ſed vbi templum Mar-
tyris adijt , & prope tumulum in genua prouolutus ſacros cineres oſculo pio
reuenerarus eſt , malus genius ex humano exceſſit corpore : ſed cum eundem
aliquo tempore poſt, grauis corporis ægrotatio depoſuiſſet, vt animam agere vi-
deretur , omnibus deſperantibus , neutiquam VVilhelmus deſperauit, ad ſuam
conuerſus patronam Virginem reualuit; quo eodem pharmaco vxor eius Mechtil-
dis tertianam expulit.

CAPVT XXI.

Anginam tuſsim, & ſimilia leuat incommoda.

BRVNO Piſtoris Filius hauſto veneno perpeſſus extrema fuerat; dolor videba-
tur inmedicabilis: tandem vis mali euaſit in collum: quod duos annos, & quod
excurrit, graui dolore cruciabat: vt primum ſe S. Cordulæ precibus commendauit,
veneni reliquijs & colli doloribus continuo liberatur.

Nec minus puero ea profuit medicina , hic inſtrumentum ſatis gran-
de argenteum deglutierat : quod hærebat in guttere , nec eximi poterat,

nec dimitti in stomachum : vnde faucibus intercluſis , & obſtructo pe-
tus œſophago , vitæ diſcrimen adierat ; quod omne facile ſancta Cordula
à parente ſupplice inuocata diſcuſſit : ſtatim enim reiecto argento via Oe-
phagi patefacta , ſoſpes Ioannes Pater Virginem Martyrem piè deueneratus gra-
tias egit.

Simili beneficio gauiſus Hermannus eſt , filius Cæſarij ex Birckensdo
hic vlcus alebat ſubnatum in gutture , quod linguæ vſu eum ſpoliarat: ſed
cibum capere : nec ſorbere liquorem vllum eualuit : die animarum adit ſan
Cordulæ Eccleſiam ; ſacros gutturi cineres admouet,& de ſacro eius fonte fa
negotio ſorbet : ſubitò enim multis adſtantibus vlcus detumeſcit , euaneſcit
lingua reſoluitur.

Addam de tuſſi ſimile prodigium , Ioannes Ciuis Colonienſis è Pa
chia Sancti Martini periculosè tuſſiebat : aucta vis mali tres ipſos menſes le
eum affixit ; vt iam animam ageret , nihilque vitæ ſperari poſſet : ſubijt cogi
tio S. Cordulæ : ſpei plenus Diuam inuocat, felici euentu ; tuſſi enim liber
officium redit, totus ſibi reſtitutus.

CAPVT XXII.

Dyſenteriam, Dyſuriam & Pleuritidem depellit.

RARA liberalitatis exempla in vnius nautæ familiam S. Cordula contulit : t
ta eius domus varijs exercita morbis fuit , & diuerſo tempore S. Cordu
deprecatione recepit incolumitatem. Paterfamilias Theodoricus dicebatur, vx
eius Segewidis, hi proles ſuſceperant tres: omnes alio tempore varijs vexatæ m
bis ſunt ; omnes ſanctæ Cordulæ receptam valetudinem acceptam gratæ retul
runt. Aleidem filiam dyſenteria grauiter affligebat : deiecerat eadem Sophia
ſororem, hoc grauior , quod tertianæ acceſſu vreretur. Medicina cœlo poſtul
t : & feliciter D. Cordulæ deprecatrice impetrata eſt.

Septem ex eadem familia ſa nat.

Præiuerat exemplo,& monitis vſu ipſo doctus parens Theodoricus : quam ef
caces S. Martyris preces eſſent : hunc nouem ipſas hebdomadas ægrotatio lec
affixerat ijs incrementis, vt duas ſeptimanas & viſu orbatus , & vſu ciborum abſ
nens,conclamatus ab omnibus animam ageret : vix S. Martyrem ſupplex inu
cauit,abſceſſit caligo oculorum: redijt ciborum appetentia; vires,& vigor corpo
redintegratus,ac priſtina valetudo recuperata. Mariti exemplum imitata Seg
widis vxor: ſæpè multumque illa corpore ægra ; varijs angebatur moleſtijs, D
uam eandem vt inuocauit,exorauit. Reſtabat Alexander filius , quem tertia
vti Sophiam ſororem excruciabat : ab eadem Diua remedium vt quæſiuit , r
perit.

Eodem dyſenteriæ malo Iutta filia Werneri Noueſienſis integrum annu
laborarat,Benigna verò vxor Rudolphi ſutoris diutius anno,vbi ſe S. Martyri co
mendarunt,ſanitati reſtitutæ, Coloniamque profectæ , grates Deo , Reginæq
Cordulæ debitas perſolue unt.

Maior dyſuriæ , calculique cruciatus eſt ; norunt experti, quo malo Petr
prope Confluentiam villici Petri Enchirenſis filius pene enecabatur : nam quo
multis incredibile videtur,dimidio anno nihil vrinæ reddiderat : vt ijs iam mal
nihil videretur remedij ſuperare. In tali ſtatu S. Cordulam (cuius miracula iam Ge
maniam peruaſerant) inuocat, vt deſperato opituletur: non interceſſit diei momen
tum,dolor remiſit,& aquam reddere cœpit,penituſque conualuit.

Simili dolore Iutta filia villici Godorpenſis torquebatur;quinque iam hebd
madas cruciatus immanitas vrinam ſtiterat : Poſtquam Mater pro filia ſupple
S. Cordulæ filiam commendauit,ilico expurgatis vreteribus, corpus omni humo
ſeroſo penitus eſt liberatum.

Addam

Addam vnum de pleuritide, hæc acutissimo sensu in Agnetem Maritam la- Pleuritidi medetur.
nis Theodorici incesserat, accedebat ad morbi incrementum febris continua,
anno dimidiato sic confecit iacentem, vt diu medicorum fatigatis ingenijs, a-
iam ageret: cumque acerbissimis doloribus ingraueſcente febri natura mederi
posset, salubriori consilio vsa, humanam iussit valere opem: se seque ad S. Cor-
dulæ recepit preces; non dies, non hora, interceſſit, cum ecce se ipsa valere persen-
tiuamque grata Patronam prædicauit.

CAPVT XXIII.

Paralyticis, claudis & vulneratis succurrit.

TIa vxor Gerardi ciuis Colonienſis in Parœcia Sancti Cuniberti dimidiato
anno cum febribus colluctata est: tota vis in pedes subſtitit, quæ eam
quatuor hebdomadas lecto affixerat, & ita affecit miseram, vt iam contracta,
& membris omnibus capta videretur. Nox erat, quæ sanctæ Vrsulæ præcurrit
festiuitatem: decumbebat autem Noueſij, & se Coloniæ morari in sanctæ Cordu- Visum nocturnum.
læ templo credidit, ac ad S. Martyris tumbam ingeniculari, preceſque fundere.
Cum S. Cordula leuare se è tumulo visa est, & scyphum propinare aureum, mox e-
rigit Liam, quam his compellat dictis: *Surge amica, tota sanaberis:* verba ista somnum
excutiunt: erigit in pedes se conatu facili, & felici; abstersum sentit dolorem corpo-
ris, pedumque & manuum vsum restitutum, ita Diuis varijs frustra diu multisque
ciuitatis, S. Cordulæ tandem beneficam & medicam dexteram vbique diuul-
gait.

Vti & Gobelinus puer Henrici vinitoris filius: hic percussus paralysi iacebat
horrendum deducto ore, & distortis oculis miserabile parentib. spectaculum, qui-
bus iam natura negabat opem: quindecim ipsos dies tenuit ea vultus deformatio
cunctis omnibus remedijs, quæ ars suggesserat: scilicet ea S. Cordulæ curatio debe-
batur: cuius dum opem, & patrocinium supplices pro filio parentes implorant, mox
commoueri os pueri, oculorum redire & membrorum vsus: denique totius corpo-
ris integra, & constans valetudo.

Porrò Ioannes Pistor de Nicherode aliquot hebdomadis dolorem, sed acutum
referebat in tibia: vnde claudicare; sed ne sic quidem moliri se absque graui quibat
molestia: creuit malum, vt alijs etiam contractus membris crederetur: hic vbi spei
plenus S. Cordulæ se commendauit, ille subito valere, seq; omni defunctum com-
plet moleſtia corporis, cœpitque haud secus promtè ambulare, quasi nunquam la-
borasset.

Illustrius prodigium est, quod domi de Wernich accidit: eius vxoris Cunegundis
faciem mirè deformabat paralysis; acceſſit & lateris dolor ijs incrementis, vt in
phrenesin acta tribus hebdomadis medicorum eluderet operam: idem malum Go-
belinum filium corripuit; & licet totam peruaderet faciem, ore tamen & oculis mi-
ris diuaricatis, in ipsa loquendi facultate quasi sedem fixerat: multo iam tempore
loquendi vsum amiserat: tantis preſſus Henricus malis, ad vota conuersus, S. Cor-
dulam supplex pro coniuge, supplex etiam pro filio inuocat; duplici statim mac-
tat gaudio; vtriusque visa confirmata valetudine, qua amissa gemina mentem ægri-
tudine cruciarat.

Similis cruciatus torquebat Conradi Mercatoris & ciuis Colonienſis crura,
vt grè primò incederet, post etiam vix moueretur: acceſſit chiragra, quæ vacatio-
nem illi vel inuito à laboribus duas hebdomadas indixerat; vt primum S. Cordulæ
supplex factus se commendauit, pedum, manuumque vsu recuperato ad intermis-
sos labores redijt.

Nec minus in Sanctimoniales benigna S. Cordula exstitit, Alvredis de Saltzgas-
sad fontẽ Religioſa, paralysi percussa, febri etiã symptomatica exercebatur: quæ
et Cordulę tutelę suã infirmitudinẽ commendauit, morbũ omnẽ expulit. Degebat
eodẽ in Parthenone soror ei⁹ germana Sophia, q̃ hemicrania torquebat & scapularũ
dolores

dolores lancinabant eo incremento,vt nullam quietem caperet; cibum potumq; omnem ſtomachus faſtidiret;ſororis exemplo prouocata eidem, vt Diuæ ſuam i firmitatem commendauit,ſanitatem recuperauit.

Laborabat eodem morbo Aleidis filia Bernardi Mercatoris de Duſong,a nuus erat dolor:nec pedibus vti, nec leuare brachium paralyſis ſinebat:meritis ta dem S.Cordulæ perſanata eſt.

Eiuſdem ſuffragijs admoto pedibus ſacro cinere Cordulano Wilhelmus pu rectè inambulauit.

Grauius inceſſerat malum ex vulnere, quo in Polonia vulneratus erat pro genu,quendam;Arnulphus dicebatur;nam captus membris,& neruorum conut ſionibus tortus,oculis ſenſim defluentibus mœrebat: iam tres ipſos menſes ocul rum vſu ſpoliatus:in eo ſtatu hominem medici abiecerant : cum viſum eſt ægro Cordulæ ſe commendare,& oculis dies,quam amiſerant,redditur, cœpitque pe bus niti,& opus facere:tot enim vna die beneficijs,S.Cordula leuiter inuocata, grum onerauit.

CAPVT XXIV.

Prolem ſterilibus impetrat,& parientibus ſubuenit S.Cordula.

VT inter matrimonij bona numerantur proles, præſertim ſi corpore integr forma egregiæ,& bona indole generentur:ita grauis accidere parentibus d lor ſolet, ſi ſteriles ijs careant. Conuixerat Bela Colonienſis, cum Gerardo Carma vel Coege vndecim,& pluribus annis ſterilis,ideo ſperato matrimonij fr ctu deſtituta,magnis à Deo precibus prolem ſæpenumero flagitarat; nec exaudi eſt: monuere eam crebra S.Cordulæ prodigia, (quæ inuenta recens Martyre i tra & extra vrbem patrata paſſim ſermone omnium celebrabãtur) vt à Diua not prolem peteret: quem in finem oblationem cinguli repromiſit: atque vt pronio illius aures nanciſceretur; etiam donum ſpei plena anticipata ſolutione repræſe tat,voti ſtatim compos efficitur:nam æſtate vertentis anni grata Deo & S.Cord læ prolem ei natam forma ſpecioſam, indole præſtante Gerardum nominatum ſ tit:magno fœnore cinguli precio recuperato.

Altera in ipſo partu ſanctam Cordulam propitiam experta eſt, Leina ei n men, quæ partus difficultate ſummopere angebatur: ea cum deſperatis rebus in e tremum ſe diſcrimen adductam cerneret, votum Diuæ Cordulæ concepit, ec parturiens ſumma facilitate,& felicitate fœtum emiſit incolumem.

Didicit ab vxore maritus Communus Noueſienſis tertianæ remedium : ti bus iam menſibus febrium æſtu iactabatur:vbi ſanctę Cordulę patrocinium impl rauit,ſenſit ſubito omni ſedato,& extincto morbo ſe leuatum, nec ſtatis ab eo ter pore diebus febris recurrit.

Eadem obſtetricante Benigna vterum ferens,& copioſum naribus cruo rem effundens,cum ad extrema deueniſſet,ſanata duos fœtus enixa feliciter eſt.

CAPVT

CAPVT XXV.

Febres omnis generis pellit.

Harta deficiet me prius, quam miracula consignem, quibus febriles æstus restinxit Martyr S. Cordula: sed vt in alijs feci morbis, & hic tantum seligam nobra.

Iutta vidua Henrici Glabbach cum tertiana simul, & continua febri conflicta meritis S. Cordulæ obtinuit sanitatem: Filius ei Hermannus erat, graui is vulnere saucius, febrilibus etiam, & continuis æstuare cæpit caloribus, ac ne quid deesset mali, sanguis tam copiosè dimidiato die profluxit è naribus, vt cum eo effundere animam crederetur: desperatis naturæ subsidijs in mentem venit (suggerente no dubito matre) S. Cordulã solicitare. Substitit statim ad vocem S. Martyris sanguis: abcedit cum dolore febris: oẽs vulnuris & morborum reliquiæ absterguntur.

Angela Coloniæ in Patochia S. Brigidæ ijsdem ardoribus vrebatur, à medicis co clamata: ita mali vis omnia pharmaca superabat: postquam ab hac Diua sospitatem supplex petijt, impetrauit.

Non tacenda familia Aleidis in Wiler prope Berchemium quadruplici à S. Martyre beneficio ornata. Matrem primo Aleidem tertiana deposuerat: salus ad desperatam redijt, vbi se tutelæ S. Cordulæ credidit; Matrem filia Ressvvin imitata est: hæc non febriebat tantum; sed & molestissimis dyssenteriæ doloribus vexabatur; quæ vt primum in tutelam S. Cordulæ concessit; nullum ex eo die mali vestigium sensit. Restabat soror Aleidis Sibilla, tertiana etiam tentata, & illa in fidem S. Martyris committere se aggressa, morbi insolentiam plenissimè ablegauit.

Iutta vero vxor Gotschalci de Mercke cum tertiana laboraret, succederet autem periculosior aqua intercus, qua anno dimidiato intolerabili siti, & grauibus doloribus pungebatur, remedium à S. Cordula petijt, & facile impetrauit: cuius vir Gotschalcus, præceps ex alto prolapsus costa diffracta & corpore grauiter læso, paum à mortis limine abfuisset, nisi vxoris exemplo prouocatus, à S. Cordula mali medicinam exorasset.

Quatuor abest Bonnense oppidum Colonia milliaribus: in quo Godevvinus vinitor quartana sensim contabescebat: duos & amplius annos malum hoc ascebatur vitalia, tentata cum humanis diuina sæpè remedia successu nullo: multis iam Sanctis voto se obligarat, eorum sacra visendi limina, nec remittebat febris; asylum desperato S. Cordula fuit: vix opem flagitauit, quasi momento cum tabes euanuit.

Idem prorsus euenit Gobelino, nisi quod continuis arderet febribus, dimidiato anno, pluribus enim frustra Diuis solicitatis, vt S. Cordulæ opem implorauit, æstus omnis dicto citius abijt, nullo doloris relicto vestigio.

Lepidum illud quod Goda vicina templi S. Cordulæ experta est. habitabat illa prope D. Seruatij sacellum, pestilenter febriens, continuis iactata caloribus inuocat sæpè S. Cordulam successu semper irrito; cum tamen & Colonienſibus, & extis tam beneficam vix vocata porrigeret dexteram: Conuenit eam Fr. Henricus Rettingen ædituus S. Cordulæ, cui ægra non sine stomacho conqueſta est, tot vrbis inquilinos, & accolas S. Cordulam habere propitiam; vnam se vicinam deseri; & vota sua licet triplicata surda aure præteriri. Miratus infirmæ querelã Henricus, & nescio qua animi fiducia ait. Ego D. Cordulę nomine sanctè tibi polliceor, cuius ædui indignus fungor munere: intra biduum sanaberis: minas adiecit: si fidem fallo, eo sublato aureo & gemmato diademate, viliore Diuam & vetustiore coronabo: placuit Martyri custodis sui concepta fiducia; placuit dictum audacius, quam prudentius, animo tamen haud maligno prolatum; imò ex ipsa patratorum eo tempore prodigiorum magnitudine & multitudine natum responsum: remittit æstus: Goda sana, nec ingrata vicinæ se Diuæ stitit, & quo optatior & exspectatior, hoc iucundior salus magis ipsam S. Cordulæ obligauit.

Audax simplicis viri dictũ.

Vnus

Vnus reſtat è cymba Charontis educendus, Conradus dicebatur, muſarum l lumnus, Parente Wilhelmo Oenopola, & Cunegunde, Andernaci editus: dupli hic febri æſtuabat ijs auctibus, vt depoſitus, & à Medicorum ope abdicatus iacere habitus aliquot horas à præſentibus pro mortuo; cum Parentes vota S. Co dulæ faciunt: ſubito filius reuiguit, an reuixit? certè paucas intra horas prorſus r ualuit.

CAPVT XXVI.

S. Cordula mortuos ad vitam excitat.

HActenus à limine mortis ad vitæ vſum reuocauimus: non minus vita func propitiam ſe exhibuit: Coloniæ Ioannes puer annorum octo prope Rhenu cuius parentes cereis conficiendis & diſtrahendis nauabant operam: poſt noue hebdomadarum morbum cum inteſtinis animam effudit: iacuit longo tempore e animis: parabantur exſequiæ. Sola mater non deſpondebat animum, multiſq præſentibus S. Cordulam orat orbitati ſubueniat; magno & femineo vlulatu: ec tibi filius oculos aperire, matrem circumſpicere; ridere cum fletu mater; mortale exuere amictum, veſtibus amicire ſuis iam ſpirantem imo vegetum: niſi quod int ſtina à ventre prominerent: Matris ergo ſano & ſancto conſilio D. Cordulæ Eccleſia S. Ioannis puer ſiſtitur, ſacro potatur latice: ventri admotis ſacris exuui hic inteſtina ſponte ventrem petere; quibus ſuo repoſitis loco, nullis adhibitis m dicamentis, integra ſalus diuino medicamine redditur.

Sed clarius hoc, quod ſubiungo, S. Cordulæ apud Deum merita declarau Colonienſes parentes paruulum amiſerant: eum poſt multam inueſtigatione tandem cœno, & Rhenanis aquis obrutum reperiunt exanimem: luctuoſu ſpectaculum! Puerum ad Sanctæ Cordulæ ſepulcrum recens inuentæ dep nunt: magnus fit vndique concurſus populi: omnes qui aderant cum parentib Diuæ ſupplicant: & hi quidem mœſtiores, precibus ſingultus addunt: imo mat eiulatus duplicat, cuius miſerti vicem præſentes, votis inſtant: nec diu tot gemit Virgo Martyr diſtulit: ecce tibi puer ſtatim vitam & viſum recipit: imò vocem; ſi gultire incipit, & palpare manibus, quaſi graui è ſomno experrectus; mox adſpice circumſtantes; ridere flentes, quærere parentes; illi præ gaudio vix oculis dare f dem, ita miraculi magnitudo & dolor priſtinus attonitos reddidit; donec filius vo ce ſua Patrem, Matremque his compellans, fidem & ſolidum expreſſit gaudiun *Siſtite fletus & lacrymas parentes chariſſimi, mortuus eram, ſed merita S. Cordulæ, verè n vitæ reſtituerunt:* ita præſentes cum parentibus, gratias Deo, Diuæque reddidere, a pueri induſium dedicarunt rei teſtandæ memoriam, quod ſcriptoris tempore aff xum manebat adiunctis alijs ſimilium prodigiorum, vel partus felicioris impetra anathematis.

CAPVT XXVII.

S. Cordula punit voti violatores.

HErmannus Sommer ex Vda Carpenſi vxore ſuſceperat filium, qui continui febriens ardoribus ſex menſes decubuerat: multa diuerſis Sanctis irrita vot conceperat; ſpe fruſtratus ſua: poſtea verò, quam in S. Cordulæ tutelam conceſſit & voto ſe ſponte damnauit, ſtiturum ſe S. Martyri, nec vacua manu: depulſ ſtatim corporis ægrotatio eſt, breuique ſanitas obtenta memoriam beneficij ſepeli uit & promiſſi. S. Cordula vti benigna in ſupplicem, ita ſeuera in ingratum, eâden percuſſit infirmitate. non potuit latere cauſa; cum aucti dolores facilè refricaren inſperati nuper obtenti beneficij recordationem ac voti violationem: iterum Co-

lonienſe

Coloniense iter, cum votiuo spondet miraculi monimento; seque in viam dat: Coloniam venit, vbi perfectam rursum S. Virginis meritis obtinuit sanitatem.

Geminum huic, quod vxori Tilmanni Lechnich euenit. hanc trium hebdomadarum febris alijs morbis comitata ad extrema deduxerat. Confugit in eo discrimine ad opem S. Cordulæ: votum nuncupat: dicto citius exauditur cum admiratione omnium. defuncta morborum omnium molestijs, promissi immemor, in grauiorem ac periculosiorem incidit, vti corporis, sic animi infirmitatem: quippè fidem violatæ rea, conscientiæ stimulis angebatur: ergo cum egregia animi demissione culpam agnouisset suam, & voto se nouo Diuæ obligasset, sanitatem vt recuperauit statim eius etiam religione se exsoluit.

Præsentior cœlestis vltio incubuit in vxorem Ioran de Stumpille, hãc letalis morbi deiecerat; omnia alia remedia frustra adhibebantur: quæ animã ægrè traheret. Quid non extorquet vitæ amor? annulũ habebat aureum summis in delicijs: hunc S. Martyri ex voto spondet. Subita salus ad desperatam redit; consecuta est sanitas, ac etiam illa Coloniã versus ingreditur; adit sepulcrũ virginis: sed pro annulo caro mo pecuniã quasi Diuæ licitatur, non sine offensa Martyris. statim propè sepulcrum S. Cordulæ ingẽs capitis eam incessit dolor, qui ita lancinat, vt annulũ vel inuita dependere cogeretur: quem vbi ad Diuæ sacras exuuias appendit, dolor euanuit.

Maior animi contumacia Conradum studiosum Conradi Lechnich filium occupauit: tertium feriendus fuit, vt voti damnatus fidem liberaret. Primò febri tẽtatus cum morte colluctabatur: luctum S. Cordula vocata sustulit: non tamen, vt promiserat, inuisit Martyrem; altera vice & grauius decubuit; iterum montes promisit aureos; sanus nec ferreos præstitit, nec ideo supplicis vota clemens virgo despexit; tertium sanauit infirmum, venit tandem Coloniam, & quo maior animi peruicacia fuerat, hoc cultus exstitit tenerior, hoc virginis beneficentiam prædicauit vberius. Denique Gertrudi Theodorici Heckendorpensis filiæ tertianam S. Cordula dederat: voti violati reã quartana inuasit; nec ante curata est, quam se stitisset Coloniæ & præsens præsentem Diuam, de fidei violatione veniam orasset: Hæc quæ commemoraui pluribus capitibus, intra quadriennium ferè post S. Cordulæ inuentã, & à B. Alberto M. solenni cæremonia translata ossa contigere: plura fastidij vitandi causa ob rerum gestarum similitudinem prætermitto.

Vt hanc videatur Deus præ reliquis virginibus magnis statim ab inuentione prodigijs voluisse decorare. Quare si miraculis Colonienses Ioannitas inter, & Viconienses Præmonstratenses definienda esset, vti contendunt hi, longè Ioannitæ pene alituri viderentur.

Ego nolo decidere: vtrobiq; rectè S. Cordula colitur. Plures scio in sodalitate Vrsiana Cordulas exstitisse: vt non tantum Viconienses, sed & Marchianenses, Osnabrugenses, Antuerpienses, Parisienses, Monachienses, suam sibi rectè Cordulam vindicent: Omnes Coloniæ inuentas, & inde translatas: vbi autem vera sit, quæ postridie coronata est, Deus nouit: plura pro Ioannitis signa reperi, & probabiliora, rectè tamen & alibi illa colitur, vti S. Thomas Edessæ & in India. Cõplures repertæ Cordulę.

Vnum præterieram, quod dici primo loco debuisset, id in prima columna tabulæ miraculorum S. Cordulæ ad tumbam eius Germanico idiomate, à centum & pluribus, vt apparet, annis in membrana exaratorum ita narratur. Godelindis Mulhetio orta coniunx Gerardi lanionis, cum in cõuiuio mero incaluisset, & S. Cordulæ sentio incidisset, illa muliebri leuitate Coloniæ quidem in sarcophago S. Cordulã se dixit, neutiquã tamen in S. Ioanne adseruari: cum ecce tibi risus in luctum vertit: vultu enim statim horrendum deformari: membris contremiscere: capitis lancinari doloribus; & in rabiẽ quasi agi: quæ vbi præsentium suasu delicti veniã à S. Cordula postulauit, & voto se obstrinxit, sanitatem recuperauit: scio Carthusianos Latinos M. SS. Codices rem paulo narrare aliter, quasi deformitatem vultus S. Cordulę contumeliosè reprehendisset: at qua occasione & hoc de caluaria? sed error inde videtur ortus, quod quę in pœnã dicacis feminæ referenda essent, culpæ tribuerint, Pœna deridionis reliquiarum. Miracula pro S. Cordula Ioannitarum.

cum tabula sepulcralis, vti retuli, rem exponat: vnde suspicor hanc rem nõ ita multo post inuentionem accidisse, cum vigeret illa contentio Vrsulanas inter Virgines & Cordulanos Ioannitas; neque mirum videatur postea Colonienses nullam vsuisse mouere deinceps Ioannitis, de vera S. Cordula, postridie occisa quæstionem; quando veritatis illius publicam negationem tam seuera excepit diuina vltio: cuius reliqui admonitu quotquot Ioannitis pertinacius repugnarant, suam videntur correxisse opinionem: Vnde ex eo tempore certa mansit Colonien sibus opinio, Cordulam postridie occisam apud Ioannitas requiescere.

Atque hæc de S. Cordulæ prodigijs hactenus; nunc S. Cuneræ admiranda opera, quæ Rhenensi præcipuè in oppido patrauit, videamus.

CAPVT XXVIII.

De Miraculis S. Cuneræ Virginis & Martyris, Ac primum de Eleonora Regis Angliæ filiâ.

POst S. Cordulam, quæ extra sodalitatem festo proprio colitur, S. Cuneræ Regis Orcadum filiæ prodigia iure recensenda videntur; quia non diem tantum vnum, sed triennium superstes post martyrium Vrsulanum, non sua voluntate, sed Regis cuiusdam cupiditate mansit: cuius tamen inuicta constantia in seruanda tot inter pericula virginitatis laureâ semper immota, & inconcussa stetit: ideo præ reliquis Virginibus post S. Cordulam maximis à Deo miraculis est illustrata; plaraque temporis iniuria nobis sustulit. Ex ijs quæ narrabo coniectura fiet de reliquis: nam cum An. 700. à S. Willibrordo & socijs S. Adalberto & Werenfrido ea fuerint auditis testibis sint approbata, cum etiam circa annum Domini 1015. S. Meinvvercivita testetur periuros ad eius tumulum læsæ fidei pœnas dedisse, ea pleraque videntur perijsse.

Cap 35. S. Meinvverti in sideribus P. Brouueri.

Præcipua quę reperire potui, ab an. 1330. circiter ad 1515. suis distincta temporibus adnotantur, vt existimem Eleonoræ, de qua hoc capite dicturus sum, iussu curæ (cui tunc vt Geldriæ duci parebat Rhena) tabulis fuisse ad memoriam posterorum diligentius consignata: ea transmisit ad me nobilis familia de Rhode Vltrajecto ab autore Anonymo ante centum annos Rhenensi in oppido typis vulgata excerpta verò sunt è M. S. libro oppidi, in quem cum fierent, summa fide relata fuerant; ex ijs ad 30. quæ Sanctæ huius apud Deum merita mirificè testantur, breuiter recensebo. Illustre est, quod Eleonoræ, Eduardi Regis Angliæ filiæ contigerit. Hanc sibi matrimoniali fœdere sociarat Raynaldus II. Comes Geldriæ, & ex Comite primus Ducis titulo decoratus, circa An. 1339. vt obseruat Aubertus Myræus in Chronico fol. 303. Geldriæ ducibus. Venerat hæc Eleonora fama prodigiorum S. Cuneræ excitata, cras exuuias piè veneratura Rhenam magno stipatu Comitum, & sanguine sanctam Martyrem cõtingebat, ab Orcadiæ Regib. suorum maiorum imagines repetens. Tanto igitur natu femina, facilè quod vnum desiderabat, suis expressit precibus, vt stamina quædam mappulæ sibi donarentur; quibus S. Martyr fuit impijs ancillarum manibus præfocata. Iam sacro ditata pignore Rhenenses egressa portam magno cum gaudio curru vecta reuertebatur: cũ ilicò stant immoti in ipso vestigio quasi siderati equi: currum dixisses sufflaminatum: totum etiam quasi obhærens vestigio sistitur agmen comitum: ibi tum in venerationem S. Cuneræ vertit admiratio; succurrebat enim, nolle Diuam mappæ fila à reliquis sacris exuuijs separari nec Rhenensibus euehi mœnibus, multis olim paritura corporis sanitatem: Eleonora curru Rhenam repetit, pronis iam ad cursum equis: sacro corpori adiungit fila, & magnis Diuam consanguineam ornat donis; iam cœlestem eius experi

Vetat De loco moueri reliquias.

virtutem:

vlutem: mox etiam citatis equis nullo obstaculo repetit iter: multo magis Sanctam reuerita Martyrem redditis iam staminibus, quam si eadem cœlo propitio renuisset; & ab hoc tempore S. Virginis admiranda, quæ Deus patrauit, opera fuerunt accuratius tabulis consignata.

CAPVT XXIX.

Gutturis & oris distorti vitijs medetur.

SOLET diuina bonitas Sanctos ea præsertim corporis parte gloria decorare, qua plurimum amore Christi pertulerunt, ijs etiam morbis patronos & tutores præficere, quos ipsi dum viuerent, tolerarunt. Ita Sancti Rochus & Ludouicus Galliarum Rex, pestifero morbo infectis: Sancta Aurelia fluentibus suis succurrunt suffragijs; nam horum morborum tolerantia DEO mirificè placuerunt: Sancta verò Apollonia dentium medetur doloribus, & Sancta Martyr Cunera ijs noscitur facilius opitulari, qui anginæ molestijs, vel gutturis tumoribus cruciantur, quia mantili præfocata martyrij laurea mortauit. VVilsem propè Harlemium pagus est, hic dum quidam piscem diuidius, quam cautius edit, spina guttur occupat, quæ tam arctè claustra œsophagi constrinxit, vt dies octo nec cibo, nec potui vllus in stomachum pateret aditus: Is damnatâ Medicorum ope, quorum remedia frustra exhaustus erat; ad Sanctæ Cuneræ confugit precibus opem: eius se spondet illorum tymbum Rhenensi in oppido supplicem veneraturum; quàm mox orauit, tàm mox impetrauit Martyris cœlestem mali medicinam: nam continuo cum piscis spina dolores exspuit, laxato æsophagi aditu, & via cibo fundendo reseratâ. Anginæ.

Simili malo in Batauia cuidam osticulum guttur adeo clauserat, vt deglutiret nihil: multo iam tempore magnis lancinabatur doloribus: vna superarat officuli depellendi spes Sanctæ Cuneræ deprecatio, cuius festiuitatis pruigilio Rhenam summa pietate adit, & ad aram progressus, in quâ Sacri cineres populo monstrabantur, eos, quibus sacri thesauri custodia demandauerat, adijt, & summis obtinuit precibus, vt mappula, quæ collum Martyris strinxerat, applicaretur gutturi; nec sua illum pietas frustrata est, exciissum in terram cunctis attonitis osticulum est applicato sacro pignore; reditque statim sperata sanitas, quare gaudio vix sibi præsens, Deum in S. Martyre pio oblato collaudauit. Batauia.

Illud etiam memorabile, quod in Zelandia, loco qui Zierckſee appellatur, Martino Iacobi filio contigit: hunc angina tumens vexabat pertinaciter, vt 20. ipsos dies noctesque nec cibi pauxillum, vel liquoris guttulam deglubere valeret: Quam desperarant pridem sanitatem, eam sancta Cunera precibus inuocata reddidit ilico; nam vbi se voti religione obstrinxit, quod molem, & grauitatem corporis sui iam desperati, pari tritici, vinique pondere auro simul & argento redemturus esset, præterea prolem primam feminam, si quam ei DEVS largiri dignaretur, Cuneræ nomine ad refricandam beneficij memoriam nominaturus, continuo gutturis laxatis angustijs, fœdam pituitosissimorum humorum congeriem egurgitat, ac Martyris beneficio constanti deinde frui cepit sanitate. Zelandia.

Porrò ipso S. Cuneræ festo die Vltraiecto Rhenam parens quidam adduxit filium, qui obtorto natus collo, tristi spectaculo dorsum respectarat; sed vt primum hunc ipsam Deo Virginique Martyri peregrinationem vouerat, rectum humani capitis positum & constitutionem impetrauit. Vltraiecti

Coloniam etiam Agrippinam, cœlestis eius virtus dimanauit; testis illius luculen- Coloniæ.

luculentus ciuis An. 1502, cuius filiæ collum ita intumuerat : vt vultus obliqu distorqueretur: nulla spes mali pellendi humano remedio supererat. Quocirca a diuina conuersus, cum vxore sua parens, & filia, vouet ad S. Cuneram profectio nem: vix id mente conceperat, cum detumescere collum; situm caput natiuum r cipere; redire filię sperata sanitas, nec promtiores in vouenda, quam explenda per grinatione, quàm insigni mentis pietate peregerunt.

Rhenæ. Maius Anno 1481. capto Rhenensi oppido gutturi VVilhelmi Haac pe riculum ab hoste imminebat; nox erat, cum clamores, & vlulatus ciuiu satis teneri hostium armis Rhenam indicarent: ille lecto nudus exsiliens, solo tectus indusio procurrebat ad templum velut asylum: sed hostis in viâ m Culter in gutture non læso incuruatur. ferum intercipit, affligit solo, iamque iacentem pede premens, eius iugulum cu tro feriebat, ille S. Cuneram ingeminare: nec incassum missæ preces, mira re culter ceræ instar molliter lentescens reflectitur quasi impactus silici; & tripli sinuatus circulo ferientis dexteram circumscribit, saluo & incolumi VVilhelm cuius in obtenti beneficij monimentum culter ipse ad S. Martyris lipsanotheca diu Rhenæ suspensus olim: adhuc creditur superesse.

Nec tacendus Vltraiectinus ciuis, qui manuario sibi opere victum compar bat; eius linguam prauus humor insederat, is elinguem dimidiato iam an reddiderat; vt hoc incommodo miser leuaretur, adornat Rhenam versi peregrinationem, iamque ad pagum Dorn peruenerat, cum disertus iam & el quens finem reperit nullum deprædicandi S. Cuneræ merita, tam Rhenæ ad sacr exuuias, quam redux in patria.

CAPVT XXX.

Cæcos illuminat S. Cunera.

ANNO Domini 1380. cum S. Cuneræ trãslationis anniuersaria sacra solenni ce remonia peragerentur, & pro more supplicationis adornata pompa vicinu in locum *Elst* sacræ deportarentur exuuiæ; adducunt ad sacrum pignus parent duodennem puerum orbum iam inde ab ortu vtroq; oculo; res exspectatione pra sentes omnes suspensos tenuit; præsertim cum tribus se vicibus intempesta noc dicerent admonitos; vt ea ipsa translationis solennitate hoc ipso loco in Elst co cum S. Cuneræ sisterent, futurum enim, vt admoto pupillæ mantili, quo S. Cun ram strangulatam diximus, oculis vita lumenque donaretur. Res defertur ad Nic laum (qui S. Augustini Regulam Dordraci professus, tunc rem diuinam patratur erat) ad senatum Rhenensem, templique Aediles. Placuit omnibus post ea, qua sacrum mantile populo ex more spectandum oblatum esset, idem explicatum oc lis cæci reuerenter admouere: Ecce tibi vt primum applicatum pueri capiti sacru Cæco lu mẽ impe trat. pignus est, è vestigio deductis palbebris clarissimè lucem, & præsentes puer atton tus intuetur: qui ad eum vsque diem hanc mundi adspectabilis pulcritudinem oc lis nunquam vsurparat; vnde mirari omnia, percontari de visis singulis, grato ad stantium spectaculo. Magnum id momentum attulit ad S. Cuneræ merita tot Belgio diuulganda, è quo quam plurimi peregrini Religionis ergò confluxeran qui Deum in Martyre summis in cœlum laudibus extulerunt.

Eodem seculo A. 1398. Femina Monfordiensis pridie S. Cuneræ, vesperaru tempore, deuehendam se curarat, non minore fiducia, quam pietate: hæc omn bus, qui ad templum ea celebritate confluxerunt, memorat triennium esse ex quo apoplexia percussa decubuerit; accessisse ad morbi incrementum c liginem oculorum, vsum eorum prorsus amiserat: iacere ita membris captar omnibus, vt præter linguam motitare posset prorsus nullum: hactamen spe er ctam, imperasse ad S. Cuneræ reliquias se deportari, quod nocte cœlitus iuss

sit die

die translationis proximo, & exinde quotannis per omnem reliquam vitam sanctæ Cuneræ sistere, eique libram ceræ appendere. Magna fuit animorum secuta commotio, & exspectatio euentus prodigiosi: vix ægra ad Marvis loculum deponitur, vt precata est, impetrauit & membra, & oculos; in-ili quasi trunco ad vitam vsumque sensuum, & corporis reuocato: quod prodigium quo plures spectatores habuit, hoc diuinæ bonitatis & meritorum S. Cuneræ copletiores testes, & pręcones: cum eam, quam paulo antè captam membris omnibus, & alienis deportatam manibus viderant, iam proprijs niti pedibus, saluam & incolumem læti intuerentur.

Quosdam etiam absentes ante voti exsolutionem eodem beneficio sancta Cunera affecit. Anno 1503. puerum alebat Vltraiectina femina 6. iam hebdomadas ita captum oculis, vt nihil eorum, quæ proximè locata essent, discerneret; Mater tot prodigiorum fama permota votiuam spondet Rhenam visus peregrinationem, & puer excussa protinus caligine recepit lumen oculorum.

Duplicauit sancta Cunera gaudium parentibus, qui duas enixi proles; alteri congenita fuit cæcitas, alteri variolorum violentia depasta erat orbes oculorios, vt triennio caruerit eorum vsu; nec exesis pupillis spes superesse poterat curandi mali: ita dum humana deficiunt medicamenta, ad diuinum auxilium parentes conuersi auxilium. Sanctæ Cuneræ sistunt proles: quid plura? diu citius visum, & sanitatem recipiunt: aduolant ad parentes sospites filij, vt gemino miraculo duplicata sit, & præsentium omnium & parentum imprimis lætitia.

CAPVT XXXI.

Claudos, & Paralyticos erigit, vinctosque liberat.

TORCKEMII in Arkelia Anno 1493. degebat vir, qui sæpè percussus paralysi, captus iacebat membris, trunco & stipiti, imò cadaueri similior, quam homini: remisit quandoque mali vis, vt rediret ad officium: post paucum redibat malum, ægrumque pulsabat acrius, & merito: sensérat non semel iram sibi per quietem vellicari: vt in sanctæ Cuneræ tutelam se reciperet, cuius torpor obrepserit & socordia nescio; vt surdo semper eadem cantaretur fabula. Donec Bacharaci non ignobili infra Moguntiam ad Rheni ripam oppido, acutissimis punctus doloribus luit ignauiæ pœnas: hic tandem in mentem venit sibi toties nocturna sibi facta visio, quæ ad opem Sanctæ Cuneræ petendam inuitarat; vouet ad eius tumulum peregrinationem: nec mora, dolor abit, spiritus vitales natiuo calore, meatus obstructos, & vita vigoreque sensus omnes imbuit; valensque iam castigat veternum pristinum, & supinam in diuinis rebus segnitiam, calidis ad Deum precibus promtisque alijs religionis officijs corrigit.

Pari celeritate similis mali medicinam puellæ quinquenni sancta Cunera attulit: hæc 4. ipsos annos clauda, sine vsu pedum & manuum, resolutione quadam neruorum cruciabatur lecto continuo affixa: Sæpè peregrinationem vouerat, effectu tamen nullo. Nox erat, & dum mater natam tantis videt affligi doloribus, in singultus imo vlulatus erumpit, quasi mentis & sui impotens; Filiola velut matrem consolatura exclamat O MATER CVNERA. Nox illa quasi cœlo missa matrem reddit sibi, & ad spem recuperandæ valetudinis Sanctæ Cuneræ precibus erigit: Cuius tunc admirabilium operum summam recordabatur; ergo oculos manusque in cœlum tendens, pari pietate, & fiducia contra vim morbi sanctam Cuneram implorat, nè minus in filiam suam benigna esset, quam fuerat in alios; spondet cum incolumi prole peregrinationem, nec vana spes, aut imploratio fuit: precationem excepit sanitas: cubito

se adleuat filia, surgit incolumis & An. 1318. in peruigilio S. Cuneræ cum matre s. crum inuisens tumulum, gratulatur suppliciter Deo, & S. Martyris merita prædica. præsentibus stupore attonitis.

Atque vt isti lecto affixi morborum inclementia, sic Lindæ in Batauia proueh ætatis vir compedibus ferreis vinctus detinebatur tetro in carcere: Aeger ani mœrebat senecio, nec enim succurrebat modus, quo vinculis eximeretur, vna stabat salutis anchora S. Cuneræ fidum in ærumnis inuocatæ solatium, & aux lium. In genua prouoluitur, & Diuam illam precatur, miserum vt carcere libere spondet votiuam non sine munere peregrinationem, ratum id, fixumq; Superi h buêre. Audit miser iucũdo strepitu ferrea retinacula crepitare, mox numellas, qu bus adstricta ceruix decidere videt in frusta minutissima dissipatas, idem videt compedibus: & iam vinculis omnibus liber, Diua eadem protegente Rhenam pe ducitur, S. Cuneræ præco, cunctis narrare cœpit: quæ vix ipse nisi sibi credidisset.

CAPVT XXXII.

Herniam, calculumque sanat, & in Portugallia dolores mammillæ curat.

EST in Velauia ducatus Geldriæ locus, *Putten* incolæ vocant, hic quinquagen rio maior hernioſus vtrimque erat, ita quidem vt nec mutare locum posset, n que tamen violentia morbi pateretur vno in loco consistere. Cui à cœlo & bon genio venit ea cogitatio, vt S. Cuneræ Rhenensi corde, & ore votum voueat: st tim ab ipso voto hernia introcedit, & solidatur, suspesque S. Cuneræ gratulatur.

Acutissimis mulier An. 1446. calculi doloribus vexabatur: sed sine remedio: fui cum tantis pungeretur aculeis, vt viribus defecta morti proxima videretur; conc pit votum S. Martyris reliquias adeundi: remisit quidem, non sublatus omnino d lor est: donec præsentem se Diuæ sisteret, tunc enim omni soluta molestia malu prorsus depulsum sensit.

Ijsdem aculeis alia mulier lancinabatur: & ipsa votiuam spoponderat per grinationem; iam Rhenam venerat, cum solito vehementior ægram incessit do lor, vt animam iam actura videretur. Iterum S. Cuneram inuocat, & munus appro mittit: Ecce tibi manè calculus pone in lecto columbini oui magnitudine reperitu salua femina.

His tot prodigijs factum est, vt S. Cuneræ nomen non in Batauia, Geldria, toto que Belgio tantum fuerit magna apud summos, infimosque in gloria: sed etiam ve neratione: vulgóque mortales eius fidem & patrocinium iam inde retro à mille an nis implorarint: neque vero Germaniæ finibus se S. Cuneræ virtus tenuit: trans gressa Galliam peruadit in Lusitaniam: nam de Sicilia sequenti dicam capite.

In Portugallia sanat mammillares dolores.

An. 1435. Virgo quædam Portugalla erat, quam pupula ingenti cruciatu affligebat, cum summo leuando dolori nullum Chirurgi Mediciq; sponderent auxilium postquam Diuos Diuasque varias cassis inuocasset precibus, nocte concubia pe quietem adstare sibi puellam videt, quæ his ægram compellat dictis. *Quin tu Virgini & Martyri Cuneræ votiuam spondes peregrinationem Rhenam versus? medicinam enim præsentem experieris.* Paret ritè monenti ægra: voto concepto statim abscedi dolor; sanam & vegetam papillam cernit: grata etiam germanum viæ adsciscomitem, & per tanta locorum interualla longo & difficili itinere Rhenam tandem non sine molestia reperit; ibique vulgato prodigio, & munere Diuæ suæ appenso remeauit sospes in patriam.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

S. Cunera naufragum illustri miraculo tribus iactatum diebus, sanum in litore propè S. Agathæ tumulum deponit.

IT quia tanto locorum diuortio Portugalliam adiuimus; Siculum si lubet mare Duce eadem propitia inuisamus. In hoc arbitror æquore Henricus Momciuis Benensis, cum socio Rumeler aduersis ventis vitæ discrimen adijt. Erat Henricus in ita maris, syrtiumque, vt forte Rheni peritus: nauim in altum prouectam a- rx tempestatis vis adorta in vltimum adduxit discrimen: imo procella sæuiente, o nemque artem vincente vi in scopulos impacta eiecit vasa omnia, & vectores qui fluctibus hausti perierunt. Henricus trepida, imò desperata in re impauidus, qod vnum restabat salutis remedium, clauum arctè complectitur, atque quo se- crior esset, eidem se vinculis alligat, ne fluctuum violentia auulsus sorbeatur: In- im iactatur procellis, nunc in altum nubibus imminẽs, mox in abyssum recipro- fluctibus deuoluitur: nec tamen ita mentem tempestas emouerat: quin Deipa- & Diuæ tutelaris patriæ suæ S. Cuneræ meminisset. Supplex igitur, quibus po- t precibus, certè calentibus, quas præsens imago mortis expresserat, cœlestem nc sibi naufrago, & fluctuanti deposcit anchoram, ne cum corpore, quod formi- bat, etiam animæ salus in discrimen adduceretur. Nec tamen faciles habuit Di- s, triduum iactatus vndis orauit, nec fractus procellis, nec desperauit Cœlitum xilium, licet in arcto res esset. Fuit ea dilatio maior, vt salus momento reddita tior accideret. Tertius iam illuxerat dies, cum S. Cunera specie duodennis aut decennis puellæ mortali augustior inter vndas maris supra clauum emicat: nihil im preterea è naui reliquum vsquã apparebat: clarumq; lumen superfulsit, quod nebras dispulit: ac primo quidem formidine quadam correptus est, sed ea mox ui Martyris alloquio discussa penitus fuit: iubet enim metum ponere, Cuneram sse, cuius triduo, & trinoctio opem imploraſſet, Rhena se venisse, vt fluctibus & æ periculo exemto præsens solatium, & auxilium adferret, subiecit: *Volo autem, Deo mihiq; voueas, non ante te Rhenæ in meo oppido quidquam gustaturum, aut bibitu- rn, quàm cum vxore tua & 5. filiabus obieris ea loca, quibus annua religione meæ reliquiæ portantur: tu cum vxore & liberis pariter nudipedes, absque indusio, piè circuibitis, donec tumulum meum redeatis: tum verò corporis tui molem pari tritici vinique pondere redi- ns, annuamque meo honori institues peregrinationem.* Hic Henricus pulso iam timore ert se ad omnia promtum paratumque, cui Virgo: *Vale mi Henrice, saluum te & olumem esse, & manere iubeo: Rhenam iam mihi redeundum est.* Respicit abeuntem nufragus, & momento temporis (ô Dei bonitatem suam honore Martyrem hono- ntis!) illa euanescit ex oculis, & naufragus se in sicco constitutum miratur, eo lo- cvbi S. Agatha requiescit. Quis incredibilem animi voluptatem explicet, quam rcepit cum se non periculo tantum, sed etiam periculi metu liberatum vidit, & spitem, ac vegetum? Sed quia pecunia defecerat, vt sibi viaticum compararet, a- d nauarchum loci suam locauit operam in hebdomadas 12: inde tantum collegit, Romam peruenerit: ibidem in cognatum suum Ricquinum à Dominis incidit, à quo mutuatus argentum, saluus in Batauiam Rhenam redijt, & quæ sanctè promiserat, sanctius cum familia exsecutus est. Sed nunc re- gressi in Batauiam ibidem rem etiam magis mirandam videamus.

Naufragus triduum.

S. Cunerã inuocat.

Adstat ei.

Mandat peregrinationẽ.

Deponit in siccó.

In Sicilia.

CAPVT XXXIV.

S.Cunera puellam educit è puteo, alitque biduo.

TEssendoriæ in Batauia ducatus Geldrienſis, & Diœceſis Vltraiectinæ pro aquam quam *Pottum* accolæ vocant, die dominico parentes in templo rei di næ intererant, relicta domi ſola quinquenni filia, ea cum vagatur incautius, in p teum decidit. Audi rem miram, & vix auditam hactenus: adeſt S. Cunera Vir quæ dimiſſo funè educit teneram, quam ad ripam vicinæ aquæ *Pottum* appellat intra ſiccam deponit foueam: ibique perſtitit cum puella diem, & noctem crep culum vſque matutinum, ne qua moleſtia, vel periculum illi ſoli naſceretur: fe cuſtodia, quam pro mortalibus parentibus feliciùs cœlites ſuſcipiunt. Interea p petrata re diuina in Eccleſia domum parentes redeunt: prolem ſuam oculis & af actu repetunt, quærunt in vicinia & à vicinis ipſis: ſi quis vidiſſet: negare omnes, trem interim formido inceſſit, ne forſan vndis merſa perijſſet filia: ergo ſolicitus tum diem omni inſtrumentorum genere fundum aquæ ad ripam explorat dilige ter, ſi forte veſtigium aliquod hominis vel veſtimenti appareret, ſed cum ludere e videt operam & humana deficere ſubſidia, piè ad cœlites conuertitur, S. Cuner vt mœſtorum perfugium aduocat: cum parente triſtior mater orat Diuam, reſ ciat orbitatem, ſoletur lacrymas; reddat filiolam triſtibus, additque doni votum: eo quidem die domum afflicti redeunt ſine filiola. Poſtridie cum ſol occumber parens eodem loci requirebat equos, domum reducturus, vbi filiolam metu ſec ram offendit vacantem luſibus: ille ſtupere primo: ſtupor mox in iram vertit; inci pare igitur paruulam, vbi duos ipſos dies dilituiſſet, cui filia: *Ego mi Pater propè mum in putcum decidi, è quo me S. Cunera eductam hic depoſuit. Viden mi Pater, ecce ſam S. Cuneram illac Rhenam verſus abeuntem, vnde cibos mihi plurimos attulit? petij iam, vt nomine ſuo rogarem te, vt me cras Rhenam deductã, pro more vino triticoque re mas, quod ni feceris, grauius damnum ſpretæ monitionis imminere dixit.* Hoc inopina euentu, tantiſque cœlitum fauoribus exſultantes parentes pijs filiolæ parent con lijs, Deoque & S. Cuneræ grati, poſtridie filiâ Rhenam deductâ lubenti prolixo animo vinum triticumque S. Virgini obtulerunt, à qua biduo fuerat cœleſtib epulis recreata.

S.Cunera puellã educit è puteo.

Cuſtodit.

Parentũ lacrymæ.

Cura.

Inuocant S.Cunerã

Inueniunt filiam.

Alitam à S. Cunera.

CAPVT XXXV.

S.Cunera merſos, & mortuos reſuſcitat.

ET quia de merſis ſermo incidit, age plura huius generis beneficia vnum in f ciculum colligamus.

Ioannes Aegidius Ammerongam & Wickam inter, propè aggerem, qui cendis aquarum inundationibus obijcitur: filium habebat decennem, qui delapſ è nauicula abſorptus erat vndis: percellitur amiſſo filio pater, & quod res erat ſ ſpicatus, ſcapham inſcendit, fundumque harpagonibus luſtrat, reperitque ſub n uicula filium exanimem, extrahit cadauer, non ſine lacrymis: aduolat & vxor luc penè exanimata: in hoc doloris æſtu parentes ad S. Cuneram triſtes animum, preces vertunt, ambo in genua prouoluti, votum peregrinationis adijciunt: & p more farris vinique tantum, quantum filius appenderet: hic puer, ô rem miram! ſ tim vitam & vocem recipit, ſurgit, cum parentibus domum, cum ijſdem, mox Rh nam venit, gratiam acturis & laudem Martyris propagaturis.

Eſt propè Traiectum in orientali plaga locus, vnde ceſpites effodiuntur: ibi S. Martini pontem puer in ſtagnum lapſus eſt: mater anxia vbique quærit prole amiſſam voce, & oculis: nec tamen comparet vſpiam: Hic vt ſæpè mali præſa

mens

ns ad ſtagnum vadit : heu videt capiti inſiſtentem ſurrectis in aërem pedibus
no & aquæ immerſum: lugubre heu ſpectaculum! extrahit tamen: & vbi nihil
mæ & palpitationis reperit, funus lecto infert: quatuor iam horas puer animam
erat; ſpes tamen matrem non deſerit: vicinos præſentes exemplo ad Dei
itumque poſcendam opem prouocat, prolapſi in genua calidis precibus & la-
mis opem poſcunt, & S. Cuneram inuocant : ſtatim vitam puer vireſque recipi-
, poſt paulo Rhenam parentes cum filio veniunt, factum narrant, laudes gra-
que dicunt.

Alia mulier, quæ in Rhenenſi Parœcia fixerat domicilium Chriſtiano more,
o palmarum ad templum ierat, vt diuinis vacaret laudibus: vt domum redijt, fi-
n etiam ſuum vicino in puteo merſum reperit, quem eductum vt exanimem vi-
ilico genibus nixa ad S. Cuneræ confugit auxilium, ſpei plena, nec irritis preci-
redanimatur filius & S. Cuneræ merita prædicat.

Simile quiddam propè Amſtelrodamum, nobile Hollandiæ emporium acci-
Weſthouiæ: hic ancilla quædam famulabatur, quæ quo caſu neſcio, merſa aquis
iuit parentes: iam 3. horas exanime iacebat cadauer, ipſi tamen non deſperarunt
eleſte auxilium: peregrinationem vouent cum filia ad tymbum Rhenenſem S.
rtyris, quæ reuixit ilico, ſurgenſque pariter cum ijs Rhenam profecta, perſoluit
od piè parentes promiſerant.

CAPVT XXXVI.

Lapſos ex alto, & obtritos redanimat, vel ſanat.

MVLTOS alios vel obtritos, vel præcipites ex alto lapſos ſanitati vel vi-
tæ etiam reſtituit, forte chorus Rhenenſi templo adiungebatur : Lapi-
ds & cæmenta conuehebantur : ibi Henrici ab Oyke.e filius, dum in pla-
s indulget puerilem in morem luſibus, à biroto curru lapidibus onuſto ob-
itur : accurrunt ſuppediatum vicini : ſed vitæ ſuperſtitis nulla apparebant
licia : erat mater in domo VVilhelmi à Pluderen, cui cum triſtis adfer-
nuncius, illa lamentari, & ſuam deplorare orbitatem : prudente tamen
i conſilio, qua in ſanctam Cuneram erat, vt pietate, ſic fiducia, ſubla-
m brachijs cadauer ad ædem ſacram defert, & propè ſacram lipſanothe-
n deponit : hic illa ardentibus, & audacibus inſtare precibus, quas ve-
hmens filij amor expreſſerat: & cum lacrymis ita affari Martyrem. *Ecce San-
Martyr, ecce filium meum, tuo in opere obtritum, & exanimatum, ergone
ſeberis iſti filio meo & ciui tuo vitam eripuiſſe, qui toties alienos etiam, exteroſ-
mortuos ad vitam reuocaſti? redde obſecro, redde filium matri tuo in opere tam
oci ſublatum mortis genere : Ego ſanctè tibi recipio, ſi vitâ tuo fruatur munere :
us dum vita comes illi erit, peregrinus erit, & tuo ſe-mancipabit obſequio : &
cum præſentes omnes munus aliquod tuas ad aras offeremus.* Orauit, & fleuit
ater : iacebat exanimis filius: an vt mora illa mors filij teſtatior cunctis red-
retur? ergo in altari prolem collocat, preces ingeminat, fiduciam ipſa mo-
acuit : cum læto ſpectaculo puer oculos aperire, circumſpicere adſtantes,
uærere matrem, prenſare vbera, & lac auido ſugere ore, redijtque incolumis ac
ſpes domum.

Vltraiectina in vrbe in octaua natalis Deiparæ puer incautior ſub currum benè
eratum lapſus eſt, cui rotarum attritus cranium effregit: vt per auriculę depẽdu-
hiatum reconditi meatus cerebri paterent intuenti: iacebat 5. ipſas horas: nullaq;
æ edebat ſigna: non motum, non ſuſpirium, non halitum: tacti tam acerbo fato
miſeratione vicini cum parentibus, mortuum S. Cuneræ offerunt: parentes et-
votum peregrinationis interponunt, cordi ea pietas ſuperis fuit : ſtatim ſui
mpos, mali omnis expers redditur : ſtetitque intuens intuentes. Vnum

reſtabat

testabat incommodum, auris dependulæ vitium: vocati igitur Chirurgi aurem c piti assuunt, statimque vulnus omne consanescit: grati igitur cum filio parentes, t religione etiam animum expediant, Diuam ipsam in loco salutatum veniunt, & beneficio laudes dicunt.

Eadem in vrbe nouennem filium habebat Ioannes Wannemaker, ciuis V. traiectinus: is è domus solario decidit in caput, quod mirè lapsu attritum, afl. ctumque erat, subitoque exanimatus dimidiatam horam iacuit: ita vicini clamo bus exciti testabantur: qui tamen ad lacrymas parentum ingeniculati, more lo illis recepto, Deum Sanctamque Cuneram supplices obtestabantur pro salute pu ri: addunt parentes votum peregrinationis nudis pedibus Rhenam instituend vix voto se obstrinxerant, cum reuixit, & reuiguit puer, nulla corporis relicta no læti igitur nudipedes iter ingrediuntur, actisque pro more gratijs eodem habitu V. traiectum repedarunt.

Illud non minus memorabile, quod Verhusiæ in Vltraiectino territorio fi Gerardi Crawelij accidit: erat igni lebes ingens applicitus, feruebat iam, & bi liebat aqua, in quam puer incidit, illico ambustus: accurrit mater, sed cadauer ed cit: ita præsentibus videbatur: quid ageret misera? dolor in pietatem vertit, & in gni animi concepta fiducia S. Cuneræ solenne votum nuncupat, redemturam se lum lytro tritici, vinique eo pondere, quod filius appenderet: præter opinione præsentium, non tamen fidem matris, resurgit incolumis puer, omnes miracul clamant, & Dei stupenda mirantur opera.

In feruentem aquã lapsus.

Redanimatur.

Atque sicut hi exanimes vitæ redditi, sic non minus mirandum, quod cuid ex casu, & membrorum collisione ac conquassatione morti proximo euenit: Er que Ioannis von Dohm opificis famulus, cum chorum S. Cuneræ architectaret ei datum in mandatis, vt locum feneſtra occluderet. Stabant erectæ machinæ, fulcra, quibus insisteret, dumque in ijs it, reditque incautior, nescio an fallente stigio, an verò machina nimio pondere pressa debilitata, atque adeo fracta, præce sanè magna cum saxorum vi ad terram labitur, corpore in subiectam struem la dum fortiter impacto & conquassato, vt semianimis domum delatus desperatis h manis remedijs morti proximus videretur. Ioannes Architectus famuli sui, & r potis vicem dolet, & eo magis, quo sanguine ei coniunctior erat. Is cum pijs vir feminisque Deiparæ, & S. Cuneræ patrocinium pro ipsius etiam Diuæ honore i plorat ardentius ei qui dum operi S. Martyris inuigilat, se afflixerat; addit ægri n mine vota. Repente præsenti periculo subtrahitur, tumor, & vulnera consanescur valet, vigetque: ita quidem, vt postridie ad labores redierit; feneſtram occluserit, suo conceptum nomine votum libenter exsoluerit.

CAPVT XXXVII.

Furiosum, & energumenum liberat, & præfocatum resuscitat.

APpeldorn, locus est Ducatus Geldriæ, vbi virum quendam vexabãt intemp riæ, mentemque omnem emouerant: iurata spondet vxor suo, & mariti nom ne festo translationis S. Cuneram inuisere, pieque venerari, si sibi maritus restitu retur: sed sanitas voti obliuionem generat; redit sed duplicatum malum; iterum f sto sequentis anni votum vouent; iterum voti prætermittit solutionem: ergo te tium ita rabie percellitur, vt canis instar rabidi dentibus inuaderet manus; tertiu vouent: inuisunt veneranturque Diuam, tum demum perfectam mentis obtin sanitatem.

Craneburgi Cliuiæ oppido nobili Canonicorum Collegio, nata mulier ma cœpit afflari spiritu, nec requiem capiebat vllam, ita continuis affligebatur crucia bus,

bi, defecerant humana remedia, cum ad S. Cuneram vir prudens, afflictæ perfamiaris, vt se conuertat, hortatur, qui etiam tactus miseratione cum ipsa spondet viuam peregrinationem: vix vouerant: mulier ab infesta dœmonis iactatione dimissa, omnique molestia liberata venit ad sacrum tumulum, Deum in Martyre celebrat, & prodigium omnibus, præsertim templi Aedilibus narrat ad memoriam posterorum.

Vnum penè præterijssem, Tila ad Wahalim oppidum est Geldriæ prima classis Vrsulanæ statio: hic mulier Anno 1430. trinas circiter horas funus lugebat filij, nullus in eo motus, halitus prorsus nullus, suggestum ipsi siue a bamico, siue a bono genio celebre notumque passim perfugium ad S. Cuneræ confugeret patrociniũ: hoc animo concepit, & ardentibus precibus supplex illud solamen afflictorum, illam aram desperatorum adit, votum etiam virginis visitandæ cum filio concipit, quod ab ea benignis accipitur auribus, statimque vitam & vires puer recipit: surgit cum matre, Rhenam venit, & quod toto Tilensi oppido vulgatum erat, Rhenæ refert Aedilibus, vt tabulis ad posteros rei gestæ series transmittatur.

CAPVT XXXVIII.

Equos furiosos domat, ægros sanat, mortuos redanimat S. Cunera.

DVbitare quis, & merito posset, num pro iumentorum incolumitate DEVS Sanctique inuocandi esse videantur, quando S. Apostolus 1. Corinth. 9. quærit: *Num de bobus cura est Domino? an propter nos hoc vtique dicit.* Certè si bona licet temporalia à Deo ea lege postulare, dummodo saluti expediant: si eorum liceat conservationem diuinæ committere tutelæ, & tuitioni; cum in his iumenta numerentur hominis tantum bono procreata, licebit etiam eorum incolumitatem Deo commendare. Vt non audeat Valentia, Sayrus & Delrio apud, & cum Sanchetz, superstitionis arguere rusticos, quando festo Sancti alicuius pro more eo loci recepto, venam iumentis incidunt, vel S. Antonij solennitate iumenta circum templum ducunt: ea mente, vt ostendant se sperare Sanctorum meritis effectum illum à Deo impetraturos: multo minus damnandi sunt ij, quibus res domi angusta est, & quibus iumentorum laboribus vita sustinenda, si Sanctorum precibus horum à Deo agitent sanitatem.

Sanchetz l. 2. Mor. cap. 40. n. 31.

An superstitiosum iumenta circa templa ducere.

Est in manibus vita S. Huberti à Joanne Roberti doctissimè à superstitionibus vindicata, quæ plena est prodigijs & quotidianis, quibus canes, equi, aliaque iumenta inustione sacræ clauis, vel vsu panis eum in finem benedicti, vel à rabie conseruantur, vel à rabidis morsi turbatique sanantur, vel actu furiosi ad certum sedent locum, vbi sine alicuius noxa quietè moriuntur. Nec opus hic ex Ecclesiastica historia arcessere Sanctorum opera miranda, qui altilia vel elixa in mensa, vel assa igni ad vitam reuocarunt, quæ plumis iterum tecta, euolarunt: vt hinc pateat non esse nouum vel insolens hanc S. Cuneram, quia in equili martyrium fecit, & primum tumulum reperit, equorum sanandorum atque adeo redanimandorum Deo potestatem obtinuisse.

Schonhouiæ mango quidam generosum parabat equum in foro venalem proponere, id quo caderet felicius, certam spondebat pecuniam à se in templo S. Martis repræsentandam: sed illius eum voti siue pœnitentia, siue obliuio cœpit: interim ad forum cum eo pergit, quem dum emtoribus tendandum offert, is calcitrare, & pedes se erigere, nullum dorso insessorem pati. iam vt tractatu perquam difficilis, ita indomitus abijciebatur. hic pulsat animum mangonis voti cogitatio: dolet de noxia: duplicat promissum, cum subitò mitior agno tractari se finit equus: insce-dit quemuis dorsum patitur; emtorem non vnum reperit: & mango iam voti sui cõpos ad aram Diuæ religione animum liberat.

Circurate quum indomitum.

Simile

Simile quiddam in Hollandię loco, quem Wilsen vocant, accidisse signatę tabu
læ referunt: erat hic effrenis, & intractibilis equus; imò rabiosus, vt rudentibus ad
stringeretur, ne elapsus noceret hominibus: crescebat effera rabies, vt d
occidendo iam deliberarent: cum ruptis omnibus vinculis, effracto violente
stabulo procurrit, & cum hinnitu crebro fremituque, calcibus intentatis pulsa
ferit, quod si audacior quispiam tentaret accessum: aduersus occurrebat, & ni ma
turè fuga elaberetur, calces affilientis, & præsentem mortem non euasisset: ia
non tam de equo suo, quam ne noceret alijs Herus solicitus S. Cuneræ vouet (e
in fidem & testimonium fidei adducto) peregrinationem. Dicto citius cadit rabie
& ferocia, redit sponte ad stabulum, iam ad nutum tractabilis, sessorem excip
quemlibet: lætus euentu tam felici concepti voti, Rhenam versus iter adornat
ques; offert donatiuum, præco non minus ipse, quam mansuetissimus equus S. Cu
neræ meritorum.

Nec minus curare morbos & vulnera, quam cicurare equorum rabiem volu
S. Cunera. Ginckeliæ in territorio Traiectensi, equus medio perfossus ventr
viribus deficiebat, vt medicinam, & artem omne malum superaret. Opt
bat aliquid saltem compendij ex depositio iam iumento Herus facere; vou
sanctæ Cuneræ si consanuerit, eo statim diuendito: dimidium precij ad aram S. Vi
ginis pendere: coit ilico diuisus illi venter: vires redeunt, venditur, & promissum a
gentum S. Cuneræ ab equite repræsentatur.

Mortuis etiam quandoque sanctæ Cuneræ merita vitam reddiderunt. Del
cium cuiusdam equus erat, quem cum repentina mors Domino eripuisset, spe
nondum eripuit vsum eius, & vitam recuperandi: nam ad promissam S. Cuneræ v
sitationem consurgit è vestigio rediuiuus, & alacer, quem Dominus inscendens
Cuneræ non sine munere stitit.

Illustrius quod subijcio. Vollenhouiæ in superiore parte Vltraiectinæ dioec
sis arcis satrapa caballum generosum alebat, quem mors oppresserat: iam sole
ferreæ pedibus exemtæ erant, & aderant, qui pellem detraherent: puer q
à stabulo erat, doluit vehementer: obstringit se honori S. Cuneræ Rhene
si in templo positurum ceream equi effigiem tanti monimentum prodigij, si reu
geret. Placuit Superis homins desiderium: redit anima, vita, & hinnitus equ
consurgit, se inscendēdum offert famulo, qui quatuor soleas ferreas, quæ hodie ac
huc seruantur cum cerea effigie equina offert: Satrapa Deum, & S. Martyre
gratijs, & laudibus prosequente. Addit anonymus vitæ autor, innumera esse,
quotidiana istiusmodi circa bruta prodigia, quæ ob nimiam frequentiam vilescan
nec omnia possunt mitti in tabulas: sed ea tantum, quæ notitate rei insigne quic
dam continent, obseruari.

CAPVT XXXIX.

Vindicta diuina in sacrilegos, & blasphemos.

VT in pios benigna S. Cunera, sic in sacrilegos immitis, in blasphemos seuera, i
tamen vt pœnitudo delinquentis possit seueritatem mitigare.

Anno 1499. Dux Geldriæ subito & inopinato instructus peditum & equitun
exercitu Rhenam occupauit; & militibus oppidum diripiendum propinauit
illi flamma, ferroque sæuiunt, domos ciuium effringunt, nec à sacris e
iam locis sacrilegas abstinent manus: iam æde sanctæ Cuneræ violenter re
serata sacra diripiebant, & duo præsertim equites insignitè improbi, non ob
uia tantum rapiunt, ipsum templi pauimentum scrutantur, & terram emc
liuntur altius, si forte alicubi reconditus thesaurus lateat: luêre sacrile
gium, vt pœna corporis, sic animæ: nam ingens sepulcralis lapidis moles in fodien
tes, nõsine numine ruit, obterit, sepelit; vulgatur toto oppido vindicta numinis; quā
do aliquanto serius pulsatis tympanis seuerè militibus præconis voce interdicitu
ne Deo

nt Deo dicata loca effringant, spolient, violent: ita tymbus S. Cuneræ pretiosus, qu em Harpyæ istæ cum anathematis, rapacibus presserant manibus, remansit in- latus: exercitus verò mouit se loco, oppido excessit, Rhenamque S. Martyris re- liquit custodiæ.

Atque vt isti manus, sic alij maledicam linguam, non tamen impunè in S. Marty- ra acuerunt. Vlotensis quidam vt vita, sic lingua improbus An. 1368. diuerterat in it eo tempore, quo ex omni Belgio ad S. Cuneræ translationis festum diem pe- grini vndique confluebant, vt supplicationis pompam, quæ cum S. Martyris exu- s per eum locum solenni ritu deducebatur, religiosè prosequerentur: hic sine fronte, ferrei, & sacrilegi oris homo, in blasphemas erumpere voces. *ccine illa Virgo S. Cunera; imò lena: nunquid lenocinium facit, ad quam lupæ, corriuales omnis amasiorum cohors vndique conuolat, vt suis quisque pietatis prætextu indulgeat moribus?* Audierat Diua, & medicinam non talionis pœnam machinata, deijcit minem, & terræ afflictum in rabiem finit agi; vt ante ferreo, sic canino & rabido manus, brachia, membraque alia laniet: laniasset certè, nisi parentum aliorum- e hominum interuentu violenter tentus fuisset & cohibitus. Aderat in supplica- ione Nicolaus Dordracensis D. Augustini ascetæ religiosus, qui eo tempore, eo- m loci verba ad populum de S. Cuneræ laudibus faciebat: ad hunc cum res dela- esset, indicit pro misero preces; communis fit populi precatio, & nomine rabidi ta nuncupantur: horæ intercurrit spatium, ne quis de rabie præsentium dubita- ; cum redire ad se miser, suam deflere oris impudentiam, ilico ad pedes Sacer- tis se abijcere, de noxa se accusare, & cum lacrymis vota pro se nuncupare, de- ò se conceptis verbis obligare: ita quotannis festo S. Martyris ad S. Cuneram ijt, stetitque ei ad mortem vsque firma, & constans corporis valetudo.

Blasphe- ma in San- ctã vox.

Vindicta diuina.

Pœnitẽ- tẽ sanat.

Sequenti seculo sub An. salutis reparatæ 1419. æquè effrenis linguæ, & proiectæ æ homo, miles reor: eques certè; dum ipso S. Cuneræ peruigilio; circa Mõtensem rtam Rhenensis oppidi obequitat, quam peregrini eo tempore magno numero intrabant, ore deterrimo has effudit voces. *Hem quot fatui, & fatuæ conuolant, vt uæ faciem* (ita S. Cunerã nominabat) *contemplentur?* Audijt Deus; & equus in cur- protinus effractis ceruicibus corruit mortuus; itaque humo affligit hominem, vt stridie blasphemam effuderit animam: expertus vindicem etiam Diuam; sed miti do; & huic pœnitendi tempus precibus suis impetrarat, si resipiscere, & illo ma- licus vti voluisset.

CAPVT XL.

Antiquissima consuetudo Cliuensium, & Geldriensium probandi periuros ad S. Cuneræ reliquias asseritur.

AVctor Anonymus, qui 120 abhinc annis S. Cuneræ miracula Belgicè typis vul- gauit: negat centesimam prodigiorum partem conscriptam esse, quæ Deus S. uneræ meritis circa iumenta, hominesque dignatus est perpetrare, nec tamen mnia, quæ tabulis signatis testata reperit; sed insigniora tantum selecta esse, ne si- ilitudo prodigiorum aliorum fastidium legenti pareret. Facilè huic ego subscri- ero: nam ipse tantum ferè quæ ab A. 1330. ad 1515. contigerant videtur commemo- re ab Eleonoræ temporibus (quæ ad S. Martyrem genus, & sanguinem suum re- rebat) cuius imperio deinceps videntur accuratius esse adnotata: nisi fortè lon- us quædam spectent, quibus nota temporis abest.

Porrò iã inde à S. Willebrordi æuo (qui S. Martyris prodigia A. 700. examinauit, fidis testibus auditis approbauit) perpetua temporum successione continuata nt, licet lapsu temporis ignoratione, vel obliuione exciderint, vestigium

Vita S. Meinvverci c.37.

huius rei clarum mihi vita S. Meinwerci,& ipsius acta circa A.Domini 1015. suppe ditant:testantur enim eo tempore periurij probationem ad S. Cuneræ Virginis & Martyris ossa solitam esse celebrari,his verbis:*Episcopus*(Meinwercus)*nihil se prate iustitiam exigere dixit,& eis ad suæ iustitiæ ostensionem reliquias Sanctorum exposcentibu ipse non renuit;silico allatis reliquijs de Ecclesia vicina constructa in honore S. Cuneræ, i quibus iurare consueuerant.* Hactenus vita. Ambigunt nonnulli,an ea tentandæ fid ratio licita videatur:eam breuiter ex ipsis fundamentis asseremus.

A. 1015. periuri ad S. Cuneræ reliquias puniebantur.

Per iuramentũ licita prohatio.

Delrio l. 4. Disq. Magi c. 4. q. 3.

Principio certum est apud orthodoxos,licitam esse canonicam, vt vocãt, purg tionem,& regulis Ecclesiastici iuris cõsentaneam: quæ duplex est:prima per iusi randum,qua ratione S.Greg.M.*c.presbyt.12.cum* 4.seqq.*q.*4.voluit varios se Episc pos purgare:Innocentius *c.super causa q.4.* Leo *c.omnibus.*ibidem id ipsi fecere Pon tifices Sixtus *c.Mandastis* Leo 3.*c.sæpè contingit*,Pelagius *c.si Episcopo.*

Et per reliquas. Martyrũ.

Altera purgatio fuit olim perquam vsitata,vel per augustissimi *sacramẽti Euchar stici sumtionem.* eam fusè defendit Delrio;vel per sanctarum reliquiarum cont actum,quo vti plerique ad periuro pœnam diuinitus infligendam consueuere:pet bantque,vt qui contra animi sententiã innocentiæ suæ Deũ, præsentemq; Sanct testes inuocasset,eũ pœna statim cõsequeretur culpæ comes,qua publicè peieras cõuinceretur.Fuit hoc beneficiũ singulare præcipuè Sanctis Martyribus à Deo d tũ,vtita fidem,& iustitiã mortaliũ tuerentur:& merito:vt qui fidẽ Christianã oli aduersus infideles præclara testificatione propugnassent,ijdem iã Christi in cœlo deles testes,eandẽ impunè violari periurio non sinerent:morẽ hunc iam sua æta viguisse testatur S.Augustinus,idque tam Nolæ, quam Mediolani factum mem rat. S.verò Gregorius fatetur periuros Romæ in Basilica SS.Processi &Martiniani malignis spiritibus exagitatos dedisse pœnas fidei violatæ.Idem euenit ijs,quos a tea in vita S.Meinwerci dixeram paratos fuisse ad iurandum coram S.Cuneræ r liquijs,vt vitæ scriptor subdit:*septem viri ad reliquias accesserunt,& manus,vt iurarent apponentes,mox cœlesti plaga percussi:quatuor ex eis oculos amiserunt;alijs tribus erecta m nus obriguerunt,& omnibus diebus vitæ eorum tali plaga mulctati permanserunt.* Hi licet eam etiam dissoluere quæstionem. Possisne quandoque offerre iuramentu ei,quẽ peieraturum non vanis indicijs conijcis:nam si grauis causa vrgeat, licet b norum temporalium lis moueatur, potest quis permittere cum S. Meinwerc quod alterum sola peruersitate animi facturum præuidet.

Antiquitas huius consuetudinis.

Tempore S. Augustini.

Periuri puniti.

Mirum videri posset,cur non ad S. Cuneræ reliquias more locis illis vsitato i rarint:nam vitæ autor ait de illis,*Episcopus abiecit eas, & prolatis de Apothecis suis rel quijs SS.Apostolorũ Petri & Pauli & S.Blasij,super eas eos iurare fecit.* Ergone vel de ma tyris huius sanctitate dubitauit,vel de reliquiarum veritate;quas Deus huc vsq; t prodigijs decorarat? neutrum existimo: sciebat quadringentos iam annos iust S. Willebrordi quotannis illam duplici solennitate honorari, nec ignorare prod gia poterat,quæ in patria sua gesta meminerat: Patriam enim S. Meinwerci circ Rhenam fuisse ita Browerus initio scholiorum affirmat. *Cum Meinvverci acta i trospicio,patriam certam ei fuisse conjcio,vnde heredia ferè paterna, & auitas opes promsi & in Ecclesiã Paderbornensem larga manu congesit:hanc in Geldriæ, & Vltrarectensis Ec clesiæ finitima regione collocari video,qua Rhenus Vltraiectum petens, Rhenensium oppidu S.Cuneræ patrocinio clarum præterfluit, quo in loco domicilium habuisse maiores appare*

S.Meinvverci patria propè Rhenam.

Cur igitur patriæ suæ Diuam tutelarem ita auersatum credimus, vt eas reliquia abiecerit?an durius & horridius vitæ scriptor locutus est, quam ea S. Episcopi pie tas patiatur?aliquoties id loco citato Brovverus culpat in ipso:dum eum *sui æui ho minibus loqui*,ait,*hoc est incondito & parum polito sermonis genere, & quia verborum i non minore asperitate,quam locorum & hominum obscura narratione ab illo perfectum est inde scilicet ex horridula illa in literis ætate vltro consequitur, vt fastidium pariat*,hæc d autore vitæ Brovverus. Quamuis alijs etiam illa vox *abijcere*, valeat idem quod *no eligere,non assumere*,phrasi sacris scripturis vsitata, vnde Isaiæ 41. capite dicitur *eleg te,& non abieci te*,sic idem est abiecisse reliquias, quod non assumsisse, non elegisse

in eum

ieum finem: dum præfert iuſtis de cauſis ijs alias ſanctorum Apoſtolorum & S. Baſij, quas Roma recens tulerat dono ſummi Pontificis Benedicti acceptas, vt c. 2. vitæ dicitur: Potuit igitur cultu ſingulari, hos præcipuè Diuos colere, quorum ſacras exuuias circumferebat; potuit ſubdubitare, num Mater loci domina, ſubornaſſet oſſa quædam adulterina, ad quæ ſecurius peierarent ſubditi; potuit etiam, vt erat ſanctitate præpollens diuino afflatus ſpiritu cognoſcere, eam periurij detecti gloriam velle Deum ſanctis Apoſtolis attributam.

Nec quis exiſtimet à S. Meinwerci matre facinus hoc alienũ, quæ nuper manus ſuis proprij filij nece cruentarat: quæ iam tum ſubditos ad periurium (vt non ignorat S. Meinwercus) induxerat, quam nec mortuam Eccleſia Colonienſis, in qua tumulata erat, non Rhenus ipſe, in quem poſtea cadauer abiectum eſt, ferre potuit: ſed tantis tempeſtatibus turbari omnia viſa, vt cœlum terræ miſceri, & omnia exitium vltimum adferre viderentur. Mater eius mulier ſceleratiſsima.

CAPVT XLI.

Miracula S. Cuneræ quæ hoc ipſo tempore fiunt, ex relatione Reuerendiſsimi Philippi Archiepiſcopi Philippenſis, Vicarij Apoſtolici.

NE quis de fide miraculorum S. Cuneræ & vita dubitaret, è qua ſumſi, quæ in medium de S. Martyre attuli, optaui cenſuram, & iudicium Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Philippi nanciſci: quod is humaniſſimis literis, pro ſuo in ſanctã Martyrem affectu, manu ſua exaratum mihi curauit tranſmittendum: id eo libentius feci, quia meminit miraculorum, quæ hoc ipſo noſtro tempore contigerunt, & quam ipſam, cum ijſdem à me narratis miraculis, tam in typis vulgato, quam M. S. libro ſanctæ Martyris capſæ recondito reperit: ſed ipſa libris Aſceticis orbi celebrandi Archiepiſcopi verba audiamus.

DE VITA ET MIRACVLIS S. CVNERÆ VIRGINIS & Martyris Rmi Philippi Archiepiſcopi Philippenſis.

DE vita, morte, ac miraculis S. Cuneræ Virginis, ac Martyris veriora ac ſolidiora ſcribere ac referre non poſſum; quam quæ tum ſcripta, tũ impreſſa ante centum & plures annos, nueni ante paucos annos incluſa capſæ, quæ caput, & maiorem partem corporis eiuſdem S. Martyris continebat ſimul cum manutergio, ſeu mappa manuali, qua ſtrangulata eſt, & duabus vittis crinalibus ſeu capillaribus (huyven belgicè appellamus) quæ omnia in bona cuſtodia apud nos conſeruantur, & in veneratione ſunt. Quod attinet ad S. Cuneræ vitæ hiſtoriam, manuſcriptam ante ducentos ferè annos, eam ſatis ſolidam puto. Adiungo hiſce copiã hiſtoriæ.

Quoad miracula ad memoriam S. Cuneræ facta, ſatis magno numero notantur in dicto libro M. S. & credo in exemplari impreſſo, quod Coloniam miſſum & eodem contineri. De alijs recentioribus, vel circa noſtra tempora factis, nihil certi habeo, niſi ex relatione quorundam virorum; nec licuit plenam hactenus informationem ſumere. Scio tamen vnum vel alterũ, qui cum periculoſa admodum obſtructione gutturis laborarent, cum miſſam ſibi à nobis particulam reliquiarum S. Cuneræ deuotè gutturi applicarent, ſanitatis gratiam recepiſſe, eamq; Deo per interceſſionem S. Cuneræ acceptum retuliſſe.

Conſtat, quod S. VVillebrordus, cum intelligeret ad ſepulcrum S. Cuneræ crebra miracula fieri, adhibitis SS. Adelberto, & VVerenfrido, vna cum alijs de Clero & populo ſacras Virginis reliquias circa annum à Natali Domini ſeptingenteſimum integras repertas eleuaſſe, & decentiore loco recluſiſſe pridie Idus Iunij: quem diem, ſicut & diem Martyrij eius, qui incidit in quartum Kalendas Decembris, celebrem eſſe Rhenenſibus decreuit. Ex Vltraiecto die 12. Martij An. 1638.

Philippus Archiepiſcopus Philippenſis Vicarius Apoſtolicus.

Atque hæc de S. Cuneræ admirandis patratis operibus ſufficiant; nunc Rhenanum adeamus, vbi S. Odiliam Patrum Crucigerorum Diuam tutelarem Coloniâ translatam Deus quotidie adhuc luculentis decorat prodigijs.

CAPVT XLII.

S.Odilia peste infectum Huiense oppidum liberat.

ILlustriora S.Odiliæ Diuæ tutelaris Patrum Crucigerorum miracula,paucis pla
cuit adnotare,vt appareat singulas ex hac sodalitate Virgines plurimũ apud De
posse,si pares cultores reperiant;id manifestè docent Indicæ literæ : nam isti Neo
phyti quale quale Virginis anonymæ Vrsulanæ cranium vel os nanciscuntur, ea fi
ducia,& pietate venerantur, vt continuo inclarescat prodigijs: ac primo quide
vti S.Vrsula Colonien sium,& Anglorum Patrona,eos sæpè tutata est:& S.Aureli
Argentoratenses;sic Huiense oppidum (S. Odiliæ tutelæ commendatum)olim
Grauis contagio. contagiosa lue meritis huius Diuæ fuit liberatum. Nam cum 1482.sæuissima pest
oppidum inuasisset,ea tam fædè ciues est depopulata,vt domus passim viduarentu
inquilinis;è Nosocomio quinque quotidie funera educerentur:sed anno verten
creuit contagio tali incremento,vt densatis indies funeribus,oppidum non ita an
plum ad quatuor hominum millium internecionem deuastarit:tunc communi co
silio decreta solennis est ad omnia Diuorũ templa supplicatio, deportatis omnibu
Supplicatione cum feretro S. Odiliæ. vrbis reliquijs,præsertim S.Odiliæ capite,eiusque corpore à quatuor Sacerdotibu
in feretro delatũ per oppidi præcipua loca,quod insigni pietate stipabant primor
ciuitatis accensis funalibus,vt palam testarentur,à quibus potissimum reliquijs lu
remedium flagitarent. Pictati respondit euentus:lustrata enim vrbe, præsertim e
qua contagium serpebat latius, breui tota cessauit infectio, complures, qui ven
Sedatur. num pestilens cum aëre hauserant, subitò reualuerunt, dum fontem contactu s
crorum ossium,& solenni prece consecratum biberent, vnde fama liquido per vi
bem consciam increbuit;vt huic Diuæ, & luis omnia vastantis depulsio, & ægr
rum respiratio ex inualetudine cõmuni suffragio tribueretur.

Eo tempore malum corripuerat Margaretam filiam Ægidij Delsene;auxit pe
riculum partus difficultas,& dolores comites hoc grauiores, quod tempus consue
tum anteuerterent:parens pro vita filiæ perquam solicitus ad S. Odiliam confug
supplex,non sine lacrymis filiæ commendat angustias,opem rogat: eandem Reli
giosorum enixè commendit precibus: iam domum abituro exporrecta fronte fa
mulus occurrit,optimi nuncij baiulus, nam & peperisse narrat feliciter filiam,&
luem fugatam:redit gratus ad S. Odiliam senex,munus agnoscit cœleste: seque &
filiam voti ream libens profitetur.

Et quia parturientis incidit mentio,Ioannis Theobaldi ciuis Hujensis vxor, cum
immoderatè partus dolores ferret, nec abesse multum à mortis limine videretur
maritus pro affectu ad S. Odiliæ sacras recurrit exuuias: voto fœtum nasciturum
Parientẽ iuuat. S. Odiliæ obligat;cum pretio redemturus,si doloribus vxor liberetur : atque dum
tristis domum repetit, lætus occurrit nuncius,vxorem incolumem,& prolem quo
mireris per indolentiam etiam enixam esse refert. Non ingrati S.Martyri parente
sistunt & offerunt S.Virgini sobolem,quam varijs oblatis muneribus pia nundina
tione redimunt:vt se proles olim quasi mancipio deuotam S. Odiliæ grata memi
nisset.

CAPVT XLIII.

Febres curat.

ANno Domini 1485.Maria le blan Hujensis ciuis vxor febrili æstu nõ simplici ar
debat,multis consilijs ad frangendam morbi pertinaciam infeliciter adhibitis

ani-

armaduersum est, mali vim prolixius interim crescere. Vltimum instabat vitæ discrimen, ipsa desperata mulier boni consilij autor S. Odiliam inuocat, mittit etiam qui vndam sacris eius cineribus contactam adferant, non dubia præcepta sospitatis ilicò recipiendæ: adfertur sacer fons, magna animi religione spei plenoro medicamentis hauritur; eodem temporis puncto & fontem sacrum bibit, & aegritudinem depelli sensit: quæ paulatim S. Odiliæ precibus tota ablegata est: nec tardior in soluendo voto Maria, quam promtior in promittendo: quotidie statorece S. Martyrem veneratur, quot mensibus aram visit & accensis cereis illustrat, vt se beneficij ostendat memorem, & toties alijs exemplo suo spem faciat eiusdem S. Virginis meritis obtinendi.

Anno 1614. Margareta ijsdem æstuare caloribus postridie Assumtionis Deiparæ cœpit, stupebant corporis sensus; lingua imprimis gustum amiserat; multis medicorum suppetijs, quæ vndique arcessebantur, hoc vnum profitebatur, vt dolor augescere videretur, & pluribus testibus deposita credebatur: eundem sacrum deposcit laticem; haurit religiosè cum liquore sanitatem; vigor redit corporis, & vires animi, illa ad S. Martyris sacros cineres grata euolat, & indies huius memor beneficij finem non facit Virginis prædicandæ.

Eodem anno Domina Maria de S. Vito vxor Domini Petri de la Rue, graui, hebdomadaria percussa inualetudine est: violentia morbi mentem adorta, omnem eius vsum intercepit; adhibitus medicus, nec quid morbi esset discernere valuit; omnia non nisi propinqui funeris præsagia videbantur: ita fuit opus eam vltimis sacris communire. Feria tertia septimanæ sanctæ agebatur, cum ipsam mox iundam subit S. Odiliæ memoria; aliquid reliquiarum exposcit auidè: phiala huæ (illa reor quæ in sepulcro eius reperta fuit) adfertur, è qua dum bibit, sanitatem hauritur: vt die Iouis sancto in Ecclesia Parochiali sacra fuerit refecta synaxi: atque ne ingrata Virgini videretur, appenso chirographo publico signo muno, testatum posteris voluit S. Martyris prodigium.

Recentius subiungo An. 1617. mense Octobri, feminam duplex incessat morbus, febris cum fœda ventris profluuie, quæ breui mulierem ad vitæ discrimen adduxere, cum autem paroxismo nonnihil remittente S. Odiliæ suffragia supplex imploraſſet: hausisseteque etiam sacram vndam, ea æstus febiles subitò restinxit: stitit alui lubricitatem, vires pristinas restituit, & ipsa vti rea visit ædem S. Martyris, ac pensum quotidie Virgini memoris animi persoluit.

CAPVT XLIV.

Apoplexiam, morbum caducum, & Herniam sanat.

ANno 1483. prænobilem feminam in Treuirensi Diœcesi apoplexia inuadit; abijcit, eamque omni brachiorum, manuum, pedum, media oris parte & oculorum vsu priuat: triste amicis spectaculum, magnam partem facultates suas expenderat, vt valetudinem medici accurarent; sed rebus indies peioribus, incessit cupido visendi S. Odiliæ limina, locum multis passuum millibus disiunctum, auida tangendorum sacrorum cinerum: nam certam sibi inde salutem pollicebatur, deportatur ad Ecclesiam: sed accedere prohibuit ingens hominum multitudo, quæ anniuersarium diem festum celebrabat: summota turba, spei plena deponitur iuxta sepulcrum omnibus in orantem intentis oculis: ecce prodigium: ipsa rursus membra motitare incipit, nam fusus quidam toto emortuo corpore quasi humor vitam, &

vigorem sensibus, & membris attulit, vnde stupentibus cunctis erigit se in pedes, nullo nixa fulcro sana abijt, sana perseuerauit, ne tamen prodigij sepeliretur memoria, affabre factum caput, ac varijs ornatum monilibus, Diuæ reliquit pignus amoris, & monimentum obtentæ sanitatis.

Duobus post annis Aleidem Wanam morbus comitialis obnoxiam fecerat hæc excita fama prodigiorum è pago Waremiensi in Hasbania, Hujum se trãsportandam curauit; voto etiam se damnat quotannis redituram, & accepti benefici memoriam celebraturam: remedium vti flagitauit, impetrauit, libera abijt, & mansit; redijt quotannis grata pro incolumitate.

Voluit è sacra sanctæ Crucis familia Deus S. Odiliæ præconem excitare: hunc permisit An. 1612. in vigilia SS. Omnium cum noctu matutinas horas decantaturus surrexisset, hernia prorumpente cruciari: & quamuis quatuor dies dissimularet frustra, visceribus nimium prominentibus indicare cogitur: vocatur chirurgus, artis vt habebatur peritissimus, operam lusit: eodem successu Leodienses Medici, ad eos te ablegatus, sudarunt tertia vice; sed redijt, vt ante viscera nondum coalescentibus nec solidatis, eluſa Physicorum opera. Damnatis ergo humanis artibus, ad S. Odiliam se conuertit; vouet se S. Martyris translationem, & prodigia typis vulgaturum: ipsa illa hora finem dolori posuit; paucos intra dies coalescunt viscera; plene curatus; atque hæc, quæ de S. Odilia dixi & dicturus sum, literis consignauit.

CAPVT XLV.

Religiosorum varios fugat morbos.

ERat familiæ S. Crucis Henricus de Nouiomago Præfectus generalis, hic domo Leodiensis, ex Priore Parisiensi toti Præpositus Religioni An. 1433. ex arthritide, tibiarum, & pedum vsu destituebatur: quod diuino consilio perpessus videtur vt pro S. Odiliæ honore propagando, collecta stipe thecam argenteam compararet, qua sacræ martyris exuuiæ decentius reconderentur: nam vt se voto obstrinxit pecuniam in eum finem colligendi, statim pedibus valere cœpit: Ergo in viam se dedit, domos nobilium & optimatum mendicus concursauit: & tantum collegit argenti, quantum ad caput sacrum capsa argentea vestiendum satis esse videbatur, quo conquisito vigor tibijs, & pedibus ex integro redijt; nec deinceps vnquam doloris vestigium expertus est.

Occasionem prodigij huius dedit aliud, quod Gilberto Fraitur accidit; hic cum incredibili membrorum omnium infirmitate laboraret, nec dolor oculis quietem permitteret, vbi se S. Odiliæ supplex commendauit, ipsam S. Martyrem præsens oculis intuitus est, quæ infirmo in mandatis dedit, Præposito Generali suo nomine præciperet, vt collectis piorum hominum eleëmosynis, argenteam capitis effigiem, cranio suo adseruando curaret conficiendam; Rem omnẽ præposito Generali patefecit; Gilbertus, qui vbi se, vti dixi, voto obstrinxit virginis honorem promouendi, meliusculè habere cœpit: sed vbi sacrum caput capsæ argenteæ arte elaboratæ inclusit, totus consanuit.

Simile auxilium acriori in dentium dolore expertus est Petrus de Que[illegible] Hujensis Religiosus Sacerdos: hunc cum aliquando cruciatus intolerabilis premeret, ad asylum miserorum, aram S. Odiliæ supplex confugit, preces sensit Diuæ non ingratas: abscessit dolor; quod beneficium vt perpetuum esset, quotidie stata prece Virginem salutauit.

Ruptus erat Andreas Stommel Sacerdos, & Hujensis Sacrista; nullum à chirurgis & medendi peritis remedium: vnum angebat ægrum, quod grauis alijs, vsibus sacræ religionis inutilis videretur, qui alijs seruire venerat, & Dei causa varijs exerceri laboribus restabat perfugium vnicum S. Odilia, huic ieiunium vouet annuum,

atuum,pridie eius festiuitatis:reducta aduerũt statim,&redacta viscera,sic mansẽ;&ipse gratus suo quotannis voto se exsoluit.

CAPVT XLVI.

Vindicta Diuina,alterum meritis S. Odiliæ seruat, alterum tollit.

ANno 1485.Sacerdotem,cum nocte carnis voluptati succubuisset,& spreta exhomologesi Diuina mysteria sacrilegè tractare aggrederetur,subitò ad aram corporis horror inuasit,vt æger ab Altari pedem referre cogeretur: ingraueſcebat morbi vis; ijsque quotidie augmentis, vt medicorum iudicio conclamatus censeretur;ideò ad S. Odiliæ confugit opem;delicti veniam, & statas pollicetur Sanctæ Virginis honori preces:ilicò langueſcit dolor,vires redeunt, peccatum expiat, & cum eo reliquias omnes inualetudinis ejcit.

Illud terribile,quod feminæ Leodienſi An. 1484. euenit,quæ cum desperatis remedijs vi morbi parum à mortis abesset limine;excitata miraculis S. Odiliæ,mutatis verbis Diuam ingeminat: votoque nuncupato se Martyri obligat. Audit truncata etiã verba beneuolis auribus Odilia,præsenti sanitate votum exigit; quod illa de die in diem differt;non tulit iniuriam, & voti violationem Deus:fortè ad S. Lamberti Basilicam itabat mulier:iamque vestibulum subibat,cum resupina cadit exanimis, omnes quotquot mulierem norant,norant autem plurimi, eam violatæ fidei pœnas luisse constanter affirmarunt: vt rectè moneat scriptura: *Si quid vouisti Deo,ne moreris reddere:displicet enim infidelis & stulta promissio.* Eccl.c.5.

CAPVT XLVII.

Adest morientibus S. Odilia.

VTi viuis sic morientibus propitiam se S. Odilia exhibet,& hoc magis, quo animæ salus potior valetudine corporis, An. 1614. Ægidius Ducquet Hujensis sacerdos graui tentatus est inualetudine,quæ in lentam tabem desijt,hanc constanter,& piè tulit corpore emaciatus,vt ægrè cutis solis adhæreret ossibus:iamque extremam luctam vltimis munitus sacramentis vale dixerat fratribus:cum voce compressa silet defixis in crucis effigem oculis;inde leui somno quartam horæ partem quieuit;mox euigilans voce hilari in hæc prorupit verba. *Crux vicit;Sancta crux vicit,S. Odilia:* aderat secretorum arbiter;rogat moribundum, quid ista velint? cui ille. *Quæ video? præstigiator adest tartareus,molitur varias peccatorum illecebras;sed illius ornamenta conuellit S. Crux,& adspectus,Patrociniumque Diuæ tutelaris nostræ S. Odiliæ,* ecce ait (intento tabulatum digito monstrans) *hians ille lupus:hic verò adstat S. Martyr Odilia; vexillum crucis opponit, & vires orci dissipat.* His dictis animam reddidit Creatori,& Duce S. Martyre victor de hoste tartareo triumphauit:Hæc fusè Bannelius persequitur. Nonnulla recentiora addit Henricus Russelius Prior Succiacensis An. 1635. Coloniæ de vita Martyris huius vulgatus.

CAPVT XLVIII.

S. Sigillindis, & Quirilli corpora magnis clarent miraculis.

S. Sigillindis, vt sæpè dixi, Regia Britannorum familia progenita, Coloniam venerat cum Quirillo Sacerdote, qui ei à sacris erat: ibi obseruata populi pietate illecta loci Magdalenæi suburbani solitudine, & amœnitate, adiunxit se Virginibus, quæ in secessu illo Deo militabant; donec oraculo diuino accepto, quando S. Vrsula Coloniam appulit cum Parthenico exercitu, Romam abijt, indeque redux cum ea sodalitate eodem loci Martyrio coronata, & sepultura nobili honorata est.

Postea diuinitus sanctimonialibus loci illius suburbani corpora S. Sigillindis & Quirilli sunt indicata, quæ ad eum diem in sacello condita delituerant, ea magna religione eruta translata sunt in templum augustius propè aram maximam; hodie tamen diuorum istorum corpora in Ecclesia ad læuam in ingressu ad chorum continentur, qui circa S. Engelberti tempora templo accessit: vix ad alium locum sacræ exuuiæ deportatæ erant, cum SS. illi Martyres magnis cœpere clarere miraculis: nam claudi erecti; cæci luce affecti: morbidi persanati, ipsi mortui ad vitam reuocati, ita loquuntur loci archæa.

Negligẽtia maiorum. S. *Aug l. 22. C. D. 8. 1.*

Porrò tribuendum hoc seculorum istorum simplicitati aut neglectui, qui contenti præsenti & suo fructu, non consignarunt literis, quibus eæ personis, & temporibus cœlitus contigerunt. Ipse S. Augustinus conqueritur *multa ad memorias Martyrum facta ignoratione, aut obliuione famæ excidisse, atque adeò in ipsa vrbe Carthaginensi euenisse, quæ Carthago nesciat.*

Vnum tamen reperio paulò accuratius adnotatum. Femina erat è Francia eo fortè tempore, cum Agrippina Francorum imperio premeretur: hæc aquis suffocata, tres ipsos ferè dies exanimis iacuerat: iam tum celebris miraculorum Sigillindi fama passim vulgabatur, quid ni tentarent amici sanctorum Martyrum experiri benignitatem? defertur ad Ecclesiam cadauer; abijcitur ad monimentum sanctorum Martyrum propè aram, fiunt adstantium pro demortua preces; illi redire vitam, oculos aperire, circumspicere præsentes, palpitare manibus, seipsam erigere; & optimè de se meritis sanctis Martyribus grates, debitasque laudes persoluere. Hæc ex archæis, & antiquissimis monimentis templi Machabæitici dedimus: Porrò par magna corporis S. Quirilli modò quiescit in Monte veteri.

CAPVT XLIX.

Festi S. Aureliæ violatores, Argentorati viginti tres terra opprimuntur.

A Martyribus Vrsulanis venio ad miracula earum, quæ ante aduentum Coloniam vsque, sine sanguine in pace decesserunt, primas in ijs iure sibi vindicat S. Aurelia Argentoratensium Diua tutelaris, cuius laus in Romano Martyrologio Tria seligam, quæ commendator loci Argentorato transmisit An. 1637. in Octobrim ac primò pœnam, quæ festi violatores oppressit. Multo tempore dies S. Aureliæ Argentorati festiua solennitate obseruatus est: sed cũ remitteret sensim pietas & Diuorum cultus, eam festiuitatem ciues paulatim neglexerunt, ita quidem, vt cum vacatio laborum indiceretur, ea parui æstimata, publicè etiam nonnul-

seruí-

ſuilibus operibus exercerẽtur. Deus qui ſponſam ſuam S. Aureliam cupiebat ab
colis honorari, in feſti illius violatores animaduertit ſeueriſſimè: exierant eo die
ies promiſcuè viri,& feminæ argillam effoſſuri, quæ plurima eſt ad templum ru-
bum vt vocant, prope Argentoratum. Iam foſſam prælatam ſubierant, egeſturi
ore ſuo; & manus operi admouebant, cum momento quaſi temporis terra con-
clit,fouea completur:hominum viginti tres obruti viui ſepeliuntur.

CAPVT L.

Sepulcri S. Aureliæ violator à Damone obſidetur,& cadauer tertio è terra eijcitur.

HOrrificum eſt quod ſubijcio, & Philippo Rege Argentoratum obſidente factum ſcribitur:res altius ex Argentinenſium annalibus eſt repetenda.
An.1199. Henrico 6. Imperatore iam demortuo, licet non pauci Principum filio eius Friderico fidem ſuã obligaſſent;quia tamen annis minor neceſſitatibus Reip. ndum ſubuenire, neque pro dignitate poterat Imperio præſidere, magna pars Philippum Sueuiæ Ducem eius Patruum Imperium detulit. Alij Ottonem Eunſwici Ducem contra legẽre, hunc etiam Innocentius 3. autoritate ſua com- Schiſma imperij
bauit:vnde ciuile bellum magnum,& diuturnum exarſit. Erat eo rempore Argntinenſium Antiſtes Conradus ſecundus,qui licet plerique adRhenum Epiſco- Conſtantienſis,Baſileenſis,Spirenſis,Wormatienſis, Moguntinus Philippi par- ius adhærerent,ipſe tamen cum Colonienſi Archiepiſcopo non dubitauit Otto- uffragari,ſiue Innocentij Pontificis autoritate permotus, ſiue priuato, vt multi tant aduerſus Philippum & Sueuiæ Duces odio incitatus:ergo Philippus in Al- Philippus Alſatiam vaſtat.
iam adducit exercitum;agros depopulatur,munitiones Epiſcopi obſidio vallat, ceſſu proſpero:nam Haldenburgum caſtrum non procul Argentinâ in planitie llo foſſisque firmum expugnauit, Molshemium direptum incendit,Epiacum e- rtit,cæde & præda totam exhauſit prouinciam,laceſſitus antea Conradi Epiſco- rmis,qui quidquid in Alſatia,& vicinia fidum,&amicum Philippo fuit,peruaſit, deuaſtauit. Peracta deinde apud Moguntiam Philippi coronatione, medio Au- gſto in Alſatiam eadem iracundia, & furore regreſſus, quidquid reliquerat, ab- Guillimãnus in Conrado 2.
nſit,Rubeacum & alia Caſtella occupauit,Argentinam obſidione cinxit,& plu- us hebdomadis oppugnauit.

Eo Philippi Romanorum Regis tempore quidam in exercitu animo præferoci, ad omnem audaciam proiecto miles erat, qui temerario, & ſacrilego auſu cryam Aureliæ templi ſubijt, in qua ſepulcrum eius à terra eleuatius piè à ciuibus lebatur. Ibi diuini humanique iuris immemor,inclamat commilitonibus: *hoc ni-* Violator ſepulcri S. Aureliæ.
rum theſauri nobilis conditorium effringendum violenter, ſi prædæ participes eſſe velint: ox librato in altum malleo,dum ſacrum tumulum ferit, ilicò inquilinum & carficem cacodæmonem ſacrilegus experitur. Ergò furere miſer: & rabidi canis in orem ſæuire dentibus; luctuoſum ſanè & terribile ſpectaculum:mox in ſeipſum Corripitur à dæmone.
ntes furioſus armat:manus primo ſceleratas præmordet, lacerat, deuorat, inde pedes conuerſus pari rabie illos depaſcitur,donec tanti ſacrilegij ſui teſtis,iudex, carnifex tyranno dæmone domeſtico ſubigente, ſceleratam animam violenter turbauit corpore:nondum diuinæ vltionis finis: milites cadauer impium cæmi- Seipſum perimit.
terio communi intulerant;terra dehiſcens egurgitat:iterum & tertium eodem loci mulatur: tertium etiam hiatu terræ egeritur: nec enim flagitioſiſſimum homiem complexu ſuo voluit fouere terra,ne tanto ſacrilegio polluereturr. Ita impleum illud pſaltis Regij vaticinium in S. Aurelia *miſit de cælo,& liberauit me, dedit in probrium conculcantes me.* Chriſtiani Parochiæ illius viſa vindice numinis dextera, adauer nefarij hominis in præterfluentem abiecere, & Deo debitas in S. Aurelia ludes cecinerunt.

CAPVT

CAPVT LI.

S. Aurelia ſingularis Patrona febrientium & muliebri morbo laborantium.

LIcet ſuperioribus ſeculis & noſtro etiam plurimi ad S. Aureliam confugient ægri, quibuſcumque affecti morbi moleſtijs, & miſerijs præſentem medicinam experiantur, loci tamẽ incolæ aſſeuerant eius ſuffragia duobus præcipuè malis, ſingulari priuilegio dominari, febribus & muliebri morbo laborantibus: quiſquis enim his, vel horum altero preſſus eã inuocarit, ſpeiq; plenus ex voto in templo S. Aureliæ munus obtulerit, ſtatim ſolatium & auxilium S. Virginis experitur: quæ beneficia Diuæ illius quotidiana ſunt, & ob frequentiam iam viluerunt, vt præ multitudine literis non amplius conſignentur, Collecta de febrientibus indicat, quam ſubijcio.

ORATIO DE S. AVRELIA.

DEus qui Beatam Aureliam Virginem febre correptam ad te migrare iußiſti, concede quæſumus omnibus nobis eius feſta colentibus, vt eius precibus ab omni poteſtate febrium, & ab omni malo liberemur, atque omnium bonorum futurorum nos facias eſſe conſortes; per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

CAPVT LII.

Reliquiarum ſanctarum raptor punitur diuinitus An. 1503.

SEnatus Colonienſis pro ſuo in ſacras reliquias affectu à Sede Apoſtolica diplo ma obtinuit, quo fulminantur anathemate, quotquot ſacras ex vrbe reliquias exportarint: Ratum id Deus videtur inſigni prodigio habere voluiſſe; cum furem ſacrarum reliquiarum pœna vltrice in remotiſſima Germaniæ parte proſecutus eſt: is patria Memmingenſis Coloniæ olim cum vacaret ſtudijs, octo ſublegerat oſſa: quatuor magno ſuo incommodo ſibi reſeruarat: ideò continuis vexabatur moleſtijs, ipſis Diuis furem vbique inſectantibus, ac meritas repoſcentibus pœnas manus, pedesque miſero defluebant, vt nullum mali remedium ſuperaret: ſcripſi ergo abſens ad Antiſtitam Vrſulanam, & Collegium Sacerdotum, ſupplexque veniam delicti rogans, remiſit quatuor, quæ habebat oſſa, vt vel hac ratione pœnæ relaxationem obtineret. Vulgauit typis hanc ipſam hiſtoriam Ioannes Sollinge cum vita S. Vrſulæ Germanicè edita An. 1517.

Virgines ante martyrium circa Baſileam, & in Rheinfeldenſi comitat mortuas non debeo præterire, luculenta de ijs exſtant prodigia multis iuratis teſtibus confirmata, & Cardinalis Raymundi Gurcenſis autoritate compro bata: quæ licet potuiſſent librum 7. eleuationum, & vndecimum teſtium miri ficè illuſtrare, huic tamen viſum eſt inſerere; & verbis ipſorum, quibus euene runt, rudi quidem, & inculto ſtylo peruulgare: is enim plus fidei apud doctos repe riet, quam ſi pigmentis oratorijs coloretur: proceſſum igitur iudicialem de Virgnum iſtarum miraculis ſeculo ſuperiore ineunte inſtitutum, prout tunc typis excuſus Baſileæ lucem adſpexit, attexam: egregium futurum peregrinationis Romanæ, & totius Vrſulani martyrij apud ipſos etiam heterodoxos firmamentum.

CAPVT

CAPVT LIII.

Processus habitus & factus occasione translationum & eleuationum Sanctarum Virginum Kunegundis, Mechtundis, & VVibrandis in Ecclesia Eichsel Constantiensis Diœcesis, nec non Christianæ in Ecclesia montis sanctæ Christianæ dictæ Diœcesis requiescentium.

Literæ DD. Cõmissariorum ad Illustriss. Cardinalem.

Reuerendissimo in Christo Patri & Domino, Domino Raymundo, miseratione diuina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, titulo Sanctæ Mariæ nouæ presbytero Cardinali Gurcensi, ad vniuersam Germaniam, Daciam, Sueciam, Noruegiam, Russiam, omnesque & singulas earum Prouincias, Ciuitates, Terras, & loca etiam sacro Romano Imperio in ipsa Germania subiecta, ac eis adiacentia Apostolicæ sedis de latere Legato, Domino nobis gratiosissimo, deuoti eiusdem Reuerendissimæ Paternitatis vestræ Bernardus Oegli Decretorum Doctor, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Officialisque curiæ Episcopalis Basileensis, Ioannes Bergman de Olpe Archidiaconus Ecclesiæ Brandiuallensis Basileensis Diœcesis, Ioannes Hammanni Sacræ Theologiæ Professor Ordinis Prædicatorum, & Wolffgangus Boegkli vtriusque Iuris Doctor, ac Franciscus Wiler Prædicator ordinis Fratrum Minorum Ciuitatis Basileensis, Obedientiam, Reuerentiam, & Honorem tum debitas; tumque condignas. Nouerit igitur vestra Reuerendissima Paternitas, quod nos tanquam Commissarij, ab eadem Reuerendissima Paternitate vestra ad subscripta negotia agenda in vim literarum commissionis vestræ, sub sigillo Reuerendissimæ Paternitatis vestræ sigillatarum, & nobis repræsentatarum; quarum tenor inferius est insertus, specialiter deputati, tanquam filij obedientiæ die datarum præsentium, ad villagium Eichsel Constantiensis Diœcesis accessimus; ibidemque Ecclesiã ipsam parochialem, ac sepulturas ibidem iuxta similem vestræ paternitatis commissionem quæsitas & repertas certarum trium beatarum Virginum, scilicet Kunegundis, Mechtundis, & Wibrandis: quarum corpora ibidem sepulta fore dicuntur, inspeximus, ac insuper libros eiusdem Ecclesiæ vidimus, & nonnulla inibi scripta per Notarium subscriptum extraximus, nonnullos etiam testes ad hoc vocatos, & iuratos receptos diligenter in præsentia eiusdem Notarij publici, & Scribæ infra scripti iuxta mentem, & tenorem vestræ Reuerendissimæ Paternitatis commissionem literarum ad nos datarum examinauimus. Quæ singula per nos visa, reperta, & extracta, ipsorumque testium examinatorum dicta, & deposita, fideliter in scriptis redigi fecimus, ac iussimus ipsa eidem vestræ Reuerendissimæ Paternitati ducentes exhibenda, & transmittenda in modum, vt sequitur.

De sepultura Virginum i. testimonium.

Notificamus igitur, & attestamur his præsentibus, quod visis cum omni diligentia dictis sepulturis, & corporibus inibi sepultis, & iacentibus, reperimus vnam sepulturam in Cœmiterio dictæ Ecclesiæ, muro quoque ipsius Ecclesiæ contiguam & longam. Et in eadem sepultura quæ est lapidibus circumdata, ossa humani corporis adhuc adiacentia in debito suo ordine, quemadmodum dispositio hominis est, absque alienatione seu remotione alicuius membri, etiam cum testa capitis, licet propter lapidem, quo desuper cooperti fuerunt, ipsa testa aliquantulum sit mota.

Reperimus inquam in Ecclesia ante maius altare, in choroque eiusdem Ecclesiæ apertam vnam sepulturam, siue vnum sepulcrum latum etiam, cum lapidibus circumdatum, in quo sepulcro ossa duorum corporum humanorum in terræ pulue re seu luto per longum iacent, contigua insimul: per quæ luculenter & manifestè

feſtè apparet,& videtur in vno tumulo ſiue ſepulcro ſimul, & ſemel duo humana corpora fuiſſe, & eſſe ſepulta: ipſa tamen oſſa eorundem corporum propter foſſionem ibidem factam, in teſtis capitum ac alijs partibus ſunt rupta, & diſlocata, ſiue à vero ordine membrorum hominis remota.

Secundũ teſtimonium ex libris.

Poſtquam itaque Reuerendiſſime Pater, nos prænniſſa ſic cum diligentia vidimus, & perſpeximus, ad conſpectionem dehinc librorum ipſius Eccleſiæ diuertimus, quibus diligenter lectis, viſis, & examinatis, reperimus in vno libro Miſſali antiquiſſimo, & de antiquiſſima ſcriptura contineri ſcriptum inter alia, vt ſequitur.

A.1140. offerũtur duo iugera ad honorem SS. Virg.

De anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo Conradus de Adelhuſen & Fratres ſui Albertus, Heinricus, Burchardus, Rudolffus, dederunt huic Eccleſiæ duo iugera in honorem ſanctiſſimi Galli, ac ſanctarum Virginum in remiſſionem omnium conſanguineorum.

Item in Kalendario eiuſdem libri ſub litera C, ſecunda die & ſexta Maij comperimus ſcriptum, vt ſequitur: Kunegundis Virginis, quæ hic requieſcit.

Item in eodem Kalendario in menſis Iulij tertio die continetur ſcriptum: Wibrandis Virginis, quæ in hac Eccleſia requieſcit. Munegundis Virginis quæ hic requieſcit.

A.1286.

Conſequenter viſo & lecto per nos libro vitæ ipſius Parochialis Eccleſiæ antedictæ in Eichſel reperimus inter alia ſcripta, vt ſequitur: Sub anno Domini milleſimo ducenteſimo, octuageſimo ſexto, intrante menſe Maij, Rector Eccleſiæ de Eichſel hos libros Miſſales, Matutinalem, Pſalteriolum; Obſequiale, Paſſionale Breuiarium, Librum vitæ, & Caſulas quatuor albas, quatuor lapides Baptiſmi, Imaginem B. Virginis, campanam maiorem, calicem, vexillum, truncum, quo ſeruatur theſaurus Eccleſiæ; tres lampades ardentes ante ſepulcra Virginum, capſam cum ſanctuario, Eccleſiam ampliari in ſedecim pedibus, & chorum in viginti duobus pedibus, altare ad feneſtras, & cetera Eccleſiæ neceſſaria in honore Beati Galli, & Beatarum Virginum hæc omnia fieri huic Eccleſiæ procurauit.

3. teſtimonium lampades ante ſepulturam.

Item in eodem folio eiuſdẽ libri inter alia continetur ſcriptum vt ſequitur: ordinauit dictus Bertholdus redditus duorum ſolidorum ad emendum oleum, vt lampades, quæ pendent ſupra ſepulcra Virginum, in ſummis feſtiuitatibus per hæc accendantur.

Similiter in eodem libro vitæ, in alio folio ſcriptum continetur, vt ſequitur

Notum ſit omnibus ſucceſſoribus meis, quod ego Bertholdus de Heydelbergl Rector huius Eccleſiæ ordinaui, & conſtitui cum voluntate, & conſenſu Heinrici Dapiſen de Rhinfelden Patronum prædictæ Eccleſiæ, quæ de conſenſu, & iuſſu omnium tunc in Eichſel proceſſit ſubditorum, quod omnis decima de arboribus quæ portant nuces, & illæ nuces, quæ creſcunt in Cœmeterio debent ſpectare ad lumen Eccleſiæ, & qui hanc ordinationem impediuerit de libro viuentium deleatur.

Subſequenter in eodem libro vitæ continetur, & reperimus ſcriptũ, vt ſequitur

4. teſtimonium dedicatur Eccleſia ad Virginum honorem cũ indulgentijs.

Anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo, feria quinta proximè ante Galli, conſecrata eſt hæc Eccleſia in honore omnium Sanctorum ſubſcriptorum Et hæ ſunt indulgentiæ, quas ibidem conſequuntur Chriſti fideles datæ ab Epiſcopo Letanienſi ordinis Frãtrum Teutonicè in die Martini, xl dies criminalium, & annum venialium in die Mauritij tantum, in die Magni, in die Eraſmi tantum, in die Vrſi tantum, in die Arbogaſti tantum, in feſtis Virginum, quarum corpora hic requieſcunt, ſcilicet Wibrandis, Mechtundis, Kunegundis. xl dies criminalium, & annum venialium.

Item in Kalendario libri vitæ prædicti ſic comperimus ſcriptum, vt ſequitur ſub litera C. VI. Non. Maij, Kunegundis Virginis, quæ hic requieſcit. Item in eodem Calendario libri vitæ ſub menſe Iulij continetur in litera D. ergo V. Iulij non tertio. D. Wibrandis. Munegundis Virginum, quæ hic requieſcunt.

Reperimus etiam tres ſedes antiquas, quæ poſitæ fuerunt ſuper ſepulcra dicta-

di arum Virginum; & in qualibet sede vnam imaginem ad similitudinem Virgi- ni humanæ, quarum imaginum duæ de ligno sunt sciſſæ, & figuratæ, tertia verò de cemento, quod nuncupatur gypsum. Apparent quoque picturæ circum circa in illem sedibus factæ de signis, quæ antiquitus miraculosè apparuerunt in homini- bus confluentibus ad Beatas Virgines in Eichsel. Sunt quoque huiusmodi imagi- nes sciſſæ, & figuratæ ad modum Virginum sanctarum, & ibidem supra sepulcra po- sitæ, vt quiuis confluens ad ipsam Ecclesiam recognoscere posset sanctas Virgines ibidem quiescere, & in quo loco essent sepultæ. Tenor verò commissionis litera- rum de quibus supra fit mentio sequitur, & est talis.

5. testimonium sedes & picturæ miraculorũ antiquorum.

Raymundus miseratione diuina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ titulo Sanctæ Mariæ nouæ presbyter Cardinalis Gurcensis, ad vniuersam Germaniam Daciam, Boeciam, Noruegiam, Frisiam, Prussiam, omnesq; alias & singulas illarum prouin- cias, Ciuitates, Terras, & loca etiam sacro Romano Imperio in ipsa Germania sub- iecta, ac eis adiacentia Apostolicæ sedis de latere Legatus, dilectis nobis in Christo Officiali Basileensi, & Archidiacono Ecclesiæ Grandisuallensis eiusdem Diœcesis, & Ioanni Hammani sacræ Theologiæ professori, Wolffgango Bocklin vtriusque iuris Doctori ac Prædicatori conuentus ordinis Minorum Basileensium salutem in Domino, & in commissis debitam diligentiam adhibere. Tunc nostræ Legationis officium rectè peragere credimus, cum Sanctorũ, qui varia tormentorum genera, pro nostra fide subire non formidarunt, corpora præsertim feminei sexus debitè venemur, ipsaque laudabiliter in maiori veneratione reuerenter eleuemus, pro- ut salubrius in Domino cõspexerimus expedire. Cum itaque sicut plurium fide di- gnorum habet assertio, tria venerabilia corpora sanctarum Virginum Wibrandis, Kunegundis, & Mechtundis de Societate, & numero vndecim millium Virginum in Agrippinensi Ciuitate martyrium suum pro Christi nomine passarum in Villa Eichsel Constantiensis Diœcesis requiescere dicantur, nos pro veritatis indagine, & inquisitione corporum huiusmodi certos nostros Commissarios deputauimus. Qui quidem huiusmodi eis per nos factæ commissionis prætextu de prædictis cor- poribus diligenter inquirentes, tria ibidem corpora vt asserunt, repererunt. Cum autem nos ad gloriam Dei, & sanctarum Virginum huiusmodi venerationem, ad quarum sicut nobis ex nostræ legationis officio incumbit leuationem, & honora- tionem cum singulari reuerentia Reuerendissimi Patris Episcopi Constantiensis loci ordinarij consistentia procedere intendimus. Expedit igitur, vt præmissa per debita veritatis testimonia indagemus: hac de causa cum præmissis personaliter interesse nequeamus, discretioni vestræ committimus, & mandamus, quatenus lo- cum ipsum personaliter accedentes, de præmissis per debitam & diligentem inqui- sitionem ad plenum informetis. Testes autem pro maioris agnitionis veritate com- pellatis, etiam si opus fuerit, sub censuris veritati testimonium perhibere, ipsorum- que depositiones in scriptis debitè in forma iuris redactas, ac alia probabilia verita- tis indicia ad nos quantocyus reducatis, aliasque & alia faciatis, quæ in præmissis sunt necessaria, quomodolibet, & optima. In quorum fidem præsentes literas fieri, nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Datum Basileæ anno Incarna- tionis domini Millesimo quingentesimo quarto, quinto Idus Maij, Pontifi- catus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Iulij, diuina prouidentia Papæ Secundi, anno eius primo.

Literæ Commissionis.

Tria corpora de Sodalitate S. Vrsulæ.

Testes sub censuris cogendi.

(o)

SEQVVNTVR NVNC DICTA TE-stium productorum, iuratorum, & examinatorum: vt infra.

Testis Primus.

Dicta testium.

HErmannus Weichser de Aldenhusen Parochiæ Eichsel, ætatis annorum triginta trium, vel circa, iuratus receptus, medioque suo iuramento super sibi propositis ratione beatarum Virginum, & insigniorum ac miraculorum, aliisque necessarijs interrogandis diligenter examinatus, & interrogatus non gratia, odio amore, prece, pretio vel fauore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu, nulloque proprio commodo inspecto deponit, vt sequitur.

Dicit enim esse verum, quod ipse testis ante annos decem, & octo proximè lapsos à quondam suis parentibus legitimis, & fide dignis, qui sibi testi dixerunt audiuerit, quod idem sui parentes etiam ab antiquissimis hominibus ipsi seniori bus semper, & communi voce & fama audiuissent, & accepissent, quod ante longissima tempora, dum sancta Vrsula cum suis sodalibus per naues nauigasset seu venisset super Rhenum vsque in domum Bucken, seu circa litus, illic exiuissent tres Virgines, cum sancta Vrsula existentes, & fuissent infirmæ, veniissentque vsque ad quandam curiam nuncupatam Roperschwyl, quæ est in Parochia in Eichsel, dumque illuc veniissent ad inhabitatorem eiusdem curiæ, petijssentque eas hospitari; idem inhabitator respondisset eis, quod sibi hospiti videretur ipsas Virgines talis dignitatis seu status fore, quod non benè sciret eas tenere, quia locus suus non esset pro ipsis: attamen ipsæ Virgines beatæ fuissent benè contentæ de suo hospitio, & ibidem permansissent propter earundem infirmitatem, & perdurauerint ibidem, quousque spiritum Deo reddiderunt. Ipsæque Beatæ Virgines ante earundem obitum commisissent, quod postquam eas ab hac luce migrare contingeret quod deberent duo boues recipi, & illis mediantibus corpora ipsarum permitti vehi, & vbi boues cum corporibus suis permanerent, ibidem deberent sepeliri. Quod sic fuerit factum, audiuerit, quæ testis similiter à quondam suis parentibus quod ipsi idem sui parentes semper audiuissent, quod dum ipsæ in itinere fuissent transeundi ad dictam curiam exorta fuisset vna fontana, quæ adhuc sit, & nomen habebat fons beatarum Virginum, via etiam, quam iuissent, adhuc vocetur via Virginum.

Fons & via Virginum.

Morbus incurabilis voto sanatur.

Dicit etiam testis, quod quondam Margareta mater sui testis habuerit, dum viueret, maximam incurabilem infirmitatem corporis, quæ mater dixerit testi quod nulla medicina mediante potuisset curari. Sed quoniam primum fecisset votum eundi ad BB. Virgines in Eichsel, ipsa fuisset ab huiusmodi infirmitate liberata & pristinæ sanitati restituta, aliud non constat sibi.

Testis II.

Leonardus Zimmerman de nider Eichsel, ætatis annorum quinquaginta, & vltra, auisatus de pœna periurij, medioque suo iuramento desuper de dicenda veritate præstito interrogatus, & examinatus, non gratia, odio, amore, prece, pretio, fauore, ira, timore, seu rancore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu deponit.

Tres Virgines de Soc. S. Vrsulæ cum Coloniam pergerēt.

Dicens se à suis senioribus semper à iuuentute sua audiuisse, quod in Eichsel requiescerent tres Beatæ Virgines, quæ de Societate S. Vrsulæ fuerint, & sint, & dum ipsa S. Vrsula super Rhenum ad Coloniam nauigasset, & venisset ad litus circa Villagium Weylen, tres Virgines beatæ vt infirmæ exiuissent nauim, & iuissent super montem Rierenbergh, & vsque ad curiam nuncupatam Roperschwyl veniissent illic permanentes vsque ad earundem obitum, & audiuerint à suis senioribus

rilus dici, quod ijdem ſui teſtes ſeniores etiam ſemper audiuiſſent dici publica voce,& fama,quod poſtquam ipſæ B. Virgines obierunt mortem, fuerit auditũ ex voce cœleſti, quod corpora earundem beatarum Virginum ſuper currum deberet poni,& duos boues præponi currui, & quo ipſi boues corpora ipſarum veherent,& ſtare permitterent,ibidem deberent ſepeliri; ſicque fuiſſent ductæ ad locum in Eichſel & ibidem ſepultæ. Dicit etiam teſtis, ſemper, quod à ſuis ſenioribus audiuerit,quod huiuſmodi tres beatæ Virgines in Eichſel fuerint ab hominibus fidelibus in deuotionem eorum quæſitæ,vota illuc promiſſa,& pro ſanctis Virginibus adoratæ, ſeu imploratæ. Audiuitque teſtis, quod quadam vice quidam Dux ſeu Princeps Auſtriæ commiſiſſet,vt huiuſmodi beatarum Virginum corpora quererentur, & ex ſepulturis earundem reciperentur, & dum hi, qui volebant aperire ſepulcra earundem, venit vox dicens, quod deberent cooperiri ſepulcra huiuſmodi, quia nondum eſſet tempus aperiendi, vulgò Deck zu / es iſt noch zu froh. Qua quidem voce audita proiecerunt ijdem fodientes terram vi- uerſa in ſepulcra huiuſmodi Virginũ beatarum,& ceſſarunt ab eodem propoſito.

Dux Auſtriæ iubẽs reperiri ſepulcra voce cœleſti deterretur.

Teſtis etiam dicit ſe vidiſſe,& audiuiſſe, quod dum aliquando homines ſtarent ſuper ſepulcra Virginum,& ipſi ſputum deſuper proiecerunt,quod inde in infirmitates inciderunt, quod vix ire poterant propter irreuerentiam ipſis Sanctis factam.

Puniti ob irreuerentiam.

Item vidit,& audiuit,quod qui ſe in ſuis infirmitatibus ſeu accidentibus aduerſitatibus illic ad beatas Virgines in Eichſel vouerunt, quod fuerint ſanctarum huiuſmodi Virginum interceſſione ab huiuſmodi infirmitatibus liberati,& ſanati.

Miracula fiunt.

Audiuitque communi voce, & fama à iuuentute ſua teſtis à ſuis antiquioribus & ſe ſenioribus, quod ijdem ſe ſeniores ſemper audiuiſſent, quod huiuſmodi tres Virgines eſſent de Societate ſeu Sodalitate vndecim millium Virginum.

Traditio quod ſint de Societ. S. Vrſulæ.

Viditque à iuuentute ſua,& audiuit ipſas tres Virgines pro talibus teneri,imaginari, haberi, & reputari, hodieque ſic teneantur,& reputentur,aliud ſibi non conſtat,niſi quod ipſe teſtis etiam eaſdem pro talibus tenet,& habet.

Teſtis III.

Henricus Krebs de Nollingen quadraginta annorum & vltra, dicit ſe per triginta annos in villa Nollingen habitaſſe,iuratus receptus,& medio ſuo iuramento examinatus ſuper præmiſſis,non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore; ſed ſolius iuſtitiæ, & veritatis intuitu deponit, & dicit, quod villa Nollingen diſtet quaſi dimidium milliare à villa Eichſel,ſic acciderit, quod ante certas ſeptimanas peterlapſas infirmitas febris eum tetigerit,ſcilicet quotidiana, & eum adeò infirmum,& debilem fecerit,quod non habuiſſet ſpem amplius de vitâ ſua,ſic prout die huiæ proximè futura laberentur octo dies,ipſe teſtis vouerit,ire velle ad beatas tres Virgines in Eichſel,illudque votum adimpleuerit, & quamprimum ibidem veniſſet,ceſſauerit febris in eo,& poſtea ipſum amplius non tetigerit, hodieque ab huiuſmodi febribus ſit liberatus.

Teſtis à febri voto curatur.

Dicitque teſtis ſe habuiſſe ſocerum virum antiquiſſimum, qui ſibi teſti ſemper dixiſſet, quod in Eichſel requieſcerent ſepultæ tres beatæ Virgines, de vndecim millibus Virginum,& teſtis firmiter credit,ſubſidio &ad implorationem beatarum Virginum trium in Eichſel ab huiuſmodi febribus ſe liberatum, & ſanatum,ſeu reſanatum,& communiter ab alijs huius villæ Eichſel notitiam habentibus audiuit, pro eo teneri,dici,& haberi,quod ibidem in Eichſel tres beatæ Virgines requieſcerent, prout etiam ſigna imaginum tria ſanctarum Virginum antiquitus ſuper ſepulcra earundem fuerint, & ſint poſita, vt viderentur ibidem ſepultæ,aliud non ſcit.

Tres Virgines de 11. millibus.

Teſtis IV.

Ioannes Stoeb de Scopffen ſexaginta ſex annorum ſuæ ætatis, vel circa, teſt
vocatus & iuratus receptus ac medio ſuo iuramento ſuper præmiſſis, & quæ ſibi d
huiuſmodi ſanctis Virginibus ex propria ſcientia vel auditu cõſcia fuerũt diligente
examinatus, non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore; ſed ſolius iuſtitiæ, &
veritatis intuitu dicit, & deponit ſe per quinquaginta annos cum ſuis quondam pa
rentibus, & poſt eorundem obitum ſolum fuiſſe & quæſiuiſſe tres beatas Virgines
requieſcentes in Eccleſia, & cœmiterio eiuſdem Eccleſiæ in Eichſel.

Peregrinatio ad Virgines.

Dicit etiam ſe à ſuis parentibus & ſenioribus ſæpè audiuiſſe, quod huiuſmod
tres beatæ Virgines iuerint in certo loco, vbi itur ad curiam Roperſchwyl Paro
chiæ Eichſel, fueritque vna foſſata ibidem, abſque ponte, & dum illuc veniſſent a
ſtatim habuiſſent pontem paratum ex virtute Dei, ſuper quem pontem tranſiue
rint, & idem locus, & via ibidem adhuc habeant nomen, quod dicatur Foſſa beata
rum Virginum, & via earundem, ſitque quidam fons ibidem, qui dicatur Fons bea
tarum Virginum, vnaque Virginum ſanctarum huiuſmodi ſit ſepulta in cœmite
rio, & circa tumulum eiuſdem vel ſuper idem ſepulcrum iacuerit quidam truncu
arboris quercinæ, qui truncus interim, quo ſuper ſepulcrum huiuſmodi fuerat po
ſitus, ſaporem nobiliſſimũ, ſicut violæ flores habẽt, habuerit, & hoc viderit, & ſæpiu
ſapuerit; & viderit, quod quando aliquando homines, ac etiã teſtis petias de ligne
ſciderunt animo ſecum ad domos portandi, quamprimum non fuerat ſuper ſepul
crum, quod tunc ſapor ceſſauerit, prout etiam idem trũcus nunc in toto diſpoſitus
ſaporem amiſerit. Audiuitque teſtis veridica relatione dici à ſuis ſenioribus, quo
olim aliqui prætendiſſent, & cœpiſſent fodere circa ſepulturas beatarum Virgi
num animo earundem corpora effodiendi, & forſan inde alienandi, & portandi
ſicque fuerit audita ab ijs vox quædam dicens: Deck zo/deck zo/es iſt noch zu froh.

Pons miraculoſus.

Foſſa & via.

Item fons BB. Virginum.

Truncus odoratus inſtar violarum.

Præciſus odorem perdit.

Foſſores prohibentur cœlitus.

Dicit etiam quod huiuſmodi tres Virgines beatæ fuerint, & ſint vltra memo
riam hominum, prout ſemper à ſe ſenioribus audiuerit pro ſanctis fuiſſe imploratæ
recurſusque in infirmitatibus ad eas habitus, prout hodie taliter quærantur, & im
plorentur, puerique primogeniti iuxta earundem ſanctarum Virginum nomin
propria fuerint nominati in baptiſmo, ſcilicet Kunegundis, Wibrandis, & Mech
tundis, ipſeque teſtis pro eo habet, quod tres Virgines ſanctæ ibidem requieſcant
Nam viderit ſedes cum imaginibus ſanctarum Virginum poſitas ſuper loca, vb
credebatur ipſas ſanctas Virgines ſepultas requieſcere, aliud non ſcit.

Pro Sanctis habitæ ſunt.

Teſtis V.

Fridolinus Vogtlin telonarius oppidi ſuper pontem in Rhinfelden teſtis æta
tis annorum quinquaginta vel circa, iuratus receptus, & medio ſuo iuramento exa
minatus, dicit eſſe verum, quod omni anno de oppido Rhinfelden ad villam
Eichſel cum reliquijs, & proceſſione tranſeatur ad beatas tres Virgines, ipſeque
teſtis ſæpiùs etiam illuc iuerit, & viderit tres ſedes, vbi ſuper qualibet ſede ſit poſita
imago S. Virginis ex ligno ſciſſa, & etiam ſuper cœmiterium eiuſdem Eccleſiæ fue
rit vnum lignum ita ſaporoſum, quod omnis homo de eo mirabatur, tale lignum
teſtis vidit, & ſaporem ſentijt & odorem, & à ſuis ſenioribus ſemper audiuerit, quod
Virgines B. tres in Eccleſia huiuſmodi ſeu eius cœmiterio eſſent ſepultæ, & requi
eſcerent ibidem. Videritque à pluribus Chriſtifidelibus, eaſdem SS. Virgi
nes quæri, & ad locum huiuſmodi propter eas recurſum haberi, non tamen
ſcit de aliquibus ſignis ſeu miraculis, ſed pro ſanctis Virginibus eas audi
uerit teneri, haberi, & reputari, ac venerari, prout etiam ipſe teſtis ea
taliter teneat, & habeat, & credit verum eſſe, quod ibidem requi
eſcant.

Proceſsio annua ex Rhinfeld ad SS. Virgines in Eichſel.

Lignum odoratũ.

Pro Sanctis habẽtur.

Teſtis

Testis VI.

Verena Tentzel de oppido Rhinfelden testis ætatis annorum septuaginta, vi circa, producta, & iurata recepta, medioque iuramento examinata, non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore deponit, & dicit se nil aliud scire, nisi quod a iuuentute sua, à suis senioribus, & se antiquioribus vtriusque sexus hominibus audiuerit dici, quod in Eichsel essent sepultæ, & requiescerent tres Virgines beatæ seu earundem corpora, sicque fuerit habitum, tentum, nominatum, & reputatum, hodieque sic habeatur & teneatur, aliud non scit.

3. SS. Virginum corpora.

Testis VII.

Theodoricus de Meytre commorans in villa Nollingen, ætatis annorum triginta quinque, vel circa, examinatus medio iuramento non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore; sed iustitiæ, & veritatis solius intuitu deponit, dicitque, quod iam quatuor anni elapsi, quod sæpè habuerit ipse filium maxima infirmitate hic laborantem, quod non erat spes de vita eiusdem pueri, sic quadam nocte obtunit sibi testi in somno, quod deberet puerum huiusmodi vouere ad beatas Virgines in Eichsel, quod & testis faciebat, & cum vna libra ceræ ad sanctas huiusmodi iuerit, qui quidem puer ab huiusmodi infirmitate fuit liberatus, & sanitati restitutus.

Filius testis miraculo sanatus.

Similiter dicit testis se habuisse vnam filiam infirmam, quam etiam ex consilio sue vxoris vouit ad beatas tres Virgines cum dimidia libra ceræ, sic exiuerint de puero huiusmodi duo vermes, cum crinibus, & longi fuerint, & alias circa ducentos vermes de eodem genere exiuerint, sicque filia fuit facta sana, & adhuc viuat.

Filia etiã infirma & vt apparet intoxicata curatur ductis ducentis vermibus.

Item testis dicit, quod anno præterito fuerit infectus peste epidymiæ, & ipse fecit votum transeundi ad beatas Virgines in Eichsel cum duabus candelis, prout sibi in somno obueniebat, quod sic facere deberet, & ipse statim fuerit restitutus ad sanitatem, ipseque adimpleuerit votum promissum, & credit firmiter subsidio & adiutorio beatarum Virginum Eichsel, ipsum testem puerosque suos fuisse, & esse sanatos per Dei gratiam, aliud sibi non constat.

Ipse testis à peste liberatur.

Testis VIII.

Vrsula vxor eiusdem testis proximè prædeponentis testis, etiam iurata recepta dicit præcisè sic esse actum cum Theodorico eius marito, & filijs eorundem coniugum, quemadmodum eius maritus deposuerit, quem deponere vidit, & audiuit, ac depositioni eius præsens fuit, addens ad ea, & dicens: quod ipsa dudum vnum habuerit infantem, seu puerum lactentem & sugentem adhuc, qui puer in octo diebus ex quadam infirmitate incidens non potuit bibere lac de mammillis sugere, quem puerum feminei sexus ipsa deponens vouerit portandum ad beatas tres Virgines in Eichsel, ipsamque filiam illuc portauerit, & post hæc statim ipse puer incepit sugere, & viuat hodie, aliud sibi non constat.

Vxor superioris testis eadẽ confirmat & aliud addit.

Testis IX.

Hermannus Miller alias Stroëli de villa Tegerfeld, ætatis annorum quinquaginta, vel circa, testis productus, iuratus, & receptus, medioque suo iuramento examinatus, & interrogatus non gratia, odio, amore, prece, pretio vel fauore; sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu deponit, & dicit esse verum, quod eo teste existente in sexto anno suæ ætatis, vel circa acciderit sibi, quod quædam macula seu pellicula creuerit in vno suo oculo, quod tandem in eodem oculo nil amplius potuit videre, sed erat cœcus in eodem, sic mater eius votum fecerit eius parte transeundi ad beatas Virgines in Eichsel cum cereo oculo, & cereo quo. Et super hoc duxerit ipsum testem ad eundem locum, vbi requiescere

Puer 6 annorum vno oculo cæcus curatur voto.

dicuntur beatæ tres Virgines, implorando eaſdem tres ſanctas Virgines, quod intercederent apud Deum, pro teſte, quod oculus ſuus ad viſum priſtinum, & ſanitatem reſtitueretur. Dum itaque illuc venerit, & votum fecerit, ipſe teſtis fuerit reſtitutus, & potuerit videre in vno oculo, ſicut in alio, & hodie bene videat in ambobus oculis, firmiterque credit, quod ſubſidio, ſiue adiutorio & interceſſione earundem beatarum Virginum ipſe teſtis fuerit ad viſum priſtinum in oculo reſtitutus.

Teſtis etiam à ſuis ſenioribus ſemper audiuerit, in dicto loco requieſcere tres Virgines, ſeu illarum corpora, audiuitque teſtis dici, quod ante tempora tres ſedes fuerint, ſuper quibus iacent tres imagines ſanctarum Virginum quæ fuerunt ſemper poſitæ in Eccleſia ſuper ſepulcra earundem ſanctarum Virginum. Et quia vna ſedes ſolita erat poni extra Eccleſiam ſuper cœmiterium acciderit, quod quia neſciebatur pro certo, ſi huiuſmodi Beatæ Virgines eſſent ſepultæ in Eccleſia vel extra, vna ſedium ſtans extra Eccleſiam in cœmiterio portabatur etiam ad Eccleſiam. Sed craſtino mane poſt noctem dictæ diei, ipſa ſedes vice verſa fuit extra Eccleſiam operatione diuina in loco, vbi ipſa altera ex SS. Virginibus fuit ſepulta.

Sedes poſita in Eccleſia mane inuenitur in cœmiterio.

Teſtis X.

Elizabetha Vrbani de oppido Rhinfelden, ætatis annorum quinquagin ta, & vltra, teſtis interrogata, & examinata dicit medio ſuo iuramento eſſe verum, quod quondam mater teſtis habuerit mirabili paſſione, & dolore calculum, quod aliquando quaſi mortua decubuit, ſicque promiſit velle viſitare ſanctas Virgines in Eichſel ad hoc, quod intercederent pro ea dictis Virgines erga Deum pro gratia obtinenda, quod mater teſtis ab huiuſmodi infirmitate liberaretur, quam etiam promiſſionem factam quondam mater teſtis ad impleuerit, & quamprimum ad Eichſel venerit, lapides calculi huiuſmodi in copi exiuerint, quod collecti tam magni fuerint, ſicut ouum gallinæ. Et teſtis dicit, quo ſemper à iuuentute ſua à ſibi ſenioribus audiuerit dici, quod beatæ Virgines ſe corpora ipſarum eſſent repoſita in Eccleſia Eichſel, & fuerit antiquitus magnu concurſus ad eundem locum, licet propter malitiam hominum pro nunc & ali quot annis proximè præteritis non fuerint beatæ Virgines multum & in tan tum veneratæ, quemadmodum ante centum vel octuaginta annos, nec a liud ſcit.

Calculus pellitur.

A.180 annis, feruor peregrinationum imminutus.

Teſtis XI.

Heinricus Weichſer de Wiechs, ætatis ſuæ annorum quadraginta octo, ve circa, iuratus receptus, & examinatus non gratia, odio, amore, pretio, vel fauore: ſed ſolius iuſtitiæ, & veritatis intuitu deponit, & dicit, quod ipſe à iuuẽtute ſua ſemper ſcnioribus & antiquioribus ſuis dici audiuerit publicè, quod olim ante annos longè memoriam hominum excedentes venerint tres Virgines ad curiam Roperſchwyl Parochiæ Eichſel, & petierint, quod receptarentur ibidem tanquam alienigenæ, vir tamen ibidem tunc exiſtens eas recuſaſſet hoſpitare, licet tanquam precibus ipſarum deuictus eaſdem penes ſe retinuerit, fuerintque ipſæ infirmæ, & demum videntes ſe morituras dixerint, quod quando ipſæ eædem ſorores ab hac luce decederent, quod corpora ipſarum ſuper bigam, ſeu currum deberent poni, & duobus bobus præpoſitis curru duci, quouſque boues per ſe ſtarent. Et vbicunque boues eas ducerent, & vlterius non tranſirent, quod corpora earundem trium Virginum ibidẽ deberent ſepeliri. Sicque fuerint corpora earundem ſanctarum Virginum ducta vſque ad locum Eccleſiæ in Eichſel, ibidemque ſepulta. Dicit etiam quod audiuerit à ſuis ſenioribus à iuuentute ſua, quod eædem beatæ Virgines tranſiuerint per quandam viam vltra vnam foſſatam, vbi dum

Immemorialis traditio.

Aduentus Virginũ.

Sepultura.

ad foſ-

at ossatam venerint, non repererunt pontem; sed propter sanctitatem earundem vt procederent, ex diuina voluntate repererunt pontem, per quem transierunt. Sitq; fons ibidem propè qui habeat adhuc ab antiquo nomen fons beatarum Virginum. Similiter via est ibidem, quæ hodie nuncupatur & semper nuncupata est v. beatarum Virginum. Pons prodigiosus. Fons & via Virginum.

Vlterius dicit, quod quidam Villanus Olevvinus Meyer de Oetlilren fuerit irrabiliter malè læsus à quadam arbore quæ ceciderit, ita quod de eius vita amplius non erat spes, sed idem implorauerit beatas Virgines in Eichsel, & se illuc vouerit cum eleemosyna, & fuerit restitutus pristinæ sanitati per intercessionem beatarum Virginum Kunegundis, Mechtundis, & Wibrandis. Læsus ex casu arboris sanatur.

Testis XII.

Agnes Gutymey de oppido Rhinfelden, ætatis annorum quinquaginta vel circa, iurata, recepta & medio suo iuramento examinata, non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore; sed solius iustitiæ & veritatis intuitu deponit, & dicit sibi non aliud constare, nisi quod audiuerit, quod venerunt tres Virgines sanctæ in Roschvvyl, & dum erant infirmæ, & iam mors eis appropinquauerit, iusserint, quod quando ab hac luce contingeret decedere, quod poni deberent earum corpora super currum & duobus bobus præpositis duci permitti vbicunque tunc boues cum suis corporibus starent, non vltra transeundo ibidem deberent corpora ipsarum ecclesiasticæ tradi sepulturæ, & talia fuerint facta, fuerintque corpora ipsarum beatarum Virginum in Eichsel tradita sepulturæ, prout etiam ab antiquo steterint super sepulturas earundem imagines tres sanctarum in memoriam earundem Virginum trium factæ, talia audiuerit testis à quondam eius patre, & ab alijs senioribus, qui testi hæc dixerint, quodque magnus concursus antiquitus ad dictas tres Virgines fuerit. De signis & miraculis ac alijs nil sibi constat. Tres Virgines infirmæ. De bobus. De tribus imaginibus.

Testis XIII.

Ioannes Oertlij aduocatus in Tegerfeld, ætatis annorum quinquaginta, iuratus, & examinatus non gratia, odio, amore, prece, pretio vel fauore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu deponit, & dicit, quod à tempore suæ discretionis semper audiuerit requiescere in Eichsel tres SS. Virgines, quæ etiam pro sanctis Virginibus fuerint habitæ, tentæ, & reputatæ, sicque anno præsenti acciderit, quod quasi per decem septimanas ipse testis habuerit febres, & propterea hoc ipse implorauerit S. Virgines in Eichsel, & illuc ad ipsas transiuerit, & fuerit à febribus huiusmodi liberatus, aliud sibi non constat. A febribus voto edito liberatus.

Testis XIV.

Ennelina Vtzenfeldin de oppido Schopffen erat annorum sexaginta, vel circa, testis producta, compulsa, & iurata recepta, ac diligenter interrogata dicit, quod ab eius iuuentute semper à suis senioribus audiuerit dici, quod in Eichsel requiescerent corpora trium sanctarum Virginum, quarum vna haberet nomen Kunegundis, alia nomen Wibrandis, & tertia nomen Mechtundis, videritque & audiuerit pueros iuxta nomina earundem sanctarum Virginum in Baptismo nominando, & earum nomina imponi, ipsiusque testis mater dum viueret sibi testi sæpius dixerit, quod paucus honor nunc huiusmodi sanctis Virginibus fieret, scilicet antiquitus honorificè fuissent nominatæ. Nam antiquitus ex institutione, aut consuetudine fuerit, & hodie sit in vsu, quod in vigilia corporis Christi annuatim itur cum processione, & reliquijs ad Eichsel de oppido Scopffen, & audiuerit testis ante quadraginta, & quinquaginta annos, quod olim certi nobiles prætendissent effo- Processio annua pridie corporis Christi.

dere ſanctas Virgines, ſeu corpora earum ex ſepulturis ſuis, quibus venit vox dicen
Deck zu/es iſt noch zu froh. Sic ipſi ceſſaſſent, & eadem corpora ibidem iacere permiſi
ſent, nec aliud ſibi conſtat.

Teſtis XV. & XVI.

Duo hi teſtes deponunt pro tota communitate in Loërrach. Febricites & peſtiferos curāt.

Ioannes Menly de villa Loërrach quinquaginta annorum, & Ioannes Golc
pergh de eodem loco quinquaginta ſex annorum, teſtes à tota communitate Loë
rach miſſi, iurati, recepti, & examinati non gratia, odio, amore, prece, pretio v
fauore, ſed ſolius iuſtitiæ, & veritatis intuitu deponunt, & dicunt ſe à ſuis ſenio
bus ſæpius audiuiſſe, & etiam aliquando per ſe vidiſſe, quod tres ſanctæ Virgines
Eichſel fuerint imploratæ à pluribus in infirmitatibus conſtitutis tam peſtis, qua
etiam febris, & quando venerint ad locum, ſcilicet Eccleſiam Eichſel, in qua vlt
centum annos fuerint ſepulta corpora dictarum trium ſanctarum Virginum, quc
tunc fuerint liberati ab huiuſmodi peſte, & febribus.

Dicunt etiam teſtes, quod de villa Loërrach ac diuerſis alijs villagijs, om
anno fiant proceſſiones ad ſanctas Virgines in Eichſel, & teſtes firmiter credur
quod corpora dictarum trium ſanctarum Virginum requieſcant in Eccleſia ſu
cœmiterio in Eichſel, & quod qui eas imploret in ſuis neceſſitatibus, quod ab il
releuetur. Et dicunt eaſdem nominari ſcilicet vnam Kunegundem, aliam W
brandem, tertiam Mechtundem, aliud eis non conſtat, niſi quod dictum, habitu
nominatum, & reputatum fuerit, hodieque habeatur, nominetur, & reputet
quod tres ſanctæ Virgines in dicto loco ſint & requieſcant.

Teſtis XVII.

Verena Folnini de Rhinfelden ſeptuaginta annorum ſuæ ætatis teſtis cor
pulſa, & iurata, recepta, ac examinata dicit, ſibi nil aliud conſtare, niſi quod à ſi
ſenioribus etiam ſeniſſimis & antiquiſſimis hominibus vtriuſque ſexus audiuer
quod in Eichſel eſſet gratioſus locus, & quod tres ſanctæ Virgines ibidem requ
eſcerent, & corpora earundem ibidem eſſent ſepulta, & quod antiquitus magn
fuerit concurſus ad eaſdem ſanctas Virgines. Et qui eas implorauerit in ſua infi
mitate, fuerit releuatus, nec aliud ſibi conſtat.

Teſtis XVIII.

Ioannes Burger de Rhinfelden ſeptuaginta annorum, vel circa iuratus, r
ceptus, & examinatus non gratia: odio, amore, prece, pretio, vel fauore; ſed ſo
lius iuſtitiæ, & veritatis intuitu deponit ſe à quondam matre ſua, quæ fuerit ant
qua mulier audiuiſſe, quod trium ſanctarum Virginum corpora iacerent ſepul
in cæmiterio ſiue Eccleſia Parochiali in Eichſel, & quod antè longa tempora cer
De effoſſione. propoſuiſſent effodere velle corpora huiuſmodi Virginum, ſcilicet tamen ijde
audierunt vocem quandam dicētem: Deck zu/es iſt noch zu froh. nil aliud ſcit, niſi quc
magnus aliquando concurſus fuerit ad locum Eichſel ad dictas Virgines, nec
liud deponit.

Teſtis XIX.

Kungili Renck de villa Eichſel ætatis annorum quinquaginta, vel circa, iu
rata, recepta & examinata non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore, ſed ſo
lius iuſtitiæ, & veritatis intuitu deponit, & verum eſſe dicit, quod ipſa à iuuentu
ſua à ſuis ſenioribus audiuerit ſemper, quod in Eichſel eſſent ſepultæ ſanctæ tr
Virgines, viditque & audiuit à multis diuerſis hominibus, quod vota fecerunt eur
di ad beatas Virgines implorantes, quos audiuit releuatos, & liberatos ab infirm
tatibus

tibus suis, quando illuc venerint, sitque verum, quod ibidem sunt tres imagines Virginum sanctarum, quæ antiquitus super sepulcra earundem beatarum Virginum fuerunt positæ, vt videretur sanctas Virgines ibidem requiescere, & sepultas esse, ipsa etiam testis quadam vice fuerit infirma in vno oculo & propterea implorauerit beatas Virgines in Eichsel, vt subuenirent ei, ne cæca fieret in oculo huiusmodi, sic fuerit adiutorio Sanctarum huiusmodi sana facta, aliud non scit. Ex oculo laborãs curatur.

Testis XX.

Gredli Meyers de Tegerfeld sexaginta annorum suæ ætatis iurata, & examinata dicit se non gratia, odio, amore, prece, pretio vel fauore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu deponere velle, agnitam sibi veritatem, quam sciat, vel audiuerit. Et insuper examinata dicit se à suis senioribus audiuisse, quod olim nonnulli attentauerint effodere velle corpora sanctarum Virginum, quæ in Ecclesia Eichsel sepulta esse dicuntur, tunc venerit vox quædam dicens: Deck zu/ deck zu/ es ist nit zu froh. Audiueritque testis à suo patre dici, quod erat quidam nobilis, qui non crauerit vocem huiusmodi, & continuauerit, quod omnino volebat corpora sanctorum huiusmodi effodere, & propterea idem fuerit effectus cæcus in oculis suis. De effossione vetita. Transgressor excœcatur.

Item dicit testis, quod olim ipse testis habuerit vnum apostema magnum super humerum suum, & vouit se ad beatas Virgines in Eichsel, & fuerit sanatus. Apostema sanatur.

Dicit quoque se testem habuisse puerum, qui in tribus annis propter infirmitates non potuerit ire. Et dum ipsa testis votum fecit ad beatas Virgines, vt puer ab huiusmodi infirmitate liberaretur, quam primum ipsa votum huiusmodi fecerit, idem puer fuerit factus sanus. Et credit firmiter, quod ad subuentionem huiusmodi Sanctarum Virginum fuerit ipsa, & filius sanati, nec aliud dicit.

Testis XXI.

Dictus Schreiberhans de Mulberg, ætatis annorum quinquaginta vel circa, iuratus & examinatus non gratia, odio, amore, pretio vel fauore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu deponit & dicit, quod ipse olim à quondam Domino Fridolino presbytero audiuerit, quod tres Virgines essent sepultæ in Eichsel; scilicet duæ in Ecclesia, & vna extra Ecclesiam, quæ essent Sanctæ: testisque fuit sæpius in Eichsel, & vidit quod quidam truncus, seu quoddam lignum arboris fuit positum super sepulcrum vnius ex sanctis Virginibus in Eichsel, quod ita bonum odorem habuerit, vt esset odor violarum florum, hoc testis vidit, & odorauit, seu sapuit, & dicit quod quando aliquis aliquam petiam de ligno sciderit, quod huiusmodi petia abscissa, nil plus sapuit, seu nullum amplius odorem dedit, ipseque truncus, seu lignũ, cum iam de sepulcro alterius sanctarum Virginum sit depositus, similiter amplius non sapiat, seu det odorem, vt antea. Audiuitque testis à iuuentute sua, quod in Eichsel essent duo corpora sanctarum Virginum, sicque fuerit habitum, tentum, dominatum & reputatum, hodieque sic à teste, & alijs habetur, tenetur, & reputatur. Et ex Schopffen & alijs villis transeatur ad beatas Virgines omni anno cum aliquijs: aliud non dicit. De truncо odorato.

Testis XXII.

Conradus Vogt de Nollingen, ætatis annorum sexaginta, vel circa, iuratus receptus, & examinatus dicit non gratia, odio, amore, pretio, vel fauore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu, quod olim fuerit in humanis Cuninus Berg, Petrus Conar, Heynnus Meyer, & Petrus Meyer, à quibus & nonnulis alijs sibi testi senioribus & antiquioribus vtriusque sexus audiuerit, quod in Eichsel requiescerent Refert testium relationẽ.

Tres Virgines de Sodalit. S. Vrſulæ.

tria corpora ſanctarum Virginum de vndecim mille Virginibus ſanctis, & quo magna ſigna ſæpius in hominibus confluentibus ad Eccleſiam Eichſel, ac ipſas ſanctas Virgines inuocantes fuerint facta, ſic, quod homines de præmiſſis infirmitatibus corporum, & ab huiuſmodi fuerint liberati. Quodque quadam vice ante longa tempora præſumſerint velle effodere corpora dictarum Virginum, ſed audito fuerit per fodientes vox talis: Deck zu/ eß iſt noch zu froh. Et dum huiuſmodi vox fuit audita, ipſi ceſſarunt fodere. Dicitque teſtis, quod in Eccleſia Eichſel tres imagines in ſignum, & ad figurationem huiuſmodi trium Sanctarum longe vltra memoriam hominum fuerint ſuper ſepulcra earundem ſanctarum Virginum poſita, vt videretur Sanctas ibidem eſſe ſepultas, aliud ſibi non conſtat.

De miraculorum frequentia. De effoſſione. De tribus imaginibus.

Teſtis XXIII.

Ioannes Henſli aduocatus in Nollingen, ætatis annorum quinquaginta, iuratus receptus, & examinatus non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore, ſed ſolius iuſtitiæ, & veritatis intuitu deponens dicit, ſe nil aliud ſcire, quam quod ſemper ab antiquis hominibus audiuerit dici, quod trium ſanctarum Virginum corpora iacerent ſepulta in Eccleſia Eichſel, ſeu in cœmiterio ibidem, & ſcit quod magnus concurſus ante viginti vel triginta annos ad eaſdem Sanctas fuerit hominum vtriuſque ſexus ob infirmitates aliquas, quia viderit, & audiuerit homines ſic vota facere, & illic ire: nec aliud ſibi conſtat.

Teſtis XXIV.

Iacobus Vogelbach de Nollingen ætatis quadraginta, vel circa, iuratus & examinatus non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore; ſed ſolius iuſtitiæ & veritatis intuitu deponens, dicit ſe etiam nil ſcire, niſi quod à tempore ſuæ memoriæ, & diſcretionis à ſuis ſenioribus ſemper audiuerit, quod circa Eccleſiam Eichſel aut in eadem eſſent ſepulta & requieſcerent tria corpora ſanctarum Virginum de vndecim mille Virginibus, & ſcit, & audiuit, quod fuit concurſus ad quærendum eaſdem Virgines, licet in viginti annis huiuſmodi concurſus non fuerit magnus, tamen homines habentes infirmitates febris illuc iuerint, & fuerint liberati, ſicque fuerit creditum habitum, tentum, & reputatum, nec aliud ſibi conſtat.

De ſodalitate S. Vrſulæ. Febrientes curantur.

Teſtis XXV.

Iacobus Beler de Tegerfeld ætatis annorum quinquaginta', & vltra, iuratus receptus, & examinatus non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore; ſed ſolius iuſtitiæ, & veritatis intuitu deponens dicit, ſe à ſuis ſenioribus ſemper audiuiſſe, quod trium ſanctarum Virginum corpora requieſcerent in, & extra Eccleſiam in Eichſel, in locis vbi repoſitæ forent imagines figuratæ ad modum ſanctarum Virginum, quas imagines teſtis vidit, quod tales Sanctæ eſſent de numero vndecim mille ſanctarum Virginum, & duarum corpora iacerent in Eccleſia, & vna extra Eccleſiam in cœmiterio: Dicit etiam, quod omni anno de villa Tegerfeld tranſeatur cum reliquijs, & proceſſione ad beatas Virgines in Eichſel die lunæ rogationum, & quod viderit, & audiuerit magnum concurſum hominum frequentare eaſdem Sanctas, & ab omnibus habeatur id pro vero, quod huiuſmodi Sanctæ ibidem requieſcant, nec aliud deponi.

De numero vndecim millium; Proceſsio annua ex Tegerfeld.

Teſtis XXVI.

Leonardus Britzcker de Tegerfeld ætatis annorum quinquaginta, & vltra iuratus, receptus, & in præſentia Iacobi proximè ſupra deponentis conteſtis examinatus, vt idem conteſtis ita ſimiliter ipſe deponit ſic ſe audiuiſſe, & ſcit

Proceſsio annua frugum cauſa.

proceſ-

processionem annuè fieri de Tegerfeld pro custodia fructuum terræ ad beatas tres Virgines dicens, quod in Cæmiterio Ecclesiæ vna arca seu sedes, super quam posita sit, siue iaceat imago, siue figura sanctæ Virginis de ligno sculpta ostendens sanctam Virginem: similiter in Ecclesia similes duæ sedes seu arcæ, super quas duæ imagines ad similitudinem sanctarum Virginum iacent, sint super sepulturas ipsarum Virginum positæ, & audiuit, quod semel fuerit sedes in cœmiterio existens portata, & posita in Ecclesia; sed quando manè venerebant, fuerit reperta huiusmodi sedes viceuersa extra Ecclesiam in loco suo primo: aliud non scit, nisi quod semper audiuerit tres Virgines sanctas esse sepultas in Eichsel.

Sedes posita in Ecclesia, manè reperitur extra eam.

Testis XXVII.

Conradus Gloter de Tegerfeld ætatis annorum quinquaginta, vel circa, iuratus, receptus, & examinatus in præsentia amborum suorum contestium proximè supra deponentium, deponit non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore; sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu deponens dicit, se à quondam suo vitrico audiisse, quod sanctæ Virgines tres essent, quæ fuissent sepultæ in Eichsel, & dum in vita fuissent, iuissent ipsæ per certam viam, quę adhuc nomen retinuerit, & dicatur via sanctarum Virginum. Scitque, & vidit, ac audiuit, quod huiusmodi tres Beatæ Virgines venerantur, & quæruntur in Eichsel, & magnus concursus aliquando ad huiusmodi locum fuerit ab hominibus ipsas beatas Virgines quærentibus, nec aliud inde constat.

Via Virginum.

Testis XXVIII.

Antsch Wieschel de Roperschwyl curiæ parochiæ Eichsel ætatis annorum quinquaginta vel circa, iuratus, receptus, & medio suo iuramento examinatus dicit non gratia, odio, amore, pretio vel fauore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu, deponit, quod ipse à quondam suis parentibus, & senioribus de Villa Eichsel, & circum circa existentibus sæpissimè audiuerit, quod in Eichsel essent sepultæ tres sanctæ Virgines, quarum corpora ibidem requiescerent, vnius videlicet in Cœmiterio, aliarum verò duarum in Ecclesia, prout ostenderint imagines, quę ad modum ipsarum sanctarum Virginum figuratæ sint, & super sepulcra, siue loca vbi huiusmodi Sanctæ requiescunt, solent poni. Sicque vidit testis, quod homines confluentiam habuerint, & recursum ad beatas easdem Virgines, prout & ipse testis recursum ad eas habuit, & in suis necessitatibus eas implorauit, quod per earum sacra merita pro eo apud Deum intercedere vellent ad sibi subueniendum: aliud non scit.

Concursus in necessitatibus ad Virgines.

Testis XXIX.

Validus vir Rudolfus in Graben Schultetus in Rhinfelden, ætatis suæ annorum triginta vel circa, iuratus, receptus & examinatus dicit etiam non gratia, odio, amore, prece, pretio vel fauore; sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu: quod dum ipse adhuc puer esset, idem phantasiam habuerit, quod de nocte è lectulo iuit, & in camera hinc inde in somno ambulauit, & tunc habuerit mater testis vnam famulam, quæ semper testem regebat, custodiebat, & gubernabat, & adhuc vt huiusmodi phantasia amoueretur à teste, eadem famula vouerit ipsum testem ad beatas tres Virgines in Eichsel, ipsumque testem secum illuc duxerit, & aliquod donum seu eleemosynam ibidem dimiserit, & ipse testis ab huiusmodi phantasia de nocte in somno ambulandi, seu transeundi fuerit, & sit liberatus, quod ipse interim non fecerit: aliasque audiuit huiusmodi sanctas Virgines in Eichsel requiescere.

Prætor Rhinfeldensis.

Noctambulo sanatur voto.

Testis

Testis XXX.

Inquilinus villæ Roperschvyl.

Ioannes Wieschel de Roperschwyl Parochiæ Eichsel,ætatis annorum qu- quaginta vel circa,iuratus, receptus & examinatus non gratiâ,odio, amore,pre- pretio,vel fauore; sed solius iustitiæ & veritatis intuitu deponens sic dicit & dep- nit,quod à suis senioribus semper audiuerit,quod dum vndecim mille Virgines n- niebant per nauim vsque ad Bucken nauigantes, siue ad eundem locum,quod i- dem exiuerint tres Virgines transeuntes vsque curiam Roperschwyl, & ibidem permanserint tanquam infirmæ,& vitam earum ibidem finierint feliciter, quib- mortuis existentibus consuluerint,& repererint ibidem in dicta curia habitator- quod reciperent duos boues, & permitterent trahere corpora ipsarum Virgin- quocunque vellent,& vbi starent non vltra transeuntes, quod illic corpora earu- dem deberent sepeliri. Sic boues huiusmodi Beatarum Virginum corpora dux- rint vsque ad locum in Eichsel,ibidemque fuerint sepultæ, ipseque testis audiuit dici à suis senioribus,quod dum dictæ Virgines adhuc in vita fuissent,& ad dict- curiam iuissent,habuerit vna earum sitim,& volentes requiescere modicum, v- exillis emiserit baculum suum, quem in manu tenebat in terram, tunc ortus f- fons, qui adhuc sit, & vocatur fons beatarum Virginum, & via,quam ipsæ fe- runt,retinuerit adhuc nomen,der heiligen Jungfrawen weg.Sicque pro beatis Virgi- bus semper fuerint habitæ,tentæ,nominatæ,ac reputatæ,hodieque sic habeant; teneantur,nominentur,& reputentur,ipseque testis sic teneat,nihil aliud scit.

Vndecim mille Virgines nauigant in Buken.

Tres exscendunt.

Manẽt in Roperschvyl.

Boues deducunt corpora.

Virgines baculo salientem eliciunt, qui fons Virginum dicitur.

Via Virginum sanctarum.

Testis XXXI.

Rudinus Rinck de Eichsel,ætatis annorum quinquaginta vel circa,iuratus, ceptus,& examinatus dicit,vt conteſtis suus proximè supra deposuit, quem dep- nere vidit,& audiuit,& vltra hoc dicit,quod audiuerit, quod semel fuerit vena vnus ceruus, qui cucurrerit vsque ad villam Eichsel, & dum ceruus ibidem fu- rat,non voluerit vlterius ire in cornibus suis in qualibet acie apparuerint cande- quæ per homines videbantur,alia non scit.

In ceruicornibus candelæ.

Testis XXXII.

Heinricus Pur de Nider Eichsel ætatis quadraginta sex annorum & vltra, t- stis iuratus,receptus,& examinatus deponit vt Ioannes Wieschel cõteſtis suus pr- ximè supra ante Rudinum deponens,quem deponere audiuit, & eius depositio præsens fuit,& addit etiam,quod audiuerit à suis senioribus sæpius dici, quod cer & alia animalia venerint ad Eichsel & in cornibus ceruorum fuerint visæ candel- aliud non dicit,nec sibi constat,nisi quod ab omnibus vicinis in Eichsel viderit, audiuerit dici, & reputari, ac haberi pro eo,quod trium sanctarum Virginum c- pora essent sepulta in Eichsel,& ibidem requiescerent,prout etiam pro Sanctis i- cursus ad eas ibidem habeantur. Datum & actum in Villagio Eichsel anno dom millesimo quingentesimo quarto,duodecima die mensis Maij, Põtificatus sanct- simi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ S- cundi,anno eius primo, indictione septima: præsentibus ibidem nobilibus & va- dis honorabilibusque viris Dominis Adelberto Truckses,Rudolfo in Graben l- cis,nec non Doctore Canonico Ecclesiæ in oppido Rhinfelden,& Ioanne Esse- macher Capellano ibidem testibus,ad præmissa vocatis,& rogatis.

De luce cerui cornuum cõfirmatur.

Acta hæc A.1504.

Testes vocati.

Gregorius Swvegler Notarius curiæ Bas. subscripsit rogatus.

Testis

Testis XXXIII.

Die verò Martis proxima ante festum Adscensionis Domini nostri Iesu Christi, scilicet decima quarta Maij, fuit in Monasterio Carthusiensi minoris Basileæ Constantiensis Diœcesis examinatus religiosus vir Dominus Ludouicus Muser, Conuentualis domus Carthusiensium Basileæ Constantiensis Diœcesis sexaginta rum annorum vel circa, qui super his quæ sibi constent, ex parte Beatarum trium Virginum in Ecclesia Parochiali Eichsel, & eius cæmiterio requiescentium diligenter examinatus deponit, dicitque esse verum, quod sint pro nunc quadraginta anni, posteaquam habuerit maximam conuersationem cum nobilibus, & strenuis viris Dominis Wernero dapifero milite, ac Hermanno Truchses milite, qui etiam ex speciali fauore, quem gerebat ad ipsum testem deponentem sibi Domino vnam Capellaniam in Eichsel, Beatæ Mariæ Virginis altare contulerunt, ita quod ipse dominus testis magnam deuotionem ad eundem locum habere consueuerit, & proposuerit ibidem velle sibi ædificare domum, & illic habitationem suam continuum peragere, & medio tempore sæpius illuc iuerit, & à senioribus ibidem circumcirca residentibus interrogauerit, qualiter huiusmodi Sanctæ Virgines illuc venissent, vel quo res se teneret, qui quidem seniores omnes à teste interrogati sibi domino testi dixerunt, quod dum S. Vrsula cum suis sodalibus per nauim venisset, vsque in locum Bucken, vel circa, huiusmodi tres virgines fuissent infirmæ, & ibidem nauim exiuissent, & venissent vsque ad certum locum, qui iam dicitur Eichsel, ibique mortuæ fuissent, & testis dicit, quod semper audiuerit per dictum tempus, quod huiusmodi tres Virgines essent de numero vndecim mille Virginum, venerintque ipsæ virgines habitæ, tentæ, ac veneratæ pro virginibus Sanctis, & credat firmiter, quod verum sit, quod sint de numero Sanctarum vndecim mille Virginum, & pro eo habet. Nam dicit testis, quod fuerit ossuarium defunctorum super cœmiterium Ecclesiæ in Eichsel, & in eodem ossuario quod muro contiguum esse fuerit quoddam lignum, quod erat valdè saporosum, & saporem habuerit tantum florem violarum, & dicebatur quod iaceret super sepulcrum seu tumulum cuius ex sanctis Virginibus antedictis. Ipseque testis scidit aliquando particulas seu portias de huiusmodi ligno propter amabilem saporem eius, & viderit similiter alios multas inde scindere. Et ipse Dominus testis saporauit, habueritque propterea Dominus testis magnam inclinationem ad eundem locum, & scit, quod fuerit concursus magnus ad easdem Sanctas Virgines, an autem miracula aliqua facta fuerint, aut sint, sibi Domino testi non constat. Sed hæc audiuerit, quod olim prætendebatur per nonnullos effodi corpora dictarum Virginum, & dum incepissent fodere venisset vox, quam fodere præsumentes audiuerant, dicens: Dect zu/es ist noch zu früh. Testis etiam dicit, quod huiusmodi tres Virgines ibidem in Eichsel requiescentes, fuerint ab hominibus scientibus eas ibidem requiescere, pro huiusmodi sanctæ de consortio vndecim mille Virginum existentes habitæ, tentæ, nominatæ, & reputatæ palam, publicè, & notoriè, & sic fuerit, & sit verum, nec aliud sibi constat.

Ludouicus Muser Carthusianus.

Tres Virgines è sodalitate S. Vrsulæ infirmæ exscēdūt.

Semper habitę & cultæ, vt de numero vndecim mill.

Lignum sapidum.

Cōcursus magnus.

Effossores deterrentur.

Irerū cōfirmat esse de vndecim millibus.

Testis XXXV.

DOminus Rudolfus Ryat presbyter Cappellanus Ecclesiæ Basileensis, & Præsentiarius chori eiusdem Ecclesiæ testis examinatus dicit esse verum, quod ipse ante triginta annos fuerit in Retelen, & circum circa, & deinde adeptus fuerit Ecclesiam Parochialem in Hovvingen Decanatus Wisental, & eo tempore, quo illis partibus exstiterit, ipse sæpissimè à dictis annis transiuerit ad villagium Eichsel ibidem aliquando missas celebrando, & quia viderit ibidem esse, & venerari eas Virgines, illasque pro Sanctis teneri, & reputari, ipse testis à senioribus ibidem circum circa residentibus villanis & incolis sæpè audiuerit, quod olim dum vndecim mille Virgines cum Sancta Vrsula nauigauerint super Rhenum, & venerint ad illas partes circa Bucken, eo tunc dictæ tres virgines, scilicet Cunegundis,

S. Vrsula nauigat per Rhenum.

Nomina Virginum infirmarū.

VVibrandis & Mechtundis exiuiſſent tanquam infirmæ nauim, & veniſſent vſqu
ad locum ſiue curiam Roperſchvvill, ibidemque permanſerint ad earundem mo
tem vſque : & fuerint ſepultæ in iſto loco, qui nunc dicitur Eichſel. Dicit e
iam, quod viderit à triginta annis, & citra magnum concurſum hominum dietim i
luc ad iſtas beatas Virgines tranſeuntium, eaſque in ſuis neceſſitatibus implora
tium, prout etiam ipſe teſtis magnam illuc deuotionem habuit, propter huiuſmo
Virgines, quas ſemper pro Sanctis Virginibus de ſocietate, & numero vndeci
mille Sanctarum Virginum tenuerit, & teneri viderit, ac venerari, & Rect
ac ſubditi in Eichſel cum proceſſione, & reliquijs tranſeuntes ad alias Ec
cleſias aliarum villarum ſemper in ſuis, & dictæ Eccleſiæ in Eichſel vexillis po
tabant depictas Sanctas tres Virgines, cum Sancto Gallo, tanquam patron
eiuſdem Eccleſiæ, ſic quod teſtis pro eo habet, ſi huiuſmodi tres Virgines no
fuiſſent Sanctæ, quod Reuerendus Pater Dominus Epiſcopus Conſtantien
modernus, ſuique prædeceſſores Epiſcopi non toleraſſent tanto tempore t
lia fieri, ſed quia ſemper publica vox & fama fuit, quod eſſent Sanctæ Virgines, id
ſic fuerit toleratum, & pro Sanctis fuerint veneratæ.

Fuerũt de numero vndecim millium.

In vexillis effigies earum.

De ſignis autem & miraculis ſiquæ facta ſint, ſibi nil conſtat, n
quod ſimiliter ab antiquioribus audiuerit, quod circa fontem, qui iam c
citur fons Virginum, olim fuerint multi magni vermes venenoſi, quod nen
circa eundem fontem poterat habitare. Et dum hæ Sanctæ Virgines illuc ad fo
tem veniunt, fuerint per virtutem DEI, propter huiuſmodi Sanctas Virgine
dicti vermes conuerſi in lapides, prout etiam adhuc appareant lapides e
diuerſarum formarum vermium circa fontem ipſum iacentes. Teſtis quoq
dicit quod viderit lignum iacere extra Eccleſiam Eichſel in oſſuario conrig
Eccleſiæ, pro tunc exiſtente, quod mirabiliter bonum odorem habuerit, que
etiam teſtis ſapuerit, & dicebatur communiter, quod iacuerit ſuper ſepulcru
ſiue tumulum Sanctarum Virginum; fuerit ſapor quaſi flores violarum ſapiunt, n
aliud ſibi conſtat.

Fons Virginum.

Ibi vermes in lapides obdurue runt.

Lignum odoratũ.

Teſtis XXXVI.

Domina Barbara zur Linden, vxor prouidi Friderici zur Linden, cit
& Conſulis ciuitatis Baſileenſis examinata dicit, quod duo anni, vel quaſi l
pſi ſint, quod ipſa fuerit infecta peſte Epidymiæ, & conſultum ſibi fuerat, quo
votum faceret eundi ad Beatas Virgines in Eichſel, id ipſa fecerit, & fue
iterum ſanata. ipſaque dehinc compleuerit, ſeu adimplendo fecerit votum, & h
bet pro eo, quod huiuſmodi Sanctæ Virgines, & Beata Virgo Maria, qua
etiam implorauerit, pro ea apud DEVM interceſſerint, quod euaſerit mo
tem, aliud non ſcit.

Vxor Cõſulis Baſileenſis peſte liberatur voto.

Teſtis XXXVII.

Domina Ennebina Armbroſterin, incola mercatrix Baſileenſis dicit, quo
duo ſint anni, dum peſtilentia hic Baſileæ regnauerat, & in domibus vicin
valde regnabat, ſic quod multi homines moriebantur, & tandem filia ſu
Margareta etiam fuerat infecta, quæ etiam ſe, & tandem filiam ſuam pro
miſerat ituras, & viſitaturas Beatas Virgines in Eichſel, & quamprimu
hoc fecerit, fuerat dolor mitior, ita quod filia ſua fuerat reſtituta ſanitati,
hodie viuat, & firmiter credit, quod Sanctæ Virgines per earum interce
ſiones apud Deum huiuſmodi gratiam obtinuerint, quod Deus filiam eius v
uam dimiſerit. Audiueritque, quod quidam miles ſe cum ſua familia illuc a
Beatas Virgines vouerit iturum, & fuerunt omnes defenſæ, quod nullu
infirmitas epidymiæ ſiue peſtis huiuſmodi tetigit, neſcit tamen qualiter m
les nun-

Peſtis depellitur.

Vermes cõuerſi in lapides.

Is nuncupatur. Aliud sibi non constat, nisi quod etiam audiuerit, quod sit quidam fons propè Eichsel, vbi fuerint multi vermes, qui propter beatas Virgines conuersi fuerint in lapides, licet hoc non viderit, tamen pro vero sibi dictum est. Aliud non scit.

Testis XXXVIII. & XXXIX.

Anno Domini & Indiction. vt supra.

Die verò lunæ festi Pentecostes constituti in ciuitate Basileensi discreti Ioannes Ritterman & Margareta Runis coniuges legitimi de Brombach Constantiensis Diœcesis, examinatique medijs suis iuramentis dicunt esse verum, publicum, & notorium, quod ipsi ambo habuerint pustulas per ex ferè annos, & in huiusmodi infirmitate procreauerint insimul puerum vnum feminei sexus Ennelinam, quæ etiam huiusmodi infirmitatem pustulæ secum in mundum portauerit, sic quod idem puer pustulis infectus fuerit in vtero matris, & huiusmodi pustulas habuerit per quatuor annos, quam ætatem habeat, & non vltra, nec vnquam potuerit ambulare seu ire propter eandem infirmitatem, itaque cum pridie videlicet Dominicæ Vocem iucunditatis apertæ fuerint sepulturæ Beatarum Virginum Cunegundis, Mechtundis & VVibrandis, & nonnulli homines ex Brombach, & alijs villis circum vicinis ibidem in Eichsel fuerunt, & viderunt, ipsas Beatas Virgines, & audiuerunt, quod signa per intercessionem huiusmodi Virginum erant peracta, & quod homines à febribus & alijs infirmitatib. fuerunt liberati. Aliqui dixerunt, quod ipsi testes eorum puerum ante dictum etiam cum illis ad easdē beatas Virgines deberent vouere, ipse puer prædictus talia audiens, continuo ex magno feruore, quem vt creditur instinctu Dei habuit, & dixerit: Ego volo etiam ad beatas Virgines, volo etiam ad beatas Virgines, &c. & ex omni fortitudine, quam idem puer tunc habuerit se in lecto, in quo decumbebat, erexerit. Cum autem mulier Elsa nominata ipsius Ioannis testis antedicti nouerca inclinationem pueri videbat, statim ipsa voluerit puerum ad Beatas Virgines prædictas. Similiter fecerit Margareta testis eiusdem pueri mater, & quamprimum ipsum puerum illuc vouerunt, ipse puer dixit: Ego volo ire, Ego volo ire, &c. & puero de lecto leuato, & ad terram posito per testes, ad statim idem puer recepto in manus suas paruo baculo, siue ligno, cum eodem baculo inceperat ire, & iuerit solus absque omni adiutorio, licet antea nunquam iuerit, nec ire potuerit: sic ipsi coniuges votum prædictum compleuerint cum puero, eundem illuc ad beatas Virgines portantes secum, qui puer existens cum Sanctis, per se, mediante tamen baculo transiuerit in Ecclesiam ad Sanctas Virgines, & interim de die in diem magis potuerit ipse puer ambulare. Hæc non gratia, odio, amore, aut prece inducti, sed ex omni veritate dicunt, & publica præmissa fore ac vera asserunt.

Puer quadrimulus peregrinatione susceptа curatur à pustulis tempore eleuationis Virginum Lunę Pentecostes.

Testis XL.

Religiosus Dominus Ioannes Fabri, Conuentualis Monasterij Ordinis Minorum de Obseruantia Basileæ Presbyter examinatus die Veneris post Pentecostes dicit, quod sint pro nunc quinque dies, quod febres inuaserint ipsum, & habuerit eas acutissimas, ita quod cum ipse alias inclinationem habuerit ad Sanctam Christianam, & ad tres Virgines antedictas in Eichsel, ipse fecerit votum ad ambas Ecclesias huiusmodi, & ad bea-

Alius eadem septimana curatur à febribus.

tas Virgines illic requiescentes. Illudque votum die Sabbati ante Exaud compleuerit, & interim febris ipsum nunquam tetigerit, nec easdem sen ferit amplius, & firma fide credit se per intercessionem Sanctarum Virginum scilicet Sanctæ Christianæ, & Sanctarum Cunegundis, Wibrandis, & Mechtun dis fuisse liberatum à febribus.

Commissa rij noui pro inspe ctione.

Die verò Mercurij vicesima nona mensis Maij, supradicti Reuerendi Pa tres Domini Tilmannus Episcopus Tripolitanus, Reuerendi in Christo Pa tris Domini Christophori Episcopi Basileensis Vicarius in Pontificalibus, nec non Ioannes Kreutzer, præpositus Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis, a Reuerendo Patre Domino Hugone Episcopo Constantiensi ad hæc missus, & speciali commissione præfati Reuerendissimi Domini Raymundi Legati de de latere, eis viua voce facta, Ecclesiam in Eichsel accesserunt, Beatarum trium Virginum sepulturas, & corpora, ac alia necessaria videre; visa conspiciendo, repereruntque singula, vt supra scriptum est fore vera, & vltra hoc literas indulgentiarum effectum continentes subscriptum, videlicet quod Reuerendus Dominus Angelus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Sursinensis & Caminensis Episcopus ad Alemanniam, & vniuersas & singulas Prouincias, ciuitates, terras, & loca Germaniæ cum plena potestate Legati de latere Apostolicæ Sedis Nuncius, & Commissarius, Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, quarto mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini Sixti Papæ quarti, dedit Indulgentias ad Ecclesiam in Eichsel autoritate suæ legationis omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in Annunciatione Beatæ MARIÆ Virginis, ac Sancti Gal li Confessoris, ac Sanctæ Trinitatis, necnon Beatarum VVibrandis, Cunegundis, & Mechtundis Martyrum festiuitatum & dedicationum huiusmodi diebus deuotè visitauerint, & manus adiutrices porrexerint, singulis huiusmodi festiuitatum diebus vnum annum de iniunctis pœnitentiis eis relaxauit, &c. perpetua literarum valitudine sub sigillo eius appenso: est actum ad instantiam strenui viri Hartmanni Truckses militis.

Indulgentiæ vniũ anni datæ visitantibus SS. Virgines in festo earũ.

De sancta Christiana sequitur.

DIe verò veneris vltima mensis Maij, supradicti Reuerendus Pater Dominus Tilmannus Episcopus Tripolitanensis, Reuerendi in Christo Patris & Domini, Domini Christophori Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Basileensis Vicarius in Pontificalibus Generalis, Venerabilesque Domini Ioannes Hammannus, Sacræ Theologiæ Professor, Ordinis Prædicatorum, Ioannes Berckman de Olpe Ardhidiaconus Ecclesiæ Collegiatæ in Munster Basileensis Diœcesis, ad commissionem eis per præfatum Reuerendissimum Dominum, Dominum Raymundum Cardinalem de latere Legatum viuæ vocis oraculo factam, & voluntate etiam Reuerendi in Christo Patris Domini, Domini Hugonis Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopi Constantiensis per Reuerendum Patrem Dominum Ioannem Kreutzer, Præpositum Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis ab eodem Domino Episcopo missum adhibita, Ecclesiam Sanctæ Christianæ in monte Sanctæ Christianæ Constantiensis Diœcesis accesserunt, & ibidem in mei Notarij publici, & testium infrascriptorum præsentia: præsente etiam Nobili, & valido viro domicello Rudolfo de Blumneg armigero aduocato castri, & baliuo dominij Rotelensis Illustris Principis, & Domini Christophori Marchionis inferioris Baden. eiusdemque castri, & domini lapidem magnum, & grauem super sepulcrum, in quo Sancta Christiana, qua de societate Sanctæ Vrsulæ, & vndecim mille Virginum, publicè ab vniuersis Christifidelibus illius patriæ incolis, & inhabitatoribus esse asseritur, &

S. Christiana de societate S. Vrsulæ & 11. mille Virginũ.

pro

ro tali habetur,& venerata exiſtit,poſitum remouerunt, & leuarunt. Quo quiem lapide huiuſmodi amoto & leuato, repererunt ſepulcrum huiuſmodi quaior muris factum, & vſque ad brachia viri profundum. Et in eodem ſepulcro in medio poſitam vnam ſarcham lapideam, cum ferris à duobus lateribus benè clauſam & munitam, quam ſarcham, ex ſepulcro huiuſmodi leuarunt, illmque ab vna parte ferro,cum quo clauſa erat remoto, aperuerunt,& lapidem eſuper coopertum leuarunt. Quo leuato viderunt, & repererunt integrum corpus,ſiue omnia oſſa reliquiarum Sanctæ Chriſtianæ in eadem ſarcha recluſa, ſeu recluſum. Quibus ſic viſis,& cum omni gaudio, & reuerentia repertus Reuerendus Dominus Tilmannus Epiſcopus Tripolitanenſis præfatus, præmiſſis, & completis antea orationibus,& ſolennitatibus ad hæc requiſitis, & debitis, vnam ſpatulam Sanctæ Chriſtianæ Virginis ex huiuſmodi lapidea capſa ſiue ſarcha recepit, & ſuper mundum arcum papyri poſuit, omnibus ibidem exiſtentibus demonſtrando,fuitque in huiuſmodi ſpatula, & adhuc eſt caro dictæ ſanctæ Virginis, licet propter eius antiquitatem huiuſmodi caro facta ſit,quaſi bombacum fuſci coloris,ſic tamen,quod teneri,& retineri poteſt digitis. Quibus reliquijs ſic integrè repertis,fuit ipſa ſpatula vniuerſa in capſam ſeu ſarcham prædictam repoſita,& recluſa cum omni reuerentia,& honore debitis, ipſaque ſarcha, ſeu capſa lapidea in tumulum prædictum,ſiue cauernam repoſita, lapiſque deſuper repoſitus prædictus, antequam omnia præmiſſa fuerunt peracta,tres miſſæ habitæ, & celebratæ exſtiterunt cum omni deuotione,præſentibus ibidem honorabili Domino Henrico Raf,Canonico in Colmar,& honeſtis Ioanne aduocato in Loërach, Ioanne Wagner etiam olim in Loërach Aduocato, Antonio Ziegler de Lerach, Ioanne Orth Aduocato in Richen, & Ludino Dorvvart de Richen hoſpite,&pluribus alijs honeſtis hominibus,vtriuſque ſexus,pro teſtibus ſuper præmiſſis rogatis,& requiſitis.

Aperitur eius ſepulcrum.

Reperitur integrum corpus.

Caro adhæret oſſibus.

Tria ſacra celebrantur.

Teſtes vocati.

Mutatur menſis.

ANno Domini,milleſimo quingenteſimo quarto ſupradicto, Indictione ſeptima,die verò lunæ,tertia menſis Iunij, Reuerendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus,Dominus Raymundus miſeratione diuina Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus,literas in forma ſubſcripta emanãdas ſub ſuæ paternitatis Reuerendiſſimæ ſigillo appreſſo munitas decreuit.

Quarum tenor ſequitur,& eſt talis.

RAymundus miſeratione diuina Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, tituli Sanctæ Mariæ nouæ Presbyter Cardinalis Gurcenſis, ad vniuerſam Germaniam,Daciam,Sueciam, Noruegiam,Friſiam, Pruſſiam, omneſque, & ſingulas earum Prouincias,ciuitates, terras, & loca, etiam ſacro Romano Imperio,in ipſa Germania ſubiecta, etiam adiacentia Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus,vniuerſis & ſingulis Abbatibus,Præpoſitis,Prioribus,Decanis,Parochialium Eccleſiarum Rectoribus,& Plebanis,& Viceplebanis,Capellanis, Curatis, verbiq; diuini prædicatoribus,ſecularibus & religioſis, ceteriſque Presbyteris & Clericis per Ciuitates, & Diœceſes, tam Baſileenſis,Conſtantienſis,quam etiam Lauſanenſis,ac alias vbilibet conſtitutis ſalutem in Domino cum præſentium publicatione,& intimatione,ac fideli exſecutione. Tunc noſtræ legationis officium, quo meritis licet imparibus fungimur, rectè peregiſſe credimus, cum inter reliqua eius opera noſtras ſolicitudinis partes ad Sanctorum præſertim feminei ſexus, qui varia tormentorum genera pro noſtra fide ſubire non formidarunt, veneration em conuertimus, ac alia, quæ veneratione debita carent, quantum cum Deo poſſumus eleuemus, prout auctore Domino ſalubrius conſpeximus

expedire. Cum itaque ſicut ad noſtrum plurium fide dignorum relatione peruenit auditum, in Parochiali Eccleſia villæ in Eichſel dictæ Conſtantienſis Diœceſis propè Rhinfelden, eiuſque cœmiterio quædam corpora ſub vocabulis, *Cunegundis, VVibrandis & Mechtundis*, necnon in capella ſita ſuper montem *Sanctæ Chriſtianæ*, corpus eiuſdem *Sanctæ Chriſtianæ Virginis, quæ omnes de numero ſeu ſocietate Sanctæ Vrſulæ & vndecim mille Virginum fuiſſe*, & eſſe reperiuntur ſepulta, & recondita exiſtant, ipſæque Eccleſia & Capella in honorem earundem Sanctarum Virginum dedicatæ inueniantur. Quæ idem non minimis miraculis refulſerunt, & indies euidentioribus effulgent, & plurimorum Chriſtifidelium ad eas in ſuis neceſſitatibus recurrentium, & implorantium voces exaudiunt, & apud Deum feruenter intercedunt, adeo, quod plures ſpe, & fide firma ad eas recurrentes, & illic emiſſa perſoluentes, varijs languoribus ſe ſenſerunt redemtos & liberatos. Poſtquam igitur nobis ab illorum locorum poteſtatibus, & Dominis temporalibus expoſitum primitus per eos varijs ſignis, & miraculis, quæ ibidem contigiſſe aſſeruerunt, fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ad gloriam Dei, & maiorem ipſarum Sanctarum Virginum venerationem, & laudem de miraculis huiuſmodi per debitam inquiſitionem nos informare, & ſi vera comperta fuerint, dictas beatas Virgines, & earum corpora ibidem, vt præfertur requieſcentia adhibitis debitis ſolennitatibus noſtræ legationis autoritate eleuare, & exaltare dignaremur. Nos igitur attendentes, quod ipſarum Sanctarum Virginum maior veneratio, & plurimorum Chriſtifidelium deuotio, ac noſtra fides vniuerſalis non modicum exindè ſumerent incrementum; de præmiſſis per debitam inquſitionem informari ſatagentes, cum perſonaliter intereſſe nequiuimus, certis noſtris Commiſſarijs de omnibus prænarratis, & veritatis circumſtantijs ſe ad plenum informandi commiſſionem dedimus, cum ſingulari tamen fauore, & conſenſu Reuerendi Patris Epiſcopi Conſtantienſis loci ordinarij. Qui quidem noſtri Commiſſarij noſtræ eis factæ commiſſionis vigore, vniuerſas, & ſingulas circumſtantias, & qualitates in huiuſmodi negotio per ipſorum corporum viſitationem, inſpectionem, & decalogorum, & aliarum ſculpturarum viſionem, teſtiumque ex fama continuata deponentium fidele, & diligens examen, præmiſſa veritate fulciri compererunt, omniumque, & præmiſſorum teſtimonia nobis in ſcriptis debitè redacta præſentarunt, exhibueruntque. Noſque ex huiuſmodi diligenti inquiſitione, & examinatione de ſacri negotij meritis plenius informati. Et quia inuenimus plures Sanctas Virgines de illa ſacra ſocietate fuiſſe eleuatas poſt longa temporum interualla ab eleuatione prima, videlicet Sanctam Cordulam, & Odiliam, imò etiam in Colonia Agrippinenſi circa tempora Felic Record. Nicolai Quinti papæ inuentum eſt quoddam reſeruaculum oſſibus Sanctorum plenum, quod etiam eleuatum, & alijs Sanctis oppoſitum exiſtit, & ne nouum alicui videri queat, Sancta Mater Eccleſia plures Martyres colit, qui tamen non gladio; ſed zelo Martyrij ducti diem clauſerunt extremum. Legimus etiam in tractatulo famoſiſſimi Sacræ Theologiæ Profeſſoris Magiſtri Martini Pariſienſis, quem ſuper libris Ethicorum edidit, vbi dicit: Etſi ad Martyrium exigatur actualis contemtus mortis ſemel à ratione imperatus, non tamen ad rationem Martyrij exigitur vniuerſaliter tolerantia actualis mortis. Has ſiquidem Virgines ſacram cohortem ab vrbe ſecutas & amore Martyrij allectas, cùm intellexerant Sanctam Vrſulam ex reuelatione diuina martyrium ſubituram, cum ſua ſocietate non dubitamus. Attendendum inſuper quod dictam Beatam Vrſulam (vt ſacra enarrat hiſtoria) plures Virgines, viduæ, & aliæ vtriuſque ſexus perſonæ ſecutæ, quas Spiritus Sancti inſpiratio, & reuelatio attraxerunt, inter quas fuiſſe legimus Sanctum Cyriacum Pontificem ſummum,

duos

Martyrij.

Virgines illę 4. ſunt de 11. mil. Virg. ſocietate.

Miraculorũ frequẽtia.

Informatio facta à Cõmiſſarijs.

Celebres enumerat eleuationes Virg. Vrſulanarũ Coloniæ factas.

Licitè Eccleſia colit vt Martyres qui zelo martyrij ſine martyrio mortui ſunt.

Sententia Martini Pariſiẽſis.

Virgines hæ Româ ſecutæ ſũt S. Vrſulam deſiderio

nos Cardinales, duos Diaconos, tres Subdiaconos, & Archidiaconum Ro- S. Cyriac. Papa interfuit cũ Cardinalibus.
anæ Eccleſiæ, quinque Epiſcopos de Anglia, videlicet Sanctos Guilielmum
onſobrinum Vrſulæ, Iacobum Columbanum, Ivvanum, Eleutherium, ac
otharium, ac Cæſarium Meldenſem Epiſcopum, Sanctos Mauritium, SS. Epiſcopi Angliæ. Reges 12.
Clementem, Pantulum & Marculum: Reges Etherium primum, Oli-
erium ſecundum, Crophorum quartum, Luciumquintum, Clodoueum
xtum, Canutum ſeptimum, Pipinum de oriente octauum, Adulfum no-
um, Auitum decimum, Seranum vndecimum Regem inclytum Danorum, Reginæ ac Duces.
efridum, Bonifacium paganum cum filia ab angelo monita; Regem Lau-
ntium paganum cum ſuis ſubditis ac Reginis Conſtantinopolitanenſibus, &
lijs de Hibernia, Normannorum, Sueuorum, & alijs cum multis duciſ- Numerus ad 40. millia.
s, adeo, quod numerus illorum ſe ad quadraginta millia extendit. Præ-
miſſis igitur veriſſimis documentis nobis appatentibus, credentes Deum ex
anctis ſuis pro nobis interceſſoribus eſſe propitium, in hoc ſancto eleuatio-
is negotio, cum ſingulari fauore, & aſſiſtentia præfati Epiſcopi Conſtan-
ienſis, ſub cuius Diœceſi ipſa Sancta corpora requieſcunt, procedere deſideran-
es ad eorundem corporum eleuationem Canonicam, diuina nobis gratia adſpi-
ante proxima die Dominica poſt octauas feſti corporis Chriſti, manè circa horã
uintam propter ſermonem ibidem in laudem Dei, & Sanctarũ Virginum fien- Indicit diẽ eleuationis.
um procedere curabimus, prout id in Domino conſpexerimus ſalubrius expe-
lire. Vt igitur hæc eleuatio & Sanctarum reliquiarum exaltatio in gloria Dei,
& dictarum Virginum veneration deuotius, & ſalubrius fieri poſſit, de omni-
otentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius autori-
ate confiſi, ac de ſpeciali indulto nobis deſuper conceſſo omnibus, & ſin-
gulis Chriſtifidelibus, qui iſta die diuinis officijs, quæ adſpirante nobis
gratia Spiritus Sancti in propria perſona celebrare intendimus, corporum præ-
dictorum eleuationi, exaltationi, proceſſioni, vel ſolenni benedictioni, ſic vt
præmittitur fiendis deuotè interfuerint, & ſuas deuotas ad Deum preces pro
vniuerſalis Eccleſiæ ſtatu, & pro pace totius imperij, ſummi Pontificis, noſtra-
que proſperitate, & animarum ſalute ſemel orationem dominicam, & ſalutationem angelicam deuotè dixerint: aut qui quorum facultates ſuppetunt, ſuas
pias eleemoſynas, & caritatiua ſubſidia, cum huiuſmodi eleuatio, & exaltatio
abſque grauiſſimis impenſis minimè fieri, & peragi poſſit, pro expenſarum ſup-
portatione capſarum, in quibus ſancta corpora huiuſmodi collocari, & reſeruari
debent, decentiori ornatu & decore ipſis tribus diebus erogauerint, & admini-
ſtrauerint, & ad gazophylacium ibidem ordinandum proprijs manibus poſue- Cum Indulgentijs plenarijs.
rint, abſolutionem plenariam peccatorum de plenitudine noſtræ legationis po-
teſtate in forma Eccleſiæ conſueta in Domino concedimus. Si autem diuina of-
ficia per alium celebrari, & teneri contigerit, ter orationem Dominicam & to-
tiens ſalutationem angelicam, vt prædicitur orantibus decem annos, & totidem
quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs in Domino autoritate legationis noſtrę
relaxamus, Et inſuper vt Chriſtifideles ipſi ad huiuſmodi indulgẽtias conſequẽ-
das eò ardentiores & aptiores fiant, certos noſtros confeſſores, qui poteſtatem Et poteſtate abſoluẽdi à reſeruatis.
cunctos Chriſtifideles, qui peccata ſua confeſſi fuerint, in caſibus Sedi Apoſtoli-
cæ ſpecialiter nõ reſeruatis abſoluere, & pœnitẽtiã eis ſalutarẽ iniungere poſſint,
& valeant ordinare, & deputare curabimus, prout id ſalubrius in Dño cõſpexeri-
mus expedire. Quæ omnia, & ſingula vobis omnibus, & ſingulis intimamus, inſi-
nuamus, & notificamus, ac ad veſtram, & cuilibet veſtrum notitiã indubitatã de-
ducimus præſentium per tenorẽ, vobiſq; & cuilibet veſtrum autoritate legatio-
nis noſtræ prædictæ, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus huiuſmodi no-
ſtrum eleuationis, & exaltationis mandatũ in veſtris Eccleſijs ſub miſſarũ ſolem-
nijs, dũ maior populi multitudo ad diuina audienda ibidẽ cõuenerint, publicare
curetis, vt tãtas peccatorum remiſſiones valeant promereri. Et vt Deus nobis ſuã
gratiã in veneratione Sãctarũ dare dignetur, eiſdẽ veſtris ſubditis noſtra autori-

Ieiunium præcipitur pridie eleuationis.

tate præcipiatis, vt vigiliam eleuationis fiendæ ieiunent, diem verò lunæ festiuent, & celebrent, & orationibus suis deuotis sanctificent, vt per hæc DEVS omnipotens misericordiam, & gratiam ad illa, quæ in fidei nostræ propagationem tendunt, concedere, & elargiri dignetur, in quorum fidem, præsentes nostras literas fieri, & per Notarium publicum subscribi, sigillique nostri impressione iussimus, & fecimus communiri. Datum Basileæ Anno à Natiuitate Domini, Millesimo quingentesimo quarto, Indictione septima, die verò lunæ tertia mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ secundi, Anno primo, præsentibus ibidem honorabilibus viris Dominis Dionysio Iacoti presbytero Bisontinensi, & Guilielmo Bouse Clerico Morinensis Diœcesis, Camerarijs nostris testibus, ad præmissa vocatis, & rogatis.

De mandato dicti Reuerendissimi Domini Cardinalis, & Legati Ioannes Berneuelt Notarius publicus subscripsit.

Testis 41.

EOdem siquidem die lunæ tertia Iunij, fuerunt examinati honesti viri Ioannes Hymelrich, & Clevvinus Erbesholter, ambo de villagio VVylen Constantiensis Diœcesis, super his, quæ ipsi sciant, vel audiuerint à suis senioribus de Sancta Christiana. Qui etiam medijs suis desuper præstitis iuramentis dixerunt, & deposuerunt, vt sequitur.

Historia S. Christianæ.

Ioannes Hymelrich de villa VVylen Constantiensis Diœcesis, ætatis annorum octuaginta, vel circa, iuratus receptus, & medio suo iuramento examinatus deponit, & dicit esse verum, quod ipse ante annos sexaginta, & septuaginta proximè lapsos à quondam suis parentibus, & alijs senioribus villagij VVylen, & aliarum villarum vicinarum audiuerit, quod olim Sancta Vrsula cum suis Sodalibus nauigauit per Rhenum veniendo de curia Romana, Sancta Christiana fuerit secum, & dum erat circa litus propè domum rubeam seu Monasterium Ordinis Beati Pauli primi Eremitæ, eadem Sancta Christiana fuerit infirma, & petierit se emitti. Sicque ducta vsque ad campum propè villagia Krentzach & VVylen, ibidem in campo quadrato amplitudinis octuaginta pedum ab vtraque parte, qui locus modicum elcuatus est, & altior, quam terra siue agri, contigui eidem loco, qui quidem locus semper habuerit, & hodie habeat nomen, & nuncupetur lectus Sanctæ Christianæ, ex causa illa, quod in eodem loco mortua fuit, siue diem vitæ suæ clausit extremum. Audiueritque semper dici, quod fuisset differentia occasione bannorum seu limitum parochiarum, ita quod inhabitatores villagij VVylen prætendebant corpus Sanctæ Christianæ debere duci ad Ecclesiam ipsorum: Parochiani verò in Krentzach prætendebant quod deberet duci ad Ecclesiam eorundem, itaque cum huiusmodi differentia habita fuisset, quidam senex vir ita consuluit, quod corpus Sanctæ Christianæ deberet poni super curriculum, & deberent præponi duo boues, & illos boues permitti transuehi corpus, & vbi ducerent, quod ibidem sepeliretur Sancta Christiana, sicque factum fuerit, & boues huiusmodi iter receperint adscendendo super altitudinem montis illic propè existentis, & bobus venientibus ad montem, idem mons per diuinam potentiam se aperuisset, ita quod boues habuerunt viam adscendendi, & Sanctæ Christianæ corpus ducendi, quod etiam duxerint vsque super montem, in quo hodie requiescit; Sicque ibidem in honorem Sanctæ Christianæ fuerit erecta Ecclesia Parochialis, quæ hodie Parochialis Ecclesia existat: habens subditos & limites proprios, fueritque maximus concursus à tempore memo-

N. S. Vrsula Româ veniẽs nauigat per Rhenum.

S. Christiana exscendit.

Lectus in quo mortua.

Contẽtio Parochiarũ duarũ.

Boues cũ corpore montẽ adscendunt.

Mõs diuisus trãsitũ præbet.

Ecclesia Parochialis erigitur ad honorem S. Christianæ.

riæ

re ipsius testis ad eandem Sanctam Christianam, & à suis senioribus semper a diuerit concursum ad eandem fuisse, sicque testis per se concursum vidit, & iuc iuit pro sua deuotione ipsam in suis necessitatibus implorando, hæc non gra-ti, odio, amore, seu lucri causa deponit, aut prece, pretio, vel fauore, sed iusti-e intuitu. Cõcursus ad S. tumulum.

Clevvinus Erbesholter de VVylen ætatis annorum nonaginta & vltra, stis iuratus receptus & medio suo iuramento examinatus dicit, & de-onit similiter esse verum, quod ante octuaginta annos à suis senioribus, parentibus viris, & personis vtriusque sexus fide dignis, omnique ex-eptione maioribus, quod olim dum Sancta Vrsula ex curia Romana ve-erit nauigando per Rhenum cum suis Sodalibus, inter illas fuerit Sancta Christiana, quæ erat adeò infirma, quod exiuerit nauim propè Rubeam omum, vbi sit Monasterium Sancti Pauli primi Eremitæ, & venerit vsque d quendam locum agrorum intra villas VVylen, & Krentzach, & in eo-lem loco permanserit in campo, & diem ibidem vitæ suæ clauserit extre-num, prout etiam locus ipse, in quo ipsa obierit hodie, nuncupetur le-tus Sanctæ Christianæ, propterea quod in eodem loco mortua fuerit. Qua ic mortua dicit testis se audiuisse veridica relatione, quod corpus Sanctæ Christianæ fuerit positum super vnum curriculum, & præpositis duobus obus ductum præter regimen hominum ad placitum animalium huiusmodi, eu diuina gratia mediante vsque ad montem, in quo Sancta Christiana ad-uc requiescit. Dicitque testis se audiuisse à parentibus, & senioribus suis, quod mons per quem corpus ducebatur, se aperuerit, & fuerit eis factum iter diuina potentia, sic quod adhuc hodie vallis existat, & habeat eadem vallis nomen, quod dicitur via Sanctæ Christianæ, propterea, quod per eandem corpus eius fuit sic per boues ductum, corpus Sanctæ Christianæ sic erat super acumen montes ductum, ipsi boues steterunt illic non vltra gradientes; sic fuerit ibidem sepulta, prout adhuc requiescat in eodem monte, & sit ædificata Ecclesia in eius honore. Et in eius nomine, & honore dedicata, & nomen habeat Ecclesia Sanctæ Christianæ, & sit Ec-clesia Parochialis, & à tempore vitæ suæ fuerit magnus hominum concur-sus ad eandem Sanctam Virginem Christianam, tanquam ad vnam de numero vndecim mille Virginum existentem, pro qua semper audiuit, & vidit eam venerari, & nominari, & ipse testis eandem Sanctam Virginem Christianam pro Sancta tenuit, nominauit & honorauit, hæc non gratia, odio, a-more, prece, pretio, vel fauore deponit. Testis 42. Cõfirma-tur narra-ta historia ab alio iu-rato teste. Iter Roma nũ defen-ditur. Exstat ho-die mõtis diuisi val-lis, dici-turque via S. Christia næ. In cacu-mine mõ-tis sepeli-tur. Est de nu-mero 11. mill. Virg.

Die verò lunæ decima mensis Iunij, coram Reuerendissimo Domino, Domino Raymundo Cardinali, & Legato in ciuitate Basileensi apud San-ctum Leonardum constitutus honorabilis vir Dominus Iacobus Merbolt cle-ricus Bambergensis Diœcesis, eiusdem Reuerendissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Raymundi Cardinalis Sanctæ Sedis Apostolicæ de latere Legati familiaris ab eodem Reuerendissimo Domino Legato, pridie ad villa-gium Eichsel, vbi Beatæ Virgines, scilicet Cunegundis, VVibrandis, & Mechtundis corporaliter requiescunt missus, & ibidem perseuerando nego-tia sibi commissa expediens, reuersusque ad Basileam, & de nonnullis mi-raculis ibidem tempore, quo inibi fuit factis, dicens medio suo iuramento desuper examinatus deponit, & dicit esse verum. Quod die Mercurij vigilia corporis Christi, proximè præterito venerit ad villam Eichsel quædam mulier, quæ fuerit in vno eius oculo per sedecim annos cæca, & postquam illa se ad dictas Beatas Virgines vouerit, statim ipsa à cæcitate eiusdem oculi in-tercedentibus Beatis Virginibus prædictis adiutorio DEI fuerit liberata, at-que visum habuerit, & habebat, ac si nunquam visu caruisset. Hanc ipse testis Testis 43. Tria mira-cula eo ip-so tẽpo-re facta. Sedecim annis cæ-ca vno o-culo voto edito sta-tim sana-tur. Vidit eam testis.

Vidit eam testis.

testis vidit, & ab honestis hominibus audiuerit, ipsam dictis annis visi in dicto oculo suo huiusmodi orbatam fuisse, vsque ad dictam diem vot facti.

Similiter dicit esse verum, quod die Sabbati proximè præterita venerit alia mulier, quadraginta annorum existens suæ ætatis, quæ fuerit contracta in cruribus suis, adeò, quod per duos annos cum dimidio in lecto decubuerit, & ire seu ambulare non potuerit. Eadem fecerit votum visitandi Beatas Virgines in Eichsel, & quamprimum votum huiusmodi fecerit, ipsa absque alicuius hominis subsidio de lecto surrexerit, & de domo sua vsque ad beatas Virgines transire potuerit & transiuerit, & hodie ire & ambulare possit, quo velit. Hanc mulierem testis similiter viderit, & à fide dignis personis audiuerit eam sic contractam fuisse, & per dictos annos in lecto decubuisse, & ambulare non potuisse.

Contracta duos annos edito voto exsilit è lecto sospes.

Insuper testis idem dixit esse verum, quod venerit in villagium Eichsel quidam socius sedecim vel viginti annorum, qui dum puer exstitit, propter coruscationem seu tonitrua aut tempestates sibi euenerit, quod non potuerit amplius loqui, sicque mutus exstiterit, & remanserit per quatuordecim annos, & postquam audiuerit de dictis Sanctis Virginibus, quod miracula ibidem varia fierent, ipse se etiam ad easdem vouerit, quo voto facto, & adimpleto die Sabbati proxima, ipse, vt prius loqui incœperit, & loqui possit; hunc testis viderit, & à fide dignis personis audiuerit ipsum dictis annis mutum fuisse, & loqui non potuisse: hæc non gratia, odio, amore, prece, vel pretio, vel fauore deponit.

Mutus annos 14. peregrinatione suscepta loqui incipit.

Die verò decima quarta mensis Iunij supradicti Reuerendissimus in Christo Pater, & Dominus, Dominus Raymundus miseratione diuina Cardinalis, & Apostolicæ sedis Legatus præfatus, aliam intimationis scedulam emitti mandauit, & decreuit huiusmodi tenoris.

Noua indictio elevationis.

Raymundus miseratione diuina Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ SANCTÆ MARIÆ nouæ Presbyter Cardinalis Gurcensis, ad vniuersam Germaniam, aliasque nobis decretas Prouincias Apostolicæ Sedis de latere legatus: vniuersis, & singulis Christifidelibus præsentes literas nostras inspecturis notum facimus, quod die Dominica proximè futura manè circa horam quintam, ad eleuationem trium corpum Sanctarum Virginum Cunegundis, Mechtundis, VVibrandis in villa Eichsel propè Rhinfeldiam, die verò lunæ ex tunc proximè sequenti ad eleuationem Sanctæ Christianæ in monte sanctæ Christianæ, diuina nobis adsistente gratia in propria persona procedere curabimus, iuxta formam, & tenorem in prioribus nostris desuper emissis, & publicatis contentam. In cuius testimonium præsentes literas nostro secreto inferius appresso, duximus muniendas. Datum Basileæ anno Domini millesimo quingentesimo quarto, die decima quarta mensis Iunij.

Ioannes Bernuelt Notarius subscripsit.

DIe verò sedecima mensis Iunij, supradicti coram Reuerendissimo Domino Raymundo Cardinali, & Legato præfato in oppido Rhinfelden constituti honorabiles, necnon prouidi & honesti viri Dominus Ioannes Colmar, Ioannes Lederschneider, Joannes Muller, Laurentius Truchses & Berchtoldus Rudi, Canonici Ecclesiæ Collegiatæ in Rhinfelden, necnõ Ioannes Gebhart, Iacobus Abberg, Iacobus Vnmous ciuis, & ex Consulibus oppidi Rhinfelden ac Georgius Fabri Pronotarius ibidẽ. Et per eandẽ suam paternitatẽ Reuerendissimam diligenter occasione Sanctarum Virginum trium in Eichsel requies-

requiescentium, medijs suis desuper præstitis iuramentis requisiti, & examinati deposuerunt & dixerunt, & quilibet eorum dixit, & deposuit, vt infra sequitur.

Dominus Ioannes Colmar Canonicus in Rhinfelden, ceterique Domini Canonici antedicti ad mandatum eis sub excommunicationis pœna per præfatum Dominum Raymundum Cardinalem, & Legatum de latere viua voce de dicenda veritate factum, medijsque suis iuramentis Capitulo ipsorum præstitis examinati deposuerunt, & dixerunt, ac quilibet eorum deposuit, & dixit esse verum, quod ipsi recordantur quadraginta annos demto Domino Laurentio, qui recordatur triginta & vltra, & eisdem temporibus, ac vltra fuerint in oppido Rhinfelden, & visitauerint villagium, & Ecclesiam in Eichsel, & semper ab antiquioribus eiusdem villæ, ac etiam in oppido Rhinfelden ab antiquioribus audiuerint, quod dicebatur, quod huiusmodi tres Sanctæ Virgines essent de societate mille vndecim Virginum, & dum Sancta Vrsula, ex curia Romana cum Sodalibus suis venisset nauigando per Rhenum ad partes inferiores Rheni, dictæ tres Virgines venientes vsque ad locum, qui dicitur Roperchvvyl, propè villagium Eichsel, ibidem permanserint, vsque ad earundem obitum, & fuerint ac sint sepultæ in Ecclesia Eichsel. Similiter semper dici audiuerint, viderintque, quod ad easdem post earundem obitum tanquam ad Sanctas Virgines de Societate Sanctæ Vrsulæ existentes, fuerit magnus concursus populi, & præsertim ante quadraginta annos maior, quam hactenus fuerit. Ipsique testes, & quilibet eorundem similiter aliquando illuc transiuerit ex deuotione earundem, ipsas Sanctas Virgines implorando, Ecclesiaque ipsa in honore earundem Sanctarum Virginum fuerit, & sit dedicata, ipsi autem testes non sciunt de aliquibus miraculis ibidem factis, quia de his non considerauerunt, nec interrogarunt, viderunt tamen, & quilibet eorum vidit tot, & tanta insignia ab antiquo in Ecclesia Eichsel habita, & facta, quod firmiter credunt huiusmodi tres Sanctas Virgines de dicta societate Sanctæ Vrsulæ existentes ibidem requiescere. hęc non gratia, odio amore, prece, precio vel fauore, sed veritatis & iustitiæ intuitu deponunt.

Testes 44. 45. 46. 47. 48. Canonici 5. Rhinfeldenses, rogati sub pœna excõmunicationis. à 40. annis peregrinatio ex Rhinfeld ad SS. Virgines. S. Vrsula Româ Basileam redijt.

Virgines istæ sunt ex 11. millibus.

Prouidi & honesti viri Ioannes Gebhart, Iacobus Abbergh, Iacobus Vnnus, ex Consulibus Oppidi Rhinfelden, ac Georgius Fabri, Protonotarius ibidem similiter ad mandatum præfati Reuerendissimi Domini Legati, coram sua paternitate Reuerendissima in oppido Rhinfelden constituti, medijs quoque suis iuramentis per eos, & quemlibet eorundem è consulatu præstititis examinati, deposuerunt, & dixerunt, ac quilibet eorum deposuit, & dixit esse verum, quod ipsi, & quilibet eorum Consulum ab annis quadraginta, & etiam quinquaginta: Protonotarius verò ab annis triginta elapsis audiuerint à suis senioribus, & antiquioribus honestis, & fide dignis personis omni exceptione maioribus, & grauibus semper dici, quod corpora Sanctarum trium Virginum Cunegundis, Wibrandis, & Mechtundis requiescerent in Ecclesia villæ Eichsel, & eædem tres Sanctæ Virgines essent de numero Sanctarum XI. mille Virginum, & illuc venissent, dum Sancta Vrsula ex curia Romana veniendo super Rhenum nauigasset, & exiuissent ipsæ tanquam infirmæ nauim, & venissent ad istum locum, viderintque & audiuerint semper easdem in Ecclesia Eichsel pro Sanctis Virginibus teneri, reputari, & implorari, ipsique testes easdem pro talib. quæsiuerint, habuerint, & implorauerint, audiuerintq;, quod antè quadraginta, & septuaginta annos, maior concursus fuisset ad eundum locum, propter easdem Sanctas Virgines, quã hactenus fuerit, nec cõtrarium vnq̃ audiuerunt, sed viderunt imagines scissas, & super sepulturas earundem positas ad modum Sanctarum Virginum Reginarum pro intersignio, quod ibidem requiescerent Sanctæ Virgines, & eò citius venerarentur. Additq; dictus Dominus Protonotarius, quod vltra præmissa ante triginta annos audiuerit dici, quod olim quidam Dominus terræ attentasset ibidem fodere, & quod ruptum fuisset

Testes 49. 50. 51. 52. Consules Rhinfeldenses & Protonotarius.

Esse de numero 11. millium.

Venisse cũ S. Vrsula rediret Româ Basileam.

Maior cõcursus ante 40. annos.

caput

In effossione ruptũ est sacrũ caput: & simul in imagine eius apparuit ruptura.

caput vnius ex Sanctis Virginibus, & quod illo facto caput vnius imaginis supe-
positi tumulo earundem Virginum sanctarum similiter videbatur ex ea causa r
ptum, prout etiam caput vnius ex imaginibus adhuc videatur ruptum fore, firm
terque credunt testes ita esse, vt audiuerunt à suis senioribus, & sicut etiam vid
runt, & deposuerunt: hæc non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore dep
nentes.

Solennitas eleuationis.

Quibus quidem testibus singulis antedictis vno post alium successiuè p
præfatum Reuerendissimum Dominum Legatum auditis, dehinc idem Reuere
dissimus Dominus Raymundus Legatus, animo, & intentione corpora dictaru
Sanctarum Virginum, ex locis suarum sepulturarum in quibus hactenus requi
uerunt, & sepulta fuerunt, ad alium locum transferendi, & illas Sanctas Virgin
eleuandi, villagium in Eichsel antedictum equester vna cum Reuerẽdo in Chris
Patre, & Domino Christophoro Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopo Basil
ensi, necnon Reuerendis Patribus Dominis Tilmanno Episcopo Tripolitanen
eiusdem Domini Episcopi Basileensis, Vicario in Pontificalibus Generali, necno
Dominis N. Abbate in sancto Blasio, nigræ siluæ Ordinis Sancti Benedicti Cor
stantiensis Diœcesis, ac N. Abbate Monasterij in Lutzella Ordinis Cistercien
Basileensis diœcesis, pluribusque alijs Canonicis Ecclesiæ Basileensis, ac benef
ciatis aliarum Ecclesiarum: necnon associatis sibi pluribus in magna multitudin
vtriusque status, tam spiritualibus, quam secularibus hominibus vtriusque sexus fi
delibus appropinquauit: illique accessit, & Ecclesiam in Eichsel ingressus est cun
dictis Dominis Prælatis, Episcopis, Abbatibus, ceterisque Presbyteris, & Clericis a
hoc specialiter vocatis, eisque existentibus circa sepulturam dictarum Virginur
iam apertam, præmissis decantationibus tam Litaniæ, Veni Sancte Spiritus, alijs
que Orationibus, & Collectis ac cæremonijs ad hæc requisitis, cum omni solem
nitate præhabitis, idem Reuerendissimus Dominus Legatus, ossa reliquiarum di
ctarum Sanctarum Virginum de sepulturis suis, in quibus sepulta fuerunt, &
tempore obitus earundem Virginum Sanctarum requieuerunt, ad capsas siuè ar
cas, ad hoc de nouo factas posuit, & inclusit cum decantationibus Cantici Iubila
tionis: Te Deum laudamus, &c. Vt sicque illas Sanctas Virgines, illarumque cor
pora eleuando eadem corpora siue reliquias earundem Sanctarum Virginum ir
dictis arcis iam per suam Paternitatem imposita, & reclusa, aut repositas, & reclusa
cum omni reuerentia, & honore super altare pro celebranda per suam Paternita
tem Missa extra Ecclesiam propter multitudinem populi præparatum solemniter
deportari ordinauit, & fecit. Dehincque sua Reuerendissima Paternitas Missam
solemnem propria in persona ad laudem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, Sanctarum
que Virginum prædictarum, omniumque aliorum Sanctorum celebrauit, & de
cantauit, & Missa huiusmodi cum omni solennitate decantata, & finita, benedi
ctioneque data in præsentia horum plurimorum, forsan quinque millium, qui ob
honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, ac sanctarum trium Virginum prædicta
rum ibidem fuerant congregati: deinde reliquiæ dictarum sanctarum Virginum vi
ceuersa ad ipsam Ecclesiam solenniter fuerunt, & sunt transportatæ: huiusmodique
transportatione facta, idem Reuerendissimus Dominus Legatus, de eo, quod nil a
liud fecerit circa eleuationem huiusmodi Sanctarum Virginum, quæ alias genera
liter, vna cum vndecim mille virginibus existerent per Sedem Apostolicam vt pro
fertur, canonizatæ, nisi reliquias earundem de vno loco ad alium transferendo, &
eas eleuando solenniter protestatus fuit, atque protestabatur, expresè me Notariũ
infra scriptum desuper publicè requirendo, præsentibus ibidem Reuerendis in
Christo Patribus & Dominis, Dominis Episcopis Basileensibus ac Tripolitanensi
bus, ac Abbatibus & Prælatis, pluribusque alijs personis in copiosa multitudine
ibidem, vt præfertur existentibus, pro testimonio ad hæc requisitis & rogatis.

Cardinalis eques pergit in Eichsel. Cum Christophoro Episcopo Basileensi & Suffraganeo. Abbatib.

Præmissi Cantus.

Eleuat & reponit in nouas ornatiores capsas.

Defert ad altare.

Celebrat extra Ecclesiam ob multitudinem populi.

Adsunt 5. millia hominum.

Protestatur se tantũ eas solenniter eleuasse.

Esse generaliter Canonizatas à Sede Ap. cũ 11. mille Virginibus.

Eleuatio S. Christianæ.

Die verò lunæ decima septima mensis Iunij, supradicti Reuerendissimus Do-
minus, Dominus Raymundus Cardinalis, & Legatus præfatus ad eleuationem
sanctæ Christianæ Virginis prædictæ procedere volens, ad Ecclesiam S. Christianę
accessit,

aceſſit,eamque ingreſſus eſt vna cum præfatis Reuerendis in Chriſto Patribus, & Dominis,Dominis Chriſtophoro Epiſcopo Baſileenſi, Tilmanno Tripolitanenſi Epiſcopo,N. Sancti Blaſij nigrę ſiluæ,N.in Luzella Monaſteriorum Abbatibus,ceteriſque pluribus ſpiritualibus, & ſecularibus Dominis Nobilibus, & Ignobilibus Prelatis,Presbyteris, Canonicis, Clericis vtriuſque ſexus in copioſa multitudine ibidem congregatis,& ipſis ſic in Eccleſia exiſtentibus habitiſque, & præmiſſis decantationibus Litaniæ,necnon Hymno Veni creator Spiritus &c. alijſque Orationibus,& Collectis ac cæremonijs & ſolennitatibus debitis, & requiſitis,idem Reuerendiſſimus Dominus Legatus oſſa reliquiarum S. Virginis Chriſtianæ, quæ etiam vna de ſocietate vndecim millium Virginum eſſe dignoſcitur, & antea cum alijs vndecim mille Virginibus Sanctis per ſedem Apoſtolicam canonizata exiſtit in communi,de loco ſepulcri,in quo huiuſmodi reliquiæ antea fuerunt in vna ſarca lignea conditæ,ad alium locum ipſius Eccleſiæ S. Chriſtianæ,& extra ſepulturã huiuſmodi tranſtulit,& ſolenniter cum decantatione cantici iubilationis, Te Deũ laudamus &c. eleuauit,& ſuper altare pro celebranda per ſuam Reuerendiſſimam Paternitatem Miſſa extra Eccleſiam ipſam præparationem ſolenniter deportari ordinauit,& fecit. Dehinc quia ſua Reuerendiſſima Paternitas ſolennem Miſſam propria in perſona ad laudem Dei, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ac Sanctæ Chriſtinæ Virginis prædictæ omniumque Sanctorum aliorum celebrauit, ac decantari fecit. Qua ſic Miſſa huiuſmodi cum omni ſolennitate debita decantata & finita, benedictioneque data in præſentia hominum plurimorum ad minus quinque vel ſex millium ſpiritualium,& ſecularium, nobilium & ignobilium, qui ob honorem Dei, Beatæque Virginis Mariæ,ac Sanctæ Chriſtianæ prædictæ ibidem fuerant congregati,deinde reliquiæ dictæ Sanctæ Virginis Chriſtianæ viceuerſa ad ipſam Eccleſiam Sanctæ Chriſtianæ, in cuius honorem eadem Eccleſia eſt conſecrata,& in qua hactenus requieuit, ſolenniter fuerunt, & ſunt reportatæ; huiuſmodi ſiquidem tranſportatione facta, omnibuſque ſic ſolenniter & deuotè peractis, præfatus Reuerendiſſimus Dominus Legatus de eo, quod quidquid ibidem fecerit,quod hæc ad inſtantiam ſupplicationis Nobilis viri Rudolfi de Blumneg, Illuſtris Principis, & Domini, Domini Chriſtophori Marggrauij Badenſis inferioris in caſtris,& Dominio Retelen Baliui fecerit, neque aliud fecerit ſua Paternitas, niſi reliquias Sanctæ Virginis Chriſtianæ, quæ alias, vt præfertur generaliter cum undecim mille Sanctis Virginibus de ſocietate S. Vrſulæ exiſtentibus per Sedem Apoſtolicam canonizata exiſtit,de vno loco ad alium transferendo, & illam eleuando pro maiori populi deuotionis augmentatione ſolenniter proteſtatus fuit, & proteſtabatur expreſsè me notarium infraſcriptum deſuper publicè requirendo,& mihi vt ſingula præmiſſa debitè regiſtrarem,& conſcriberem, prout res geſta eſſet mandando: Præſentibus ibidem Reuerendis Patribus Dominis Chriſtophoro Epiſcopo Baſileenſi, Tilmanno Epiſcopo Tripolitano. N. Sancti Blaſij nigræ ſiluæ,N.in Luzella Monaſteriorum Abbatibus prædictis, ac dicto Nobili viro Domicello Rudolfo de Blumnegh Baliuo,alijſque pluribus Presbyteris, & Laicis proceribus ad id requiſitis,& rogatis.

Canonizatæ à ſede Apoſtolica.

Adſunt ſex fere millia hominum.

Die verò Iouis vigeſima ſeptima menſis Iunij, ſupradicti Religioſus vir Dominus Ioannes Fabri Presbyter Conuentualis Monaſterij, Ordinis fratrum Minorum de Obſeruantia, ciuitatis Baſileenſis ſuper certis miraculis fore factis, de quibus ſibi conſtare dicebatur, examinatus medio ſuo iuramento deſuper ſpecialiter præſtito depoſuit, & dixit, quod nuper videlicet quinta feria ante feſtum S. Ioannis Baptiſtæ, ſcilicet viceſima dicti menſis Junij,ad ipſum fratrem Ioannem in villagio Eichſel,venerit quædam mulier de villagio Mülben Conſtantienſis Diœceſis in Briſgaudio,quæ ſibi dixerit quod ipſa fuiſſet per quinque annos, & duodecim ſeptimanas contracta,in manibus & pedibus ſuis, ſic, quod ijſdem annis non potuerit ad aliquem locum ire ſeu ambulare, & dum ad eius notitiam deueniſſet, quod Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Raymundus Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus Sanctam Chriſtianam voluiſſet eleuare, ipſa ad eandem Sanctam

Teſtis ſſ.

Capra manib. & pedibus 9. annos facto voto statim cõsanescit.

Virginem votum fecerit, & eam implorauerit, quod apud Deum pro eadem intercederet, quod pristinæ sanitati restitueretur, statimq; huiusmodi voto præmisso ipsa ex Dei gratia per interces sionem eiusdem S. Virginis Christianæ potuerit ire, prout personaliter cum duabus mulieribus honestis ad S. Christianam iuisset, sitque verum, quod eædem duæ mulieres, quarum nomina non considerauerit similiter affirmauerint, quod dicta mulier per dictos annos, & septimanas hic fuisset contracta, vsque quo votum prædictum feciſſet. Similiter dicit & deponit dictus Frater Ioannes esse verum, quod pridie venerit ad ipsum in monte Sanctæ Christianæ quædam alia mulier, quæ etiam per tres annos integros fuerit contracta de villa Luterbach Basileensis Diœcesis, & se vouerit ad Sanctam Christianam, & quamprimum huiusmodi votum fecerit, ipsa cum suo marito, vna die quatuor milliaria transire potuerit, atque transiuerit, licet antea in tribus annis, non potuisset ad aliquem locum transire, prout id omnibus suis vicinis fuerit & sit cognitum, & manifestum. Hæc siquidem mulier sibi testi proprio ore dixerit, & similiter eius maritus, quamuis de proprijs eorum nominibus non interrogauerit. Aliud non scit, & hæc non gratia, odio, amore, prece, pretio, vel fauore, sed solius iustitiæ, & veritatis intuitu deponit.

Alia triennio clauda pedib. facto voto 4 millaria conficit.

Testis 54. Ioannes Ochs Cõmissarius.

Anno à natiuitate Domini, millesimo quingentesimo quarto, prædicto vero die Iouis quarta mensis Iulij, honorabilis vir Magister Dominus Ioannes Ochs Rector Ecclesiæ Parochialis oppidi Sennhein Basileensis Diœcesis, Commissarius à Reuerendissimo Domino, Domino Raymundo Cardinali de latere Apostolicæ sedis Legato præfato pro examine infrascripto extra ciuitatem Basileensem faciendo specialiter deputatus, coram Venerabilibus Dominis Bernardo Egly, Doctore Canonico, necnon Ioanne Berckman de Olpe, Commissarijs supradictis in huiusmodi negotio deputatis, vt præfertur, constitutus, & per eosdē super his, quę in examine occasione subscripti miraculi repererit medio suo, desuper specialiter præstito iuramento examinatus, dicit, & deponit se die secunda mensis Iulij supradicti in villa Luterbach, dictæ Diœcesis ad commissionem sibi factam vt præfertur, ad honestum virum Henricum Biechlin ibidem residentem eiusque Henrici vxorem legitimam accessisse, & in eiusdem Henrici, & quorundam aliorum fide dignorum testium infrascriptorum præsentia dicti Henrici Biecklin vxorem legitimam diligenter super miraculo, quod Deus per intercessionem Sanctarum Christianæ in monte Sanctæ Christianæ, necnon Gunegundis, Mechtundis, & Wibrandis Virginum, in Ecclesia villæ Eichsel Constantiensis Diœcesis requiescentium, & leuatarum, ad quas ipsa se vouisse dicebatur, per suam clementiam, & misericordiam operatus exstitit, examinasse, & interrogasse, quę sic medio suo desuper solenniter ac

Testis 55.

Sancta Dei Euangelia de veritate dicenda præstito iuramento examinata dixerit, & deposuerit coram eodem Magistro Ioanne Ochs Decano in Sennhein, & imperiali autoritate Notario, in testium subscriptorum præsentia. vt sequitur: primò videlicet dixerit, & deposuerit esse verum, quod anno à natiuitate Domini, millesimo quingentesimo primo, proximè lapso, quarta quoque feria post Dominicam Inuocauit, in die fuerit sana corpore, & nil senserit, & circa medium noctis eiusdem diei ipsa mulier dicti Henrici vxor voluisset lactare vnum suum puerum, seu infantem, & dum ipsum infantem ex cunabulo leuauerit, senserit in eius sinistro brachio magnam infirmitatem siue magnum dolorem, dixeritque ad eundem suum maritum, quod ipse deberet infantem accipere donec ipsa se modicum moueret, infirmitate, & dolore huiusmodi dietim se augmentantibus, in ea deuenerit, quod ipsa præmissa circa festum paschæ, tunc futurum dicti anni Domini millesimi quingentesimi primi, quod in tibia dextra, ac in eodem latere corporis tam magnas, & acutissimas passiones, dolores, & infirmitates habuerit; quod non potuerit die vel nocte quiescere, aut dormire: & fuerint tales passiones, & dolores in eadem, quod die ac nocte clamauerit, & cucurrerit hinc inde in domo, sic, quod vicini sui audiebant, & compatientiam cum ea habuerint, & de huiusmodi dolore non potuerint satis admirari, timueritque ipsa mulier, & eius maritus, ac vicini eius timorem habuerint,

Clauda & infirma triennio.

berit, quod in dementiam incideret, neque panes scindere, nec alia cum brachio facere potuerit, cumque ipsa huiusmodi infirmitatem continuatam habuisset, à prædicto anno, vsque ad mensem Iunij, præsentis anni millesimi quingentesimi quarti, deuenerit mulieri noctis tempore diei decimi noni, dicti mensis in somno ad eius mentem, quod ipsa deberet ad quatuor Sanctas Virgines, scilicet Christianam, Cunegundem, Mechtundem, & Wibrandem vouere, sicque crastino die mane se ad easdem Sanctas Virgines vouerit, & eodem die voti huiusmodi, ad easdem Sanctas Virgines transire proposuerit; id maritus tulit malè, quia fuisset dies pluuiosa, & timuit, quod non posset ambulare, ipsa autem mulier noluerit permanere, sed votum emissum adimplere propria in persona, etiam si sola debuisset iuisse; maritus cum ipsa muliere ægrota sua vxore die Sabbati ante Ioannis Baptistæ viam dictam exiuit, & iuerint ambo coniuges, vna die primo ad S. Christianam, & venerunt reliquias eiusdem S. Christianæ, & deinde iuerint ad villagium Eichsel, ad tres Virgines scilicet Cunegundem, Mechtundem & Wibrandem, ipsum votum emissum ibidem complendo, subiungitque ipsa, quod quamprimum votum huiusmodi fecerit, & adimpleuerit, ipsa senserit continuo se melius, & melius habere, & infirmitates eius asperrimas, quas habuerit se minorasse, & lætanter in via ambulasse, & sic etiam se liberatam fore ab infirmitate. His maritus per suum præstitum iuramentum de veritate fidem dedit, & ea vera esse firmauit huiusmodi prædictis depositioni mulieris, & Henrici eius mariti, præsentes fuerunt honesti viri Hermannus Schillingh, Nicolaus Menly, Scultetus in Luterbach, Henricus Buresch antiquus Aduocatus ibidem, Petrus Wetzel, Georgius Cerdonis, Elisabeth Fichserin, & Anna Bechlerin, qui testes omnes per sua iuramenta desuper similiter præstita affirmarunt, per dicta tempora dictam mulierem sic claudam & infirmam habuisse, vt deposuerit, & clamores, & dolores maximos habuisse, & fecisse diebus & noctibus, nec in triennio ambulasse, nisi aliquando ad Ecclesiam, & cum magno dolore, & fletu, ac huiusmodi auxilio, dicuntque testes dictum Henricum, & eius vxorem superius deponentes esse & fuisse homines honestos, bonæ famæ, & laudatæ opinionis, omniq́ue exceptione maiores, nec aliud scit.

Monetur nocte de voto SS. 4. Virginib. edendo.

Impleto voto sanatur.

Testis 56.

Testis 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63.

Mutatur mensis.

ANNO à natiuitate Domini, millesimo quingentesimo quarto, Indictione & Pontificatu quibus supra, die verò mercurij tertia mensis Iulij, Reuerendissimus in Christo Pater & Dominus, Dominus Raymundus Cardinalis & Legatus præfatus, quoddam crinile siue sertum, quod Sancta Christiana in capite suo sancto, dum vixit tulisse, & habuisse dicitur, & quod in Ecclesia Sanctæ Christianæ, hactenus à tempore obitus eiusdem habitum, & reseruatum, & sibi Domino Reuerendissimo Legato ad conspiciendum datum, & præsentatum exstitit, & cum quo hactenus homines, ad Ecclesiam Sanctæ Christianæ confluentes tacti, & ipsis ad osculandum datum fuit cum diligentia vidit, & perspexit, & in certis suis partibus, præsertim in pannis ipsi crinili circumuolutis sericeis, & superpositis aperuit, & illo aperto, & pannis superpositis modicum remotis reperit sua Reuerendissima Paternitas, & vidit ipsum crinile verum ex aureis, argenteis & sericeis filis contextum fore, & cum perlis pulcris, ac etiam lapidibus pretiosis & figuratis subtiliter nobilium more ornatum fuisse & esse, & in panno sericeo quod desuper circumuolutum exstitit, duodecim nodos reperit, in quibus nodis respectiuæ reliquiæ infrascriptæ erant recluſæ, videlicet petiola tunicæ Beatissimæ Virginis Mariæ, similiter decem millium Martyrum de societate Sancti Mauritij, de Sancto Bartholomæo Apostolo, de vndecim mille Virginibus, de Sancta Cruce Christi, de Sancto Hilario, de Sancta Brigida, de Sancto Thoma Apostolo, de Sancto Nicolao, de Sancta Barbara, de Sancto Blasio. Ab interiori verò parte reperit circulum ferreum

De Crinili S. Christianæ exhibito Cardinali Raymundo.

Materia serti huius pretiosa.

Reliquiæ hæ insertæ post mortẽ S. Christianæ, cũ decesserit ante 11. millia Virginum.

reum latitudinis ipſius crinilis, intra tamen eundem ferreum circulum, & crinile pannicellum ſericeum impedientem, ne crinile à ferro corroderetur aut conſumeretur, quibus ſic per ſuam Reuerendiſſimam Paternitatem viſis, & repertis cum admiratione, permixto gaudio ipſa ſua Paternitas Reuerendiſſima huiuſmodi crinile etiam Reuerendo Patri Domino, Domino Chriſtophoro DEI, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Epiſcopo Baſileenſis, & aliis ſpiritualibus, & ſecularibus perſonis oſtendit, & oſtendi procurauit, & iuſſit, & vt de his teſtimonium dare poſſent, dehinc quoque idipſum crinile venerabilibus, & deuotis Abbatiſſæ & Conuentui Monaſterij in Gnadentall, Ordinis Sanctæ Franciſci, Ciuitatis Baſileenſis de Obſeruantia exiſtentibus ad reparandum, & recludendum crinile, & reliquias in debito ordine tranſmiſit. Quo ſic crinili ad Monaſterium ipſum miſſo, & per Dominas Abbatiſſam, & Conuentum penes ſe habito, poſt deuenit ad aures dicti Reuerendiſſimi Domini Cardinalis, & Legati fide dignorum relatione veridica, quod inter ipſas ſorores ex Conuentu dicti Monaſterij vna exſtitiſſet & eſſet, videlicet religioſa Agnes Mederin profeſſa, & Conuentualis ibidem oriunda ex ciuitate Baſileenſi, quæ per viginti quaſi annos in genibus ſuis ac tibijs maximas & graues paſſiones, contractiones, & dolores habuerit & ſuſtinuerit, & tales, quod ipſa ſine baculo, & etiam habito baculo in manibus ſine adiutorio alicuius ex ſororibus genua flectere, & ad Eccleſiam ſiue chorum Eccleſiæ ingredi, & tranſire, nec poſtquam genua flectebat ſurgere potuerit, niſi auxilio aliarum mulierum ipſius Monaſterij ſororum, & quandocunque ipſa ſe è lecto leuare voluerit, id facere abſque clamore, & planctu doloris non valuerit, & quod ipſa ſoror Agnes Mederin prædicta ſemper ex intimo corde inclinationem habuit ad Sanctam Chriſtianam prædictam, ideo poſtquam audiuerit & perceperit crinile Sanctæ Chriſtianæ in Monaſterium eorum prædictum fore portatum, ipſa feruentiſſimè cupiuit illud videre, petieritque id ſibi ad conſpiciendum, & oſculandum exhiberi; prout ipſa Domina Abbatiſſa eiuſdem Monaſterij id ſibi ad conſpiciendum, & oſculandum tradiderit. Dum autem ipſa ſoror Agnes huiuſmodi crinile oſculata fuit, ipſa ex intimo cordis feruore poſtulauerit à Domina Abbatiſſa, vt cum eodem crinili & reliquijs appoſitis genua ipſius ſororis Agnetis tangeret, ſpe tali freta, quod poſtquam cum illis tangeretur, quod interceſſione Beatæ Chriſtianæ, diuinaque gratia aſſiſtente, & auxiliante per huiuſmodi tactum ſanaretur. Præfata verò Domina Abbatiſſa ſe in hoc grauem redidiſſet, talemque irreuerentiam ſanctis reliquijs, & crinili exhibere diſtulerit. Attamen quia ipſa ſoror Agnes tam ardenter & talibus feruentibus precibus humiliter inſtiterit, pro præmiſſis faciendis eadem Abbatiſſa cum conſilio alirum ſororum, ſeniorum, & prudentiorum deſuper habito, ipſum crinile ſanctæ Chriſtianæ, & Sanctarum reliquiarum appoſitarum genua ipſius ſororis Agnetis ea, qua debuerunt, & potuerunt reuerentia, & honore tetigerunt; quo facto ad ſtatim ipſa ſoror Agnes, & conuentualis prædicta dixerit ad ipſas Dominas Abbatiſſam, alias ſorores ibidem præſentes, quod ipſæ deberent Deum laudare, quia ipſa ſentiret leuiationem ſuæ infirmitatis in genibus, & ſuper hoc ſtatim ſe leuauerit, & abſque baculo quo prius vtebatur vſque ad chorum, & ante altare ipſius chori tranſiuerit, ſe ibidem proſternendo ad terram, & DEVM laudando de tanta gratia ſibi facta, quod fuiſſet ſic ſanata in genibus, & cruribus ſuis, quod abſque baculo, & mulierum adiutorio potuit ire, & ambulare: ſit quoque verum, quod ipſa interim à dicto tempore fuerit, & remanſerit, & hodie ſana exiſtat & amplius dolores prædictos non ſenſerit, quos prius habuerit. Quibus præmiſſis per Reuerendiſſimum Dominum Legatum perceptis, eadem ſua Paternitas Reuerendiſſima veritatem præmiſſarum à dictis Dominabus

Miraculũ virtute crinilis.

Monialis viginti annos ex genibus & tibijs laborat.

Cultrix S. Chriſtianæ.

Applicat crinile genibus.

Sanatur ſtatim.

Vadit ad chorum.

nibus Abbatissæ, & sororibus audire cupiens, ac volens ad dictum Monastrium propria in persona, die Dominica septima mensis Iulij, vna cum Reuerendis Patribus Dominis Christophoro Episcopo Basileensi, Tilmanno Episcopo Tripolitano, ipsius Domini Episcopi Basileensis Suffraganeo, Domino Henrico Priore Monasterij Sancti Leonardi Ordinis Canonicorum regularium Sancti Augustini, & Ioanne Bergkman de Olpe Capellano Ecclesiæ Basileensis, confraterniæque super atrium Decano, meque Notario subscripto huius negotij iniunctus est, & sua Paternitate in eodem Monasterio, & choro eiusdem existente, omnibus sororibus conuocatis, & præsentatis, eadē sua Paternitas super præmissis, & illorum veritate inquisiuit, & ipsas Abbatissam, & sorores, nec non Raymundus Cardinalis sub pœna excōmunicationis exigit testimoniū. Testis 64. præfatam sororem Agnetem specialiter, & diligenter examinauit, mandans eisdem & earum cuilibet sub pœna excommunicationis, vt veritatem dicerent, & deponerent super eisdem. Quo quidem soror Agnes Mederin, quæ vt præfertur infirma fuit, & reconualuit, sic interrogata, omnia & singula præmissa, quæ in corpore & persona eius fuerunt, & prout Reuerendissimo Domino Cardinali, & Legato præfato de ea, vt præfertur, dicta fuerunt & sunt, per fidē suam nomine iuramenti desuper præstitam affirmauit, & vera esse dixit, addens, & dicens, quod quandocunque ante diem mercurij prædictam per dies viginti annos ipsa voluerit ire, aut se leuare, quod id facere non potuerit præ nimio dolore, & contractione cruris & in genibus nisi cum adiutorio aliarum sororum, quæ eam tenuerunt, & ipsa firmiter credat, adiutorio Dei, & per interces sionem beatæ Christianæ, quam intimè imploraverit, & ex tactu crinilis sanctæ Christianæ eiusdem ac reliquiarum appositarum huiusmodi fuerit, & sit liberata. Præmissa etiam tam Domina Abbatissa, quam cæteræ sorores seniores *per suas fides* vera fuisse, & esse asserunt, astruendo eandem Agnetam in anno & vltra proximè lapso nullam medicinam siue curam contra infirmitatem, & dolorem huiusmodi accepisse, per quæ curari deberet. Testes 65. 66. & Abbatissa & seniores sorores iidem iuratæ narrāt. His quidem singulis fuerunt præsentes præfati Reuerendi Domini Christophorus Episcopus Basileensis, Tilmannus Tripolitanensis Suffraganeus, Henricus de Sax Prior, & dominus Ioannes Bergkman de Olpe pro testimonio ad hæc vocati & requisiti. Corā Cardinali, Episcopo Basileensi & Suffraganeo.

Aliud testimonium.

DIe verò martis decima mensis Iulij supradicti, examinati fuerunt honesti homines Cretzinger ciuis Basileensis & Elisabetha eius vxor legitima, nec non Annelina relicta quondam Henslini Winstichers dum vixit ciuis Basileensis, & Elsa relicta quondam Ioannis Rusdorff lapicidæ, dum vixit Basileensis, ac Agnes vxor Ludouici Malers super quibusdam miraculis, vt asseritur factis, qui etiam medijs suis iuramentis dixerunt & deposuerunt respectiuè, vt sequitur.

Aliud testimonium.

IAcobus Cretzinger & Elsa eius vxor præfati dicunt, & deponunt medijs suis iuramentis desuper præstitis examinati diligenter, quod ipsi habeant filiam Annam nuncupatam, quæ prout in quadragesima proximè præterita vnus annus et elapsus, inceperit conqueri de quadam infirmitate, quam patiebatur, & accidentaliter eidem obueniente in sinistro eius crure retrò in superiori parte vltra genua, habueritque maximos dolores, & maximas passiones die noctuque in huiusmodi crure, sic, quod sæpius contingebat, quod non potuerit in die ire, nec duabus nocibus, aut tribus succesiuè ambulare; habuerūtq; consilia chirurgicorum, & empiricorum, aliorumque se in his expertos asserentium, quodq; permiserint huiusmodi crus videre, nullus tamē eorum infirmitatem huiusmodi cognouerit, aut medicinam, siue vnguentum, aut aliud curabile apponere sciuerit, quo mediāte dicta Testes 67. 68. Filiæ ex crure graviter laborantis.

deponentium filia curaretur ; acciderítque quod in loco doloris inceperit cutis & caro se aperire taliter , quod aqua ex crure inde fluere cœperit, & sic duraverit vsque quasi per tres partes anni cum maximis doloribus , & passionibus die & nocte : postquam autem Sancta Christiana per Reuerendissimum Dominum Raymundum Cardinalem de latere Legatum præfatum fuit eleuata, & testes perceperunt nonnullos homines , vtriusque sexus se ad eandem Sanctam

Parentes vouẽt peregrinationem ad S. Christianam.

Christianam vouisse , in suisque infirmitatibus imploralse , & ab huiusmodi infirmitatibus fuisse liberatos , præfati coniuges , etiam filiam earundem, ad se cum eadem ad Sanctam Christianam vouerunt : Quo voto emisso , & non dum tamen facto , in crure dictæ filiæ testium in loco infirmitatis tria parua ossa per cutim & carnem se ostenderint , quibus visis coniuges ipsi deponentes pro chirurgico miserint, illaque tria ossa parua sibi ostenderint, quibus per chirurgi cum visis,idem chirurgicus quodam instrumento ferreo ad modum forcipis facto dicta ossicula de crure dictæ filiæ extrahere attentauerit ; sed extrahere minime potuerit , etiam fortiter trahendo vsque ad effusionem sanguinis ipsius puellæ videntibus itaque parentibus ipsius puellæ deponentis id non posse iuuare , & prius etiam puellam ad Sanctum Antonium, ad Sanctum Quirinum , & alios Sanctos vouerunt , & ab hac infirmitate liberari non poterat , ijdem coniuges , v

Complẽt votum.

votum præmittitur per ipsos emissum compleuerunt. Quo quidem voto completo & peracto,de nocte diei eiusdem voti peracti , quoddam os cum tribus acuminibus ad modum dentis antiqui , quod prius sic se ostendebat iam exiuerat , & mane in lecto ipsius puellæ prædictæ fuerat repertum , interimque dicta passio & infirmitas in ipsa puella cessauit , & ob hoc os huiusmodi ad Sanctam Christianam portauerint , & illic pro miraculo dimiserint , ipsaque filia puella iam quasi penitus pristinæ sanitati restituta existat , & firmiter credunt, & indubie pro eo habent , quod in dicta filia ad interces sionem dictæ S. Virginis Christianæ ex misericordia Dei sit liberata ; nec aliter dicunt. Ennelina relicta quondam Henslini VVinstichers incola Basileensis medio suo iuramento examinata depo-

Os diuinitus eductum è tibia iacet in lecto. Suspendũt ad S. Christianã locoanathematis.

Testis 69.

nit ; & dicit esse verum, quod circa festum omnium Sanctorum proximè futurum antequam tres anni labcrentur,quod quidam alienus venerit ad ipsam, & sib conduxerit vnum puerum masculum forsan vnius cum dimidio annorum illam educando , & eo tempore idem puer fuerit multum infirmus , & non sciuerit ire , quem puerum sic habuerit per dictum tẽpus , & eodem nunquam potuerit stare , nec ambulare , aut ire , postquam autem Sanctæ Virgines Cunegundis, Mechtundis , & VVibrandis , & Sancta Christiana nouissime per Reuerendissimum Dominum Raymundum legatum præfatum fuerunt eleuatæ ipsa fecerit votum nomine ipsius filij , cui nomen est Ioannes. Et quam primum votum huiusmodi fecerit, & adimpleuerit , idem puer nocte eiusdem diei completi voti inceperit ire per se , atque ire potuerit , & possit, & firmiter credit, quod auxilio Dei ad intercessiones , & preces Beatæ Christianæ hæc facta sunt Post hoc ipsa mulier etiam votum fecerit , & compleuerit eundo nomine dicti pueri ad Sanctas tres Virgines , & etiam illic transiuerit. Sic similiter credit, quod auxiliante Deo , & intercedentibus dictis quatuor sanctis Virginibus,ipse puer de die in diem plus roboretur in suis viribus. Dictæ itaque mulieres duæ, scilicet Agnes Malerin , & Elsa Nusbemhin per sua iuramenta præstita desuper affirmant præmissa vidisse , & verum esse , vt dicta Ennelina deposuit , & firmiter credunt ad intercessionem Beatarum Virginum ipsum puerum reconualuisse. Jn horum igitur omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium ego Gregorius Brusvveiler alias Svvegler,Clericus Constantiensis publicus,Apostolica & imperiali auctoritatibus ac Venerabilis curiæ Episcopalis Basileensis Notarius,& præfati Reuerendissimi Domini Legati, Domini mei gratiosissimi in huiusmodi negotio scriba specialiter assumtus , hoc præsens registrum , processum,& omnia præmissa in se continens,de dicti Domini Legati mandato , & iussu confeci,

Puer captus pedibus.

Voto emisso S. Christianæ ire incipit.

Testis 70. & 71.

cnfeci,notaui,& publicaui,per aliumque fideliter ſcribi procuraui, manualique ſigno,& nomine meis ſolitis,& conſuetis ſignaui & ſubſcripſi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum.

Gregorius Svvegler, Clericus Conſtantienſis, publica & imperiali auctoritatibus, venerabiliſque curiæ Epiſcopalis Baſileenſis Notarius collateralis, & ſcriba præfatus hæc manu propria ſubſcripſi.

HAbes hic amice Lector ſanctitatem harum quatuor Virginũ, quæ ante Martyrium ex itinere Romano defeſſæ illic naturæ debitum reddiderunt : autentico proceſſu 70. pluriumque teſtium iuramento aſſertam, cum ipſa peregrinatione, quod ſi addere placeat Cardinalem Raymundum, Epiſcopum Baſileenſem, eiuſque Proëpiſcopum & Officialem, Abbates duos; tot Theologiæ & Iurium doctores, Commiſſarios, alioſque nominatos illuſtres viros Laicos, qui vel præſentes fuere, vel vt proceſſus inſtitueretur vrſerunt : vel quotquot autoritatem & conſenſum actui illi præbuerunt, facile vicenos alios teſtes omni exceptione maiores confecero : vt nemo iam credere poſſit tali proceſſui fraudem ſe admiſcuiſſe, quem tot & tales Præſules, non temerè, ſed menſium duorum ſpatio tanta vigilantia, & cura inſtituerunt, & approbarunt: Vitam verò iſtarum quatuor Virginum ex hoc proceſſu, & poſt eum conſcriptam, libro 5. cap. 12. propoſui.

TOMI SECVNDI MARTYRII S. VRSVLÆ, LIBER VNDECIMVS.

TESTIMONIA VITÆ ET MARtyrij Sodalitatis Vrſulanæ.

HÆRETICORVM proprium eſt, ea quæ confirmandæ ſ conferunt, magnificè promere, quæ verò poſſunt obeſ reticere: ſic fontes ſupprimunt, ne etroris & fallaciæ co uincantur. Ego qui nolui Lectorem in meam inuitum tr here ſententiam, ſed arbitrum conſtituere librantem vt uſque partis momenta; vt quo inclinare putet rei veri tem, eò ſe ſponte conuertat, ſicut libro ſecundo aduer riorum omnia firmamenta verbis ipſorum adnumera nihil quod ſtabiliendæ illorum opinioni prodeſſe poſ declinando; in fontes verò certos libro primo intendendo digitum, vnde haur ſincera veritas poſſit: ita hoc libro, ne ab ijs ipſis videar declinaſſe, adferam grau ſimorum virorum teſtimonia, qui eandem nobiſcum ingreſſi viam, ex ijſdem fe fontibus, aut eorum aliquibus Vrſulanam hiſtoriam delibarunt, quorum nonnu licet à nobis etiam in pauculis, vt tempore, vel alijs quibuſdã minutis quæſtionib diſſideant, rem ipſam tamen & narrationis noſtræ capita defenderunt, vt Lect cuilibet liberum ſit vel aduerſarijs, inſpectis eorum libro ſecundo allatis firmame tis, & teſtibus accedere; vel nobis, ſi laudandorum teſtium autoritas, & rationu momenta prioribus præponderare videantur. Ante omnia tamen adferam cer vel ſanctitatis, vel hiſtoricæ veritatis fundamenta.

CAPVT PRIMVM.

Teſtimonia duo ſanctitatis ſodalitatis Vrſulanæ.

I. TESTIMONIVM SVMMORVM PONtificum.

Approbatus cultus S. Vrſulæ.

SEDES Apoſtolica (ſicut Catholici fatentur omnes) ſocietatem Vrſulanam Sar ctis Martyribus accenſuit, idque ſatis ſuperque Martyrologijs, officijs diuini Sodalitatum Vrſulanarum inſtitutione, & reliquiarum iſtarum approbatione de clarauit.

1. Martyrologio.

Primò dico Martyrologijs Romanis, veteribus & recentioribus. Multa ſu locis eorum diuerſis ſeculis vulgatorum teſtimonia protuli, vel proferã: quib. Faſt Bedæ, Flori, Vſuardi, Wandelberti, cum pluribus alijs, de quibus infra, ſuffragãtu

Teſto.

Secundò idem teſtatum reliquit Sedes Apoſtolica feſto annuo, ritu duplici i Romana Eccleſia de vndecim millibus Virginum, per totum orbem inſtituto, quo quo ſeculo in Eccleſia cœperit, non reperi (licet paſſim ſeculo quinto, multis in loci fuerit celebratum) deprehendi tamen viguiſſe anno 1484. Romæ: Lectio nes verò proprias recitatas adducam infra, quamuis cum iuſſu Tridentini Concili

Breuiarium

Breuiarium renouaretur. Pius V. ob festorum nimiam multiplicationem, tantum decreuerit commemorationem, de quo alibi. Tertio declararunt suum de sacris Virginibus iudicium varij Pontifices, qui Sodalitates passim Vrsulanas erexerunt: nam Paulus III. circa annum 1544. in Italia; Paulus V. Coloniæ, Leodij, aliisque in locis: idem etiam religiosarum Virginum Vrsulanarum ordinem sub Regula S. Augustini instituit, & confirmauit. V. lib. 9. c. 45. Denique satis id ij etiam illicarunt, qui Sanctæ Vrsulæ, & Sodalium reliquias approbarunt: ita Bonifacius VIII. voluit, ne ea Colonia exportarentur, & Sixtus V. Bulla quadam eos indulgentijs ornauit, qui ipsas debito honore prosequuntur, de quo vide lib. 8. Vt iam Catholicorum nemo, Sanctam Vrsulam fuisse, vel Martyrem esse audeat inficiari, imò de eo dubitare. Sodalitatibus erectis.

Sed quid de S. Cyriaco sentiendum est? an eum etiam de Societate illa fisse decreuerunt Pontifices? Ita videtur affirmare Sanctus Antoninus, Augstinus Triumphus, Ludouicus Gomes Episcopus, Raymundus Cardinalis, alij, qui disertè eum relatum esse in Canonem à Sede Apostolica, vt Sodalitis illius Martyrem cum multis Canonum peritissimis alijs asseuerant. Quorum fauere sententiæ potuit ius Canonicum, cuius glossa duobus seculis & diu- s idipsum asseruit, & Romani Breuiarij hac de re expressæ Lectiones, quæ præ- Cyriacum etiam peregrinationem Romanam Virginum claris expressérunt bis. ego rem illam relinquo in medio. An Cyriacus sit in Canonē SS. relatus.

TESTIMONIVM II. QVID CIRCA SANctarum Virginum reliquias præstiterint SS. Cunibertus, VVillebrordus, Norbertus, Albertus Magnus, Archiepiscopi vel Episcopi, Item SS. Adalbertus & VVerenfridus.

ALterum testimonium petitur à viris sanctitate & doctrina illustribus, quos Deus ministros adhibuit, ad earum sacras reliquias inueniendas, vel elendas, & ad cultum Virginum propagandum. Primus occurrit S. Cunibertus ntistes Colonien sis, qui indicio columbæ sub sacro missæ officio S. Vrsulæ sepulum peruestigauit, & verosimillimus est auctor antiquissimæ historiæ Vrsulæ, quam initio lib. 1. recitaui. Idem titulum S. Vrsulæ sepulcralem exemit cum ro D. Martyris capite è loculo, quod publico populi cultui venerandum expot, ne vel de tituli, vel sacrarum reliquiarum veritate dubitarent posteri, quas sanssimus iuxta, & doctissimus Episcopus claro die columbæ indicio præsente, & te miraculi populo reperisset. Eiusdem tempore S. Audoënus Rhotomagenm antistes Coloniam venit, & sacras Diuorum reliquias ibi reconditas pie deneratus est: quis dubitet quin & S. Vrsulam primariam tunc post Deiparam Dim tutelarem ciuitatis? vti SS. Elon, & Florianus Rex cum omni comitatu eom profectus Martyrio est coronatus. S. Cunibert⁹ cultor S Vrsulæ & eleuator.

Postea Deus sanctissimos triumuiros excitauit, SS. Willebrordum, Adalbertm, & Werenfridum, qui S. Cuneræ vnius de Sodalitate Vrsulana Virg. & Martiris miracula iuratis auditis testibus confirmarent, eandemque publicitus colenm proponerent. Cum enim Diuam istam Deus maioribus quotidie prodigijs coraret, & fama exciti finitimi passim ad sacrum confluerēt tumulū. Rhenenses o sua in Virginē religione S. Willebrordū adiêre oratū, vt suam cōferret operā ad artyris illius, quā Deus tot signis nobilitaret, solennitatē instituendā, q, vt promus vir S. exsequeretur, voluit Deus eū antea iactari fluctibus in summo naufragij scrimine, quod tamē S. Cuneræ beneficio superauit, vt eo studiosius incūberet in rginis illius honorē promouendū, id verò cumulatè præstitit, quādo accepta prius lorū testium depositione, vitæ illius seriē, Martyrij genus, ac tēpus, miraculorum S. VVillebrord⁹ eligat S. Cuneram.

veritatem

veritatem cum Sancto Adalberto & VVerenfrido ſocijs excuſſit, & approbauit tum repertas ſacras exuuias ſolenni pompa, & cultu religioſo leuauit, cunctiſque propoſuit honorandas, ac duo decreuit feſta illius annua celebritate peragenda; alterum ipſo SS. Simonis & Iudæ Martyrij die; alterum duodecimo Iunij, quo detectæ reliquiæ à Sanctis illis triumuiris fuerunt eleuatæ. Ita videtur ea quæ nunc exſtat S. Cuneræ vita, tunc à S. VVillebrordo, vel eius imperio ab æquali conſcripta, vt in officijs diuinis more iam tum recepto cantaretur, ſicut eandem ad 12. Iunij recitat Breuiarium Vltraiectinum, vt inde grauiſſimum peti debeat, itineris Romani teſtimonium, quod vita S. Cuneræ ita diſertè adſtruit: Eam ſi non ſcripſit, certè examinare, & approbare debuit, qui duo ei feſta conſtituit, & vt Martyrem colendam eſſe pronunciauit.

Vita S. Adalberti.

Fuit autem S. Adalbertus, ſocius S. VVillebrordi F. Regis Deirorum, qui ſpretò regali ſolio, nudus nudum ſecutus Chriſtum eſt, & ita virtute eminuit, vt cum S. Egbertus in Anglia duodecim exquireret viros ſpiritu, & virtute Apoſtolica inſignes, quos ad Friſones conuertendos ablegaret: hunc Leuitam reliqui vndecim Presbyteris cenſuerit adiungendum, qui Anno 690. proſperis ventis cum Traiectum appuliſſent, primum Eccleſiæ Vltraiectinæ Archidiaconum eum poſtea renunciarunt, ſed poſt multorum gentilium conuerſionem, & vitam eximia Sanctitatis laude traductam, plurimis prodigijs clariſſimus, Egmondæ in Kenemaria conditus eſt. Vide Molanum in Indiculo ſanctorum Belgij. idem de VVerenfrido habet. Cum S. VVillebrordus vna cum S. VVerenfrido Traiectum peruenisſet; cœpit in loco, qui Medenblick dicitur, & Durenſtadij ſementem fidei iacere: poſtea S. Epiſcopus in medio Inſulæ Batuæ duo ei loca excolenda tradidit, Elſte, & VVeſteruort. Eſt autem Elſte propè Neomagum: VVeſteruort ex oppoſito Arnhemij in Geldria. Cumque vtroque loco populum omnem Chriſto aggregaſſet, innumeris à DEO miraculis illuſtratus, deceſſit in VVeſteruort, ſed in Elſt magno prodigio tumulatus eſt, erecta ibi Eccleſia Collegiata; Solent ibidem morbo articulari lancinati remedium inuenire.

Molan. in indic. SS. Belgij.

Vita S. VVerenfridi.

Ab his triumuiris Sanctiſſimis, natione Britannis, videtur Beda coæuus de Vrſulanâ ſodalitate edoctus eſſe, eamque ideo primus in ephemerides retuliſſe.

S. Norbertus Archiepiſc. eleuat Virg. Vrſulanã.

Poſt quatuor ſecula S. Norbertus, Archiepiſcopus Magdeburgenſis Coloniam profectus eſt, vt ſacras reliquias expoſceret, cœlites fauentes habuit. Quando Virgo quædam per quietem illi viſa, nomen & ſepulturæ ſuæ locum indicauit; vnde magno ditatus theſauro reliquiarum Sanctæ Vrſulæ Sodalium, eo ſuum ordinem, iam tum orientem opulentauit, & cultum Societatis huius tranſmiſit ad poſteros, vt eius ſemper religio fuerit addictiſſima veneration Sanctarum Virginum propagandæ. Fuerunt quidem non ita multo poſt Sanctum Norbertum, multa millia corporum Martyrum reperta, & tituli eorum diuinitus per S. Eliſabetham explicati, ac ea, quæ dubia remanſerant à B. Hermanno diſcuſſa, ne tamen doctiſſimis etiam viris ſcrupulus ambigendi relinqueretur, ipſo B. Alberti M. tempore illuſtrem, & prodigioſam S. Cordulæ inuentionem celebrare Deus voluit, eumque adhibere teſtem, vt titulorum veritas, miraculorum certitudo, & multitudo viſorum cæleſtium euidentia tali teſte, ſcientiarum omnium miraculo, confirmaretur. Indeque ſeculo eodem ordinis illius viri doctiſſimi, & Epiſcopi, Cantipratanus, Iacobus de Voragine, Martinus Polonus, præter Belluacenſem Vrſulanam hiſtoriam, & iter Romanum cum Cyriaco Papa defendenda ſuſceperunt.

B. Albert. M. S. Cordulam.

Omitto viros alios omnium ferè Religioſorum Ordinum lumina, Virgineſque ſanctiſſimas, cultores eximios huius S. Sodalitatis, qui luculentum Vrſulanæ hiſtoriæ, & ſanctitatis Virginum ſuo cultu & prodigioſis per hos ſanctos Martyres obtentis impetrationibus teſtimonium reliquerunt, quorum diuinas prænotiones, colendi modos, cæleſtia viſa, libro IX. fuſè proſecutus ſum, eò remitto Lectorem.

Ita San-

Ita Sanctitate Virginum Vrsulanarum tam Sedis Apostolicæ iudicio, quam ctissimorum, & doctissimorum virorum cultu religioso explorata, ante quam erna proferam diuersorum autorum historiæ nostræ testimonia; præmittam ta quædam omnis historicæ narrationis firmamenta, iam inde ab ipso marty- tempore, quantum fieri poterit repetita, è traditionibus, vestigijs & titulis de- omta: quibus omnibus ferè seculis viri grauissimi subscripsêre: quæ etiam VS cœlestibus oraculis confirmauit, iurati septuaginta testes roborarunt: quin præcipuæ Diœceses Europæ, eandem narrationem susceperunt. Ordior à tradi- nibus.

CAPVT II.

Traditiones vndecim diuersorum ferè locorum de historia Vrsulana.

Traditio longè pluris omni priuatâ, testis alias grauissimi, autoritate facienda est: hæc enim vnius tantum hominis, ac sæpius exteri fide nititur, ea re- entis, quæ fama solum, & auditione percepit; illa multorum millium ho- num, non eorum tantum, qui supersunt; sed qui multis retrò seculis lo- m incoluerunt fida à maioribus, testibus ferè oculatis, accepta narratione soli- tur: vt difficillimum sit tot seculorum superiorum loci inquilinis refragari, dum- odo certa sit, constans & immutata, doctissimorum etiam virorum, non vana ucorum & imperitorum persuasio: producam vndecim ferè locorum consonas ditiones: quibus Rhenana nauigatio, Romanum iter, & locus Martyrij confir- antur. Atque hæc prima iure censeri debet, & certissima notitia talis martyrij; de veritas eius sincera, & incorrupta peti possit: vt malè quidam, vel à Wandel- rti, vel S. Cuniberti æuo, nec altius putarint esse repetendam. Traditionũ in probando vis & efficacia.

rima Traditio Tilensium in Batauia, & Britannorum, de nauigatione Rhenana.

Quod si huius modo supersint obscuriora vestigia, certè ante mille annos, ma rei gestę exstabat clarissima, eiusque meminit sermo vetustissimus, tunc vt su- icor exaratus, quem cap. 8. test. 7. totum recitabo: *Plures autem vigilantius re- m ordinem intuentes, Britanniam Insulam huius Deo notæ multitudinis genitricem, & tricem pariter exstitisse, in qua sententia concordant procul dubio, & hi, qui sanctum ag- en misisse dicuntur, & qui se suscepisse magnopere gratulantur: horum etiam medij con- nientissimis hoc ipsum adstruunt signorum indicijs: apud quos pleraque loca sanctis his cer- ntur honoratæ simul & illustratæ reliquijs: nam & in Batauia, quam Rhenus bi- rnis circumfluendo Insulam facit sedem fundasse, ibidemque aliquamdiu remansisse re- runtur.* hæc sermo ille vetustissimus: ante historiam Cunibertinam vulgatus.

I. Traditio Coloniensium de Sanctis Sigillinde & Quirillo.

Hanc loci Archæa, & sacrarium Coloniense fol. 257. prolixè memorant: nam Sigillindis Regiæ stirpis natione Britanna multo ante Sanctæ Vrsulæ Coloniam duentum eo se contulit, & in suburbano S. Magdalenæ Sacello, cum Quirillo sa- erdote, quo à sacris vtebatur, Deo militauit; ibidem edocta cœlitus, & de ndecim millium Virginum peregrinatione, & de martyrio eo loci subeundo, qui- us vt se comitem iungeret, iussa diuinitus est. *Sacrarium Colon. fol. 257.*

III. Tra-

III. Traditio Lucensium de Apostolicâ Legatione S. Foilani, & Martyrio eius Coloniæ cum S. Vrsula tolerato.

Ferrarius 21. Octo.

Ex monimentis & tabulis Ecclesiasticis Lucensium, quæ laudat ita Ferrarius ad 21. Octobris eam adducit: *Foilanus 4. Episcopus Lucensis, eximiâ sanctitate refulsit qui à Pontifice Romano, cum Simplicio Episcopo Coloniam Agrippinam missus, ibi post multa incommoda, quæ passus est, demum martyrio pro fidei defensione coronatus est, 12. Kal. Nouembr. qua die Vrsula Virgo cum sociabus virginibus ab Hunnis martyrium ibidem passa est.*

IV. Traditio Basileensium de S. Pantulo Protoepiscopo Coloniæ coronato.

Vrstisius in epitome Basil. c. 6.

Post Pantaleonem, & Stumphium Vrstisius in Epitome Basileensium rerum hæc de eo narrat: *Quod si etiam Pantuli tempus non fallit, quem Basileensium πρωτοπόιμενα An. 238. in viuis communis habet persuasio: vniuersi quidem pastoralem ipsius curam D. Vrsulæ peregrinationi coniungunt, eumq; simul Martyrij lauream accepisse referunt.*

V. Traditio propè Basileam de S. Christianæ morte.

Illam etiam Vrstisius licet hæreticus, ita describit: *Cum illa Basileæ vitam cum morte commutasset, loco eam moueri non potuisse, donec iuuencæ duæ, quarum colla iuga nulla sensissent, loculo illius auecto quiete suâ humandi corporis locum designassent. Visitur adhuc edito montis iugo sacellum eius, quo iuuencas istas feretrum pertraxisse fama scriptisque innotuit.*

VI. Traditio Rheinfeldici Comitatus, & Diœcesis Constantiensis, de tribus virginibus in Eichsel funeratis.

Addit ibidem Vrstisius: *Ferunt de grege isto itineris difficultate multas absumtas esse, è quibus Virgines tres Cunegundis, Vvibrandis, & Mechtundis Eichseliæ, Comitatus Rhinfeldici pago tumulatas, apud Rauracos obijsse volunt. Christianam Basileæ, & Aureliam Argentinæ.*

VII. Traditio Argentinensium, & Alsatarum de S. Aurelia.

Bernardus Herzog in Chronico Alsatiæ.

De S. Aurelia hæc tradit Chronicon Alsatiæ Bernardi Herzog: *S. Aurelia vna ex numero vndecim millium Virginum, quæ Basileâ secundo Rheno nauigans in via Argentorati decessit, & sepulta est.*

VIII. Traditio eorundem Argentinensium, & Alsatarum de S. Aurelia tribus Sodalibus.

Hanc à loci commendatore S. Ioannis acceptam, lib 7. cap. 31. recenseo: nam tres Virgines incorruptæ repertæ in D. Petri Senioris Ecclesia cum titulo, qui nomina singularum exprimebat, & indicabat, eas à S. Vrsulâ febrienti S. Aureliæ relictas, ibidemque diu superstites castam & solitariam degisse vitam. Potuit ea inscriptio senescentem, & penè sepultam de istis virginibus memoriam, & traditionem refricare, & redintegrare.

IX. Colonienſium de nece tot millium Virginum ibi patrata.

Tam certum id habent, quam quod certissimum: qui ideo insignibus Ciuitatis in candicanti campo vndecim guttas sanguineas fluentes depingunt tribus subiectas coronis, indices sanguinis virginei, ibi tam copiosè profusi, ne possessione talis Martyrij deturbentur, de hoc videri D. Binius potest.

Binius to. 2 Concil. in Concil. Colon.

X. Traditio Rhenensium de S. Cunera Colonia Rhenam traducta.

Eam lectiones Breuiarij Vltraiectini, quæ hodie leguntur, ita referunt: *Cunera cum S. Vrsula, eiusque Sodalitate Britannica apud Coloniam Agrippinam morti destinata, per Radbodum Rhenensium Regulum periculo eximitur.* XI. Tra-

I. Traditio, de lite ſuburbanarum Virginum collis Magdalenæi, & Vrſulanarum.

Huius Sacrarium Colonienſe & Archæa Machabæitica fuſius meminerunt, vtri licet loco potius Vrſulani agri nomen conueniret: hæc de lite traditio prioribus latis decem poſterior eſt annis ferè ducentis, cum ea diſceptatio poſt Attilana mpora templo S. Magdalenæ circa annum Domini 470. ampliato cœperit, quan- consecratio eius per ſeptingentos impedita annos eſt, Vrſulanis Virginibus in- cedentibus, ne ei nomen vndecim millium Virginum tribueretur. *Sacrarium Col. fol. 259*

Traditiones illæ vndecim locorum ferè diuerſorum inter ſe aptæ: & quoad Mar- rij locum, tempus, & perſonarum varietatem conſentientes, euincere videntur, ritatem noſtræ narrationis, notitio, ſi ei comparetur, Galfridi commento (quod m autore poſt Annum 1150. natum eſt) nec comparandam eſſe.

CAPVT III.

Veſtigia locorum 30 ferè teſtata.

HOc addunt virium traditioni veſtigia, quod rem ipſam poſteris in ſigno, veſti- gio, vel effectu aliquo, & ſpectatorum oculis ſubijciant, ac demonſtrent, vt Philoſophi docent à poſteriori, vt liceat cauſam ipſam in effectis quodammodo ontemplari. Quis neget Oliueto monti à Chriſto impreſſa veſtigia maius adfer- peregrinis fidei argumentum, quam traditionem inquilinorum? ipſam etiam Cæſar Auguſtanam columnam, è qua S. Iacobum Deipara fuit allocuta, quam po- lorum iſtorum ſolam conſtantem atteſtationem? Pauca è multis adferam tam in cis Catholicorum, quam Acatholicorum ad memoriam rei ſempiternam impreſ- ndicia, quibus perſpicuè Romanum iter, & locus martyrij declaratur. *Veſtigia certiora traditionibus.*

Colonia profectionis Romanæ.

Inter Parœcias Colonienſis Ciuitatis vetuſtiſſimas iure cenſetur ea, quæ à S. tro nominatur. Conſtat ibidem loci, vel propè, ædem ſacram à S. Materno Deo dicatam, Cathedralem ſtetiſſe Diœceſis Eccleſiam: In eadem Parochia, quæ tiquæ Agrippinenſium vrbis pomerio comprehenſa erat, vicus eſt, quem ſtella- m vocant, in quo domus monſtratur hodieque, diuerſorium S. Vrſulæ, quæ dum omam Virgines contenderent, hic vt ad locum ſat vicinum Eccleſiæ primariæ di- rtit: attuli teſtimonium Parochi loci l. 4. c. 1.

I. Allata Româ SS. Apoſtolorum reliquia, cum ciſtula.

Arca ſupereſt eburnea, lamellis argenteis veſtita, quam cum ceteris D. Vrſulæ nelijs SS. Apoſtolorum, vt conſtans habet vulgi traditio, decorant reliquiæ, onum ſedis Apoſtolicæ S. Vrſulæ tributum.

Veſtigia duo Baſileæ aduentus SS. Virginum.

Beatus Rhenanus autor eſt *Oſtendi Baſileæ gradus, quibus S. Vrſula ad templum ad- nderit, quod nunc à S. Martino nomen habet*, addit in epitome Baſileenſis hiſtoriæ rſtiſius *domum monſtrari cum S. Vrſulæ effigie*, in qua perhibetur fuiſſe diuer- ita. *Rhenanus l. 3. rerum Germ. Vrſtiſius l. 6.*

Veſtigia in comitatu Rheinfeldenſi quinque circa obitum, & ſepul- turam trium Virginum Eichſelenſium.

De his tribus virginibus teſtis iuratus quartus, alijque complures ita deponunt: 1. *quod locus,* 2. *quod via ibidem adhuc habeat nomen, quod dicatur foſſa beatarum Virginum.* 3. Exſtat villa Roperſwyl, in qua defunctæ ſunt Virgines, vt teſtis 30. Ioannes villæ inquilinus adſtruit: 4. & *fontem Virginum* ait, ab earum vnâ baculo terra percuſſa, cum ſitirent; excitatum, qui hodieque ſcaturiat: 5. in lectione nona de ijſdem additur. *Erat præterea limpidiſſimus, & vſque hodie manans fons in confinio locelli, in quo Virgines conquieſcunt, qui ante harum Virginum SS. aduentum, quia ſolitudo erat, tot venenatis exuberabat animalibus, vt nulli hominibus vſui eſſet aptus: qui poſt earum illic manſionem ita cunctis vſualis effectus eſt, vt vermibus in lapides conuerſis omni ſit ſitienti potabilis.* Vidi in Carthuſia Colonienſi lapidem pugni minoris craſſitie turbinatum, quem è loco propè fontem Ioannes à Leydis ſecum tulit: eius exterior facies cochleæ maioris ſpeciem, vel ſerpentis turbinis in morem ſe girantis ac conuoluentis effigiem exhibet.

Quinque veſtigia prope Baſileam è S. Chriſtianæ obitu.

De S. Chriſtiana teſtis 42. & 43. iurati deponunt præter complures alios. 1 Quod exierit nauem prope rubeam domum, vbi ſit monaſteriũ S. Pauli. 2. veneri ad quendam agri locum inter villas *VVilen* & *Krentzach.* (vterque locus monſtratur, plures enim teſtium, vt è proceſſu iudiciali patet, ijs è locis prodierunt) 3 locus in quo obierit in campo hodie lectus S. Chriſtianæ appellatur. 4 *mons per quem corpus ducebatur ſe aperuerit, & fuerit iterijs factum diuina potentia ſic, vt hodie adhuc vallis exiſtat,* & 5 *habeat eadem vallis nomen, quod dicatur via S. Chriſtianæ,* quam plerique teſtium vti & priores, vocant de ſocietate vndecim millium Virginum.

Tria Argentinæ veſtigia reditus.

Argentinæ monſtratur Rheni brachium, & locus Calthau nominatus, vbi febriens appulit S. Aurelia. 2 locus mortis, & ſepulturæ templo iam decoratus. 3 locus alter ſepulturæ, in quo tres repertæ ſociæ cum nominibus; quæ morienti ſolatio fuêre, ei officio à S. Vrſula deſtinatæ.

Quatuor Coloniæ martyrij ibi tolerati veſtigia.

Primò collis Greesberg, vt conſtat ad milliare vſque verſus Aquilonem olim nominatũ, & modò etiã ſic vocant, exinde cœpit in parte ſuprema & decliuitate Rhenũ verſus Vrſulanus ager appellari: 2 vicus ſanguinis hodie oſtẽditur, qui eũ per deuexam collis partem & per portam ſanguinis in Rhenum exonerauit. 3 Supereſt puteus glebis adhuc purpureis repletus, in quem concretus cum ceſpitibus cruentatis ſanguis fuit congeſtus. 4 Antri locus oſtenditur, in quo in colle Magdalenæo S. Quirillus delituit: & ipſe cum S. Sigillinde conditus tempore funerationis Vrſulanæ, mutilaque SS. martyrum membra à corpora diuulſa (quorum plurima ſuperant apud Machabæitas) collecta & tumulata. Eſt in Machabæitarum Eccleſia funeratio tota pictoris peritiſſimi manu delineata, cum hac epigraphe *ſacrum eorundem ſanguinem, huic Magdalenæ quondam ſacello infuſum reuerenter colunto*: hanc & ſimiles permultas elegantes huius templi inſcriptiones putatur Eraſmus Roterodamenſis, cum hic degeret, conſcripſiſſe.

Tria ſponſi ſimul martyrio coronati indicia.

Primò ſepulcrum è lapide magnum & peruetuſtum Regis ſponſi inſcriptione & imagine decoratum. *Secundò* titulus ſepulcralis vti è lapide exſcriptus eſt. *Tertiò* poculum, quo vti in menſa conſueuerat, ouum ſcilicet Struthionis argento cælatum vndique, cum gentilitijs eius inſignibus, & varijs emblematis.

Vrſu-

Vrſulæ caſæ & ſepultæ veſtigia.

1 Sepulcrum S. Vrſulæ reliquis omnibus venuſtius & politius. 2 Annulus Matrimonij caſtiſſimi Moguntiæ celebrati. 3 Cingulum quo vti conſueuit candida è lino, quod modo in Abbatia Tuitienſi adſeruatur. 4 Ciſtulæ eius aliquot eburneæ, in quibus ipſe repertus annulus cum Romanis reliquijs. 5 Sagitta, quâ brachium ei transfixum à Tyranno. 6 Amalphi in Italia ſanguis eiuſdem ſanctiſſimæ Martyris piè colitur, qui quotannis die anniuerſario Martyrij ſolet ebullire: hunc è ſepulcro tempore S. Cuniberti An. 645. circiter, vel An. 646. inuentum in ampulla ſuſpicor: nam & in aliarum Virginum tumulis ceſpites cruentati vel teſta cum ſanguine depoſita fuit, quando diſcerni proprius ab aliorum ſanguine potuit, vt de S. Odilia, & de S. Gereone dixi alibi: quæ ſanè potuiſſent ægrè tam diſtincta cum plurimis etiam alijs Societatis huius Martyribus reperiri, ſi ad 30 milliaria fuiſſent Coloniam cum loculis deportata. Similia de S. Cunera dici poſſent, cuius ſuperant gentilitia inſignia familiæ, mappa qua ſtrangulata, tumuli locus templo decoratus. Hæc mihi ſcribenti, & loca ipſa per me, vel inquilinos inſpicienti occurrêre veſtigia, quorum ſi quædam minutiora videantur, coniuncta tamen alijs, vt grana tritæque in aceruo, & nocte in magna diſtantia minimorum etiam luminum multitudo, ſingulis vim ſuam exerentibus, eminus in eâ ſocietate conſpicua redduntur: quorum cũ nullum vel leuiſſimum vſquam terrarum exſtet pro Galfredi, vel aliorũ narratione, nemo non videt ſententiam noſtram longè recentibus eſſe ſolidiorem.

CAPVT IV.

Tituli ſepulcrales 12. teſtes veritatis hiſtoricæ.

NEſcio quod excellentius teſtimonium reconditæ veritatis talibus titulis: ipſis ego veſtigijs præfero: nam & autoritatem à coæuis amicis habẽt; & in loculis integra & incorrupta fide velut archæo ſacerrimo tuto cuſtodiuntur: præſertim cum ijſdem traditio loci, veſtigiaque ſuffragantur: duodecim hic è ſuperioribus reſecto, qui profectionem Romanam vel Martyrij locum adſtruunt.

S. Geraſina, quæ duxit S. Virgines.

S. Lucia, quæ fuit ductrix Virginum à Baſilea Romam vſque.

S. Pantulus, Epiſcopus Baſileenſis Virgines ſacras cum gaudio ſuſceptas Romam perduxit, inde reuerſus Coloniam peruenit, ibidemq; cum eis Martyrium ſuſcepit.

S. Cyriacus Papa Romanus, qui cum gaudio ſuſcepit ſacras Virgines & cum ijſdem reuerſus Martyrium ſuſcepit.

S. Polocronius, qui miſſus fuit à Roma cum ſanctis Virginibus.

S. Foilanus Lucenſis Epiſcopus veniens ab Apoſtolica ſede miſſus, hoc in loco fuit occiſus, & cum iſtis ſanctis Virginibus eſt ſepultus, & ferro peremtus.

S. Sulpitius Rauennenſis Epiſcopus.

S. Marinus Mediolanenſis 6. qui veniebat de Roma cum ſacris Virginibus.

S. Maromius Epiſcopus Nouarienſis & Cardinalis.

S. Vincentius presbyter Cardinalis.

S. Claudius Spoletanus.

S. Vrſmarus Epiſcopus de monte Iurano.

CAPVT V.

Octo teſtes veritatis horum titulorum.

VT fraudis abſit omnis ſuſpicio, laudabo teſtes octo idoneos, qui clarè fatentur eos An. 1156. cum ſepulcra Virginum plurima panderentur, lapidibus inciſos, in tumbis repertos eſſe.

I. Gerlacus Abbas Tuitiensis, qui manibus suis eduxit. Is in libro tunc Tuitij in membrana conscripto, hæc de se fatetur.

Quorum nomina vel titulos in eorum sepulcris inuentos, & in Archiuis eiusdem Ecclesiæ reconditos, ad posterorum notitiam idcirco schedulis & apicibus dignum duximus adnotari, quia deuotionem sanctorum Martyrum, quos præter opinionem cunctorum viuentium oculis nostris transferri vidimus, & quorum insuper corpora, vel titulos è tumulis manibus nostris eruimus, arctius posterorum memoriæ commendare curamus. Singillatim ergo singulorum titulos, vt in lapidibus cum eis inuentis exaratum esse perspicitur, incipientes à maioribus, hoc ordine digessimus.

II. & III. Harbernus Abbas successor Gerlaci, testis item oculatus, & qui transcripsit Theodoricus Aedituus.

Claruit doctrina inter suos Theodoricus autor Chronici, quod exstat Tuitij, qui manu sua descripsit titulos, & omnia accuratè tam Gerlaci, quam Harberni ætate circa inuentionem reliquiarum Vrsulanarum in commentarios retulit: is igitur cum Harberno oculatus testis, post titulos ab Harberno eductos subdit. *O quam mirabilis adhuc* (DEVS) *in sanctis tuis existis: qui sicut in primordio mundi de tenebris lucem, & post hæc in homine apparens de tenebris errorum, & infidelitatis lumen fidei, & veritatis splendere fecisti: sic nunc abscondita reuelans, eos, qui hactenus erant ignoti, cum titulorum & nominum ipsorum testimonio, ad hominum salutem mundo innotescere voluisti.*

IV. & V. S. Elisabetha, & qui dictantis verba excepit titulosq; vidit, Egbertus Abbas eui sui eruditissimus.

Non refero verba huius, vt diuina oracula, de quibus lib. 7. sed vt humana fide relata de ijs, quæ eo tempore contigerunt ex libro, quem Egbertus manu sua exarauit, DEVM initio libri conteſtatus, nihil se addere vel demere, nisi quòd ore dictantis excepisset.

Ex 4. capite ita S. Elisabeth de titulorum eodem anno & præcedente inuentione facta loquitur. *In tempore eodem, quo prædicti duo Martyres inuenti sunt, reperti sunt inter sepulturas Virginum multa corpora SS. Episcoporum, atque aliorum magnorum virorum, erantq; in monimentis singulorum repositi lapides, habentes titulos sibi inscriptos, ex quibus dignoscebantur, qui, aut vnde fuissent, horum præcipuos, & maximè notabiles transmisit ad nos ex supradicta vrbe præfatus Abbas, cupiens certificari, vtrum credendum ijs esset.* Hos titulos cum viderit, legeritque Egbertus, & ex ijs descripserit in librum membraneum, qui superat, & is inter coæuos testes inuentionis titulorum venit numerandus: præsertim cum ipse Coloniæ præsens An. 1156. inuentioni fuerit, indeque S. Constantiæ corpus titulumque cum ea inuentum transtulerit Schonaugiam.

Thomas Cantipratanus Proëpiscopus Cameracensis.

Vixit is sequenti seculo post generalem illam tulorum inuentionem Coloniæ, & eo quidem, quo passim ibi similes in sepulcris tituli reperiebantur, & à B. Alberto Magno magistro suo eleuabantur: is ita scribit. *Vnde Papa Cyriacus, multi Episcopi, Reges, & reginæ, quorum nomina cum corporibus lapidibus inscripta inter tumulos sacrarum Virginum reperta sunt, & leuata.*

Tho. Cantipr. l. 2. apum c. 53. num. 6.

VII. Trithemius Abbas in Chronico Spanheimensi ad A. 1163.

His temporibus per 9. continuos annos corpora sanctarum vndecim mille Virginum, & aliorum Sanctorum, qui cum ipsis passi sunt in suburbio Colonienſis ciuitatis inuenta, & de

de terra leuata sunt, quorum multa in Sarcophagis posita nomina, titulos, & dignitates rum ostendebant: de quibus S. Elisabeth momialis, & magistra in Schönauu multorum nomina, & merita, & dignitates angelica reuelatione didicit.

VIII. *Christophorus Brouuerus A.* 1156. *Annal. Treuirensium.*

Hoc etiam anno 1156. celebris undecim mille S. Vrsulæ Sodalium inuentio Coloniæ celebrari cœpit: in qua cum multa ex saxo monimenta facta, titulique complures illustres ex loco martyrij in lucem proferrentur, & in ijs tum Episcoporum, tum aliorum autoritate præstantium virorum inscriptiones eruerentur.

CAPVT VI.

Titulorum & corporum veritas duodecies manifestis diuinis reuelationibus approbatur.

QVibus harum (cum euentus veritatem diuinam approbarit) nemo sanæ mētis fidem abrogabit, nisi omnem velit historicis res temporis sui persequentibus detrahere autoritatem.

1. Probat eos titulos S. Elisabethæ Schönaugiensis cælitus, vt putatur hausta cognitio: ita enim cap. 5. super eorũ veritate S. Verenam percontatur. *Nunquid credendum est superscriptionibus titulorum, qui in quibusdã lapidibus illic reperiuntur?* Subijt sequentibus multis capitibus diuinam attestationem veritatis corporum, & adnectorum titulorum, vbi 20. tituli proponũtur, approbantur, explicantur, & de sui tituli veritate, ita c. 2. loquitur S. Verena, *ita est nomen meum vt audisti: penè tamen per errorem aliter scribi debuerat: sed ipsa ego scribentem prohibui:* & cap. 9. de S. Iacobo titulorum curatore hæc habet. *Hic exhortante Cyriaco Papa, cum esset vir prudens, magnam diligentiam adhibuerat, vt sciret nomina sororum nostrarum, atque ea magna ex parte cum iam eremtæ essemus lapidibus inscripta, corporibus nostris adhibuit.*

Quis dictator & curator titulorũ.

2. Titulos eosdem calculo suo firmat B. Hermannus: is enim cum sub annum 1183. suam cœlitus accepisset Vrsulani martyrij cognitionem, titulosque iam reperos S. Cyriaci, Episcoporum, Regumque probasset, centum annis post aliæ inscriptiones funerales repertæ sunt, quæ eadem nomina, dignitates, officia, & cognationes repræsentarunt, quas tanto ante B. Hermannus vulgauerat.

3. Nominarat S. Odiliam B. Hermannus Chiliarcham, ea ter anno 1287. visa, nomen suum, & officium Chiliarchæ, sepulcrumque prodidit: in quo titulus inuentus, tam B. Hermanni narrationem centum annis ante factam, quam triplicem S. Odiliæ testificationem nominis, confirmauit.

4. Idem B. Hermannus duarum meminerat SS. Cordularum; altera sub annum 1278. ter etiam visa nomen cum tumulo patefecit: è quo simili modo nomen eductum, quadruplicem cœlestem manifestationem roborauit.

5. S. Cuniberto etiam sacris in basilica SS. Virginum operanti Columbæ cœlitus missæ volatus, & loculum S. Vrsulæ corporis, & titulum ei impositum probatissimum persuasit.

6. S. Norberto simillimè Virgo Vrsulana visa corporis capulum & nomen indicauit.

7. Nec minus S. Anastasia circa annum 1200. vel citius, nomen cum sepulturæ loco declararat, aliquot verò post annis ibidem reperta cum titulo fidem viso fecit.

8. Anno 1277. S. Basilia, Imma, & Christiana Parisijs quendam Coloniam amandarunt, enunciatis suis nominibus, & loco monimenti, quod præsente Archiepiscopo Siffrido ob ratitatem visi patefactum, euentu ipso confirmauit cœleste oraculum, nominibus, vt significarant in lapidibus incisis, è tumulo sublatis.

9. Exstant in S. Vrsulæ Basilica saxea prægrandia monimenta, SS. Cleomatæ, Theomatæ, & Christantiæ, eæ tam in Thuringia, quam Coloniæ cuidam Cœnobiarchæ sæpius adstitere: nec nomina tantum sua cum loco tumulorum, sed & abditum in ijs pectinem furto sublatum indicarũt, quæ Abbas veritati congrua euentu didicit: eædem postea cum ibi negligentius colerentur ad sua Coloniam monimenta redierunt, vbi capita, quorum vnum vidi, adseruantur.

10. S. Constantia Regina nomen, & locum quietis interprete Petronilla visis cœlestibus ea ætate celebri, Dominis Ioannitis edixit, in cuius postea tumba præter nomen, signa omnia, quæ patefecerat inuenta sunt, vt ipsa inter centum pariter effossa corpora (& quamplurima suis cum nominibus & titulis adiectis) internosci potuerit.

11. Eadem internunciâ Petronilla quæsitum designato in loco S. Valerij Regis Hispaniarum corpus, repertumque est: cuius adhuc saxeum mausoleum in S. Vrsulæ basilica perstat.

Denique, circa annum 1323. S. Maximinus quidam ex ea Sodalitate Vinitori in horto Iselburgico visus nomen, & loculum edixit, qui modo in sacello ante sacrarium in altari requiescit, vt lignei eius cancelli epigraphe sua manifestant. De his fusius suis locis actum est: hic sufficiat attigisse virorum & Regum præsentiam, ac titulorum fidem tot oraculis (præter historicam narrationem euentus talis propalam, & sæpè coram Archiepiscopis demonstrati) declarari, quibus si fidem abroges, omnem veritatis opinionem historicis adimes, qui ferè testes oculati, res coram se gestas memoriæ prodiderunt. Enimuerò si decies, & sæpius effossi tituli diuinam meruerint attestationem, quis poterit similium titulorum vicino loco eductorum, pari modo lapidi inciforum, similia narrantium, eademque Martyrij symbola continentium, fidem & autoritatem infirmare? præsertim cum omnes, qui circa autorem eorum, & temporis angustias scrupuli possunt suboriri, fusè suis sint locis exemti & explanati.

Quare si tanta fuerit hactenus iure meritissimo in Ecclesia Catholica titulorum sepulcralium autoritas, vt post eos inuentos fasti sæpius sint emendati (vt licet ex Baronio passim obseruare) si ob eos in Hispania, qui Confessorum antea ritu colebantur, mutato diuino officio Sedis Apostolicæ decreto nunc in Martyribus numerentur (vt docet Biuarius) si ideò S. Felicis Papæ, & Martyris festum retinet Ecclesia, de quo è Martyrologio eradendo contendebat acerrimè Cardinalis Baronius, quia titulus repertus eum (quamuis in Catalogo Pontificum non habeatur) & Papam Romanum, & Martyrem nominauit; cur non hi Martyres, tot Reges, Episcopi, & Principes, habendi, quibus non tantum, vt enumeratis fauet inscriptio sepulcralis; sed etiam capitibus excepta vulnera, finciput sagittis perforatum, cerebrum contusum vecte, craniorum partes maximæ resectæ, ossa sanguine adhuc quasi recenti rubricata, certa præbent Martyrij indicia, vt in S. Iacobo, Pantulo, Pastelasio Episcopis quotidie Coloniæ videre est. Fauent tituli iuxta positi cœlitus confirmati, dum vt ostendi, ipsi Martyres nomen suum cum loco sepulturæ prodiderunt. Probat eosdem S. Elisabeth, & B. Hermannus ac circa eos motas expediunt difficultates: suffragantur crebra prodigia, quæ talium ossa patrant indies, quorum vix quidquam in aliorum Sanctorum cadit titulos, quos iure tamen S. veneratur Ecclesia.

Coronidis loco pro fide funeralium inscriptionum stabilienda adferam perutilem, ad varias, quæ in Martyrio Vrsulano quæstiones mouentur enodandas, historiam S. Eugenij Protoepiscopi Toletani, quæ mirificè præsenti conducit argumento, eam Hispani, Galliique scriptores fusè recitant. Ac primò quidem res ab Eugenio gestas in Hispania, quas Hispania tamen penitus ignorauit, tum solennem eius ex sepulcrali inscriptione cogniti translationem referam, P. Petrus Halloix Leodiensis c. 21. vitæ Dionysij Areopagitæ sic compendio narrat res ab eo patratas.

P. Petrus Halloix c. 21. vit. S. Dionysij Areopagitæ.

Hic Eugenius cũ in Dionysij comitatu, atque disciplinâ vim ingenij magnorũ capacis ostendisset, præclariq; Sacerdotij sui munus explesset, ab eo denique in Episcoporum ordinem cooptatus,

optatus, atque in Hispaniam ablegatus est: vbi sic rem gessit, sic Ecclesiæ Toletanæ habenas exit, vt nobilissimæ illius prouinciæ ad Christianam legem accessio illi potissimè, tanquam rimo atque omnium sanctissimo Pontificis merito accepta referenda sit. Qui post innume-um rudis populi multitudinem sancta religione imbutam, reuisendi aliquando magistri, & rmones cum eo conferendi desiderio captus in Galliam transijt; quem priusquam Parisios rtigisset, occisum intellexit: Neque verò iter aut inhibuit, aut reflexit; sed vel visendi fe- S. Eugenij martyrium. *lcri amans, vel paris sortiendæ sortis cupidus, Lutetiam versus iter prosecutus est, neque nplius quatuor milliaribus iam distabat, cũ ipse interceptus à fidei hostibus, & interfectus t. Cadauer in lacum Marcoscum proiecerunt, vbi diutissimè, imò vt nonnulli tradiderunt, enos circiter ducentos immersum delituit: sic autem repertum vulgata refert fides. Hercol-* Reuelatio de corpore. *us vir nobilis, cum ex oculis grauiter laboraret, ecce illi S. Dionysius per noctem in veneran-formæ senis se offerre, ac læto hilariq; vultu ita compellare: Hercolde frater, surge ex morbo nius, & ad vicinum locum adi, condiscipuli nostri Eugenij corpus illic require, ac honestè se-li. Verum id omnibus perquam mirum, tam integrum illud, tam recens reperiri, atq; si illo e & non ducentis annis antè fuisset neci datum.*

Translationem eius in Hispaniam ita describit Ribadineira in flore sanctorum, d 15. Nouẽbris. *Postea tamen quã Remo* (Raymundũ vocat Mariana) *Toletanus crea-us Præsul est, Papa Eugenius, Remis in Gallia concilium Oecumenicum celebrauit, ad hoc etiã ædictus Remo profectus, & ad S. Dionisij diuersus, in sacello eiusdem legit hunc titulum.* Translatio. *Ribadeneira ad 15. Nouembr.*

HIC SITVS EST S. EVGENIVS MARTYR PRIMVS TOLETANVS EPISCOPVS. Superscriptio.

Hunc titulum admiratus est, quod in Hispania non exstaret huiusce rei memoria, aut notitia lla, propter vastitatem regno huic à Mauris illatam, cumq; diligentius in hoc cœnobio super bus à viro sancto gestis indagasset, huius historiæ, quam modo retulimus veritatem cogno-t.

Finito Concilio retulit ad Alphonsum Regem Hispaniæ Remo, quod in S. Dionysij repere-t, vt in Ecclesia Toletana festo memoria eius cultu celebraretur, & à tota ciuitate venera-tur ille, qui primus fuerat eius Pastor & Præsul. Obtinuit Alphonsus Rex à Ludouico 7. 1. Translatio brachij. *alliæ Rege genero suo S. Eugenij brachium, quod Alphonsus Rex eiusque Filij maxima pie-te, & humilitate suismet humeris Anno 1156. detulere pretiosissimum Toletanæ Ecclesiæ onum, vbi hodieq; in sacrario adseruatur. Anno 1565. Philippo 2. Hispanijs moderante, à Ca-lo 9. Galliarum Rege corpus S. Eugenij Toletani impetrarunt, per D. Petrum Madrichæ* Reges baiuli. 2. Translatio totius corporis. *nc Toletanum Canonicum, postea Societatis* IESV *religiosum: quando præter aliam pom-m translationis, & apparatum incomparabilem, Rex ipse Catholicus* (ait Petrus Halloix) *credibili succensus pietate, oneri subire, & humeros supponere, atque in pristinam Toleta-am sedem tanto post interuallo velut reducem Episcopum sanctissimum & Martyrem glo-osissimum reuehere pro magno honore, & voluptate habuit.* Succollatores reliquos ad-it Ribadeneira Carolum filium Philippi 2. Rudolphum postea Imperatorem, & rnestum Archiduces Austriæ, Maximiliani Imperatoris filios, cognatos Philippi egis, qui omnes capulum, quo S. Eugenij corpus seruabatur, religiosè deporta-nt.

Potuitne maior in terris honor à mortalibus S. Eugenio adhiberi? cuius sola cau-fuit prima non titulus sepulcro conditus, sed superscriptionis lectio, de cuius ve-tate nunquam nec qui legit primus Raymundus Archiepiscopus Toletanus, nec lphonsus Rex, vel Philippus 2. ac Rudolphus Imperator dubitarunt; nec adhuc ubitant Ecclesiæ Hispaniæ, quæ maxima solennitate festum illud quotannis per-gunt, sola moti superscriptione tumuli, quam loci traditio confirmabat, quis dubi-ndũ igitur de titulis tot varijs in tumulis, eodem A. 1156. repertis existimet, qui & rebris ipsorum Sanctorum visis, nomenque tituli confirmantibus, & S. Elisabe-hæ, ac B. Hermanni attestationibus, & veteri Vrsulana historia, populorumque Comparatio titulorum Vrsulanorum cum hoc. iuersorum traditionibus, & ipsis locorum vestigijs stabiliuntur? Quis ambigat Cyriacum fuisse Romanum Episcopum, vel Vicarium saltem, Pantulum Basileen-em, Marinum Mediolanensem Præsulem: quod si fasti eorum non meminerunt, astationi locorum id tribuendum est: vnde non tam vbi Episcopi rexerant Eccle-as, quam vbi pro Christo mortem oppetiere, Martyrij veritas est repetenda,

15. Nouēb. quādo Eugenij Protoepiſcopi Toletani non Hiſpani;ſed Galli, apud quos deceſſit, memoriam conſeruarunt;ideò merito Toletani iam Pontificum ſuorum catalogū ex inſcriptione tumuli emendarunt: Succeſſere in loculum S. Eugenij tres Virgines Vrſulanæ, SS. Panefridis, Secunda & Sabaria, vt Gallic. Martyr. teſtatur, quæ ibi religiosè translato iam alio S. Eugenio honorantur.

CAPVT VII.

Corpora ſanctorum iſtorum Martyrum, præſertim Virorum, & ſepulcra eorum hiſtoriæ fidem atteſtantur.

IOuem, Iunonem, Saturnum, quos in Dijs habebat ſtulta gentilitas, primi Chriſtiani è ſepulcris eorum demonſtrabant fuiſſe homines; nec quid reponerent, argumenti euidentia conuicti, reperiebant Ethnici: firmius tamen ex ipſo cadauere ſumitur argumentum: quando vel ipſa relicta ſuperſunt corporis oſſa, quæ pars eſt altera, qua hominis natura conflatur & coagmentatur.

Ipſa igitur, quæ monſtrantur oſſa ſanctorum Martyrum, Epiſcopum, Regum & virorum Principum, narrationis Vrſulanæ veritatem atteſtantur, quando vix locum Galliæ, Germaniæ, vel Italiæ Virgines tranſierunt, dum Romam contenderent, cuius non aliquot inquilinos; præſertim verò Præſules, & nobiliſſimum quemque ad Martyrij ſocietatem raro virrutum odore pellexerint; quorum virorum adhuc ſacræ exuuiæ & ſepulcra monſtrantur hodie, & in pleriſque cranijs exceptæ ſagittæ, vulnera, contuſionesque eminent.

Nec ambigendum, quin luculenta Pontificatus ſigna Chriſti fideles in ſaxeis illis mauſoleis incluſerint cum titulo; quod iam tum receptum erat apud Chriſtianos, vt ipſe cultus corporis incorruptus fidem titulo fecerit ſepulcrali. Certè eodem ſeculo, quo S. Vrſula, pariter S. Gereon cæſus eſt; eodem ſimiliter, quo ipſa S. Vrſula, & millena aliquot Virginum corpora reperta, & ipſe S. Gereon octingentis iam euolutis annis à S. Norberto detectus eſt; chlamyde purpurea limbis auro prætextis coopertus, haſta armatus, capillis & carne, vt videbatur, incorrupta, licet ad motum, & contactum corporis ſtatim defluxerit. Sic ex Sodalitate Vrſulana corpora viſuntur quædam, capitaque capillis, carne, & cute veſtita: ſuperant veſtes quarundam incorruptæ, vela, cingula, tegmina reticulata, quibus potuit inſcriptio, conformis cuiuſque indumentis, calicibus, vel infulis adiectis, tumulo condita roborari. Titulorum veritatem virorum præſertim, diuinum oraculum, tam S. Eliſabethæ, quam B. Hermanno redditum comprobauit; & hoc quidem multos etiam virorum titulos adhuc terra obrutos mundo declarauit: ipſi poſtea viri Sancti, vt Valerius Rex, S. Martialis, S. Maximinus nomina, tumulos, & corpora ſua indicarunt: Alij vt S. Cæſarius, & Adrianus ſua ab alijs inuentis corporibus diſtinxêre: ſæpè etiam S. Eliſabethæ; ſemel autem B. Hermanno infulati Præſules; coronati Reges, in altera ſodalitatis acie ſe ſpectandos obtulêre, vt de corporum veritate talium Epiſcoporum non liceat dubitare.

Vnde iam à quingentis ferè annis merito S. Cyriacus Pontifex Coloniæ; S. Pantulus, Baſileæ; alij in alijs Germaniæ, Belgij, & Franciæ locis Epiſcopi ſodalitatis Vrſulanæ diuinis officijs honorantur: ita Tuitij Harbernus Abbas A. 1163. decreuit, vt S. Cyriacus Pontifex Romanus 4. Kalendas Maij à Cœnobitis ſolenni officio coleretur, ob aliquas eius reliquias eò tranſportatas. Et tam Catholici, quā Acatholici Baſileenſis adſtruunt, die 12. Octobris S. Pantuli feſtum quotannis ſolenni ceremonia celebratum.

Adhæc Coloniæ paſſim S. Cyriacus multis ſeculis mitra Pontificali (quod regnū vocāt) ſculpitur, pingitur, cælatur: vt & eiuſdem ſepulcralis exhibet effigies: aliorū ſaxea monimenta tiaris conſpicuos, alios coronis, & ſceptris inſignes tumuli repræſentant.

Et

Et rectè quidem, quando præcipui Canonum interpretes, Historici, Theologi, & Diœceses Europæ quamplurimæ, tot humanis, diuinisque attestationibus perfecti, hos sanctos Præsules, Reges, & Principes viros in officijs diuinis sodalitati Vrsulanæ adnumerarunt: vt si non temerarium, certè periculosum sit, velle de talium virorum martyrio, totius penè orbis cõsensu multis seculis recepto & veritate ipsarum reliquiarum, quingentis propè annis religiosè cultarum, mouere quæstionem. Ita non leue ducitur Vrsulanæ historiæ, præsertim verò peregrinationis Romanæ à tot Episcoporum & Regum corporibus & sepulcris argumentum.

Hactenus Vrsulanæ sodalitatis corpora, vulnera, plagas acceptas, sepulcra, titulos, & in tumulis reperta necis instrumẽta volui penitius proponere inspiciẽda, quo possit de facti veritate sincerior ferri sententia, congruenter legibus Prætori latis, & obseruandis ante, quã de homicidio facto cognoscat, & statuat: iubetur enim inspicere cadauer, plagas inflictas lustrare, sceleris patrati relicta instrumenta perscrutatum verò quo certius exploret facti veritatem, testes audire iuratos, sed idoneos, & de sensu, siue oculatos, siue auritos: ij, si nequeant haberi, famæ multum tribuitur, signis, indicijs & vestigijs, vt moralis ipsius facti euidentia præeat sententiam criminis capitalem.

De facto quæritur in Vrsulano martyrio: vidimus interna, quæ haberi potuerunt argumenta, corpora lustrauimus, luculenta cranijs excepta vulnera, fronti, verticique sagittas infixas inspeximus, vestigia peregrinationis & historiæ, quæ Coloniæ, Argentinæ, Basileæ, vel in Italia superant, obiuimus. Adhæc oculati testes tam signatis tabulis, & titulis inditis monimentis, quam ore per continuam posteris traditam historiæ veritatem deposuerunt, è quibus 50. vel 70. etiam probatissima duci possunt narrationis nostræ firmamenta, quale ne vnum quidem pro se Gulfredus, vel eius defensores adduxerunt: quibus solæ sufficiunt probabiles, sed fidè commentitiæ coniecturæ. Iuridica demonstatio veritatis Vrsulanæ historiæ.

Venio nũc ad externa & posteriora testimonia laudatissimorũ autorum, qui sedulis aliquot post S. Vrsulam exorti, nobiscum tamen locum martyrij, peregrinationem Romanam, numerum Virginum, vel totam etiam historiam cum adiunctis prorisque defenderunt: vt si priora deficerent causæ nostræ momenta, hanc tamen facti quæstionem bonitate, varietate, multitudine & fide testium, quouis etiam ab itro iure vinceremus: à vetustissimis ordior, qui quò propius abfuerunt martyrio, hoc intueri liquidius veritatem potuerunt.

CAPVT VIII.

Testimonia septem, quæ à tempore martyrij, seu ab An. 237. ad 600. vsque, locum martyrij vel sanctitatem Virginum, cultumq́ declarant, præsertim sermo de ijs circa A. 500. scriptus.

Testimonium primum ex vita S. Autoris Archiepiscopi Treuirensis.

Vixit is, vt alibi probaui ex Claudio Roberti, & Browero circa A. salutis reparatæ 237. vita eius fusè narrat, quod Hunnos Treuirensem ciuitatem inuadentes precibus suis elecerit, & ciuitatem ac diœcesin ab eorum immani vastatione liberarit. Arnoldus verò Lubecensis autor est, eos ipsos Hunnos fuisse, qui sodalitatem Vrsulanam Coloniæ martyrio coronarant.

Test. II. Peregrinatio S. Papunij Regis.

Titulus index huius peregrinationis talis Coloniæ repertus est.

S. Papunius Martyr & Rex Hiberniensis, Frater S. Nothi, qui venit visitare corpora sanctarum Virginum.

Test.

Testimonium III. Clematij restauratoris Ecclesiæ S. Vrsulæ Anno 463.

Curauit is saxis templi præter alia, incidendam prohibitionem hanc cum diris ne quis in fundo martyrij & Ecclesiæ recens instauratæ, quempiam alium funeraret.

Clematius de proprio suo hanc basilicam voto, quo debebat à fundamentis restituit: si quis autem super tantam maiestatem huius basilicæ, vbi sanctæ Virgines pro Christi nomine sanguinem suum fuderunt, corpus alicuius deposuerit, exceptis Virginibus, sciat se sempiterni tartari ignibus puniendum.

Test. IV. Circa idem tempus carmen eiusdem templi saxis incisum

In eo Colonienses grati, fundatoris Ecclesiæ nomen, & vxoris eius expresserunt, facta mentione loci martyrij.

Christe, quem Dominum cœli, Regemq; Deumq;
Crux iubet agnosci, mortem qui vicit acerbam,
Martyrioq; suo reparauit secula cunctis,
Hic vbi Virgineum fudit manus impia sanguen,
Angli seu Christi casta inter somnia iussu
Clematius fuso posuit pro sanguine templum,
Et Diodora simul cara & gratissima coniunx
In tantum meritum cœlestia facta resurgunt.

Test. V. Exgestis Solini Archiepiscopi Colonienſis sub aduentum Clematij.

Solinus excitatus Clematij viri Consularis pietate, montem Greesbergensem ducentis passibus à Clematij basilica dissitum cœpit sacello venustiore, quam prius erat, & augustiore decorare: ne tamen id consecraretur ad SS. Virginum honorem, intercessit Clematius, & fortè eiusdem rogatu Præses Romanus, plurimum enim vir ille consularis apud inferioris Germanię præsidem poterat: eodem tempore Virgines multas decentioribus loculis tumulauit, vt alibi fusè monstraui.

Test. VI. S. Floriani Regis A. 500. peregrinatio & martyrium.

Is cum Coloniam tanto cum comitatu contenderit, vt tumulos & sacras reliquias sodalitatis vndecim millium Virginum supplex veneraretur, circa An. 500 sed martyrio prius, quam voti compos fieret coronatus, satis Virginum sanctitatem cultus propagationem, & locum sepulturæ earundem est atteſtatus.

Test. VII. Sermo in natali sanctarum Virginum vndecim millium ex antiquissimo membraneo M. S. Codice Colonienſi & Leodienſi.

Sermonem hunc certum est, S. Vrsulæ Cunibertinâ historiâ vetustiorem esse, cum causas indaget, cur hactenus Martyrium tam celebre, iam inde ab eo tempore, quo Virgines occubuerunt, non fuerit literis consignatum; sed firma tantum maiorum traditione custodiatur; existimo circa A. 500. paulo post Clematij tempora conscriptum esse, & in officijs diuinis vsurpatum, cum historia vetus sequenti seculo vulgata sit. Tractat autem varias circa Vrsulana gesta difficultates, de origine, Patriaque sanctarum Virginum; de numeri magnitudine, peregrinatione, & Martyrij autoribus, vt merito sit ab interitu vindicandus: eum Colonienſis Carthusia & Leodienses adseruarunt.

SER-

SERMO IN [1] NATALI SS. VIRginum vndecim millium.

1

SAncta [2] Colonienſium Virginum agmina (inde enim eas rectius cognominamus, vbi vitæ inſtantis, quam vbi mortis uturæ diem habuere natalitium) nobis hodie ſunt non minus dmiranda, quam veneranda: [3] quibus non ſuffecerat in orbe uo Domini, ſponſiqúe ſui mancipari præconio: niſi etiam um carnis affectibus, quos olim amore eius ſpreuerant, reunciarent ſimul omnibus, quæ poſſederant; nec patres, nec natres, nec propinquos alios, nec ipſam, in qua natæ ſunt patriam cognoſcentes carnaliter: in cauſa Dei, cui cœperant ſpiitualiter adhærere, fideliſſimi propoſiti deuotione currendo: cita dilectum ſuum candidum, & rubicundum electum ex nillibus iugiter inclamando. Trahe me poſt te, curremus in dore vnguentorum tuorum. In harum ergo feſtiuitate nolis omni tempore celeberrima, [4] quod meritum earum primum, quod dicamus vltimum ignoramus: nullum enim in eis iſi maximum ſcimus. Neque abs re eſſe putandum eſt, quod arum conuerſatio vel prima, vel media nobis nota non eſt: vielicet vt de his ea tantum à fidelibus recolantur, quibus mabra nulla eſſe alia non dubitatur. [5] Potuit quippe fieri, vt in anto earum numero coniugata quælibet eſſet, aut vidua, quius licet centeſimus eius fructus, vtputa virginitati ſpecialier deditus, ante martyrium negaretur: ſexageſimus tamen & rigeſimus per rectiſſimam Deoque aceeptiſſimam ſuo loco uiuſmodi conuerſationem, ipſe etiam maximus per martyij gradum humanis meritis puriſſimum redderetur. Nam uis vnquam omnium mulierum, non dicimus tantummodo Virginum multitudinem tantam, ſine ſexus alterius intermitione crederet conueniſſe? Nec enim, quod de Amazonibus egitur, huic ſanctæ ſpiritualis cunei virtuti comparandum ſſe putamus: illæ namque cædendo, vt ductor ſuus, iſtæ moriendo, vt ſponſus ſuus, victoriam quæſierunt: poſſibile autem, & omnino facile fuit illi, qui credentibus etiam omnia poſſibilia fore & promiſit, & dedit, & hoc quoque modo in ſolis virginibus, ſi vellet, mirabilis cunctis gentibus, & populis innoteſceret;

2 Cauſa cur SS. Virgines vocet Coloniẽſes, non autem Britannicas.

3 Earum contemtus mundi & patriæ.

4 Præcipua tantum geſta earũ ſciri.

5 Diſputat an fuerint vndecim millia ſolarum Virginum. Nullæne coniugatę & viduæ?

Nulline viri præſentes.

Probat numeri magnitudinem.

innoteſceret;Nam humanitatis fragilitate circumdatus,pluſquam duodecim legiones Angelorum exhibendas ſibi à Patre potuit obtinere:regnans in eiuſdem carnis æterna maieſtate, cum Patre ad ſequendum ſe agnum immaculatum minus quã duodecim millia Virginum non potuit exhibere?

Maxima de ijs mãſerunt tãtum tradita.

6 Ad vos ergo maiorum noſtrorum ſtudio de ſanctis his Virginibus ea ſunt tantum perducta, quæ maxima: neque ſingularia fuerunt,ſed multiplicia: 7 Nam virginitati ſoli per ſe in humilitatis cuſtodia fine tenus excellenti,nemo culmen aliud facilè iudicaret æquari.

1. Virginitas tot perſonarũ. 2.Contẽtus terrenorum, In peregrinatione.

De contemtu verò, atque amiſſione parentum, & poſſeſſionum omnium, abnegationeque ſui, ipſaque peregrinatione pro teſtamenti Domini veritate aſſumta, quid dicemus?cum ipſa veritas iuueni Euangelico de ſola rerum poſſeſſarum venditione & eleëmoſynarum largitione, ſi ſe tandem ſequeretur,perfectionem promiſerit,& Apoſtolis pro hoc meritò etiam poteſtatem in die iudicij alios iudicandi condonarit. Illi bona opera ſua proteſtanti excellentiorem viam demonſtrans,*ſi vis perfectus eſſe,vende omnia,quæ habes,& da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlo,& veni,ſequere me.* Iſtis verò eiuſdem perfectionis præmium ſpondens,*Amen dico vobis,* inquit,*quod vos,qui reliquiſtis omnia,& ſecuti eſtis me,in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ,ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael.*

Præmium eius.

3.Martyrium. Tripudia in ſolennitate Martyrũ.

Martyrium autem quantæ dignitatis exiſtat, nemo ferè qui neſciat,in cuius quotidiana memoria tanta per vniuerſum mundum frequentantur vbique tripudia.

Multa de his Virginibus nobis ignota.

His procul dubio meritorum gradibus,vel potius æqualitatibus ad ſe ſuas Virgines Virgo Virginis filius hortando perduxit,remunerando ſuſcepit,beatificando æterna gloria ſublimauit.Gradus autem,&profectuum ordines,quibus ad hanc arcem de virtute in virtutem adſcendendo peruenerant, ſecreto quo voluit à nobis nunc vſque celauit: quos laudibus non ſolum triplicis earum ſupra memoratæ perfectionis, ſed & ſimplicis vnius cuiuslibet impares nouit.

Comparatur &præfertur hæc Sodalitas alijs.

8 O beatus & ſacer ille Virginum chorus perfectiſſimus, merito nullis numero comparandus:qui Martyrum innocentum

lactenti

lctenti agmini iunctus, non illud tantum admirabile cum o-
ni terra canticum nouum, sed & illud speciale carmen sibi
oncelebrat, quod sequens agnum quocunque ierit multitu-
o sola Virginum cantat!

9 Non autem prætereundum, nec silentio supprimendum
se videtur, quod in ore nostratium (*Coloniensium*) tenaci me-
oria semper omnino diligentissimè seruatum, religiosis fre-
uenter colloquijs voluitur, credibile etiam, & aut verum, aut
erisimillimum non negatur. Denique plurima per opinionis
oniecturã probantur esse conscripta: quibus tamen nulla vn-
uam autoritas refragata est: mendacij namque notã rectè ne-
uaquam incurrit, qui veritatis indagini ex maiorum, horum-
ue admodum religiosorum traditione, conuenientissimoq́;
ationis iudicio sedulus cautusque quantum ad se, librator in-
stit. 10 Nam cur cœlestis huius exercitus à principio gesta si-
nul & prælia non scriberentur, vt sic demũ purius, & lucidius
d aures posteritatis transmitterentur, quotus in omni gente
irari debeat, cum causam huius negligentiæ, communis pe-
e omnium populorum afflictio per barbaros his maximè re-
ionibus debachantes inflicta perdoceat? Per quam etiam hoc
actum est, vt earundem Sanctarum Virginũ memoria, 11 post
ncensam Sanctorum Corporum custodem Ecclesiam, paula-
im ab ore primum, deinde ab ipso pectore religiosi dudũ po-
uli laberetur. Hæc nihilominus negligentia de honorandis
hesauri pretiosissimi loculis in nostratibus adeo vehementer
nduruit, vt ex remotis valde orientalium regionum partibus
Clematius quidam vir, vt rerum exitus docuit clarus simul, &
eligiosus, atque ad honorandas illustrandasq́; fama pariter &
nunere Sanctarum Virginum sepulturas idoneus, crebris vi-
ionum prodigijs, terroribus, & documentis Coloniam inuita-
us accederet, & quæcunq; coactus in suo loco primũ timore
poponderat, hic in reintegranda Beatar. Virg. basilica religio-
is deuotione perficeret: cuius monimenta 12 lapidib. istic ser-
antur incisa, quę & huic operi verbis ijsdẽ putauim⁹ inserẽda.

9. Traditio Coloniẽsiũ cerra.

Eiusdem autoritas.

10. Historia Virginum nõ est hactenus scripta. Ob vastationes barbarorum.

11.

Et incensam Ecclesiam Vrsulanam.

Clematius ex Oriẽte vocatur vt Coloniẽ restauret eam.

12.

DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITVS (VT VIRTVTIS MAGNÆ MAIESTATIS MARTYRII COELESTIVM VIRGINVM IMMINENTIVM) EX PARTIBVS ORIENTIS EXHIBITVS PRO VOTO CLEMATIVS VIR CONSVLARIS, DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM VOTO, QVO DEBEBAT, à FVNDAMENTIS RESTITVIT.

Quod quia breuiter designari veritas ipsa poscebat, quosdam minus diligenter intendentes, sensus eius verus, & ad sententiæ totius solutionem omnimodis aptus hucusque latebat. Vnde propter id, quod Clematius de proprio à fundamentis Sanctarum Virginum Ecclesiam scribitur erexisse, putant eum proprium hic prædium habuisse, in quo eandem reædificauerit, quam prius ædificatam fuisse, quamuis multo iam tempore destructam, nemo fuit, qui vel hactenus dubitauerit: sed ex propria pecuniæ suæ pretio melius eam aliunde veniens religiosus idem Clematius creditur recuperasse; qui non solum in loco proprio pretiosorum corporum venerationem debitam redintegrauit & auxit: [13] verum etiam in exteras prouincias, vnde venerat, & per quas iter fecerat, famam tantam eundo, & redeundo perduxit.

13. Vulgat per Europam Martyriũ Vrsulanũ.

Propter hoc verò, quod ex orientis partibus per crebro dicitur visionum terrores exhibitus, [14] Sanctas Virgines ex oriente similiter argumentantur adductas, quasi vel expeditionis obedientia propter Romanæ pacis custodiam cum Martyribus Thebææ societatis huc vsque directæ; vel orandi gratia adhæc paganorum eo tempore loca pro propositæ fuerint destinatæ. Nulla ergo ratione credibile videtur, quod Oriens eas transmiserit Occidenti: cum & si religionem excellentiorem, aut vitam quietionem appeterent, illuc potius, vbi vel vestigiorum Domini, passionisque eius, & sepulturæ insignia, vel totius esset fastigium Ecclesiæ tenderent. Quod adhuc videlicet hic non minus, quam ibi vulgata cernimus accidere: quando illuc ex omnibus huius plagæ partibus fideles studijs infatigabilibus, euntes, indeque redeuntes alloquimur.

14. Virgines ex Oriente non venerunt.

Peregrinationes olim Romã, & Hierosolymã instituebantur.

Martyrij quoque gloriam, si pro fide testimonioque Christi quod habebant, mori ardenti animo præoptantes, moræq; impatientes desiderarent: quod quidem eas vbicunque locorum ita quæsisse non ambigimus: Sicut hic inuenisse didicimus, credidimus, amplexati fuimus, & nunquam vita comite venerari cessabimus: ibi nimirum facilius hanc promereri potuissent, vbi Romani Imperij Principem, & Christiani nominis persecutorem solum aut Maximum offendis-

Coloniæ passę sunt.

sent.

ſent. Nam in his regionibus abſque eiuſdem decreto pariter, & edicto raro mouebatur vlla Chriſtianorum perſecutio.

[15] Plures autem quaſi rubica per vnum oculum directa, id eſt, rationis æquitate ſagaciſſimæ hiſtoriarum, & temporum ducatu perſpecta, vigilantius rerum ordinem intuentes, Britanniam Inſulam tradunt huius Deo notæ multitudinis genetricem, & nutricem pariter exſtitiſſe. In qua ſententia concordant procul dubio & hi, qui ſanctum agmen miſiſſe dicuntur; & qui ſe ſuſcepiſſe magnopere gratulantur; horum etiam medij conuenientiſſimis hoc ipſum adſtruunt ſignorum indicijs, apud quos pleraque loca Sanctis his cernuntur [16] honorata ſimul, & illuſtrata reliquijs: Nam & in Batauia quam [7] Rhenus bicornis circumfluendo Inſulam facit, ſedem fundaſſe, [18] ibidemque aliquamdiu manſiſſe referuntur.

15. E Britannia ortæ.

1. Teſtimonio Britannorum.

2. Coloniensium.

3. Batauorum.

16.

17. In Tiel.

18.

Siquidem [19] temporibus Antonini, & Commodi Imperatorum Lucius Rex Britannorum ab Eleutherio quartodecimo, poſt Beatum Petrum Apoſtolicæ Sedis Pontificem, Chriſtianæ, Catholicæque fidei prædicatores obtinuit: quam ſuſceptam idem Britanniæ populus, in omni religione, & pacis tranquillitate inuiolatam, [20] omniſque perſecutionis ignaram vſque ad tempora Diocletiani ſeruauit. Cuius ſæuitia impellente, Marcellinus etiam Romanus Pontifex, ordine à primo viceſimus octauus, conſtantiam deinde reſumens fortiter confligendo corona Martyrij dignabatur. Poſt quem vndantibus ſine more per omnes terras peſecutionum tempeſtatibus, eadem Sedes principalium vtique principalis, [21] ſeptem annis, & dimidio, decem inſuper diebus gubernaculo Præſulis, vt Chronographi aſſerunt, priuabatur. Quo tempore Britannia tranſmarinarum partium Inſula, longitudine atque in latitudine vehementer extenta, tam diuturnæ pacis dudum otio feriata, atrociſſima Chriſtianorum perſecutione iuſſu Maximiani concuſſa eſt: multique in ea martyrio coronati, multi de ea in peregrinationem expulſi, multi ſponte

19. Britannia Catholica vſque ad Diocletiannm.

20. Eius perſecutionis immaniras.

21. Sub Maximiano in Britannia.

profecti, multimodam patriæ ſuæ calamitatem in Eccleſiarum, & Monaſteriorum deprædatione, vaſtatione, deſtructione, concremationeque, & ciuium nece ſic quodammodo felicius euaſerunt. 22. [22] Tunc & iſtæ beatæ ſoli Deo in omnibus, & meritis notæ, nobis in perpetuum venerandæ Virginum turmæ, caput ſequentes vnum omnium ſponſum ſuum Chriſtum Dominum noſtrum, vnanimiter orientem verſus, vnde & prius fidem receperant, & tunc perſecutionem ortam fuiſſe didicerant, [23] cupientes paratam ſibi percipere gloriam, contenderunt.

Virgines Romam peregrinantur.

23.

Inter quas inclyta, & inſignis fuiſſe aſſeueratur Regis Britannorum filia, ab illis Vinnoſa, [24] à noſtris Pinnoſa nuncupata: hanc omnes aliæ in Chriſti caritate concatenatæ ſorores pari voto & ſtudio ſequebantur: quarum pauciſſimas nomine, omnes virtute, & pietate experimentis aſſiduis edocti cognoſcimus. In hoc procinctu dominico ad acutiſſimum veræ ſapientiæ intuitum corde etiam corporeque directo, quanta prudentiæ viguiſſet ſagacitas, iuſtitiæ æquitas, temperantiæ veritas, fortitudinis animoſitas, illi tantum feliciter, & ſobriè probare poſſunt, qui feliciter pro more ſuo imitari parati ſunt. Ceterum nos hodierna non ſolum lætitia; ſed & omni tempore in hoc magnificè gloriamur, [25] occurrente lictorum immanitate, [26] hanc Agrippinæ Coloniæ terram, non vt hoſpitam ſolummodo prætereundo ſalutauerunt; ſed [27] hic Martyrij victoria coronatæ, eam vt propriam effuſione Sancti ſui ſanguinis manendo decorauerunt: nobiſque in pretioſis ſuis corporibus tantum contulerunt patrocinij, quantum tot millia dignè ſupplicantibus poſſunt impetrare remedij apud miſericordiam noſtri Redemtoris vnici Dei Patris, qui ſe quocunque ierit ſequentibus Sanctarum Virginum agminibus, & affectum pro nobis orandi benignus inſpirat, & affectum miſericors præſtat. Qui cum ipſo Deo Patre ſuo & amborum caritate Spiritu ſancto vnus omnipotens Deus viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Virtutes SS. Virginum.

24. S. Pinnoſa.

25.

26. Coloniæ oēs occiduntur: quam ante prætereūdo in peregrinatione ſalutarant.

27.

1. In Na-

1. *In Natali.*] Sic habet exemplar Colonienſe: ſed Leodienſe talem præfert inſcriptionem: *In feſtiuitate beatiſſimæ ſocietatis XI. millium Virginum.* Neutrum meminit nominis S. Vrſulæ, quia cum hic ſermo videatur, circa An. 500. emanaſſe; ſequenti primum ſeculo detecto ſepulcro S. Vrſulæ à S. Cuniberto, vulgari cœpit, cum ante feſtum hoc vulgò tantum *vndecim millium Virginum* diceretur.

2. *Colonienſium Virginum.*] Ab aliquibus Colonienſes, ab alijs Britannicæ, ab Alcuino Scoticæ nominantur: à nonnullis etiam Britanno-Colonienſes; vt & Patria earum, & locus Martyrij, in quo cœlo genitæ ſunt, indicetur.

3. *Quibus non ſuffecerat.*] Tria in eis prædicat, *Primò* humilem virginitatem, *Secundò* cõtemtum omnium creatarum rerum, 3. Martyrij deſiderium.

4. *Quod meritum.*] Vitæ earum rationem in patria piè exactam ante Martyrium, ait, ignotam eſſe: ſed præcipuas tantum earum virtutes per maiorum traditionem ſciri.

5. *Potuit quippe fieri.*] Dubium proponit, fuerintne omnes Virgines ſine admixtione virorum, coniugatarum, & viduarum: & quamuis in reſolutione dicat potuiſſe facilè vndecim millia Virginum eſſe; vt probauimus alibi, non tamen negat extra tot millium Virginum numerum potuiſſe, & viduas quaſdam, coniugatas, imo & viros eis ſe adiunxiſſe, vt vna cum eis Martyrio coronarentur.

6. *Ad vos ergo.*] Iterum oſtendit ſolas virtutes præcipuas Virginum, per traditionem maiorum ad Colonienſes poſteros perueniſſe.

7. *Nam Virginitatis.*] Repetit tres earum virtutes præcipuas.

8. *O beatus.*] Comparat cum SS. Innocentibus: nec enim alia ſimilis vnquam tanta congregatio ſimul occubuit, quæ virginitatis ſimul, ac Martyrij palmam obtinuerit.

9. *Non autem prætereundum.*] Hoc paragrapho diſertè affirmat hactenus nondum exſtare Vrſulanam hiſtoriam: quæ cum S. Cuniberti tempore emanarit, fueritque S. V Villebrordi æuo non ita multo poſt inuentâ S. Cunerâ, luculenter confirmata, puto circa An. 500. ſcriptam eſſe: tunc enim Clodoueo Francorum Rege ad fidem conuerſo, & inſtitutis paſſim Coloniam peregrinationibus, vt è vita S. Floriani lib. 9. patet: templo etiam circa idem ferè tempus S. Aureliæ Argentorati erecto, videtur hoc primum ſcriptum Coloniæ de laudibus Sanctarum Virginum eſſe publicatum.

10. *Nam cur.*] Cauſam adfert negligentiæ ſcriptionis hiſtoriæ Sanctarum Virginum, vaſtationes barbarorũ; eas vult præcipuè in hæc loca incubuiſſe: ob viciniam Germaniæ nondum Romanis ſubditæ, quæ continuis ferè irruptionibus ripam Rheni, & in ea præcipuum Romanorum præſidium Agrippinenſe infeſtabat: ſtimulata veteri odio, quod Vbij primi Germanorum tranſito Rheno in fidem, & clientelam Romanorum conceſſiſſent.

11. *Poſt incenſam Sanctorum corporum cuſtodem Eccleſiam.*] Hunc totum paragraphum recitat poſtrema Surij editio, de qua Eccleſiã multa, vide lib. 9. primis 30. capitibus.

12. *Lapidibus iſtic ſeruantur inciſa.*] Cum Clematium oſtenderimus li. 9. poſt Attilæ vaſtitatem Germaniæ illatam Coloniam peruenisſe, circiter A. 463. ex verbis inciſis in lapidibus, dubium primum diſſoluit, & voces *de proprio* interpretatur, non de prædio Clematiano, ſed de pecunia, quia proprijs ſumtibus in loco proprio pretioſorum corporũ erexit Eccleſiã.

13. *Verum etiam in exteras regiones.*] Primus, & præcipuus cultus Vrſulani propagator fuit Clematius, de quo fusè lib. 9. vnde *ſeculo quinto* Gauantus habet, *ſolennitas SS. Virginum per orbem fuit propagata:* quo autor ſermonis etiam vixiſſe videtur: nam cum geſta Martyrum in Eccleſijs annuè decantarentur, & ea ex loco Martyrij peterentur, hæc primo videtur Coloniæ homilia ex traditione populi eſſe concinnata: hiſtoria verò ſequenti ſeculo prodijt, reperto iam S. Vrſulæ corpore, & forte ipſa in tumulis rei geſtæ ſerie conſcripta.

14. *Sanctas Virgines ex Oriente.*] Alterum ex verbis Clematij ortum dubium diſſoluit de origine & patria Virginum, quas probat non veniſſe ex oriente cum Thebæis, quia ſi peregrinari voluiſſent, Hieroſolymam potius, vel Romam adijſſent; ſin Martyrio coronari, potius Romam petijſſent, vbi reſidebat Imperator, cuius ſolius decreto, & raro quidem Coloniæ, erat perſecutio.

15. *Plures autem.*] Probat fuiſſe Britannas origine teſtimonio Britannorum, Colonienſium & Batauorum.

16. *Honorata ſimul & illuſtrata reliquijs.*] Quod ſi autor An. 500. vixit, potuere Clematij tempore tunc cum Solinus Epiſcopus honeſtioribus ſarcophagis multa reperta Virginum corpora conderet, quædam etiam reliquiæ in Batauiam & Britanniam miſſæ eſſe.

17. *Quam Rhenus bicornis circumfluendo Inſulam facit.*] Aptè deſcribit Batauiæ ſitum Inſularem à Rheni duobus alueis ad mare vſque circumſcriptæ: in qua præter S. Cuneræ conditorium Rhenenſe, vult ſua ætate traditionẽ Batauorum fuiſſe, Virgines è Britannia aduerſo Rheno Coloniam petiſſe. De Rheno Virgilius: *Extremique hominum Morini Rhenuſque bicornis,* & Claudia. de Bello Getico: *te Cymbrica Thetys*
Diuiſum bifido conſumit Rhene meatu. *Virg. 8. Aeneid.*

18. *Ibidemque aliquamdiu manſiſſe dicuntur.*] Tilenſe emporium portumque intelligit, in quo primam naues Vrſulanæ ſtationem habuerunt, & quia mercatus erat, ad iter ne-

cessaria coemerunt: huius traditionis cum hodie non putem in Batauia supereſſe veſtigium, ſatis videtur vetuſtus ſcriptor eſſe.

19. *Siquidem temporibus Antonini & Commodi.*] Obijcit ſibi ipſi: ſi Britannia miſit Virgines, quando ea ad fidem Chriſti conuerſa eſt? aſſerit autem ſub A. 183. Imperatore Commodo, ab Eleutherio Papa fide imbutum per Legatos Lucium Regem: V. Baron. ad An. 193.

20. *Omnis perſecutionis ignaram.*] Propagationem fidei inde probat, quod primam ſub Diocletiano paſſi ſint Britanni perſecutionem: & ad eaſque tempora fidem Britanniæ populus *in omni religione*, & *pacis tranquillitate* ſeruarit: quod vt clarè demonſtret, digreditur in perſecutionem Maximiani ſub Diocletiano in Britannia factam, atque vt multitudinem euincat Chriſtianorum tempore Diocletiani, multos narrat ibidem, vt S. Albanum cum alijs trucidatos: multos proſcriptos ob fidem; multos etiam voluntarium exilium elegiſſe, ne cogerentur oculis tam nefanda in Deum, cœliteſque patrata ſcelera coram intueri: quæ ideo præmittit, vt oſtendat Britanniam iam ante Diocletiani tempora maximam partem Chriſtum agnouiſſe: adeoque non mirum videri, ſi iam ante tot millia Virginum Chriſtianarum ex ea prodierint Inſula.

21. *Septem annis & dimidio, decem inſuper diebus.*] Ita aſſerit Damaſus in Marcellino. *Ab eodem die ceſſauit Epiſcopatus annis 7. menſibus 6. diebus 25. perſequente Diocletiano Chriſtianos.* quamuis Baronius huic ſententiæ aduerſetur. Vocat autẽ Marcellinũ 28. quẽ Baronius & alij 30. numerãt præteris Lino & Cleto, quos nonnulli tantũ S. Petri Vicarios exſtitiſſe crediderunt.

22. *Tunc & iſtæ Beatæ.*] Non ſpectant verba hæc ad poſteriorem de Maximiani & Diocletiani perſecutione narrationem, quæ quaſi digreſſio parentheſi prolixiori includi poſſet: ſed ad ſpatium intermedium Eleutherium Papam inter, & Marcellinum: nam Eleutherij Papæ tempore cœpit fides in Britannia promulgari: centũ & aliquot annis poſt Marcellino perſecutio in Britannia ſæuijt: medio tempore, vt nos ponimus An. 237. fide iam totis Britannicis inſulis propagata, Virginum, turmæ orientem verſus, id eſt, Romam peregrinatæ ſunt: Vnde fidem curâ Eleutherij Papæ acceperant.

23. *Cupientes paratam ſibi percipere gloriam.*] Sanè ſi deſiderio martyrij tempore Diocletiani flagraſſent, quid opus Romam petere, cum in patria potiri ea palma commodius potuiſſent? vnde ſatis inſinuat prius, cum pacata Chriſtianis ante Diocletianum in Britannia eſſent omnia, & à ſolis ſcirent Romanis imperatoribus ſperari martyrium poſſe, eò profectas Virgines, vbi votorum fieri compotes poſſent.

24. *Noſtris Pinnoſa nuncupata.*] Fuit ea poſt S. Vrſulam Virginum præcipua, Parentis S. Vrſulæ Dionethi Fratris filia: cur verò S. Vrſula hic nec nominatur quidem? confirmor in opinione mea, hunc ſermonem ante S. Cuniberti tempora conſcriptum, cum tam Britannis, quã Colonienſibus Pinnoſa notior eſſet, & feſtum templumque non S. Vrſulæ; ſed tantum vndecim millium Virginum diceretur: reperta autem columbæ indicio factificij tempore ſequenti ſeculo S. Vrſulâ opera S. Cuniberti, ex eo videtur tempore educta è ſarcophago, vt pie creditur cum titulo hiſtoria: & Dux Virginei exrcitus S. Vrſula nominata: in qua quidem hiſtoria à S. Cuniberto, vt puto fuſius conſcripta duæ tantum Virgines, S. Vrſula & Pinnoſa nominantur: nam quæ de S. Cordula adduntur poſteriora ſunt.

25. *Occurrente Lictorum immanitate.*] Non vocat eos Hunnos; ſed duobus iam ante locis inſinuarat Romanos fuiſſe Gentiles: nam ad Romanum contendebant Imperatorem, vt eius edicto ſperata palma potirentur: vnde confirmatur noſtra ſententia, iuſſu Iulij Maximini Romanorũ Imperatoris necatas eſſe, non Attilæ.

26. *Hanc Agrippinæ Coloniæ terram non vt hoſpitam ſolummodo ſalutauerunt.*] Cum Romam prima vice peterent; de qua peregrinatione in initio cõfirmationis loquitur. *De contemtu verò, abnegatione ſui, ipſaque peregrinatione proteſtamẽti Domini veritate aſſumta quid dicemus?*

27. *Sed hic Martyrij victoria coronatæ.*] Probat locũ Martyrij Coloniam eſſe: Vides hanc antiquiſſimã traditionem nobiſcum in capitibus hiſtoriæ conuenire: Nam & tot millia Virginũ incorruptarum agnoſcit intra Eleutherij, & Marcellini Pontificatum amore martyrij per VVahalim aduerſo Rheno Coloniã Romã peregrinatas; & Coloniæ ſimul occubuiſſe; à Romanis vt innuit trucidatas: nã Coloniæ, vt dicebat ſupra, raro nec niſi edicto Cæſarum perſecutio mouebatur, cum ciues eſſent Chriſtiani. Totam narrationem hanc ante omnem Vrſulanam hiſtoriam conſcriptam petijt autor à Traditione Colonienſium, Britannorum, & Batauorum, ſeu Tilenſium; vbi certum erat Virgines vel natas, vel commoratas, vel trucidatas eſſe, vi merito ei fides tribui maxima debat.

CAPVT IX.

Quatuor teſtimonia Sanctitatis Vrſulæ, vel fundi, & loci martyrij ſeculo S. Cuniberti ab A. 600. ad 700.

1. Teſt. *Inuentio S. Vrſulæ per Cunibertum:* Ex ea veritas titulorum, Sanctitas Vrſulæ, cultuſq; religioſus anniuerſario ritu habitus, & à Deo columbæ indicio approbatus eſt: de quo vide lib. 9. c. 7.

2. Teſt.

2. Test. *Historia vetus Vrsulana postea à Surio edita.* Hanc notis illustratam initio pri primi recitaui, fusèque probare conatus sum, eius autorem S. Cunibertum, vel bæuum eius videri exstitisse.

3. Test. *E soli Vrsulani sanctitate.* Agri Vrsulani potissimum in fundo Clemaano sanctitatem, vbi SS. Virginum basilica iacet, Deus tribus præcipuè prodigijs let decorare, *Primò* electione cadauerum: tempore S. Cuniberti probata. *Deinde* vi, & efficacia, vt venenata procul arceat animalia: qua de causa, iam inde à quinentis etiam annis, in transmarinas regiones pulueres isti translati scribuntur: *Deique* quod terra illa de templo, vel vicinis sumta locis, quandoque in sanguinem onuersa sit, indicio non leui, ibidem virgineum sanguinem profusum esse, vt inio libri 7. vidimus Romæ accidisse.

4. Testimonium è vita antiquissima S. Cuniberti. Coniecturas verosimiles aas indicaui, cur à coæuo putem ipsam esse scriptam: in ea, qui sanguinem Coloniæ rofuderint hi enunciantur: *Quis non gauderet Cuniberti angelicum vultum Pontifili Cathedra præsidentem, in sacratissima Agrippinensium ciuitate, quæ deriuato vocabulo icitur Colonia, & pro Christi nomine Martyrum sanguine coruscat, cum vndecim millium eatarum Virginum, & trecentorum decem & octo Martyrum, mediante S. Gereone cum sojs suis? vbi non minima miracula Christus, quotidie pro eorum meritis dignatur operari.* ccclesiam deinde vocat SS. Virginum, dum subdit: *Quadam autem die, dum iuxta moem in Sanctarum Virginum basilica annua solennitate Missam celebraret, & hostiam saluarem corporis & sanguinis Domini immolaret.*

CAPVT X.

An. Christi 700. S. Cunera vna è S. Vrsulæ sodalibus eleuata: cuius vita ad decem præbet nostræ narrationi testimonia.

S Cunera circa An. Domini 700. à Triumuiris Sanctissimis eleuata est, *præmissis,* vt Molanus ait, *fide dignorum testimonijs.* Eodem tempore à S. Willebrordo, dulex eius festiuitas decreta. Existimo iam tum vitam eius conscriptam esse, iussu S. Villebrordi: antiquissimas certè legi narrationes eius in M. SS. locorum diuersorum Latinas & Germanicas: eam tamen, quam ex S. Martini Vltraiectinæ Ecclesiæ codice descriptam accepi, attexam: similis postea mihi transmissa est à Philippo Rouenio Archiepiscopo Philippensi, copia eius, quam in loculo S. Cuneræ repeit: tertia à 140. annis in Scotico Aberdonensi Breuiario contenta hisce gemina. Cum Lectio variat in margine adnotabo. Has verò ideo præfero reliquis, tum editis, tum M. SS.: quia prima ex loco Martyrij, vbi diutissimè capulus cum sacris exuuijs fuit conseruatus, desumitur; altera è S. V Villebrordi Cathedra Episcopali: cuius vel opera, vel iussu videtur ea conscripta esse, ob crebra Martyris prodigia; quando ipse in Sanctis præsens naufragium S. Cuneræ deprecatione euasit. tertia ex natali solo ferè prodijt, è qua tantum hic Lectionum horariarum initia excerpam. In Natal. Belgij 12. Iunij.

Lect. 1. *Cum B. Vrsula diuinis parens nutibus.*
Lect. 2. *B. igitur Vrsula congregatis Sodalibus suis.*
Lect. 3. *His itaque peractis B. Cunera in hospitio Regis.*
Lect. 4. *Regina verò perpendens singularem Regis amorem.*
Lect. 5. *Post aliquod verò tempus cum Cunera acceptis in sinu suo panibus.*
Lect. 6. *Ab illa igitur hora considerans Regina.*
Lect. 7. *Postquam autem hoc enorme scelus est ab eis perpetratum.*
Lect. 8. *Interea Regis equi ad stabulum ducti.*

Vltima Lectio contractior est, quam vita, vnde totam recitabo.

Lect. 9. *Cumque stabulum ingressi fuissent, videntes recentem terram, nouiter commotam eam offenderunt, corpus autem Beatæ Cuneræ vna cum manutergio, quo strangulata fuerat, inuenientes, de terra leuauerunt. Et per B. V Villebrordum Traiectensem Episcopum miraculosè postea digno cum honore translatum est.*

EX M. S. VLTRAIECTINO S. MARTINI, & alio à Reuer.mo Philippo Archiepiſcopo Philippenſi, in arca S. Cuneræ reperto. Martyrium B. Cuneræ Virginis 28. Octobr.

MIrabilis Deus in Sanctis ſuis, qui inter cetera potentiæ ſuæ miracula, etiam in ſexu fragili mirabilia operatur, B. Cuneram ad nos extremos penè mundialis circuli incolas olim tranſmittens, fecit mirabilia in vita ſua, in morte pariter, & poſt mortem, quam Sanctã nobis, & in ea duplum virtutũ propoſitum prodeſt honorare, & venerari, ſicut decet merito tenemur, præſertim qui in circuitu loci paſſionis eius, id eſt, Diœceſi Traiectenſi commorantes degimus. Honorare inquam hanc Sanctam, & alios vtriuſque ſexus Sanctos eorum vitam recolendo, nobis prodeſt ad imitationem; quam dum attente penſamus, torporem mentis excutere, ac eorum ſequi veſtigia pro noſtrarum modulo virium incitamur. Inſuper ex Sanctorum digna veneratione fructus nobis acquiritur, & ex eorum oratione: De vita igitur & morte S. Virginis ac Martyris Cuneræ, quæ de ea ſcripta ſunt, recitemus.

Peregrinatio Romana.

Cum enim B. Vrſula diuinis parens nutibus, cum ſuis Sodalibus Romam aggredi, ac viſitandum limina Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, aliorumque ſociorum ibidem requieſcentium propoſuiſſet; ad B. Cuneram eius conſanguineam nuncios miſit, in Orcaidan minorem, ad Vrbem dictam Orcadam, Diœceſis Eboracenſis, videlicet Iorc, rogans vt ſecum vellet proficiſci, quæ precibus S. Vrſulæ libenter annuens, obtenta parentum licentia, ad eam quantocyus pergebat.

Alia lectio habet Florentia.

Pater autem eius Aurelius, Dominus illius Ciuitatis, ac mater Florentina de abſentia

Martyriũ S. Vrſulæ.

filiæ ſuæ Cuneræ dolebant. Poſt hæc S. Vrſula congregatis Sodalibus peregrinationem concep

Eximitur S. Cunerà.

tam perficiens; & in reditu apud Coloniam nauigio veniens, Martyrium paſſa eſt cum aliis Virginibus; ſicut in Legenda vndecim millium Virginum plenius continetur. Porrò cum illo tempore, quo Sancta Virginum turba ſic martyrizata eſt; adfuit illic Rex Rheni, videns Virgines atrociter necari. Etenim B. Cunerâ nauim egrediente, ac pro Chriſti amore Martyrium pati volente; dictus Rex ob elegantiam miſericordia motus, eam pallio texit, ſecumque ad oppidum Rhenen vbi morabatur, perducens, ab illa morte Deo fauente protexit.

Seruit Regi Rheni.

Hæc ſola Virgo Cunera de illo felici Virginum collegio ſuperſtes legitur permanſiſſe. His ita peractis, B. Cunera in hoſpitio Regis exiſtens, Deum ſemper præ oculis habuit; à mandatis eius non errans; imò indeſinenter orationibus, vigilijs, abſtinentijs, ac alijs bonis operibus ſine faſtidio vacans, ibat de virtute in virtutem; omnemque ornatum ſeculi cum gloria prorſus contemſit. Pauperibus ſecundum ſuam poſſibilitatem ſubuenit, & quia gloria etiam ſequitur inuitos, Rex Cuneram conſiderans virtuoſis operibus feruenter intendere, eam exaltauit, vniuerſæ præferens familiæ, clauesque regiæ commiſit eidem.

Præficitur regiæ.

Qua prærogatiua accepta Cunera in aliquo ſe non extulit; quin potius ſe in omnibus humilians, Regi, Reginæ, totique familiæ commoda fuit in cunctis licitis, & honeſtis: & hac de cauſa dilecta erat à Rege, ſuper omnes ei ſeruientes. Regina verò perpendens ſingularem Regis amorem, quem ad Virginem iſtam geſſit, inuidebat ei ſupra modum, cupiens nomen eius præclarum quomodolibet denigrare. Quapropter Rege aliquando diſcumbente, ficta mala de ſancta Virgine narrauit, vt eum ab amore ipſius auelleret, ſed quia vincit opus verbum, indignatus Rex fidem Reginæ non adhibuit, indicens ei ſilentium, quia Cuneram in omnibus fidelem reperit: vnde Regina grandiore concepta inuidia, ſolito more prauorum, qui ſemper in vetitum nituntur, ad confuſionem Cuneræ quantum potuit per fas & nefas anhelabat. Poſt aliquod tempus Sancta Cunera, dum acceptis in ſinu ſuo panibus ad vſus pauperum palatium pertranſiret, viſa eſt à Regina, quæ Regem ita alloquitur. Domine mi Rex, ecce Cunera vobis prædilecta prodigaliter bona noſtra ſpargit, ſicut oculata fide diſcere poteritis. Vocatur à Rege Cunera, quæ multum perterrita, Deum humiliter inuocauit, quatenus ab inſtanti confuſione liberaretur, & ex diuina clementia panes vertebantur in aſſulas, quas Rex in ſinu eius videns, Reginam duris verbis increpauit. Ab illa hora Regina conſiderans, quod non poſſit Cuneram duris verbis lædere; moliebatur eam occultè perimere,

Reginæ odium.

Accuſat falſo.

Panes in aſſulas cõuertuntur, ſeu fragmenta aſſerum.

uiere, consilium à sua pedisequa requirēs, qualiter hoc opportunè fieret. Intelligens pedisequa
gi æ voluntatem, cum ea in mortem Virginis innocentis conspirauit. Rege igitur causa vena-
tum ad aëris temperiem equitante, Cuneram accipientes prostrauerunt, & quodam singularis
per manutergio. quod adhuc est in hac sacra, quæ Rhenen appellatur, Ecclesia, strangulantes, se-
pelliunt eam in stabulo suffocatam. Post quam autem hoc enorme, atq; inhumanum scelus ab ijs
perpetratum est, se nunquam alicui reuelaturas promiserunt firmiter. Rege post pusillum temporis
de natu redeunte, Regina gestu placido alacriter ipsum iucundo vultu salutauit. Perpendens
Reginā cum familia sibi obuiantes, Cuneram verò non videns, vbinam esset, quæsiuit. Cui
ipsa maleficium suum satagens abscondere, præcogitato mendacio respondit, dicens. In absen-
tia nostra, Domine Rex, parentes Cnneræ venerunt ad nostrā mansionem, eam cum festinatione
secum deducentes. Interea equi Regis ad stabulum ducti, in quo S. Cunera sepulta fuit, nequaquā
verberibus aut stimulis compelli poterant, vt intrent: Quamobrem ducti ad aliud stabulum faci-
liter introibant. Discumbente autem Rege de vespere, stabularius in illo loco stabuli, in quo S. Cu-
nera tumulata fuit, candelas ardētes ad instar crucis videns, Regi celeriter nunciauit. Quo audi-
to Rex grandi stupore perplexus, iussit veritatē diligentius experiri. Currentes igitur ad stabulū
tanti, candelas ardentes de longè viderunt; sed dum appropinquabant, ab oculis eorum penitus
euanuerunt. Cum ingressi fuissent stabulum, videntes recentem terram nouiter commotam, effo-
derunt eam; Corpus quoque Beatæ Cuneræ cum manutergio, quo strangulata fuerat, inuenientes,
de fossa leuauerunt. Videns autem Rex Cunerā, quam maximè dilexerat, tam enormiter inter-
fectā, ex verisimilibus coniecturis, & ex præsumtione violenta Reginam cōperit suæ necis fuisse
auctorem. Accensus ergo Rex ingenti furore Reginam sine misericordia puniuit in tantum, quod
vestibus expers vagabatur per totam regionem insana per triduum, crinesque suos extrahens, ve-
lamentaq; sua lanians, effecta est penitus furiosa. Quemadmodum scriptum est, malos malè per-
dere contigit de Regina Deo permittente; quæ tandem post trium dierum insaniam, seipsam de
montium cacumine præcipitauit. Rex autem Cuneræ solatio destitutus, ad honorem eius suum do-
mum palatiū, & dotauit. Post annos plurimos dum VVillebrordus primus Episc. Traiectensis vi-
sitaret Metropolitanum intenderet, contigit, dum oppidum Rhenen transiret: qui cum ibi moram
aliquantulum perageret, venientes ad eum Sapientiores Oppidi, de gestis, & virtutibus B. Cune-
ræ multa recitauerunt, supplicantes vnanimiter & deuotè, quatenus illam B. Virginem & Mar-
tyrem, pro qua Deus omnipotens quotidie diuersa consueuit facere miracula, transferre dignare-
tur. Iudito fidedignorū huius loci testimonio gauisus est Præsul Sanctus; sed quia tunc arduis oc-
cupatus erat negotijs, quæ morā absq; incommodo nō patiebantur, promisit eorum piam adimplere
voluntatē. Postquam egressi suū finē nactus est, nauigio Rhenum fluuium descendens, tranquillè
peruenit iuxta montē Heymonis, vbi tempestas horribilis insurgēs, nauemq; suā ferè deglutiens,
omnes in naui existentes submersionē compulit formidare. Inuocans ergo diuinum auxiliū beatus
VVillebrodus, pro mitigatione tēpestatis humiliter orauit. Qua per Dei gratiā placata, recordatus
est oppidanis in Rhenis promisisse se translationem B. Cuneræ Virginis, dum rediret. Cōfessus est
error coram suis, quod propter obliuionē sui promissi, merito fuisset periclitatus. Cum autē essent
iuxta oppidum Rhenen, præcepit nauim litori velociter applicare, & factum est ita. Exiens nauem
S. Willebrordus monuit suos, vt ad locum B. Cuneræ humiliter accederent, & deuotè fecerunt.
Et omnes iuxta monitionem Sancti viri ad locum, vbi quieuit S. Cunera, cum eodem sinceris
animis accedentes, seq; ipsius adiuuari meritis postulantes. Post hæc S. VVillebrordus debitas ad-
hibens solennitates, corpus B. Virginis ac Martyris Cuneræ transtulit reuerenter. Vnde factum
est, vt nomen eius per Diœcesim Traiectensem magnificatum est nimis, & miracula, quæ pro ea
frequenter operari consueuit Dominus, diuulgata. Veneremur ergo hanc Virginē, ac Martyrē glo-
riosam, pro qua, sicut prædictū est, fecit Deus mirabilia in vita sua, per panum videlicet in alias res
multiplicationē, in morte per candelarū ad eius tumulū accensionem; & post mortem per miraculorum
frequentem operationem. Hæc enim Virgo pro nullo delicto, sed pro virtuosis, quæ incessanter egit o-
peribus, vitam perdidit temporalē, ideoq; largitus est ei vitam cum suis æternalem Iesus Christus
Dominus noster, qui cum Patre viuit, &c. Hactenus ex M. SS. tribus.

Strangulatur S. Cunera.

Commentū Reginæ.

Tumulus Martyris detegitur duobus prodigijs,

Pœna Reginæ.

Tēplū S. Cuneræ.

Eleuatur à S. VVillebrordo.

Molan. in Nat. Belgij. Philipp. Ferrar. Haræus Rosweidus. Canisius.

De hac S. Virg. & M. agunt Molanus in natalib. Belgij 12. Iunij: eodē die eius meminit Philip. Ferrar: Vitā eius recitat Haræus & Rosweidus: breuissimè autē Canisius ad 18. Iunij eam his cōprehendit verbis: *S. Cunera, quæ è Sodal. S. Vrsulæ, cuius cognata erat, sola post alias aliquādiu superstes, dedita pijs quibusq; operib. tandē Martyrij laureā obtinuit, claretq; innumeris miraculis.* Fusè vitā totā etiā describit Chronicon Hollādię Ioan. Gerbrādi à Leydis, qui

Gerbrã d⁹ à Leidis c. 4. Chronici.

dis, qui teste Trithemio circa A. 1495. floruit: is nobiscum in Chronologia omnino consentit: ita enim c. 4. loquitur: *An. D. 237. Imperauit Romanis Maximinus, vicesimus post Neronem: huius autẽ tempore cum B. Vrsula diuinis parens nutibus cum suis Sodalibus Romam ad visitandũ limina Beatorum Apostolor. proposuisset, ad B. Cuneram consanguineã nuncios mi*

Dubium esse potest quot annis post S. Vrsulæ Martyriũ superstes fuerit, & quo præci fuerit anno à S. VVillebrordo eleuata: lux aliqua rei huius affulget ex Breuiarij Vltr iectini Lectione nona quæ ad 12. Iunij vitã Martyris ita narrat. *Cunera cum Sancta Vrsu*

Breuiarij Vltraiect. Lectiones.

eiusq; tota Sodalitate Britannica apud Coloniam Agrip. morti destinata, per Radbodum Rhenesium Regulum periculo eximitur: apud quẽ cum in Sanctæ Virginitatis proposito persistens pie, fideliter seruiret, incurrit in odium, & inuidiam vxoris illius, adeo, vt absente marito, adhib opera vnius ex pedissequis, eam mantili suffocaret, & in equili sepeliret; sed noluit Deus mort ancillæ suæ diu latere: nam equi stabulum ingressuri, nulla vi ad ingrediendum adigi potueru & quinq; candelæ per modum crucis collocatæ stabulario diuinitus apparuerunt, sepulcri Virgi indices: Vnde eam Radbodus curat honestiore loco sepeliri simul cum mantili, quo fuerat strangulata. Ac demum S. VVillebrordus, cum intelligeret ad sepulcrũ eius crebra omnis generis mirac la fieri, adhibitis S. Adelberto, & VVerenfrido, vna cum alijs de Clero, & populo, sacras Virgi reliquias post annos circiter trecentos, sexaginta integras repertas eleuauit, & decentiore loco clusit pridie idus Iunij, quem diem, sicut & Martyrij eius, qui incidit in quartum Kalen. Decembris Rhenensibus celebrem esse decreuit.

Torsi me fateor sæpius, vt è tempore sepulturæ huius S. Cuneræ, & S. VVillebro æuo, quod incurrit in A. circiter 700. eruerẽ Chronologiæ firmamentum: cum anni nec Baroniano calculo, nec cõmuni sententiæ, quæ ad Attilam reuocat Vrsulanũ M

Error quidã detegitur.

tyrium; nec meæ etiã suffragentur opinioni: sed error ex vita S. Cuneræ typis ante cetum annos Belgicè impressã prodijt: in qua nouo (hactenus à nemine, quod sciam an hunc vulgato) tẽpore S. Vrsula A. 337. passa dicitur: vtiq; transcriptoris vitio, qui A. 23 legerat, quæ est Chronici Hollandiæ Ioannis à Leidis, & nostra sententia: additq; t ennio post scil. A. 240. strangulatã ex nostra narratione: hunc librũ cum sequatur breuiarium, ponit 360. an. post martyrium eleuatã centenario vno prætermisso: qui fi adciatur & an. 460. post dicatur translata: capta reperietur S. Cunera Coloniæ An. 23 tunc, cum Martyrium ibi faceret sodalitas Vrsulana: eadẽ martyrio coronata A. 240: demum eleuata A. 700, quo constat anno S. Willebrordum iam à Sergio Pontif. cre tum Episcopũ propè Rhenã degisse: licet enim is sæpè negotiorum causa in Austrasia ad Pipinum; Coloniã ad Plectrudem & Archipræsulẽ; Epternacum ad Religiosos su commearet, eo tamen an. 700. circa Batauiã fuit, & Embricæ quidem Cliuensi oppic nobilem lipsanothecã in D. Martini peruetери sacerdotũ collegio reliquit, quæ mer tur, vt à tenebris vindicetur. Est autem arca fronte argentea, gemmis, auroque fulgurante; sed à tergo tecta viliore metallo: peripheriam capsæ huius hæc verba literis a reis circumscribunt. *Hac in capsa sunt reliquiæ, quas S. willebrord. ipse à Papa Sergio accep*

Adijciuntur hi Rhythmi, qui annum quem quærimus septingentesimum exprimunt

Antistes pius hic VVillebrordus benè scimus
Consecrat in Missa corpus Domini, quod in ista
Arca seruatur à cunctis, & veneratur.
Actum D. duo CC. quando Deus incola terræ
Adde quasi numero septuaginta dies.

Chronicon Hollandiæ Vltraiectina M. S. vitã Hermannus Greffgẽ, Lombardica historia. vita Belgicè edita.

Potuit igitur B. willebrod. qui A. 700. in Martio fuit Embricæ, facilè Rhenensibus cõ ueniri de eleuatione S. Cuneræ, quã post suũ Coloniâ reditũ 12. Iunij perfecit; ita test Chronico Hollandiæ A. 237. Româ redijt, imperante iã Maximino cũ S. Vrsula Cunc ræ virgo: Colonię capta, triennio seruiuit in Rhenẽ, a. 240. 28. Oct. occisa est: & post fi nerationẽ an. 460, A. Christi 700. à S. willebrordo Cliuiã obeunte soleniter eleuata.

Porrò hanc eandẽ S. Cuneræ cum S. Vrsula Romanã profectionẽ præter Chronico Hollandię; & Vltraiectinã M S. vita antea recitata, ijsdẽ referunt verbis: *Primò* Hermãnus Greffgen Carthusianus ic M S. tomo vnico vitarum maximè rararum, & iucundarum: 2. Lombardica Historica A. 1483. vulgata typis, cum accessione multarum historiarum: 3. Rhenense exemplar, quod in loculo S. Virginis repertum est, aliquant prolixius: 4. in hanc sententiam idem memorat vita Belgicè centum abhinc anni

Rhenæ

Rhenæ vulgata: *Posthæc cum S. Vrsula peregrinationē suā absoluisset, in reditu cum toto comitatu suo Coloniam appulit, vbi omnes amore Christi interfectæ sunt: Eodem tēpore cum S. Virginū turba martyrio afficeretur, præsens aderat Radbodus Rheni Rex, qui crudele Virginū martyrium spectabat. Cumq; S. Cunera exscēderet naui, perquam auida martyrij pro Christo tolerandi, Rex pulchritudine eius ad misericordiam permotus pallio eam suo texit, ipsa verò spectans Virginum cadauera, tantamque sanguinis effusionem, tot item gladios, & vulnera, truces barbarorum vultus, intimè commouebatur, & singulis Virginum singillatim comboriebatur. Tunc Deo ita permittente Rex eam morti eripuit, Rhenamque, vbi regiam habebat, deportauit: scriptumque reperitur, quod sola S. Cunera ex omni hac Virginum sodalitate mortem euaserit.* Vidi & aliam vitam S. Cuneræ M.S. in Monasterio Marienbomen- *Vita M.S. Monasterij Marienbomensis.*
in quo prolixius refertur profectio Romana; Cyriaci, Pantuli, & aliorum Episcoporum, Regum, & Principum aggregatio ad sodalitatem: eorumque Coloniæ præsente S. Cunera martyrium: quæ potuissent certè à S. Cunera triennio narrata, Resipsius, templi Martyris ædificatoris fide posteris tradita permansisse: quia tamē vetustissima M. SS. Vltraiectinū, & Rhenense horum non meminerunt, verosimilius est, posteriorib. seculis post S. Cyriaci inuentionē A. 1156. factā adiecta esse.

Denique breuiter & eleganter vitam S. Cuneræ sic descripsit recens Nicolaus Vernulæus Louanienſis: *Non minus ornamentum Belgio attulit D. Cunera S. Vrsulæ conVernulæus lib. de Hibernis Sanctis, qui in Belgio fidem propagarunt. ca. 14.*
guinea, vndecim millium Virginum & Martyrum socia: cui Pater Aurelius, mater Florentia fuit; cum autem Vrsula sociæque Romā reuersæ apud Vbios Coloniæ impiorum gladijs obijcerentur, ipsa formæ elegantia commiserationem mouens, à Regulo Rhenensi seruata, & eius domum abducta est: cui cum propter virtutem gratissima esset, vxoris Reguli inuidiam sensit: nam hæc marito absente, vt suo odio satisfaceret, virginem manuali linteo per fauces iussit strangulari, ingq; equorum stabulo sepeliri: Hoc facinus persensерunt equi postea, subire stabulum recusarunt: nec cogi vi vlla potuerunt. Inde obortā sceleris suspicio; quam cum mota recens terra augeret, fodi cœptum est, & Virginis cadauer inuentum. Iuuit insuper lumen diuinitus in stabulum dimissum, sacri pignoris index. Indoluit vehementer Regulus, & animaduersione in coniugem nefandi facinoris ream decreta, domum suam in templum erigi, eiusque honori dicari curauit. Annis aliquot post D. VVillebrordus, auditis de eius integritate sanctimoniaque testibus, illam magna pompa in templum transtulit; nec minora, quam præcesserant secuta miracula, sanctitatem eius asseruerunt. Colunt gloriosam Virginem, & Martyrem Rhenenses, & linteum, quo illi fauces præclusæ, religiosè conseruant. Festus illi dies pridie idus Iunij. Citat Molanum 12. Iunij, M. S. Codicem Bethlehemitici cœnobij: & historiam S. Cuneræ Louanij, & Coloniæ editam.

Ita martyrium S. Cuneræ decem & plura testimonia suppeditat peregrinationis Romanæ, & martyrij Coloniæ tolerati, Sodalitatis Vrsulanæ: tempus etiam & aria nostræ sententiæ adiuncta cōfirmat, quod SS. Triumuiri Willebrordus, Adelbertus, & VVerenfridus Angli diligenter excussum, videntur curasse literis consignandum, 60. ferè annis postea, quam Cunibertina narratio prodijsset.

Collecta de ea talis est in Aberdonensi Breuiario:

Pater omnium bonorū Deus, da nobis meritis S. Cuneræ V. & M. tuæ cordis puritate, vt te perfectè diligere & dignè laudare, ac sapere quam dulcis & suauis es omnib. inuocantibus te, valeamus.

CAPVT XI.

Ab An. 700. S. Aureliæ Virg. Vrsulanæ memoria valde inclarescit Argentorati, de cuius morte 10. vel plura petuntur testimonia Romanæ peregrinationis.

Aurelia cum à S. Vrsula febriens Argentorati cum tribus alijs esset Virginibus relicta, 15. Octobr. decessit, & clarere magnis cœpit prodigijs cui circa An. 500. templum est excitatum, ad quod tanti peregrinorum & accolarum concursus facti sunt, vt An. 700. necesse fuerit Argentoratensis Vrbis dilatare pomerium: eius cum S. Vrsula peregrinationem autores permulti testificantur.

1. Test. Martyrologij Romani 15. Octobris: *In Argentina S. Aureliæ V.* Petrus Leidensis, ait suo tēpore, A. 1520. expressū in Romanis fastis fuisse, quod esset *Sodalitate S. Vrsulæ, & ex infirmitate ibi decessisset.* Consentit Ferrarius eo die. *Martyrol. Rom.*

2. Test. Petri Galesini, *In Argentina S. Aureliæ Virginis, quæ cum esset ex nobili illa societate 11. mil. Virg. ad præfatā vrbē in reditu ab vrbe Roma infirmata obijt in pace.* 3. Test.

M.S. Budicense. 3. Test. M.S. Budicense, *Aureliæ Virgo cum S. Vrsula & suo comitatu Rom adscensis nauibus, per decursum Rheni rediens, febri correpta, & extra muros Ciuitat. Argentinensis, vbi nunc requiescit, spiritum exhalauit: vbi beneficia præstantur omn bus eam fide sancta colentibus.*

Chronicon Bernardi Herzog. 4. Test. Bernardi Hertzog in Chronico Alsatiæ ex lib. 8. cap. 18. Iacobi à Kö nigshofen. *Anno 500. erectum est templum ad honorem S. Aureliæ (vnius ex vndecim millibus Virginum, quæ Basileâ secundo Rheno, nauigans in via Argentorati decesserat, & sepulta erat) S. Aureliæ templum appellatum, & quia locus is extra vrbem situs erat, frequen tari cœpit, & domus circa Ecclesiam ædificari, ita An. 700. opus fuit, vt vrbis pomerium laxa retur.*

Canisius. 5. Test. Ex Canisij Martyrologio. *Argentinæ S. Aureliæ Virginis: hæc ex nob li societate vndecim millium Virginum, in reditu ab Vrbe Roma ad præfatam vrbem insi mata decessit in pace.*

Vrstis. Basileensis hist. cap. 6. 6. Test. Vrstisij. *Ferunt de grege illo itineris difficultate multas absumtas esse, quibus Virgines tres Eichseliæ tumulatas, apud Rauracos obijsse volunt, Christianam Bas leæ, & Aureliam Argentinæ.* Citant hæc & probant Fleien & sacrarium Colo nense.

M.S. hist. Argentinensis. 7. Test. Supereſt antiquissima M.S. Historia Germanica Argentinensis, qu sic vitam eius breuiter narrat. *S. Aurelia erat Virgo Sancta de numero vndecim millium Virginum, quæ cum Basileâ secundo Rheno nauigarent Coloniam versus, ægrotare cœpit, & in itinere mortua est Argentorati, ibique sepulta An. Domini 257.* (error est pro 237. (*rel quæ Sanctæ Virgines sex diebus post sunt Coloniæ Martyrio coronatæ à Diocletiano* (rectiu Maximino) *Imperatore. Posthæc Argentoratenses à fide ad gentilismum defecerunt: & cum rursum fidem Christianam profiteri cœperunt, ædificarunt ad honorem S. Mauritij, & Aureliæ propè vrbem in loco sepulturæ S. Aureliæ templum post annum 550.* Hoc testimoni confirmatur chronologia nostra: nam clarum est in medio numero errorem libra rij vitio incurrisse ob quinarij ternarijque in scribendo similitudinem: à qua mul tum abest, hic computus Baronij 383. & aliorum 451. Diocletianus etiam pro Ma ximino positus est, eo quod consors Imperij Diocletiani fuerit Maximianus, quer nonnulli cum Maximino confuderunt; ita vt Viterbiensis expressè scribat Ale xandro Mammææ filio succesisse Maximianum & Diocletianum.

Lectiones antiquæ. 8. Test. Lectionum horariarum è M. S. perantiquo; quas postea Argenti nensi Breuiario A. 1511. iussu Wilhelmi loci Episcopi inseruit Doctor Iacobus Hai Vicarius Generalis: eas totas inseram.

Lectio 4. in secundo Nocturno. *Quo tempore per diuinam ordinationem Bea tissima Vrsula cum suo Comitatu à Ciuitate Romana adscensis nauibus per decursum Rheni redire disposuisset, (sicut plenius in gestis eius continetur) Aurelia Virgo illustri ssima, qui in prædictæ S. Virginis Vrsulæ Comitatu exstiterat, diuina fauente gratia, in aqua, qu Caltahe alias Kaltach vocatur, febri correpta est, & in locum extra muros Ciuitatis Argen tinensis, vbi nunc requiescit, deducta spiritum exhalauit; vbi præstantur Dei beneficia om nibus eam sincera fide colentibus. Fertur namque de ipsa inter cetera, quod cum quondã Rex Philippus nimio inuidiæ zelo accensus Ciuitatem Argentinensem obsideret, quidam tyran nus cryptam S. Aureliæ intrauit, asserens ibi esse thesaurum absconditum, & statim cum im misisset instrumentum ad aperiendum sarcophagum, spiritus malignus introiuit in illum, & dentibus proprijs manus & pedes comedendo vitam finiuit.*

Lectio 5. *Qui cum sepultus fuisset in cœmiterio, iterum & tertio corpus eius inuen tum est inhumatum iacens super terram clauso sepulcro, vt impleretur, quod dictum est a Domino per Prophetam Dauid. Misit de cælo & liberauit me, dedit in opprobriũ conculcante me. Quod videntes fideles eiusdem Ecclesiæ, funem trunco imposuerunt, & in aquam non longè à loco fluentem traxerunt, & abire permiserunt, & omnis plebs, quæ vidit, dedit lau dem Deo: qui nos eisdem S. Aureliæ Virginis interuenientibus precibus, & meritis perduca ad portum perpetuæ salutis.*

Lectio 6.

Lectio 6. *Sequitur quadam die prædictæ festiuitatis signum mirabile, imò potius lamentabile. Promiscui sexus homines ciuitatis Argentinensis pro paruo habentes festum Aureliæ, exeuntes de ciuitate pro argilla ferenda, quæ multa apud rufam Ecclesiam est: venerunt itaque ad quandam foueam ibidem sitam, excultam: in qua cum more solito fodere cœpissent, in momento homines viginti tres ibidem oppressi & concluſi sunt: quod nullus sanæ mentis ambiget, quin ad hoc factum sit, vt comprobaret Dominus, quod in Sanctis suis dignè laudari voluit, & vult, vnde & nos, & nostros sequaces perenni deuotione S. Aureliam venerari oporteat.*

Has lectiones & complura horum testimoniorū misit ad me P. Ioannes Scharffenillich Collegij nostræ Societatis IESV Molshemij Rector.

9. Test. Concionatorum loci. Vnius Doctoris Theologiæ Keisersbergij narrationem è Teutonica lingua versum in Latinam: quam tum in festo Sanctarum vndecim millium Virginum, tum in festo S. Aureliæ dixit: & ante 130. annos typis vulgauit, attexam. Keisersberg Theologus.

Audistis S. Vrsulæ historiam, quæ filia Regis à Spiritu S. inspirata, vndecim millia Virginum collegit, quibuscum Basileam nauigauit, inde Romam profecta, Cyriacum Papam secum duxit. cui vt & Virginibus Deus reuelarat, quod palmam martyrij cum Virginibus esset Coloniæ reportaturus. Ergo cum secundo Rheno Coloniam nauigarent, S. Aurelia tentata febri est, & in lembum dimissa per brachium Rheni, quod Kaltau appellamus, applicuit eo loci, extra Argentoratensis vrbis mœnia, vbi hodie sacra ipsius lipsana requiescunt, qui locus posteà fuit dilatato pomerio ciuitatis mœnibus circumseptus.

Eiusdem S. Aureliæ meminerunt Ferrarius in Notis ad hunc diem, Raderus to. 1. Bauariæ S. cum de B. Aurelia filia Hugonis Capeti agit, Daniel Camerarius lib. 3. de pietate Scotorum, & Henricus Fitzimon in catalogo Sanctorum Hiberniæ.

10. Test. Ex vita & titulo sepulcrali Sodalium trium S. Aureliæ, SS. Einbettæ, Warbettæ, & Vilbettæ. Reperta sunt vt alibi dixi Virginum harum tria corpora, cum vestibus incorrupta, tumuli titulus nomina, vitamque prodidit, addiditque quod eas febrienti Aureliæ solatio S. Vrsula reliquerit Argentinæ.

11. Test. Libri Sodalitatis Vrsulanæ nomine vulgati circa An. 1496. in quo cum instauraretur nauicularis vndecim millium Virginum congregatio, nouo collecto piorum operum thesauro, sub initium libelli typis ibidem publicati mentio fit trium S. Aureliæ sodalium, vt præcipuarum Argentinensis ciuitatis & congregationis Vrsulanæ Patronarum.

Laus, honor & gratiarum actio tibi concinatur ô æterne, immense omnipotens & benignissime Deus principium & origo bonorum, & omnis creaturæ, à quo seu viuo perennique fonte bona omnia in humanitatem Christi, & sanctissimam Dei genitricem Virginem Mariam, postea tot bona in S. Vrsulam & vniuersam eius sodalitatem dimanarunt. Præterea in S. Aureliam & eius socias virgines Einbettam, VVarbettam, & Vilbettam nominatas, quarum omnium corpora quiescunt Argentinæ, partim in S. Aureliæ, partim in S. Petri senioris Ecclesia. Quibus nostris Patronis omnipotens & æternus Deus, singularia, maximaque beneficia contulit, eas vehementer exaltando erectione sodalitatis huius præclarissimæ & vtilissimæ, quam doctissimi prudentissimiq; viri Religiosi & Ecclesiastici è remotissimis locis, penè innumeri suis inscriptis nominibus honorarunt. &c.

Fit autem apud Martyrologos multos passim ad 16. Septembris primæ harum, vel alterius eiusdem nominis mentio de qua Canisius, Ferrarius, & inprimis Molanus in addit. ad Vsuardum ait. *In territorio Argentinensi S. Einbeth Virginis præclaræ sanctitatis:* de eadem Sausaius. *In Alsatia depositio S. Einbethæ Virginis, quæ Argentorati puros Christo famulatus exsoluit, functaq; perfectæ sanctitatis officijs, animam ornatam meritorum monilibus, transmisit ad nuptiarum agni fruitionem:* Hinc nemini mirum videatur similia nomina priscis temporibus fuisse vsurpata. S. Einbetta. In supplem. Martyr. Gallia.

Ex his duabus Aureliæ, Cuneræque scriptis historijs, quæ videntur potissimum circa An. 700. vulgato Cunibertino martyrio S. Vrsulæ magis increbuisse, firmatur

Colonienſium traditio,ſic quidem,vt ſi Vrſulana hiſtoria penitus intercidiſſet: ex harum Virginum hiſtorijs,locorum traditionibus, veſtigijs & titulis primæ poſſe integritati reſtitui: præſertim cum hæc monimenta longè Galfredi ætatem ſuperarint.

CAPVT XII.

Ab A.700. & 800. Ex Beda, Alcuino, Vſuardo & Miſſali Anglicano eiuſdem temporis teſtimonia ſex.

Bedæ Ephemeris & Martyrologium.

1. TEſt. Venerabilis Bedæ, vixit An.370. Primo in Ephemeride ad 21. Oct. ait *In Colonia ſanctarum Virginum.*

2. Teſt. In Martyrologio numerum earum ſic adiungit. *In Colonia SS. Virginum vndecim millium.*

Miſſale Anglicanum.

3. Teſt. Miſſalis Anglicani nongentorum & plurium annorum apud Pantaleonitas, cuius meminit Schultingus in ſua Bibliotheca Eccleſ. D. Fleien & ſacrarium Colonienſe fol.95. In eo collocatur hoc modo. 13. *Kalendas Nouembris feſtum ſanctarum Virginum in Colonia.*

Alcuini Litaniæ.

4. Alcuini, circa A.800. bis earum meminit: primò in Litanijs Patronorum Galliæ, quas in eius operibus M.SS. Bibliothecæ Metropolitanæ Colonienſis hactenus ineditas reperi, ante octingentos ferè annos ſcriptas. Septem in ijs Vrſulanas Virgines hoc ordine recenſet. *S. Brictula, S. Martha, S. Saula, S. Sambaria, S. Saturnina, S. Gregoria, S. Pinnoſa, S. Palladia.* Similes Litanias in peruetuſto Colonienſi Miſſali eiuſdē Eccleſiæ inueni, cum earundem Virginum eodem ordine nominibus ijſdem: niſi quod inter Sambariam, & Saturninam collocetur S. Vrſula. Eaſdem Virgines pluribus adiectis, velut Sodalitatis Vrſulanæ chiliarchas recenſent Adonis additione quadringentorum annorum: ſolum nomen Marthæ in Mardiam cōmutando, hoc ordine. *In Gallijs apud Coloniam Agrippinam SS. XI. millium Virginum vna dicitur Vrſula, Sentia, Gregoria, Pinnoſa, Mardia, Saula, Brictula, Saturnina, Saturnia, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata.* Deſumta ſunt hæc nomina ex vetuſtiſſimis lectionibus Colonienſibus quibuſdam: earum exemplar reperi in membraneo breuiario in folio collegiatæ Eccleſiæ SS. Apoſtolorum in lectionis quintæ fine. *Quarum nomina ſunt hæc. Pinnoſa Maximi Ducis filia, Sentia, Georgia, Martha, Saula, Brittula, Rabaſtia, Saturnina, Satura, Palladia, Clementia, Grata*: nam Vrſulæ nomen & martyrium præmiſerat: vt dubitari non poſſit, quin ea nomina Virginum apud Alcuinum, ſint Sodalitatis Vrſulanæ: id ex his, quæ de Vſuardo dicam, firmius ſtabilietur.

Alcuini poëmata.

5. Idem Alcuinus in poëmatis, dum enumerat altaris cuiuſdam Patronas, Britannicas noſtras Virgines n.247. ſic exprimere videtur.

VIRGINIBVS SACRIS *præſens hæc ara dicata eſt,*
Quarum clara fuit Scotorum vita per vrbes.
Brigida ſancta ſemina Chriſto ſimul ita fidelis,
Hæc nobis ſalutem per ſuffragia ſancta miniſtrat.

Vocat hic eas vſitato nomine *Sacras* vel *ſanctas Virgines* quaſi per excellentiam: vt & Beda: & Miſſale Anglicanum: Vita S. Cuniberti & alij plures quam centum, infra laudandi vocant: vbi templum earum centies apparebit more recepto *ſanctarum Virginum* fuiſſe nominatum: Patriam earum adiungit veterem Scotiam ſeu Hiberniam: quamuis eidem aræ nonnullæ etiam S. Brigidæ Scotæ Virginis poſterioris æui, reliquiæ ſint inſertæ.

6. Vſuardus in Martyrologio Carolo M. dedicato ad 20. Octobris primarum Virginum cæſarum pridie cladis generalis Vrſulanæ meminit his verbis. *Ciuitate Colonia paſſio SS. Virginum Marthæ & Saulæ, cum alijs pluribus.* Florarium copioſius de his ita ſcribit. *Ciuitate Colonia Paſſio SS. Virginum Marthæ & Saulæ cum alijs pluribus, hæ ſacræ Virgines Domino à iuuentute ſeruire ſtuduerunt, quæ poſtea multo fructu virtutum cumulatæ immarceſſibilem coronam meruerunt.*

Has

Has esse sodalitatis Vrsulanæ non potest iam prudenter dubitari: Colonienses as vel non colunt, vel tantum postridie cum tota sodalitate Vrsulana: non enim onstat ibidem aliam Virginum sodalitatem profide martyrio fuisse coronatam: & t paulo ante ostendi, iam ab annis quadringentis & pluribus eæ fuerunt passim Vrsulanis Virginibus, imò ab Alcuino, & in Adonis auctario accensæ. Cœpit igitur Vrsulana clades 20. Octobris, tunc paucis ab Vrsula præmissis interemtis: 21. die generalis Virginum penè omnium cædes accidit: 22. S. Cordula: 23. S. Iacobus occuerunt. Vsuardus primæ diei cæde contentus, reliquorum dierum martyria præeriuit: in exemplari primogenio Parisijs in S. Germano de Pratis conseruato nulla 1. mentio: alia tamen exemplaria M. SS. Vsuardi etiam XI. millium meminerunt: a secuta est Lubecensis editio A. 1475. ad 21. Oct. & Parisiensis editio Vsuardi An. 536.

Initium martyrij Vrsulani 20. Octobris.

CAPVT XIII.

Ab A. 800. ad 900. Ex VVandelberto, Gunthario, Floro, Rabano, Pragmatica Lotharij Cæsaris.

1. TEst. Wandelbertus Prumiensis Abbas vixit circa A. 850. is ad diem 21. Octobris versibus illigauit breuiter Vrsulanum martyrium, Coloniæ toleratum, lum ita canit.

Tunc numerosa simul Rheni per litora fulgent
Christo virgineis erecta tropæa maniplis
Agrippinæ vrbi: quarum furor impius olim
Millia mactauit ductricibus inclyta sanctis.

2. Test. Eodem tempore Coloniensis Archidiœcetes erat Guntharius, & Romanum imperium Lotharius Imperator gubernabat: Guntharius prædia quædam ardendo perpetuo igni in basilica S. Vrsulę destinarat, eadē pragmatica sanctione cōirmat circa A. 853. Lotharius: ij secundo templum Vrsulanum nominant. Vterque n inscriptione vocāt *Monasterium sanctarum Virginum*, & in pragmatica *Monasterium eatarum Virginum*. seruiet ea nuncupatio sæpius.

3. Test. Florus Monachus S. Trudonis circa A. 880: *Passio vndecim millium Virginum*. transcriptum hoc ex antiquissimo M. S. Monasterij S. Martini Tornaci: præfert autem nomina Eusebij, Hieronymi & Bedæ: sed P. Bollandus suspicatur esse Flori Monachi: è tribus dictis compilatum. ei iure hac in re assentior, quem huius rei discernendæ peritissimum iudico.

4. Test. Rabani. scio vulgare martyrologium eius excusum non meminisse: sed retustum M. S. Imperialis monasterij S. Maximini Treuirensis, quod in plerisque um Rabano conuenit, ita refert: *In Colonia vndecim mille Virginum*: idem habet M. S. S. Martini Vltraiecti.

CAPVT XIV.

Ab A. 900. ad 1000. Archiepiscopi loci, & alij templi vel numeri vndecim millium decies meminerunt.

1. TEst. Hermanni Archiepiscopi Colonienſis A. 922. quo in dotatione templi situm, nomen & numerum virginum ita recēset. *Monasterium Sanctarum Virginum extra muros Coloniæ erectum ad laudationem Dei & S. Mariæ, ac ipsarum vndecim millium Virginum, vbi tot pretiosarum corpora requiescunt.*

2. Ibidem: *Iram Dei omnipotentis, atq; earundem sanctarum vndecim millium Virginum ncurrat.*

3. Ibidem de dono Vassi viri nobilissimi, *quod ad sanctarum vndecim millium Virginum famulatum delegauit.* A. 922.

4. Test. Wichfridi Archiepiscopi. A. 927. in vnione Ecclesiæ S. Matiæ. *Sororibus, quæ in Ecclesia sanctarum Virginũ die noctęq; fideliter deseruiunt, aliquid ex nostro ad earũ refectionem addere curauimus, propter reuerentiam XI. millium Virginũ illic requiescentiũ.*

5. Idem An. 932. *Sanctimonialibus ad sanctas Virgines Deo famulantibus. Actum publicè in Ecclesia sanctarum Virginum.*

6. Idem A. 941. *Venerabiles sorores in Ecclesia sanctarum Virginum extra muros ciuitatis Coloniæ publicè & honorificè constructa. Actum publicè in præfata sanctarum vndecim millium Virginum Ecclesia.*

7. Test. Donationis. *Ego Alfuinus & dilecta coniunx mea Ada, ad Ecclesiam sanctarũ Virginum, quæ est extra muros Coloniæ ciuitatis, constructa publicè, vbi vir V. Vichfridus Archiepiscopus præesse videtur.*

8. Test. S. Brunonis Archiepiscopi in testamento suo circa A. 965. legato donat. *Ad sanctas Virgines vasa duo, candelabra duo.*

9. Test. Warini Archiepiscopi. A. 980. *Ad Ecclesiam sanctarum XI. M. Virginum, & Martyrum extra muros Coloniæ ciuitatis honorificè in Dei honorem constructam, & ad continuanda luminaria eiusdem Ecclesiæ, & instauranda tecta, ad sustentandas etiam custodum vires inibi solerter pernoctantium.*

10. Test. Maginheri. Vicarij generalis Colonienſis Archiepiscopi An. 990. In inuẽtione S. Maurini Martyris.. *Ecquæ est sub nostro solo ciuitas, hac nostra locupletior Sanctorum? vbi Apostolorũ patrocinia sic præsentia? vbi tot in cubilibus Martyrum millia? & tot aurea Virginum agmina? vbi sic præsentes Confessores, & Episcopi, qui genuerunt hũc populum Domini, apud quos rugiebant Dæmones, quorum præsentiam portare non poterant?*

CAPVT XV.

Ab A. 1000. *ad* 1100. *templi Vrsulani vel numeri decies fit mentio.*

1. TEst. E vita S. Adelheidis scripta à coæua vixit circa A. 1000. *Altera Adelheidis in Monasterio sanctarum Virginum complexa est monasticum vitæ institutum ad D. Hieronymi regulam.*

2. Test. Richezæ reginæ in chirographo obligatorio circa An. 1030. *Ego Richeza Archiepiscopum Pilegrimum feci aduocatum, donans me in vrbe Colonia ad sanctas Virgines ea videlicet professione, quatenus singulis annis persoluerem duas denariatas cerę.*

3. Test. Bezechæ sanctimonialis S. Vrsulæ in donatione prædij Waldorfensis. *Ego Bezecha, vltima Ancillarum Christi in congregatione sanctarum XI. M. V. Dei: trado de iure meo in ius & traditionem Ecclesiæ SS. Virginum in aquilonari parte extra muros ciuitatis Colonienſis constituta; ad sæpè nominatum sanctarum Virginum monasterium.*

4. Clausula ibidem cum attestatione Archiepiscopi. *Ideò ego nõ acquieui quo ad vsque hanc meæ voluntatis traditionem coram D. Hermanno 2. cum testibus idoneis confirmaui. Actum hoc Coloniæ publicè in Monasterio sanctarum vndecim millium Virginũ. A. 1047.*

5. Test. Ex vita S. Annonis conscripta à Synchrono. An. 1075. *Nocte quadam ipse more suo sanctarum Virginum limen ingressus:* ter vel quater idem vocat ibidem templum. *Ad sanctas Virgines.*

6. Poëta Germanicus coæuus S. Annonis, vitam eius Teutonicis cecinit versibus, in ijs sub initium enumerat Martyres Coloniæ cæsos, & sanctos alios.

§. 6. Hæc ita verti.

Die Troianischen Vrancken si sulin is remir
Gode danckẽ, dat her un so manigin heiligin
Havit gesant, soiz dar in Coln ist gevvant,
Dadir restit ein sulich menige van senti,
Mauricyn herige, vnt eilf tusent megide
Durch Christis minn irslagene

Troiugenæ Franci grati pro munere, laude
Continua celebrate Deum: qui millia Diuũ
Tot vobis misit, quos sancta Colonia seruat,
Hic Thebæa cohors, hic Mauri cæde necati.
Hic & amore Dei suadente vndena sagittis
Millia Parthenici cœtus cecidere peremta.

7. Test.

7. Test. Segewini Archiepiscopi circa An.1080. in donatione noualium. *Ob felix itaque tale remedium apud Deum nobis impetrandum Sanctas Dei scilicet vndecim millia Virgines nobis in auxilium inuocantes, notum esse cupimus, qualiter eisdem sanctis virginibus dedimus. A.1080.*

8. Test. Ex vita S. Irmgardis antiquissima, vixit A.1080. *Comportaret secum partilam reliquiarum societatis vndecim millium &c. transtulit se ad locũ sepulturæ vndecim millium Virginum, prostrauitq; se humiliter, sumens partem terræ sepulturæ Virginum præfectarum in chirotecam: aperiensq; chirotecam inuenit eam plenam recenti sanguine.*

9. Test. Ex inscriptione reliquiarum altari circa A.1050. impositarum à Bernulpho Episcopo Traiectensi. A.1515. Fridericus Badensis Episcopus Traiectensis inuenit eas reliquias à decessore Bernulpho depositas in altari, quas sic approbat. *Magno pietatis affectu accepimus, quod Bernulphus vicesimus Episcopus Traiectensis tres fundauit ecclesias: D. Petri, S. Ioannis Baptistæ, & S. Pauli, quique in dicta Ecclesia S. Ioannis corpora SS. Cypriani & Iustinæ deuotè recondidit, qui iam à suæ primæuæ fundationis origine & subsequenti transitu Bernulphi vltra 450 annos erecta stetit, nunc summum altare transferre satagentes, in concauitate altaris quandam plumbeã cistulam inclusam inuenerunt, deposito dictæ cistulæ plumbeo operculo, aliam cistulam ligneam sericis ornatam inuenientes, quo iterum remoto in medio capsulæ repertus fuit lapis porphyreticus, cum 4. scedulis pergamenicis antiquissimis Latinis characteribus. In prima scedula SS. Margaritæ V. & Afræ M. XI. M. in secunda S. Ioseph aliorumq; XI. millium: addit Indulgentias cultoribus.*

10. Test. Ex Archiuio loci. *Temporibus S. Annonis tradiderunt Heribergam & eius posteritatem Ecclesiæ SS. Virginum, quæ est in Colonia tali constitutione, vt annis singulis duas denariatas ceræ pro capitali censu illuc persoluerent, post mortem verò vestis, quæ operatione manuum propriarum suarum esset confecta, persolueretur.*

CAPVT XVI.

Ab anno 1100. *ad* 1150. *quo scribebat Galfredus in Britannia primam de Vrsula fabulam, testes* 12.

TEst. Sigeberti, vixit circa A.1110. contraxitque in compendium aptè veterẽ S. Cuniberti historiam hoc modo. *Omnibus bellis famosius fuit bellum, quod cãdidatus vndecim millium Virginum exercitus bellauit Duce S. Vrsula, quæ filia fuit vnica Nothi nobilissimi Britannorum Principis, cum nondum nubilis à filio cuiusdam ferissimi tyranni ad nuptias expeteretur, & patrem suum super hoc anxiari videret, qui Deum timebat, & filiam Deo iam deuotam nubere cogeret, & tyrannum metuebat, si ei filiam denegaret, diuinitus inspirata nutanti patri suasit, vt tyranno assentiretur, ea tamen illi posita conditione, vt ipse & tyrannus decem Virgines forma, genere, & ætate electas, sibi traderent, & tam sibi, quam singulis earum mille Virgines subscriberent, & comparatis ad numerum earum vndecim trieribus, inducias triennij sibi darent ad exercitium virginitatis suæ, nouo vsa consilio, vt aut difficultate propositæ conditionis animum eius à se auerteret, aut hac opportunitate uoæuas suas secum Deo dicaret, & ex hoc condicto virginibus, trieribus & sumtibus compatis per triennium belli præludia cunctis mirantibus peregerunt. Tandẽ sub vno die, agente uento, ad portum Galliæ, qui Tiela dicitur, & inde Coloniam appulsæ sunt, ibique ex Angeli monitu Romã tendentes, ad vrbem Basileam nauibus, à Basileâ Romam vsque pedibus profectæ, eodem eundi tenore Coloniã sunt reuersæ, ab Hunnis vndique obsessam, à quibus cunctæ martyrizatæ, nouo & mirabili modo triumpharunt, & Coloniam sanguine suo clariorem reddiderunt.* Hunc Sigebertum sequenti seculo laudat Vincentius Belluacensis & corrigit in tempore Attilæ: sicut hoc ipso exeunte seculo hunc in eodem errorem emendauit Robertus Altisiodorensis. Sigeberti ?

2. Test. In patriam Namurcensem ad Walciodorense cœnobium à cœnobita quodam è disciplina S. Benedicti, Colonia tria corpora Sodalitatis Vrsulanæ transferuntur circa An.1105. vel sequentem; nam soluta ciuitatis Colonensis obsidione quædam Virgines ciuibus visæ tumulos suos indicarunt, suntque solenniter eleuatæ.

3. Teſt. Anonymi ſcriptoris translationis ſimilium reliquiarum An.1113. Colo nia ad Weiſenburgenſe monaſterium. *A.Dominicæ Incarnationis 1113.indict.6.Hen rico 5.Imperatore,VVolframus apud Tuitium Coloniæ ſecundum monaſticam profeſſionem laudabiliter educatus,corpus S.Palmatiæ Virginis & M.cum alijs quamplurimis reliquijs i cœnobium VVeiſſenburgenſe ſub Abbate Meningando,qui eum in fratrum ſuorum conſorti dudum collegerat,ſolenniter tranſtulit.S.Palmatia,de qua diximus,tertia fuit in ordine pri matus ex vndecim millibus Virginum,quæ Coloniæ paſſæ ſunt propter Dominum,ſanctiſſi ma Vrſula regiæ dignitatis nomen in illa expeditione ſortiente,Pinnoſa quoque æquè ſancti tatis ducatus ſignum nobiliter adminiſtrante.*ita loci reliquiarum index & M. S. code membraneus.

Ottonis Friſing.

4. Teſt. Ottonis Friſingenſis Epiſcopi,floruit A.1130.ſecutus errorem Sigeberti l.4.de Attila c.28.ait. *Hic etiam dum vbique terrarum diſcurreret,vndecim millia Vir ginum apud Coloniam Agrippinam coronauit.*

5. Teſt. Brunonis Archiepiſcopi Colonienſis An. 1135. in dotatione altaris S. Cordulæ.*In porticu Eccleſiæ ſanctarum Virginum altare quoddam dedicaui,21.denarij ſo uantur in die ſanctarum Virginum:vndecim denarij in feſto S.Cordulæ exhibeantur.*

6. Teſt. Sigewandi Epiſcopi Mindenſis, de quo Lerbeck in Chronico. *Hi Eccleſiam in Hidenhuſen ad honorem vndecim millium Virginum fundauit,obijt A.114 ſepultus in medio eccleſiæ Hidenhuſen.*

7. Teſt. M.S.Codicis Breitenawenſis monaſterij. *Eodem anno 1142.Henri cus Abbas in Breitenavv quatuor corpora de collegio vndecim millium Virginum ab Arnol do Colonienſium Archiepiſcopo impetrauit, quæ ſexto nonas Iulij cum honore maximo a monaſterium introduxit.*

8. Teſt. Poſt An.1140.Mieſco Rex poſtea Poloniæ creatus,peregrinatur Co loniam ad S.Vrſulam,

Dodechini in Chronic.

9. Teſt.Dodechini Abbatis S.Diſibodi A.1143.*Hoc anno dedicatum eſt nouum mo naſterium in monte S.Diſibodi.Impoſiti ſunt ipſi tumulo tria corpora Sanctarum de collegi vndecim millium Virginum in loculis ligneis.*

10. Teſt. Eiuſdem Dodechini de victoria Oliſſiponenſi,cui interfuit.*Victori* ait(A.1147.)*tamen obtenta eſt feſto Virginum vndecim millium:duo muti in exercitu cœ perunt loqui feſto S.Gereonis.*

Trithe mius.

11. Teſt. E Sponheimenſi M.S.*A.1143.Bernelinus Abbas duo corpora de collegio vndecim millium Virginum & Martyrum per interuentum comitis Megenhardi ab Archie piſcopo Colonienſi Arnoldo impetrauit,quæ cum ingenti honore accipiens, huc ad monaſte rium portauit,& in duobus ſcrinijs deauratis collocauit, capita verò confracta fuerunt; ſed ſingulæ partes cum ſuo corpore diſpoſitæ.*

Cruſius in Suevicis.

12. Teſt. Zuifaltenſis monaſterij ſcriptoris Anonymi.*An.1145.Bertolfus Pater Zuifaltenſis monaſterij quartus, corpora duo de numero vndecim millium Virginum Colo niæ quondam occiſarum acquiſiuit, quæ huc magno ſumtu tranſtulit.Nos verò vtpotè homi nes rei veritatem ignorantes,ne fortè incerta pro certis ſuſciperemus, præmiſſis ieiunijs & orationibus,per iudicium aquæ frigidæ veraciter & clara luce cunctis,qui aderant Dominum collaudantibus,virginea corpora Sancta,pro Chriſto Coloniæ paſſa, & de numero vndecim millium Virginum eſſe comprobauimus.*

CAPVT XVII.

Coæuorum Galfredi ab 1150. *ad* 2000. *teſtimonia* 32.

NE miretur Lector minutiora me quædam in ſuperioribus & conſequentibus teſtimonia cõſectari,quoties vel locus martyrij,Colonia;vel inde facta tranſlatio dicitur,vel feſtum earum,aut templum appellatur *ſanctarum Virginum*,aut *SS. vndecim millium Virginum:* nam hæc omnia Galfredi commentum euertunt: qui non tantum vndecim:ſed 71.millia fingit, negat eas Coloniæ ſiue cæſas, ſiue ſepultas,

pultas,nec illas vsquam agnoscit Martyres; neque templa eis erecta, non eleuata solenniter,aut alio translata & culta corpora, quæ coæui eius Summi Pontifices, Archiepiscopi,Episcopique refellunt.

1. Test. Gerlaci Abbatis Tuitiensis in membraneo codice suo scripto de inuentione & eleuatione corporum à se facta,quā ita vel ipse,vel amanuensis Theodoricus sub A.1155.inchoat. *Anno ab Incarnatione D. N. Iesu Christi 1155. indict. 4. & continua nouem sequentium annorum reuolutione, Romanorum regente imperium Friderico Cæsare, Romanæ quoque Ecclesiæ Pontificatum Adriano 4. administrante, præsidentibus etiam per successionem S. Colonienſi Ecclesiæ Archiepiscopis, videlicet Arnoldo 2. Friderico 2. & Reinoldo Archicancellario; in Ecclesia Tuitiensi Gerlaco Abbate existente, leuata sunt corpora sanctorum Martyrum & SS. Virginum in suburbio ciuitatis Coloniensis, & quorum nomina vel titulos in eorum sepulcris inuentos, & in Archiuis eiusdem Ecclesiæ reconditos ad posterorum notitiam idcirco scedulis & apicibus dignum duximus adnotari; quia deuotionem Sanctorum Martyrum, quos præter opinionem cūctorum viuentium oculis nostris transferri vidimus, & quorum insuper corpora, vel titulos è tumulis manibus nostris eruimus, in quibus etiam mille martyriorum signa conspeximus, & venerati sumus, arctius posterorum memoriæ commendare curamus. Singillatim ergò singulorum titulos, vti in lapidibus cum eis inuentis, exaratum esse perspicitur, incipientes à maioribus, hoc modo digessimus &c.* Testis hic est titulorum & corporum, virorum etiam & Episcoporum, testis & mille vulnerum seu signorum martyrij, quæ in eorum corporibus obseruauit, vt post coæuos vix luculentior censeri debeat; præsertim titulum S. Cyriaci Papæ cum reliquijs primus inuenit, festumque eius successor Harbernus anniuersarijs sacris peragendum curauit.

2. Test. S. Elisabethæ Schönaugiensis antistitæ, cuius liber reuelationum titulos inuentos explicat, An.1156. scriptus: persæpe facit ipsa mentionem festi *vndecim millium Virginum:* varias etiam Colonia factas sacrarum Virginum in Germaniam translationes recenset: de quo V. lib. 8. S. Elisabethæ.

3. Test. Adriani Papæ 4. An.1159. *Adrianus Gepæ Abbatissæ Ecclesiæ sanctarum Virginum. Præfatam Ecclesiam, in qua diuino mancipatæ estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes, vt quæcunque bona eadem Ecclesia canonicè possidet, seu alijs iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis & illibata permaneant.* Adriani Papæ.

4. Test. Hillini Archiepiscopi Treuir. An.1560. *Hillinus Dei gratia Treuirorum humilis minister, & seruus Ecclesiæ sanctarum Virginū, in Colonia in perpetuum, dominicalem terram ipsi Ecclesiæ sanctarum Virginum excipiendam decernimus. Indignationem Dei & sanctarum Virginum incurrat. Ecclesiæ SS. Virginum Gepæ V. Abbatissæ.*

5. Test. Egberti fratris S. Elisabethæ, & Abbatis secundi Schönaugiensis, ac scriptoris reuelationum sororis. Fuit is testis oculatus eleuationum Coloniæ factarum, & titulorum inuentorum: hoc enim de eo S. Verena testatur c. 13. *Constantia hæc est, quam in proximo frater tuus in hunc locum aduexit*: vbi de titulo eiusdem allato multa subdit, quod verò cum alijs obtinuerit corpora, recondita in cœnobio Schönaugiensi, sic declarat: *portabamus nobiscum in scrinijs cunctas reliquias Societatis S. Vrsulæ reginæ: quatuordecim videlicet corpora, quæ velut integraliter apud nos sunt.* Egberti. l. 6. c. 2.

6. Test. Henrici Wintoniensis Episcopi in Anglia, is circa An.1160. Glastonensi cœnobio, cui Abbas præfuerat, donauit *Corpora SS. Virginum Vrsulæ & Dariæ*, index loci reliquiarum hæc habet. *In feretro S. Vrsulæ Virginis continentur reliquiæ eiusdem satisplenæ: item in eodem feretro continentur reliquiæ S. Dariæ Virginis pro tertia parte de dono D. Henrici Episcopi Vintoniæ.* Vsserius hunc Henricum An. 1129. factum Episcopum putat, & An.1171. viuere desijsse: crediderim hanc Vrsulam non reginam ipsam: sed aliam eiusdem nominis fuisse, quales ad 10. repertæ sunt. Vsserium c. 15 p. 626. & c. 6 p. 118.

7. Test. M. S. Martyrologij monasterij Bonæ-spei. *Quarto Calendas Nouembris translatio SS. Martyrum Martij, Polycarpi, Valerij, Stephani & Honorati, & BB. Virginum Terentiæ, Margaritæ, Baldinæ, Sambariæ & Margariæ, qui omnes in collegio vndecim millium Virginum Coloniam deuenerunt, ibique Hunnorum persequente malitia martyrium*

pariter compleuerunt. Longo verò post tempore, D. Reinoldo Archiepiscopo Colonienſi Eccleſiæ præſidente, de Eccleſia S. Heriberti in Eccleſiam de Bona ſpe diſponente Deo ſunt tranſlati, & in eadem cum honore & reuerentia debita collocati.

Harberni Abbatis. 8. Teſt. Harberni Abbatis Tuitienſis, ſucceſſoris Gerlaci, circa A. 1163. Huius nomine cũ tituli deſcripti eſſent, ſubditur talis in M.S. codice exclamatio. *Sed ô quam magna multitudo dulcedinis tuæ, & quã valde redolens odor vnguentorũ tuorũ Domine Ieſu Chriſte, qui hos SS. Martyres de vltimo Oceani litore, & de longinquæ finibus terræ coadunauit, & non ſolum Virgines, vti ſecundum textum paſſionis earũ cunctorum viuentium habet opinio, verum etiam ipſum Apoſtolicæ ſedis Præſulem, & quoſdam Patriarchas, & magnarũ vrbium Archiepiſcopos, Epiſcopos, Cardinales, Presbyteros, Diaconos, & omnis Eccleſiaſtici ordinis miniſtros: Reges quoque, Duces, Comites, milites & totius Chriſtianæ profeſſionis homines vtriuſque ſexus, in vnum corpus huius beatæ legionis aggregauit, quos omnes quaſi ad generale concilium in campis Agrippinæ conuocans, pro corruptione incorruptionẽ, pro morte carnis animarum immortalitatẽ, pro dimiſſione terrenarum dignitatum, vel patrimoniorũ cœleſte regnum, diuitiasq; perpetuas contuliſti. Et ô quam adhuc mirabilis in iſtis Sanctis exiſtis, qui ſicut in primordio mundi de tenebris lucem, & poſt hæc in homine apparens, de tenebris errorum & infidelitatis lumen fidei ac veritatis ſplendere feciſti, ſic nunc abſconſa reuelans, eos qui hactenus erant ignoti cum titulorum & nominum ipſorum teſtimonio ad omnium hominum ſalutem innoteſcere mundo voluiſti.* Hactenus M.S. Tuitienſe tempore Galfredi literis mandatum.

Theodorici. 9. Teſt. Theodorici Aeditui Cœnobitæ Tuitienſis, qui eodẽ tempore A. 1163. ſcripſit chronicon ab orbe condito ad A. 1163. vſque: is ad Attilam Hunnorũ appellatione deceptus, hoc modo reuocat Vrſulanum martyrium. *Quorum Rex Attila Galliam atque Germaniam pari formidinis horrore concuſſit, & totis penè vrbibus Europæ euerſis; quidquid attingere poterat, velut ignis adurens, velut turbo diſpergens abſumebat, qui inter cetera ſua flagitia exercitum vndecim millium Virginum, dum Coloniam obſideret, cum omnibus, qui cum ipſis erant, extinxit.*

10. Teſt. Documenti Autentici A. 1166. *Anno verbi incarnati 1166. ſub Papa Alexandro tertio, regimen regni Francorum pio & illuſtri Rege Ludouico moderante, V. Abbas Philippus de Parco Louanienſis curam ſibi commiſſi regiminis Epiſcopo Leodienſi reſignans, ad Eccleſiam B. Martini Laudunenſis, vbi prius habitum religionis aſſumſerat, ſe tranſtulit, hic verò ſecũ attulit de XI. millibus Virginũ 4. corpora, quarũ nomina ſunt. S. Frigia V. & M. filia Ducis, S. Sambaria V. & M. filia Ducis, S. Raraonia V. & M. S. Bobilia V. & M. S. Macarius Epiſcopus, S. Euſebius, & Marius Cappellani eius, qui in ſtrage SS. XI. milliũ Virginũ ſunt martyrizati. Quæ quidem corpora ſunt honorificè cõdita 16. Kal. Nou. in Eccleſia S. Martini.*

11. Teſt. Philippi Archiepiſcopi Colon. in compoſitione pacis. *Acta controuerſia, quam Albero aduerſus V. ſororem noſtram Gepam Abbatiſſam & conuentum Eccleſiæ SS. Virginum in Colonia ſuſcitauit, adnotari fecimus. Decima ad præbendam congregationis SS. Virginum liberè pertinere dignoſcitur: præſentem paginam Eccleſiæ SS. Virginum perpetuo reſeruandam curauimus. Acta ſunt hæc A. 1169. Indict. 1.*

Rogerij. *Pitſeus lib. de ſcript.* 12. Teſt. Rogerij Ciſtercienſis Angli, hic cum circa A. 1170. floreret in Anglia, monachus cœnobij Fordani ſub Abbate Balduino: quo commentum Galfredi recens ſparſum euerteret; librum ſcripſit hac epigraphe. *De vndecim millibus Virginum Coloniæ occiſarum.* Ecce locum martyrij: ſecutus in hoc præcipuè reuelationes S. Eliſabethæ: qui & S. Cyriacum facit Romanum Pontificem.

Martyrologij Tornac. 13. Teſt. Antiqui Martyrologij M.S. cœnobij S. Martini Tornacenſis A. 1170. *Octauo Idus Iunij translatio SS. Virginum & Martyrum Chriſti Honoratæ & Florinæ: inſuper & multarum reliquiarum aliarum à Colonia Agrippina ad Tornacum: inter quas reliquiæ de ſacratiſſimo corpore eximiæ V. ac M. Vrſulæ, quæ in illo nominatiſſimo Virginum XI. M. conſortio principatum tenuit, totiuſque collegij dux ad Chriſtum effulſit, translatæ ſunt, & reconditæ in Eccleſia S. Martini Tornacenſis in ſuburbio ciuitatis, quod actum eſſe conſtat clementia diuinæ miſericordiæ An. 1170.*

14. Teſt. Philippi Archiepiſcopi Colonienſis. *Præſenti paginæ, vt adſcriberetur placuit contractus, qui eſt inter conuentum Eccleſiæ ſanctarum Virginum & Reinoldum de*

Olpe,

lpe, eiusque vxorem habitus, inita pactione dictum allodium super altare SS. Virginum re perpetuo contradiderunt. Acta sunt hæc A.1171.

15. Test. Eiusdē Philippi. *Quia in Ecclesia SS. Virg. Colonienſium ſtipendij præbendarū nuitatem magnā inuenimus, cōceßimus decimā noualiū in Merne. Facta ſunt hæc A.1172.*

16. Test. Eiusdē Philippi. *Quod Gepa in Ecclesia SS. Virg. V. Abbatiſſa indulſit, Clemētia bbatiſſa ſuccedens Noſtro & Priorum noſtrorū interuentu conceſſit. Acta ſunt hæc. A.1174.*

17. Test. Lobienſis Monaſt. *Lobijs tria capita XI. M. V. A.D.1174. Calēdis Iunij obtēta.*

18. Test. Philippi A. Col. *Conradus & VVinricus allodium conuentui ſanctarum Virginum venale obtulerunt: viſum eſt autem Clementiæ Abbatiſſæ SS. Virginum, vt idem nquirerent. Super altare SS. Virginum abrenunciarunt. A.1176.*

19. Test. Eiusdem Philippi A. Col. in fundatione Machabæitici cœnobij. *Notum cimus omnibus, quod Capellam in memoriam SS. Virginum in loco, qui dicitur S. Vrſulæ ter in Colonia conſtructam, ſanctimonialibus in eadem Deo & SS. Virginibus perpetuo ſerturis conceßimus poßidendam A.1178.*

20. Test. Ex Chronico Ferreoli Locrij A.1178. *Gotſcalcus Bertinēſis Antiſtes anno reiminis ſui 13. moritur, eique ſuccedit Simon eo nomine 2. hic inter alia, ſcribit Ixerius, cum* Chronico Ferreoli. *uxta conſuetudinem antiquam ſemel in anno nuncius noſter iret Coloniā pro reditibus noris, & nihil ſecum niſi pecuniam adferret, Abbas noſter Simon SS. reliquiarum auidus, miſs nūcijs diuerſis temporibus 4. corpora de collegio XI. millium Virginum, cum multis aliorum S. reliquijs, & feretrum, in quo recondidit, fieri fecit.*

21. Test. B. Hermanni Steinfeldenſis religioſi, vixit A.1180. duos eius libros reuetionum Vrſulanarum produxi lib. 8.

22. Test. Exproſa eiusdem in ſacro paſſim decātari ſolita excerpam, quæ faciunt ontra Galfredum. *Vndena demum millia ſponſæ tranſmittit Virginum, ducunt naues per naria: Hic manus feminea rexit dante Domino naues, quas Baſilea breui vidit termino, & omam adeunt. O felix Colonia, iuxta cuius mœnia, barbarorum rabies enſes, tela, frameas, ultros in virgineas cruentauit acies!*

23. Test. Ex Scriptore vitæ B. Hermāni coæuo de agro Vrſulano. *Accidit Dei nutu liquando beatū virum fuiſſe præſentē, vbi illum nobiliſsimū theſaurum in agro terra abſcōlitū, & illas pretioſiſsimas margaritas, reliquias dico Virginū beatarum contigit inueniri.*

24. Test. Alterius coæui ſcriptoris de eodem ex M. S. Steinfeldenſi. *Fuit quidam leuotus Pater Præmonſtratenſis nomine Hermannus: hic circa glorioſum exercitum SS. vndecim mille Virginum & Martyrum magnum deuotionis affectum ceperat.*

25. Test. Archæorū & Catalogi Abbatum Veteris montis. *A.1181. præfuit 6. Abbas Goſuinus dictus, qui præſedit annis 21. ſub iſto Abbate maximè dotatum eſt monaſterium reliquijs SS. XI. millium Virginum.*

26. Test. A.1184. Auguſtæ Vindelicorum erecta eſt ara S. Vrſulæ in Eccleſia S. Afræ: numerantur in ea inter inſigniores reliquias *XI. M. Virginum.*

27. Test. Ex Eccleſia Leod. incinerata, de qua M. Chronicon Belgij. *Anno Præſulatus eiusdem* (Radulphi) *18. Eccleſia S. Lamberti in die translationis S. Lamberti: ſed & palatium cum Eccleſia XI. M. Virginum ignis conſumſit.* ita ad A.1184.

28. Test. Roberti Monachi Ciſtercienſis, floruit A.1185. rectè Sigeberti errorem de Attilano tempore ſic corrigit. *Veruntamen de B. collegio ac ſacro martyrio XI. M. Virginum aliter ſentiendum Virgo ſanctimonialis Eliſabeth nomine in ſua reuelatione digniſsimè manifeſtat: quæ iam in noſtro ſeculo, videlicet anno incarnati Verbi 1156. diuinitus mirabiliter meruit edoceri; nō ſolum quo tempore paſſæ ſint prædictæ virgines, verum etiā quis Pater Vrſulæ, quæ cognatio eius, quantis religioſis perſonis tam laicis, quam Eccleſiaſticis collegium Virginum fretum fuerit, & qui, & quomodo etiam ipſi pro Chriſto cum ſacris virginibus martyrium pertulerunt. Dicit enim quod quidam Papa vrbis Cyriacus, 19. poſt S. Petrū cum illis paſſus ſit, fuit ſiquidem iſte Pontiani Papæ ſucceſſor, & rexit Eccleſiam anno vno & menſibus decem, & ſic in loco ſuo virum ſanctum, qui Anteros dictus eſt, ordinauit, & cum XI. millibus Virginum diſcedens, ſedem ſuam reliquit: nam & ipſe de Britannia natus, plures conſanguineas in ſanctarum numero puellarum aſſeritur habuiſſe, & quia ſedem Apoſtolicam inuito Clero reliquit, nomen ipſius de catalogo Romanorum Pontificum idem Clerus eraſit, ipſe tamen ſecurus hoc fecit, quia diuinitus fuerat ſibi reuelatum, cū ijſdem virginibus*

Palmam

palmam se martyrij recepturum: passum est autem sanctum Virginum collegium iuxta præfatam narrationem A.incarnati Verbi 237. 29. Test. Gotfridi Viterbiensis: floruit A. 1186. *Idem Attila XI.M.Virginum apud Coloniam simul coronauit.* 30. Test. Richardi Anglici A.1190. de quo Pitseus. *De S.Vrsula librum vnum conscripsit, qui incipit Vniuersis Christi fidelibus.* Contraxit is reuelationes B. Hermanni, & ciuibus suis Anglis pro commento Galfrediano vulgauit. 31. Test. Clementiæ. *Ego Clementia Ecclesiæ sanctarum Virginum licet indigna Abbatissa, quiddam feci ex consilio fratrum & sororum Ecclesiæ nostræ, & facti causam notaui. Facta sunt hæc A.1191.* 32. Test. Cœlestini Papæ. *Cœlestinus Episcopus seruus seruorum Dei dilectæ in Christo filiæ Clementiæ Abbatissæ sanctarum Virginum salutem. Quatuor stipendia, quæ Philippus Archiepiscopus sibi concessit autoritate Apostolica tibi confirmamus. A.1192.* Ex his patet, cum fabulam cuderet Galfredus exercitus 71. millium feminarum, ob crimen læsæ maiestatis occisarum, sedem Apostolicam, Archiepiscopos Colonienses, tēporis eius scriptores, item incolas loci & exteros sanctas Virgines Colonienses nominasse, numerū XI millium approbasse, nec illo, vel vllo priore æuo gentem vllam vel ciuitatem possessionem istarum SS. Virginum præter solos Colonienses sibi vindicasse.

Viterbiensis.

CAPVT XVIII.

Ab Anno 1200. ad 1300. testimonia 36.

Alberici. 1. TEst. Alberici Trifontani Cistercienſis Religiosi. A.1200. *Anno domini 237. Romæ post Pontianū Papam successit ei Cyriacus de maiore Britannia, anno vno & per XI. hebdomadas. A.238. Romæ Cyriaco successit Anterus Papa natione Græcus, ab ipso Cyriaci institutus: à B.Petro vigesimus. Maximus imperat annis tribus. Passio XI.M.Virginum apud Coloniam mirabiliter facta, & quorundam aliorum, qui in eadem sodalitate fuerunt Episcoporum & militū, & ipsius Papæ Cyriaci memorati secundum visiones Elisabeth: de quarū sanctarū tempore & de reuelatione huius historiæ omnes vsq; ad tēpus huius historiæ Elisabeth errabant historiarū Scriptores & Chronologi.* 2. Test. Godefridi Pantaleonitæ coæui. *Circa festum XI.M.Virginum per fossores cecidit altera turris, tūc demum perterriti infelices*

Cæsarij. *castrum reddiderunt.* 3. Test. Cæsarij Heisterbacensis circa A.1220. *Cum in stratis & hortis Ciuitatis Coloniæ BB.Virginum XI.M. passim ossa reperiantur, & c.86. Sæpe per ardentia luminaria corpora earum ostenduntur, nec tamen eadē luminaria quis videre potest, nisi corpore sit Virgo.* Idē narrat M. Chronicon Belgij ad A.1229. 4. Test. Ex historia Abbatum Braweilerensiū. *A.1220. Adolphus Archiepiscopus, qui fuit filius fratris Brunonis 3. Archiepiscopi Colon. consecrauit A.1220. altare sanctarum Virginum in crypta, quod olim erat altare S.Thomæ.* 5. Test. Arnoldi Abbatis Lubecensis floruit An.1220. *Et quia idē Pōtifex* (S. Autor) *cū terra sua ab Hunnis vastaretur, qui sanctas Virgines Coloniæ trucidauerunt, ciuitatem Treuirorum, quā tunc regebat, orationibus suis illæsam protegebat, ipsam adhuc virtutem apud Dominum habere creditur, vt ciuitatem, in qua nūc requiescit, suis orationibus ab hostium incursu protegat.* 6. Test. Autentici instrumenti Duaceni erecti in S. Amando. *De Virginibus Coloniæ* (supple occisis) *Actum sabbato solennitatis Paschæ, ad cuius memoriam ego Robertus B. Amati Præpositus subscripsi An.1225.*

7. Test. Ex membranis Heisterbacensibus. *A.D.1227.5.Kal.Febr. dedicata sunt à D. VVetzelino Episcopo Reualiensi altaria: primum in honore S.Vrsulæ.* 8. Test. Ex Chronico M. Belgij A.1229. *Apud Coloniam ineunte Augusto sunt 24. corpora inuenta de Societate XI.M.Virginū: vbicunq; autē corpora istarum Virginū debent inueniri, candelæ vidētur ardentes super tūbas apparere, quas candelas nō possunt, nisi Virgines videre, pueri vel puellæ.*

9. Test. Ex instrumento Viconiensi A.1236. *Frater Nicolaus de Valencenis Religiosus huius V. cōuentus pietatis affectu cōpulsus est visitare partes Alemāniæ, & impetrare precibus, & improbis laboribus, multas sacras reliquias: aliqua nec non gloriosa corpora SS. XI.M.V. Colonienſiū, Episcoporumq; vna cū ipsis coronatorū: rediit in octauis earundē Virginū A.1236.*

10. Test. Conradi Archiepiscopi Colonienſis. *Speciali fauore Ecclesiam sanctarum Virginum Colonienſium nos amplectentē &c. decimas Ecclesiæ præfatæ donauimus A.1238.*

11. Test. Congregationis generalis Ordinis Prædicatorij. *Elisæ Abbatissæ de sanctis Virginibus in Colonia, ceterisq; sororibus conuentus eiusdem, frater Nicolaus fratrū Ordinis Prædicatorum seruus inutilis. Datum Argentinæ A.1146. in nostro Capitulo generali.*

12. Test. Bernardi Episcopi Paderbornensis. *Cartulas indulgentiarum Ecclesiæ SS. XI.M.Virginum in Colonia duximus admittendas. Reliquias solenniter excipiatis. A.1249.*

13. Test. Conradi A. Col. *Cum dilecta in D. Elisa Abbatissa & capitulum Ecclesiæ SS. Virginum in Colonia A.1248. & sequenti anno. Ad preces dilectæ in Christo Elisæ Abbatissæ & Capituli Ecclesiæ SS. Virginum Colonienſium. A.1249.* 14. Test.

14. Test. Alberti Magni, is floruit A. 1250. & inter ceteros sermones vnum inscri-
it. *In festo vndecim millium Virginum.*

15. Test. Henrici Traiectensis Episcopi. *Henricus de Vienna D. G. Traiectensis ele-
us, Ecclesiam nostram de Rense, quæ à V. P. & D. N. Conrado Archiepiscopo est Ecclesiæ SS.
irginum Coloniensium vnita A. 1255.*

16. Test. Documenti autentici Antistitæ Machabæiticæ A. 1206. donantis cor-
is Salsinensibus. *Vniuersitati vestrũ præsenti volumus constare rescripto, quod per diui-
am prouidentiam multa corpora SS. XI. M. Virginum in loco nostro requiescant. Nuper cor-
us vnũ Virginis de eadẽ societate per reuelationem diuinitus factam fuit apud nos inuentũ
i certo ac euidenti martyrij sui signo, carello scilicet in capite suo, quo fuit sagittata tẽpore suæ
assionis, ad similitudinẽ B. Vrsulæ, quæ tũc exstitit regina, & Dux earundẽ Virginũ Beatarũ.*

17. Test. Gerardi Archiepiscopi Mogũtini. *Super quæstione, quam habet contra No-
ros homines D. Abbatissa & conuentus Ecclesiæ SS. Virginum in Colonia: si defecerimus in
olutione, humiliationem reliquiarum, & imprecationẽ contra Nos facere poterunt A. 1257.*

18. Test. *Ego Elisa D. G. Abbatissa SS. XI. millium Virginum Coloniensium An. 1257. in
mpositione cum Curione in Rense.*

19. Test. Ex historia inuentionis brachij S. Simonis Apostoli in Sein ordinis Præ-
monstrensis à cœnobita loci A. 1258. conscripta. *Merito B. Simon à nobis est honorãdus,
rdeq; iugiter illud pertimescendo retinendũ, quod Ecclesia quædam venerabiles apud se re-
quias habens reconditas, dũ debito non venerarentur obsequio, Sancti, quorum fuerant re-
quiæ patefacta testudine tempore quodã visibiliter exire visi sunt, ac deinceps eorũ reliquiæ
mplius non sunt ibidem repertæ. His eadem Ecclesia tam reliquijs, quam beneficijs earũ pro-
ter ingratitudinem suam est priuata. Simile contigit dè tribus Virginibus, quæ fuerunt, &
int de numero S. Vrsulæ XI. M. Virginũ, quæ fuerant locatæ in quoddã monasteriũ in parti-
us Thuringiæ nomine Ollersleuben: quarũ corpora ibidẽ dum ad plures annos fuerũt, & erat
formatio. Sed quando cecidit reformatio, & periit ibidem, mirabile dictu! eædem Virgines,
u corporæ earum ita integraliter, sicut fuerunt in vita exierunt, Ecclesiam & monasterium
elinquentes, & mane in Colonia repertæ sunt stantes in Ecclesia S. Vrsulæ, vbi vsque in ho-
iernum diem, reliquiæ earum habentur, cum ceteris reliquijs, vt patet clarius in eadẽ Eccle-
ia, vbi in memoriam earum depictus & descriptus est reditus, & quo tempore & anno.*
Hab es in hac narratione adiuncta quædam historiæ sæpius memoratæ, coæui scri-
toris, ideò non prætermittenda.

20. Test. Vincentij Bellouacensis Dominicani. Hic natione Burgundus scripsit
irca A. 1258. hoc modo enucleatissimè historiam Vrsulanam.

DE VITA ET MORTE S. VRSVLÆ VIRGINIS ET Martyris Lib. 2. Cap. 40.

S. *Vrsula vnica filia Dionethi nobilissimi, & ditissimi Britannorum principis, cum nondũ
nubilis à filio regis Angliæ ad nuptias peteretur, & patrem suum valdè Christianũ super
hoc anxiari videret, (qui Deum metuebat, & filiam suam iam Deo deuotam nubere cogeret,
& tyranni pagani feritatem timebat, si ei filiã denegaret) diuinitus inspirata Patri suasit, vt
yranno assentiretur; ea tamen illi proposita conditione, vt & ipse tyrannus 10. Virgines gene-
re, forma, & ætate electas sibi traderet; & tam sibi, quam singulis earum mille Virgines sub-
scriberet, & comparatis ad numerum ipsarum 11. triremibus, inducias trienny sibi daret ad
exercitium virginitatis suæ; & ipse iuuenis baptizatus his tribus annis institueretur in fide,
nouo vsa consilio, vt aut difficultate propositæ conditionis animum à se auerteret; aut hac oppor-
tunitate omnes coæuas suas secum Deo dicaret: hac conditione libenter accepta, iuuenis proti-
nus baptizatus, cuncta accelerari, quæ Virgo petierat, impetrauit: Tũc pater Virginis, accepto
consilio, cautè præordinauit, vt filia sua quam tenerrimè diligebat, viros quorum solatio tam
ipsa, quam eius exercitus indigebat, in comitatu suo discedens haberet. Cumq; congregari cœ-
pissent, multi ad spectandũ eas confluxerunt, vndique, ita etiã, vt quidam Episcopi Britanniæ
secũ irent: inter quos Pantulus Episcopus Basileensis eas Romã vsq; perduxit, & inde reuersus
martyriũ cum eisdẽ suscepit. Sancta quoq; Gerasina regina Siciliæ, quæ virũ suum regẽ crude-
lissimũ quasi de lupo fecerat agnũ, Soror Maurisij Episcopi, & Dariæ matris S. Vrsulæ, cũ pater
ipsius Vrsulæ secretũ illud ei per literas intimasset, illa statim suspirãte cũ quatuor filiabus suis
Babila, Iuliana, Victoria & Aurea, & paruulo filio Adriano, qui amore sororũ suarũ vltro sẽ*

ingessit

ingesſit peregrinationi, relicto regno, in manu vnius filij ſui, & duarum filiarum, vſque ad Britanniam Anglicam nauigauit, eiuſque conſilijs ſacræ Virgines collectæ, & ordinatæ ſunt, & ſemper ductrix earum ad vltimum cum eis paſſa eſt martyrium.

CAP. 41. QVALITER ROMAM NAVIGANTES à Papa Cyriaco ſuſceptæ ſint.

IVxta conditum igitur Virginibus trieribus, & ſumtibus comparatis, & per triennium belli præludia cunctis mirantibus facientes, dum modò concurſibus, modò diſcurſibus interdum fugam, interdum bella ſimulant, omniq; genere ludorum excitatæ, nihil quod animo occurriſſet, intentatum reliquerunt, tandem ſub vno die, agente vento ad portum Galliæ, qui Thila dicitur, & inde Coloniam ſunt appulſæ; ibique ex Angeli monitu, qui eis futura prædicebat, Romam tendentes ad vrbem Baſileam nauibus, à Baſilea vſque Romam pedibus profectæ, ibi aliquamdiu ſunt moratæ. Quarum aduentu Papa Cyriacus valdè lætatus eſt, cum omni clero ſuo, & eas cum honore ſuſcepit. Nam & ipſe de Britannia natus plures conſanguineas inter ipſas habuit; & ipſe ſemper Virgo permanſit. In ipſa nocte fuit & diuinitus reuelatum, ſe cum eiſdem Virginibus palmam martyrij percepturum, ipſe verò celans hoc apud ſe, multas earum baptizauit, quæ necdum baptizatæ erant; Cum autem opportunum tempus adeſſet, manifeſtauit voluntatem ſuam, & coram Eccleſia reſignauit officium dignitatis ſuæ, cum poſt Pontianum Papam rexiſſet Eccleſiam Anno vno, & XI. ſeptimanis, nonus decimus poſt Beatum Petrum: ſed cum in hoc reclamarent omnes, & maximè Cardinales, qui eum delirare putabant, quod quaſi poſt fatuas mulierculas declinaret, neſcientes monitionem Angeli, qui eum vrgebat, ipſe conſtanter permanens, in loco ſuo virum Sanctum, qui Antherus dictus eſt, ordinauit, vnde quia ſedem Apoſtolicam inuito Clero reliquit, nomen ipſius, de Catalogo Romanorum Pontificum idem Clerus eraſit, & ab illo tempore omnem gratiam, quam prius in Romana Eccleſia habuerat, ſacer ille Virginum conuentus amiſit.

CAP. 42. QVALITER IDEM PAPA, MVLTIQVE alij Magnates eis adiuncti ſunt.

CVm autem ſic eſſent Romæ, Maximus, & Africanus, duo iniqui principes Romani, videntes magnam Virginum multitudinem, & quod multi ad eas confluerent, timuerunt, ne fortè per eos creſceret Religio Chriſtiana, vnde cum exploraſſent iter earum, quo ire debebant, miſſis nuncijs ad Iulium cognatum ſuum Principem gentis Hunnorum, monuerunt eum, vt educto contras eas exercitu ipſas, cum venirent Coloniam, trucidaret. Exeunte itaque B. Cyriaco Papa de vrbe cum prædictis Virginibus, ſecutus eſt ipſum Vincentius Preſbyter Cardinalis, & Iacobus, qui de Britannia patria ſua Antiochiam profectus, Archiepiſcopatus ibi ſeptem annis dignitatem tenuit, & cum tunc B. Papam Cyriacum viſitaſſet, & de vrbe Roma egreſſus fuiſſet, audiens de aduentu Virginum, ad ipſas rediit, & ſe ijs in itinere & paſſione coniunxit. Mauritius quoque Lauicanæ vrbis Epiſcopus, qui & ipſe de Britannia auunculus erat duarum Virginum Babilæ & Iulianæ, cum quibus ſepultus eſt, item Foilanus Lucenſis Epiſcopus, & Sulpitius Rauennenſis Epiſcopus, qui tunc Romam profecti, & inde ſuper hac reuelatione diuina Coloniam properantes in occurſum Virginum, quæ nondum redierant, perrexerunt; & ſic eis adhærentes cum eiſdem occiſi ſunt. Aetherius quoque ſponſus S. Vrſulæ manens in Britannia Anglica per viſionem à Domino monitus eſt, vt matrem ſuam Demetriam hortaretur fieri Chriſtianam; nam Pater eius Agrippinus in primo anno, quo baptizatus fuerat, defunctus eſt, & ſucceſſit ei in regnum filius eius Aetherius: qui & ipſe ante triennium ex conditione S. Vrſulæ fuerat baptizatus. Cum autem Virgines Româ redirent, nunciatum eſt ipſi Aetherio, vt exiret de terra ſua, & occurreret ſponſæ ſuæ; vt cum ea in vrbe Colonia palmam martyrij obtineret, qui confeſtim diuinis monitis acquieſcens, matrem ſuam baptizari fecit, & cum ipſa, & ſorore ſua paruula Florentina iam Chriſtiana ei obuians, cum eis martyrium ſuſcepit, & cum Clemente Epiſcopo, quem ſecum adduxit. Sed etiam Marculus Epiſcopus Græciæ cum nepte ſua Conſtantia filia, Dorothei Regis Conſtantinopolitani,

opolitani, & Firmindinæ Reginæ, quæ Constantia defunctis parentibus, nubens cuidã adoscenti filio Regis alterius; sed ante nuptias morte præuenta, virginitatem suam Deo vouit, & sic cum prædicto Episcopo Romam veniens, sicut ille à Deo per visionem monitus fuerat, venientibus virginibus se coniunxit.

CAP. 43. DE MARTYRIO TOTIVS PRÆDICTÆ MVLtitudinis apud Coloniam.

TImulitaq; omnes isti cum multis socijs suis, & sacris virginibus ipso, quo prius eundi tenore, reuersæ sunt Coloniam ab Hunnis undiq; iam obsessam: statimq; barbari explorata re, subito super eas cum clamore irruunt, & quasi lupi in oues sæuientes totam illam multitudinem occiderunt. Cum autẽ ad B. Vrsulam ceteris iam iugulatis venissent, stupentes eius pulchritudinem, manum & animum repressérunt, ipseq; Princeps sceleris in eius amore succensus statuit, quod eam blantitijs deliniret, & confortans eam de nece virginum, promisit, quod eam sibi in coniugio copularet. Sed cum hoc illa liberè respuisset, ille non ferens repulsam, direxit in eam sagitta transfixit, & sic illa martyrium consummauit. Erat autem inter illas quædam Virgo nomine Cordula, quæ ceteris virginibus trucidatis humano timore sola in cueo nauis illa nocte delituit, & in crastinum se sponte morti offerens, mox ictum tyranni ferentis excepit, unde & ipsa longo post tempore cuidam apparens, quia una nocte superuixerat, eiusq; festiuitas cum alijs virginibus non fiebat, præcepit; vt sicut pridie SS. Virginum celebritas agitur, ita sequens dies B. Cordulæ laudibus impendatur. PASSÆ SVNT AVTEM B. VIRGINES TEMPORE ANTHERI PAPÆ, ET MAXIMINI IMPERATORIS, ANNO DOM. 237. Hactenus Vincentius: quo nemo accuratius ex antiquis, historiam cum adiunctis plerisque ad mentem nostram persecutus est: ei subijciam duos eiusdem æui & familiæ S. Dominici claros insulis.

21. Test. Thomæ Cantipratani Proëpiscopi circiter An. 1260. Li. 2. apum cap. 54.

Quatuor Ecclesiæ inter Cathedrales Ecclesias sanctæ, speciali usu dignitatis, & scribi solẽt, & dici, vt S. Romana Ecclesia, S. Hierosolymitana, S. Treuirensis, S. Colonienſis non absre venerabiliter nuncupantur. Sanctus enim dicitur, quod sanguine tinctus. Fuit enim S. Rom. Ecclesia sanguine tincta, præcipue Apostol. Petri & Pauli: & innumerabilium aliorum Martyrum: Sancta verò Ierosolymitana Ecclesia ipsius Christi glorioſissimo sanguine dedicatur: Sancta verò Treuir. Eccles. particularibus martyrijs exceptis, quibus à principio fidei frequẽter exstitit coronata: tribus vicibus legitur tota illa ciuitas martyrizata & occisa. Sancta verò Colonienſis Ecclesia, ab illo glorioso virginali collegio, cuius numerum solius Dei scientia comprehendit, noscitur triumphata. Licet igitur undecim millia Virginum, etiam multa millia virorum, mulierum, virginum, nobilium, & ignobilium cum illis ineuntium, & redeuntium à Roma coniuncta, & cum eis martyrizata sunt, vt merito ex profluuio sanguinis Sancta, id est, sanguine tincta dicatur; unde quidam Cyriacus Papa, & multi Episcopi, reges, & Reginæ, quorum nomina cum corporibus lapidibus inscripta inter tumulos sacratum Virginum reperta sunt, & leuata: hoc meminerim idcirco, vt miraculum quod dicturus sum, gratius auditatur.

Habes hic personas sodalitatis ex titulis ab hoc doctissimo viro comprobatas, quorum plurimi, ipsius ætate reperti sunt, & à Schola Alberti, cuius auditor erat, comprobati, longè ante, quam ab Alberto M. Sancta Cordula tantis reperta prodigijs leuaretur: Suspicor verò ab Alberto M. ipsiusque discipulis statim ad varia loca authenticam historiam transmissam esse, vt nõ mirum sit eo seculo Vincentium in Gallia, Iacobum de Voragine in Italia: Martinum Polonum Romæ, Dominicanæ familiæ sidera, luculentum de Cyriaco, & alijs Personis Vrsulanis testimonium dare voluisse.

22. Test. Iacobi de Voragine Archiepiscopi Genuensis, circiter Annũ 1290. in Lombardica historia mense Octobri.

Vndecim millium Virginum passio hoc ordine celebrata fuit. In Britannia nam Rex Christianissimus quidam fuit nomine Nothus, vel Maurus, qui quandam filiam nomine Vrsulam generauit, hæc mirabili morum honestate, sapientia, & pulchritudine pollebat, ita, quod eius fama vbique volabat. Rex autem Angliæ cum nimis præpotens esset, & multas nationes

ſuo imperio ſubiugaret, audita huius Virginis fama, beatū per omnia ſe fatebatur, ſi prædicta virgo ſuo vnigenito copularetur: Iuuenis etiā ad hoc plurimū æſtuabat: mittunt igitur ſolemnes nuncios ad patrem virginis, magnis promiſſionibus, & blanditijs adijcientes minas, ſi ad Dominū ſuum vacui reuertātur, Rex autē cœpit plurimum anxiari, tum quia Chriſti fide inſignitā cultori idolorū tradere indignum duceret, tum quia ipſam nullatenus cōſiſtere cogноſceret: tum quia Regis ferocitatem plurimū formidaret: ipſa autē diuinitus inſpirata, ſuaſit patri, vt prædicto Regi aſſenſum præberet, ea tamē conditione propoſita: vt ipſe Rex cum patre 10. Virgines electiſſimas ad ſolatium traderet, & tam ſibi, quā alijs mille Virg. aſſignaret; & comparatis trierib. inducias triennij ſibi daret, ad dedicationē ſuæ virginitatis, & ipſe iuuenis baptizatus in his tribus annis in fide inſtitueretur: ſapienti itaq; vſi conſilio, vt aut difficultate propoſitæ conditionis animum eius ab hoc auerteret, aut hac opportunitate prædictas Virgines ſecum Deo dicaret: at iuuenis libenter hac cōditione acceptata, apud patrem inſiſtit, & protinus baptizatus, accelerari cuncta, quæ Beata Virgo præceperat, imperauit. Pater autem puellæ ordinauit, quod filia ſua, quam valde diligebat, viros, quorum ſolatio tam ipſa, quā eius exercitus indigebat, in comitatu ſuo haberet: vndiq; igitur Virgines confluunt; vndique viri ad tam grande ſpectaculum concurrunt; nam multi Epiſcopi ad eas confluxerant, vt ſimul pergerent. Inter quos fuit Pantulus Baſileenſis Epiſcopus, qui eas vſque Romam perduxit, & inde reuerſus cum eis martyrium ſuſcepit; Sancta quoque Geraſina Regina Siciliæ, quæ virum ſuum crudeliſſimum Regē, quaſi de lupo fecerat agnū, ſoror Mauriſij Epiſcopi, & Daria Matris S. Vrſulæ: cum eidē pater S. Vrſulæ ſecretum per literas intimaſſet, cōtinuo inſpirante Deo cū quatuor filiab. ſuis Babyla, Iuliana, Victoria, & Aurea, ac paruulo ſuo, Adriano, qui amore ſororū ſuarū vltro ſe peregrinationi ingeſſit, relicto regno in manu vnius filij ſui, vſq; in Britanniā nauigauit, cuius cōſilio Virgines de diuerſis regnis colligebantur, & earum ſemper ductrix exiſtens, cum eis tandem martyrium paſſa eſt: Iuxta conditū igitur virginibus, trieribus, & ſumtibus præparatis, commilitonibus ſuis Regina ſecreta reuelat, & in nouam militiam omnes coniurant: nam modo belli præludia inchoant, modo currunt, modo diſcurrunt, interdum bella, plerumque fugam ſimulant, omnique genere ludorum exercentes, nihil quod animo occurrebat, relinquebant intactum; aliquando meridie, aliquando verò vix veſpere redibant. Confluebant Proceres, & Primates ad tam grande ſpectaculum, & omnes admiratione, & gaudio replebantur. Tandem cum S. Vrſula omnes ad fidem Virgines conuertiſſet, ſub vnius diei ſpatio proſpero flante vento, ad portum Galliæ, qui Tiela dicitur, & inde Coloniam deuenerunt; vbi Vrſulæ Angelus Domini apparuit, & prædixit illas illuc integro numero reuerſuras, & coronas ibidem martyrij percepturas: Inde igitur ad Angeli admonitionem Romam tendentes, ad vrbem Baſileam applicuerunt, & ibidem relictis nauibus Romam pedeſtres venerunt. Ad quarum aduentū Papa Cyriacus valde gauiſus, cum ipſe de Britannia oriundus eſſet, & multas ibidē inter eas conſanguineas haberet, cum omni Clero ipſas cū ſummo honore ſuſcepit. In hac nocte Papæ diuinitus reuelatur, eum cū ipſis virginib. palmā martyrij percepturū: quod apud ſe celans, multas ex ipſis, quæ adhuc baptizatæ nō fuerāt, baptizauit; verū cum opportunū temp. videret, & an. vno, ac XI. hebdomadibus poſt Petrum Eccleſiā 19. rexiſſet, in conuentu omniū propoſitū ſuū indicauit, & corā omnibus, & dignitati, & officio reſignauit, ſed cū oēs reclamarent, & maximè Cardinales, qui eū delirare putabāt, & relicta Pontif. gloria poſt quaſdā mulierculas fatuas ire vellet, ille nullatenus acquieſcēs, quendā virū Sanctū, qui Antherus dictus eſt, loco ſui Pontificē ordinauit, & quod Sed. Apoſt. inuito Clero reliquit, nomen eius de Catalogo Pontificū idem Clerus abraſit, omnemq; gratiā, quam ſacer ille virginū Chorus in curia Romana habuerat, à tēpore illo amiſit. Duo autē iniqui Principes Rom. militiæ, ſcil. Maximus, & Africanus, videntes magnam Virginū multitudinem, & quod multi, multæq; ad eas confluerent, timuerunt, ne per eas nimium creſceret religio Chriſtiana, quapropter iter earū diligentius explorantes, nuncios miſerunt ad Iuliū cognatum ſuū Principē gentis Hunnorū, vt educto contra eas exercitu ipſas cū Chriſtianæ eſſent, cum Coloniā venirent, trucidaret, Beatus igitur Cyriacus cum illa nobili Virginū multitudine de vrbe egreſſus eſt; ſecutus eſt autē ipſum Vincētius Presbyter Cardinalis, & Iacob. qui de Britanniæ patria profectus Antiocheni Archiepiſcopat. dignitatē ſeptem annis ibidem tenuit: qui cum Papam tunc temporis viſitaſſet; & iam vrbe egreſſus de Virginum aduentu audiſſet, concitus redijt, & itineris & paſſionis ſe ſocium fecit. Mauriſus quoque Lauicanæ vrbis Epiſcopus

auun-

tunculus Babylæ & Iulianæ: nec non & Foilanus Lucensis Episcopus, & Sulpitius Rauennensis Episcopus, qui tunc Romam aduenerant, prædictis virginibus adhæserunt; Aetherius quoque sponsus B. Vrsulæ manens in Britannia, per visionem Angelicam à Domino admonetur, vt matrem suam hortaretur fieri Christianam: Nam pater eius primo anno, quo Christianus factus fuerat, obierat, & filius eius Aetherius eidem in regno successit. Cum autem sacræ Virgines cum sacris Episcopis Roma redirent, Aetherius à Domino admonetur, vt protinus surgens sponsæ suæ occurrat, vt cum ea in Colonia martyrij palmam accipiat: qui diuinis monitis acquiescens, matrem suam baptizari fecit, & cum ipsa, & sorore sua paruula Florentina iam Christiana, nec non Clemente Episc. ipsis virginibus obuians se sociauit ad martyrium. Item Marculus quoque Episcopus Græciæ, & neptis sua Constantia filia Dorothei Regis Constantinopolitani, quæ nubens cuidam adolescenti filio cuiusdam Regis, sed ante nuptias morte præuento, virginitatem suam Domino vouit, per visionem admonita Romam venerunt, & prædictis virginibus ad martyrium se iunxerunt; omnes igitur Virgines cum prædictis Episcopis Coloniam redierunt, & ipsam iam ab Hunnis obsessam inuenerunt: quos barbari videntes cum clamore nimio irruerunt, & quasi lupi sæuientes in oues, totam illam multitudinem occiderunt. Cum autem ad B. Vrsulam ceteris iugulatis venissent, videns princeps eius miram pulchritudinem, obstupuit, & consolans eam super necem Virginum, promisit sibi eam in coniugem copulare, sed cum hoc illa penitus respuisset, ille contemtum se videns, directa sagitta eam transfixit, & sic martyrium consummauit.

23. Test. S. Gertrudis in Saxonia An. 1260. quæ lib. 6. cap. 56. hunc præfigit titulum: *In festo vndecim mil. Virginum, quo fructu pro sanctis gratiæ Dei aguntur.*

24. Test. Ab An. 1261. in Parco Præmonstratensium cœnobio capsa oblonga templi præfert hanc inscriptionem: *Anno Domini 1261. reconditæ sunt reliquiæ Sanctarum vndecim mil. Virginum à D. Alardo Abbate huius Ecclesiæ in præsenti capsella.*

25. Test. Ex M.S. Marcolonensis Monasterij: *Anno 1261. corpus integrum S. Virginis, quæ vna fuit de numero vndecim mil. Virg. Coloniensium, in Marcolensis Cœnobij templum magnificè defertur nonis Februarij.*

26. Test. Ex Instrumento Duacено. *Anno 1261. fuerunt positæ in præsenti scrinio reliquiæ vndecim mil. Virginum, quas isti Ecclesiæ dedit illustris D. Margarita Flandriæ & Hannoniæ Comitissa.*

27. Test. Caricampensis Monasterij: *Anno 1262. Ecclesia Caricampensis sub VVilardo 16. eius loci antistite dedicatur, simulque in eandem transferuntur sacræ reliquiæ Beneditæ Virginis, quæ martyrij palmam vna cum Coloniensibus virginibus adepta est.*

28. Test. Margaretæ Comitis Vesontionem destinantis A. 1267. corpus: *Nos Margareta Comitissa Flandriæ & Hannoniæ, notum facimus vniuersis, quod nos de Sacrosanctis reliquijs XI. mil. Virginum, quæ olim apud Coloniam Agrip. martyrium susceperunt, & quas apud Coloniam effodi fecimus in loco martyrij, &c.*

29. Test. Simonis à Schualenberg Episcopi Paderbornensis: *Quousque negotium Sanctarum vndecim millium Virginum de Colonia fuerit fideliter expeditum: dies illa, pro reuerentia tantarum reliquiarum, tanquam dies dominica celebris, & festiua ab omnibus habeatur. A. 1267.*

30. Test. Trudonopolitani indicis reliquiarum de translatione An. 1271. eo facta: *Capita 90. è numero XI. mil. Virginum, & reliquiæ earundem Sanctarum innumeræ donatæ supradicto monasterio nostro, An. salutis 1271. Ossa S. Aegidij fratris S. Imaynæ, qui vnus de grege XI. mil. Virg. earum, quæ Coloniæ ob Christum à barbaris trucidabantur, per medium pectus iaculo confixus perijt.*

31. Test. S. Cordulæ monstrantis suum tumulum: *Ego vna fui ex ancillis Christi, quæ pro eius nomine, & fide, intra septa huius claustri prostrata occubui: vnde peto vt ossa mea, quæ adhuc negligenter iacent abscondita, exhumari procures, & producas.* ex M.S. loci & Breuiario. M.S. loci

32. Test. S. Odiliæ se An. 1287. reuelantis, ex Huberto Dinart ferè coæuo & vetustis breuiarijs: *Ego sum de B. Vrsulæ consortio, vna clarissima de decem illis generosis illius nobilis Britannicarum Virg. exercitus ductricib. rectricibusq; denaria, & præpositiua, habes millenas Virg. sub mea militia, quas & Domino dedicaui, & ad martyriũ simul incitaui, fuiq;* Chapeauille in Episc. Leod.

natione Britannica, Maromæi tunc temporis famosi Regis filia, & Regis Angliæ ex sorore eius Patris videlicet Aetherij B. Vrsulæ sponsi consobrina.

33. Test. Officialis curiæ Colonienſis eodem anno in documento translationis S. Odiliæ: *Frater Ioannes Nouelan victualibus & commodis cœnobij sui de licentia Superiorum suorum pro exquirendis, & extumulandis reliquijs corporum de collegio SS. XI. millium Virginum derelictis, ad laudem Dei, & prædictarum Virginum se paupertati, & mendicitati decreuit submittendum; propter quod vt prius veniens Coloniam, earum reliquias intra fossatum, quod proprijs effodit manibus, gratia diuina ob merita dictarum Virg. dignus est inuenire in loco, vbi dictum Sanctum collegium in antiquis codicibus scribitur felici martyrio ad cœlestia transmigrasse.*

34. Test. Boëmundi Archiep. Treuir. conferentis Indulgentias An. 1292. *Omnib. verè pœnitentibus, & contritis, qui ad ipsum monasterium, in festo XI. M. Virg. causa deuotionis accesserint, de misericordia Dei 40. dies de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus.*

35. Test. Autentici documenti Collegij Metropolit. Colon. A. 1294. de Ioan. Nouelan. *Scimus Ioan. Nouelan, qui diutius Coloniæ conuersatus laudabiliter, & deuotè, & ossa plurimorum corporum SS. XI. M. Virg. ibidem decollatarum martyrio propryjs effodit manib.*

36. Test. Ex translatorum corporū hoc tempore in Himmenrode Inscriptionib. 1. *Hæc Virgo adiurata, quæ esset, respondit, dicens: Agnes dicor, & fui vna de XI. millib. principalibus dominabus, quæ rexerunt exercitum S. Vrsulæ. 2. Corpus vnius Virginis de consortio XI. M. Virg. Coloniæ inuentum, & est in Himmenrode translatum. 3. Corpus vnius V. & M. de XI. millibus Virginum Coloniæ in sarcophago inuentum, 4. Corpora diuersarum SS. Virginum de XI. millibus Coloniæ interemtarum.*

CAPVT XIX.

Ab A. 1300. ad 1400. attestationes præsertim numeri XI. millium Virginum ex tabulis publicis, & alijs ferè 80.

Statuta Colon.

1. TEst. An. 1305. Henrici à Virneburg, Archiepiscopi Colonienſis: *Festo XI. mil. Virginum præcepit per totam Archidiœcesin feriari.*

2. Test. *Engelbertus Dei G. Episcop. Osnabrugensis. Cum dilecti Præpositus, Decanus, & Capitulum Ecclesiæ nostræ Osnabrugensis, hospitale in honorem D. N. Iesu Christi, & XI. millium Virginum apud Ecclesiam suam receperint &c. An. 1310.*

3. Test. *Ego Hermannus de Lindeberg armiger, notum esse cupio, me recepisse à V. D. Abbatissa secularis Ecclesiæ SS. XI. Virginum decimam sui bladi sitam in campis Iuliacensibus, ad sex annos. Datum An. 1317.*

4. Test. Bullæ Indulgent. tempore Ioannis 22. datæ à 20. Cardinalibus: *Omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui ad dictum monasterium & Ecclesiam in festo XI. mil. Virg. & per octauam accesserint causa deuotionis, peregrinationis, & orationis, quadragenas de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer in Domino relaxamus.*

5. Test. Ex inuentione S. Valerij Regis à coæuo scripta A. 1320. *Ex Martyrologio SS. Virginum constat, quod B. Vrsula huius virgineæ peregrinationis primiceria Angelo sibi reuelante didicerit, quod in hoc loco cum suis Sodalibus esset occubitura; & vna cum eis martyrio coronanda; sed hoc non nouit solum ipsa: sed plures etiam vtriusq; sexus homines de eadem congregatione, quibus idem fuerat reuelatum &c. Petronilla ad reliquias SS. XI. M. Virg. mirabiliter afficiebatur: in quarum etiam præsentia tanto caritatis ardore aliquando efferbuit, vt Sanctos & Sanctas, quorum erant reliquiæ, ad se quadam spirituali, & dulci violentia attraheret, & cum ea sæpius tanquam sua familiari socia, & futura conciue amicabiliter loquerentur, ad quæsita responderent, suæ etiam sodalitatis abscondita corpora demonstrarent. Ipsa nihilominus ipsis iubentibus hæc alijs indicans, & loca designans, ea effodi & pro suis meritis honorari adhortata est: cuius rei euentus euidentius patuit in inuentione Valerij Regis Hispaniæ, & filiæ eius Theodoræ, cum plurima familia reperta apud Sanctas Virgines.*

6. Test. Ex Inuent. S. Maximini altari inscripta: *A. 1323. quidā vinitor inhabitās domū dictā zo Isenberg, apud portā immunitatis Eccl. XI. M. Vir. audiuit vocē diuinitus dicētē sibi, fode profundius, & inuenies thesaurū duab. vicibus: & tertia vice dixit, vocor Maximin⁹, vnus de societ. XI. M. Virg. fode & inuenies corpus meū sine capite: quo facto inuenit reliquias.*

7. Test. Ex inuentione S. Constantiæ & 100. aliorum corporum à Synchronoli-

tenis

eris tradita An.1327. *Petronilla Virgo sciens ex reuelatione sibi facta ossa B.Constantiæ V. & Reginæ de societate SS.XI.mil.Virginum infra immunitatem B.Ioannis Baptistæ sepulta esse, intimat hoc eiusdem loci fratribus in hæc verba. Scire debet Caritas vestra, Domini & Fratres carissimi, quod Constantia Virgo, & ipsa Regina cum multis olim sibi associatis vtriusque sexus hominibus in loco vestro, pro Christi confessione martyrium passa est, & ibidem terræ suppositæ; hæc his diebus petit reliquias suas à vobis effodi, & de terra eleuari. Quibus auditis fratres vnanimiter gauisi sunt dicentes: se libenter obtemperare velle: dummodo eis locum sepulturæ Virginis demonstraret. Quibus illa: vinea quædam modica est apud pomariũ: vbi eam propè septimam vitem reperietis. Alia etiam vobis signa in corpore eius demonstrabo: quia oculos videtur habere obliquos. Quibus illi auditis iuxta visionem Virginis fodientes, apud septimam vitem vineæ eis designatæ: sed non inuenerunt: item iuxta septimam in opposita parte &c. Dimissa tandem vinea, cum non inueniretur optatum corpus, diuerterunt se ad alias vites: non etiam omnino à desiderio suo fraudati sunt; inuenerunt enim durantibus tribus fossuris centum, & plura corpora Sanctæ sodalitatis Virgineæ, Episcoporum, Ducum & nobilium, & aliorum diuersi status, & conditionis hominum; inter quæ præcipuè corpus iunioris Constantiæ, cognatæ illius reginæ, quam quærebant: inuenientes eam in mausoleo murato de lateribus ad modum capsellæ. Item SS. Odiliæ, Osilæ, Benedictæ, & cuiusdam Osiliæ, & Cornutæ Virginum: Item Prudentiæ, Sapientiæ, Florentiæ, cognatarum B.Vrsulæ. Item Benedictæ filiæ cuiusdam Magni Principis, quæ habebat secum quatuor sorores decoras eam comitantes. Item alterius cuiusdam Osiliæ, filiæ cuiusdam Comitis. Item ossa S. Florentinæ, quæ dicitur fuisse filia Regis Aegidy. Item Constantiæ filiæ cuiusdam Regis Græciæ; Item Clementiæ filiæ cuiusdam Principis Hungariæ, & aliorum plurimorum vtriusque sexus hominum, quorum nomina prorsus ignorantur. Rursus ergo Fratribus, ait, intolerabiles sustineo inquietudines, ob visiones, eo quod non exhumetis corpus huius Virginis. Est pirus arbor vna sita iuxta vineam, ad sacri corporis caput, circa quam fodite & inuenietis. At illi accedentes, & euulsa piro radicitus, inuenerunt ilico corpus desideratæ Constantiæ Virginis & Reginæ, cum signis à Virgine Petronilla prænotatis. Insuper iuxta corpus idem ossa B.Remaldi, vnius Episcopi de Græcia, Ioannis Episcopi de Armenia, VVillibrandi Ducis de Italia, & aliorum plurimorum, à latere huius S.Constantiæ, quibus omnibus de terra translatis, tulerunt ea in Ecclesiam cum gaudio, reliquias verò S.Constantiæ iuxta corpus S.Cordulæ locauerunt. Vbi vsque hodie aduenientibus, & eius patrocinia deuotè implorantibus præstantur plurima beneficia, præstante D.N.Iesu Christo. Inuenta est autem S.Constantia A.1327.* Hæc ex MS. loci & Breuiario.

8. Test. Ex altarium inscriptione. *An.Dom.1325. consecrata est Ecclesia cellæ B.M.Virg. in Schoploch à V.VV altero Episcopo ob reuerentiam Sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis, & præcipuè in honorem Sanctissimæ Dei genitricis, quæ est vera patrona huius Ecclesiæ. Notandum quod hæ sint reliquiæ contentæ in summo altari. 4. Virginum è numero vndecim milliũ Virginum, Hoc in altari S.Michaëlis trium Virginum è numero, quarum vna vocatur Christina; in altari S.Erasmi reliquiæ multarum Virginum de numero vndecim millium Virg.*

4. Test. *Nos Aleidis D.G. secularis Ecclesiæ SS.XI.millium Virg. in Colonia, duo maldera pro memoria Elisabeth sororis nostræ quondam Abbatissæ Ecclesiæ nostræ &c.* Donat deinde domum suam de VVesterburch Capitulo; sepulcrum eligit apud Minores. circa An.Dom.1334. in Testamento suo.

10. Test. *Nos Elisabeth filia Nobilis Aduocati Colon. Abbatissa Sanctimonialium professentium regulã S.August. dictarum VVeierensium, & Ideflera Priorissa eiusdem conuent. notum facimus, virum religiosum Ordinis Fratrum Prædicatorum, Fr.Guilielmum de Molette Podij degentem, nobis retulisse deuotum affectum suæ vrbis, erga 11000. Virgines, nobisq; supplicasse, vt vnius illi corpus curaremus. Quod cum per septem annos importunis precibus magna instantia solicitasset, nos nolentes eius desiderio refragrari, vehementerque cupientes augeri erga Sanctas Virgines pietatem, cum totius Conuentus nostri consensu donauimus eidem Religioso viro corpus S. Alidis neptis S.Cyriaci, atq; huius sancti reliquias aliquot, & corpus nepotis eius Iacobi Episc. Mediolan. fratris eiusdem S. Alidis, ac Patris S.Vrsulæ, quæ oẽs reliquiæ, & totius turmæ 11000. Virginum sub nostra sunt custodia, colunturq; ab omnibus. Donum hoc ex pura, & speciali gratia concessum est. Quare rogamus habitatores patriæ religiosi huius, vt cum has reliquias receperint, debita reuerentia, & honore eas habeant.*

Appoſuimus his noſtris literis ſigillum Conuentus noſtri. Datum 3. Aprilis. An. 1334. Podium ea ſacra lipſana peruenerunt eodem anno Bernardo Bruni Podienſi ſeu Anicienſi Epiſcopo V. hiſtoriam D. Virginis Podienſis ab Odone Giſſeij, Soc. Ieſu editam Lugduni A. 1620. Inciderunt in hunc catalogum errores quidam: nam alibi Marinum conſtituimus tunc Mediolanenſem Epiſcopum: niſi hunc Iacobum feceris alterius Coëpiſcopum vel Suffraganeum: nec Pater S. Vrſulæ Iacobum fratrem: ſed conſobrinum habuit ac ſecularem: turma autem creditur in Weier inuenta, translata iam ad S. Cæciliam.

11. Teſt. Compoſitionis: *Ego Paulus de Hugehouen notum facio præſentibus, quod cum inter V. DD. Pyronettam Abbatiſſam, & Capitulum SS. vndecim mil. Virginum in Colonia ex vna parte, & me ex altera &c. ſuper curte &c. Et nos Officialis Curiæ Col. ſigillum Officialatus appendimus An. D. 1337.*

12. Teſt. Concordiæ factæ: *Noueritis, quod cum V. & Religioſa D. Pironetta Abbatiſſa ſecularis Eccleſiæ SS. Virginum xi. millium Colonienſium, Patrona Eccleſiæ in Boëſdorf ex vna parte &c. Et Parochiani ex altera: pronunciamus in iure inter V. Abbatiſſam Eccleſiæ SS. xi. mil. Virginum. Actum An. 1337.*

13. Teſt. Ex inſcriptione reliquiarum cœnobij Cappenbergenſis. An. 1337. In ciſta reliquiarum talis inuenta eſt epigraphe: *Reliquiæ S. Auſtaiæ V. & M. quæ fuit vna de ſocietate xi. mil. Virginum.* Item, *caput cuiuſdã Virginis, cuius adhuc nomen neſcitur &c. quas reliquias ego Hugo Sacerdos conquiſiui cum eſſem Coloniæ illo die, quando ſolenniſſima proceſſio BB. Magorum celebrata fuit:* de qua Chron. Col. An. 1337.

14. Teſt. *Ego Imagina de VValdecke Canonica ſecularis Eccleſiæ SS. XI. mil. Virginum Colonienſium, domum meam aſſignaui Iuttæ ad ornamenta capſæ S. Valerij An. 1338.*

15. Teſt. *Nos Pernetta D. G. Abbatiſſa ſecularis Eccleſiæ SS. XI. mil. Virginum in Colonia, notum facimus, quod cum ſtrenuus vir D. Gerardus Roſt de Diſternich, dictus de VVilre S. Arnoldi &c.* huic permittit dotationem altaris S. Arnoldi, Datum An. D. 1339.

16. Teſt. *Nos Mechtildis relicta quondam Ioannis de Leilſtorf, & VVernerus filius eius, notum facimus, proteſtantes cum V. D. Conuentus Eccleſiæ SS. XI. mil. Virginum Colonienſium curtem noſtram vendidimus, & ad manus prædictarum Dominarum Eccleſiæ SS. XI. mil. Virginum renunciare faciemus An. 1340.*

17. Teſt. Ijdem in alio inſtrumento numerant octies SS. Virgines: *Mechtildis, Robinus, de filia gener, vendidimus Capitulo ſecularis Eccleſiæ SS. XI. mil. Virginum in Colonia. His omnibus modo debito peractis: vt etiam dictum Capitulum Eccleſiæ SS. XI. millium Virginum certius reddatur, ſpecificatur coram V. D. Pernetta de Arnsberg Abbatiſſa dictæ Eccleſiæ SS. XI. mil. Virginum tanquam Domina conceſſionis eorundem bonorum. Imprimis Abbatiſſæ dictæ Sanctarum vndecim mil. Virginum pro tempore exiſtenti ſoluetur &c. item ad iudicium D. Archiepiſcopi Colonienſis ſuper Greesberg ſex denarij ſolui competit præfato Capitulo Sanctarum vndecim mil. Virginum. Conſtituimus fideiuſſores apud dictum Capitulum Eccleſiæ XI. mil. Virginum, qui ſe in ſolidum obligandos promiſerunt. Et nos Pernetta de Arnsberg D. G. Abbatiſſa Eccleſiæ Sanctarum vndecim mil. Virginum proteſtamur. Datum, actum, renunciatum in vigilia S. Agathæ An. Dom. 1340. Transfixum Ego Eimericus proteſtor me obligatum eſſe V. DD. Capituli SS. vndecim mil. Virginum nomine fideiuſſorio.*

18. Teſt. VIrici Abbatis Campililiorum floruit An. 1340. is in libro bipartito, quem concordiam caritatis appellauit, in 2. parte de Sanctis ita piè commentatur circa vitam S. Vrſulæ: *B. Vrſula Regis Britonum filia, cum à filio Angliæ Regis amaretur & ſibi coniunx peteretur, triennium inducias poſtulauit, in quo ſibi decem regales virgines ſodales proſuo ſolatio, & quælibet cum mille virginibus aduenientes ſibi ſocias adunauit, quæ multos de populo, Clero & Papa Cyriaco congregans: & ſimul Coloniam venientes ab Hunnis ibidem martyrij palmam perceperunt.* Vide plura apud eundem.

19. Teſt. Ex inſcriptionibus Oſnabrugenſium Reliquiarum: *Hæ ſunt reliquiæ Eccleſiæ Oſnabrugenſis datæ ſub anno Domini 1343. & per R. in Chriſto P. ac D. Godefridum de Arnsberg Oſnabrugenſem Epiſcopum in ſuis locis circa ſummum altare dictæ Eccleſiæ reuerenter reconditæ. In capſella à dexteris ſummi altaris in latere verſus Auſtrum requieſcit corpus S. Permerij Epiſcopi Cremonenſis, de Græcia, qui erat de ſocietate XI. mil. Virg. & Mar.*

ciuitas

initas verò vbi ipse B. Permerius erat Episcopus, Cremona vocatur, & est ille Episcop. vnus de Suffraganeis Episc. Mediolanensis: & S. vir Permerius cum esset de finibus illis, cum sacræ Virgines peregrinarentur in vrbe Romana adiunxit se illis, & veniens cum eis Coloniam, quæ tum ab Hunnis obsessa erat, cum ijsdem sacris virginibus ibidem glorioso martyrio est coronatus. In prædicta eadem capsella supra sacrum corpus prædictum posita sunt reliquiæ aliæ de prædicta societate XI. mil. Virginum & Martyrum, scilicet S. Vrsulæ Magnæ, S. Aetherij bonsi S. Vrsulæ, S. Eleutherij, cetera vide lib. 8.

20. Test. Ex inuentione 136. corporum in S. Maximino Coloniæ: *Notum sit omnibus, quotquot has legerint, vel audierint legi literas: quod tempore Archiep. Colon. VValrami Gulich nominati, & Decani Metropolitani Conradi à Rennenberg A. post Chr. natum 1348 & proximo insequenti, inuenta sint apud S. Maximinum & exhumata intra sanctimonialiũ immunitatem quaquauersum circa cœnobium Sanctorum lipsana diuersis vicibus, & excreuerit numerus ad 136 corpora de Sodalitate SS. XI. mil. Virg. In his exhumatus etiam Rex quidam Siciliæ est, Theodorus dictus. Cum vxore Regina Firmindina dicta, filio Theodisco, & filia Pignosa: etiam inuenta Euphrosyna Regina Hispaniæ, Gorgonius Episcopus item Hibaniæ, Comitissa Petronilla.*

21. Test. Officialis, Præpositi, Archidiaconi Colonienses: *Noueritis quod in nostra præsentia, &c. Et quia prædicti Ioannes & Lufardus fratres cum D. Abbatissa sec. Ecclesiæ S. XI. mil. Virg. in Colonia, quæ prædicta bona cõcedere debet. Acta sunt hæc præsentib. D. Ionne Plebano, & Ioanne de Oissendorf Canonicis Ecclesiæ secularis SS. millium Virg. Coloniæ An. Dom. 1348. Indict. 1. 23. Febr.*

22. Test. *Ego Ioan. VValbode de Bolckouen Parochianus Ecclesiæ in VViler, publicè recognosco, quod ritè & rationabiliter vendidi, & præsentib. vendo D. Abbatissæ, & Capit. Eccl. S. XI. mil. Virg. Colon. redditus annuos perpetuos. Et ego Bruno Plebanus Eccles. in VViler protestor & recognosco, me ad ipsius Ioan. VValbode & dictorum Scabinorum in Greesberg, dictu recognoscentium instantes, sigillum literis præsentibus appendisse An. Dom. 1349.*

23. Test. *Ego Godefrid. de Muichusen armiger, cupio fore notum, quod D. Abbatissa & Capitulum SS. XI. mil. Virg. Colon. ab omni actione, impetitione & requisitione, quas contra eas habui ex certa reconciliatione, quitas in his scriptis penitus dico & solutas An. 1350.*

24. Test. *Ego Lysa Canonica sec. Eccles. SS. XI. mil. Vir. Colon. facio manifestum: pro exsecutoribus elegi Canonicas SS. XI. mil. Virg. Gesta sunt præsente Rectore altaris S. Crucis, in Ecclesia SS. XI. M. Virg. An. 1350. Indict. 3. 19. Aprilis.*

25. Test. Nos Pernetta de Arnsberg D. G. Abbat. secularis Eccles. SS. XI. M. Virg. Patrona Parochialis Eccles. in Boësdorf &c. Et ego Ioannes Pastor protestor & recognosco, quod cum V. D. Pernetta Abba. seculari. Eccl. SS. XI. M. Virg. super præsentatione concordaui An. 1350.

26. Test. *Pernetta D. G. Abbat. Catharina Decana, totumq; Capitulum Ecclesiæ SS. XI. mil. Virg.* statuunt de domo Canonicali An. 1350.

27. Test. *Hilgerus Hierzelein & Durida coniuges. Noueritis, quod nos conduximus & per præsentes conducimus domum erga V. Dominas Abbatissam, totumq; Capit. Ecclesiæ secularis S. XI. M. Virginum. A. 1350.*

28. Test. *Wilhelmus D. G. S. Colon. Eccles. Archiep. Vt reliquiæ SS. XI. M. Virg. ad Capellã S. Catharinæ V. in monasterio S. Maximini Colon. translatæ honore debito ac Christi fidelium frequentia ampliori honorentur, omnib. verè pœnitentibus, confessis & contritis præfatã capellam piè visitantibus, 40. dies Indulgentiarum impertimur. Datum Coloniæ An. 1351.*

29. Test. Ioan. Thauleri floruit A. 1351. scripsit sermonem *de XI. millibus* Virginum.

30. Test. Compromissi. *A. D. Pyronetta de Arnsberg Abbat. sec. Eccles. SS. XI. M.* Virg. *in Colon. nominati arbitri Reinold. de Spanheim Præpositus S. Mariæ Moguntinensis, & Florenius de Weuelickhouen senior Colonienſis Ecclesiæ An. 1352. Indictio 5.*

31. Test. Veteris Martyrologij M. S. Pragensis de reliquijs A. 1360. trãslatis *12. Kal. Oct. in Col. Agrip.* Virg. *XI. millium, quarum Dux fuit S. Vrsula* Virgo *ex Britannia, quæ dũ filio Regis cuiusdam nuptui tradi debuisset, ex reuelatione diuina petit, vt illi dentur 10.* Virgines, *quarum quælibet habeat mille socias: ipsi totidem assignatæ. Inter quas Pinnosa Maximi Ducis filia post* Vrsulam *fuit secunda, cumq; dies nuptiarum instaret, adscendentes triremes*

Basileam applicarunt, & hinc relictis nauibus Romam, cum quib. Papa & plures Episcopi ad-scenderunt, & intrantes Rhenũ cum ad Coloniã descendissent, Attila flagellũ Dei tunc Coloniã obsidebat, ac putans hostes in se vi irruere pro subsidio ciuitatis, anteq; audiat, vel interroget, cunctas peremit. Cumq; Vrsula nollet suo nuptui consentire, sagitta illã in corde trãsfixit. B. autem Cordula metu, quæ latebat, confortata, se vltro obtulit, & martyrium accepit. Postea Hunni cœlesti virtute territi omnes fugerunt, & ciues SS. corpora cum fletu extrahentes honorificè in suis Ecclesijs sepelierunt. De quarum numero corpus S. Sapientiæ obtinuit Carolus Imperat. & caput eiusdem: atq; tumbam ornatam auro & argento donauit Ecclesiæ Pragensi.

32. Test. *Officialis, Præpositi, Archidiaconi Colonienses constituti in nostra præsentia Paulus de Weltcasseler, & Benigna eius vxor confessi sunt, se obligatos esse pro se, & suis heredib. Abbatissæ, Decanæ, & Capit. Ecclesiæ SS. XI. mil. Virg. in Colonia A. 1360. pridie Epiphaniæ.*

33. Test. Ex inscriptione altaris: *Nos Rudolphus D. & Apost. Sedis gratia Constantiensis Episcop. A. D. 1360. sabbato proximo ante festum XI. M. Virg. quoddam altare consecrauimus in honorem S. Crucis.*

34. Test. Ex Testamento Ioan. von der Wolseck. *Ecclesiæ XI. M. Vir. 25. marcas legat, vt annua memoria eiusdem conseruetur.*

35. Test. Instrumentum donationis & cessionis exsecutorum Testamenti: *VV alterus de cornu,* alijque ter nominant *Ecclesiam secularem SS. vndecim mil. Virg. A. 1364.*

36. Test. Officialis, Præpositi, & Archidiaconi Colon. *Constitutus in nostra præsentia D. Franco de Vbach, Pastor in VVitstelden, asseruit, quod cum alias V. D. Pernetta Abbat. Catharina Decana, totumq; Capitulum Ecclesiæ SS. XI. M. Virg. domum suam concesserint pro annua pensione A. 1365.*

37. Test. *Nos Peronetta totumq; Capitulum Ecclesiæ SS. XI. mil. Virg. Colon. profitemur,* de domo post coquinam Abbatissæ An. 1366.

38. Test. Pro memoria defuncti mandatur *Pastori S. Mariæ Indulgentiarum, vt Magistro scholarũ Eccl. XI. M. Virg. & 4. scholarib. certũ annuum stipendium persoluatur. A. 1368.*

39. Test. Matthæi Westmonasterienſis. circa An. 1370. Hic licet Galfredi sequatur in multis narrationem, à Chronologia tamen eius nouem deflectit annis, & Coloniam agnoscit ex orbis communi consensu locum Martyrij. Ad A. 392. *Vndecim quoque millia Virginum, quæ apud Coloniam passæ leguntur, ab hac clade* (naufragij) *inciderant in nefandum exercitum Vannij Regis Hunnorum.*

In Chronico Comitũ Schawenberg.

40. Test. Lerbeccius de victoria Luneburgensi: *Ciuitatem Luneborg in nocte vndecim millium cepit.*

Et in carmine rythmico: *Nocte puellarum nouies & deca mille sacrarũ muros conscendunt.*

41. Test. An. 1370. autenticè erecta vidi 4. instrumenta vernaculo sermone, in quibus semper Ecclesia nominatur der Ilf dusendt mägden: Ecclesia vndecim mill. Virg.

42. Test. Ex compromisso: *Reinardus de Titze, Pastor in Pirne, Syndicus & Procurator secularis Ecclesiæ SS. XI. M. Virg. in præsentia Notarij de pensionibus annuis soluendis Abbatissæ & Capit. secul. Ecclesiæ SS. XI. mil. Virginum Colonienſium singulis annis. Nos Margareta de Isenburg Abbatissa, Irmgardis de Lapide Decana &c. secul. Ecclesiæ SS. XI. mil. Virg.* Eodem anno in Ecclesia S. Andreæ: *Ioannes de Gripho, Præpositus & arbiter pronunciauit, quod lis orta esset de soluendis quibusdam pensionibus D. Abbatissæ & Capitulo SS. XI. M. Virginum, &c.* decidit pro Abbatissa A. 1374.

43. Test. Ex Iuramento Abbatissæ, circa hoc tempus in M. S. Codicem membraneum relato. *Ego N. Abbatissa, ab hac hora in antea ero fidelis R. D. D. N. Archiepiscopo Colonienſi, & Ecclesiæ meæ Sanctarum vndecim millium Virginum Colonienſium &c.*

44. Test. *Nos Margareta de Isenburg, Dei patientia Abbatissa secularis Ecclesiæ Sanctarum vndecim mil. Virg. Colonienſium &c.* suscipit resignationã D. Ioannis de Gripho, Præpositi ad gradus curtis in Ossendorf, & bonorum in Waldorff, quæ beneficij nomine habuit à Capitulo, & idem beneficium confert Ioanni cognato eius. Anno 1377. Indict. 5. 10. Aprilis.

45. Test. *Nos Fr. Conradus de Brunsberg, Dei patientia Magister fratrum Hospitalis B. Ioannis Ieroſolymitani Alemanniæ Generalis, notum fieri volumus: quod cum alias inter*

Ven. per-

en.personas Dominam Abbatissam & Capitulum secularis Ecclesiæ Sanctarum vndecim illium Virginum Colonienſium ex vna parte,& Religioſos viros Commendatorem domus ſtræ Colonienſis ex altera eſſet cauſa ſuborta , & ventilata aliquamdiu. Quapropter nos ofitemur ſoluere obligatos Dom. Abbatiſſæ & Capitulo SS. XI.mil.Virg. Coloniæ annuam nſionem.A.D.1378. 3.Sept.

46.Teſt. Ex conſecratione templi Aldenbergenſis Anno 1379. *Cum circa An-* Iongelinus
um 1379. conſummata fuiſſet Monaſterij Aldenbergenſis Eccleſia , dedicata eſt in ho- lib.2. Noti-
rem Dei , Deique genitricis,Sanctiſſimæ Virg.Mariæ,& Sanctorum Confeſſorum Be- tia Abba-
dicti & Bernardi Abbatum,Sanctarumque vndecim millium Virginum per D.VVich- tiarum.
ldum.

47.Teſt. *Nos Margareta de Iſenburg Abbat.totumq; Capitulum Eccleſiæ ſecularis SS. I.M.Virg.* agit de domo ad cygnum An.1379.

48.Teſt. *Officialis curiæ Colonienſis.Conſtitutus in noſtra præſentia Henricus de Reis ocurator in curia Colonienſi, Syndicus & Procurator nomine Venerabilium perſonarum, mgardis de Iſenburg Abbatiſſæ, & Irmgardis de Stein Decanæ,&c. totiuſque Capituli gularis Eccleſiæ SS.vndecim mil.Virg. Colonienſium, vigore mandati ſui templi ſpeciali- r directi,ijſdem confeſſus eſt,Capitulum teneri,& obligatos fore Cunoni de Mavvenheim. ctum & Datum An.1384.*

49.Teſt. *Nos Irmgardis de Iſenburg,Irmgardis de Stein Decana,totumq; Capitulum gularis Eccleſiæ SS.XI.Mil.Virginum , in loco noſtri Capituli conſueto ad ſonum campanæ pitulariter more ſolito congregati , conſtituimus D. Reis Procuratorem , Anno 1384. .Ian.*

50.Teſt. *Anno Dom.1385.Indict.8. 8.Martij,in V.D. Ioannis de Ceruo legum Do- oris Officialis curiæ Colonienſis,& mei Notarij præſentia perſonaliter conſtituti D. Ioannes uerſoltz pro tempore præſenti Proconſul ſeu Magiſter ciuium Ciuitatis Colonienſis,ſuper . turnalibus terræ arabilis per Cunonem de Mavvenheim,Dominis Decanæ & Capitulo cleſiæ ſecularis,SS.XI.mil.Virg. Colonienſium venditis renunciarunt,omnibus iuribus ſi- competentibus:ſuper quibus Syndicus Capituli antedicti Eccleſiæ SS.XI.mil.Virg. Coloni- ſium requiſierunt à me notario inſtrumentum.*

51.Teſt. *An.1390. 1.Octobris,in mei Notarij præſentia DD.Theodoricus Vbach, & Vilhelmus de Geuenich Canonici prebendati Eccleſiæ SS.XI.M.Virg. Colonienſium per- luerunt , & tradiderunt nomine Capituli SS.Virginum 250. florenos aureos D.Ioanni de eruo Officiali,nomine Capituli S.Seuerini.*

52.Teſt. *Nos Irmgardis de Iſenburg Abbatiſſa,Irmgardis de Lapide Decana , totumq; apitulum Eccleſiæ ſecularis SS.XI. M.Virg. Colonienſium teſtamur nos legiſſe. An. 1391. cta ſunt hæc in domo.*

53.Teſt. *Ego Theodoricus de Vbach,Canonicus Eccleſiæ SS.XI.mil. Virginum Coloni- nſium,domum meam ſitam in oppoſito Eccleſiæ S.Mariæ Indulgent.cum omnibus attinentijs apitulo Eccleſiæ SS.XI.mil.Virginum dono & ſupporto purè & ſimplici donatione perfecta, irreuocabili inter viuos. An.1393.Nos Decana & Capitulum Eccleſiæ SS.XI.M.Virginum Colonia approbamus ſic liberaliter factam voluntatem , & promiſimus nos iuxta volun- tem dicti Domini omnia adimplere. An.1393.*

Alio inſtrumento ijdē eodē anno fundant anniuerſarium ſuū:iterum alio prouē- us certos conſtituunt Vicarijs Epiſtolam & Euangelium cantaturis:in ſingulis ali- uoties mentio fit Eccleſiæ *SS.XI.mil. Virg.* Multa his ſimilia tædij vitandi gratia rætermitto.

Ex hoc capite liquet , quam indubitatus fuerit apud ſummos infimoſque intra oloniam,& extra:in tabulis publicis,documentis,& teſtamentis numerus vnde- im mil. Virginum:quo nomine, velut tunc vſitatiore,vocabatur Eccleſia, & con- tractiore modo Sanctarum Virginum:vulgò & vernaculè vel Santefuil- gen corruptè è latinis vocibus,vel Jlff tuſendt mägde , ve- teri Belgico more,appellabatur.

CAPVT

CAPVT XX.

Ab An.1300. & sequentibus seculis test.quindecim, Canonum interpretum, & S.R.E. de Cyriaci Pontificatu, ac peregrinatione Romana.

ITerum Canonum interpretes, quorum permulti Cardinales, Archiepiscopi, Auditores rotæ, vel Magistri sacri palatij fuerunt, huc cito, vt in quindecim viral concilio de Cyriaci Pontificatu, & peregrinatione Vrsulana pronuncient sententiam: postquam vidimus eundem passim orbe toto, post repertas eius reliquias, & titulum ab historicis eruditissimis fuisse sine controuersia receptum in album Romanorum Pontificum, vel Vicariorum.

Augustini Triumphi de Ancon. lib. de potest. Eccl. 14. cap. 8.

1. Augustinus Triumphus An.1320. *Dicendum, quod Canones & gesta Sanctorum quatuor summos Pontifices narrant renunciasse Papatui, Clementem, Cyriacum, Marcellinum, & Cœlestinum. Cyriacus verò resignauit propter martyrij coronationem: nam sicut notatur in legenda vndecim millium Virginum, quando S. Vrsula cum alijs vndecim millibus Virginum Romam venit: tunc Cyriacus Vrbis Romæ Episcopus Angelica visione monitus, quod cum illis Virginibus simul deberet esse martyrij coronam recepturus, statim congregatis Cardinalibus, eis reclamantibus & venientibus, Papatui renunciauit &c.* Et infra: *Cum ergo horum omnium supradictorum Pontificum renunciationem Ecclesia habuerit ratam, & acceptam: cuius signum est, quia omnes canonizauit, & scripsit in Catalogo Sanctorum autoritate Ecclesiæ, satis est manifestum, quod Papa potest renunciare.*

Albericus de Rosate In Dictionario V. renunciatio.

2. Albericus de Rosate Anno 1330. *An Papa possit renunciare? Dic quod sic. eodem titulo (de renuntiat. in 6.) cum ibi notatis: & adde vnum, qui miraculosè renunciauit S. Cyriacum Papam, de cuius mirabili renunciatione nota in legenda vndecim millium Virginum: & hoc plenè notaui in libello de potestate Papali & Imperiali in fine.*

Ioan. Andreæ, in ca. 1. de renunciat. in 6.

3. Ioannes Andreæ floruit An.1340. in Nouella in 6. *Datur certum exemplum de Cyriaco Papa: de quo legitur, quod cum Vrsula & vndecim millibus Virginum martyrizatus est: scribitur enim de ipso, quod sibi quondam reuelatum est, quod esset cum illis Virginibus palmam martyrij recepturus: tunc congregatis Clero & Cardinalibus, omnibus inuitis, & præcipuè Cardinalibus, coram ipsis renunciauit dignitati in officio: sed iste Cyriacus in Catalogo Romanorum Pontificum non denominatur: quare creditum fuit per Cardinales, quod non propter deuotionem, sed propter oblectamenta Virginum Papatum dimisisset.* Hactenus Ioannes Andreæ, mortuus circa An.1348: & quia fons & tuba Iuris Canonici dicebatur, ex posteriore tamen eius commentario statim inseri cœpit glossæ Iuris Canonici talis additio. vt ad me Roma scribit Doctor Petrus Marionius consultus à me de autore additionis Cyriaci in Glossa. Respondit enim his verbis: *Glossam quæ exstabat in cap. 1. de renunciatione in 6. facientem mentionem de Cyriaco Papa fuisse Ioannis Andreæ; is enim librum 6. Decretalium à Bonifacio 8. promulgatum inter primos (qui fuerunt Ioannes Monachus Cardinalis, & Guido Baiso Archidiac. Bononiensis) Glossis illustrauit: quæ propter summam eius in iure Pontificio autoritatem, statim fuerunt textui adscriptæ. Quapropter vt ipsas suppleret, & diligentius explicaret, pleniora commentaria conscripsit, quæ eodem nomine, quo commentaria in libros Decretalium Gregorij noni appellauerat, Nouellas nuncupauit; in quorum præfatione narrat hæc omnia. Glossa autem, de qua quæritur, non in prioribus sexti decretalium expositionibus, quæ adhuc integræ supersunt ad textum adscriptæ: sed in posterioribus commentarijs reperitur. Ad supplendam enim glossam in V. videbantur, duobus exemplis Romanorum Pontificum, qui Papatu se abdicarunt, tertium de Cyriaco adiunxit: quod iisdem verbis commemoratis in themate exstat in eius lectura, seu cõmentario ad dictum cap. 1. propè finem V.* Datur tertiũ exemplum. *Cum verò hæc additio inter glossas alias Ioannis Andreæ appendicis loco fuisset adscripta,*

Author glossæ de Cyriaco.

ſcripta, in noua editione canonum tempore Gregorij decimi tertij facta à Cardinalibus ſe-
ctis, & alijs viris doctis, quibus ea cura demandata erat, vt Decretum & Decretales Con-
ſtitutiones, quam emendatiſſimæ prodirent, fuit inde amota, non alia ratione, niſi quia Cyria-
illius ſpontanea abdicatio, cum ſacris Virginibus profectio, ac martyrium nulla ſcriptorum
eterum autoritate fulcitur. Hactenus æui noſtri decus Petrus Marionus. Vnde col-
go nimium dixiſſe D. Fleien, dum de citata gloſſa ſuum hoc profert iudiciũ: *Gloſſe-*
a hoc nullius eſt momenti; vtpote quod neque in antiquioribus exemplaribus inuenitur,
eque ab autore ipſo; ſed ab alio quodam per parentheſin cognoſcitur intertextum. Certè
oſteriores Pontificij iuris interpretes conſtat iam tum eo, & ſeculis ſequentibus
l recepiſſe, licet hoc tempore non amplius gloſſæ autenticam, ſed priuati Docto-
s præcipui Ioannis Andreæ mereatur autoritatem: pro qua tantum hic eam al-
egaui.

4. Dominicus à S. Geminiano floruit A. 1440. is in receptam tunc gloſſam ita cõ- *Geminian.*
ientatur: *Vltra exempla hic poſita datur aliud exemplum de Cyriaco Papa, qui martyriza-*
us eſt cum Vrſula, & vndecim millibus Virginum: de quo ſcribitur, cum nocte quadam ſibi
iſſet reuelatum, quod eſſet recepturus palmam martyrij cum illis Virginibus, tunc congrega-
Clero, & Cardinalibus omnibus inuitis, coram ipſis renunciauit &c. vide cetera ſupra.

5. Antoninus 3. p. tit. 23. cap. 4. floruit An. 1450. verba eius vide lib. 1. cap. 41. *S. Antonin.*

6. Ioannes de Turrecremata Cardinalis Dominicanus floruit A. 1450.
Reſpondendum quod Papa poſſit renunciare. Iſta concluſio oſtenditur vera tripliciter: *Turrecre-*
ilicet autoritate, exemplis, & rationibus. Exemplis patet; nam leguntur ſummi Pontifi- *mata.*
es renunciaſſe, ſicut B. Clemens, item B. Cyriacus, ſicut patet in legenda vndecim millium *In C. quam*
irginum. *periculoſũ*
7. q. 1. n. 2.

7. 8. & 9. Ioannes Burgundus, Ludouicus Gomes, & Flaminius Pariſius, ver- *Ioan Burg.*
a eorum V. l. 1. c. 41. *Lud. Gom.*
Flam. Pa-
riſius.

10. Silueſter Prieras Magiſter ſacri Palatij circa An. 1500: *Quæritur vtrum Pa-* *Silueſter*
a poſſit renunciare Papatui. Reſp. *Quod ſic: vnde quatuor renunciaſſe legimus, ſcili-* *V. Papa fol.*
et Clementem, Cyriacum, Marcellinum & Cæleſtinum, licet non ex iiſdem cauſis, quos om- *438 n. 3.*
es Eccleſia canonizauit.

11. M. Antonius Cucchus inſcripſit Greg. 13. Pandectas iuris Pontificij: is hæc *M. Anton.*
abet. *Deſinit autem quis Pontificatu fungi, morte, & renunciatione: neque deſunt exem-* *Cucch. l. 2.*
la, qui ſponte ſe à Pontificatu abdicarunt vt Clemens, Cyriacus, Felix. *pand. t. 2.*

12. Bartholomæus Fumus hæreticæ prauitatis inquiſitor vixit An. 1590. cum *Fumus.*
Baronio, *Papa poteſt renunciare Papatui, etiamſi iuraſſet non renunciare, cum adeſt cauſa* *In Armil-*
ationabilis, ſicut fecit Papa Cyriacus, & multi alij. *la V. Papa*
n. 8.

13. Lælius Zechius, Anno 1601. *Clarum eſt Papam poſſe renunciare Papatui, vt* *Zechius li.*
ſt definitum in cap. 1. de Renunc. in 6. vnde & tolli poteſt contrario diſſenſu, & nolitio- *de rep. Ec-*
e, & ſic renunciatione: ſic Clemens, Cyriacus, Marcellinus & Cæleſtinus renun- *cleſiaſt. nu.*
iarunt. *36. de Papa.*

14. Hieronymus Gonzales viuit Romæ approbatus à Magiſtro Sacri Palatij, *Gonzales.*
ulgauit quædam in 8. reg. Cancellariæ. *Fuerunt namque plures Papæ, qui Pa-* *In proœmio*
atui ceſſerunt & renunciarunt &c. Cyriacus tertio loco renunciaſſe legitur, cui ſucceſ- *§. 5. n. 18.*
it Antherus, &c.

15. Acceſſit tandem Anno 1550. grauiſſimum iudicium Breuiarij Romani *Romanum*
le Camera Sedis Apoſtolicæ autoritate, reuiſum, & emendatum, vbi fusè Pon- *Breuiariũ.*
ificatus Cyriaci abdicatio, & martyrium deſcribitur.

CAPVT

CAPVT XXI.

Testimonia Chronologorum, vel qui Catalogos Episcoporum ediderunt, de Pontificatu Cyriaci adeoq; historia Vrsulana.

Roberti in Chronico.

1. ROBertus Altisiodorensis Monachus A. 1185. *Quidam Papa Cyriacus nomine cum ipsis passus est, fuit siquidem iste Pontiani Papæ successor, & rexit Ecclesiam anno vno & mensibus decem, & sic in locum suum virum sanctum, qui Antheros dictus est, ordinauit, & cum vndecim millibus Virginum discedens, sedem suam reliquit.*

Alberici in Chronico.

2. Albericus Trifontanus An. 1200. *Anno Domini 237 Romæ post Pontianum Papam successit ei Cyriacus de maiore Britannia anno vno & per XI. hebdomadas. A. 238. Romæ Cyriaco successit Antherus.*

Martini Poloni.

3. Martinus Polonus Archiepiscopus Consentinus A. 1280. *Pontiano dicitur successisse Cyriacus Papa, & sedisse anno vno.*

Anonymi.

4. Anonymus Pontificis Maximi familiaris & domesticus qui An. 1370. vixit. *Cyriacus secundum Martinum, successit Pontiano An. 238. sedit annis tribus, mensibus duobus, diebus quindecim: hic cessit Papatui Antheros sibi substituendo, & cum vndecim millib. Virginibus Coloniæ passus est.*

Cõpilationis Chronol. Fasciculi temporum. Philippi Bergomatis Chronici Colonienſis. Genebrardi. Henrici Erfordienſis.

5. Cõpilatio Chronologica. 6. Fasciculus temporũ. 7. Philipp. Bergomas. 8. Chronicon Colon. 9. Genebrardus. 10. Henricus Erfordiensis, horũ verba vide l. 1. c. 41. Notandum verò quosdam ex subijciendis dubitare de tempore Vrsulani martyrij, & quo sederit Cyriacus Pontifex: non tamen, quod is non fuerit Pontifex, vel non occisus sit cum S. Vrsula: inter quos etiam numerandus Fasciculus temporum, is licet neget quadrare tempus anni 237 & sub Martiniano collocet: Cyriacum tamen in Indice vocat Martyrem.

Naucleri vol. 2. generat. 8. Generat. 16

11. Nauclerus: *Cyriacus Papa Pontiano subijcitur, qui vno anno, & tribus mensibus fertur sedisse, ab Hunnis Agrippinæ, vna cum vndecim millibus Virginum profectus, martyrio consumtus: vt in Chronicis Martinianis habetur: alij tamen scribunt martyrium subijsse An. 370.* & alibi. *Posthæc, vt in Chronicis Hungarorum legitur, Attila præfectum exercitus sui Iulium, alias Gylam ad obsidionem Coloniæ destinauit: qui dum expugnare quæreret ciuitatem Colonienſem, cœtus ille vndecim millium Virginum Duce S. Vrsula simul cum illustri Duce Aetherio Anglorum Regis nato sponso suo, ac Cyriaco Papa, multisque alijs nobilissimis per Rhenum descendentes Coloniam applicat, ibique à prædicto Hunnorum Duce pro Christo martyrio sunt potiti: de quo tamen alij scribunt An. 238. trucidatos.*

Chronici Nurenberg.

12. Chronicon Nurrenbergense editum Anno 1494. *In quibusdam historijs habetur, quod Cyriacus successerit Pontiano immediatè, & Papatum dimiserit, vt cum virginibus martyrio coronaretur: sed ratio temporis hoc non permittit: hunc tamen vno anno & tribus mensibus sedisse scribunt. In catalogo Pontificum positus non est, quia contra voluntatem Patrum Papatui cessit;* subdit posteà fusam tempore Attilano martyrij narrationem, in qua Cyriacum Papam facit cum Virginibus Roma Coloniam profectum, ibique sanguinem pro Christo profudisse. Sic explico etiam sequens.

Chronici M. Belgij.

13. Chronicon Magnum Belgij, cuius auctor floruit An. 1450. *Hoc tempore vndecim millia Virginum ab Hunnis Coloniæ cæsa sunt; huic autem obstat, quod in quodam Chronico legitur sub Cyriaco Papa vndecim millium Virginum passionem accidisse, quem Cyriacum successisse Pontiano, & sedisse anno vno, mensibusque duobus: quia verò Roma cum Virginibus inuito Clero discesserit, non numerari inter Pontifices: verius autem est tempore Martiniani Imperatoris accidisse.*

Catalogi Episcopor. Leod.

14. Catalogus Episcoporum Leodiensium, quem D. Fleien nomine Harigeri Abbatis laudat, & hæc verba recitat in Metropolo: *Metropolus factus Episcopus Tungrensis Anno Domini 221, qui in Dei seruitio iugiter perseuerans, diuersas regiones tam domesticas, quam aduenas sua prædicatione in fide Christi illuminabat: Huius*

tempore

empore facta est sexta persecutio sub Maximino Imperatore, qui bellum contra Germanos uxilio Regis Hunnorum feliciter consummauit, qui dum Coloniam obsedisset, sanctæ Virgines Britannicæ, scilicet Vrsula Regina cum sodalibus suis à Roma reuertentes, & per Rhenũ Coloniam descendentes, ab Hunnis sunt interfectæ, quarum numerus fuit vndecim milliũ, xceptis viris & viduis, quorum numerus fuit 3000. Pontificante ibi Aquilino 4. à B. Maerno, qui eos in campo sepeliuit: Floruit sub Apostolicis Calixto I. Vrbano I. Pontiano, Cyriaco, & Anthero.

Certum videtur autorem huius non esse ipsum Harigerum: laudantur tamen hæc ipsa verba à trecentis ferè annis in vetustis Lectionibus translationis S. Odiliæ Beienburgensis M. S. Breuiarij.

15. Ioannes Placentinus Prior Dominicanus, vixit circa A. 1520. & in Episcopis Tungrensibus consentit, dum Metropolo coæuos Pontifices & Cæsares ita recenset. *Floruit sub Apostolicis viris Calixto I. Vrbano I. Pontiano, Cyriaco & Antheros. Imperantibus M. Aurelio, Alexandro, Maximo & Gordiano.* *Ioannis Placentinis*

16. Codex M. SS. Laurentij Leodiensis A. 1562. transcriptus ex autore peruetusto, cum de Metropolo agit, ita recenset personas præcipuas Vrsulani martyrij. *Tempore cuius passæ sunt virgines Coloniæ & cum eis martyrium assumserunt Foilanus Lucensis Episcopus, & Sulpicius Episcopus Rauennensis, Marculus Episcopus Gratiæ, Cyriacus Papa, Pantulus Episcopus Basileensis, Vincentius Presbyter Cardinalis, Mauritius Lauicanæ urbis Episcopus in anno Domini 230.* *M. S. Codicis S. Laur.*

Est & alius ibidem M. S. Codex Ioannis Stabulai Monachi, qui historiam Episcoporum ex Ioanne Vltramosano descripsit, & in Metropolo dicit. *Tempore eius passæ sunt Virgines Coloniæ.* *Ioannis Stabulai Vltramosani.*

Defensores Cyriaci Pontificatus.

Hæc duo capita propter D. Georgium Coluenerium potissimum attuli, qui c. 53. Cantipratani (quod c. 18. test. 12. laudaui) nonnihil reprehendit: & *excusandum* ait (Cantipratanum) *quod ea scribat* (de Cyriaco) *quæ vulgata erant*, se autem *legisse 19. Chronologos* nec vllum reperisse, qui eum Pontificibus adnumeret, at hic in duobus capitibus plures, quam 19. reperiet Cyriaci Pontificatus assertores: quibus si adiungerevelit Gerlacum, Harbernum, Rogerium, Richardum, Vincẽtium Bellucensem, Iacobum de Voragine, Petrum Equilinum, Pelbartum, Richelium, Bonfinium, Paratum, Leonardum de Vtino, Vlricum, Mombritium, Raimundum Cardinalem Gurcensem, Maldonatum, Nicolaum Olaum Archiepiscopum Strigonienſem, Vicelium, Canisium & alios, cum Martyrologijs, Breuiarijs, & historicis variarum gentium supra 50. testes idoneos eius Pontificatus, resignationis, & martyrij reperiet, imò ferè centuriam.

CAPVT XXII.

Ab Anno 1400. *ad* 1500. *testificationes* 27.

1. TEst. Gobelini vixit A. 140. eius contra Cyriacum & reuelationes intentata tela fregimus alibi: sed in quo à nobis contra Galfredum facit circa palæstrã martyrij iure laudandus est: ait enim *Martinianus Imperator annis sex. Huius temporibus passa creduntur vndecim millia Virginum apud Coloniam Agrippinam ab Hunnis, & tunc penè omnes ciuitates Rheni subactæ.* *Gobelini, Aetate 6. c. 22.*

2. Test. Iordani de Saxonia Ordinis Eremitarum S. Augustini, floruit An. 1410. Tres de XI. millibus Virg. sermones scripsit. Inter reliqua ait. *De isto genere virginũ superexcellenti fuit B. Vrsula cum suis collegis electis: inter quas plures fuerũt de alio genere virginum tam viduarum, quam coniugatarum: vt patet ex legenda. De omnibus his virginibus est illud psalmi.* Adducentur Regi Virgines, proximæ eius adferentur tibi: *vt Virgines intelligantur de perfectis, proximæ verò intelligantur virgines solamente, quæ magis sunt virgini proximæ & collegæ, quales plures fuerunt de societate harum Virginum: vt Gerasina regina Siciliæ & regina Angliæ, & plures aliæ. Inter has virgines quædam habuerunt* *Iordani.*

buerunt tres aureolas: vt Vrsula, quæ ratione virginitatis habuit aureolam Virginum; ratione martyrij aureolam Martyrum; sed ratione doctrinæ, quia scilicet tot Virgines conuertit, aureolam Doctorum. Creditur autem quod omnes illæ vndecies mille fuerunt Virgines veræ, quantum ad suum numerum totalem. Aliæ autem personæ non Virgines, vt Reginæ & Episcopi &c. non connumerantur illi numero; sed fuerunt superadditæ.

Vsserius c. 15. p. 631.

3. Test. Ex actis Concilij Constantiensis. In vtroque fuit disputatum de dignitate Regum, præsertim A. 1417. inter reliquos Legatos Alphonsus Garcias aduersus Oratores Regis Angliæ ex legenda aurea sic differuit, vt legitur in legenda vndecim millium Virginum. *Rex Angliæ erat paganus, & petebat in vxorem pro suo filio Vrsulam virginem Catholicam filiam Regis Britanniæ.*

4. Test. Marchianensis cœnobij carmen de reliquijs Vrsulanis A. 1419. altari insertis.

Milleno glomere, quadringenteno comitante
Inq; nonodecimo Maij lucenteq; terno
Conditur in plana crucis araq; nudaq; plana
Ossaq; mitrati Ioseph, nec nonq; Piati.
Ast de virginibus vndenis millibus inde.

5. Test. S. Antonini Archiepiscopi Florentini & Doctoris Theologiæ, floruit A. 1440.

VITA ET MARTYRIVM S. VRSVLÆ.

Tit. 11. de gestis Hunnorum §. 7. Chronici.

Defendit Chronologiam nostram.

HOc loco Chronicorum suorum Sigebertus describit harum passionem, quia sub Hunnis passæ sunt, qui isto tempore maximè inualuerunt in terra; sed longè ante ex historia earum apparet, illas passas esse: nam & ipsi Hunni etiam longo ante tempore cœperunt sua loca originalia deserentes per orbem discurrere. Igitur cum S. Vrsula vnica filia esset Dionoti nobilissimi, & ditissimi Britannorum Principis pulcherrima, & magni ingenij, dum nubilis à filio regis Angliæ ad nuptias peteretur, & Patrem suum valdè Christianum super hoc anxiari videret; tum quia filiam suam Deo deuotam ad nubendum cogere rationi consonum non erat; tum contra, quia non assentiendo Pagani feritatem expauescebat, ipsa diuinitus inspirata suasit Patri, vt Tyranno assentiret, ea tamen conditione proposita, vt ipse filius Regis Angliæ decem virgines ætate, forma, & genere electas sibi traderet, & tam sibi, quam singulis earum mille virgines adiungeret, & paratis ad numerum earum triremibus vndecim; inducias triennij sibi daret ad dedicationem suæ virginitatis, & ipse iuuenis sponsus baptizatus ipsis tribus annis instrueretur in fide; nouo vsa consilio spiritus Sancti, vt aut difficultate propositæ conditionis animum eius à proposito huiusmodi auerteret, aut hac opportunitate omnes coætaneas suas secum Deo dicaret.

Quia verò res à Domino agebatur, iuuenis omnibus propositis assensit, & Patrem ad idem induxit: & baptizatus sponsus omnia petita accelerari mandauit, & Virgines ad Vrsulam sponsam destinauit. Tunc Pater virginis accepto consilio ordinauit, vt filia sua viros haberet directores, quorum suffragio ipsa cum virginibus gubernaretur in spiritualibus, & temporaliū necessitate. Confluebant hinc inde multi ad tam mirum spectaculū, etiam Episcopi: Inter quos fuit Pantulus Basileensis Episcopus, qui eas Romam vsque perduxit, & inde reuersus cū ijs martyrium sumsit. S. quoque Gerasina Siciliæ Regina, & soror Dariæ Matris S. Vrsulæ re sibi nunciata cum quatuor filiabus, & filio páruulo Adriano, relicto regno in manu filij illuc pergens, se ijs vsque ad martyrium sociauit. Triremibus igitur, & sumtibus præparatis, recedens de Britannia hoc sacratissimum collegium Coloniam ciuitatem applicuit, ibiq; S. Vrsulæ reuelatum est à Domino per Angelum, quod Romam pergerent, indeq; illuc reuertentes ipsa cum sponso suo, & omni societate per martyrium ad gloriam peruenirent. De Colonia ergo ciuitate ad Basileam nauigio venientes, ab inde Romam pedestres applicuerunt; quas omnes Papa Cyriacus, & Clerus cum lætitia, & honore suscepit, qui & ipse de Britannia erat, & consanguineas inter eas nōnullas habebat, & ipse virgo existens, ei autē reuelatū est, quod martyrij palmam cum ijs esset consecuturus. Cum ergo aliquamdiu Romæ moram traherent; fecit Papa Cyriacus aliquas, nondum Baptismi gratiam consecutas, sacro fonte lauari. Demum manifestans voluntatem suam coram omni Clero suo, Papatui renunciauit, cum announ

rexisset

rexisset Ecclesiam, & mensibus circiter tribus, nonus decimus post Petrum Apostolum. Quod nimis ægrè Clerus accepit, vt relicta sede Petri post illam multitudinem pergeret mulierum, nescientes consilium Domini. De consilio tamen, & suasione sua alium elegerunt Antherum nuncupatum, de catalogo Pontificum illum B. Cyriacum remouentes.

Cum autem dictum sacrum Collegium Romæ maneret, duo iniqui principes Maximus, & Africanus gentiles, ne ex tanta multitudine fidelium, ad quam & alij iungebantur, nimis Christiana religio augeretur, explorato loco, quo tenderent, miserant nuncium ad Iulium cognatum suum Principem Regis Hunnorum, vt cum Coloniam applicarent, illuc applicans totam illam multitudinem trucidaret. Egressus igitur de vrbe B. Cyriacus Papa cum dicta multitudine virginum, ac etiam associatis eis pluribus Episcopis Sanctis, Coloniã proficiscebatur.

Interea Sponsus S. Vrsulæ B. Aetherius matre eius Christiana effecta, ac etiam patre iam defuncto in regno succedens, admonitus est ab Angelo, vt sponte Coloniam occurreret, & ibi cum ea martyriũ sustineret; sed iam iuuenis fidelis effectus, diuinam gratiã ita gustauerat, vt spretis carnalibus nuptijs cœlestes appeteret, & mori pro Christo sibi optatissimum foret. Monitis igitur Angeli acquiescens, cum matre, & sorore Florentina, & Episcopis Clemente, & Marculo, cum nepte sua, & alijs multis Coloniam Deo disponente ex vna parte, & Vrsula cũ Cyriaco Papa, & vndecim millibus virginibus ex alia simul applicuerunt, ad quas egressus de nauibus Hunni, qui tunc Coloniam obsidebant, vt lupi in oues omne illud sacrum collegium martyrio ad cœlum transmiserunt. Alijs autem occisis venientes ad Vrsulam, stupentes de eius pulchritudine, Principi suo obtulerunt viuam, cuius pulcritudinis amore captus, consolatus eã de virginum occisione, promisit, eam in coniugium se habiturum, si ei assentiret, quod illa recusante tyrãnus indignans, sagitta in eam directa martyrem fecit. Inter illos autem fuit vna Cordula dicta, quæ timore humano deuicta, remansit illa nocte in naui; sed à Deo confortata die sequenti se manifestans occisa est; quæ postea cuidam apparuit, mandans, vt die sequenti fieret festum de ea. PASSÆ SVNT AVTEM secundum alios ANNO DOMINI 237. TEMPORE ANTHERI PAPÆ, ET MAXIMINI IMPERATORIS: & si dubium sit de tempore passionis, nullo modo dubitat Ecclesia de earum Martyrio.

6. Test. Petri in Catalogo Episcopi Equilini, circiter Annum 1445. floruit.

Libro 9. c. 87. de Sanctis vndecim millibus Virginibus.

VNdecim millia virgines cum socijs earum Coloniæ passæ sunt sub Principe Huunorum Iulio, quarum omnium principalior, auctrix, & signifera fuit S. Vrsula: hæc filia vnica Regis Scotiæ Christianissimi nomine Mauri, sapiẽtia mirabili & pulcritudine insigni pollebat; quam Rex Angliæ nimis præpotens missis solennibus nuncijs filio suo in coniugium multis promissionibus, & blanditijs postulauit, adijciens minas, si ad eum legati vacui reuerterentur. Pater autem virginis cum iram Regis Angliæ formidaret, quid ageret anxiebatur, nec etiam volebat Deum offendere filiam suam homini gentili tradendo; nec Virginis sacrum propositum impedire, eius pudicitiam, quam Deo vouerat perturbando, Virgo autem Domini diuina reuelatione præmonita patri suasit, vt prædicto Regi assensum præberet, ea tamen conditione, vt iuuenis baptizaretur; & per triennium in fide instrueretur: & quod sibi à patre iuuenis, & à suo decem virgines electæ, & speciosæ in socias darentur, & tam sibi, quam illis mille virgines subscriberentur, & naues vndecim munitæ ad opus earum fabricarentur, quatenus dicto triennio per mare ludendo discurrerent, & virginitatem suam Domino dedicarent, hoc autem virgo popposcit, vt interim coæuas suas Christo virgines consecraret, & sponsum, & Patriã & ad fidẽ adduceret. Quod parentes, & iuuenis fieri cõsenserunt, sponsoq; continuo baptizato naues fabricari præceperunt. Omnia igitur festinantius parantur, virgines q; de diuersis mundi partibus congregantur, omnes Vrsulæ præsentantur. Pater autem eis honorabilem comitatum Episcoporum multorum, & Baronum Angliæ & Scotiæ tradidit, & necessariorum copiam subministrauit, multi quoq; ad tam grande spectaculum de diuersis vrbibus conuenerunt. Inter quos fuit Pantulus Basileensis Episcopus, qui eas vsque Romam perduxit, & inde reuersus cum ijs martyrium suscepit. S. quoque Gerasina Regina Siciliæ, quæ virum suum cõuerterat, Soror Mauri si Episcopi, & Dariæ Matris S. Vrsulæ, cũ quatuor filiabus suis, scilicet Babyla, Iulia, Victoria, & Aurea, & paruulo suo Adriano cum hoc per literas Patris Vrsulæ cognouisset, relicto q; regno in manu alterius filij per mare, in Angliam nauiga-

Vrsula vdã uit castitatem.

uit, cuius consilio, & etiam industria tam naues, quam omnes Virgines regebantur, & sic in nouam Christi militiam ab omnibus coniuratur.

Iuxta conditum igitur triennio per mare discurrunt, & omni ludorum genere se exercitantes, modo belli præludia inchoãt, modo fugam simulant; modo aliud fingunt, quod animo occurrebat. Tandem postquam Vrsula ad fidem, & pudicitiam omnes Christi virgines conuertisset, sub vnius diei spatio flante prospero vento, ad portum Galliæ qui Tiela dicitur applicantes, inde Coloniam sunt delatæ: vbi Angelus Domini B. Vrsulæ apparuit, & prædixit eas illuc integro numero reuersuras, & coronas martyrij percepturas; Ad cuius admonitionem inde venerunt Basileam, vbi relictis nauibus pedestres venerunt Romam: quas Papa Cyriacus gaudenter suscepit; quod de terra earum erat, & multas ibidem consanguineas habebat, plurimasque ex ipsis nondum baptizatas sacro fonte perfudit, qui diuinam reuelationem in somnis accepit; vt cum ipsis relicto Pontificatu discederet, & coronam martyrij cum eis acciperet; Et cum anno vno, & mensibus duobus & diebus viginti Ecclesiam rexisset; inuitis Cardinalibus, & Clero Romano, Papatui resignauit; & cum Vincentio Presbytero Cardinale, & multis alijs Virginum se collegio sociauit, & quod inuitis omnibus Pontificatum reliquit, nomen eius de Catalogo Pontificum Clerus abrasit. Videntes autem iniqui Principes Romanæ militiæ, scilicet Maximus, & Africanus, quod per sacras virgines multi ad eas vndique concurrentes ad Christum conuertebantur, explorata earum via, miserunt per literas ad Iulium cognatum suum Ducem gentis Hunnorum, vt apud Coloniam contra eas exercitum duceret, vbi virgines cum socijs trucidaret. Secuti sunt autem eas vna cum summo Pontifice prædicto Iacobus Episcopus Antiochenus, qui de Britannia patria sua veniens septem annis ibidem sedem tenuerat, & Romanam curiam visitare venerat; Maurisus quoque Lauicanus Episcopus, Auunculus Babylæ, & Iulianæ, & Foilanus Episcopus Lucensis cum alijs Presbyteris, & Clericis multis. His autem occurrit sponsus B. Vrsulæ Aetherius nomine, Patre suo iam Christiano defuncto, & matre cum sororibus baptizatis, qui diuinam iam reuelationem habuerat, vt sponsæ suæ occurreret, & cum ea palmam susciperet, qui secum de Britannia socrum Dariam adduxit, cum parula sorore nomine Florẽtina, & quendam Clementem Episcopum. His etiam se Romæ coniunxerat Marculus Episcopus Græciæ cum sorore sua, (potius sororis filia) Constantia filia Dorothei Imperatoris Constantinopolitani, quæ cuiusdam Regis filio nupserat: sed eo ante traductionem morte præuento, virginitatem suam Christo deuouerat. Omnes igitur virgines cum prædictis Episcopis, & multis alijs Coloniam redierunt, & ipsam iam ab Hunnis obsessam inuenerunt: in quas irruentes barbari, velut in oues lupi, totam illam gloriosam multitudinem gladijs peremerunt: sicque coronam martyrij perceperunt. Cum autem vidissent Vrsulæ pulcritudinem, manum retraxerunt; sed cum impio Hunnorum Duci nollet nubere, nec idolis immolare, ille contemtum se videns, directa sagitta illam in corde transfixit, & sic illa ad Dominum migrauit.

Quædam autem virgo nomine Cordula timore perterrita, in naui nocte illa se abscondit; sed in crastinum morti se offerens martyrij coronam suscepit.

Quarum corpora à fidelibus collecta apud Coloniam honore condigno tumulata sunt, & honorabilis Ecclesia cum notabili monasterio Virginum ad memoriam earum fabricata est, Passæ sunt autem Virgines vndecim mille cum socijs earum 12. Kalendas Nouembris Anno 450.

Hic in tempore à nobis dissentit: vnde & Constantiam vocat filiam Imperatoris Constantinopolitani, quem nos Regem Byzantinum appellamus.

7. Test. R.P. Arnoldi de Aluedia Prioris Carthusiæ Basileensis, floruit circa Annum Domini 1440. secundum alios 1480.

Placuit historicas narrationes piæ meditationis affectibus interrumpere, eos suppeditat R.P. Henricus Arnoldi Carthusianus, nostræ assertor sententiæ, quamuis nimium attilizet: fuit is natione Saxo, in concilio Basileensi Anno 1431. Notarius, postea S. Brunonis sectator; & multis annis Prior, ingenio clarus, eloquio dulcis, moribus grauis, diuinarum literarum cognitione apprimè exercitatus.

ME-

MEDITATIONES DE VNDECIM MILLIBVS VIRginibus R. P. Henrici Arnoldi de Aluedia Ordinis Carthusiensis Prioris olim Basileensis.

Ave Virgo gloriosa, Martyr pretiosa, illustris Domina Vrsula beatissima, vna cum Sanctis tuis sodalibus. Auete quoque vos electæ virgines, domicellæ nobiles, tantæ Reginæ consortes, venerandissimæ Martyres, vndecim millium numerum adimplentes, rem admirandam in vobis considero, & omni laude dignam, opusq; diuinum nunquam à seculo auditum, quis enim audiuit vnquam tot præclaras virgines in vnum congregatas, mundum, & ipsas contemnentes? quam magnificata sunt opera tua Domine in tot sponsis tuis? omnia hæc fecisti, vt voluisti. Benedictus sis in æternum, & vltra in tam nobili, & multa sponsarum suarum turba: & benedictæ vos Virgines felicissimæ, quæ meruistis tali sponso placere, placere autem studuistis sponso vestro, qui vbique candidus describitur & rubicundus, non solum virginitatis lilio, sed etiam martyrij cruore.

Anno siquidem Christi secundum aliquos 450. vel circiter, tempore Marciani Romanorum Imperatoris, vt nonnulli putant, persequente Christianos Rege Hunnorum Attila, accidit gloriosa Domina B. Vrsula, vt te manente in Britannia maiori, quæ nunc Anglia dicitur, cum Patre tuo Rege regni illius Rege Christianissimo, Rex quidam alias gentis audita nobilitatis, pulcritudinis, & prudentiæ tuæ fama, quiescere non potuit, nisi filio suo Aetherio adolescenti nobilissimo Virginem tam illustrem haberet in matrimonium: festinando ad id nuncios pretiosos cum precibus, & minis instructos. Vnde Rex pater tuus non parum contristatus est, sciens te in tale coniugium non daturam consensum: sed tu diuinitus edocta, de his, quæ circa te futura erant, Patrem consolaris dicens, vt securè consentiat in desponsationem, sub hac conditione videlicet, vt Adolescens per trium annorum inducias in fide Catholica institueretur, & baptizaretur, decemq; nobilissimæ & pulcerrimæ virgines, quarum cuilibet, mille virgines electæ sint adiunctæ tibi in virginitatis tuæ solatium, nec non similiter & tibi aliæ mille virgines pro teipsa mitterentur: quatenus sic ob conditiones huiusmodi difficultatem Pater adolescentis ab instantia importuna nubendi: vt certè, si conditio adimpleretur, Christo Domino consecraretur tota Virginum multitudo electissima, etiam cum Adolescentis, & suorum salute desiderata. O Virgo prudentissima, quæ per tuam industriam acquirere nouisti sponso tuo cœlesti tot sanctarum Virginum animas, & consentiendo in desponsationem conseruasti illibatam virginitatem: ora pro me indigno famulo tuo. Rogo te cum Sanctis tuis sodalibus, vt si aliorum animas nequeam acquirere Domino Deo meo, ad minus propriam animam meam valeam ei reseruare cum interiori, & exteriori puritate.

Acceptatis itaque per Adolescentem, & patrem eius præmissis conditionibus, baptizatur iuuenis cum pluribus, & colligitur per eos è regnis, prouincijs, & regionibus multis desideratus Virginum exercitus, ad Angliam Virgines mittuntur, naues, & necessaria per patrem tuum ô Vrsula beatissima, disponuntur, confluunt nobiles, & vulgares ad tam delectabile tot electarum Virginum spectaculum, mirantur cuncti scire cupientes huius nouitatis finalem exitum, sed & viri sublimes Ecclesiastici, & seculares seruitores, & ancillæ, nec non matronæ honestæ, vobis, ô Virgines sanctissimæ, pro seruitio, custodia, & solatio vestro prouidè associantur. Tu virgo prudentissima Vrsula Regina illustrissima, congregatis ad te ipsis tuis sodalibus eas de mentis tuæ proposito, nec non de voluntate Domini tibi super hoc reuelata informasti, & quotquot inter eas nondum in Christum credebant, illas in Catholica fide instrui disposuisti, quibus peractis, subductis nauibus in portum Galliæ, spatio vnius diei mirabili modo prosperè peruenistis, iter vestrum versus Coloniam Agrippinam super Rhenum sine mora continuando. Vbi cum essetis, apparuit Angelus Domini tibi ô Beata Domina Vrsula, te confortans, & quod Romam pergere deberetis, indeque Coloniam reuersæ Martyrij ibidem coronam percepturæ denuncians. Eia Sanctissimæ Virgines, quæ meruistis ibi ita mirabiliter elici, congregari, & dirigi ad Dei laudem, vestram salutem, totiq; mundo ad ædificationem: orate quæso pro me indigno seruulo vestro, vt sponsus vester amore vestri mea tollat peccata, suaque me confirmet gratia, ad ambulandum dignè in ea, qua vocatus sum

Egressus è Britannia.

vocatione, etiam in nominis sui laudem, mihiq; in profectum, & proximis meis in exemplum. Hinc Basileam relicta Colonia pergitis ô Virgines dignissimæ, vbi à Beato vrbis illius Præsule Pantulo, cum suis receptæ fuistis honorifice: qui & ductor vester Romam fuit, nec non inde vna vobiscum regressus socius passionis vestræ fieri Coloniæ meruit, Cum autem relictis Basileæ nauibus pedestres Romam venissetis, à Papa, & Clero reuerenter etiám fuistis receptæ, vbi liminibus, Sanctorum ductu visitatis, regredientes inde, in socios non solum itineris, sed & passionis Papam, vt fertur, non nullos Cardinales, & Pontifices vna cum quibusdam suis Clericis iuxta diuinam reuelationem eis super hoc factam, nobis attraxistis, non cum modica Cardinalium & curialium aliorum Romæ indignatione, qui dispensationem in his diuinam intelligere non meruerunt; sed & indignatio non minore contra vos ô prænobiles Dominæ Romæ in quibusdam nobilibus orta est: qui vestro explorato itinere, vestra inuidentes multitudini, timuerunt, ne Christiana fides per vos nuptui traditas nimium acciperet incrementum, cum essent ipsi gentiles; disposuerunt insidiosè in occulto suas per literas apud Hunnos, qui tunc Coloniam forte obsidebant, vel ad obsidendum tendebant, vt illuc peruenientes, vos omnes trucidarent. Dominæ meæ sanctissimæ, Vrsula cum sodalibus facite rogo me seruum vestrum, quanquam nimis indignum, participem meritorum peregrinationis vestræ huiusmodi, vt qui vestri itineris non fui dignus esse socius, nihilominus ex vestra pietate, laboris vestri, & deuotionis inueniri merear particeps.

Passio. *Cum autem ô Beatissimæ virgines Roma Coloniam regressæ fuissetis, Hunnorum gẽtem in vrbis obsidione inuenistis: illicque ô gloriosa S. Regina Vrsula sponsum tuum terrestrem Sanctum Aetherium Regem diuino ex iussu illuc properantem obuium cum sibi associatis habuistis, qui & vna tecum ex tua prudentia & diuina gratia corona Martyrij ibidem digni habiti inuenti sunt.*

Videns enim Hunnorum Rex vna cum satellitibus suis vestrum aduenire virginum exercitum, non distulit adimplere, quod Roma acceperat scriptum: irruens cum satellitibus suis in vos cum arcubus, & gladijs crudelissimè luporum more sæuientium in ouium gregem non parcentes impÿ innocentiæ, sexui, aut ætati: hic itaque vobis ô gloriosæ Virgines, pretiosæ martyres, electæ Christi spõsæ, iuxta vrbis Coloniæ mœnia in sanguine vestro miserè iacentibus, ipsisq; Hunnis Domino disponente ab obsidione recedentibus, accessit Colonienſium Pontifex cum suis, Clero & ciuibus, atque sacra corpora vestra sepeliuit cum ea, qua valuit reuerentia.

8. Test. Paratus in sermonibus de tempore, floruit circa An. D. 1440.

In Britannia erat quidam Rex Christianus nomine Maurus, habens filiam nomine Vrsulam, quæ adeò pulchra erat, sapiens & honesta, quod fama eius per totum mundum resonabat. Rex autem Angliæ Gentilis misit nuncios ad patrem, vt eam filio suo in coniugem copularet. Quo audito Pater turbatur, quod Gentili filiam suam tradere deberet, & si sibi eam negaret, inimicitias contra eum prouocaret. Misit autem Dominus in mentem Virginis, quod patri suo diceret, quod ei consensum præberet tali conditione, quod ipse Rex Angliæ mitteret sibi decem virgines electissimas de regno suo, & cuilibet virgini mille virgines associaret, ita quod ipsamet vndecima esset, & qualibet illarum in comitatu suo mille Virgines haberet, & sic in vniuerso fierent vndecim millia: & quod filium suum faceret baptizari, & tribus annis in fide instrui, & postea eam duceret. Quo audito iuuenis lætus efficitur, & baptizatur. Congregantur vndique virgines, & ad Vrsulam ducuntur: Pater verò eius assignauit ei viros discretos, & honestos, qui eas custodiebant, & necessaria ministrabant.

Cumq; tot Virgines congregatæ essent, & fama per totum mundum volaret, vndique viri & mulieres, Clerici & Laici ad tam grande miraculum concurrerunt, multi Episcopi & Prælati conuenerunt, & Pantulus Episcopus Basileensis adfuit, & S. Gerasina regina Siciliæ, cum 4. filiabus, & vno filio relicto regno suo eis est coniuncta. Vrsula autem omnes Virgines ad fidem conuertit. Præparata autem copia & multitudine nauiũ, vento prosperè flante sub vnius noctis spatio ad portum Galliæ, qui Tila dicitur, & inde Coloniam peruenerunt. Et ibi apparuit Vrsulæ Angelus Domini dicens, quod deberet ire Romam, & omnes pleno numero redirent, & ibi Coronam martyrij reciperent. Inde igitur Romam tendentes, ad Vrbem Basileam applicuerunt, & ibi relictis nauibus Romam pedestres peruenerunt. Ad quarum aduentum Cyriacus valde gauisus, cum ipse de Britannia natus esset, & multas consanguineas inter

as haberet, ipsas cum magno honore, & cum toto Clero suscepit. In ipsa ergo nocte reuelatum ·st Papæ, quod ipse cum Virginibus palmam martyrij esset acepturus: ipse autem hoc apud se elans, coram Cardinalibus dignitatem & officium resignauit. Sed cum omnes contradicerent, & maximè Cardinales, & fatuum eum iudicarent, quod post fatuas mulierculas ire vellet, nullatenus acquieuit, & quendam virum sanctum, qui Antherus dictus est, loco sui Pontifi-em ordinauit: & quia sedem Apostolicam inuito Clero reliquit, nomen eius de Catalogo Pontificum deleuerunt.

Duo autem iniqui Principes Romanorum, scilicet Maximus & Africanus, videntes ma-nam multudinem Virginum, & multitudinem quæ eas sequebatur, timentes ne nimis fides Christiana cresceret, miserunt nuncium ad Iulium Principem, vt ipse congregato exercitu, um venirent Coloniam, eas trucidaret, B. autem Cyriacus Papa & Vincentius Cardinalis, & Iacobus Episcopus Antiochenus, & multi alij Episcopi vrbem Romanam cum Virginibus unt egressi. Aetherius autem sponsus Vrsulæ manens in Britannia, per visionem Angelicam dmonetur, vt matrem suam hortaretur fieri Christianam: nam pater eius primo anno, quo Christianus factus fuerat mortuus est: & Aetherius eidem in regno successit. Cum ergo prædictæ virgines Roma redirent, Aetherius à Domino admonetur, vt protinus surgens sponsæ ccurrat, vt ibi cum ea coronam martyrij suscipiat. Ipse mox fecit baptizari matrem suam, & um ipsa & sorore sua Florentina & Episcopo Clemente dictis Virginibus est adiunctus. Marculus quoque Episcopus Græciæ, & neptis eius Constantia filia Regis Constantinopolitani dmoniti Virginibus sunt adiuncti. Omnes igitur prædictæ Virgines cum prædictis E-piscopis redeunt, quas barbari videntes super illas irruerunt, & omnes occiderunt. Cum au-tem ad B. Vrsulam ceteris occisis venissent, videns Princeps pulcritudinem eius nimiam, ob-stupuit, & consolans eam super necem Virginum, & promisit ei, si fidem renueret, vellet eam in vxorem ducere; sed cum illa penitus respuisset; & ipse contemtum se videns, directa sagitta illam transfixit.

PASSÆ SVNT AVTEM ANNO DOMINI 238.

9. Test. Leonardi de Vtino Dominicani SS. Theologiæ Doctoris, vixit circa A. 1445. Sermone 57. super illud Matth. 25. Intrauerunt cum sponso ad nuptias.

In Britannia Rex quidam Christianissimus, qui quandam filiam generauit, & eam ba-ptizari in nomine Christi fecit, & Vrsulam nominauit, vnde cum Rex Angliæ peteret à pa-tre B. Vrsulæ ipsam copulari vnigenito suo, pater eius cœpit plurimũ anxiari: tum quia Christi fide insignitam cultui idolorum eam tradere indignum duceret; tum quia ipsum nullatenus consentire cognosceret: tum quia Regis ferocitatem plurimum formidaret. Ipsa autem diui-nitus inspirata suasit patri suo, vt prædicto Regi assensum præberet; nam orans Dominum audiuit, vt in sponsione matrimonij hanc conditionem proponeret, quod ipse Rex cum patre decem virgines electissimas sibi ad solatium traderet: & tam sibi, quam alijs mille virgines assignaret, & comparatis trieribus inducias triennij sibi daret ad dedicationem suæ virgini-tatis, & ipse iuuenis baptizatus in his tribus annis in fide institueretur. Iuuenis illa con-ditione, quam S. Vrsula sibi exposuit accepta, apud Patrem institit, & protinus baptizatus, accelerari cuncta, quæ Virgo petierat, impetrauit: vnde Angelus reuelauit quatuor. Primò electionem scilicet sponsi S. Vrsulæ per regenerationem baptismalem, & sui voti de numero Virginum adimpletionem. Secundò reuersionem; nam Angelus Domini reuelauit B. Vrsulæ, quod post visitationem BB. Apostolorum Romæ Virgines Coloniam integro numero redi-rent, palmam martyrij percepturæ. Tertiò associationem: nam ipsa nocte, qua Beatæ Virgines Romam venerunt, Angelus Domini reuelauit Papæ Cyriaco, vt eis se associaret, cum pluribus Prælatis Ecclesiæ. Quartò obuiationem: nam cum illa Sancta societas à Roma rediret, Ange-lus Domini reuelauit Aetherio, vt sponsæ suæ obuiaret, cum ea Coloniæ palmam Martyrij per-cepturus. B. Vrsula cum esset Romæ, omnem gratiam, quam in curia Romana habuerat, ab eo tempore, quo Cyriacus Papatui renunciauit, amisit: nam Cardinales reclamauerunt maximè, quia ipsum delirare dicebant: eo quod relicta Pontificatus gloria post quasdam mulierculas fatuas ire vellet: vnde nomen eius de catalogo Pontificum abraserunt. Inde cum commilito-nibus suis è Roma Coloniam rediit, & ipsam iam ab Hunnis siue Hungaris obsessam inuene-runt: quos barbari videntes super ipsos irruerunt cum clamore nimio, & quasi lupi sæuientes in oues, tõtam illam multitudinem occiderunt.

10. Test. Innumera sunt huius, vt & superioris seculi publica instrumenta, qui numeri XI. M. meminerunt, vnum sit instar omnium, quod eam summam octic repetit: omittam ea, quæ huc non faciunt.

A. 1447. Officialis, Præpositi, & Archidiaconi Colonienses. Ratione decimationis circa castr Kentenich per Matthiam de VVidenhouen procuratorẽ V. D. Abbatissæ & Capituli secular. Ecclesiæ SS. XI. M. Virginum Colonienſium oppositione facta. Recepimus libellum articul rum hoc tenore. Coram vobis V. D. Officiali &c. Syndicus nominibus V. & illustris D. Ma garetæ de Nassavv Abbatissæ, nec non totius Capituli Ecclesiæ secularis SS. XI. M. Virgi num Colonienſium articuli contra Henricum de Kentenich armigerum. Est verum palam publicè & notoriè, quod à tempore & per tempus supradictum & vltra, fuit D. Abbatiss Ecclesiæ SS. XI. M. Virginum Patrona. 2. Similiter quod D. pro tempore Abbatissa dictæ Ec clesiæ SS. XI. M. Virginum fuerit in pacifica possessione. 3. Fuit ea curtis in Kentenich Eccle siæ XI. M. Virginum communiter nuncupata. 4. habuit eadem curtis Ecclesiæ XI. M. Virgi num Aduocatum, Scultetum, per quos causæ iudicentur. Nihilominus Henricus D. de Ken tenich facit in dictæ D. Abbatissæ & Capituli XI. M. Virginum damnum & præiudicium Sententia. In causa coram Nobis inter Venerabilem & illustrem Dominam Abbatissam & Capitulum Ecclesiæ SS. XI. M. Virginum Colonienſium Actorem ex vna parte & Henrici a Kentenich ex altera.

In Chron. Epiſ. Colon. 11. Test. Hermanni de Wesalia. *A. 1450. Aquilinus quartus fuit Ecclesiæ Colonien sit Pontifex post B. Maternum plenus Spiritu S. Ecclesiam Dei gubernabat, & cum B. Vrsu la cum XI. M. Virginibus suis Sodalibus essent egressuræ à Roma, iamque ad reuersionem p pararent, videt, Deo demonstrante sibi vniuersam multitudinem earum, ac totum ordinem passionis earum, quam erant susceptura prospexit, & audiuit etiam vocem dicentem sibi, v ad sepelienda corpora earum paratus esset, & cuncta, quæ necessaria erant, humationi earun cum festinatione conquireret, obijt 14. Cal. Iulij.*

12. Test. Meffret in Misnia concionatoris circa An. 1450. Hic binas de XI. Mil libus Virginum conciones scripsit, in his laudat, & tuetur veterem Vrsulanam hi storiam, Iacobi de Voragine narrationem, & eam quam sequentiam vocamus in sa cro Missæ officio per Germaniam recitari solitam, è quibus nonnulla depromit, confirmatque earum præsens auxilium & patrocinium, quod in morte solent cli entibus exhibere: mira etiam de earum terra sepulcrali ad terras remotissimas de portari solita commemorat.

13. Test. Dionysij Carthusiani, floruit circa An. 1450.

SERMO PRIMVS DE HISTORIA ET MVLTIPLICI commendatione exercitus vndecim millium Virginum.

EXercitus ille Virginum harum ineffabiliter glorioſus, valdè præclarus est, & multis ex cellẽtijs decoratus. Primò ratione principalis personæ femineæ in eodẽ, videlicet S. Vrsu læ, quæ fuit vnica filia Mauri Christianissimi Regis in Britannia: quæ admirabili morũ ve nustate, incredibili pulcritudine, ingenti prudentia; & quod amplius est, feruentissimo Dei amore, ac intima deuotione fulgebat: ideoque vndique erat famosa. Quapropter Rex An gliæ vir tunc præpotens gentilis, misit nuncios inclytos ad Maurum Regem, vt vnico filio suo coniugem daret filiam suam. Quo audito contristatus est Maurus Rex, quoniam indignum putauit filiam suam Christianam dare pagano; & quia Regis illius pagani formi dauit ferociam. Tunc deuotissima Virgo Vrsula cum ieiunijs, vigilijs, lacrymis, prostrationi bus, die ac nocte Dominum exorauit, vt sibi reuelaret, quid in isto agendum esset negotio. Cumque ex laboribus penè defecisset; apparuit ei Angelus prænuncians totum succes sum; & ordinem agendorum. Tunc beatissima Virgo Vrsula letissima facta dixit Pa tri suo, vt petitioni Regis præberet assensum; tamen sub conditione, quam ab Ange lo didicit, vtpotè quod Rex ille gentilis submitteret sibi ad solatium decem nobilis simas, ac electissimas Virgines; cuilibetque illarum associaret Virgines mille: compa ratis etiam trieribus inducias trium annorum sibi donaret ad dedicationem suæ vir

ginitatis

ginitatis, ac interim filius Regis baptizaretur, atque in fide Christi instrueretur: hoc autem petiuit Vrsula gloriosa quatenus Virgines gentiles à rege gentili sibi mittendus ad Christum conuerteret: imo totum, quod in hac re petiuit, ac fecit, sibi commissum ac reuelatum fuit ab Angelo, à quo didicit, quod tam ipsa, quam Virgines illæ, ac alij multi secum pro Christo martyrium essent passuræ. Placuit autem Regi Anglorum, & filio eius quidquid sacratissima Vrsula postulauit, misitque ei decem millia Virginum desiderata.

Secundò commendabilis, ac præclarus est victoriosissimus, & præelectus Virginum harum exercitus à principali persona virili ei associata, videlicet summo Pontifice S. Cyriaco: cum etiam virgines vniuersæ essent reginæ suæ S. Vrsulæ consociatæ, ipsa felicissima Vrsula Spiritu Sancto repleta locuta est eis verbum Dei, & infideles conuertit ad fidem, & omnibus iam conuersis reuelauit suum secretum, quod scilicet audiuit ab Angelo, & quod omnibus eis esset futurum. Tunc omnium Virginum illarum desuper electarum mentes Spiritu Sancto repletæ sunt, & assenserunt, atque in nouam coniurarunt militiam: & comparatis eis trieribus, ac sumtibus præparatis belli præludia inchoauerunt; nunc currentes, nunc discurrentes; modo conflictum, modo metum, iam fugam simulantes; interdum meridie, interdum vix vespere redierunt: confluxeruntque proceres, & vulgares innumerabiles ad tam grande, iucundum, ac inuisum spectaculum: Tandem Deo volente, trieribus à terra longè subductis, recesserunt à proprijs, & venerunt Coloniam: vbi Angelus rursum gloriosissimæ Virgini Vrsulæ reginæ apparuit dicens, quod integro numero essent Romam ituræ, & inde Coloniam reuersuræ, atque ibidem Martyrio coronandæ: quod cum beatissima Vrsula sacris retulisset Virginibus, omnes gauisæ sunt vehementer, & Spiritu S. mirabiliter inflammatæ, arripuerunque iter ad Romam, nauigio vsque Basileam tendentes, & inde Romam venerunt pedestres. Quas Papa Cyriacus, ac Clerus cum magno gaudio susceperit. Tunc Deus reuelauit summo Pontifici, quod cum Virginibus istis esset iturus, martyriumque passurus. Fuit autem hic S. Cyriacus ex Britannia oriundus, & multas habens consanguineas inter has Virgines: fuit etiam Virgo, & vir eximiæ sanctitatis, ac iuxta reuelationem diuinam Papatu resignato, se Virginibus sociauit, & cum eis Coloniam venit.

Tertiò commendandus est præclarissimus, & præamabilis harum Virginum exercitus, quia tot Sancti Episcopi, ac Presbyteri ipsis fuerũt associati, & simul cum eis martyrio coronati: videlicet Vincentius Presbyter Cardinalis, & S. Iacobus Antiochenus Archiepiscopus ex Britannia natus; Mauritius quoque ex regia stirpe ortus Auunculus S. Vrsulæ, vtpotè Fr. eius matris nomine Dariæ, vir valde sanctus, & Foilanus Præsul Lucensis, ac Clemens Antistes: ac Marculus Græciæ Pontifex; sed & Pantulus Basileensis Episcopus. Nonne de vnoquoque horum tam Sanctorum, sublimiumque Pastorum martyrio coronatorum festum agi posset præclarum? Quam gloriosus ergo, & celeberrimus est sanctarum Virginum millenarum exercitus, cui associati, & cum quo martyrizati sunt tam multi Sancti Episcopi, atque Presbyteri?

Quartò commendandus est præclarus, & victorialis iste exercitus, quia tot aliæ vtriusque sexus personæ sanctissimæ, ac illustrissimæ ei fuerunt coniunctæ: videlicet S. Gerasina Regina Siciliæ, ac quatuor filiæ illius Babyla, Iuliana, Aurea & Victoria, & Adrianus Rex filius eius iuuenculus. Aetherius quoque Rex filius Regis Anglorum, sponsus sanctissimæ Vrsulæ, & mater ipsius, sororq; Florentina. Item Constantia Regina, filia Dorothei Regis Constantinopolitani: Fuerunt etiam in isto exercitu Cæsarius miles, & neptis eius gloriosa & Sancta Virgo Verena: sed & Pinnosa magni Comitis filia, sanctaque Cordula. Cum ergo tam illustres vtriusque sexus personæ ibi fuerunt adunatæ, non videtur ambiguum, quin & magnas secum habuerint familias, itaque omnes fuerunt quasi innumerabiles, & multa millia nimis.

Quintò commendandus est præclarus ille, & beatissimus exercitus à suo felici & victorioso martyrio, quo apud Coloniam à barbaris, & vt fertur ab Hunnis est, occisus atrociter: Denique Virgines istæ duplici decorantur aureola, vtpotè Virginitatis & martyrij: sed electissima Vrsula triplici pollet aureola: nam vltrà

duas

duas præfatas habet aureolam Doctorum ; quia tot virgines conuertit , atque in fide edocuit : Glorificauit etiam Deus istum præclarum exercitum Virginum , ac Martyrum multis, & magnis miraculis. O quanta est dignitas huius incomparandi collegij ! ô quam ardentissimè, & suauissimè se inuicem diligunt in regno cœlesti! O quanta fuit iucunditas Angelorum , quanta festiuitas omnium ciuium supernorum , in die martyrij tot millium electorum, cum gaudium sit Angelis Dei super vno peccatore pœnitente ! O quam amabilis , & præamabilis , quam felix , & glorioſa , quam dulcis , ac præhonoranda : quam admiranda , & præelecta est præstantissima ; ac sanctissima Virgo Vrsula; per quam Deus tantum bonum operari dignatus est , tantam gratiam & misericordiam tot millibus exhibere, tot animas tam excellenter seruare , tam incomparabile , inauditumque opus in hoc mundo efficere ! O quanta est ista solennitas tot millium electorum , tot sublimium , ac illustrissimorum sanctorum ; cum vniuscuiusque eorum magna reuersa esset celebritas! Diligamus ergo valde; præcipuè & deuotissimè inuocemus , ac honoremus sacratissimam societatem , & specialissimè Vrsulam benedictam Christi carissimam sponsam : nam & beatissimæ Virgines istæ suis deuotis frequenter, ac valde specialiter consueuerunt succurrere: prout de hoc multa habentur miracula: earum quoque amore vitia detestemur , præcipuè carnis inquinamenta & virtutibus iugiter insistamus.

SERMO II. DE MILITIA NOVA SANCTARVM Virginum, & quanta earum in Ecclesia solennitas.

ADducentur Regi Virgines post eam *psal. 44. Verè vt iterum ait psalmus* (67.) mirabilis Deus in Sanctis suis: *cuius tanta est omnipotentia , cuius tam vigorosa est gratia, vt mortem cunctis etiam viris terribilem faciat mulieribus, imò & tenerrimis , nobilissimisque puellis optabilem , ac optatam , non obstante naturali sexus feminei fragilitate ; quæ tanta est , vt instar leporum omni strepitu teneantur : hoc in benedictissimo , & electissima vndecim millium Virginum agmine euidentissimè innotescit. Quæ cum ab earum regina , & Magistra Beatissima Vrsula didicissent futurum eis martyrium , non mœrore perfusæ sunt , non tremore expalluerunt , non passim , non sigillatim , non publicè ; sed neque latenter se subtraxerunt : cum tamen de multis Sanctis sexus virilis legatur , quod quam dici potuerunt , persecutionem subterfugerunt. Quid ergo egerunt amabilissimæ Virgines ab æterno electæ , & præelectæ? Audito imminente eis certamine omnes summè gauisæ sunt , atque in nouam mox coniurauerunt militiam.*

Quæ fuit noua illa militia , nisi vt innocentissimarum puellarum virginalis exercitus contra ferocissimorum Pultronum sceleratissimam turbam præliaretur ; non corporalibus armis ; sed virtutum operibus : non repercutiendo , sed omnem iniuriam, ac læsionem tranquillissimè tolerando ; non pro temporali victoria dimicando , sed pro virginitate seruanda , pro fide Catholica , pro vnius veri Dei cultu tuendo, se ipsas interfectioni tyrannicæ deuotissimo corde tradendo? Nunquid tale quid à seculo ante auditum est ? Cum S. Psalmographus recitasset in psalmo subtiliter opera Dei naturalia in gentibus vniuersis : in hunc gratulabundus erupit versiculum: Sit gloria Domini in seculum, lætabitur Dominus in operibus suis. *Sic & Plato asseruit Deum ingenti gaudio exsultasse cum mundi machinam produxisset : prout in libro de Ciuit. Dei recitat S. Augustinus. Quod si ita est , nonne æternus, omnipotens, & superglorioſissimus Deus multo amplius, vt sic loquar, iucundatus esse credendus est in hoc supernaturali, inaudito, ac speciali ſissimo opere suo, quod in vndenis harum nobilissimarum Virginum millibus est molitus?*

Ps. 103.

Si beneplacitum est Domino in populo suo, *& si* deliciæ Dei esse cum filijs hominum, *certissimum est beneplacitissimum ei fuisse , & esse in inclytissimo, innocentissimo , atque dulcissimo harum Virginum exercitu. Itaque cum ex subitanea noui rumoris*

lætitia

etitia in nouam coniurassent militiam, nunquid paulò post inde pœnituerunt, aut in natura-
em, ac solitam, femineamque relapsæ sunt pusillanimitatem, & non potius constantissimè
ermanserunt accingentes fortitudine lumbos suos, roborantesque brachia sua? pro-
ter quod lucernæ cordis earum, id est fides earum, & spes, ac diuinæ illuminatio-
es non extinguebantur in nocte aduersitatum iræ præsentis. Quid ergo ege-
unt?

Certè vt refert earum legenda, nunc belli inchoabant præludia, modo curre-
ant, modo discurrebant, interdum prælia, plerumque fugam simulabant, omnique ge-
nere virtuosorum ludorum exercitatæ, nihil quod iucundissimo earum in Deo animo
occurrebat, relinquebant intactum: quandoque meridie, aliquando vix vespere reuerte-
antur.

Quid mirum, quod Proceres, & Primates ad tam grande, & diuinum, ac superna-
urale confluebant spectaculum, in quo adorandus paracletus Spiritus Sanctus tenerrima-
um mentes iuuencularum tam gloriosè visitauit, tam mirabiliter confortauit, tam vir-
uosè exhilarauit, tam sapienter eruditit, tam validè inflammauit, tam salubriter, infalli-
biliterque direxit? Proceres itaque, & Primates ad tam delitiosum confluebant spectacu-
um, & omnes magna prorsus admiratione, vehementique gaudio replebantur. Quis in-
quam istud admiretur? Nam & Angeli Sancti ciues cœlestes, Archangeli, Principatus,
qui istis benedictis Virginibus, qui præsidentibus, qui regnis, atque prouincijs earum præ-
rant, ad hoc ipsum conuolabant spectaculum, & tam præclaro agmini congratulabantur, &
Virgines has felices inuisibiliter visitabant, consolabantur, dirigebant. Sed & sponsus cœle-
stis gaudebat super has sponsas suas.

Præterea contemplemur qualis, & quanta sit ista solennitas. In Ecclesiastico scri- Eccl. 26.
ptum est. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata, & tacita: *Salomon quoque* Prou. 31.
fallax ait gratia, & vana pulchritudo, mulier timens Dominum ipsa laudabitur.
In ijs autem sacratissimis millibus Virginum vnaquæque fuit mulier pudorata, sancta, ta-
citurna, & timorata: Ergo vnaquæque earum digna est grandi celebritate, vnaquæque ea-
rum digna est præclaris præconijs: vnaquæque earum est tam sublimiter pretiosa, & donum
tam magnum, vt gratia super gratiam. *Idcirco solennitas ista tam multicipliter est solen-*
nis, quot fuerunt hæ virgines gloriosæ, videlicet vndecies millies: magnæque etiam Virgi-
num harum vltra præmium essentiale duplici decoratur aureola, vtpotè virginitatis, & mar-
tyrij gloria, speciali, seu præmio singulari. Amplius Capitanea Virginum harum sacrosancta,
& amabilissima Vrsula tam admirandæ exstitit sanctitatis, sola veraciter digna sit celebri-
tate non mediocriter magna: & ipsa triplici fulget aureola; vtpotè Virgo, Martyr, & Do-
ctrix, quæ maximam harum dulcissimarum Virginum partem conuertit ad Christum, &
animauit ad Martyrij palmam. Insuper magna, & admirabilis valde fuit huius præstantissi-
mæ excellentia, & dignitas Vrsulæ in donis naturæ, fortunæ, & gratiæ. Nunquid pro-
portionaliter magna est gloriæ eius excellentia, & dignitas eis in cœlis collata? fuit
enim regiæ stirpis illustrissima proles, regali potentia, & regia opulentia, regali familia,
& regia honorificentia perornata, vallata, præfulgens: fuit item incredibili cor-
poris pulcritudine pollens, & instar Hester omnium oculis gloriosa, atque amabi-
lis videbatur. Erat enim venustissimis moribus, & omni vrbanitatis elegantia conspi-
cua, & idcircò formosissima nimis: sed & naturali ingenio, omnique humana resplen-
dens prudentia: & quod ijs omnibus est præclarius, ab infantilibus annis deuotissi-
ma fuit, & in præeminenti innocentia mansit fortis, ac stabilis: & vniuersa illa dona
naturæ reputauit pro modico, & cuncta, quæ mundi sunt, spreuit vt stercora, vt Chri-
sto placeret. Cubile regis pagani, & diadema tam proprium, quam quod ex parte illius
poterat adipisci, detestabatur vt pannum menstruatæ, omnemq; gloriam nuptiarum carna-
lium, vt lucrifaceret Christum. Amplius ab Angelo sancto meruit sæpius mirabiliter visi-
tari, consolari, ac de futuris sibi, ac suis conuirginibus edoceri. Fuit quoque in
omni virtute perfecta, & ad triumphum martyrij quasi ad delicioſum conuiuium adspi-
rauit, atque seipsam cum omni promtitudine, atque constantia mentis tradidit pro sponso

cœlesti

cæleſti in mortem: nam caritate illius tota erat mirabiliter, inextinguibiliterq; ſuccenſa. Poſtremo in glorioſiſſimo, & incomparabili exercitu iſto erant non ſolum Virgines memoratæ; ſed & viri ſanctiſſimi, clariſſimi, prælecti: Pontifex ſummus, Archiepiſcopus Antiochenus; multi SS. Epiſcopi: Aetherius ſanctiſſimæ Vrſulæ ſponſus, cum matre ſua regina, & ſorore præinclyta. Sed & alij nobiliſſimi viri, quorum omnium hodie celebratur ſolennitas. Ecce quam iucunda, præclara, & diuina eſt præſens feſtiuitas; in ea ergo cordialiſſimè gloriemur in Domino, & ſanctiſſimæ ſocietati Sanctorum iſtorum congratulemur in eo: digniſſimumq; exercitum Virginum non ſolum hoc die; ſed toto anno aſſiduè ſpecialiter veneremur, inuocemus, laudemus, & feruentiſſimè diligamus. Earumq; exemplo vniuerſa, quæ mundi ſunt, integris vilipendamus præcordijs, omnes carnales affectus penitus reprimamus, in ſancta patientia, in veramentis conſtantia, in ſpiritali fortitudine, & feruore proficiamus quotidiè. Cuſtoditi ſimus in omnibus, & ea quæ Dei ſunt, perfectius adimplere conemur, atq; in omni humilitate, ſobrietate, diſcretione, ſapientia, deuotione, fructuoſitate, inceſſanter creſcere enitemur: nullam temporis partem infructuosè impendentes.

14. Teſt. Bonini Mombritij Mediolanenſis, floruit is A.1480. Conſentit in pleriſque cum Iacobo de Voragine & Claudio à Rota: Cyriaci Pontificatum, abdicationem, & martyrium Coloniæ toleratum defendit, tempus aſſignat An.238. ex communi: quamuis & aliam de Attilano tempore ſententiam ad declinandas difficultates probabilem faciat.

15. Teſt. Hermanni Greffgen Carthuſiani: inſertum id eſt An.1490. Additionibus ad Vſuardum.

Duodecimo Kal. Nouembris apud Coloniam Agrippinam paſſio S. Vrſulæ & ſodalium eius, ſanctarumq; vndecim millium Virginum & Martyrum, quarum S. Vrſula Virgo & filia Regis Britonum Domina & regina exſtitit: hæc cum eſſet deſponſata S. Aetherio filio Regis Angliæ; has ſacras virgines ad dedicationem & conſeruationem virginitatis ſuæ elegit, cũ quibus peregrinata eſt Romam, de Roma vſque ad Coloniam peruenit. His ſacris virginibus aſſociati fuerunt S. Cyriacus Papa, & Vincentius Presbyter Cardinalis, Pantulus Baſileenſis Epiſcopus, & S. Marculus Epiſcopus. Multi quoque Epiſcopi, Principes & nobiles huic Sanctæ ſocietati adhæſerunt: & cum ijſdem virginibus vna die ſub vna fide ſanctiſſimæ Trinitatis ſuper litus Rheni præfatæ ciuitatis, vna cum B. Geraſina Regina Siciliæ, ac filiabus eius Babila, Iuliana, Victoria, & Aurea, ac paruulo ſuo Adriano & BB. Virginibus Cleomata, Theomata & Chriſtantia, Pinnoſa, Theuſta, Thamaria, Regina & Officia ab Hunnis & barbaris crudeli examinatione trucidati ſunt.

16. Teſt. Pelbardi de Themaſwar Franciſcani: floruit An. 1490. conſentit nobiſcum in omnibus ferè, ſi tempus exceperis: omiſſis multis, peregrinationem & martyrium eius verbis recenſebo.

Tandem cum Vrſula Virgines ad fidem omnes conuertiſſet, flante vento proſpero ad Coloniam cum veniſſent, Angelus Domini apparuit Vrſulæ, & prædixit illas illuc numero integro reuerſuras, & coronas martyrij illic percepturas. Inde ergo ad Angeli monitionem Romam venerunt, quas Papa Cyriacus, cum & ipſe de Britannia eſſet oriundus, & multas inter eas conſanguineas haberet, gaudens cum honore magno ſuſcepit. In ipſa nocte Papæ diuinitus reuelatur, eum cum ipſis virginibus palmam martyrij percepturum: vnde coram omnibus reſignauit dignitatem, & officium. Sed cum Cardinales reclamarent, quod eum delirare putabant, in eo quod Pontificatus gloria relicta poſt mulierculas iret, ille nullatenus acquieuit, ſed quendam virum Sanctum, qui Antheros dictus eſt, loco ſui in Pontificem ordinauit; & quia ſedem Apoſtolicam inuito Clero reliquit, nomen eius de catalogo Pontificum idem Clerus abraſit. Tunc duo Principes iniqui militiæ, videntes magnam Virginum multitudinem, & quod multi & multæ ad eas diætim confluerent; quapropter iter earum explorantes, ne per eas nimis excreſceret religio Chriſtiana, miſerunt nuncios ad Iulium cognatum ſuum Principem gentis Hunnorum, vt educto exercitu contra eas ipſas, quod Chriſtianæ eſſent, cum venirent Coloniam, trucidaret. B. ergo Cyriacus cum illa nobili virginum multitudine egreſſus de vrbe, ſecuti ſunt eum plures Epiſcopi cum Cardinale Vincentio. Interea Aetherius ſponſus B. Vrſulæ per viſionem Angelicam à Domino admonetur, vt matrem ſuam hortaretur fieri Chriſtianam: nam patre iam mortuo, Aetherius in regnum ſucceſſerat, admonetur etiam

tiam ab Angelo, vt sponsæ suæ surgens occurrat, & cum ea in Colonia martyrij palmam acci-
piat. Qui diuinis monitis acquiescens, matrem suam baptizari fecit, & cum ipsa & sorore sua
paruula Florentia iam Christiana, nec non & Clemente Episcopo, ipsis virginibus obtians se
ad martyrium sociauit ijsdem. Omnes ergò Virgines, cum prædictis Papa, & Episcopis multis,
cum venissent Coloniam, inuenerunt ipsam iam ab Hunnis obsessam. Quas barbari viden-
tes, super ipsas cum clamore nimio irruerunt, & quasi lupi sæuientes in oues, coram illam mul-
titudinem occiderunt. Cum autem ceteris iugulatis ad B. Vrsulam peruenissent, videns Prin-
ceps eius pulchritudinem miram, obstupuit, consolans super necem Virginum promisit, quod
eam sibi in coniugium copularet: sed cum hoc illa penitus respuisset, ille directa sagitta illam
transfixit: sic virgo martyrium consummauit, &c.

17. Test. Petri à Chalybe, cecinit saphico carmine martyrium, ex eo pauca delibabo.

Excipit vultu Cyriacus omnes
Splendido, norat quoniam puellas
Cælitus missas, remouet sacratam
Vertice mitram.
Ecce per vastas iterum procellas
Aequoris nantes Vbiorum ad Vrbem
Nauibus pergunt, modicumq; cessant
Poscere ventos.
Iulius tandem malesanus excors
Non potis sanctam benè ferre turbam,
Irruit ductus precibus tyranni
Maximiani.
Non secus fracto lupus vt ouili
Turpiter mactat teneras bidentes,
Dum fames vrget malesuada forsan
Vel furor ingens.
Viribus quisquis proprijs satelles
Imperat curuam rapiens machæram,
Vel leues neruis stridulis sagittas
Eiaculando.
Sicque per latum iacuere campum
Virgines cæsæ, cruor atque terram
Sparserat sanctus: gladijs sed omnes
Fortius instant.
Vrsulæ tandem penetrans arundo
Aperit pectus, cadit, & repente
Ceteris maior Cyriacus, omnes
Aethera scandunt.

18. Test. Felicis Fabri Vlmensis Dominicani vixit An. 1490.

Vnde (à Basilea) *consequenter Rhenus violentia posita placidus, ac nauigabilis magis effi-*
citur, inde à Colonia nauigijs adscendisse vsque Basileam S. Vrsulam cum suis sodalibus legi-
tur. Hic fluuius sacratus est non Iasonis nauigatione: sed S. Vrsulæ, & vndecim millium Mar-
tyrum peregrinatione in agone martyrij in eo passorum iuxta Coloniam.

Lib. 1. hist. Sueuorum cap. 8.

Et cap. 18. *Maximinus, qui Alexandrum occidit, & sine autoritate Senatus ab exercitu est electus, An. 237. secundum Hugonem Floriacensem trinomius fuit, quia dicebatur Maximus, Maximinus & Iulius.*

19. Test. Anonymi Concionatoris, cuius sub initium sequentis seculi sermones prodierunt titulo præfixo Dormi secure. Omitto initium: à collectione & peregrinatione Virginum ordior.

Interim ipsa virgo cum decem alijs Virginibus nobilissimis, quarum quælibet, sicut & ipsa mille virgines secum haberet, cœpit velle peregrè proficisci, vt sic eas ad fidem conuerteret, ac eas secum Deo dicaret, & post triennium, si Deo placeret, suo matrimonio se offerret. Pater verò puellæ ordinauit, vt filia sua, quam valdè dilexit, in comitatu suo haberet viros, quorum solatio tam ipsa, quam eius exercitus indigebat, Virgo autem antequam consentiret in matrimonium iuuenis, dedit se orationi cum lacrymis: in qua pia fatigatione modicum obdormiens, de toto ordine vitæ suæ, & glorioso triumpho martyrij sui diuinitus est edocta. Vndique igitur diuina ordinatione, & inspiratione virgines confluunt, multi etiam Episcopi ad eas confluxerunt, vt secum pergerent: inter quos fuit Pantulus Basileensis Episcopus, qui eas vsque Romam perduxit, & inde reuersus cum eis martyrium suscepit. Sancta quoque Gerasina Regina Siciliæ, quæ virum suum Regem crudelissimum, quasi de lupo fecerat agnum, soror Mauritij Episcopi, & Dariæ matris S. Vrsulæ, cum Pater S. Vrsulæ eidem reginæ per literas factum intimasset, illa cõtinuo Deo inspirante cum quatuor filiabus suis Sibilla, Iuliana, Victorina, & Aurea, & paruulo suo Adriano, qui amore sororum suarum relicto regno vsque in Britanniam nauigauit, cuius consilio Virgines de diuersis regnis colligebantur, ac etiam venerunt. Iuxta conditum igitur sumtis virginibus, & præparatis commilitonibus suis Regina

Vrſula ſecretum reuelauit, ſicut diuinitus fuit edocta, & in nouam militiam oēs cōiurauit, & ſic inceperunt peregrè proficiſci: confluebantq; proceres, & primates ad tā grande ſpectaculū, & omnes admiratione, & gaudio replebantur. Tandem cum S. Vrſula Virgines omnes ad fidem conuertiſſet, ſub ſpatio vnius diei flante proſpero vento ad portum Galliæ in Prouincia habens plures diuiſiones, qui portus Tiella dicitur, & inde Coloniam deuenerunt: vbi Angelus Domini S. Vrſulæ apparuit, & prædixit eas omnes illuc integro numero reuerſuras, & ibidem martyrium percepturas. Inde igitur ad admonitionem Angeli tendentes Romam ad Vrbem Baſileam applicuerunt, & ibidem relictis nauibus pedeſtres Romam venerunt, ad quarum aduentum Papa Cyriacus, qui Pontiano ſucceſſerat, valde gauiſus eſt, cum ipſe de Britannia eſſet oriundus, & multas inter eas conſanguineas haberet, cum omni Clero ipſas cum ſummo honore ſuſcepit. In ipſa vero nocte Papæ diuinitus reuelatur, eum tum ipſis virginibus palmam martyrij percepturum, quod apud ſe celans, multas ex ipſis, quæ non fuerunt adhuc baptizatæ, baptizauit. Tandem in conuentu omnium propoſitum ſuum indicauit, & coram omnibus dignitatem & officium reſignauit. Sed cum omnes reclamarent, & maximè Cardinales, qui eum delirare putabant, eo quod relicta Pontificatus gloria poſt quaſdam mulierculas fatuas ire vellet. Ille nullatenus acquieſcens, quendam ſanctum virum, qui Antherus dictus eſt, loco ſui in Pontificem ordinauit, & quod Sedem Apoſtolicam inuito Clero reliquerat, ideo nomen eius idem Clerus de catalogo Pontificum abraſit. Duo autem iniqui Principes Romanæ militiæ, ſcilicet Maximus & Africanus videntes magnam multitudinem Virginum, & quod multi & multæ ad eaſdē confluxerant, timuerunt, ne per eas religio Chriſtiana creſceret: quapropter iter earū diligentius explorantes, miſerunt nuncios ad Iulium cognatum ſuū Principē gentis Hunnorum, vt educto exercitu contra eas ipſas, cum venirent Colonia, trucidarent. Sanctus autē Cyriacus cum illa nobili multitudine egreſſus eſt de vrbe, ſecutus eſt autē eum Vincentius Presb. Cardinalis, & Iacobus Archiep. Antiochiæ, qui cum Papā tunc tēporis viſitaſſet, & de aduentu Virginū audiſſet, ſe ſocium paſſionum earū fecit, pluresq; Epiſcopi eo, quo tēpore Romā aduenerant, prædictis Virginib. adhæſerunt, Aetherius quoq; ſponſus S. Vrſ. manens in Britannia per viſionē Angelicā à Domino admonetur, vt matrē ſuam hortaretur fieri Chriſtianā, pater autē eius in eo anno, quo Chriſtianus fact. fuerat, mortuus eſt, & Aetherius filius eius eidē in regno ſucceſſit. Cum autē ſacræ Virgines cum prædictis Epiſcopis à Roma redirent, Aetherius à Domino admonetur, vt protinus ſurgens ſponſæ ſuæ occurreret, & cum ea in Colonia palmam martyrij accipiat, qui diuinis monitis acquieſcēs, matrē ſuam baptizari fecit, & ſic cum matre & ſorore ſua Florentina iam Chriſtiana, necnon & Clemente Epiſc. ipſis Virginib. obuians cum iiſdem ſociauit ad martyrium. Alij etiam Epiſcopi quamplures, ac Virgines Reginæ per viſionem admoniti, ſe prædictis virginibus iunxerunt, & ſic omnes Virgines cum illis Coloniam redierunt, & ipſam iam Hunnis obſeſſam inuenerunt, quas barbari videntes, magno clamore ſuper eas irruerunt, & quaſi lupi ſæuientes totam illam multitudinem occiderunt &c. Paſſæ ſunt autem An. Dom. 238.

20. Teſt. Ex c. 8. & 28. vitæ B. Franciſcæ Amboſiæ, ſpectabat ad lib. 9: ſed quia ſerius accepi, huic inſerui loco, fuit ea vtriuſq; Armoricæ Dux; ſed poſt obitum mariti fruſtra reclamante Ludouico XI. Gal. Rege & Proceribus, mundo valere iuſſo, Carmelitanam cœpit regulam profiteri. Singularis eius exſtitit in S. Vrſulæ ſodalitatē religio: nā dum adhuc matrimonio iungeretur, hebdomadatim diebus mercurij ſacrum curabat factitandum ad honorem SS. Virg. illudq; apud Carthuſianos Namnetenſes fundatum amplis prouentibus & perpetuum eſſe iuſſit: præterea eodem die puellis vndenis eleemoſynam certam largiebatur: nam ea tempeſtate, vt autor vitæ memorat; recepta erat in tota prouincia Aremorica conſuetudo, quam nobiliſſimi quique maximè fouebant, præcipuo cultu S. Vrſulam venerari, ſtetit autem operæ fructus, & B. Franciſcæ mortē feliciſſimā peperit. cum enim A. 1485. 28. Octaua S. Vrſulæ & feſtum S. Cuneræ ageretur, cœlitus monita didicit octauo poſt die piè deceſſurā: eodē ipſo die letali correpta morbo heroica patientiæ virtutumq; aliarum decora præſentibus exhibuit, die Iouis totius vitæ maculis confeſſione elutis, ſacro Viatico & Oleo ad luctam vltimam munita noctem vltimam precibus exegit, maximis conflictata doloribus: mirè recreata planctu Deiparæ *Stabat mater dolorosa*. Poſtridie cum inſtaret obitus, videre ſibi videbatur S. Vrſulam ſtipatam trimillenis Virginib⁹, vnde ſummo delibuta gaudio ſalutat his verbis præſentes: Bene

venerint optimæ & amantiss. Dominæ meæ, quas semper plurimum amaui & colui, & iam dudum vobiscum esse desideraui, præbete quæso locum illis. His dictis anima purissima stipata comitatu tot millium Martyrum ad creatorem suum euolauit die Veneris, eadem hora, qua Christus in cruce expirauit, 4. Nouemb. A. 1485. ætatis A. 40, religionis 18. V. c. 8. & 28. vitæ eius.

21. Test. Iacobi Philippi Bergomensis Augustiniani circa Anno 1490.

Scripsit hic præter supplementum Chronicorum librum de claris mulieribus, in quo prolixam S. Vrsulæ martyrij contexit narrationem: viri vt hæretici tentur, multæ lectionis, nec vulgaris iudicij: editus liber is est An. 1497. dissentit à nobis in tempore, & alijs nonnullis minutis rebus.

Vita & Martyrium S. Vrsulæ,

VRsulam Virginem & Martyrem, Illustrissimæ originis, & celebris ingenij Britannicam feminam in Anno Domini 55. supra quadringentesimum cum vndecim millibus Virginum, promiscui sexus Christianis, qui omnes Virginum nomine appellantur, apud Coloniam insignem Germaniæ Vrbem ab Hunnis Scythicis impurissimis, sceleratissimis, & siluestribus populis sub Attila Rege militantibus glorioſissimum martyrium pro Christi nomine pertulisse compertum est. Quæ etsi sanguinis fulgore, & ingenti corporis pulchritudine locum inter claras mulieres, & sibi aliquod magni fulgoris nomen quæsisse tantum videatur, longè magis tamen non ob feruidum tantummodo fidei, & virginitatis amorem in Deum, quo vt plurimum Sacræ Christi virgines vruntur, sed ob meritum insignis eius audaciæ, & prudentiæ in tot tantisque ad se congregandis Ecclesiæ Prælatis, nobilissimisque regijs, & alijs filijs, & matronis, ac filiabus Virginibus occupasse censetur, quod ne videatur à calamo nostro surreptum, paucis explicandum est.

Hæc Mauri cuiusdam Britonum Christianissimi Regis ex Demetria (potius Daria) *eaque Christianissima, & deuotissima vxore suscepta filia fuit, cuius ingens, & incredibilis propè corporis, & oris pulcritudo, & ceteræ virtutes, nec non & animi magnitudo cum ad notitiam Anglorum potentissimi Regis delata essent, Illico in huius sacratæ Virginis amorem adductus est, & sese perbeatum existimare cœpit, si talis, ac tanta virgo sui vnigeniti filij copularetur coniugio: Atque ipse eius filius identidem in amorem eius egregiæ formositatis adeo tractus est: vt nil iam præter illam carum sibi aut delectabile (in tanto suo regno) arbitraretur, & sic dum Pater, & Filius vrerentur, Oratores solennes ad Maurum Regem Virginis Patrem miserunt, qui eandem Virginem, & blanditijs, & promissionibus in coniugem pro tanto Regis filio postularent, adijcientes minas, si ad eosdem Dominos suos vacui redirent. Rex autem susceptis orationibus non minimè anxiari cœpit, plurima secum pertractans: tum quia filiam Christi signaculo insignitam indignum duceret imprimis idolorum cultori coniugio copulare, veritus quoque ne & ipse vllo pacto assentiret: tum denique, quia ipsius Regis formidaret potentiam. At ipsa diuino spiritu suffulta, trepidanti genitori suasit, vt postulatis assensum præstaret, ea tamen conditione apposita, vt Rex ipse Anglorum cum Patre suo decem selectas Virgines sibi ad solatium traderet, & tam sibi, quam prædictis decem selectis clarissimis Virginibus, mille alias Virgines domicellas assignaret, & pluribus comparatis triremibus trienny inducias sibi concederet, ad suæ virginitatis dedicationem ex more regio celebrandam. Intereaque sponsus ipse de fide Christi sufficienter instructus, baptizaretur: sapientissimo equidem vsa consilio, vt videlicet, aut difficultate conditionis propositæ eius animum ab huiusmodi coniugio auerteret, aut tali opportunitate ipsas Virgines vna secum CHRISTO DOMINO nostro dedicaret. At iuuenis nimio iam ardore Virginis incensus, ipsa conditione lubenti animo accepta, apud Patrem insistere cœpit, vt protinus baptizaretur, cunctaque quæ sacra Virgo proposuerat, impetra-*

uit. Pater autem Puellæ, quam vnicè diligebat iste, interim destinauit Eunuchos graues viros, Procereſque plurimos, quorum ſolatio & auxilio tam ipſa, quam eius virginalis exercitus indigeret, quos ſuo haberet in comitatu. Vndique igitur Virgines, vndiq; viri ad tam præclarum ſpectaculum concurrunt; Erat autem hæc præclariſſima Regina Vrſula præter eximiam corporis pulcritudinem multorum ideomatum, & linguarum egregia eruditione plurimũ inſignita. Quantum autem momenti ipſa eius habuerit oratio ad ſuadendum accommodata, cum alijs rebus in plurimis, tum in hoc maximè demonſtrauit, cum tot tantaſque ex omni natione Virgines à Chriſti fide alienas Chriſto per ſuam prædicationem lucrata ſit. Quantum verò fuerit eius differendi pondus, quantus torrens, quanta vis, quantuſue impetus in illo Sanctæ Virginis ingenio vel hinc intueri licet, quod & imprimis Pantulum Baſileenſem Epiſcopum virum optimum, & eruditiſſimum ad ſe attraxerit, & Romam vſque conſociatus fuerit, indeque rurſus cum ea regreſſus martyrij palmam cum ipſis percepit, indeque & Romanum Pontificem Maximum, Cardinales nonnullos, plurimoſque Sanctæ Eccleſiæ Antiſtites doctiſſimos, atque Sanctum Aetherium Anglorum Regis filium ipſius Sanctæ Virginis ſponſum, atque alios innumerabiles propè nobiliſſimos iuuenes, atque Sanct. Geraſinam Siciliæ Reginam, matris ipſius Sanctæ Vrſulæ germanam cum quatuor eius filiabus Babyla, Iuliana, Victoria, & Aurea, atque paruulo ſuo Adriano filio, qui amore ſororum ſuarum vltro ſe peregrinationi ingeſſit relicto, in Britanniam vſque viſendi & audiendi eam adnauigauit. Atque ita factum eſt, vt plurimi eam, quam animo iam condemnabant, & flocci pendebant, tanquam inſanam, & amentem, cogerentur vel inuiti eam ſequi, atque eam in peregrinatione comitari.

Quid dicendum eſt de prædicto Sancto Aetherio ſponſo ſuo illuſtriſſimo, cum eius genetrice & Florentina Virgine ipſius ſponſi ſorore, atque Marculo Græciæ Epiſcopo Doctore, & Oratore conſummatiſſimo? quos omnes ita ſuis deflexit epiſtolis, atque placauit ac illexit, ac in ſuam traxit ſententiam, vt ſe etiam ad Martyrium vltro exponerent. Triremibus præparatis, & ſumtibus ad ſuſtentationem Virginum, & vniuerſi exercitus, copioſiſſimè nauibus impoſitis, Vrſula Regina ſuis commilitonibus ſui conſilij ſecretum reuelauit, & eaſdem omnes in nouam militiam iure iurando adſtrinxit; Quippe modo belli noua præludia inchoabant, currendo, & hinc inde diſcurrendo, interdum bella ſuſcitando, plerumque fugam ſimulando, omnique ludorum genere eaſdem Virgines recreare, & exercitare ſtudebat, nihil omninò relinquens intactum, quod animo faciendum occurreret; aliquando enim meridie, aliquandoque veſperi ad naues velificatæ redibant Virgines. Quamobrem illud Apoſtolicæ vocis inſigne in B. Vrſula Virgine celebrandum veniebat. Volo autem vos omnes Virginem caſtam exhibere Chriſto, *quoniam* Adſtitit Regina à dexteris eorum in veſtitu deaurato, circumdata varietate: *qua quidem veſte polymita & multarum virtutum diuerſitate contexta Regum filiæ tunc vtebantur.*

Incredibilis quippè animi fortitudo Diuæ Vrſulæ erat, vtpote intra gemmas & ſericum, inter Eunuchorum, puellarumque cateruas, & miniſteria perſtrepentis familiæ, & mollitiem plumarum, atque exquiſitas epulas, quas regia & paterna domus affatim præbebat, appetiſſe peregrinationem, itineris laborem, & maris æſtum, cæli procellas, barbarorum perfidias, & hoſtium infeſta, atque perſequentium manus, propter caſtitatis virginitatiſque amorem: legerat enim verba Domini ad Abraham dicentis, Egredere de terra tua, & de domo Patris, & vade in terram, quam monſtrauero tibi. Æſtuabat Chriſti tiruncula, & genibus ad terram aduolutis lacrymis Saluatorem inuocabat, vt ſuum dignaretur recipere propoſitum, & ſuum impleret deſiderium: vt omniũ Virg. Comitum ſuarum illuminaret & molliret ſpiritũ. Penetrauit hic Vrſulæ rumor Occidentis litora, & in mediterraneis vrbibus Vrſulæ triumphus auditus eſt; confluebant nõ modò Virgines feminæq;, ſed & Principes, Proceres quoq;, & Primates per turmas ad hoc tam grande ſpectaculũ, & oẽs admiratione gaudioq; replebantur: oẽs quippè virgines tam gentiles, quã Chriſtianæ huius S. ſocietatis plurimũ ſe iactare dicebantur, omneſq; eiuſdẽ Virg. matris vterũ benedicebant, atq; ita ipſam hominis ſponſam q̃ tantũ vna Prouincia Britannica nouerat Virginem Chriſti factã, totus mundus agnouit. Inde volẽs Sanctas & ſimpliciſſimas comites Virg. Chriſto lucri facere; ipſaſq; inſtituere decernens, plurima eiſdẽ tradidit documẽta ſeruanda; primũq; eis ſtudium eſſet cognoſcere Deum, & Dom. noſt. Ieſum Chriſtum, eius vnicum filium, atq; eius ſci-

voluntatem, & quid ei placeat, displiceatque diligenter animaduertere, vt secundum Apostolum Paulum, rationabile Deo reddant obsequium; totumque vitæ cursum ex sius possent ordinare sententia. His & alijs S. Vrsulæ documentis vniuersæ Virgines pertæ, & edoctæ in Christum credidere, & Baptismi sacramentum omnes percepere: quius baptizatis, & nauibus adscensis, sub vnius diei spatio, vento prospero flante ad quenum Galliarum portum qui Tila nuncupatur, atque inde tandem Coloniam per Rheni uminis alueum deuenere, vbi S. Virgini Vrsulæ Angelus Domini apparens prædixit, eas integro numero omnino istuc reuersuras, coronasque martyrij ab Hunnis percepturas. Inde igitur adnauigantes, Basileensem nobilem Germanorum Vrbem applicuerunt, ibiemque triremibus relictis Romam omnes pedestres concesserunt. Earum enim in Vrbe oma introitus quadam admirabili religione triumphalis, & inauditus penè exstitit, atue omnibus fuit miraculo: tantus etenim circa hanc Reginam, & comites fuit ordo, diositioque pulcherrima, ac religiosa incedendi; vt omnium intuitus ad se conuertesint; non publicus vicus vllus; non forum; non porticus; non fenestræ desuper cere poterant prospectantes; ac spectaculi deuotione plurimi nedum secularium, sed & anctissimorum Episcoporum, & Cardinalium, quasi attoniti abierunt. Cyriacus autem Maximus tunc Romanæ Ecclesiæ Pontifex, natione & ipse Britannicus; in adentia Sanctissimæ Virginis Vrsulæ innumerabiliumque sociarum eius Virginum, pluriium gauisus est, quod inter eas nonnullæ interessent consanguineæ; vnde & ipsas honoris gratia cum vniuerso Romano Clero reuerenter excepit; nutriuit, & omni cum diligentia & custodia sustentauit, ac pauit; atque de omni Christianæ veritatis documenillas accuratè, & diligenter instruere fecit, & quæ inter ipsas minimè baptizatæ fuissent, baptizauit. Quadam autem nocte Pontifex in visione diuinitus præmonetur, um eum ipsis sacris Virginibus fore palmam martyrij percepturum: captato igitur tempoe, (ab aduentu Sanctarum Virginum) Pontifex Cyriacus Synodo congregata, quæ sibi à Domino reuelata erant, referauit, coramque omnibus dignitati, & officio cessit. Sed um omnes Collegij Patres in eum mirabundi reclamarent, dicerentque turpissimè deliraie, quod Pontificiam generalis Ecclesiæ sedem gloriamque renueret, vt quasdam fatuas ulierculas subsequeretur, ille nullatenus earum reclamationibus acquiescere voluit; Sed Antherum Pontificem sibi suffectum, & Papam declaratum, eas Virgines (& ipse Virio) vsque ad martyrij coronam subsecutus est: verum quia contra Patrum voluntatem ignitati, & Pontificatui cessit, in Pontificum catalogo positus nunquam fuit, omnem quoue gratiam, quam B. Vrsula, & sacer ipse Virginum Chorus à Romana Curia obtinuerat onsecutaque fuerat, prorsus perdidit.

Maximus verò, & Africanus pestiferi infidelesque Romanæ militiæ Principes, vilentes tantam Virginum, & populorum frequentiam, quodque multi, ac multæ quodam miaculo ducti ad ipsas confluebant, ne propter eas dem nimiũ Christiana religio excresceret, per nternuncios secreto in Germaniam Iulio Hunnorum Principi eorum cognato, qui Coloniam bsidebat, significarunt, de Virginum illuc aduentu, vt educto contra eas exercitu ipsas omes tanquam Christianas cum Coloniam nauigio applicarent, trucidaret. Beatum igitur Ponificem Cyriacum cum nobili illa Virginum multitudine ex Vrbe egredientem Vincentius resbyter Cardinalis, & Iacobus Antiochenus Patriarcha natione Byzantinus (qui Romam unc visendi & salutandi Pontificis Max. gratia venerat) Sacras Virgines subsecuti sunt: Maurisius quoq; Lauicanæ Vrbis Episcopus, vir optimus, Babylæ & Iulianæ auunculus: nec non & Foilanus Lucensis, & Simplicius Rauennatũ Episcopi, qui tunc Romæ erant prædictæ multitudini sanctæq; societati adhæserunt; Aetherius verò S. Vrsulæ sponsus in Anglia consistens, & ipse per Angelũ in visione monetur, vt genitricẽ suam imprimis adhortaretur fieri Christianam: deinde sponsæ suæ obuiam eat, vt cum ea martyrij coronam percipiat: eius quippè genitor Rex, primo anno quo Christianitatis titulum acceperat, mortem obierat, ipse autem in regno succesit; Cum autem sacræ Virgines cum Pontifice Rom. alijsq; plurimis Sanctis Episc. & Sacerdotib. Roma Basileã repeterent. S. Aetherius diuinis monitis acquiescẽs, matrem suã ilico baptizari fecit, atq; cum ipsa, & Florentina Virgine sua paruula sorore iã diu Christiana, nec non & S. quodam Episcopo Clemente: ipsis virginibus & ceteris obuians, ad martyriũ inrepido animo se consociauit eisdem. Marculus autem quidam Graciæ Episcopus, neptisq; eius

Constantia Dorothei Byzantini Imperatoris filia, quæ nuper cuidam Adolescenti cuiusdam Regis filio nupserat, sed ante nuptias mote præuento virginitatem suam Deo deuouerat, & ipsi per visionem admoniti Romam concito cursu venerunt, prædictisq; virginibus vltro se ad martyrium iunxere: omnes igitur virgines cum prædictis Sanctis Pontificibus tandem Coloniam Basileâ peruenerunt, quam quidem Vrbem Hunni infideles infesto marte obsidebant, ad quos cum venisset S. Virgo Vrsula cum Pontificibus, aliisque penè innumerabilibus Principibus viris & virginibus numero vndecim millium, ipsos omnes ad martyrium infracto animo perferendum eleganti oratione exhortari cœpit dicens. Scitote filiæ, & sorores carissimæ, scriptum esse, mulieres fortes, sapientesque ædificarunt sibi domos, illuminauit enim Dominus Deus vultum suum super nos, vt segregaret nos ex vtero cognationis terræ nostræ non solum regione, sed & spiritu bonæ voluntatis, vt de terrenis rebus ad cælestia regna nos aduocaret: Diuus enim Paulus diuinorum arcanorum, vt fidelissimus conscius contestatur dicens, non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tribulatio inquit patientiam operatur, patientia autem probationem; probatio verò spem; spes autem non confundit; quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris: in qua quidem caritate si radicati fuerimus, omnia æquo animo atque alacritate sustinebimus. Propterea impensius obsecro carissimi mei, vt nunc cum Propheta vnusquisque dicat. Diligam te Domine virtus mea, Dominus firmamentum meum, & refugium, & liberator. Dilectio enim Domini virtus salutis est, quia Deus dilectio est, & qui manet in dilectione, in Deo manet. Adsunt enim vt videtis, humanæ mortis tribulationes, in earum autem sortem vocauit nos Dominus Deus perennis lætitia, vt in hereditate cælesti, & in honore regali constituat nos semper, igitur nobis nunc tolerandæ sunt passiones, & tormenta, quia mox à Deo ipso nunc compensabuntur. Itaque estote parati, quia iam ad coronam vocamur, vt dum Christum conati sumus imitari, & eius vestigijs affigemur, depositis oneribus, & impedimentis, atque compedibus, (quibus seculi huius amatores attinentur sedentes in tenebris, & in vmbra mortis) nos iam liberati, expediti comitemur Dominum Maiestatis crucifixum: cuius imaginem non potest portare, nisi qui in hoc seculo nudum, & mortuum se reddit. His & similibus exhortationibus omnes corroborati, signo crucis præmuniti; data vnus quisque suo proximo pace, proris versus Coloniam porrectis, barbari veluti canes, & lupi in oues irruentes, vniuersam multitudinem sagittis interemerunt. Cum autem ad beatissimam, & speciosissimam Vrsulam (ceteris trucidatis) peruenissent, videns Princeps nimiam, atque eximiam eius elegantiæ pulcritudinem, vehementer obstupuit, consolansque eam super necem Virginum, & exercitus sui, promisit, quod eam in coniugem sibi copularet, sed cum illa ipsum penitus respueret, ipse se contemtui haberi animaduertens, è vestigio arcu arrepto sagitta eam transfigens, eo mortis genere martyrium consummauit. atque ita S. virgo Vrsula cum sua propemodù infinita societate, tam conducibilem Patriæ suæ Britanniæ, Germaniisque vt ita dixerim cunctis vitam egit, vt etiam post mortem non parum illis maximeque Agrippinæ ciuitati vtilis in æterna habitatione cum suis permansura sit, virtutis autem suæ monimenta per totum terrarum orbem adepta, regale ea in vrbe sepulcrum consecuta est, vbi frequentissima quotidie fiunt miracula; harum itaque annua solemnitas vndecimo Kalendas Nouembris dicata celebratur à fidelibus populis.

De huius autem S. Virginis, sociarumque prædictarum passionis temporibus, quædam fuit apud illustres historiarum scriptores ambiguitas, cum sint qui dicant illam passam esse temporibus Alexandri Romanorum Principis, qui desijt regnare in anno salutis nostræ sexto & trigesimo supra ducentesimum; Sed ratio non patitur, vt tali tempore passa fuerit B. Vrsula: cum tunc Sicilia regni titulum non haberet, neque Bijzantium, sed verius eam passam anno præmisso.

22. Test. Antonij Bonfinij Historiæ Hungariæ Decade 1. libro 5.

Nemo ferè hactenus scripsit maiore eloquentia historiam Vrsulanam Antonio Bonfinio Asculano: circa finem seculi 1400. conuenit nobiscum in capitibus præcipuis: solo ferè in tempore discrepat: secutus communem opinionem vel errorem potius, dum eam ad Attilæ dominatum reuocauit.

De

De S. Vrsula eiusque Sodalibus.

IIsdem Attilæ sæuientis temporibus vndecim millium Virginum peregrinationem sanctissimam, Duce Vrsula, accidisse perhibent: quarum expeditio, quanto cruentior, tanto felicior fuisse creditur, ne tam noxijs, Dei flagellum, quam insontibus martyrium, dirus Attila fuisse videatur. Sed res memoratu dignissima, ritè referetur. Vrsulam vnicam Dionethi, nobilissimi Britanniæ Principis filiam fuisse aiunt, forma, moribus, venustate, sanctimoniaq; præstãtem. Eodem tempore Britannorum Regẽ, ab orthodoxa fide alienum, Regno diuitijsq; pollentẽ, vnico tantum filio præditum, ac virginis probitate, & forma succensum, pro gnato instantissimè postulasse. Vrsulæ Patrem grauissimè hinc solicitudine cæpisse angi, quod filiam Deo dicatam, inuito numine, profano iuueni desponsare cogeretur, simul etiam & vereri, ne ex repulsa, Tyranni crudelitatem omnino subiret. Dum in diuersa distrahitur animus, veluti consilij inops, filiam tandem consulit: hæc Patri suadet, Regi respondeat, hac se conditione affinitatem esse facturum, si decem virgines genere, forma, & ætate delectas, Rex filiæ comites daret, ac Vrsulæ, singulisq; comitibus, quæ denæ sint, singillatim mille Virgines suppeditaret. Item vndenas his triremes compararet, quibus triennij spatio, donec sponsus Christiana religione initiaretur, pro virginitatis dedicatione vti possent. Quod haud temere à Diua Virgine suasum, partim vt difficultate propositæ conditionis à se animum Regis auerteret, partim vt conditione ista coæuas comites vna secum, Deo dicaret. Rex cõditionem accepit, quæcunq; Virgo mandauit, ritè fieri iubet. Filius eius, sanctitate succensus, Baptismum accelerat, puella se cum puellari exercitu, Romam omninò profecturam Patri nuntiat, vt à Christi Vicario delictorum veniam, tutelamq; virginitatis assequatur. Et quando virorum ductu, & propugnatione in longa peregrinatione carere non posset, viros à Patre sanctissimos petit. Vbi virgines Vrsulæ copias propediem peregrè profecturas esse, rumor effunditur, multi ad sacrũ, inusitatumq; spectaculum vndique fluxere, imprimisq; nonnulli Britannorum Episcopi, qui virginum expeditionẽ sequi cupiebant. Horum Princeps Pantulus Basileensis Episcopus, qui eas Romã vsq; perduxit, & cum his pariter occumbere voluit. Quin etiã Gerasina Siciliæ Regina, ac Dariæ matris Vrsulæ, & Mauritij Episcopi soror, eius literis admonita, ad sacrã pariter expeditionẽ conuenit, quæ virum nacta crudelissimũ ac Regno perniciosum; ad incredibilem mansuetudinẽ redegit. Hæc cum Babyla, Iuliana, Victoria, & Aurea, quæ suæ filiæ fuerant, aduenit. Quin & Adrianum filium duxit; qui sororum amore, sacra simul stipendia fecit, & Regnũ hæc filio alteri delegauit; huius cõsilio virginũ sunt agmina instructa. Cõparatam igitur classem, illæ ductu, auspicijsq; Vrsulæ cõscendunt omnes, sacriq; viri pariter sequuntur, ac per Oceanũ vectæ dum Gallica litora legunt, in Rheni tandẽ ostia deferuntur, & aduerso amne, ad Coloniam Agrip. primo, deinde Basileã vrbem perueniunt. Hinc Galli, illinc Germani sacrã classem admirantur. E pagis & oppidis ad sacras Virg. spectandas aduolabant. homines, quæ modulato cantu, dininos hymnos concinebant. Hos choros facilè dixeris Angelorũ. Sacra carmina vtrimq; Rheni ripæ resonabãt. Religioso vbiq; hospitio excipiebãtur, Basileæ classem relinquunt, pedestre mox iter inituræ, curatis ibi triduo corporibus, à Rheno in Heluetios, Leucosq; diuertunt, vt in Italiam recta contendant. Superato Iuraso monte, ad Ararim fluuium veniunt, qui Rhodanum influit, deinde ad Budem festinantes, traiecto amne, ad Rhodanum contendunt, vbi à cunctis Allobrogum oppidis honorificè excipiuntur. Cum Vesuntio appropinquassent, ex vniuersa ferè Narbonensi Gallia homines ad spectanda virginum agmina confluxêre, pars plausibus excipiunt, faustis multi acclamationibus extollunt. Alij hoc exemplo ad religiosam peregrinationem incendebantur, & profanæ mentis conscij graui pœnitentia corripiebantur, plerique in lacrymas vertebantur, sanctissima Virginum studia conspicati, quibus neque labor, neque languor vllus ex itinere inferri videbatur. Nam incensæ sacræ peregrinationis amore, ferri potius, quam progredi putabantur, sacrorum concentibus rythmorum, cuncta complebantur, Angelus Domini ducebat eas. Cum Alpibus editissimis, quæ Galliam ab Italia diuidunt, appropinquassent, ne defuêre quidem, qui admodum dubitarunt, ne arduũ insuperabilemq; cliuum facilè superarent, quando Herculem (vt aiunt) & Hannibalem defatigasse ferunt. Virgineæ tamen acies ita hilari, fortiq; animo accliue iter adoriun-

Basileam veniunt.

Vesuntij excipiuntur.

adoriuntur, vt sine labere, auium more, sublimia iuga conscenderint, nullaque vnquam in tanta difficultate, neque ingemuisse, neque retulisse pedem videretur. Nihil est ita arduum, & difficile, quod diuinus amor facile tolerare non possit. Validissimi quæq; militis præstabat officium, quia nulla militia felicior habetur, quam ea quæ sponte subitur. Vexillum crucis Vrsula ferebat, quam antesignanæ puellæ præcedebant, & non modo ducis optimi, sed strenui militis præstabant officium. O beatissimum puellarum exercitum, in perpetuum virorum ruborem, confusionemque repertum! O egregium delectum, nec vllibi gentium, vnquam habitum, & non solum ad suam, sed omnium quoque salutem adinuentum. At vbi è iugis Alpium Italiam despectarunt, magno plausu Romam conclamarunt. Obstupuêre Insubres, cetera que Italia, vbi formosissimas, easdemque sanctissimas cohortes adspexêre, quod ante hac nunquam, in Italia spectare licuit. Quod vbi Cyriaco Pontifici Maximo significatum est, cum vniuerso collegio Sacerdotum ex Vrbe Roma prodiens, mirificè exsultauit, & quam honestissimo potuit apparatu, aduentantes Virgines excepit: quod vt faceret, tum patrius, quia Britannus ipse, tum diuinus amor, quia & ipse castissimus erat, effecit. Multæ quoque Virgines in eam expeditionem venerant, quæ Pontifici, nepotes, pronepotesque fuerant, aut quouis alio sanguinis vinculo coniunctæ, quin etiam eadem nocte diuinitus sibi significatum est, se cum illis omnino martyrij gratia occumbere oportere. In sequenti die, cũ multi aduenissent, nondum sacro Baptismate expiatæ, eas ex more baptizandas curauit, deinde cuncta templa lustrare, & apud omnes Basilicas solennia celebrare voluit. Quidquid Deo ibi ex more debebant, eas rite ac piè persoluere docuit. Cum abeundi tempus instaret, Pontifex diuino iussu nutu, aduocato sacerdotum collegio, quid facere vellet, aperuit: seque Pontificatu, cum post Pontianum Pontificem anno vno, ac mensibus circiter duobus Romanæ Ecclesiæ præfuisset sponte cunctis reclamantibus abdicauit. Cardinales eum delirare putabant, quod in senili mulierculas, non sine sui derisu sequeretur. Neque cœlesti eum interprete admonitum intelligebant, qui eum vna cum virginibus in Gallia martyrium subiturum esse nunciarat. Contemta tandem omnium refragatione, sancti propositi tenacissimus, Antherum mira sanctimonia præditum sibi suffecit. Ipse autem, quia inuito collegio se Pontificatu abdicauit, è Romanorum catalogo Pontificum abrogatus est, quin & sacræ Virgines, huius causa autoritatem, & gratiam amiserunt. Sacer igitur exercitus, lustrata Vrbe, sacris apud omnia pluuinaria rite peractis, ac votis denique persolutis, Duce Pontifice Maximo abeunt. Quod cum ceteri vidissent, multi pari caritatis ardore succensi, in eandem expeditionem ire contenderant, imprimisque Vincentius cardinalis, Iacobusque Britanno genere natus, Metropolita Antiochenus, item Mauritius Episcopus, Babylæ, & Iulianæ Auunculus: præterea Foilanus Lucensis, & Sulpitius Rauennensis Antistes. Quin etiam Aetherius Vrsulæ sponsus, qui defuncto Patri in regno successerat, diuino in somnijs admonitus internuncio, vt Demetriam matrem ad ineundam fidem hortaretur, mandata peregit, Patremque Agrippinum primo sponsalium anno amisit. Et ne sponsa ignobilior esse videretur diuinis monitis edoctus, vna cum sorore Florentina, cum ipse triennio in fide permansisset, sponsæ sanctoque exercitui Coloniam vsque obuiam occurrit, vt pari palma depugnaret. Item Clementem Episcopum è Britannia secum abduxit. Quin etiam Marculus Græcorum Episcopus, cum Romam venisset, neptemque Constantiam Dorothei Regis filiam duxisset, eadem castra sequi voluit. Sed cum Maximus & Africanus, profani Romanorum duces verentur, ne Christiana fides, quam admodum abominabantur, tam magna incrementa susciperet, quibus falsa religio antiquorum è medio tolleretur, ad Iulium quendam Hunnorum Præfectum, quem illi Giula appellant, ad Rheni ripas agentem, dum Attila ceteras Galliarum oras latè diriperet, scripsêre. Si Romanam amicitiam cuperet, operam daret, vt bachantium mulierum exercitus, quæ à deliris quibusdam Sacerdotibus ducerentur, armis omnino deleret, quo nil gratius Romanis, Schyticis numinibus addictis, & præsertim Marti, ac Herculi, quos communes cum gente Schytica progenitores, ac Deos habent, fieri posset, ac patrandi facinoris tunc tempus fore nimis idoneum, cum ad Coloniam Agrippinam redyssent. Iulius vt Romanis Ducibus gratificaretur, & Christianum sanguinem, quo Vrni satiari non poterant, hauriret, se diligentissimè mandata facturum pollicetur. Cum eas ad classem in Rheno relictam redyisse cognouit, Maximi,

Iter per Insubriã.

Cyriacus Papa Virginib. occurrit.

Baptizat Catechumenas.

Abit Pontificatu.

Cardinales & Episcopi multi iunguntse Sodalitati.

Sponsus etiam occurrit.

Maximi, & Africani literis edoctus ad Coloniam tendit insidias, quod nec Vrsulam, nec Pontificem Maximum latebat, quando cælesti rerum futurarum internuntio monebatur. Cum secundo amne deuectæ, Coloniæ appropinquassent, præsidenti è suppi Cyriaco Pontifice, Vrsula in media classe inter sacras Virgines sic præfatur. Nemo sorores integerrimæ, legitima præmia consequi potest, nisi prius benè certarit. Neque cuiquam animam in cœlis reperire licet, nisi qui eam hic pro DEO consemserit, & amiserit: iniquum est enim, cum Saluatore nostro cœlestium rerum fieri coheredes, nisi pro eo vitam deposuerimus. Præ nimio caritatis ardore, qui propria morte, sponte nos ab omni perpetua mortalitate redemit: nos IESV CHRISTI Optimi Maximi signa secutæ, sacra hucusque stipendia fecimus, diuina ope maxima quæque bella gessimus, opima spolia sæpè retulimus, rugientem hostem sæpissimè vicimus. Intestinas seditiones, quæ pernicioſissimæ, ac formidolosæ esse solent, bene repressimus, & Ducis nostri sapientia, omnia prosperè ac feliciter euenêre. Quænam maior, quam suipsius potest esse victoria? Quis etiam triumphus potest esse præstantior, quam captiuam carnem ducere, vincere scipsam, & de concupiscentia carnis glorioſissimè triumphare? Quod vt facilius assequeremur, in salutarem hanc expeditionem pedibus profectæ sumus, in qua nulla vis illata, quamuis Attilæ incendia adhuc fumãtia, intrepidè iter Deo duce faceremus. Nullus labor sanè perceptus, quamuis ediſſimas Alpes superare cogeremur. Nullus deinde morbus, ac languor ingruit, nec metus incessit, quamuis semellæ in longissima peregrinatione diu versaremur: Quæ iam experientia docuit, quam suauis sit diuina seruitus, & quam salutaris nostri Ducis iugum, in cuius seruitio cuicunque mori datum est, certam veramque felicitatem illi sperare licet. Sed quis hoc non facilè fecerit, qui ad tanti Regis obsequia non modò se natum, sed diuina clementia ab æterno delectum & prædestinatum esse reputaret? Vbinam gentium vnquam auditum, tot millium Virginum habitum esse delectum, quæ tam salutarem ac opimam militiam militarent? O beatas animas, quas ad æterna præmia Deus ipse seruauit! O ineffabilem clementiam Redemtoris, si quas ad sacra castra euocauerit expeditione triennij, reddet emeritas, & maiora tironibus quam veteranis stipendia persoluentur. Ni fallor, sanctissimæ sociæ, iam felicitatis nostræ tempus instat, & vt diuinitus hesterna nocte sum edocta, caritatem constantiamque nostram sacrosancto martyrio, veluti obryzum igni, approbare vult Dux noster. Quin etiam & de calice suo diuina benignitate nos compotionare dignatur, vt virtutem nostram periclitetur, quam ipse sua gratia roborauit, vt in ruborem virorum, profanarumque gentium confusionem, in femineo sexu orthodoxæ fidei vires ostendat. Dum sæuus Attila per Galliam cædibus vsque quaque grassatur, magnam Vnnorum partem ad Rheni ripas planè reliquit, quæ Colonienſem agrum passim diriperet. Coloniam Vnni obsident, nosque præter Coloniam transire opus est, si classe vehi decernimus: si verò pedibus iter facere malimus, per media efferatissimarum gentium castra ire cogemur. Quod à clementissimo Saluatore nostro idcirco ita statutum est, & permissum, vt cum ad peregrinationis finem peruenerimus, ab Vnnis corporibus exutæ, tot Virginum acies demum ouantes in cœlestia regna inter diuos referamur. O immensam Saluatoris nostri benignitatem, incontemplabilemque misericordiam, quippè qui ne diuturniore nos malitia conficiat, breuissima, momentaneaque morte ex his ærumnis nos eripere dignatur! Quin etiam suo mihi significauit internuntio, Aetherium sponsum meum Demetriam matrem à falsa religione vindicasse, & cum sorore Florentina, & magna Britannorum manu cras nobis occursurum; & diuinitus admonitus, pari, nobiscum mortis felicitate fruetur. Neque patitur Deus meus, me sine sponso fieri beatam. Proindè scitote, ac vos ita Saluatoris nostri nomine certiores efficio, Vnnos fera rabie nos omnes cras ad Coloniam circumuenturos, & in nos vsque adeo sæuituros, vt ad vnam omnes contrucident, vt ereptis corporum exuuijs, in cœlum, vnde demissæ

fuimus,

fuimus, ſuffundant, fugentque, neue inter profanos amplius verſemur. Quare cùm Scytici lupi in oues ſacras irruent, forti animo iugula porrigite, contemnite mortem, præſentis vitæ miſeriam recognoſcite, & futuræ beatitudinem exoptate, citoq; diſſolui percupite, vt Saluatore noſtro, cuius beatiſſimum conſpectum tantopere anhelamus, extemplo perfruamur. Nolitè expaueſcere, quia Saluator noſter nuſquam aberit. Et vt tutius martyrium obeamus, nobis Vicarium ſuum delegauit, qui mentes noſtras pro demandata poteſtate luſtraret, ipſeque nobiſcum paria ſtipendia meritus in aſtra reduceretur. Quare cum hora mortis aduenerit, hilares, ac lætæ tanquam omni miſeria carituræ, forti animo occumbite, veſtra vltro corpora Deo in holocauſtum ſuauiſſimum offerte, inter amplexus Angelorum animas effundite, in manuſque Domini ſpiritum commendate: *Magnanimâ virginis oratione ſic omnium animi confirmati, vt nil hoc felici mortis genere ducerent antiquius, ſic eam immodicè anhelabant, vt nunquam moriendi horam adfore reputarent. Conclamant omnes, ſponte morituras. Ad hæc Pontifex Max. præ gaudio in lacrymas cõuerſus, qui diuini tantũ ardoris, ac roboris in virgineis tenelliſque pectoribus intueretur, & quod viri à mulieribus, & à Tironib. veterani turpiter ſuperari viderentur. Quare ab eo omnibus eſt diuino nomine benedictũ, ſimul edictũ, quando poſtero die moriendũ eſſet, quo in manus hoſtium erant peruenturæ, inſomnẽ eam in ſanctâ oratione noctẽ ducerent, & Ieſum clementiſ. exorarent, ne in truci prælio virginea corda, qua ſibi delegerat, ſanè deſereret. Illud fuit admiratione digniſſimũ, ad hæc nullã è tot millib. ingemuiſſe, nullam expauiſſe, & fatũ inſtans reformidaſſe, neq; detrectaſſe mortẽ. Curatis aliquantiſper corporibus, per vniuerſam claſſem nocturnũ ſilentium indictũ, quæq; pro ſe inſtãtiſſimè modo Deum orare, ne deſerat, modo gratias ãgere, quod immaturæ, ac nondũ emeritæ æternis militiæ præmijs donarentur, diuinam in ſe pietatem aſſiduo contemplari, & ea contẽplatione refici ac beari. Nihil minus ſuccurrere, quam aut perhorrere, aut deprecari fatum. Aſt vbi noctem tranquillã transegere, prima hora diei, ſacra ritè peragunt, & à decimo lapide ſoluunt, Aetherius ecce ſponſus occurrit, & Pontificem præueneratus Vrſulam ſalutat. Ad quẽ,* ſalue *(inquit illa)* Aetheri mi, in Chriſto Saluatore noſtro ſuauiſſime. Fauſtus & felix ſit iſte tuus aduentus, quando tanto creatoris, & ſponſę ardore flagraſti, vt nobis occurreres, dexterrimum factum pro Chriſti fide ſubiturus. Et quia vocatio noſtra non patitur, vt terreno hic connubio inceſtemur, ne fruſtra huc contendiſſe videâre, hodie in cœlo (crede mihi) ſolennes nuptias celebrabimus. Proinde quando iam iam hoſtes aderunt, mecum Deum exora, vt quam primum apud ſuperos perpetua in Saluatore noſtro coniugia conſummemus: *Vrſulam diuina verba reſonantem Aetherius admiratus, eo magis in Domino ſponſam amauit. Reſpondet* ſe hactenus propter Vrſulam Deum amaſſe, contra nunc Vrſulam amare propter Deum, illius gratia eſſe felicem, eiuſdemque precibus adiutum, nil reformidaturum, nilque vehementius expetiturum, quam ſi cum ea pro Chriſto mori liceat. Et quando eius interceſſione in veram lucem aſſertus eſt, ſe omnia pollicetur pro vero Domino & Deo ſuo, æquiſſimo animo ſubiturum: *Pontifex in ſtrenuiſſimi ſponſi amorem exardeſcens, repente iuuenem amplexus, grauiſſimis in fide verbis confirmat: amplexantur ceteri Patres, plauſuque ingenti à Virginum choris excipitur. Sponſæ dexteram perreuerenter apprehendit, & pudiciſſimè eam vno duntaxat oſculo prælibauit, quod & Pontificis permiſſu factum eſt, vt quod virgineum in terris coniugium iniuerint, iam dudum apud Diuos in Chriſto conſummarent. Et cum iam ad tertium claſſis lapidem appropinquaſſet, Pontificio mox omnes admonentur edicto, quo ſibi hoſtes propius immineret, eo impenſius diuinis precibus incumberent, præ nimia apud diuinam clementiam, pœnitentia, delictorum impunitatem implorarent, demum exorarent, cum ſibi placitum fuerit, arumnis humanis eriperet. Iuſſa imperata faciunt, gemitibus, & lacrymis omnia complentur. At vbi Colonia eſt applicitum, hoſtes qui vtramque Rheni ripam occuparant, continuo ſacra agmina circumueniunt, in ripamque deſcendere patiuntur. Vrſula crucis vexilla ferens, in terram prima deſiluit, mox cum ſponſo Pontifex, deinde ceteræ naues ripæ proræ admouent,*

Sponſus occurrit claſſi.

dmouent, certatimq; puellæ desiliunt, non vt ad martyrium, sed conuiuium inuitatæ. Quas nnes cum Pontifex planè spectasset; euolate *(inquit)* felices animæ, & fragilia hæc de- onite corpora. Tu autem Iesu Christe optime maxime, quando tuo ductu huc ap- ulimus, fideles tuos propitius respice, & plebis tuæ animas in tua regna, quoniam mper in te sperauimus, clementer admitte : *Vix hæc intonuerat, cum Giula Vn- orum Præfectus, vexilla crucis abominatus, infesto in Virgines agmine ex composito ruit, nec minore quidem in mulierculas ac in viros ferocia sæuit. Nulla reluctatur, flexis rs magna genibus iugula porrigere, manus Deo ad cœlum efferre, pijs numinibus commen- re animas. Nonnullæ, quæ subsidebant, clausis fatum oculis exspectare, conuitijs pleraq; ir- tare Sicarios, aut in diuersa furentibus sese offerre, inuidere quandoq; præmortuis, tanquam lices præripuerint. Discurrere aliæ, ne cædi superessent, pro exspirantibus orare aliæ, qui pri- o ictu non ceciderint, sacrum quæq; fatum admodum sperare. Cyriacus aliquantisper à Giula ectatus sub Pontificio habitu oppetyt in ceteros Patres mox sæuitum est. In medio agmine rsula, erecto crucis vexillo, animosius stare, orare pro suis impensius, interfectoremq; suũ ex- ectare. Quatuor circiter horis virgineæ legiones vndiq; ferè ceciderant, sola Vrsula tanquã præsidio ad triarios redacta, cum paucis vicẽ suam Deum exorat. Ecce Iulius tanquã longa ede satiatus, quem Vnni Giula appellabant, cæso in conspectu sponsæ Aetherio, qui pro Mar- rij gratia omnem ferociam planè remisit, puellam procul exclamans, benè sperare iubet, eius enusta maiestate commotus, suam fore sponsam pollicetur. At hæc neque profanum canem uenquam, neque dirum hostem castitatem suam, quam Iesu Christo vouerat, incestare sse respondet : conuitijs irritatus hostis, & ab ea vtiliter aspernatus, virgineum ius pectus sagitta transfigit. At illa cum vexillo crucis procidens, quod adhuc mortua perti- citer retinebat, in Angelorũ amplexus animam efflauit. Sola ex 11. millibus, Cordula Vir- remãsit, quæ illa nocte metu correpta, sub nauis carina delituit, postero die prodiẽs, ne mar- rium detrectaret, à feriente Tyranno letalem ictum exegit. Hæc inter diuas vna cum cete- is relata non est, quia cum reliquis eo die cæsa non fuerat, sed multo post tempore sacræ cuidã irgini in somnis apparuit, mandauitq;, collegio Sacerdotum suo nomine nunciaret, postridie ius diei, quo vndecies mille Virg. festa fierent, sua solemnia celebrarent. Sedente Anthero ontif. Maximo, & imperante Maximino, quamuis hæc gesta fuisse Annales quidã referant, atio tamen tẽporum nullo modo constare potest. Multo rectius sensêre illi, qui cum diu post onstantinum Vnni Gothiq; sæuierint, hæc imperante Martiano, & An. salutis 452. accidisse adiderunt. Harum corpora Coloniæ in commune sacellum relata. Vnde cum Sacerdos quidã is deuotissimus, corp. vnius virginis impetrasset, quod in ædem suã religionis causa subinde ransferret, dum matutina sacra fierent, illa Virgo resumto corpore spectante vniuerso colle- io Sacerdotũ, magnã aram præuenerata recessit; Antistes mox tumulũ adiens, reconditã vir- inẽ non inuenit. Ad harũ aras innumera fidelium vota nuncupantur, miraq; tabellæ tẽpli va- is affixæ sunt. Quendã Germanum harum religioni addictũ, cum morbo admodũ laboraret, x his vna dormientem adit, edocetq; si vndecies mille Dominic. orationem dixerit, totidem irginum opẽ ac patrocinio in hora mortis non carebit, cuius exitus promissa probauit.*

Oratio Cyriaci Pontificis.

Cædes Virginum.

S. Vrsulæ martyrium.

Et S. Cordulæ.

Tempus Martyrij.

Miracula Virginũ.

23. Test. Doctoris Hartmanni Schedel in Nurrenbergensi Chronico, floruit A. 490. excerpo quædam: *Adiunctus eis fuit Pantulus Basileensis Episcopus, qui eas Romam sque perduxit, postea cum Papa Cyriaco egressi de vrbe, ne Christiana religio nimis augere- ur, Maximus & African. Gentiles Iulio cognato Hunnorum Principi scripserunt, vt cum Co- miam applicarent, illam multitudinem trucidarent, &c.*

Hartmanni Schedel.

24. Test. Anonymi scriptoris Martyrologij, quod violam Sanctorum nominat, Argentinæ prodijt An. 1487. recusum alibi An. 1499. ad 21. Octobris. Conformis capitibus nostræ sententiæ delibo peregrinationem: *Inde ergò ad Angeli monitio- em Romam tendentes, ad Vrbem Basileam applicuerunt, & ibidem relictis nauibus Romam edestres venerunt : ad quarum aduentum Papa Cyriacus valde est gauisus, factus est autem arum socius indiuiduus. Passæ sunt autem An. 218.* Error in numerum medium irrepsit, ra restituendum, An. 238.

Viola Sanctorum.

25. Test.

25. Teſt. Poëtæ cuiuſdam, qui totam hiſtoriam carmine rythmico contexuit quod in S. Cæſariæ Maieſtatis Bibliotheca in M.S. codice vetere continetur: duplex id eſt, primum fuſius, incipit: *Adſpice cuncta videns*, ſed alterum ſuccinctius viſum eſt apponere, cui præfixus titulus:

Recapitulatio eiuſdem Paſſionis.

Virgo Deonoti fuit Vrſula filia Regis
Prudens, pulchra nimis, ardentius æmula legis,
Barbarus vxorem petit hanc: petit, atq; minatur.
Sed Pater inde dolet, notat illa, Deumq; precatur.
Vt denæ mandat nymphæ quærantur vbiq;,
Sicque dari numerum millenum cuique, ſibiq;,
Quo facto ludunt ratibus: tandem fugientes
Nunc Tile, nunc Coloniam, Romamq; petentes
Gens ſacra dum redeunt, necat has, Chriſtuſq; coronat.
Vna latet, ſed ei palmam lux altera donat.

20. Cardinalium. 26. Teſt. 20. Cardinalium: qui A. 1489. Sodalitatem Vrſulanam confirmarunt & indulgentijs ornarunt: *Cupientes igitur, vt Capella ſeu altare B. Mariæ Virginis ſitum in Collegiata Eccleſia* vndecim mil. Virginum Colonienſi, *in qua vt accepimus, notabilis quædam confraternitas ad laudem Trinitatis, B. Mariæ, & vndecim mille Virginum inibi fore dignoſcitur, &c. qui dictam capellam in Annunciatione B. Mariæ V. &* Vndecim mil. Virginum *deuotè viſitauerint.*

Chronici Thuringiæ. 27. Teſt. Chronicon Thuringiæ: *Attila Flandriam & Galliam vaſtauit, & iuxta Coloniam S. Vrſulam Britanniæ Regis filiam trucidauit, cum vndecim millibus Virginum.*

CAPVT XXIII.

Teſtimonia 10. de Pantulo Protoëpiſcopo Baſileenſi & peregrinatione Vrſulana.

1. TEſt. titulus ſepulcralis alibi ſæpius productus.

2. Teſt. Hiſtoricorum & ſcriptorum laudatorum vel laudandorum, vt Gerlaci Abbatis Tuitienſis, S. Eliſabethæ, B. Hermanni, Vincentij Belluacenſis, Iacobi de Voragine, Petri Epiſcopi Equilini, S. Antonini, Mombritij, Bonfinij, Caniſij, Raymundi Cardinalis Gurcenſis, & aliorum: qui ſimul tuentur peregrinationem Vrſulanam Romam vſque, cuius ferè Ducem eum faciunt.

Breuiarij Baſileenſis. 3. Teſt. Vetuſtioris Breuiarij Baſileenſis: *Temporibus Maximi, qui ſub An. Incarn. Domini 237. Romanum regebat imperium, V. Antiſtes Pantulus primus infula Baſileenſis Eccleſiæ à Chriſti fidelibus inſignitur. Factum eſt autem, vt eodem tempore B. Vrſula Regis Britanniæ viri Chriſtianiſſimi vnica filia, &c. Baſileã applicuerunt, ſtatimq; memoratus antiſtes Pantulus de aduentu earum nimio gaudio repletus, eas cum omni deuotione, & omnis Cleri ſui ſolenni proceſſione ſuſcepit, tandemque relictis ibidem nauibus, Romam vſque perduxit.*

Chronici. 4. Teſt. Chronici Baſileenſis, de quo infra. Democharis lib. 2. de ſacrificio miſſæ, cap. 31. quem primo loco ſic recenſet: *Pantulus tempore vndecim millium Virginum*, & Claudij Roberti, qui addit, *de quo in hiſtoria vndecim millium Virginum memoratur.*

Martyrologij. 5. Teſt. Martyrologium Baſileenſe An. 1584. editum: *12. Octobris S. Pantuli Epiſcopi Baſileenſis, Martyris, qui tempore Maximi Imperatoris, B. Vrſulam, adeoque ſacrum illum vndecim millium Virginum chorum Romam, & in reditu Coloniam vſque comitatus eſt: vbi cum illis ab Hunnis interfectus martyrij palmam obtinuit.*

6. Ferrarij *in nouo Catalogo SS. 21. Octobr.*

Cratepolij. 7. Teſt. Cratepolij. is in Sanctis Germaniæ breuiter eius vitam contexit, & ait inter reliqua: *Accidit autem vt eodem tempore Vrſula virgo cum ſuo choro Virginum Romam proficiſceretur, cumq; veniſſet Baſileam, à Pantulo liberaliter ſunt ſuſceptæ, & in fide confirmatæ. Has S. Pantulus poſtea Romam vſq; comitatus eſt &c.* 8. Teſt.

8. Gerardi Lustrij Rhenensis carmen de S. Pantulo. *Gerardi Lustrij.*

Pantulus en fueram, qui primus Episcopus olim,
Rauraciæ pubis, quam Basilea tenet.
Fallaces mundi illecebras, fastumq; superbum
Temnere, & ad Christum, qua via, perdocui.
Sed me virgineas acies & castra secutum,
Hunnorum rabies effera sustulerat.

9. Exstat sarcophagus eius lapideus Coloniæ; caput eiusdem ibidem religiosè colitur; quædam eius reliquiæ sunt Tuitium An. 1156. translatæ, festo eiusdem ab Harberno Abbate instituto: nonnullæ A. 1271, Trudonopolim deportatæ, vt ex catalogo loci patet: aliæ argenteæ capsæ An. 1225. idibus Iulij, in collegiata SS. Apostolorum Ecclesia Colonienſi sunt insertæ à Waltero Episcopo; cuius exstat eius translationis autenticum documentum, adiectis indulgentijs. Sunt etiam aliquæ Basileam & cranij opinor pars delata, quæ 12. Octobris ibidem piè cum festo translationis olim colebantur: de quo ita Vrstisius. *Pantuli caput eo die Basileam relatum esse in antiquissimo templi Petrini anniuersariorum libro notatum inuenio.* Cultus religiosus exhibitus. *Vrstisij. In epitomè Basileenſi c. 6. Sanſaq.*

10. Martyr. Gallic. *Coloniæ S. Pantuli Episcopi Basileensis & Martyris ibi cum S. Vrsula, & eius virginibus sodalibus trucidati.*

CAPVT XXIV.

Hæreticorum testimonia de Pantulo vel Vrsulana historia.

1. TEst. Beati Rhenani. A. 1530. *Itaq; Basileæ primũ fuisse Episcopum tradunt Pantulũ, cum, quem historia D. Vrsulæ narrat cum illa Virginum sodalitate Romam profectũ, & redeuntes Agrippinam vsque fuisse prosecutum, ibique cum illo puellarum examine, ab inimicis Christianæ religionis trucidatum. Verisimile est hunc Pantulum è Vesontione Basileam destinatum, vt nouæ Ecclesiæ præesset, mallem dicere Rauracensem Episcopum fuisse Pantulum, si modo eo tempore Romam profecta est Vrsula; quod illius historia indicat. Ostenduntur adhuc Basileæ gradus, quibus ad templum adscenderit, quod à D. Martino nunc cognominant. Post Pantulum Basileensis sedes multis seculis vacauit, vsque ad tempora Caroli M. aut circiter: nam Catalogus Episcoporum Basileensium primum recenset VValanum, qui tanto interuallo sit Pantulum subsecutus.* Beati Rhenani l. 3. rerum Germ. f. 271

2. Test. Henrici Pantaleonis Basileæ An. 1565. typis vulgati. *Henrici Pãtaleonis.*

3. Test. Ioannis Stumphij l. 12. de Rauracis c. 23. *Ioannis Stumphij.*

4. Test. Sebastiani Munsteri l. 3. cosmograph. c. 94. *Sebastiani Munsteri.*

5. Christiani Vrstisij in epitome Basileensis historiæ. 1. in serie Episcoporum Rauracensium, & Basileensium. 2. in c. 6. fol. 55. Horum verba lib. 1. c. 32. recitaui: ex Vrstisio breuem peregrinationis narrationem repeto. *Huic puellarum cœtui Pantulum itineris comitem in vrbem vsque factum, ijsque cum Pontifice contra Cleri Romani voluntatem in Germaniam reductis, dum sancta ist huc societas per Rheni decursum patriam repeteret, Coloniæ ab Hunnis mactatum esse, Vrsulæ pectore telo transfixo.* *Christiani Vrstisij.*

6. Test. Guilielmi Camdeni. *Oppidulum superiori seculo Sunt thealingthon dictum hodie Maidenhead, à cultu capitis Britannicæ Virginis, ex vndecim illis millibus, quæ dum Vrsula duce in patriam Româ redirent, iuxta Coloniam Germaniæ ab Attila illo Dei flagello martyrio affectæ fuerunt.* *Guilielmi Camdeni in Britannia fol. 211.*

7. Theodori Thummij Tubingensis. *Vrsula filia Britannorum Principis vnica, cum nondum esset nubilis, & à quodam ad nuptias peteretur, factum id est hac tamen proposita conditione, vt ipse Pater & Tyrannus, cuius erat filius sponsus, decem virgines genere, forma, & ætate præstantes, sibi traderent, & tam sibi, quam singulis earum mille subscriberent: & comparatis ad numerum illarum vndecim millibus, inducias triennij sibi darent. Difficultate hac proposita conditionis, animum eius à se auertere tendebat, sed morem gerit ei pater, & Tyrannus: omnia festinanter aguntur; Virgines de diuersis mundi partibus congre-* *Theodori Thummij in Historicõ Theologicõ de festiu. edito An. 1624.*

gantur. Tandem naues soluunt, & iuxta propositum per mare triennio discurrunt, omni ludorum genere se exercentes, modo belli præludia inchoant, modo fugam simulant, ac nunquam non fingunt, refingunt, donec Vrsula ad fidem omnes conuertisset. Quodam die ad portum Galliæ, & inde Coloniam appulsæ sunt, nauibus Basileam adscendentes, Romam pedestres profectæ; hinc rursum Coloniam reuersæ ad vnum omnes ab Hunnis, qui vrbem obsederant, trucidatæ sunt.

CAPVT XXV.

Testimonia decem de 4. Virginibus, quæ circa Basileam in reditu decesserunt ex infirmitate, confirmant Vrsulanæ Sodalitatis peregrinationem.

Processus iudicialis 70. testiũ.

1. TEst. Est processus iudicialis 70. iuratis testibus firmatus de earum sanctitate, miraculis, peregrinatione Romana cum S. Vrsula; de morte & eleuatione earundem. V. L. 10. in fine.

Historiæ editæ.

2. Test. Vitæ & historiæ earundem lectionibus breuiarij insertæ, quam habes lib. 3. c. 12.

Raymũdi Cardinalis.

3. Test. Raymundi Cardinalis Gurcensis in eleuationis instrumento. *Cum itaque in Parochiali Ecclesia villæ in Eichsel Constantiensis diœcesis propè Rheinfelden eiusque cœmiterio, quædam corpora sub vocabulis Cunegundis, VVibrandis, & Mechtundis: nec non in capella sita super montem S. Christianæ, corpus eiusdem Christianæ Virginis, quæ omnes de numero seu societate S. Vrsulæ & vndecim millè Virginum fuisse, & esse reperiuntur, sepulta & recondita existant. Sancta Mater Ecclesia plures Martyres colit, qui tamen non gladio, sed zelo martyrij ducti diem clauserunt extremum: has siquidem Virgines sacram cohortem ab vrbe secutas, & amore martyrij allectas, cum intellexerant S. Vrsulam ex reuelatione diuina martyrium habituram cum sua societate non dubitamus. Attendendum insuper, quod dictam B. Vrsulam (vt sacra enarrat historia) plures virgines, viduæ, & aliæ vtriusque sexus personæ secutæ, quas Spiritus inspiratio, & reuelatio attraxerunt, inter quas fuisse legimus S. Cyriacum Pontificem summum Pantulum.*

Chronici Basileensis.

4. Test. Chronici Basileensis per Vrstisium emendati ad A. 1503. *A. 1503. Iulius 2. initio Pontificatus, cum Electores septemuiri Francofurti festo SS. Simonis & Iudæ comitia celebrarent, & ibidem legati Apostolici munere Raymundus tituli Mariæ nouæ Presbyter Cardinalis Gurcensis perfunctus esset, is Basileam circa Aprilem venit, vbi cum fida plurium narratione audisset, de SS. Cunegunda, Mechtunde & VVibrande in Eichsel Parochia comitatus Rheinfeldici sepultis, nec vnquam eleuatis: quæ maximis inclarescebant miraculis, eo Iacobum Marboldum, quo à libellis vtebatur, amandauit, qui certa fide comperit, claudis pedũ, cæcis oculorum, mutis linguæ vsum restitui, ægros & moribundos passim earum deprecatione integræ restitui sanitati, quarum personarum nomina & morborum genera breuitatis causa prætermitto: præsertim cum exprimantur in libello tunc typis vulgato. Cardinalis igitur hoc comperto, ipse descendit in sepulcra SS. Virginũ, manibus ipse suis ossa sustulit, & recentiori loco reposuit, oblatis liberaliter earũ natali die eo confluẽtibus expressis Bullis indulgentiarũ.*

Sebastiani Brant.

5. Test. Sebastiani Brant I. V. Doctoris, Argentinensis Vrbis Cancellarij An. 1500. is de de Christiana carmen ita cecinit.

Postea, quam meritis plena est tua vita probatis
Christiana ô Christi sponsa decora nimis,
Huc vel ab extremis socias comitata Britannis
Te Basilea rapit, nunc locus iste tenet.
Vrsula te portum Rheni subitura reliquit,
Martyrium petijt sancta Virago suum.
Hanc iaculo Gothi manus impia morte peremit,
Vulnere non tactum te pia fata vocant.

Præri-

Præripuit quia non morbus te Diua puella,
Martyr es ergo animo, dignaq; es aureola.
Indomitæ iugo pro te subiere iuuencæ,
Ad montis donec te iuga pertulerant.
Non locus alter erat tanta te Virgine dignus,
Quam locus hic heremi, quam loca lecta tibi.
Alta fuit sponso, coniunctaq; mens tibi Christo,
Alta igitur montis saxa sepulta tenes.

6. Test. Wolffgangi Bocklin SS. Theol. & I. V. Doctoris Commissarij Cardinalis Raymundi: circa An. 1504.

SERMO AD LAVDEM DEI, BEATÆ VRSVLÆ ET EIVS SOCIETATIS ILLVSTRISSIMÆ, *quæ fuit (vt credi potest) & elici ex eius legenda, vsque ad quadraginta duo millia: nam ibi Cyriacus Pontifex summus, duo Cardinales presbyteri, duo Diaconi, tres Subdiaconi, & Archidiaconus Ecclesiæ Romanæ: ibi ex Anglia Episcopi Guilielmus consobrinus Vrsulæ, Iacobus, Columbanus, Iuanus, Eleutherius, Lotharius, Cæsariensis Episcopus, Pantulus Basileensis, Maurisus, Clemens, & Marculus, cum multa familia religiorum, & clericorum. Ibi Reges Aetherius primus, Virginis Vrsulæ sponsus; Oliuerius, Crohorus, Lucius, Clodoueus, Canutus, Pipinus de oriente, Adulphus, Auitus, Siranus, Rifilus, Bonifacius, & Laurentius cum suis vxoribus, prolibus, & familia magna. Venerunt pariter Constantinopolitana Regina, & Reginæ Suauorum Hibernorum, Normannorum, & multæ Ducissæ, Comitissæ, Baronissæ, cum prolibus, parentibus, & familia sub Maximino imperatore & Cyriaco Pontificis Summi Vicario.* Personæ Principes Sodalitatis enumerantur.

Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt eam: Prouerb. 31. & *ibidem* multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu autem supergressa es vniuersas. *Ex quibus verbis* Beatæ Vrsulæ, *& eius societatis sacratissimæ elicitur virginitas præclara, origo illustris eius, & gratiosa martyrij, & Doctorum aureola cum caritate magna. Ad intellectum autem Virginitatis ipsius sanctissimæ Vrsulæ quæritur, vtrum ex contractu matrimoniali per verba de futuro ipsius cum Aetherio Anglorum Regis primogenito amiserit Virginitatis aureolam, quod sic patet, quia vouentibus velle nubere, aut contrahere est damnabile* dist. 17. q. 1. c. vouentibus *quia contrahens per verba de præsenti cum aliqua persona se obligat ad actum contrarium Virginitati, vt dicitur* dist. 31. libri 4. sentent. *Pro responsione dico, quod beata Vrsula matrimonium per verba de futuro contraxit monitu Angeli, & diuina reuelatione, vt Maria Dei genitrix, cum conditione triplici honesta, & si vna desit, promissio nulla,* extra. de con. appo. c. de illis. *Nisi tamen quis recedit à conditione ibi.* c. per litteras & c. vlti. *Et hanc reuelationem impetrauit per humilem orationem præuiam, & deuotam cum multa lacrymarum abundantia, quia videbat patrem suum sanctum Dionethum siue Maurum valde anxium Britanniæ minoris Regem, & turbatum, quia quod responderet non habebat Angliæ Regi pagano petenti Vrsulam Christianam pro filio suo adhuc pagano, & promittenti multa si illam daret, & comminanti damna, si negaret. Et videbat se esse in potentia temporali minorem ad resistendum Regi feroci, & vicino. Nec audebat propter conscientiam dare filiam infideli. Illa inquam sacratissima Virgo responsum diuinum accepit, vt matrimonium contraheret per verba de futuro: si Christianus fieret ante matrimonium per verba de præsenti. Et si daret decem millia Virginum nobilium, & electarum erudiendarum ad Christi fidem; & quod non contraheret per verba de præsenti ante triennium: quas conditiones Rex Angliæ acceptauit. Reuelationem insuper habuit hæc sacratissima Virgo, quod nunquam matrimonium consummaret eius sponsus; sed quod ipsa cum eodem, & societate sibi adiuncta martyrij & palmam, & gloriam mereretur accipere in Agrippina Colonia: & sic propter diuinam reuelationē & proximi multiplicis ad gloriam martyrij exaltationem, consensit Vrsula sacra contrahere per verba de futuro. Matrimonium enim vt ostendit* Thom. 4. di. 39. *potest contrahi per procuratorem. Imò si non consensisset, nec humilis, aut bona fuisset, quia voluntatem suam in præceptis tenetur conformare se natura omnis creata cum voluntate diuina; Et humilitas dicit Thom. meretur magnam gloriam, si cum alijs virtutibus coniungatur*

An matrimonij futuri promissio tollat aureolam Virginitatis.

Diuino iussu promisit matrimoniū.

Cōditiones eius.

Debuit consentire Deo iubente.

Nec tali Matrimonium tollit aureolam.

2a 2æ q.61.art.pe.in solut.tertij argum. *Et humilitas cum virginitate est admirana, quia virginitas sancta, quod licèat respuit, vt plus placeat cui se deuouit.* D. Aug. di.30. scripsimus. *Potest tamen quis contrahere matrimonium per verba etiam de præsenti, & p talem contractum, & matrimonium non consummatum religionem intrare, & castitate vouere.* extrau. de conuer. coniu. c. 2. *Et sic cum Virginitas sit virtus mentis in voluntat existens, dicit* Aug. 1. de ciu. Dei. c. 16. *& ordinatur ad vacandum liberius Deo, & conten*

Virginitas sola voluntate perdita, est recuperabilis.

plationi eius 2a 2æ q.152. & dis. 33. q. 3. *Et hæc Virginitas nõ potest amitti sine peccato, qu do est per votum firmata,* ibi. & 32. q. v. si Paulus. *Deus omnipotens virginitatem reint grare non potest; alioquin contradictoria essent simul vera. Et de hoc* 2a 2æ q.152. *etia quando actu, vel tactu, aut verbo, aut auditu sine actu sit resolutio seminis. Sed quando Vi ginitas perditur per solam voluntatem, recuperari potest per pœnitentiam, quia dicit Th mas vbi supra, quo ad materiale non potest recuperari, sed bene quo ad suum formale, cu sit cum ceteris virtutibus. Vi etiam corrupta, si faciat, quod in se est resistendo, & in ratio*

Vi corrupta resistens non perdit virginitatem.

non consentiendo, nec virginitatem perdit, quia est virtus mentis, dicit Scot. di. 15. tert *nec etiam aureolam, vt* Thomas. distinct. 49. quarti. *Et tales Virgines sic nunquam cec disse in illo peccato, ad quod natura maxime prona est in iuuentute, dicit* Scotus distinct.

Eminẽtia virginitatis.

quæst. 1. quarti, *acquirunt magnam gloriam in futuro, & patria. Et virginitas præferti viduis, & maritatis in Christi lege, vt ostendit* Bonau. in 33. di. 4. *quia Christus centej mum fructum eis promittit de virginitate seruata; viduis verò quinquagesimum; mar tatis autem tricesimum* Matth. 13. *Et sequuntur agnum quocunque ierit, & per arcta viam* 32. q. 5. c. tunc saluabitur. *Et prodest parentibus ad salutem animarum suarum, in eod. ca. dicitur, si earum proles in virginitate permaneant. Et tantabunt continuo in cœl sti patriæ canticum coram eorum sponso* IESV *Christo, quod nullus alius poterit cantare. illud canticum gratiarum actionum signat gaudium de aureola virginitati debita vl auream claræ visionis, & fruitionis debitam bonis operibus in caritate factis, & ad D laudem elicitis, de quibus infra. quam Virginitatem Christus in Euangelio non pr cepit; sed consuluit: verumtamen vnusquisque tenetur illam non contemnere, seu in fructuosam non reputare, alioquin Christum consulentem contemneret, vt ostend* Scotus in 4. dis. 3. *Sequitur ergo grauiter illos peccare, qui statum castitatis bene ol seruatum contemnunt, cum tales acquirere possint per Virginitatis, aut viduitatis obse uantiam, maiorem in patria gloriam, quam si essent patres, aut matres saluandoru multorum. Imò etiam tales angelicè, & castè viuentes maius præmium acquirunt e*

Superat Angelos.

virginitate, quam Angeli: quia Virginitas hæc in creatura humana procedit à virtute v luntaria, sed in Angelis, cui cognata est virginitas, fit à natura. Veruntamen periclitatu sine sobrietate vt Aug. ad fratres Eremi. serm. 49. *& pariter ex carnalium societate, qui* qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, Eccles. 13. *Et* qui coniungitur cum fornica rio, erit nequam, prouerb. 19. *vnde in psal. dicitur* cum Sancto sanctus eris, & cun peruerso peruerteris. *Et* dis. 45. c. sed illud; difficilè est incorruptum permaner frequentanti cum corrupto. *Et cum hoc illud* Sap. 8. *Est verum* scio, quia alite non potero esse continens, nisi Deus dederit mihi. Et hoc ipsum est sapientia scire cuius est hoc donum. *Nec etiam virginitas saluat sine bonis operibus*, Gregorio *dicen te*, nec castitas magna est sine bono opere, nec opus bonum valet sine castitate, v *patet in quinque virginibus fatuis à Christo sponso Virginum repulsis: melior enim est virginalis sanctitas, quam pudicitia coniugalis: sed melior est humilis maritata quam Virgo superba, inquit* Aug. super illo verbo, qui credit in mẽ. de Verbis Domin in Euangelio secundum Ioan. ser. 53. *Hæc autem sacratissima Virgo, Virginitatem ser nauit; virginitatem seruare docuit vndecim millibus suis virginibus sibi datis tam*

Docet & persuadet virginitatem sodalibus.

patre, quam ab eius sponso, & virginibus post ea sibi adiunctis in magno numero, quem nu merum copulari meruit Christo IESV *Virgini, sua humili oratione: imò vt legitur in eius sa cra legenda, nulla potuit eidem coniungi pro numero vndecim millium Virginum, quæ fuera*

Nulla ex eis corrupta fuit.

in paterna domo etiam secretè corrupta: quamuis in earũ societate fuerint concomitantes plu res Episcopi, Reges, Duces, Comites, Nobiles, Reginæ, Ducissæ, Comitissæ cum suis prolibus & familia multa spe martyrij consequendi, quia reuelationem acceperat, ipsam cum sponso

& Societate martyrij palmam recepturam de Romá reuertendo in Coloniam, quæ reuelatio longè lateqúe fuit diuulgata. Virginitatem verò earum Christo IESV *placuisse ostendit frequens Virginis Matris in itinere visibilis apparitio, cum de Britannia minori Romam tenderent: & cum de Româ ad Coloniam reuerterentur, quæ Virgo* DEI GENITRIX *associata erat innumerabilibus Virginibus, & Angelis, concomitabantur eúndo, & redeundo has sacras Virgines, & eorum comitatum ipse Ioannes Euangelista Virgo, & Sanctus Michaël cum cœlesti exercitu, & etiam lux cœlestis, & diuina, ita vt nox verteretur in diem, quando in pratis pernoctabant: imò & Angeli Dei in specie iuuenum eas antecedebant, exhortantes hospites & incolas, ad quos venire sciebant, ad reuerenter hunc sacrum cœtum Virginum suscipiendum: quæ omnia (cum similis similem diligat) earum Virginitatem illibatam & Deo placentem indicabant. Imò à Britannia vsque Romam, & de Roma vsque Coloniam nec ros, aut pluuia hoc sacrum collegium vllatenus madefecit, quamuis in circuitu plueret, & potius tunc cœlesti cibo, & apparitione Sanctorum plus nutriebantur, quam terreno. Imò earum peregrinatio in signis non minoris fuit efficaciæ, & minus mirabilis, quam filiorum Israël per desertum proficiscentium in terram promissionis. Et paruulæ, quæ portabantur aliquæ de vno mense, aliquæ de tribus, aliquæ de vno anno, aliquæ de duobus, aut tribus, à parentibus ob spem martyrij digitos sugendo, & Angelica visione nutriebantur, nec eas portantes fatigabantur. De cetero nulla per asperos montes, & vias difficiles erat lassata: eundo etiam, & redeundo nunc Vrsula sancta cum Pontificibus, nunc cum Regibus, nunc cum suis sacris Virginibus gratias Deo semper agens stabat, & processio deuota apparebat; & omnis illa sacra turma virorum, & virginum, & mulierum martyrium reuelatum desiderabat. Ex quibus sequitur Vrsulam Deo acceptissimam Virginitatem ex matrimonio per verba de futuro contracto non perdidisse; sed conseruasse: & merito dignè ex hoc meruisse, plures coniungi Christo, & Virginitatem conseruasse, & alios ad martyrium perduxisse: quare benè dictum est;* Viderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt eam: *vel illud,* multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu autem supergressa es vniuersas: *saltem plures adducendo ad Christum Iesum. Circa secundum, scilicet de eius origine, & parentela notandũ, quod Christus Iesus, vt notat* Panorm. in c. venerabil. extra de præben. *paucos nobiles elegit, scilicet Paulũ, & Bartholomæum, ipso Paulo dicente.* Non multos nobiles secundum carnem elegit, *etiam secũdum Augustinum* paucos sapientes. *Ne autem rusticitati, & simplicitati adscribatur fides Christiana, paucos sapientes etiam elegit, Paulum scilicet, & Nicodemum in discipulos à principio: ideò indifferenter ad regimen Ecclesiæ omnes sunt vocandi, etiamsi non sint nobiles, dum tamen sint sufficientis scientiæ, & vitæ honestæ: tamen Ecclesia nobiles honorat, sicut & literatos in collatione beneficiorum.* extra ibi. c. de multa. *Veruntamen personæ ex nobilibus parentibus genitæ, si Deum non timeant, quemadmodum hodiernis temporibus est notũ, nobilitas in eis deficit, & sunt ignobiles, Deo dicente ad Samuëlem* 1. Reg. 2. qui me contẽnunt, erunt ignobiles, *quia sola nobilitas est, quæ animam virtutibus, & moribus ornat:* & Hieron. epistola ad Celantiam. Sola apud Deum libertas est, nõ seruire peccatis: summa apud Denm nobilitas, clarũ esse virtutibus. *Ideò ipsa nobilitas virtutũ præponenda est nobilitati generis. Vbi tamen hæc duo concurrunt vincula, scilicet nobilitas virtutum, & generis; talis est magis honorandus, quia duplici decore fulget, parentum scilicet, & proprio: licet sit magis commendandus is, qui ex pauperibus parentibus ortus virtutibus se dedicauit, cum nobilis habuerit exemplar & occasionem maximam, vt esset virtuosus, sed ex pauperibus natus virtute solius Dei mirabilis, vt etiam notat idem* Panor. in eodem c. alle. *Hæc autem illustrissima Vrsula in omni virtutum genere, & specie ornata, patrem habuit Dionethum seu Maurum, quia vtroque nomine nominabatur, minoris Britanniæ Regem, religiosum in omnibus ceremonijs Catholicæ professionis Christianæ, qui sic principari nouerat super homines, vt non obliuisceretur qualem Creatori suo subiectionem deberet, & sub Christo militans irreprehensibiliter, & iustissimè alijs imperans vxorem sibi competentem & virtutibus, & parentibus illustrem elegit in Dei timore velut iunior Tobias, vt inde ad Dei honorem ex ea prolem susciperet, qui longo tempore prole caruerunt, sed quotidianis beneficiorum obsequijs iugique orationum instantia obtinuerunt à Domino hanc prolem felicissimam, quam educantes secundum*

Deiparæ Dux & comes itineris.

S. Ioannes Euangelista.

S Michael Metatores Angeli.

Prodigia peregrinationis Israeliticæ renouata.

Concludit Deo gratã fuisse promissionẽ Matrimonij ineundi.

De origine S. Vrsulæ.

Pauci electi nobiles.

Quæ vera nobilitas.

Pater S. Vrsulæ Rex.

lcgem Domini eam docebant verbo, & exemplo incedere in Dei amore, quam in baptiſmate Vrſulam nominari decreuerunt. Et tandem poſt reuelationem Vrſulæ factam de martyrio cum ſua ſocietate percipiendam, quam credidit ipſe fide plenus pater eſſe veriſsimam, cum Deus ſit veritas per eſſentiam, quæ nec fallere, nec falli poſsit, qui eam reuelauerat; martyrij amore allectus ipſe Deo notus re, & nomine pater Vrſulæ, filiam eſt ſubſecutus cum alia ſua filia ſancta Euodia, & cum eis martyrium meruit, & iuxta filiam Vrſulam ſepeliri. Ergo ſicut matrimonium contraxit Vrſula, ſacra Chriſti reuelatione, vt Dei genitrix pia, & pariter ex nobili, & regali progenie orta eſt, atque bonis operibus, ac orationum inſtantia impetrata: modo quanto aliquis eſt meliori ſimilior (dicit Philoſophus 3. topico.) tanto ille melior. *Igitur bene dictum eſt,* viderunt eam filiæ Sion, & beatiſſimam prædicauerunt eã. *Tertio in loco ſanctiſsimam Vrſulam tribus aureolis dico eſſe coronatam in Dei regno; ſicut clarè patet ex eius ſacra hiſtoria: Tria enim ſunt opera priuilegiata, quibus debetur aureola vltra auream gloriæ coronam, quæ conſiſtit principaliter in Dei clara viſione, perfecta dilectione, & fruitione, & ſecura tentione, & laude Dei continua. Hæc autem Dei viſio, & fruitio datur beato ſecundum proportionem gratiæ, & caritatis, quam quis habet in via ſecundũ* Thomam in 4. di. 49. *& etiam ſecundum opera bona in caritate elicita in* eodem 4. di. 22. *Dicit* Scotus: *aureola autem datur pro opere priuilegiato, quando quis excellentem habet victoriam de carne, diabolo, & mundo, quibus aureolis coronatur Ioannes Baptiſta, & Doctor gentium Paulus, & etiam Ioannes Baptiſta ſpeciali gaudio gaudet, ſicut innocentes, quia nunquam fuit per peccatum proprium Deo inimicus, ex quo nunquam mortaliter peccauit. Quas gratias, & prærogatiuas cum etiam poteſtate iudiciaria aſſeſsionis in Dei iudicio credo eſſe in Virgine Vrſula. Fuit etiam à cunabilis in Chriſti lege diligentiſsimè erudita verbo, & exemplo ſanctorum parentum, & reuelationes diuinas in iuuentute incepit habere. Omnia temporalia voluntate propter Chriſtum dimiſit, & etiam cum de Roma reuerteretur, credens firmiter in Colonia ſubire cum ſuis optatum martyrium, pauperibus ſua diſtribuit, & eam ſequentibus eadem facere perſuaſit, quæ omnia libenter adimplerunt.*

Dionethus & ipſe Martyr.

S. Vrſula tribus aureolis decorata.

Vbi eſt eadem ratio, & idem ius eſſe debet. ff. ad legem aquiliam. l. illud. & de ſimilibus ſimile eſt iudicium, extra. de reſcrip. c. inter ceteros. *Sunt autem tres aureolæ, vna Doctorum, alia Virginum, vltima Martyrum. Prima datur, quia non ſolum diabolum eiecit à conſcientia propria, ſed etiam ab aliena. Et ſic habet talis perfectam de diabolo victoriam per arma, non carnalia, ſed ſpiritualia* 2. Corinth. 10. *& quia legitimè contra eundem certat, talis pugnans perſeuerando, ideò coronari meretur.* 2. Timoth. 2. non coronabitur, niſi quí legitimè perſeuerauerit. *hæc in* Thom. in 4. diſ. 49. a. 3. q. 3. *Sed ſanctiſsima Vrſula Virgines electas vſque ad decem millia per promiſsionem patris ſui ſponſi etiam Virginis, & ſibi miſſas adhuc paganas ad Chriſtum conuertit, & etiam ipſas cum ſuis mille Virginibus à patre datis ad virginitatem ſeruandam, & ad voluntariè ſuſcipiẽdum martyrium animauit: pariter aſſociatas poſt receſſum de Britannia minori, imò eius merito illa ſacra Societas vndecim millium Virginum adhuc in Britannia exiſtentium meruit angelica viſitatione etiam viſibili, crebro viſitari. Et cum Sathanas legitimas nuptias, & opera carnis delectabilia imitanda perſuaderet, ſanctæ Vrſulæ ſalutari doctrina, atque Angelorum, & Sanctorum præſidio, & cuſtodia maligni tentamenta à cordibus ſuis repellebant cum diligentia. Ergo Doctorum meruit aureolam pariter, & Virginum, vt eſt iam oſtenſum: patet, quia à iuuentute vſque ad mortem carnalem tentationem ſic euicit, vt Virgo perſeueraret, imo & alios perſeuerare doceret, ſicut & fecerunt. De qua aureola Virginum loquitur idem* Tho. e. di. q. 1. a. 3. & Bona. in 10. di. 33. *Tertiam aureolam, optatam, quæ Martyribus debetur, non ſolum pro ſe, ſed etiam multis ſua oratione humili, & caritate feruida promeruit: optatam dico ſecundũ* Tho. in 4. q. 3. a. 3. *in martyrio fit plena abſolutio pœnæ, & culpæ ex virtute paſsionis Chriſti, & martyrium eſt actus maximæ perfectionis, dicitur* 2a 2æ q. 124. *Erant etiam in eius Societate vltra quadraginta duo millia. Hæc autem* cupiens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, *cũ magna ſibi promitteret victor totius Europæ* Rex Gothorum *ſcilicet, qui illam in coniugem acciperet. Illa velut tenebrarũ principem abhorrens, & refutans, ictu ſagittæ vſque ad eius cor penetrantis immaculatum reddidit Domino* IESV *Chriſto Virginum ſponſo ſpiritũ, poſt quaſi omnes ſuas ſodales, circa locum, in quo eius ſponſus pro Chriſto fuerat martyrizatus. Et vt teſtatur eius ſacra hiſtoria, Angelus Michaël cum exercitu, & Ioannes Euangeliſta comites*

Magiſtra fuit aliorũ.

Et Virginitatis.

Prærogatiua aureolæ Martyrij.

Maximinus.

mites istius sacræ Societatis, nec non Sancti de omni ordine cœlesti confestim descenderunt, atque hanc sacram societatem ad cœlos cum iubilo deduxerunt. Martyrium etiam est in præcepto secundum præparationem animi, 2a 2æ q.124. & dist.49.q.5.a.3.q.2. lib.4.q.10. secundum Thom. & potest sufferri sine caritate, dicit idem, sed non sine magna caritate, quando promte & delectabiliter sustinet. Veruntamen ait Tho.d.c. vna aureola est perfectior, fortior, & nobilior alia. Sed cum Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem offerentium respiciat, & pro facto voluntas reputatur, cum deest facultas. Et in seruis Christi si affectus martyrij ad effectum non deducitur, ipsa voluntas coronatur. Vtrum aliæ sacræ Virgines, quæ sunt adiunctæ spe, & desiderio martyrij post reuelationem diuinam pluries Vrsulæ factam de eius, & suæ societatis martyrio fuerint, quamuis & ipse Papa Cyriacus, & alij Prælati specialem reuelationem habuerunt diuinam, & aliqui Reges: quia in hac sacra societate erant vndecim Episcopi, & tredecim Reges, Reginæ multæ, Ducissæ, Comitissæ, & nobiles cum prolibus, & parentibus multis vno animo cum sua familia Martyriũ desiderantes, vtrum inquam morte præuentæ sic beatæ Virgines, & sanctæ Christiana, Cunegundis, VVibrandis, & Mechtundis, quæ in Româ cum hac sacra societate cum alijs per quatuor dies in locis sacris Martyrium suum desideratum Sanctis, quorum corpora ibi requiescunt deuotè recommendauerunt. Et tamen circa Basileam de Româ reuertentes in pace Christo earũ sponso Spiritum reddiderunt, ad quarum honorem quia ibidem fuerunt post mortem miraculosè deductæ, fabricatæ sunt duæ capellæ, vna ad honorem Sanctæ Christianæ, distans à dicta Ciuitate Basileensi per dimidium milliare: altera ad honorem prædictarum trium, distans per duo milliaria. Et visiones Virginis gloriosæ, Ioannis Euangelistæ, & Sanctorum Angelorum, sicut & aliæ viderunt, non sine magna admiratione, & deuotione. An igitur tales sint colendæ vt Virgines, & Martyres, cum fuerint de hac sacra societate. Aliqui Doctores dicunt vt Thom. & Bona. ad aureolam habendam martyrij esse necessarium pati actualiter mortem pro Christo, vel quod mors naturalis acceleretur per præcedentes passiones; non tamen requiritur ad palmam martyrij consequendam actualis mors, sed sufficit præcedens voluntas imperata à ratione recta. Inde de sanctissimis Martino Turonen. Episcopo, nec non & Hilario Pictauen: & Francisco canit Ecclesia, O felix anima, quam si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit. Veruntamen ipsa Ecclesia, quæ nunquam errauit, nec errabit in his, quæ pertinent ad veritatem fidei, & virtutum, celebrat multorum solennitates sub nomine Martyrum, qui tamen in pace quieuerunt: vt de Martino, Siluerio, Pontiano, Marcello, & summis Pontificibus: imò Romana Ecclesia de prænominato Martino facit de vno martyre, & aliquæ aliæ de eodem faciunt de vno confessore propter diuersos respectus: dico ergo respondendo, quod ad martyrium (vt ait maximus Theologorum Doctor & Parisien. regens Magister Martinus Magistri in tractatu, quem composuit super libros Ethicorum) non exigitur vniuersaliter tolerantia actualis mortis, licet exigatur actualis cõtemtus mortis sc. à ratione imperatus. Et constat illas fuisse de hac sacra Societate summo desiderio martyrium desiderante, & pro hoc eam longam viam cũ alijs sacris Virginibus per difficilia itinera ambulasse. Et Ecclesia illam sacram Societatem canonizauit pro martyribus, quare credo cũ correctione, Christi fideles illas, posse venerari pro Martyribus. Hoc enim anno 1504. de his compertum est in vigilia corporis Christi, ad dictas tres Virgines post votum in Villagio de Eisel quædam mulier, quæ fuerat cæca per 15 annos in vno oculo, earum merito lumen recuperauit plenissimè. Et Sabbato infra octauam eiusdem Sacramenti, vt de alijs taceam, contracta mulier, quæ duobus annis cum dimidio super lectum iuerat, venit sana ad eundem locum post votum eisdem Virginibus factũ. Pariter & loquens uenis, qui magno tonitruo propè eum cadente fuerat 14 annos mutus in eadem octaua. Nam is sacris Virginibus in lecto mortis decubantibus, atque zelo martyrij magno languentibus, ospiti interroganti, quo in loco vellent sepeliri, responderunt, super plaustrum corpora ostra ponite; & vaccæ trahant sine ductore homine, quæ nunquam currum aut iugum duxerunt, & ibi nos sepelite, quo in loco steterint, quod & factum est. Veruntamen nullum martyrium, nullæq; virtutes, nulla etiam bona opera quantumcunque magna, vt ostenditur 1. Corinth. 13. & de pe.di.3.c.si quis quo ad martyrium valent sine caritate: quã quanto quis maiorem habet, dicit Bona. in 3.di.27. tãto ille est perfectus, & non plus. & idẽ: & quanto quis maiorem caritatem habet, tanto plus diligit proximũ, & eius salutem. de qua

Disputat an 4. Virgines quæ ante Martyriũ decesserũt circa Basileam, sint Martyres.

S. Tho. & Bonauẽt. exigũt pro Martyrio mortem actualem.

Sententia Henrici Barsiẽsis.

Cõcludit posse coli vt Martyres.

Narrat miracula earum.

Mortem.

Sepulturam.

Martyriũ exigit caritatem.

proximi dilectione ait Aug. 10. de Ciuit. Dei c. 4. *qui nos diligunt, ad Dei amorem nos citant, & quos diligimus, ad amorem Dei excitamus. Hæc dixerim, quia cœlestis patria minuit caritatem, sed auget: & illæ incitauerunt plures de suis ad martyrium, & etiam de extraneis. Insuper quanto quis maiorem caritatem habet, tanto plus sibi displicet offensa diuina: vnde Dauid hac de causa dicebat* psal. 118. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. *Et beatus Petrus* 2. Petri 2. *de Loth iusto in Sodomis manente inter peccatores dicebat, quod eum iniquis operibus quotidie cruciabant per compassionem parte inferiori ex eo, quod videbat illos perpetuam damnationem incurrere, & in parte superiori de diuina offensa, quæ est quædam vituperatio, & inhonoratio diuina. Nam vera iustitia compassionem habet, sed falsa indignationem,* di. 45. c. vera. *Et quanto quis maiorem caritatem habet, tanto desiderat esse cum Christo, secundum* Sco. di. 34. tertij. *in caritate existens desiderat esse cum amato. Hæc autem Vrsula, & eius societas sacra erant in caritate magna: ideo desiderabant per palmam martyrij esse cum Christo, & etiam plures adduxerunt ad hoc diuinum desiderium tam verbo quam exemplo: quia primo fuerunt solum vndecim millia: modo, quanto quis maiorem caritatem habet in patria, tanto est magis in gloria eleuatus, & tanto nos poterit iuuare in omni necessitate. Et si vna persona, tanto magis 42 millia corde perfecto hanc sacram societatem requiramus: & ad hanc Deiformem intentionem, cum illis valeamus Iesum earum sponsum clarè videre, visum perfectè diligere, & dilectum æternaliter laudare. amen: quod concedat ipse benedictus Mariæ filius: Amen.*

Petri à Leidis. 7. Test. Petri à Leidis Carthusiani libris editis celebris, is paulo post eleuationem visit S. Christianæ templum, de qua & alijs ita in M. S. Codice scribit. *Deuenimus ad locum, in quo S. Christiana Virgo (quæ ægra recesserat à societate vndecim millium Virginum) obierat: ad quam cum rustici diuersarum villarum venissent, facta est magna contentio, quæ Ecclesia sanctum corpus reciperet: tandem nutu diuino in hoc concordarunt, vt boues currui iungerentur superposito sacro Virginis corpore, & quo duceretur diuina clementia, illic requiesceret. Boues igitur dimissi sine Rectore, currum cum Sancto corpore sup altissimum montem traxerunt, vbi iam ædificata est Ecclesia, quæ ab omnibus circa Basilea longè lateq; conspicitur, vocaturq; Ecclesia ad S. Christianam. Ab illa Ecclesia versus Astrum est alius mons, & supra montem Ecclesia, in qua tres aliæ Virgines de eadem societate requiescunt, quæ vocantur Cunegundis, Mechtundis, & VVibrandis, ad quas visitandas Raimundus Legatus Apostolicus cũ peruenisset anno D. 1504. inuenit eas in choro ad Aquilonem, in loco eminentiore tumulatas; istæ quippe nobiles Virgines infirmatæ à Societate vndecim millium Virginum se separantes, ad domum cuiusdam rustici peruenerunt, qui cum dixisset, se nobiles Virgines non posse reuerenter tractare, respondérunt, noli timere bone hospes, nos non diu hic morabimur. Cum ergo defunctæ essent, rustici fecerunt circa eas, sicut fecerunt circa S. Christianam, ponentes enim eas pariter super quadrigam, & boues iungentes, directionem diuinæ prouidentiæ commiserunt, qui statim montem adscenderunt, & loco, vbi nunc est Ecclesia, stantes quieuerunt.*

Molani. 8. Test. Molani 16. Iunij in additionibus ad Vsuardum. *In Eichsel Constantiensis diœcesis eleuatio SS. Virginum Cunegundis, Mechtundis & VVibrandis. Cunegundis, Mechtundis, VVibrandis & Christiana translatæ sunt & eleuatæ A. 1504. iam antea canonizatæ. Processus eleuationis exstat excusus circa eundem annum.* Qui satis docet eas Vrsulanas Virgines exstitisse.

Ferrarij. 9. Ferrarij, qui ibidem translationis earum meminit, & Galesinum pro ijs citat die verò 28. Augusti iterum eas collocat: additque *haberi de societate S. Vrsulæ & Martyres:* ex probabili Parisiensis sententia.

Vrstisij. In Epitome Basileensis hist. c. 6. 10. Vrstisij Hæretici Basileensis, ex traditione populi cum de S. Vrsulæ peregrinatione & reditu egisset, ait. *Ferunt denique de grege isto multas itineris difficultate abstumtas esse, è quibus Virgines tres, Cunegundam, VVibrandem atque Mechtundem, Eichseliæ comitatus Rheinfeldici pago tumulatas apud Rauracos, obijsse volunt, Christianam Basileæ, atque Aureliam Argentorati.*

CA-

CAPVT XXVI.

Testimonia 17. ab An. 1500. ad 1550.

1. TEst. Michaëlis Ritij. A. 1500. *Sunt qui tradant Vrsulam Regis Britanniæ filiam, cũ Virginum vndecim millibus, dum secundo Rheno veheretur, in Attilæ milites incidisse, cum fortè Agrippinam vrbem, quæ Colonia nunc dicitur, obsiderent, ab eisq; trucidatas omnes, ideoque relatas in cœlum,* is in tempore discedit à nobis; Romanam autem peregrinationem descensu Rheni satis insinuat. *Michaëlis Ritij. lib. 1. hist. Hungariæ.*

2. Test. M. Antonij Sabellici A. 1500. *Est & Vrsula Anglicæ gentis Virgo cum vndecim millibus Virginum Coloniæ martyrium passa, dum Hunnus Germaniam populatur.* *Antonij Sabellici Enneadis 8. lib. 2. initio.*

3. Test. Claudij à Rota. Sequitur Iacobum à Voragine & Mombritium, quos vide, ne sit opus eadem regerere. *Claudij à Rota.*

4. Test. Alberti Crantzij Doctoris Theologiæ, & Hamburgensis Decani, floruit. An. 1500. *Nemo miretur eodem fere seculo, aut non multum distante, Christianam puellam D. Vrsulam virgineum agmen Christo sponso militaturum contrahere, cumque eo mare transire sit ausa, ex Britannia, per Rhenum adscendere, & ex Basilea pedestri itinere Romam petere; cumque inde remearet per Rhenum in patriam reditura, in ipso descensu ad mœnia Coloniæ Agrippinæ obsidentes Hunnos reperit, à quibus tũc agmen Christianarũ Virginum in Christi contumeliam trucidatum est, prouidente castitatis amatore Virginum sponso Christo Domino, vt mallet ipsas hostias mactare, quam contaminare tantum agmen sacratarum Virginum: quanquam virorum agmen, (quod illi defuisse putandum non est) vim illam prohibuisset, sed decretum erat omnibus, idque à Christo approbatum, vt in gloriam eius sanguinem profundentes stolas suas, primum rubrifacerent in suis, deinde albarent in agni cruore.* *Alberti Crantzij lib. 1. Vandaliæ. c. 12.*

5. Test. Ex Achæis Machabæiticis. Locus is conditorium est non solum multorum corporum; sed & Vrsulani sanguinis, à quo nomen reiecto veteri Greesbergensi nuncupatione mutuari cœpit, vt vicus sanguinis diceretur: continet verò accuratam peregrinationis Vrsulanæ, reditus, martyrij & sepulturæ narrationem: ex loci traditione & literis An. 1228. à Ioanne Mithilenæo legato Apostolico confectis contextam: quæ literæ An. 1504. repertæ sunt cum mensa principis altaris tolleretur: eam quia prolixior est, omitto. *Ex Achaïs Machabaiticis.*

6. Test. Raymundi Cardinalis Gurcensis An. 1504. *Attendendum insuper, quod dictam B. Vrsulam plures Virgines, Viduæ, & aliæ vtriusque sexus personæ secutæ, quas Spiritus S. inspiratio, & reuelatio attraxerunt: inter quas fuisse legimus S. Cyriacum Pontificem summum, & duos Cardinales, duos Diaconos, tres Subdiaconos, & Archidiaconum Ecclesiæ Romanæ, quinque Episcopos de Anglia, SS. Vvilhelmum, Iacobum, Columbanum, Iuanum, Eleutherium, Lotharium, & Cæsarium, Meldensem Episcopum; SS. Maurisium, Clementem, Pantulum, & Marculum. Reges Aetherium, Oliuerium, Crophorum, Lucium, Clodoueum, Canutum, Pipinum de Oriente, Adulphum, Avitum, Siranum regem inclytum Danorum, Rifridum, Bonifacium paganum cum filia ab Angelo monita, Regem Laurentium paganum cum suis subditis, ac Reginis & alijs de Hibernia, Normannorum, Sueuorum, & alijs cum multis Ducissis.* *Raymundi Cardinalis.*

7. Test. Hieronymi de Villauitis vulgo Rebdorff Canonici Regularis, floruit An. 1504. *Hieronymi Villauitis 21. Oct. in orat. ad SS. quam vocat panem quotidianum.*

Vrsula primiceria earum, per Regem Britanniæ erat progenita, & à cunabulis in fide Christi erudita, sponsum terrenum habere voluit; sed tamen à potentis cuiusdam Principis filio interpellata fuit, illa autẽ nuptijs aliter consentire noluit; nisi sponsus eius Baptismũ assumeret, vndecimq; millia virgines sibi cõiungeret, cũ quibus post triennem triumphũ palmã immarcessibilẽ acciperet. Eia quis nõ gauderet, dum tãtas virgines ex duobus collectas regnis videret? virgineis moribus nauigio Basileã applicuerunt; cũ quibus Pontifex eiusdẽ sedis, & decoti alij Romã vsq; deuenerunt. Vbi & regina Siciliæ, cũ alijs suis liberis se eis adiunxit, & cũ eis Christo placere studuit. Post longã peregrinationem Coloniã iterũ applicuerũt, & ibi Attilã impium

impium Regem Hunnorum ciuitatem obsidentem inuenerunt. Hic propter fidem Christi pu rum earum sanguinem effudit, & Vrsulam ob nimiæ pulcritudinis speciem sponsam haberi voluit: renuentem autem sagitta occidit, & cum sodalibus suis ad cœlestia regna per mouit.

VVilhelmi Caxtoni. Visser. c.15. f.635.

8. Test. Legendæ aureæ Anglicanæ Londini A. 1510. vulgatæ, Vsserius Wilhelmum Caxtonum auctorem facit; conuenit cum Colonienſi traditione: auctor narrat Coloniæ ſe accepiſſe cum XI. millium Virginibus 15. millia virorum occubuiſſe, vt martyrum numerus fuerit 26000.

Clictouei. In elucidatij Eccl. l. 4. in prosa XI. milliũ Virginum.

9. Teſt. Iudoci Clictouei Neoportuenſis Doctoris A. 1515.

Proſam B. Hermanni, quæ incipit *Virginalis turma ſexus* ita explicat. *Narrantur u ea ſanctiſſimæ Virginis Vrſulæ, & vndecim millium comitũ eius Virginum præconia, ac ser uãdæ virginitatis ſtudio peregrinationes per maria, ac terras, diuerſaq; loca, demũ felix eari conſummatio per martyrium, quæ omnia ex hiſtoria vitæ & agonis earũ, quæ vulgo habetur requirẽda ſunt. Ipſe Conanus S. Vrſulæ ſponſus trãſmittit ſuæ ſponſæ vndena millia Virginũ quas expetierat, loco dotis coniugalis, vt aut difficultate implendi, quod petijt ipſa, Conanus reſiliret à propoſito expetendi eam in thori ſociam, aut ipſa virgines illas ad ſe miſſas, domino etiam conſecraret, & ad propoſitum conſimile virginitatis induceret: quod quidem ſecundo Deo diſponente & adiuuante completum eſt. Baſilea vrbs in Germania Heluetijs finitima, & celebratiſſima, ad hãc vrbem antequam Romam accederent, nauigio applicuerunt ſacræ virgines, relictisq; nauibus eo in portu vrbem Romanam pedeſtres adierunt. O felix Colonia, prius Agrippina dicta eſt, ea vrbs in Germania inferiore celeberrima, potiſſimum ob inſigne literarum gymnaſium illic florens, cui accedit tot ac tantarum Virginum patrocinium & tutela, vna cum trium Regum nobili mauſoleo.*

Franciſci Irenici.

10. Teſt. Franciſci Irenici cum Leonis decimi priuilegio prodijt A. 1518.

Vrbs hæc (Colonia) *nomen beatæ ſibi adſciuit, quia reliquijs nulla profecto ciuitas ſanctior eſt: hic enim S. Gereon ſub Maximiano & Diocletiano martyr euadens coruſcat; hic D. Vrſula cum virginibus occiſa quieſcit iuxta Rhenum.*

Bernardi VVittij in M.S. Chronico p.113.

11. Teſt-Bernardi Wittij Lippienſis Cœnobitæ Leisbornenſis vixit An. 1520.

Dum autem Agrippinam obſidione cinxit, factum eſt vna dierum vndecim millium Virginum turbam, quæ iam antea à Britannis & Anglicis peregrinatura Romam aduenerat, eiuſdem ciuitatis mœnibus appropinquare, nihil ſibi malè accidere ſuſpicantibus, quas ex obſidione armato cum milite tyrannus obruens, ſine miſericordia extinxit. Vnde ſequenti die, quaſi diuinitus territus, quaſi irruente in ſe inſuperabili exercitu, ſoluta obſidione ſalutem fuga quæſiuit, ſicq; vrbs ſancta, Virginum ſanctarum patrocinio continuè eſt liberata. Ceterum Martinus in Chronico ſuo has virgines martyrizatas refert An. 236. Pontificante Pontiano Romæ. Non tamen ob præfata cuiquam in dubium venire debet, quin paſſio SS. Virginum facta veriſſimè ſit; quod quidem aperta locorum veſtigia, & SS. corpora in hodiernum diem proteſtantur præſentia. Quod etiamſi hiſtoria iam dudum vulgata in annis, à quibuſdam vſquequaque vera eſſe negetur, geſta tamen rei veritas nullo dubitationis ſcrupulo inficitur.

Hectorũ Boethij.

12. Hectoris Boethij Scoti An. 1525. In loci martyrij controuerſia ſic is contra Galfredum definit. *Enimuerò aduerſo flatu cum in Armoricam tenderent, in Rheni oſtia non ſine vitæ diſcrimine omnes, qui in claſſe erant, ſunt compulſi &c. & ab Hunnis apud Coloniam Agrippinam pudicitiam tueri conatæ felices Chriſti ſponſæ ad vnam omnes ſunt interfectæ.*

Ioannis Maldonati in vrbiu SS. collectu ad vſum Breuiarij Burgenſis.

13. Ioannis Maldonati Hiſpani A. 1528. Vrſulanam ex eo nauigationem, peregrinationem, & martyrium excerpo. *Itaque fabricatis nauibus, rebusq; neceſſarijs inſtructis, vndecim millia Virginum nõ per Britanniam ſolũ, & Scotiam: ſed per omnem fere Europã conquiſitarum mare conſcendũt: cum magno vtrunque regni procerũ & Epiſcoporũ comitatu. Cum igitur propoſitum ſuum Vrſula piæ claſſi ſatis explicaſſet, & Virgines in fide Chriſtiana ſatis præſtruxiſſet, iam naumachiæ ſimulacra, ludos iam claſſicos edendo, quo ſocerum falleret, Galliæ tandem oræ peracto triennio applicuit, & terreſtri itinere Coloniam venit. Inde Romam pertendens, diutius ibi commorata, reditum ad martyrium ab Angelo ſibi Coloniæ prænunciatum maturauit. Iam Cyriacus ſummo*

ſe Pon-

se Pontificatu abdicauerat, quo Virgines comitaretur: iam alij non incelebres antistites, Regina etiam Siciliæ cum quatuor filiabus: sponsus item Vrsulæ, qui cum sororibus eò venerat se se itineri accinxerant: Cum Imperatores Romani anxij nimiumq; soliciti, quod tanti fierent concursus hominum ad virgines, tantumque nomen Christianum augeretur, Iulianum Ducem Hunnorum per literas instigarunt: vt ineas impetum facerent. Qui explorato Virginum itinere, Coloniam iam iam irrumpentes circumacto exercitu omnes trucidauit.

14. Test. Ioannis Maioris, vixit A. 1530. de loco lanienæ. *Vrsula & vndecim millia Virginum impetu venti per Rhenum iactatæ, ad Coloniam deueniunt, cum quibus Gouanus terræ Rex & Elga eius frater cum suis clientibus rem habere volebunt; quibus pro virili Virgines resistebant, propterea à Tyrannis occisæ sunt.* Ioannis Maioris lib. 1. hist. Scot. c. 6.

15. Test. Nicolai Olahi Archiepiscopi Strigoniensis Primatis & Cancellarij regni Hungariæ An. 1540. scripsit is historiam Attilæ, in quam, secutus Hungariæ Chronicon peruetustũ, refert hoc martyriũ: postrema delibo. *Quæ accepta hac nobili societate, atque comparatis vndecim magnis nauibus, aliisque in peregrinationis vsum necessarijs, ex Britannia ad ostia Rheni, vbi nunc Hollandiæ pars est, applicuit. Vnde aduerso flumine Coloniam cum magno ciuium applausu & lætitia, Coloniá Basileam peruenit: ibi relictis nauibus cum alijs impedimentis, pedestri itinere Romam proficiscitur. Quæ tandem Sanctorum reliquijs & sacris locis omnibus, vt eius erat votum perlustratis, Basileam reuertitur, Cyriaco Papa eam summo honore semper prosequente. Conscensa igitur ad Basileam naui, secundo Rheni flumine Coloniam deuehitur. Quæ egressa in continentem, nihilq; hostile, sed omnia, vt antea tuta esse arbitrata, vbi vrbi appropinquare cœpit, mox ab Hunnis vndique inuaditur, atque cum omni societatis suæ turma crudelissimè trucidatur. Ita sanctissima Virgo suo & Aetherij sponsi (qui accepto Vrsulæ reditu cũ matre & sorore Florentina nõnullisq; alijs Episcopis Coloniam vsque ei obuiam venerat) atque Cyriaci Pontificis ac ceterarum Virginum sanguine pudicitiam suam Christo Domino consecrauit. Inter scriptores non satis conuenit de huius necis tempore.* Nicolai Olahi.

16. Test. Hung. hist. quod Wolffgangus Lazius ex vetustissimis monimentis vernaculo sermone scriptis vulgauit. *Cum Attila Rex Flandriam & Franciam penitus deuastasset, venit Coloniam ad Rhenum, & occidit Vrsulam Britannici Regis filiam, cum XI. millibus Virginibus, postea profectus est in Thuringiam, & celebrauit curiam apud vrbem Isenacensem, & misit magnum exercitum contra Marcomannos.* Lazius lib. de migrat. gentium fol. 515. Scripsit A. 1555.

CAPVT XXVII.

Testimonia coæuorum Baronij 18. *ab An.* 1500. *ad* 1600.

TEst. Ioannis Magni Archiepiscopi Vpsalensis, Primatis Wandaliæ, An. 1550. *Eodem transitu* Crantzius ait *crediderim occurrisse agmen vndecim millium Virginum ab vrbe Roma, Vrsula duce, quod apud Coloniam Agrippinam martyrio consummauit; sed ratio temporis apertè contradicit; nam Virgines passæ sunt A. 237. tempore Antheri Papæ, & Maximini Gothi Imperatoris: Attila autem incidit in annum* 455. Ioannis Magni Archiepiscopi lib. 9. c. 6.

2. Test. Georgij Wicelij A. 1550. si tempus Attilanum exceperis in ommibus nobiscum cõsonat: collegit sodalitatem ex Anglia, Scotia, Normannia, Cornubia, Frisia, Flandria & vicinis locis: Romam cum attigissent Virgines, qui se sociarint ijs ita refert. *Potuit sanè & Pontifex Romanus Cyriacus, Pantulus Basileensis, Iacobus è Græcia natione Britannus, Mauritius & Foilanus Lucensis, Sulpicius Rauennas Episcopi, qui tunc Romæ degebant, cum exercitus ille Parthenius omnium ore celebraretur. Denique numerum Societatis mirificè auxit & compleuit Aetherius sponsus Rex Britanniæ.* Auctores quibus sumsit, laudat: *primo in fine vitæ S. Catharinæ* ait *repertum à se fragmentũ vetustissimum M.S. fugientibus ob antiquitatem characteribus, vt ægrè legi posset, id verò in omni-* Georgij VVicelij lib 20. Chori SS. c. 29.

omnibus congruisse vulgatæ historiæ Vrsulanæ, meminitque vt iste Coloniæ, Basileæ & aliorum locorum.

Laudat præterea Chronicon Hungariæ, Iohansbergerum, Crantzium, postea reijcit & refellit Tritthemij Galfredianum commentum.

Ioannis Duys. 3. Test. Ioannis Duys Venlonensis coenobitæ Crucigeri de vita S. Odiliæ sic canit. A. 1550.

Crucifixi amatores &c. exsultetis in Domino, qui vobis pro solatio Vrsulæ de cõsortio Odiliam destinauit. Hæc virgo prudentissima, suprema vndenaria, mille habens sub militia, ipsas Christo dedicauit, cum Vrsula de Britannia, venit in Alemannia, Romæ petit palatia: sancta inuisit limina, commendauit se precibus, caris Deo Apostolis. Ad Germaniam redijt, Vrbi Agrippæ appulit, infausto tunc auspicio Coloniam obsidio, diro Hunnorum populo circumcidi offendebat: illic cum con virginibus, sanctis vndenis millibus, ab Hunnorum militibus, mortem gaudens capiebat.

Ioannis Molani. 4. Test. Ioannis Molani Doctoris Louanensis circa A. 1570. *Vndecim millia Virginum splendidissima habent Coloniæ monimenta: neque recenter adscripta sunt sanctis Martyribus: VVandelbertus enim Prumiensis, qui vixit A. 850. earum in Martyrologio meminit, De his scripserunt circa A. Domini 1160. Rogerius Cistertiensis, Richardus Præmonstratensis in legenda Angliæ, & Elisabeth Schõnaugiensis lib. 4. viarum Dei c. 2. Primariam historiam exspectamus in tomis D. Surij.* Idem multa de ijsdem in Natalibus Belgij eodem die, & de S. Cunera ibidem, & 12. Iunij.

Iacobi Feuchtij in Postilla Minore 21. Oct. in festo S. Vrsulæ. 5. Test. Iacobi Feuchtij Proëpiscopi Bambergensis. A. 1570. *Fuit S. Vrsula vnigenita Regis Scotiæ Dionethi & Dariæ cum, his S. Vrsula consciensis nauibus soluit è Scotia Galliam versus, inde Coloniam, Coloniæ Basileam aduerso Rheno petijt. Basileensis verò Præsul factus earum comes, ita Romam pedites abierunt, & exsolutis Deo ritè votis, baptizatisque quam plurimis à S. Cyriaco Vrbis Romanæ Episcopo, cum ipso Roma Coloniam redierunt, &c. Denique & S. Aetherius sponsus S. Vrsulæ cum Florentina sorore & Daria matre S. Vrsulæ, ac Clemente Episcopo dedit se in viam, & reliquis se aggregarunt, aucto iam Sodalitio omnis status & conditionis Ecclesiasticis & secularibus, Episcopis, Regibus, nobilibus, ignobilibus, & alijs plurimis vtriusque sexus hominibus: qui dum Basileã Coloniam redeunt, in Hunnos incidunt, à quibus immaniter telis confixi, laniati & trucidati sunt. Locus Martyrij prope Rhenum hodieque vicus sanguinis nominatur, nec licet vllum alium in Basilica S. Vrsulæ funerare.*

Pontani to. 4. Biblo. cõcionum, in festo S. Vrsulæ. 6. Test. Georgij Bartholdi Pontani Præpositi & officialis Pragensis. *Ipsa nocte, qua beatæ Virgines Romam venerunt, Angelus Domini reuelauit Papæ Cyriaco, vt eis se associaret, cum pluribus Prælatis Ecclesiæ.* & infra. *omnem gratiam Romæ amisit S. Vrsula, cum Cyriacus Papa renunciasset,* enumerat inter reliquos etiam *Pantulum Basileensem Episcopum.*

Canisij. 7. Test. Canisij & Germanici Martyrologij, prodijt circa A. 1570.

Erat S. Vrsula vnica Dionethi Regis Scotiæ Christiani, & Dariæ filia. &c. cum his S. Vrsula è Scotia soluit Galliam versus, inde Coloniam, in ceteris ferè cum Feuchtio conuenit.

Thomas de Trugillo to. 2. thes. Cõc. 21. Oct. 8. Test. Thomæ de Trugillo Dominicani Hispani, floruit, A. 1578. Fusè discribit collectionem Sodalitatis, naualem sciamachiam, peregrinationem:

Regnabat in Britannia rex quidam Catholicus, iustus, & pius, qui vocabatur Dionethus, cui Deus filiam dederat pulcerrimam, & virtutibus vndequaque exornatam, cuius nomen erat Vrsula. Huic autem regi vicinus erat alius rex paganus, & satis potens, qui quidem desiderabat filium suum matrimonio coniungere cum Vrsula. Misit ergo legatos, qui matrimonium tractarent cum ipso Dionetho, & primum blandis, & amicis verbis; deinde verò etiam minas adijcerent, si viderẽt ita oportere. Cum ergo huiusmodi nuncium à pagano rege accepit Dionethus, plurimum commotus est, quia scilicet maximum videbat esse inconueniens, quod filiam suam pagano daret: tum verò potentiam eius non mediocriter pertimescebat, cum ergo videret Vrsula in tanta angustia positum patrem suum, confugit ad orationis præsidium, & à Domino postulauit, vt sibi dignaretur concedere medium aliquod, quo posset patrem suum à tanta angustia liberare.

Quod ita factum est: nam Deo volente postulauit sibi in societatem dari decem Virgines, illustres,

illustres delectas ex vtroque regno: tum etiam sibi, & singulis earum decem Virginum, dari etiam in societatem mille virgines, atque hoc modo complebatur numerus vndecim millium Virginum. Quæ puellæ, & virgines cum sibi liberaliter statim datæ sint, eo quod paganus ille Rex certo putaret eam filio suo matrimonio copulandam, petiuit sibi concedi trium annorum spatium, ad recreandum animum per mare nauigando, cum illis omnibus Virginibus. Itaque ingressa est Vrsula mare cum omnibus illis Virgnibus, curans tamen prius, vt quæ paganæ erant, baptizarentur. Postmodum verò longum cum eis sermonem habuit, incendens eas, & inflammans in Dei amore, exposuitq; eis intentionem suam, atque ita earum Virginum animos dictis suis in Christi amorem inflammauit, vt paratæ essent omnes pro Christo mortem etiam, si ita oporteret, sustinere. Cum ergo in nauigijs cõstitutæ vndecim omnes essent, incredibili quodam exhilarabantur gaudio, atque inter se nauigijs ipsis colludebant: ita vt mirificum quoddam spectaculum suis remigationibus compositis, suisq; ludis naualibus omnibus exhiberent, prosilirentq; omnes ad tam iucundum spectaculum contemplandum, tantamque Virginum iucunditatem, & artificium mirabantur. Durauit ergo huiusmodi exercitium circiter tres annos; in quibus quidem temporum spatijs nunquam obliuiscebatur Vrsula, modo hanc, modo illam nauim ingredi, & diligenter adhortari Virgines omnes, vt constantes essent in Christi amore, & feruentes caritate. Cum ergo tempus aduenisset, quo pro Christo martyrium sustinere deberent, orauit ad Dominum Vrsula, vt sponsas suas dignaretur iam sibi accipere, & ex corporis ergastulo educere. Itaque voluntate diuina ductæ sunt Coloniam, vbi facta est reuelatio B. Vrsulæ, quod in ipso reditu martyrium cum suo Virginum exercitu sustineret, quam reuelationem communicauit B. Vrsula ceteris sacris Virginibus, quæ plurimum lætatæ sunt ex nuncio iucundissimo, & optatissimo: egredientes autem in terram visitarunt etiam Romæ loca sancta: deinde rursus naues suas conscendentes, quas Basileæ reliquerant, peruenerunt propè Coloniam, quam quidem ciuitatem obsidebant tunc barbari quidam homines, qui vocabantur Hunni, qui quidem per vniuersam Galliam, & Germaniam ingentem stragem, & vastationem commouerant. Cum ergo egressa esset ex nauibus B. Vrsula, cum suo omni virginum exercitu, vidissentq; Hunni tantam mulierum multitudinem, statim eas inuaserunt, cum intentione non modo eas dedecorandi, verum etiam deprædandi: cum autem viderent se eas magnis vocibus defendentes, & cognoscentes, quod Christianæ essent, propter odium Christianorum cœperunt districtis gladijs eas percutere, adeò vt copiosissima sanguinis vnda, & flumen huc, atq; illuc profluueret. Ipsæ verò sanctæ Virgines, beatas se iudicantes, quod pro Christo paterentur, se inuicem animabant, & hortabantur ad martyrium viriliter sustinendum: se inuicem magna complectebantur caritate dicentes. Mox quidem sponsum nostrum videbimus. Tyranni verò, & barbari eo modo complexas crudeliter interimebant, & magnam hinc inde stragem concitabant: ibi vidisses gloriosam Vrsulam, tanquã strenuam, & virilem ducem, hortantẽ modò has, modò illas virgines, vt constantes essent in martyrio tolerando: nam statim complexuræ erant sponsum suum Christum, pro quo sanguinem suum profundebant.

Cum ergò barbari viderent ita præceteris eminere B. Vrsulam, & tam animosè se gerere, intellexerunt eam esse ducem, & principem ceterarum: itaque duxerunt eam ante ducem suum: qui multis pollicitationibus conabatur eam sibi matrimonio coniungere, dicens, quod si id faceret, ceteris virginibus propter eam parceret, & amplissimis etiam beneficijs easdem exornaret. Veruntamen gloriosa Vrsula tale dedit responsum ipsi tyranno, vt ex eo tyrannus excitatus, arcum contendens, quem in manibus habebat, sagitta quadam transfixerit B. Vrsulam, atque hoc modo gloriosum Deo spiritum tradidit. Tunc ergo ceteris iam extinctis virginibus, & principe etiam earum Vrsula, vna duntaxat supererat, quæ Cordula vocabatur: quæ quidem cum vidit barbarorum crudelitatem, se absconderat: sed tamen cum vidisset reliquas socias suas viriliter pugnasse, & martyrij palmam esse assecutas, se ipsam libentissimo animo obtulit martyrio propter Christum. Magna igitur reuerentia, & honore, atque deuotione prosequamur omnes sanctas Virgines, præsertimq; principem earum Vrsulam, quæ quidem in hoc similis esse voluit Christo; quod quemadmodum Christus Dominus recens natus voluit pueros innocentes amplissimo afficere beneficio, faciens, vt propter se à crudelissimo Herode necarentur; sic etiam gloriosa Vrsula Britanniæ puellas, & virgines vicinarum etiã regionum contemporaneas suas, voluerit caritate incensa ad Christum adducere; non con-

contenta, quod ipsa duntaxat martyrij reportaret palmam; sed potius propter suam nimiam caritatem, exercitum etiam virginum, Christo Domino consecrauit. Solent autem istæ sanctæ virgines, deuotis suis subuenire in mortis periculo constitutis, atque suis precibus pro ipsis apud Deum intercedere. &c. Ceterum in Hispania in Ecclesia S. Iacobi cernuntur capita septem sanctarum Virginum, feruntq; inter ea capita etiam pariter reperiri caput beatissimæ Vrsulæ.

Laurentij Surij 21. Oct.

9. Test. Laurentij Surij Carthusiani optimè de vetere S. Vrsulæ historia meriti, qui dum Recentiores totis castris Galfredi commentum propugnarent, hoc ariete validissimo retudit omnes aduersariorum assultus, & orbi veterem vulgauit Colonienſem traditionem, ac defendit: fuit eadem postea sæpius cusa recusaque vernaculo, Belgicoque idiomate. vide eandem initio libri primi.

Caroli Sigonij l. 13. de imperio Occid. p. 317.

10. Test. Caroli Sigonij. *Cum autem vndecim millia Virginum ab vrbe Roma Vrsula Duce in patriam reuertentes secundo Rheno deueherentur, apud Coloniam ab Attila interceptæ sacro martyrio sunt coronatæ.*

Ioannis Leslæi.

11. Test. Ioannis Leslæi Scoti Episcopi Roffensis, dedicauit opus suum Greg. 13. *Circa hæc tempora memoriæ proditum est, Vrsulam & vndecim millia Virginum tempestate ad Rheni ostia delata, apud Coloniam Agrippinam Hunnorum connubia constantissimè respuentes, martyrij corona fuisse decoratas.*

Ex tropæis Anglicanis.

12. Test. Ex Anglicanæ Ecclesiæ tropæis A. 1584. Greg. 13. dicatis, & in Romano Anglicano collegio adornatis. *S. Vrsula Cornubiæ Angliæ Reguli filia, cum vndecim millibus Virginum propè Coloniam Agrippinam ab Hunnis pro Christi fide & virginitate seruanda partim in Rheno mersæ, partim sagittis confixæ, duplices palmas adeptæ sunt.* Ita Romæ tunc Angli contra Galfredum pronunciarunt.

Nicolai Harpsfeldi c. 22. sex priorum seculorum hist. Ec. Anglic.

13. Test. Nicolai Hapsfeldi Angli, qui pro fide in carcere obijt An. 1591. *Sed aliud est tamen, quod me magis auocet (à Galfredi sententia) hoc est omnium ferè autorum qui Vrsulæ describunt historiam autoritas, & B. Martyris reliquiæ in Agrippina Colonia ad hunc vsque diem religiosè conseruatæ: credibile est Vrsulam cum sodalibus nauibus ingressam in Hunnos, non ita procul à Colonia incidisse, homines tam à Christiana pietate, quam omni humanitate alienos, atque ab eis, cum vel fidem, vel castitatem prostituere recusarent, has virgines immaniter cæsas.*

Lindani Episcopi in Notis Martyrol. 21. Oct.

14. Test. Lindani Episcopi Ruremund. censoris Notarum Baronianarum in Martyrol. Rom. An. 1585. *Superioribus tantum obstare videtur locus, qui agonis S. Vrsulæ palæstra constanter ab vniuersis in hunc vsque diem est habitus; hunc autem locum, vbi nunc visitur S. Vrsulæ collegium Virginum nobilium, fuisse certaminis arcnam, inde pij non imperitè videntur adstruere, quod templi area nullum susceperit sepeliēdum.* Subdit deindet *Sactarum Virginum classem vi procellarum ex Oceano Tielam appulisse, inde Coloniam perrexisse. Si ergo illa classis S. Vrsulæ fuit vi tempestatis ad VVahalim depulsa, nullo negotio naucleris licuit ad rectum Rheni cursum ex internatantibus passim insulis naues dirigere, aut potius ventis dare, qui eos in manus Hunnorum (quod & Colonienſis habet historia) inuexerunt; hi enim apud Coloniam agebant.*

Petri Cratepolij in Sanctu Germ.

15. Test. Cratepolij Minoritæ An. 1592. *S. Vrsula Britanniæ Regis filia & Angliæ Regi Aetherio desponsata, prudentia, pulchritudine, & honestate morum insignis, apud Coloniam Germaniæ vrbem tunc ab Hunnis obsessam, dum Romá rediret martyrio coronata est, vna cum pluribus suis virginibus, ita vt vndecim millia pro Christi nomine passæ dicantur.*

16. Test. Hermannni Fleien Decani S. Cuniberti: cuius contra Illustrissimi Cardinalis Baronij sententiam libellus pro defensione loci Martyrij Colonienſi vulgatus id effecit, vt ipse Cardinalis dicatur sententiam reuocasse, quamuis autor in multis à genuina deflectat Colonienſium traditione.

Pauli Santorij Archiepiscopi.

17. Test. Pauli Æmilij Santorij Casertani Archiepiscopi Vrbinatis libro 12. Virginum & Martyrum, quem Clementi 8. dedicauit An. 1597. Fuit is Magni

illius

Magni illius Cardinalis Santorij nepos, qui tam feliciter contra Cardinalem Baronium pro S. Felice Papa & Martyre decertauit, & ipso Baronio palmam cedente, reperto non sine prodigio eodem tempore sepulcrali titulo vicit, Nemo vnus hactenus maiore copia, dicendi vbertate, styloque politiore S. Vrsulam laudauit, fontes nostros citat: ac licet Galfredum addat, Coloniam tamen propugnat, & sedem martyrij facit: digna eius oratio disertissima, quæ inseratur.

S Vrsulæ sodalitas comparata Amazonibus.

Si oriens, & immodica sui laudatrix Gratia, tantis Amazonum res gestas laudibus extulere, mirata femineos ausus, in viduitate tori, mammæq; adustione martias animas, diuturno victoriarum cursu Asiam perterrentes, præclariori certe sonitu, certioriq; præconio attolantur Britanniæ, celebreturq; Rhenus, alteræ præclarissimæ imperatrici Vrsulæ, de qua acturi sumus, largitrices lucis ortusque, alter in aceruis bellantium, martisque fragore æternæ virtutis fidelissimus testis, miratorque, verecundantibus ergò, nec hiscere audentibus Themisyra ac Thermodoonte in silentio, peltarum Vrsulæ, sociarumq; perpetuo viuentium pietate armatæ acies, & pro pietate depugnata certamina decantentur.

Cæsar Britannos subiecit Romanis.

Britanniæ gentes, iam pridem belli gloria claras potentesque, primum aperuit nobis magni Cæsaris inuicta, & fortunata audacia; eodem cursu victoriarum Gallia, Germania concussis, calcato Oceano, obtrementeque Hercynia, rebellantes repressere alij Cæsares, victorijs, aut cladibus memorabiles. Constantino Magno nimia sua pietate in largiundis Propontidi fascibus, rei Romanæ grauissimum infligente vulnus, nutare rerum status cæpit: denique post infelicia Honorij, Arcadijque tempora, sub Valentiniano III. Constantij Cæsaris Placidiæque filio, tantum rerum fastigium, fulgentissimaque Augustorum Maiestas fœdè procubuêre, vndique orbe terrarum in Romani nominis excidia concurrente, fœdum seruitium, cladesque victorum internecione in solatium malorum, vlturo: tunc & Britanni eodem concussi motu par naufragium fluctusque procidentis quietis subiêre: tumque ab Aquilone Scotorum, Pictorumque rabie æternorum hostium vrgerentur, destituti ab Aëtio (cui per eam tempestatem Romanum nomen nitebatur clarissimo magnoque luci) Anglorum, & Saxonum, Vortigernum regem, ad opem ferendam accersunt, ab eoque depulso hostili metu, soli vbertate capto, perdomiti bello, ex auxiliatore hostem, populatoremque patriæ ex insperato nacti, in Anglorum transiêre nomen, certo discreti à gente Scotorum limite, haud terminatis rixis, odioque apud finitimos. Ortus S. Vrsulæ. *Igitur in parte Britanniæ quidam Dionethus imperitabat, Romanis non ignotus, egregiè pius, cui Daria erat vxor pari religione, moderationeque insignis: his post multas preces, & lacrymas nuncupataque Deo vota, puella nata est: quam Vrsulam à Sacro Baptismate nominarunt; hæc ad-* Educatio. *huc puella, salutaribus parentum monitis, crebrisq; sacrorum librorum lectionibus excitata, inflammataq; IESV CHRISTO castitatem vouit, tantamque sui indolem ostentauit, ut tantum præstantiâ viguit ingenij, ac pulcritudinis gratia, vt latè per Oceanum, & finitima eius gloriæ fama decorisque euagaretur, tractis in spem & cupidinem tori finitimis regibus, inter quos Aetherius potentissimi principis in altera ad Austrum regnantis insulæ parue filius, visæ nondum puellæ amore impatienter exarsit, maximisq; à patre precibus obtinuit, vt Vrsulam sibi matrimonio iungendam curaret, vi precibusque pater vnici filij lacrymis expugnatus, simul vt duo finitima imperia consensu à mutua claritate coalescerent, amplissimam ad Dionethum regem legationem destinat: transmissis muneribus; esse sibi filium florentissima ætate, valido corpore, animo egregio, exercitum armis, & manu pugnacem, Vrsulæ exardescentem amore cœlitus id afflatum, quo amborum ditio tantis pignoribus æterna in fœdera deducatur, duorum nobilissimorum iungenda iuuenum corpora ad sobolem propagandam, nullum apud se dubitandi locum de repulsa relinqui. Quod si abnueret, esse sibi animos, & vires, ad futurum ardorem, fortunam comitem, præsentiæ, audaciæq; viuidum ingenium, & in arma pronum, vel terribile strage finitimorum haud inerti emarciturum otio: sibi iucundum martem, amaram pacem prædicare. Quæ relata seni ingentem incussêre* Minæ. *metum, angoremq;, viduato suo toro, puellam, senectæ solatium, abstrahi longinquam hostilemq; ad gentem, efferam moribus & funestis dijs addictam: exsecrabile præterea, prorsusque nefarium esse, à Christi complexu filiam auellere, inseruituram trucis, impuriq; iuuenis cupiditati, & exsaturaturam libidines: prius mori satius, ac melius fore, quã tam detestanda*

Votum virginitatis.

Fama nominis eius.

Sponsi legatio.

Trepidatio parentis Vrsulæ.

intueri, versare simul diuersas ad clades animum, atque infortunia, pagorum excidia, oppugnationes vrbium, sonitum tubarum, eiulatum puerorum, & virginum lamentationes, stupra cædes, & funesta bellorum: non se tantis vallatum opibus, eoque ætatis robore, vt ferocissimi hostis arma & libidinem reprimat; præaltum deinde animum, vbi amor semel quassarit, facesq; inuexerit, haud repulsa obtundi, sed acrius accendi, dicebat; rursus, inde decurrere in præcordia sanguine, irarum motu inflammari, fremere, & matrem despicere; iustissimæ causæ haud abfuturos superos; sæpè id monstratum; nec elusam spem piorum fuisse: paruâ manu ingentes sæpè copias fusas, prostrataſque, multis auras, & fulmina militasse, ignem & solem stetisse pro pietate; multa Dei legi, memorariqúe apud Hebræos beneficia, non minora apud Christianos, eadem sibi proponere, tutaturum non incuriosè thalami decus, & cesti claritudinem Christum, præter aras, templa, & sacra haud desperabat; sed rursus hebescere ardor natæ, patriæque caritate frangi, mœstis amicis, & sagum exhorrentibus, non dimitti oratores; non certum dari responsum, non apparari bellum; communiriqúe arces, aut firmari vrbes; si hostis ferro coniugem exposcendam duxisset exercitibus contractis, traductisque in hostile solum. Sed ingens in aulâ silentium, & metus, ac prope desperatio, rex in mœrorem effusus, non mediocriter angi, afflictique: qua re animaduersâ puella, vt erat sagacissima in coniectura, & ingenio præstantissima, acerbo confossa dolore, his machinis oppugnari sentiens castitatem, & cacodæmonum artem in se adsurgentem, ad pia disturbanda secreta, simulque discrimen excidiumque penatium intentari intelligens, versa ad preces, & vota, fatigare Deum, misericordiam; & opem implorare, afflictato inedia corpore, & vilibus circumuoluto vestibus inter multam vigiliam, & lacrymam: his quippè armis haud insciæ sæpè extortum Deo fulmen, retusamque vltricem hastam, quæ ad pianda scelera mortalium torquebantur: humi cubans, non incertum à Deo Saluatore auxilium præstolari. Itaque in tam longis continuatisque vigilys sopore occupata, aperiente Deo, omnem suæ vitæ cursum & periodum prænoscit; ad auroram excita, ore hilari, in cubiculum intrat ad patrem, iubet bono esse animo; à mœstitia reuocat; castigat imbecillitatem pectoris; excitat ad sublimia, visum illi enarrat, quid respondendum sit legatis edocet. Qua confirmatus oratione genitor post lacrymas nimio gaudio excitas, gratiarumque actiones secum virginem ducens splendidissimè vestitam, adstantibus circà procerum iuuenumq; primoribus, se oratoribus exhibuit, quos in hanc sententiam, annuente patre, est puella affata. Maximum & immortale beneficium hodiernâ die, clarissimi Oratores, familiam nostram consecutam; mihi verò nihil gratius ad auram popularem, nihil optatius ad dignitatem facum, & gloriæ, nihil carius ad ambiendum nobilissimi iuuenis connubium contigisse intelligo. Equidem optaram id potius à Deo Opt. Max. quam speraram: ea nostrarum est tenuitas opum, ea Angloruni regis parta bellis gloria, famaque nominis.

Fluctuatio animi.

Vrsulæ preces.

Afflictatio corporis.

Visio eius.

Vrsula respondet legatis.

Sed postquam vota mea Deus, benignitate suâ fortunauit, non possum mihi ipsis patri, regno, generi, focis, atque aris non quam effusissimè gratulari: omnia iã felicia cœlo portendi, cœlestesque ipsos in nostrum transisse decus intelligo: verũ si quid liberè à viro spõsæ, si quid nurui modestè à socero petendũ sit: si detur puellæ adhuc obtectæ flammeo copia loquendi; tria mihi in votis esse non ibo inficias: quorum vt spero cõpos facta (nec dubitationi relinquitur apud me locus, honestissimis petitis atq; iustissimis) suis me iussis substratã ancillam, & comitem semper habebit, stabitque æterna inter nos pax, stabilimen familiæ, ac matrimonij. Primum, vt Aetherius sponsus meus abiecto inanium deorum cultu, sese ad Christiana conferat sacra. Deinde decem ad me virgines eximiâ nobilitate, ac specie, castissimisque moribus transmittat, vnicuique mille alijs adiunctis, totidemque mihi associatis. Postremò, vt triennale ad celebranda virginalia spatiũ largiatur: quibus peractis expletisque, felicissimas nuptias, Deo bene iuuãte auspicabimur; habetis à me sententiã; audistis & vota; si spõsus amat, nõ reijciet: vt magnanimus amplexabitur. *His dictis post lautissimas epulas dimissi legati, regali munificẽtia à puella, regeq; honestati, ad Aetheriũ reuertuntur, omnia in maius de virginis pulcritudine prudentiaq; attollẽtes: ingemi-*

Tria modestè petit.

1.

2.

3.

Sponsus fit Christianus.

nant

natus sponso ardor, additæ faces; ritè namq; expiatus dat operã, vt eadẽ sacra pater amplectatur, incensis delubris, comminutis dissipatisq; simulcris, lucis succisis, sublatis sacrificijs, acceptisq; cõditionibus, percupidè in rẽ incumbit, vno transfodi ictu, nec placidè vexari temporis moram respiciens; Expectatione amanti nihil durius; ergo conquisitæ ex totâ Insulâ virgines, & à proximis Galliæ, Germaniæq; litoribus accitæ, concesso muliebri mundo, ad Vrsulã transportatæ, ipsa paterna in ditione habito delectu, haud paruã, & ignobilem manum alienigenis adiecit; famâ post Vrsulã clariores Pinnosa, Mobilia, Iuliana, Victoria, Aurea, Odilia & Palladia: hæpræpositæ principijs, cmomunicatis muneribus, vbi cõuenêre ex varijs gentibus, mistæ Anglæ, Morinæ, Saxones, Batauæ, Sicambræ, Frisiæ, Siculæ, Britannæque; nondum omnes Christianis sacris addictæ, patentissimũ, & conspersum floribus in campum per classicũ coactas, excluso viro Vrsula, aureâ coronâ præfulgens, multaq; radiante gemmâ, presso crine, purpura vestita auro intertexta, armillata in concionem adscendens, indicto silentio (cum occursantes inter se oculi mutuusq; conspectus ingentem admirationem, lætitiam, & voluptatẽ conciuissent) benignè, grauiterq; alloquitur; enudatis Deorũ fabulis, & erroribus, docet Christi doctrinam, nutantes in religionem impellit, quatit obstinatas, labantes ac concidentes erigit; summa præmia, & perennia proponit: tota laterum firmitate in id incumbit, vt Christo se vouẽãt; vitam breuem, multis periculis obnoxiam, animorum cruciatus æternos, & gloriã, nec eorum expertem doloris ac miseriarum, imperia virorum sæpè iniusta, violenta, immitia, suspiciosa, breuissimam voluptatem obscænos intra motus, amplexusq; assiduis molestijs excipientibus; adhæc tumentes fœtu vteros; & exinde crebras mortes, ac funera, sobilisq; pariundæ, & educandæ labores, vigilias, timores, cuncta præterea grauia, noxia, & intoleranda. At si Christo sponso adhærerent, nullũ vidualis tori metum, non extinctarum facum luctum, nõ gemitũ, aut pueriles vagitus, nõ improspera, aut ludibria fortunæ, non canum crinẽ, & obsessa rugis ora, non excussum dentem, & funesta senectutis; sed omnia plena gaudij, omnia referta voluptatibus, cumulatas veneres, & decora, affatim annorũ, & gloriæ ad futura disserere; Qua cohortatione inflammatæ omnes, ruere in baptisma; concelebrare Christum imperatricẽ suam miris laudibus attollere, addictæ omnes Sacramẽto, iurauêre, alium præter Christum sponsum non amplexaturas, consecrata illi virginitate: Laudatæ ab Vrsula, & centuriatæ omnes, mox lustratæ, lectissima phalanx, iamq; pietate, pulcritudine, dignitateq; nationum victrix, nihil toto in orbe terrarum venustius, nihil ornatius, nihilq; præclarius, varia vestimentorum genera, ordo, disciplina, opes, fulgor gemmarum, ac lapidum intuentibus admirationẽ augebant.

Cogitur exercitus virgineus.

Principes Virgines.

Oratio S. Vrsulæ ad Virgines.

Matrimonij incõmoda.

Conuertuntur Virgines.

Ipsa imperatrix sicut fortunâ eminentior, ita dignatione corporis, morumq; augustior in se omnium rapuerat oculos, concursum ad compita, & itinera ab accolis, regulis, ac principibus stupor ingens spectantium in animis obortus, nẽmini in tanta pulcritudine, tantoque in agmine puellarum, mota venere, cunctorum strictis religione pectoribus; multæ virgines incitatæ æmulatione, relictis aris, focisq; sacræ militiæ nomina dedêre: à Præsulibus, Episcopis, & sacerdotibus concursum in ea castra, quæ sanctimoniæ duntaxat, castitatique patebant; Vrsula circuitis insulæ locis, ad vlteriora animum extendens, Romam voluere, vt oscularetur catenas, eculeos, & saxa Martyrum infecta cruore, & celebrata omnium gentium ore, Apostolorum templa, arasque perpetuas. Itaque prætorium aduocat, suum desiderium exponit, expostulat ceterarum sententiam; responsum ab vniuersis accepit: tumque; duceret quo vellet, se libentissimè imperata facturas; iurasse & impleturas. Hoc statuto sponsum accersiri placuit ad regiam: quem statim ad nutum coniugis aduolantem perbenignè amplexa imperatrix, itineris rationem & cupiditatem exponit: hortatur, vt in regno ipse permaneat ad incerta casuum, procul à periculis, ad generis, patrisque sustẽtandam senectam in tam longinqua sua peregrinatione: omnia se facturum Aetherius spopondit. Mox imperatrix, consalutatis amicis, & affinibus, inter suorum lacrymas, oscula, amplexusq; ad mare deducitur, explicatoque ad auras in prætoria profectionis signo, data tessera, itum in aduersa Germanorũ litora, excubias per vices capessentibus cohortibus, & mutua se æmulatione ad virtutẽ accendentibus. Imperatrix omnia ipsa oculis perlustrare, inflammatas intempestiua cupiditate retundere, languentes excitare, omnia prius ipsa pati, quàm iubere: multum Semiramide, Camilla, Zenobia, Victoriaque matre castrorum, & prudentia, & magnitudine animi nobilior. Cœtus hic Sanctus, cunctis verecundus, immensa sibi caritate cohærẽs; voces castissimæ, cantus sacrati, casta pectora, purissimæ manus, religiosissima vota, veri

S. Vrsula suadet iter Romanũ.

Comparatio exercitus Vrsulani cũ Amazonũ & aliarum reginarũ castris.

Dei cognitio, & arcana. Contra, harum (quas commemorauimus) castra plena odijs, irisque referta seditiosis, trucibusque, ac prædarum appetentissimis, sæpè cruentis signis, funestarisque prætorijs sanguine ducum, aut cædibus commilitonum, ne deorum quidem (quos colebant) ornamentis, sacrarijsque parcentibus; si consideraueris horum finem, tristem, & durum, cum ludibrio fortunæ deprehensas, nec laudato proposito, extensis ad aliena rapiunda animis, aut dominandi siti caloreque arescentibus. Igitur ad Tielam in Germaniam delato virginali exercitu, moti accolæ, desertis vrbibus ruere, & se obuiam effundere venientibus

Tielam intrant.

strata floribus via, & expositis commeatibus, quacunque sacrum incedebat agmen, noui

Basileam.

Virginum supplementis castra repleri, hinc aduerso Rheno ad Rauracos Basileam celebrem, opulentamque vrbem accessere. Benignè ibi militiâ acceptâ refectis corporibus. Mox præmissis qui explorarent, purgarentq; itinera, sublatis signis, per Heluetiorum Rhætorumq; terras, descensum in Italiam, omnia loca veneratione augusta piè lustrata, gaudentibus Italis, & ipsis ciuitatibus ad spectaculum concurrentibus, depulsis ex animo ira, atque mœrore, ex eo iucundissimo adspectu, fugataq; penitus funestorum ignium, Gothicarumq; populationum memoria, queis à fato Magni Theodosij Italia quassata fuerat; non sine Barbarorum risu in capitolij arce, & culmine Gothico expanso vexillo, non iam fabuloso regnante Ioue. At virgineæ legiones, acto veluti triumpho ouantes, Romana mœnia ingrediuntur, aggerata omnium lætitia, sine inuidiâ veterum triumphorum, in summâ felicitate imperij, num

Romam.

Asia, nunc Africa, Europaue submisse capitolio supplicantibus; Ipso Valentiniano Cæsare suspecta Honoriæ sororis castitate, in tanto spectaculo propitium sibi Deum, cælestesq; fauores largiter noscente.

Comparatur S. Vrsula Pulcheriæ & Eudoxiæ.

Vrsula his diebus supra Augustarum tiaras, & fastigium celebrata: duæ illi pares in orbe terrarum visæ, Aelia Pulcheria Arcadij filia, & Eudoxia Leontij Athenienſis Philosophi filia, Iunioris vxor Theodosij, altera virginitate, & castimonia artibusq; regnandi, & pietate nobilissima; altera disciplinarum excellentia insignis, æmula Homeri, & Virgilij, Platoni non cedens: at sacratum agmen Pontificio pedi osculo impresso, & veneratione sacris locis exhibitâ, venerandaq; veneratione oculis impletis, ad tantam Romanæ vrbis magnificentiam, amplitudinemq; obstupescens, amphitheatriq; molem, obeliscos, palatia, ambitum thermarum, capitolium, arcus, forum, æra, & rostra cælo æquans. Persolutis iam votis, patrias remeare ad terras decreuit; feliciter ei Pontifex maximus apprecatur.

At virgines accelerato itinere, fama de apparatibus barbarorum indies efferuescente, iterato Basileam deuenêre, parta ob augmentum ingenti præda plurimis ex Italiâ magni nominis agmini se iungentibus. Igitur ad Basileam naues exercitus nactus, prono Rheni alueo in

Coloniã veniũt ab Agrippina ornatam.

Britanniam properare; appulereq; ad Coloniæ Agrippinæ agrum, oppidum Germaniæ insigne; olim hibernacula Romanorum legionum, Vbiorumq; caput. Iulia Agrippina, Druso Germanico nobilissimo Cæsare, victoreq; Germaniæ, Arminijq;, Varianarum cladium autoris, progenita, Caij Germana, Claudij vxor, Neronis genitrix, insigne rerum humanarum exemplum, ludibriumq;, Coloniæ famam, gloriamq; extulerat. Maius nomen & virginũ pugnâ, & strage

Magis autem Virginũ.

apud posteros assecutum, ad hoc fatigatæ nauseâ fluminis, vndarumq; rapiditate virgines solũ apprehendere; qua tempestate Attila Mezendrucci filius, Bleda fratre interfecto, vastator terrarum Thracia, Pannoniâ, Mœsia, & Germania stratis per infaustas cædibus terras, Barbarica trahens agmina, præter Hunnos gentilem militem, Quadorum, Sarmatarum, Carporum, Rugorum, Gelonum, Turcilingorum, Bructerorumque in Italia festinabat, haud deterritus Radagaysi interitu miserando, & Alarici felicitate vltro illectus, nondũ tamen Honoriæ literis, ac pollicitationibus ad eum allatis, quæ virgo arcta custodia vallata, in atrocissimi hominis tædas impotentissimè exarserat, ipsumq; iam diu orbis terrarum imperio inhiantem in funera gentilis terræ, augustissimæq; vrbis exciuerat, quo non obtento, virginalem florem Eugenio procuratori suo, fœde, & contra auitum pudorem decusq; Maiestatis decerpendum tradiderat, impletaq; fœtu Constantinopolim amandata à fratre. Verum ea lues

Attilæ vastatatio.

Descriptio Hunnorum.

Hunnorum, incomperta veterum literis, trans Mœotidem Asiaticam incolens Scythiã, atrocitate morũ effera, nullius humanitatis, effrenatæ veneris, auri, prædæq; auidissima, enormitate corporũ, parteq; oris adusta ferro, aut vulnere deformata horribilis, proruptis veluti natura repagulis, domitis Alanis, Guitungis, Gothisq;, & Taifalis suis eiectis sedibus, fugatisq; rapidissimi instar amnis, per populorum minas, stragesq; se in Romanas prouincias effuderat; Ambobus Augustis terror ingens, tuncq; respirante à cladibus suis oriente, in occidentem ar-

narum fulmen contorserat; Coloniamq; primos eius impetus refrenantem, ciuitatem memore Italicæ originis, conditorisq; gloriæ, arctissimâ premebat obsidione: hac enim excisâ vrbe, ceulsis veluti Galliæ, Italiæq; foribus, facilem sibi aditum in capitolium spe, & cupidine iam voratum existimare. Iamque Valentinianus inita cum Gothis societate coactisq; legionibus, Aetium vel Hunnicis armis exercitum in Galliam præmiserat; summa illi rerum demandata, cauersus barbarum nimium successu rerum felicium tumentem, illusâ Romani nominis maiestate, illacrymantibus maiorum animis, nec ignauè dolentibus posteritatem suam in Assyria Gynecæa, mollitiemq; Græcorum transisse, laboribus suis, atque sudoribus, ad sidera elatam, imperiq; externâ ope non ad propugnandum imperium, sed ad salutem tuendam, propulsandumq; seruitium; At Barbarus stantem ciuitatem, & Aquilonem suis excitum sedibus, morantem, indignatus, sit certior de virginali exercitu, lætatur, tripudiat, sperat innocentium saltem cruore explere insitam crudelitatem posse, aut certè mitigare.

Id immanissimo mortalium optatum, nec raro monstratum vastatione terrarum excidijsq; populorum, vel adscitis nominibus, cum se Dei flagellum, terroremq; hominum iactaret, immissum plectenda ad piacula mortalium, expetendasq; diras, per exploratores omnia diligenter cognoscit, exercitum omnem iubet in armis esse, hippotoxata præcipuè delecto, mortifero, vel stantibus, vel fugientibus; omnes arma capiunt, intenti signum exspectant, anhelant cædes & sanguinem, & veluti cum Romanis pugnaturi, non incuriosè hastas, & scuta quatere, arma inspicere & mucronem acuere; At virgines nullo iacto vallo, aut constitutâ statione dispositisue præsidijs; solutæ metu in Deo tantum mentibus, animisq; defixis, per campos discurrere; captare auras, pijsq; cătilenis, plausuq; XI. præconia canere, pars sopita somno, pars sermones inter se ferere, aliæ in contemplationem cœlestium effusæ, ipsa inter primas, mirè læta imperatrice certum Martyrium, ac victoriæ locum prænoscente; visiq; memore, quod eundem id locum vadens in Italiam per soporem viderat. Ceterum Barbari XII. Kalen. Nouemb. ab Attila accepto signo, virgineis castris appropinquantes, magno camporum spatio occupato (ne fuga euaderent) obsessâ etiam fluminis ripâ, vastis clamoribus circumfudere se virginibus, vibratisq; telis strauêre obuias. Illæ in re subitâ non frontem antesignanis, principibusq;, non latera hastatis, non terga triarijs munientibus, haudquaquam consternatæ, inuicta pectora trahere in pugnam, cædi obijcere; nullum timoris signum edere: quem viua quæque cœperat locum, cadens obtexit. Imperatrix in primo agmine versari vult sereno, & velut inter choreas, & cantilenas hortari, confirmare, omnibus adesse, sibi nõ parcere, aduersis maior: omnia statim cædibus fœdata, aut maculata cruore: euersus momento temporis, concisusq; florentissimus ille exercitus; traiecta ferro pectora, sparsa viscera, suffossa ilia, discissi vteri, truncata brachia, terga lacerata, ceruices, & ora fœdè dissipata, occiso pulcritudinis flore, cumulataque strage, in vnum aceruum bellatricibus cadentibus, vel ipso occasu barbarorũ animis, irisque superatis; ab imperatrice retenti arcus, ipsis iam hastis cruore exsaturatis, & compresso furore. Nimia pulcritudo, atque venustas, vel in dirissimo martis discrimine, atq; spectaculo barbarorum ferociam represserant; ducta inde ad Regem illius famæ, & gloriæ non ignarum, adhuc cruorem rabiemq; spirantem primo strauit obtutu, nihil territa, & Barbaro facilè ad venerem ingenium erat, accensa cupidine, per plurium complexus vxorum decurrente, nec immeritò belluinis moribus, atque efferæ animæ parem corporis habitum natura affixerat. Videre namq; erat in monstro humilem staturam, propansum pectus, informe caput, paruos oculos, simum nasum, tetrum oris colorem, abrasam barbam, verticemq; canis adspersum; adhæc elatum incessum, trucem vocem, iactationemq; huc, illuc membrorũ, quasi fanaticam. Igitur Attila virginem nullo factam infortunio miratus, his vocibus attentat; Etsi paucorum facinore, & rabie vna hora nobilissimo comitatu, carissimisque pignoribus orbata in hanc calamitatẽ recidisse videris, vt flenda diu sit tibi: tamen si hæc sapientiæ Deorum, fatoque adscripseris, nec te infelicem, aut miseram dixeris, id nactura in tanto armorũ fragore, & strage, quod aliæ te nobilitate præstantiores, nec specie inferiores, diu votis concupiêre puellæ; Itaque pepercit tibi Fortuna, & mars inter creberrimum sagittarum imbrem, vibratasque hastas, & nos quoque te ornatissimam ac florentem volumus, si nos maritos, & principes non dedignaberis, ipsa nuptiarum nox rutilantibus Capitolij, Italiæque flammis splendescet, & Regia ista, ceruix augusto diademate effulserit, hoc inter rara felicitatis ponendum, Attilam terrorem orbis, domitorem Germaniæ, stratoremq; Augustæ maiestatis, à nutu pẽdere tuo,

Attilani accingunt se ad cædem.

Virginum pia securitas.

Offerunt se hilares barbaris.

S. Vrsulæ ardor.

Cædes infanda.

S. Vrsula sistitur Attilæ.

Specie deformi.

Eius blãda oratio.

id sibi Dij depoſcunt, hæc aceruata ſociorum ſtrages ſuadet. Quamobrem nobiliſſima puella, ne patiare tantam pulcritudinem, oculorumq; lucem ſubitâ animi obſtinatione extingui; nobiſcum iam læta regna; quicquid enim infauſtæ lucis pugna, & furor armorum abſtulêre, vniuerſa ſupplebit Europa; nec ipſi minorem in thalamo felicitatem ſperamus, quâ inter victrices equitum turmas, concuſſoſque fragore vmbones, in concidentium murorum ruinis, concuſſiq; pauore mundi fatis ſuperque fortuna eſt elargita, largituraque, vel inuitis ſe nobis profitetur. *At Vrſula vix dicendi finem præſtolata, ore interrito.* Audeſne (*inquit*) diriſſima bellua talia mihi dicta ingerere, aut has (quò minus cœleſti ſponſo potiamur) obiectare moras? cur me à ſociarum virtute degeneraturam putaſti? occubuêre aduerſis vulneribus electiſſimæ turmæ, & iam laureatæ, cœli ſecreta ſcendunt; & ipſa regina tanti modo imperatrix exercitûs, ad vnius Schyticæ feræ mugitum è cænoſis paludibus emergentis obtorpeſcam? ſic victrix inter crudelitatem, & iras, totq; funera captiuâ, nunc barbaræ libidini, deuota Chriſto, pectus, corpusque ſubijciam? ſic blandimento verborum, atque promiſſis atrocioribus, ad ſternendam virginum pudicitiã cacodæmonum armis attentor? Vtere, mortalium crudeliſſime fortunâ tuâ; non manus, quibus circumdaris, non arma extimeſco; nec oſtendam felicitatem, & diuitias magni facio; multo maiora, certioraque ab interitu aſſequar: Cur cunctaris? Chriſti miles nec labefactatur auro, nec ferro vincitur. *Ad hanc vocem minaciſſimè infremens Barbarus, iactansq; membra, in virginem tetendit, & quo certius periret, aduerſum pectus ferit, tergemino iaculo altè infixo pectori, diſciſſis fibris, bellatrix moribunda prolabitur, magnanimâ morte, religionem caſtitatemq; teſtata, nulli virginum vel Romanarũ, æternarumq; gloria, ſanctitatemq; concedens, coactis tot millibus puellarum omnibus ſuperior. Poſtero die Barbarus, lectis ſtratarum ſpolijs, Cordulam, (quæ primo barbarorum occurſu, victa metu, detrectauerat pugnã repertis latebris) pertæſam ſocordiæ, atq; ignauiæ, animoſè prodeuntem in aciem, in aceruis ſociarum mactauit, veritusq; ne odor cadauerum aëra inficeret, congeſta in vnum corpora terrâ obrui iuſſit. Sacratum hinc poſtea ſolum, & veneratione cultum, nobilitatumq; miraculis. Sed barbarum vltrices diræ, ad Catalaunicos campos, verſis Romano tergis, magnaq; exercitûs manu amiſſa, proſecutæ, demum euocatum ex Italia inter infames amplexus, libidinem, & vina fœdiſſimè perdidêre, amatorem bellorum, ſed manu inglorium, addictum augurijs, nulliq; deorum obſtrictum, haudquaquam illo fatali martis gladio, quo tantoperè gloriabatur, extremam neceſſitatem abſcindentem; Hæc plerique ſcriptores, famaq; iactantior.*

S. Vrſulæ interrita oratio.

Martyriũ S. Vrſulæ.

18. Teſt. Cornelij Schultingij. An. 1599. *Celebre Coloniæ, Mindæ, Monaſterij, Oſnabrugi, Hamburgi, Strigoniæ feſtum SS. vndecim millium Virginum, quarum Dux fuit S. Vrſula regina, cuius ducatu à Britannia maiore nauigauit, & relictis nauibus in Rheni flumine, communi voto limina BB. Petri & Pauli Apoſtolorum petierunt: denique eædem virgines ad naues, regreſſæ per Rheni alueum deſcendentes: ad Coloniam Agrippinam appulerunt, & ibidem cum multis alijs glorioſo martyrio coronatæ ſunt.*

Cornelij Schultingij in Bib. Eccleſ. to. 2. de S. Vrſula.

CAPVT XXVIII.

Teſt. 12. *ab An.* 1600.

1. TEſt. Hadriani Hacquetij Carmelitæ in encomio ciuitatis Colonienſis.

Sunt alij Diui ſacra quorum corpora ſeruas,
Tela quibus tuto te tueantur habent.
Virgineæ ſaluam te ſeruauere cohortes,
Quarum purpureo tincta cruore mades.

De ijſdem alibi.

Virgineas igitur cole ſacra Colonia nymphas,
Quorum es martyrio nobilitata pio.

Hadriani Hacquetij.

2. Teſt. Middendorpij Procancellarij vniuerſitatis An. 1602.

Middendorpij l. 5. Academ.

Quid

Quid de vndecim millium Virginum basilica referam, quarum sacratißimo sanguine irrigata, imò sanctificata historiarum monimentis perhibetur Colonia? vt venerari eam magis, quam commendare quispiam possit.

Harai 21. Octobr.

Francisci Hærei Vltraiectini A. 1606. *Ingressi mare saua tempestate orta, classis tota dißipatur & disijcitur, atque alijs naufragium facientibus, S. Vrsula Virgo cũ vndecim millibus martyrij coronæ seruatur, post longos errores & pericula tandẽ Coloniam Agrippinam appulit, quam ciuitatem tunc Hunni, gens barbara & libidinosa, & Christiano nomini inimica, vel obsidione adhuc cingebant, vel quod verosimilius est, iam occupauerant. Hunni eximia pulcritudine, & venustate feminas contemplati, in venerem proni, eas ad carnis commercium flagitare cœperunt, vbi cum S. Vrsula non minus venusta ac virginitatis nitore, quam genere illustris totam societatem pijs Christianisq; monitis, vt potius pro Christi fide ac pudicitia vitam amittere, quam barbarorum voluntati parere vellent, magna constantia fuisset cohortata: mox Hunni, quia diu manere non licebat, immani furore perciti, barbarica crudelitate vniuersam multitudinem trucidarunt.*

Cornelius Grasius Carthusianus ijsdem penè verbis tom. 4. 21. narrat historiam An. 1616.

Erhardi VVinheimi

4. Test. Erhardi Winheim in sacrario Colonien si. A. 1606. qui præter locum martyrij, sic Romanam peregrinationem asserit. *Quidam affirmant societatem cum in ostia Rheni tempestate coniecta fuisset, hortatu S. Vrsulæ, Colonia Romam vsque peregrinationem religionis ergò connubia auersando instituisse, & sic ex Italia à liminibus B. Petri & Pauli Coloniam communi votò redysse: cui opinioni Carolus Sigonius subscribit. Quæ omnia non parum Colonienſium traditio de S. Sigillinde Virgine, eiusque curatore Quirillo itineris Vrsulani Colonia Romam, indeq; iterum Agrippinam comitibus consolidat: nedum quod SS. reliquiæ per S. Vrsulam Roma Coloniam allatæ, etiamnum in eburnea superſint ciſtula. Neque nobis ex pie relatis conceptam opinionem eripit, quod nullum in vrbe reperiatur vestigium, tantam hominum illa tempestate multitudinem BB. Apostolorum semina salutasse, cum inclinante se tum Romana Rep. labi, & propè cadere incipiente, sursum, deorsum versa omnia sint: taceo, quod noua monimenta tempore tali, quo leges & omnia silent, erecta fuissent.*

Christophori Brouweri lib. 5. Annal. Treuir.

5. Test. Christophori Broweri An. 1612. *Hinc Agrippinensium magnificentißimæ Coloniæ circumfunduntur Hunnorum agmina: atque ibi tunc (quod veterum fides scriptorũ, & omnis horum locorum traditio docet) Vrsula Britannica Virgo comitata multarum virginum choro (vndecim millia virginum exprimunt) ab limine Petri & Pauli Apostolorum, vt aiunt, reuersæ, cum prono Rheni flumine descendisset, à barbaris intercepta, glorioſißimum æterna fama martyrium obijt. Enimuerò ipsa victrix cum toto Parthenico cœtu & reliquo comitatu, pudicitiæ sanctæq; fidei opulentißimis onusta spolijs, nouo & inusitato triumphi genere deletam ab Hunnis Coloniam sanguine suo velut de nouo condidit, & nominis patrocinijq; felicis immortalitate consecrauit.*

Ferrarij 21. Octob. in SS. Italia.

6. Philippi Ferrarij Generalis Ordinis Seruorum Dei. An. 1613.

Foilanus quartus Episcopus Lucensis eximia sanctitate refulsit, qui à Pontifice Romano cũ Simplicio Episcopo Coloniam Agrippinam missus, ibi post multa incommoda, quæ passus est, demum martyrio pro fidei defensione coronatus est 12. Cal. Nouembris, qua die Vrsula Virgo cum sociabus virginibus ab Hunnis martyrium ibidem passa est.

Iacobi Gretzeri l. 1 c. 6. De Eichstetensibus Diuis tutelaribus.

7. Iacobi Gretzeri. A. 1617. *Veterrima Colonien sis Ecclesiæ in Vbys traditio est, S. Vrsulam cum suo tot millium Virginum numeroso sodalitio sanguinem non alibi, quam Coloniæ Agrippinæ pro Christiana religione fudisse. In hac traditione cum quidam viri eruditionis laude inprimis præstantes & florentes, nodos, vt sibi persuadebant, inenodabiles reperissent, à prisca traditione recedere, & cum alia veteri traditioni contraria tradere; tum etiam nouã Coloniam ad nescio quod Batauici Oceani litus exstruere ausi sunt. Quæ innouatio piorum & doctorum hominum animos ita perculit, vt statim prodirent, qui communem & ab omnibus receptam traditionem ab inuasoribus acriter vindicarent, & Coloniæ Vbiorum tot Martyrum sacro cruore purpuratæ ac nobilitatæ auitam gloriam integram, illæsamq; præstarent.*

Seuerini Binij to. 1.

8. Seuerini Binij Vicarij Generalis Colonien sis. An. 1620. *Gereon cum trecentis & octodecim, Mauri 60. supra trecentos, Vrsula cum vndecim millibus martyrium sustinentes, sanguine suo hic pro Christi nomine effuso vrbem consecrarunt. Insignia vrbis*

sunt

ſunt tres aureæ Regum coronæ in campo rubro ſeriatim diſpoſitæ, ſcutum eſt argentei coloris, vndecim guttulas ſanguineas vndecim millium Virginum patronarum indices continens.

Franciſci Schotti in itinerario Italiæ Germaniæq; fol 2.

9. Franciſci Scotti I. C. ac Senatoris Antuerpiani An. 1620. *Hic Vrſula ictu ſagittæ tranſuerberata, cū tot virginum millibus, cum tot victricibus turmis ad cœli palatium purpureo ſanguine laureata migrauit.* Similia ferè habent Georgius Brunus, Hadrianus Barlandus, Petrus Bertius & alij Geographi, vel Topographi in Germaniæ, vrbiumque deſcriptione.

Ioannis Rieberi.

10. Ioannis Rieberi cœnobitæ Weingartenſis, qui rogatu P. Gretzeri è ſui monaſterij & vicinorum Biblothecis ſtudioſiſſimè collegit & Coloniam deſtinauit, quæ de geſtis Vrſulanis, & præſertim 4. Virginū circa Baſileam in reditu defunctarum hiſtoria, morte, prodigijs & eleuatione cōperit: & in reliquis ſententiæ noſtræ breue & neruoſum compēdium in vetuſtis membranis reperit exaratū: quod tempus martyrij ſic aſſignat. *Paſſæ ſunt autē A. Domini 237. Hunc Dominus exercitū cæleſtem contra obſidionem miſit, & eos in fugam conuertit: ciues autem exeunt cum fletu, & gaudio, & ſancta corpora ſicut decentius potuerunt, ſepelierunt:* facit idem S. Cyriacum, & Pantulum ſimul martyrio coronatos.

Faſtorum Marianorum.

11. Faſtorum Marianorum. *Cum ecce tempeſtas exoritur, & arreptas naues in Rhenū aufert: Agrippinam Coloniam eijcit. Nimirum aduerſum hunc alij ventum dicent, & ſecundum Vrſula vocat, & caſtitati velificantem. Longum igitur exilium citis nuptijs præferens, Romam cum comitatu abit, inde iterum Coloniam: ſed longè grauior redeuntes procella excipit; naufragium iterum minitatur virginitati Hunnorum, & Alanorum vis. Quid agis pudicitia, obluctaberis tot barbarorum inſultibus virgineum agmen? Enimuerò pulcrum ſuperi facinus, ne pudor mergatur, omnes in Rhenum animas proijciunt; & telo cupidinis violantur caſta pectora, ad barbarorum intentos arcus vltrò iugulum offerunt.*

Ægidij Gelenij in Colonia ſupplice An. 1639.

12. Ægidij Gelenij. *S. Vrſula è Britannia regia Virgo ac Martyr generoſiſſima, Parthenici vndecim millium Virginum Martyrum exercitus Archidux & Princeps, A. Chriſtiano ſecundum Euſebij calculum 237. aliorum quorundam 238. de patriæ finibus per mare in Rheni oſtium occidentalium, propter telonium in Batauis, quod deinceps Tiela nominatū fuit, noſtris oris aduecta, & Rheno Baſileā vſque profecta, itinere terreſtri cū ſociabus Virginibus Romā ſingulari Dei & Angelorum præſidio munita peruenit, quo tempore Imperator Alexander Mammeæ filius Chriſtianis impensè fauens, vtpotè qui Chriſtum in larario ſuo coleret, & fortaſſis Romæ ipſemet præſens erat, opportunitatem talis itineris optimā præbebat. Adoratis igitur SS. Apoſtolorum liminibus, ac SS. Martyrum veſtigijs, mirum in modum aucto ſodalitio, etiā de Clero Romano quibuſdam adiunctis: interq; eos Cyriaco Cleri Principe, vtpotè, qui pro exulante Pontiano Eccleſiam regebat, itinere relicto, atque ſecundo Rheno deuecta, copioſiſſimam inæſtimabilium diuitiarum mercem Agrippinenſi Coloniæ aduexit; nam paucis omnino deſideratis per viam, multorum millium virginum & Martyrum exercitum, atque ſeipſam ſolius ſepulturæ pacto tradidit, quā etiam ciues Colonienſes pro auita religione vna cū Clero & Epiſcopo ſuo Aquilino liberaliſſimè impenderūt iſtic, vbi tunc à barbaro Hūnorum Maximino Tyrāno populari ſuo militantiū exercitu ſtrata ac confoſſa corpora iacebāt.*

CAPVT XXIX.

Martyrologia M. SS. & impreſſa 15.

Beda M. S.

A M. SS. ordior.

1. Bedæ M. S. Monaſterij Richenbergenſis. *In Colonia SS. Virginum & Martyrum vndecim millium.*

2. Aliud Bedæ M. S. peruetuſtum, *Ciuitate Colonia Paſſio SS. vndecim millia virginū.*

3. M. S. S. Martini Vltraiecti, *In Colonia vndecim mille virginum.*

4. M. S. Monaſterij S. Martini Treuiris, *Coloniæ vndecim millium Virginū Martyrium.*

5. M. SS. duo Monaſterij Zuifaltenſis ordinis S. Benedicti. 12. Cal. Nouembr. *Coloniæ paſſio Virginum vndecim millium.*

Additiones Adonis veteſto.

6. Additiones Adonis à quadringentis ferè annis. *In Gallys apud Coloniam Agrippinā SS. vndecim milliū Virginum: vna dicitur Vrſula, Sentia, Gregoria, Pinnoſa, Mardia, Saula,*

Brictu-

Brictula, Saturnina, Saturnia, Rabatia, Palladia, Clementia, Grata, aliorum nomina scripta sunt in libro vitæ.

7. Vsuardi editio Lubecensis A. 1475. *In ciuitate Colonia natale BB. Virginum vndecim millium.* *Vsuardi additiones.*

8. Bellini Patauini Theologi Augustiniani Martyrologium editum Venetijs A. 1496. & Parisijs 1521. quod vsui Romano accommodatum plerique ferè posteriores receperunt. *Bellini Patauini.*

Eodem die Ciuitate Colonia Natale SS. vndecim millium Virginum, quæ pro virginitatis constantia martyrio vitam consummarunt.

9. Vsuardi editio Parisiensis An. 1536. *Eadem die apud Coloniam SS. vndecim millium Virginum & Martyrum.*

10. Francisci Maurolyci Abbatis Messanensis An. 1550. *Coloniæ SS. vndecim millium Virginum, quæ pro virginitatis constantia martyrio vitam consummarunt ab Hunnis interfectæ sub Attila militantibus, quarum Princeps fuit Vrsula Britannorum Regis filia.* *Francisci Maurolyci.*

11. Petri Galesini Protonotarij Apostolici, in Martyrologio Romano vsui accommodato, floruit An. 1560. *Coloniæ sanctarum vndecim millium Virginum, quæ pro Christi religione & virginitate tuenda ab Hunnis necantur, quarum Principem locum Vrsula tenuit; ad duplicatæ coronæ præmium abierunt in cælum.* *Petri Galesini.*

12. Constantij Felicis A. 1577. vulgatum eius Romæ martyrologium. *Constantij Felicis.*

21. *Octobris. Commemoratio in Ecclesia Vrsulæ, & sociarum Virginum, & Martyrum, fuit ea filia Regis Britanniæ, & post longam peregrinationem, dum Roma reuerteretur, cum vndecim millibus Virginum, quas socias habuit, & pluribus Episcopis, martyrio coronata est Coloniæ Agrippinæ in Germania ab Hungaris siue Hunnis sub Attila militantibus, circa annum Domini, vt multi scribunt, ducentesimum trigesimum octauum; aut etiam citius, tempore Martiniani Imperatoris:* ita exemplar impressum.

P. Inchofer scribit ad me iuxtà auctoris exemplar M. S. duo corrigenda esse: primo enim loco Martiani expuncti reponendus est Maximinus: item sub Attila, putat legendum sub Acula, vel aquila militantibus, quod si ita est, sententia eius omnino congruit cum nostra: nam Maximinus sub signis, aquilis, & draconibus suis ducebat Hunnos, & Pannones: idque factum ante 238. annum, nempe 237.

Idem auctor librum dicitur de peregrinatione Vrsula conscripsisse, qui perijt.

13. Martyrologij Romani à Cardinale Baronio An. 1585. emendati, & Sixto V. dedicati. *Martyrologij Romani.*

21. *Octobris. Apud Coloniam Agrippinam Natalis SS. Vrsulæ & sociarum eius, quæ pro virginitatis constantia ab Hunnis interfectæ, martyrio vitam consummarunt, & plurima earum corpora Coloniæ condita fuerunt.*

22. *Oct. Apud Coloniam S. Cordulæ, quæ vna ex sodalibus S. Vrsulæ cum aliarum supplicijs & cæde perterrita se occultasset, eius rei pœnitens postridie vltro se patefecit, & nouissima omnium martyrij coronam accepit.*

Nusquam hic fit mentio insulæ maris Britannici, Lugduni Batauorum, vel prætorij Agrippinæ: locus vnus ab omnibus asseritur apud Coloniam, seu in suburbio Colonienſi.

14. Molani additiones ad Vsuardum. *In Colonia Agrippinensi natale sanctarum vndecim millium Virginum, quæ pro virginitatis constantia martyrio vitam consummarunt:* ita passim ante Baronij & sociorum correctionem vsitatam fuisse Romanorum fastorum lectionem, & passim receptam testatur etiam Vsserius. *Molani additiones. f. 636.*

15 Martyrologij Gallicani 21. Oct. *Natalis SS. Vrsulæ & sociarum eius, quæ cum in Hunnorum, quæ Gallias oppressum ibant barbaras manus incidissent, cum pro fide Christi, quam profitebantur, tum pro pudicitia tuenda nouam & mirabilem pugnam ineuntes, glorioso q. martyrio occumbentes, ad duplicatæ coronæ præmium abierunt Vrsula duce: eius hortatu egregiè animatæ vitam & omnia supplicia fidei & castitatis studio postposuere, quarum palmis Colonia Agrippina maximè gloriatur.* *Sausei.*

CA-

CAPVT XXX.

Testimonia 12. ex consensu diœcesium Angliæ, Germaniæ & Italiæ in lectionibus horarijs expresso, per quas S. Vrsula peregrinando transiuit: præsertim S.R.E.

RECtè Gelasius Pontifex sanciuit, ne res gestæ Martyrum in Ecclesia legerentur, nisi probatissimæ: ideò præmisi tot hactenus capitibus digestas manifestas historicas demonstrationes, ex traditionibus, titulis, & vestigijs, repetitas ad sententiam nostram stabiliendam, & seculorum ferè omnium, iam inde à martyrij tempore huc vsque consensum, vt veterum scriptorum, historicorum, chronolorum, theologorum, canonum interpretum, omnium ferè gentium & linguarum confirmationem, ne temeritatis arguatur vel S.R.Ecclesia, vel tot orbis totius diœceses, & familiæ religiosæ, quod dum ritu duplici festum Vrsulanum vniuersalis Ecclesia celebraret, non alijs vsæ fuerint ante Cardinalis Baronij ætatem lectionibus horarijs proprijs, quam quibus eadem nostra sententia conformis traditioni Colonienſinm contineretur. Adferam nunc primo diœcesium præcipuarum, quas Vrsula peregrinatione sua decorauit: tum aliarum etiam, & variorum ordinum receptas & decantatas lectiones: nec enim quenquam arbitror inficiari posse, iudicium Episcopi, Synodi diœcesanæ, Clerique totius vel familiæ alicui religiosæ mereri parem testificandi auctoritatem, quam idoneo cuiuis historico tribuimus.

Ex Anglicano Breu. 1. Test. Ex Anglicano Breuiario Ecclesiæ harum Venetijs impresso An. 1495 Excerpo præcipua à petitione S. Vrsulæ. *Decem primæuæ ætatis Virgines mihi perquire, vt tam mihi, quam singulis earum mille virgines dentur comparatis nobis trieribus vndenis, triennij nobis dentur induciæ, quo facto concordi duorum Regum studio naues adscendentes Basileam applicuerunt: vbi relictis trieribus, Romam pedestres adierunt. Perlustratisq; ibidem per aliquot dies, Sanctorum liminibus, Basileam reuertentes, adscensis nauibus Coloniam obsidebant, cognita virginali constantia, in eas irruentes, omnem illam gloriosam multitudinem crudeliter peremerunt.*

Vltraiectin. 2. Test. Vltraiectini Breuiarij Venetijs A.1491. typis vulgati: recusi Antuerpiæ A.1551. desumtæ sunt ex veteri Cunibertina historia initio operis recitata, & breui compendio, verbis tamen autoris ferè retentis, digesto: vnde transilio. Hanc diœcesim nauibus transierunt, appulsæ in Tielam portu eius noctem commorando eundem S. Cunera Rhenensem eiusdem oppidum sanguine tumuloque suo consecrauit.

Colonienſi. 3. Test. Colonienſis Breuiarij, eas libro nono tam veteres, quam recentiores recensui.

Treuirenſi. 4. Test. Treuirensis Breuiarij A.1583. Ioannis Archiepiscopi iussu recogniti: id cum Colonienſi recentiore conuenit: alias vidi diœceſis eius lectiones in membranis in Wesalia superiore à trecentis ferè annis conscriptas, iuxta narrationem Vincentij Belluacensis, & similes Patribus Dominicanis, & postea S. Romanæ Ecclesiæ congruas.

Mogũtino. 5. Test. Moguntinensis Breuiarij, A.1570. iussu Danielis Electoris recusi. *Vrsula Virginis & sodalium splendidissimum martyrium monimentis præclarissimis inuitato, multisq; reuelationibus edocta hodie veneretur Ecclesia: hæc Cornubiæ Principis filium Aetherio vicino Regi Britanniæ desponsata, Romam cum vndecim lectissimarum Virginum millibus ac numeroso famulitio voti soluendi causa profecta est. Inde completa oratione, atque Aetherio ad Christum integrè conuerso, plurimisq; Baptismo mandatis, deducentibus quibusdam tum Pontificalis ordinis, tum alijs clarissimis viris, patrium solum repetentes, apud Coloniam Agrippinam in infidelium Hunnorum exercitum, qui Germaniam tunc vastabant, inciderunt: illi pudicitiæ tam illustrium feminarum inuidentes, simul acerbissimo odio,*

odio, quod in Christianos gerebant inflammati, candidatum illud agmen felici martyrio ad Christum transmiserunt.

Moguntiæ biduo commorata tota Sodalitas est: ibidem iunctæ classes binæ, quarum alteram è Britannia ducebat nouis cum martyrij candidatis sponsus Aetherius; alteram Vrsula è Romana peregrinatione redux. Ibidem Aetherius initiatus est fonte genitali.

6. Test. Wormatiensis, iussu Theodorici Præsulis Moguntiæ An. 1576. typis vulgati, delibo peregrinationem ex eo: *Stabant naues paratæ omnium deliciarum copijs paratæ, omni etiam decore metallorum & picturarum ornatæ: datis ergò signis secundum instituta Vrsulæ & Pinnosæ, quæ maximæ autoritatis fuit post reginam, Virgines illæ vela tollunt, remis insistunt: videntes ergò se iam liberas, videntes se inobseruatas, velis boream recipiunt, & celeri fuga per maria lapsæ, in adscensu Rheni Basileam deueniunt, ibique relictis nauibus Romam pedestres adeunt, votiuas hostias offerunt, loca sancta visitantes orationes fundunt. Tandem benedictione à Romano Pontifice accepta, itinere, quo venerant, redeunt, & per defluxum Rheni Coloniam veniunt, quas Cyriacus Romanus Pontifex cum aliquot Episcopis Coloniam vsque comitatus est. Interea sponsus Vrsulæ Aetherius Christo credens, ab Angelo est admonitus, vt sponsæ suæ Româ redeunti iuxta Coloniam obuiam se faceret, & ibi cum ea martyrium subiret: quod ipse, & cum ea mater, & soror Florentina, & plerique alij fecerunt & profecti sunt.* *VVormatiens.*

7. Test. Spirensis An. 1509. Venetijs impressi, recito solam ex hoc etiam peregrinationem: *Adscendunt deinde Basileam, vbi Virginum se comitem facit S. Pantulus Basileensis Episcopus, qui & vsque ad martyrij agonem cum ipsis perseuerauit: venientes autem cum honore, & gaudio excipiuntur à Papa Cyriaco, quoniam & ipse Brito fuerat, qui ex sacro fonte leuauit eas, quæ nondum fuerant baptizatæ: sed & ipsi quoque reuelatur, se cum hoc virginali cœtu martyrio coronandum. Cum itaque Romæ aliquamdiu religioni deuotissimè sacra hæc Virginum multitudo vacasset, Cyriacus Papatui renuncians, cum ijsdem virginibus vrbem reliquit, parui faciens irridentem se Clerum, quod muliercularum comitatui se adiungeret: quodque à Pontificum catalogo (vt factum est) eliminandus veniret, secutus est insuper eas Vincentius Presbyter Cardinalis, Iacobus Antiochiæ Archiepiscopus, Maurisus Lauicanus, Foilanus Lucensis, Sulpitius Rauennensis, Episcopi, cum quibus Romam exeuntes Basileam redeunt, &c.* *Spirensis.*

Postea An. 1591. recusum Breuiarium cum Lectionibus Colonensis Breuiarij, & festum duplex indictum per diœcesin.

8. Test. Breuiarij Argentinensis An. 1511. finem appono: *His auditis, itinere quo venerant reuersæ sunt Basileam, adscensisque nauibus per decursum Rheni tandem Coloniæ applicuerunt: & ecce barbari, qui vrbem obsidione vallauerunt, super illas irruerunt, & infinitam illam multitudinem inhumana crudelitate peremerunt.* *Argentinensis.*

Item in Lectionibus de S. Aurelia, lect. 4. narratur, quomodo S. Aureliam febrientem in reditu ibidem S. Vrsula reliquerit. Vide Cap. XI. huius libri.

9. Test. Basileensis An. 1584. Friburgi impressum: *Nouam militiam hanc Vrsula Virgo nauibus secum deduxit Basileam, quam Pantulus Basileensis Episcopus, inde secutus fuit, & postea Gerasina Siciliæ Regina, cum quatuor filiabus, & filio. Roma autem Coloniam vbi antea fuerant, humaniter excepta, reuertentes, ab Hunnorum exercitu, qui vrbem obsidione premebant, omnes trucidatæ sunt.* Vide & caput 23. de Pantulo. *Basileensis.*

10. Test. Constantiensis duplicis. Primum anni 1561. In hoc ita narratur peregrinatio: *Inde ad Angeli admonitionem Romam tendentes ad Vrbem Basileam applicuerunt, ibidem relictis nauibus pedestres itinere Romam ubierunt. Ad quorum aduentum Papa Cyriacus valde gauisus est, cum ipse de Britannia oriundus esset, & multas inter eas consanguineas haberet, cum omni Clero ipsas summo cum honore suscepit. Duo igitur iniqui Principes Rom. militiæ, Maximus & Africanus, videntes magnam Virginum multitudinem nuncios miserunt ad Iulium, &c.* *Constantiensis.*

Alterum reuisum, Eminentissimi Cardinalis Marci Sitici cura, & Dilingæ A. 1572. impressum, conuenit cum Moguntini Lect. In hac diœcesi quatuor Virgines SS. Christiana, Cunegundis, Mechtundis & Wichbrandis, ex infirmitate decesserunt.

Ripamont. lib. 3. Eccl. hist. Mediol. Mediolanensis.

11. Test. Mediolanensis antiqui Breuiarij Ambrosiani. De quo sic Ripamontius. Ipsamet Ambrosiana breuiaria codicesue quotidianæ precationis sic habent: *Abhorrentem Vrsulam à regio matrimonio postulasse primum quidem, vt iuuenis ipse, cui fuerat desponsa, Christiana sacra sequeretur: deinde vt sibi decem adsignarentur Virgines, quæ singulæ millenas alias haberent in comitatu, regium illum iuuenem obstupefactum admiratione postulati, perculsumque diuinitus Baptismum appetysse, Virgines dein ipsas Vrsulæ monitis à patria superstitione traductas ad Christum, cum ipsamet agminis duce peregrinantes ad sacra loca Romam; Coloniam peruenisse, ibi cæsas Hunnorum sæuitia, quæ gens tunc in illa loca grassaretur infensa Christo.*

Sint hæ lectiones pro Alpinis & Transalpinis Episcopatibus, quos Virgines transierunt. Nam Metropolis Ambrosiana Alpinos etiam Episcopos Suffraganeos habuit, latissimè post Romanam Sedem per Italiam dilatata, præsertim cum ipsa Marinum sextum Vrbis Episcopum adiunxerit Sodalitati: & Ripamontius fateatur, probetque ex actis S. Victoris, seculo S. Vrsulæ Marinum quendam Mediolanensibus præfuisse.

S. R. E. Lectiones propriæ de S. Vrsula.

12. Test. S. R. Ecclesiæ. Recitaui superius lectiones prolixiores Romæ Anno 1550. in Breuiario Romano de camera Sedis Apostolicæ autoritate vulgatas: nunc breuiores An. 1566. Parisijs apud Iacobum Keruer, editas non in fine Breuiarij, vt ante, sed ad ipsum diem, in medium adduco.

Lect. 1. *Cum Beata Vrsula vnica esset filia nobilissimi ac ditissimi Britannorum Principis pulcherrima, & magni ingenij, dum nubilis à filio Regis Angliæ ad nuptias peteretur, & patrem suum Christianissimum superanxiari videret, tum quia filiam suam Deo deuotam ad nubendum cogere rationi consonum non erat: tum è contra, quia non assentiendo pagani feritatem expauescebat: ipsa diuinitus inspirata patri persuasit, vt tyranno assentiret, ea tamen conditione proposita, vt ipse filius Regis Angliæ, decem Virgines ætate, genere & forma electas sibi traderet, & tam sibi, quam singulis earum mille Virgines adiungeret: & paratis ad numerum earum vndecim trieribus, id est nauibus, inducias triennij sibi traderet dedicationem suæ virginitatis, & vt interim ipse iuuenis sponsus hoc triennio instrueretur in fide.*

Lect. 2. *Nouo Vrsula vsa consilio Spiritus sancti, vt aut difficultate propositæ conditionis animum suum à concepto huiusmodi, aut hac opportunitate omnes coæuas suas Deo dicaret. Quia verò res à Domino agebatur, iuuenis omnibus propositis assentit, & patrem ad idem induxit, & baptizatus sponsus omnia petita accelerari mandauit, & Virgines ad Vrsulam sponsam destinauit. Tunc Pater Vrsulæ Virginis accepto consilio ordinauit, vt filia sua viros haberet directores, quorum suffragio ipsa cum Virginibus gubernaretur in spiritualibus, & temporalium necessitate.*

Lect. 3. *Confluebant hinc inde multi ad tam mirum spectaculum, etiam Episcopi: inter quos Pantulus Basileensis Episcopus, qui eas Romam vsque perduxit, & inde reuersus cum eis martyrium sumsit. S. quoque Gerasina Regina Siciliæ, & soror Dariæ matris Sanctæ Vrsulæ re sibi nunciata, cum quatuor filiabus, & paruulo suo Adriano, relicto regno in manu filij illuc pergens, se eis vsque ad martyrium sociauit. Trieribus itaque & sumtibus præparatis, recedente de Britannia hoc sacratissimo Collegio, Coloniam ciuitatem applicuerunt: ibique Vrsulæ reuelatum est à Domino, per Angelum, quod Romam pergerent, indeque illuc reuertentes, ipsa cum suo sponso, & omni societate per martyrium ad gloriam peruenirent.*

Lect. 4. *De Colonia ergo ciuitate Basileam nauigio venientes, ab inde Romam pedestres peruenerunt, quas omnes Papa Cyriacus & Clerus, cum lætitia & honore suscepit, qui & ipse de Britannia erat, & consanguineas inter illas nonnullas habebat. Huic, cum & ipse Virgo existeret, reuelatum est, quod palmam martyrij cum ijs esset consecuturus: cum ergo aliquamdiu ibi Romæ moram traherent, fecit Papa Cyriacus aliquas nondum Baptismi gratiam consecutas, sacro fonte lauari.*

Lect. 5. *Demum manifestans voluntatem suam coram omni Clero, Papatui renunciat, cum anno vno rexisset Ecclesiam, & mensibus circiter tribus, nonus decimus post Petrum Apostolum,*

Apostolum, quod nimis ægrè Clerus accepit, vt relicta sede Petri post illam multitudinem pergeret mulierum, nescientes consilium Domini. De consilio autem & suasione sua, alium elegerunt, Antheros vocatum, de catalogo Pontificum illum Cyriacum remouentes.

Lect.6. *Cum autem dictum sacrum collegium Romæ maneret, duo iniqui Principes Maximus & Africanus gentiles, timentes, ne ex tanta multitudine fidelium (ad quam & alij iungebantur) nimis Christiana religio augeretur, explorato loco, quo tenderent, miserunt nuncium ad Iulium cognatum suum, Principem Regis Hunnorum, vt cum Coloniam applicarent, illic applicantes, totam illam multitudinem trucidarent. Egressus ergo de Vrbe Cyriacus Papa cum dicta multitudine Virginum, ac etiam associatis eis pluribus Episcopis Sanctis, Coloniam proficiscebantur.*

Lect.7. *Interea sponsus Vrsulæ Aetherius, matre eius Christiana effecta, ac etiam patre defuncto, in regnum succedens, admonitus est ab Angelo, vt sponsæ Coloniæ occurreret, & ibi cum ea martyrium sustineret: sed iam iuuenis fidelis effectus, diuinã gratiam ita gustauerat, vt spretis carnalibus nuptijs cœlestes appeteret, & mori pro Christo sibi optatissimum foret; monitis igitur Angeli acquiescens, cum matre & sorore Florentina & Episcopis Clemente & Marculo, cum nepte sua, & alijs multis Coloniam Deo disponente ex vna parte, & S. Vrsula cum Cyriaco Papa, & vndecim millibus Virginibus ex alia simul applicuerunt.*

Lect.8. *Ad quas egressas de nauibus Hunni, qui tunc Coloniam obsidebant, vt lupi rapaces in mitissimas oues irruerunt, & omne illud sacrum Collegium vltro pro Christi nomine mori se offierens, trucidantes, martyrio ad cælũ transmiserunt. Alijs autẽ occisis, venientes ad S. Vrsulã, stupẽtes de eius pulcritudine, principi suo obtulerũt viuã, cuius pulchritudinis amore captus (cõsolatus de Virginũ occisione) promittit eã in coniugium se habere, si ei assentiret: quod cum illã recusantẽ tyrannus vidit, indignans, sagitta in illam directa, Martyrem fecit.*

Lect.9. *Inter illas autẽ Virgines vna fuit Cordula dicta, quæ humano timore deuicta, in naui remanserat nocte illa; sed à Deo confortata, die sequenti se manifestans, à barbaris est occisa: quæ postea cuidam apparuit, & vt sequenti die fieret festum de ea, mandauit: quarum siquidem omnium ossa felix illa Colonia Agrippina, singulari ipsarum meritis gratia florens, exstructo templo honorabiliter conseruat. Passæ sunt autem circa A. Dom. 237. Antheros Papa, & Maximini Imperatoris.* Hucusque Breuiarij Romani Lectiones.

Quod grauissimum Romanæ simul & vniuersalis Ecclesiæ iudicium: cui præ ceteris datum ex verò granum à palea secernere, conatus sum vndecim his libris propugnare, tot decurijs, imo centurijs idoneorum testium stabilire, & eius primigeniam veritatem à traditionibus locorum, vestigijs, titulis, inscriptionibus, & alijs certis historicis fundamentis eruere, defendere, de monstrare. Nec officit, quod Pius V. erasis illis solam decreuerit huius festi commemorationem fieri: nam is Cõcilij Tridentini desiderio acquiescẽs, vt eorum occurreret temeritati, qui antiquatis officij veteris ritibus, nescio quo vti voluerunt horario compendio recens introducto, censuit hos comprimendos, & ad veterem morem & institutum cuncta reuocanda, nimijs recisis festiuitatibus, & vsu crebrioris psalterij postliminio restituto. Ita festum Præsentationis Deiparæ noluit vacuum esse à laboribus, & alia duplicia festa statuit esse simplici ritu celebranda. Habebat eo tẽpore tam festum S. Vrsulæ, quam Hilarionis nouem lectiones: vtrisque recisis, decreuit, vt dies ille ritu simplici deinceps coleretur lectione de S. Hilarionis vita, quam S. Hieronymus scripsit, retenta: relictaque Virginum Sanctarum commemoratione, & reuocato psalmorum ferialium vsu: Nihil hoc derogat Sanctitati; nihil minuit historiæ veritatem non minus, quam quod Vrbanus octauus recens permulta festa propter iustissimas causas censuerit abroganda. Decet autem S. R. E. filios, ad nutum Sedis Apostolicæ se prorsus in ritibus Ecclesiasticis conformare, *vt simus filij vnius moris in domo vna:* nec externo tantum opere; sed interna magis animi inductione, consensuque voluntatis ad idem propendere, rationibus etiam quæsitis confirmare, quidquid Sedes Apostolica pro temporum varietate iusserit in ritibus istis immutandum. Falli Colonienſis, & alia quæuis Ecclesia potest, Romana verò, cui Christus in Petro promisit: *Rogaui, vt non deficiat fides tua*, & cui fideles his verbis

Cur sola cõmemoratio sit de S. Vrsula.

Reuerentia debita S. Ro. Ecclesiæ.

credidit, *Pasce oues meas*, errare non potest, quæ *est columna & firmamentum veritatis*: Hanc sanctissimam pariter & sapientissimam *matrem* nostram, *quisquis non audierit, sit nobis sicut Ethnicus & Publicanus: non enim Deum habebit patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem.* Confidunt autem multi fore quandoque, vt compositis de hoc nobilissimo martyrio grauissimorum autorum litibus, eædem vel contractiores lectiones festo etiam restituto duplici reuocentur: præsertim cum certis indicijs constet, S.D.N. Vrbanum VIII. propendisse, vt tot mil. Virginum festum iterum duplici ritu celebraretur.

CAPVT XXXI.

Testimonia quarundam aliarum diœcesium, ad quas permulta SS. reliquiarum Vrsulanarum sunt translata.

Ex Herbipolensi. TEst. 1. Herbipolensis Breu. vetustioris. Seligo quædam: *Tandem cum S. Vrsula Virgines ad fidem conuertisset, sub vnius diei spatio flante prospero vento Coloniam deuenerunt. Inde verò ad Angeli admonitionem Romam tendentes, Basileam applicuerunt, & ibidem relictis nauibus pedestres Romam venerunt: ad quarum aduentum Papa Cyriacus de Britannia oriundus, multasque inter eas consanguineas habens, gauisus est valde, & factus est earum socius indiuiduus, multas ex eis non baptizatas baptizauit. Dignitatem autem Papatus Cardinalibus, & omni populo reclamante resignans, Antherum virum Sanctum in Pontificem ordinauit. Cum autē Virgines Roma redirent, Aetherius sponsus S. Vrsulæ à Domino admonitus, protinus surrexit, vt sponsæ suæ occurrat, & cum ea in Colonia martyrij palmam accipiat. Qui diuinis monitis acquiescens, matrem suam baptizari fecit, & cum ipsa & sorore sua paruula Florentina iam Christiana, necnon Clemente Episcopo ipsis Virginibus obuians, se ad martyrium ijsdem sociauit &c. Passæ sunt autem An. 238.* vnum displicet, quod semel Attilæ faciat in sequentibus mentionem: quod nomen obseruaui in quodam vetustiori membranco Lectionario, vt vocant, diœcesis eiusdem abesse.

Passauiensi. Test. 2. Passauiensis diœcesis: *Tandem cum Vrsula omnes ad fidem Virgines conuertisset, sub vnius diei spatio flante prospero vento, ad portum Galliæ, & inde Coloniam deuenerunt. Ibi Vrsulæ Angelus Domini apparuit dicens: Romam peruenietis, & peractis votis Apostolorum & Martyrum liminibus visitatis, huc iterum Coloniam reuersuri ad martyrij palmam: inde Basileam venerunt, relictis nauibus Romam pedestres iuerunt.*

Ratisbonensi. 3. Test. Ratisbonensis Breu. veteris: *Inde igitur pedestres Romam venerunt, quas Cyriacus Papa cū gaudio suscepit: in ipsa autem nocte Cyriaco reuelatur diuinitus, cum ipsis Virginibus percepturum martyrium, manè facto dignitatem resignans, cum ipsis de Roma processit. Duo autem iniqui Principes Romanæ militiæ, scilicet Maximianus & Africanus, videntes Virginum magnam multitudinem, & quod multi & multæ ad eos confluerent, timuerunt, ne per eas cresceret religio Christiana, nuncium miserunt ad Iulium, vt educto contra eas exercitu veniret. Omnes igitur Virgines cum Episcopis Coloniam venerunt: & ipsam iam ab Hunnis obsessam inuenerunt: Quas barbari videntes, super eas irruerunt, & quasi lupi sæuientes in oues, totam illam multitudinem occiderunt.*

Leodiensi. 4. Test. Leodiensis An. 1522. Parisijs impressi: *Ibidem verò cum nocte permansissent, comparatis vtensilibus, ad insignem Germaniæ metropolim Coloniam peruenerunt. Et ecce barbari explorato, quod Christiani essent, subito cum clamore super eas irruentes, quasi lupi in ouilia, infinitam illam multitudinem inhumana crudelitate peremerunt.*

Mindensi. 5. Test. Mindensis Breuiarij Moguntiæ Anno 1516. publicati: *Præterea suadet Angelus Vrsulam Virginem vndecim millia Virginum expetere, quarum ex societate triennio instruatur, nuptijs præparanda futuris. Suscepto igitur nuncio bono Legati reuertuntur in regionem suam, hilares bona nunciant, regem & filium latificant. Continuò vntuersarum Prouinciarum Virgines conuocantur, filiæ Regum, ducum & principum, comitum & nobilium, & militaris generis puellæ.*

In plu-

In plures siquidem regiones tunc temporis fuere illa regna diuisa, Rex autem idem iuuenis pater, labore maximo acies Virginum electarum plures congregans, prædictæ Virgini Vrsulæ cum ingenti dirigit apparatu & gloria. Quas Vrsula veluti cœlitus transmissas suscipiens, fide Christi instruxit: aduenerunt eis sæpius Angeli de cœlo directi, visitare illas: atque in bono corroborare proposito.

6. Augustani vetustioris lectiones desumtæ sunt ex Veteri historia à Surio vulgata. *Augustani.*

7. Osnabrugensis, ex antiquo Cathedralis Ecclesiæ membraneo Codice Homiliarum, initium totum vsque ad Romanum ingressum, est ex vetere historia: & incipit. *Regnante D. N.* Pergit: *In tempore, quo ingressæ fuerant Vrbem Romam, præsidebat Apostolicæ Sedi vir Sanctus nomine Cyriacus, hic egressus fuerat de finibus earum, & cum esset vir prudens & nobilis, omnibusque acceptus, sublimatus erat in Apostolicam dignitatem, iamque per annum integrum & XI. septimanas Romanam Ecclesiam rexerat, eratque in numero Romanorum Pontificum nonus decimus. Qui cum illas aduenisse audisset, lætatus est cum omni Clero suo, & in magna honorificentia eas suscepit: habebat quippè cognatas complures inter illas. Nocte verò quæ proxima erat post aduentum earum, reuelatum est ei à Domino, quod relicta Sede Apostolica, cum ipsis esset profecturus, simulque martyrij palmam cum eis accepturus. Ipse verò erat celans apud se reuelationem hanc: deditque sacri baptismatis benedictionem multis sodalium earum, quæ nondum erant renatæ in Christo, cumque opportunum tempus accepisset, manifestam fecit voluntatem suam, atque in conspectu totius Ecclesiæ resignauit officium dignitatis suæ reclamantibus cunctis, præcipuè Cardinalibus &c. ipse autem V. P. Papa Cyriacus non prius ab Vrbe egressus est, donec ipsius consilio alter nomine Antherus substitutus est, &c.* In fine post mortem S. Vrsulæ addit: *Tyrannus ille, per quem interfecta fuit, primam sagittam brachio eius iniecit, & cum vidisset eam nondum ad mortem superatam, secundam in cor eius direxit. Illa autem sagitta continuo per iudicium Domini regressa à corde eius percussit cor illius, qui miserat illam, moxque demens factus est, & rapido cursu ad flumen Rheni properans, seipsum quis immersit, sicque mortuus est.* *Osnabrugensis.*

8. Aberdonensis Cathedralis Ecclesiæ, totiusque Ecclesiæ Scoticanæ impresso An. 1509. Iacobi 4. Scotorum Regis 22. *Aberdonensis.*

Lect. 1. *B. Virgo Vrsula martyrij sui per triennium mirabiliter celebrato præludio, cum iam propositam nuptiarum diem sibi imminere videret, conuirgines suas, & Dominum precibus pulsarent, admonuit, ne castitatis propositum perderent.*

Lect. 2. *His dictis, dum quasi iam currentibus stimulum addidisset, deuotæ Deo Virgines ex toto corde pro sua virginitate conseruanda, supernum cœperunt auxilium ardentissima spiritus contentione inuocare.*

Lect. 3. *Pius autem Dominus tam pia vota non distulit; sed ventum de thesauris suis produxit, impulsamque classem sub vnius diei noctisque spatio secundo cursu in portum, qui Tielem dicitur, integro tam nauium, quam puellarum numero pertulit.*

Lect. 4. *Cum post vespertinam refectionem somnus diurno labore fessis obreperet, B. Virgo Vrsula vidit in somnis angelicæ claritatis virum, qui ei adsistens, Scito, inquit filia, quia cum sororum contubernio Romam peruenies: peractis votis Coloniam passura reuerteris.*

Lect. 5. *Cum B. Vrsula cum suis Sodalibus Romam visitassent, sanctaq; limina deuotè adorassent, Coloniam prospero itinere peruenerunt: vbi per idem tempus barbarorum rabies, ingenti feritate expugnare non destitit.*

Lect. 6. *Virgines autem cognita humanitate incolarum, sine omni suspicione egressæ sunt: Et ecce barbari cum clamore super eas irruerunt, & infinitam illam multitudinem crudeliter peremerunt.*

Lect. 7. *Cumq; belluina illa rabies ad B. Vrsulam iugulando peruenisset, satellites, pulchritudine eius conspecta, manum animumq; represserunt. Ipse Princeps scelerum, libidine succensus, ad blanditias cœpit descendere.*

Lect. 8. *Consolare, inquit, dilecta, quia digna habita es, quæ me totius Europæ victorem*

meretris habere maritum, Virgo autem cum huiusmodi sponsum contemsisset, cupiens dissolui, & esse cum Christo, mortis sententiam pertulit.

Lect.9. *Sicque candidissimi exercitus regina, ictu sagittæ transuerberata, super nobilem suarum comitum aceruum velut cælestis margarita concidit, purpureoq; sanguine quasi fœcundo baptismate dealbata, cœlos cum suis penetrauit.*

9. In Parisiensi Anno 1492. excuso est officium ritu duplici Lectiones 9. ex historia veteri Vrsulana: aiunt, petitam in matrimonio S. Vrsulam, consensisse, accepta prius reuelatione de toto vitæ & sociarum decursu cum inducijs triennij, ad dedicationem virginitatis, aperuisse virginibus arcanum, finito ludicris exercitationibus triennio venisse in Thile, Coloniam, Basileam, Romam, dein reuersas, & coronatas ab Hunnis.

10. Insulense Anno 1533. Lectiones habet ex vetere historia: fusè describit ludicras triennij nauales exercitationes, subijcit Romanam peregrinationem.

11. Tornacense M. S. officium 9. Lectionum, historiam & peregrinationem continet.

12. Canonicorum S. Augustini An. 1546. duplex 9. Lectionum cum historia & peregrinatione.

Arroasiæ Ecclesiæ. 13. Breuiarij Ecclesiæ Arroasiæ Canonicorum item Reg. S. Augustini, Parisijs impressi An. 1538.

Lectiones sex priores pro primo die sumuntur ex vetere historia: at quæ per octauam leguntur ex S. Elisabetha, Vincentio Beluacensi, & Iacobo de Voragine petuntur: excerpo de Cyriaco & martyrio. *Inde Angelo monente Romam tendentes ad Vrbem Basileam applicuerunt, & relictis ibidem nauibus, Romam pedites venerunt, quas Papa Cyriacus Britannus, & ipse nimis lætus suscepit, & multas ex ipsis baptizauit. Duo autem iniqui Principes Romanæ militiæ Maximus, & Africanus, tantam videntes Virginum cateruam, & quod multi, multæque ad eas confluerent, timuerunt, ne per eas nimis cresceret fides Christi. Quapropter iter earum diligentius explorantes, miserunt nuncios ad Principem gentis Hunnorum, vt cum venirent Coloniam, omnes per exercitum suum trucidaret. Omnes igitur Virgines cum Papa Cyriaco, multis Episcopis & Clericis, & hominibus vtriusque sexus, de Româ Coloniam redierunt, & ipsam iam ab Hunnis obsessam inuenerunt, super eas igitur Barbari conclamantes, irruerunt, & totam Virginum turmam perdiderunt: Vrsula verò reseruata, cum nollet copulari Principi, directa per eum sagitta transfigitur.*

14. Brugense in Flandria impressum An. 1520. continet ex vetere historia, S. Vrsulæ sponsalia cum Aetherio, peregrinationem Romanam, & martyrium Coloniæ toleratum, ac honorificam sepulturam.

15. Breuiarium Teneramundanum Antuerpiæ excusum An. 1527. habet 6. Lectiones, fit in ijs mentio desponsationis, & portus Tiellæ.

16. Breuiarium antiquissimum MS. Niuellanum 9. Lectionum, habet sponsalia S. Vrsulæ cum filio Regis Britanniæ, aduentum in Tiele & Coloniam: ad peregrinationem non peruenit.

17. Breuiarium S. VValdetrudis Montensis in MS. pergameno eadem recenset.

18. Aliud Niuellanum MS. cum officio 9. Lectionum coniunctam habet Romanam peregrinationem.

19. Breuiarium antiquissimum Collegij Insulensis habet 9. Lectiones cum Romana peregrinatione.

Burgense in Hispania. Anno 1502. impressum complectitur initium veteris historiæ, *Regnante Domino nostro IESV CHRISTO* cum natiuitate Sanctæ Vrsulæ. Item officium 9. Lectionum de translatione Sanctæ Victoriæ Virg. & Mart. Vrsulanæ Colonia Burgas in Hispaniam. Anno 1525. Maldonatus con-

cinnauit

cinnauit Lectiones pro festo S. Vrsulæ, & S. Cyriaci Pontificatum & martyrium inseruit. Vide cap. 26.

Eborense editum Anno 1548. habet 9. Lectiones : sponsalia, peregrinationem Romanam, Cyriaci Pontificatum, & Martyrium cum SS. Virginibus Coloniæ.

In genere autem de Hispania vniuersa libellus, qui inscribitur : *Ordo recitandi officium diuinum* hoc habet. *Colitur Sancta Vrsula & sociæ officio duplici in Ecclesia matrice Toletana, Granatensi, Compostellana; in Ecclesia & diœcesi Hispalensi additur Credo: Burgensi, Cordubensi, Conchensi, (est reliquia) Ciuitatensi, Segouiensi, Seguntina, Carthaginensi, Guadizensi, Migdonensi.*

In Ecclesia matrice Compostellana, in Ecclesia & diœcesi Conimbricensi.

In Ecclesia & diœcesi Salmanticensi fit officium semiduplex. In Asturicensi Ecclesia habetur Commemoratio & Processio S. Vrsulæ & Sociarum Virginum Martyrum.

In Ecclesia matrice Palentina fit de S. Cordula Officium duplex.

Vnum è Polonia VVarmiensis proferam Ecclesiæ, cui Hosius Cardinalis præfuit.

Vrsula sanctitate & sapientia, & pulchritudine insignis, filia fuit vnica Regis Britanniæ Christianissimi. Quam cum Rex Angliæ Gentilis idemque potentissimus, filio suo missis eo solennibus nuncijs vxorem expeteret, ipsa diuinitus præmonita, persuasit patri, vt nuptijs consentiret, ea conditione, vt Rex ille & Pater decem primæuæ ætatis Virgines & forma, & genere lectissimas, perquirerent, & tam sibi, quam singulis illarum mille alias Virgines honestissimas consociarent : comparatisque ad numerum ipsarum vndecim triremibus, inducias triennij sibi darent, ad dedicationem virginitatis suæ, ipse quoque iuuenis sacro renatus lauacro in fide Christi interim instrueretur. Ex hoc condicto virginibus, triremibus, viris pro comitatu, & sumtibus præter spem celerius comparatis, per triennium belli præludia, multis vndique ad spectaculum confluentibus ab ipsis celebrata sunt. Tandem cum Vrsula omnes Virgines socias suas ad Christum conuersas tam verbis, quam exemplis ad castitatis propositum erudisset, sub vnius diei noctisque spatio vento prospero ad portum Galliæ Tila, & inde Coloniam delatæ sunt. Ex eo loco Angelica visione instructæ, Basileam applicuerunt, religatisque ibi triremibus, pedestri itinere Romam peruenientes, magno applausu Cleri & populi exceptæ sunt. Vbi cum per aliquot dies perlustratis diuersis Sanctorum liminibus peruigiles in oratione animas suas commendassent, peractis votis, itinere, quo venerant, Coloniam sunt reuersæ ab Hunnis iam vndique obsessam. Qui totam illam sanctam multitudinem, cui etiam Vrsulæ sponsus Eleutherius se iunxerat, immaniter trucidarunt, Coloniam sanguine & sepultura eorum clariorem reddentes.

Post omnes verò candidissimi exercitus Regina, dum Principi Hunnorum in matrimonium consentire nollet, ictu sagittæ transuerberata, super nobilem comitum suarum acerium, velut cœleste margaritum corruit.

CAPVT XXXII.

Testimonia variorum Ordinum Religiosorum.

1. TEst. Breuiarij Benedictinorum olim editum pro monasterijs Hungaricis. *Ipsa autem diuinitus inspirata patri suasit, vt prædicto Regi assensum præberet, ea cum conditione, vt ipse Rex cum patre decem Virgines selectissimas sibi ad solatium traderet, ad dedicationem suæ virginitatis, & tam sibi, quam alijs mille Virgines assignaret, &* Benedictini in Hungaria.

inducias triennij sibi daret, & ipse iuuenis baptizatus, in his tribus annis in fide instrueretur.

At iuuenis libenter hac conditione accepta patri institit, & protinus baptizatus, accelerari cuncta, quæ Virgo petierat, celeriter fieri impetrauit. Pater autem puellæ ordinauit, vt filia sua, quam valdè diligebat, viros, quorum solatio tam ipsa, quam eius exercitus indigebat, in comitatu suo haberet. Igitur per duo regna Virgines confluunt, vndique viri ad tam grande spectaculum currunt: nam multi Episcopi ad eas confluxerant, vt secum pergerent, inter quos fuit Pantulus Basileensis, qui eas vsque Romam perduxit, & inde reuersus cum eis martyrium suscepit.

Aquicinctini. VVeingartenses. Similes lectiones è Colonienſi traditione, ſimul & S. Virginis Eliſabethæ diuinis oraculis ſumtas cecinerunt olim Aquicinctini Patres Benedictini in Belgio. Et in VVeingartenſi vetuſtiſſimo membraneo Codice lectiones breues ex hiſtoria veteri petitæ reperiuntur.

Ciſtercienſes. Ciſtercienſibus feſtum duplex eſt S. Vrſulæ, hymnos, antiphonas & proſas elegantes de ea habent, omnes congruas traditioni Colonienſi, vt poſtea videbimus, Lectiones tamen proprias non reperi.

Præmonſtratenſes. 2. Teſt. Præmonſtratenſium Breuiarij: feſtum & huic ordini toti duplex eſt, Lectiones proprias ex Colonienſi Breuiario deſumſit: habet & totam octauam: nam duplex maius ijs nominatur.

Dominicani. 3. Teſt. Patrum Dominicanorum, vix alius ordo tot produxit ſcriptores Vrſulanæ hiſtoriæ, defenſores Colonienſis Traditionis: & veteres Ordinis Lectiones, quas Coloniæ in eorum membraneo Lectionario, vt vocant, legi, congruunt Vincentij Beluacenſis, Sancti Antonini & Iacobi de Voragine narrationi: è quibus demum Romani breuiarij lectiones profluxere: ſed dolendum hac ætate Cardinalis Baronij motos autoritate, Galfredi ſententiam ſubſtituiſſe. Manet autem ordinis totius duplex.

Carmelitæ. Lib. 1. de principio & progreſſu ordinu c. 11. 4. Teſt. Patres Carmelitani iam à trecentis annis ritu duplici celebrant. Nam Paleamnyder editus Moguntiæ Anno 1497. Sic eius inſtitutionem narrat: *Hinc fuit Capitulum generale in Conuentu Lemouicenſi die Pentecoſtæ celebratum Anno 1339: ibi fuit ſtatutum, vt ſieret die Sanctæ Vrſulæ feſtum duplex, translato feſto Sanctæ Hilarionis* (qui tamen ordinis Patronus eſt) *in diem ſequentem.* Prodijt Anno 1575. Pariſijs impreſſum Ordinis breuiarium: delibo ex eo capita quædam, quibus ſententia noſtra ſatis declaratur: *Pater autem puellæ ordinauit, vt filia ſua, quam valdè diligebat, viros quorum ſolatio tam ipſa, quam eius exercitus indigebat in comitatu ſuo haberet: vndique igitur Virgines confluunt, vndique viri ad tam grande ſpectaculum currunt: nam multi Epiſcopi ad eas confluxerunt, vt cum eis pergerent: Inter quos fuit Pantulus Baſileenſis Epiſcopus, qui eas vſque Romam perduxit, & inde reuerſus cum eis martyrium ſuſcepit: S. quoque Geraſina regina Siciliæ, quæ virum ſuum Regem Siciliæ crudeliſſimum, quaſi de lupo fecerat agnum, ſoror Mauriſi Epiſcopi & Dariæ matris Sanctæ Vrſulæ: cum eidem pater S. Vrſulæ ſecretum per literas intimaſſet, continuo inſpirante Deo, cum quatuor filiabus ſuis Babyla, Iuliana, Victoria & Aurea, & paruulo ſuo Adriano in Britanniam nauigauit.*

Franciſcani. 5. Teſt. Patres Franciſcani iam ante, quam recepiſſet S. R. E. proprias lectiones de S. Vrſula, eaſdem vſurparunt: & ex eorum officio proprio translatæ ſunt in Breuiarium Rom. autoritate reuiſorum de camera: vt expreſsè dicitur in Rom. Breu. An. 1550. Romæ vulgato.

Crucigeri in feſto S. Vrſulæ. 6. Teſt. Patrum Crucigerorum Breuiarij impreſſi vetuſtioris: *Papa autem Cyriacus, qui & ipſe de Britannia oriundus fuerat, gaudens cum omni Clero ſummo eas cum honore ſuſcepit, qui nocte eadem reſponſum accepit, quod cum eis deberet martyrio coronari: hic demum Pontificatum deſerens, coram omnibus licet reclamantibus, ſanctum virum nomine Antheros in Pontificem ordinauit. Poſthæc Maximianus & Africanus iniqui Principes Romani, Zelo commoti, ne nimis creſceret religio Chriſtiana,*

Christiana, miserunt ad Iulium cognatum suum, Principem gentis Hunnorum, vt educto contra eas exercitu, cum venirent Coloniam, trucidarentur. B. igitur Cyriacus cum illa nobili multitudine Romam egressus est. Aetherius quoque B. Vrsulæ sponsus, patri mortuo in regno succedens, in Christo renatus cum matre & sorore reuertentibus obuiauit, & cum omni castitate B. Vrsulæ se passionis socium exhibuit. Omnes igitur Virgines cum prædictis Episcopis Coloniam redierunt, & ipsam iam ab Hunnis obsessam inuenerunt: quas barbari videntes, clamore miro in eas irruerunt, & quasi lupi in oues sæuientes, totam illam multitudinem occiderunt.

7. Test. Eorundem Patrum de festo & translatione S. Odiliæ, ex vetustissimo M. S. Breuiario: *Siquidem Virgo Beata ex progenie Regum edita in consortē speciale B. Vrsulæ electa, & occisa, vna cum agminibus vndecim millium Virginum expers ab omni macula, Hunnorum securæ cuneos intrans, quasi agna os non aperiens, in Ciuitate Agrippina ab Hunnis martyrizatur. Iam tunc Hunni in inferiori Pannonia habitabant, nunc Hungaria appellata, ab Vngris postea ibidem directis: qui Hunni à Schytia ibidem aduentantes, Ostrogothos ab eadem regione expulerunt: tunc etiam edictum erat ab Imperatore Maximino de seditione in Christianos facienda. Interea cum Virgines à Roma reuerterentur, contigit per Coloniam iter agere, ita vt in velo suarum nauium Christianitatis Sanctam Crucem Dominicam gererent, ab Hunnis propterea instinctu nefario Maximi & Africani duorum Consulum Romanorum, in exitu Rheni fluminis in suburbio Colonensi interemtæ sunt.* *In festo S. Odiliæ.*

8. Test. Vetustioris M. S. Breuiarij Beienburgensis cœnobij eiusdem Ordinis à trecentis annis scripti: *Tunc temporis Maximinus ab Augusto XXI. Imperator creatus, bellum feliciter consummauit, auxilio Iulij Regis Hunnorum, Coloniam igitur Hunni cum exercitu Romano Germaniamque properantes, Nobilissimam Vrbem, Germaniæque vicinam Agrippinam ab Agrippa fundatam ita denominatam: obsederunt, tunc etiam ab Imperatore edictum de seditione in Christianos exitanda sexta post Neronem, à qua prima excitata est. Eratque numerus earum ad vndecim millia Virginum, exceptis viduis & viris, quorum numerus cum Virginibus conficit ad 30. millia, prout in gestis Pontificum Leodiensium comperitur conscriptum.*

Hoc testimonio cædes illa Romano exercitui, & Hunnis sub Maximino Cæsare militantibus tribuitur: & factum ostenditur initio sextæ persecutionis, vt alibi ostendi.

CAPVT XXXIII.

Prosa, Antiphonæ & Hymni variorum ordinum & diœcesium, ad mentem traditionis Coloniensis.

PRosa peruetusti MS. Zuifaltensis Ordinis S. Benedicti.

Patri summi filij, Angelo consilij, laus sit danti septem dona.
Qui candore lilij vestitu mirabili, sponsam beat, & decorat.
Accedit & rubor rosæ, stat à dextris dulcissimæ, noua cantans carmina.
Adamans Regem gloriæ, virgineæ militiæ sit Regina Vrsula,
Quam cupiuit infidelis, patrem minis, blanditijs, iuxta suam potestatem Rex perterret Virginis.
Magno mentis quæ feruore, cœlum pulsat sueto more, quam solatur oraculis turris fortitudinis.
Tunc consensu nuptiarum, fit conuentus feminarum, paratura trierum.
Eius sponsus baptizatur, virgo Christi iucundatur, consortio Virginum.

Post

Post hæc mari se committunt, sine ductu vi remigum, vaga classe portum Tile vebuntur, hinc Coloniam.

Visione qua percepta Romam tendunt via recta, implorantes liberari, potestatum insidijs

Abeunt consulto Papa, defluunt per Rheni vada properantes coronam per bella fortissima

Has Hunni redire vident, irruunt, necando strident, dum hæc clara multitudo cruenter consumitur,

Gaudeat nunc empyreum tantis gemmis prærutilum, tantis auctum meritis.
Gaudet sponsus super sponsam, militantem fac formosam Christe fili Virginis.

Alia peruetusta Colonienſis ſequentia.

Iucunda Deo sit laudatio in die sanctis consecrata.
Quos coronat in cœlo honore & gloria Virginum sponsus, qui pascit inter lilia.
Quarum triumphis exsultat cœlorum curia, Quarum coronis ornatur mater Ecclesia.
Beata verè, quæ tot electas Virgines protulisti Britannia, Beata pio, quæ purpuratas es earum cruore Colonia.
Nam Deo deuota Beati exercitus regina Vrsula, Ex dictis erat Angelicis Martyrum Virginum præscia.
Quod dum cognoscunt sacræ Virgines, gaudeo gaudent, fundunt lacrymas, adorant, collaudant Deum humili corde, voce pia.
Commendant Christo suas animas, mundum contemnunt, mente socia prudentes ornatæ sumto oleo lampade fulgida.
Verè mirabilis in Sanctis Deus, virtutis tuæ gratia hodie Virginum, qui coronasti undena simul millia.
Hunni feroces gens barbarica cunctisq; gentibus inimica, Agnas infontes, greges Domini prosternunt rabie inaudita.
Hic sanguinis pretiosi sanctarum fluxerunt flumina. Hic corpora iacent fusa munimen tuum Colonia.
Soluitur obsidio libertas redditur. Hostibus fugatis vrbem saluant Martyrum merita.
Lætare Colonia, gaude Britannia, quamque visitarunt votis & precibus Vrbs Romula.
Exsultent Sancti, tot consortibus lætetur, tot Patronis Ecclesia.
Istarum venerantes merita precamur nostra laxari crimina.
Sit tibi Pater cœlestis cum Christo, cum Spiritu sancto, laus & gloria vnus Deus in secula.

Antiphonæ ad Pſalmos Matutini & reſponſoria ad 9. Lectiones. Ex Breuiario Romano Romæ A. 1550. typis vulgato, & Ciſtercienſibus Breuiarijs MSS. antiquis: quibus ipſi hodieque vtuntur.

Noua bella Virginum Dominus elegit, ab extremis homunm, quas sibi collegit
Beata militia, quæ pro Rege gloriæ, de mundi malitia triumphauit hodie.
Pugnant sexu fragiles cœlitus imbutæ, sed insuperabiles fidei virtute,
Non armis, sed animis istas bellatrices efficit vnanimes gratia victrices.
Fortiores hostibus feminæ fuerunt, quæ contemtis omnibus, omnia vicerunt.
Vnus enim spiritus acies cœlestes fidei diuinitus adunauit testes.
Dionetho fuit nata, placens Deo, cunctis grata, Vrsula regalis.
Cuius miræ speciei plus mirandæ fidei, non erat æqualis
Regi magno pulchra nimis desponsatur, dum instatur precibus & minis.
Virgo desiderium habens castitatis, meditatur, & miratur rem quasi mysterium suæ voluntatis.
Deo secum disponente, quod tractabat firma mente.
Apparatu nauium decenter impleto, ad salutis brauium omnes cursu læto

Virgines

Virgines anhelant: nec quod votis gestiunt, alijs reuelant.

Ludere se simulant pelago vagantur, inuicem se stimulant, pariter hortantur.

Sponsi currit in odore iucunda societas, quam attraxit ex amore prægustata suauitas.

Vt rosæ tot millia rutilant cruore, Et florent vt lilia, niueo candore,

His cœlestis paradisus adornatus floribus, Angelorum mulcet visus, delectat odoribus.

Visionis Vrsulæ cœlitus ostensæ, Sacramento credulæ simul inoffensæ

Agone perculsæ considunt participes fieri coronæ.

Caritate vulneratæ, mori Christo sunt paratæ,

Opportuni temporis sic hora captata, terga findit æquoris iuuentus optata.

Datis vento ratibus, & velis inflatis, aduehuntur litori, quo se Rhenus æquori serenus infundit.

Sanctis Romæ visitatis repetunt Germaniam, vbi cunctis iam vastatis Hunnorum insaniam

Infusam reperiunt: insuper Coloniam hostibus conclusam,

Dira sæuit vastitas: his in malis, virginalis non formidat castitas.

Ad locum certaminis, ductu Rheni fluminis subitò feruntur:

Datæ porcis margaritæ lupis oues non inuitæ passim feriuntur.

Felix locus tam decora, quem sacrarunt corpora.

O verè Sanctarum Virginum inenarrabilis gloria, quæ sagittis amoris tui Iesu bone transfixæ, *Sequentiæ tantum habentur in Cisterc. Brem.*

Nec tyrannos frementes, nec gladios cruentos expauerunt,

Iam assumtæ in luce æternitatis tuæ, in splendoribus Sanctorum meritò coronantur.

Iam triumpho potitæ Virgines Sanctæ, Iam Angelorum choris aduiatæ quæsumus,

Vestra intercessione locus non negetur veniæ.

Responsoria ex Halberstadiensi & Monasteriensi Breuiario.

Dum statutum nuptijs acceptis inducijs tempus prolongatur,

Pro vndenis millibus, votis consimilibus, classis præparatur.

Duce Regis hæc ducuntur millia, & vnam sequuntur

Opportuni temporis sic hora captata, Terga findit æquoris iuuentus optata.

Datis vento ratibus, & velis inflatis, aduehuntur litori, quo se Rhenus æquori serenus infundit. Cetera vt in Romano.

Antiphonæ ad Psalmos Matutini ex Breuiario Aberdonensi Scotiæ, & Arraosiensi.

1. Noct. *Purpureos flores cœlesti rore madentes, Decreto Domini famosa Britannia misit.*

In cunis positæ Baptismi fonte renatæ, Et fidei veræ sunt legibus initiatæ.

Has Deitatis amor sibi fœderat ordine miro, Dum retrahit mundo festinat reddere cælo.

1. Lect. *Ecce Britannia mittit ad æthera, xenia clara, florida germina, labe carentia, sorte beata.*

V. *Ciuibus Angelicis solenniter adsociantur.*

2. Lect. ℟. *Virginibus sacris sit vox prænuncia mortis, Signatur tellus, gladius, torquéque cruentus.*

V. *Pectora virginea non frangunt talia dicta.*

3. Lect. ℟. *Millibus vndenis pro Christi nomine passis, Virginibus sacris soluamus munia laudis.*

V. *Occurrit sponsus reddens sponsalia lætus.*

2. Noct.

2. Noct. *Tandem decursis pariter puerilibus annis, Vt Christo placeant tota virtute laborant.*

Illam militiam tunc Vrsula Sancta regebat, Millibus undenis constantem sorte beata.

Filia Regis erat Britonum, qui sceptra tenebat, Diues opum felix, qui tali prole virebat.

4. Lect. ℟. *Cara Deo soboles communi laude fouenda, In teneris membris Domino seruire studebat.*

V. *Hæc generatio florida, natio recta requirens.*

5. Lect. ℟. *Virginitatis honor, decus Ecclesiæ, patriæque libertas, Capitur, truncatur, dilaniatur.*

℟. *Hunnorum gladijs qua floridus atque fidelis.*

6. Lect. ℟. *Virginei flores varios, qui fertis honores, Vincere qua nostis: sed vinci non valuistis.*

Reddite placatum nobis quem semper amastis, V. *Iam vox vestra sonet, noua cantica laude serena.*

3. Noct. Antiph. *Agmina virginea sacro spiramine plena, Terrea despiciunt pro Christo cuncta relinquunt.*

Accensis animis mundi cum Principe pugnant, Quo iã deuicto currunt ad præmia regni.

Agmina cælica dant iubilamina cunctipotenti: Virginibus sacris qui præstat gaudia cæli.

7. Lect. *Virginei cœtus centeno fœnore fructum, Dum referunt, fuso sanguine celsa petunt.*

V. *Ecce puellarum sacra corpora dum lacerantur.*

8. Lect. ℟. *Clara Colonia, dulcia pignora læta meretur, Sanguine Sanctorum rosea super astra locatur.*

V. *Illas qui sequitur, qui corde pio veneratur.*

9. Lect. ℟. *Virgineas mentes præuenit spiritus almus, Has sibi mundauit, mundando sanctificauit.*

V. *Victrices mundi felici dote beantur.*

Antiphonæ ad Laudes ex Romano An. 1550.

Sol nouus ab insula surgit occidentis, dum virtutum Vrsula fulget incrementis.

Hæ puellæ regiæ sponsi commensales, Agni tympanistriæ, Angelis æquales.

Muliebrem ad ornatum mundum acceperunt, & ad verum & beatum Regẽ intrauerunt.

Hi sunt flores venustatis quos spirantis gratiæ, Ver & æstas caritatis produxerunt hodie.

Gustauerunt & viderunt, quam dulcis es Domine! & libenter impenderunt se pro tuo nomine.

Benedictus es rex gloriæ, qui palmam victoriæ dedisti fragilibus, & sexum sine viribus, vincere fecisti

Dæmonis virtutem, quarum pijs precibus nobis supplicantibus tribuas salutem.

Ad Magnificat in primis Vesperis.

O felix Germania tam decoro germine Virginum ornata! beata Colonia pretioso sanguine Martyrum ditata! Verè iustè tu lætaris, quæ thesauro super aurum nobili ditaris.

In secundis Vesperis.

O flos campi & lilium conuallium Iesu Christe, qui es sponsus & amator Virginum, quam iucundum interesse tuo semper conspectui? quem laudantes prosequuntur virginales cunei, vbi dulcis resonat melodia, Virgo Vrsula simul cum undenis millibus, & frequenter ingeminat tibi Christe, sit laus & gloria.

Ex Monasterienſi Breuiario.

Effuderunt sanguinem Sanctorum, sicut aquam in circuitu Coloniæ

Horum mors est pretiosa, & triumphis gloriosa, dante Dei dextera.

Aræ Dei stans insertus Sanctus præsul Cunibertus

Missam cælo per columbam Vrsulæ cognouit tumbam.

Trium Virginum reliquiæ, quibusdam dono traditæ; sed minus dignè habitæ, reponunt se Coloniæ.

Benedicamus ergo Deum cælorum, cum omni creatura, qui tam pretioso locum decorauit martyrio.

Ex Her-

Ex Herbipolensi Breuiario.

Hæ sunt, quæ cum seculo, & sexum vicerunt, quæ mundi principe contemto, Regi suo summo Christo fideliter adhæserunt.
Virginitatis mundiciam toto corde amplexantes, merito Angelis sociantur,
Hanc enim in terris acquirere maius est præmium, quam habere.
Austri flatus vehemens eorum de cordibus Aquilonem fugauit, idcirco vi amoris inflammatæ elegerunt magis Deo placato mori, quam offenso viuere.
O felix Germania & Beata Colonia, pretioso sanguine Martyrum ditata.
Quid in istis, nisi choros videas castrorum? quæ non norunt viri thoros, hostes vitiorum.
In odore tuo Christe, sic ad pœnam currunt istæ, vt quasi delitijs, gaudeant supplicijs.
Cetera vt in Romano.

Ex Breuiario Arraosiæ ad Vesperas.

Christi sponsæ simul iunctæ Romam statim expetunt. Hinc egressæ Christo luce Coloniam repetunt. Ipsam vrbem Dux Hunnorum obsidebat grauiter, ferro, flamma, fame cuncta populans hostiliter, sicut oues lupi graues non parcentes strangulant, sic tyrannus sponsus Christi occidendo iugulat. Ferro cæsæ cœlum ponunt, recto gradu cœlum petunt, ipsum Deum iam visuræ, & cum ipso pernansuræ. Virginibus cœsis & passim dilaniatis, gens fugit infida, superum pugnante caterua. Millibus vndenis pro Christi nomine passis, Virginibus sacris soluanus munia laudis.

Hymni ex Argentinensi A. 1478. & Constantiensi veteri.

Festum nunc celebre, magnaq; gaudia
Festiuis celebret votis Ecclesia,
Cum Christus virginum vndena millia
Coronat per martyrium.

Flos fulsit germine Vrsula regio,
Quam Rex incredulus procatus filio
Prece terroribus iungi coniugio
Exposcit vnam vnico.

Rex pater Virginis credulam impio
Indignans tradere, turbatur nuncio;
Sed Christi virginem cœlestis visio
Futura docet ordine.

Trimatus tempore datis inducijs,
Dum iussis virgines concurrunt regijs,
Adscensis ratibus, tranquillo, varijs
Exsultant ludis æquore.

Diuino monitu Sanctorum limina
Cursu exspectantes sua martyria
Cœlitus præuident mortis per stadia
Parata sequi Dominum.

Præuenta gratia tendunt Coloniam,
Vbi ceruicibus cæsæ victoria
Accepta cœlitus, hostis potentiam
Triumpho fugant nobili.

Ex ijsdem stropha 3. & 4. hymni ad Matut.

Hinc per Rhenum velis plenum
Agrippinam per diuinam
Voluntatem adeunt.
Spernunt mortem, vincunt sortem,
Spernunt mundum vas immundum,
Vt regnent in seculum.
Colonia sancta dia
Hæc pignora sanctiora colligit & suscipit,
Veneratur, gratulatur, quod dicatur
Et dotatur his, quas cœlum recipit.

Ex Hiberpolensi vetustiore ad Completorium.

Illustrat clarè seculum
Vndena turma Virginum:
Quarum sacratur sanguine
Fuso pro Christi nomine.
Prima beata Vrsula
Regali fulgens insula
Ex insulis Britanniæ
Alto processit germine.
Sponsa Regis Aetherij
Existens cultrix Domini,
Cum ipso post Aetherium
Martyr adiuit thalamum.

Arte ſacra virgineum
Virgo cogens exercitum
Aduerſus minas ſeculi
Armis inſtruxit fidei.
Fictis inſiſtunt luſibus,
Marinis vagè fluctibus,
Labuntur fuga ſubito
Flatu potitæ proſpero.
Orationis gratia
Geraſina duce præuia
Romam petentes plurimos
Aſſumunt Dei famulos.
Tandem pro Chriſti nomine
Cuncti ſimul Coloniæ
Hunnorum cæſi gladijs
Cœli fruuntur gaudijs.
Exſultet nunc Colonia
Tot Martyrum victoria,
Quorum iuuari meritis
Votis precamur ſedulis.

CAPVT XXXIV.

Collatio teſtimoniorum allatorum cum aduerſariorum teſtificationibus.

LIbris ſuperioribus oſtendimus hiſtoriã Vrſulanam conformem probatis locorũ veſtigijs,& antiquis monimentis, conſtantiſſimis diuerſorũ populorum traditionibus,receptis in Eccleſia multis ſeculis variorum Sanctorum actis;titulis ſepulchralibus pluribus ætatibus repertis;cũ ea temporis profanam & Eccleſiaſticã hiſtoriã conſentire,vt nullo modo in cõmentitijs, & ſuppoſititijs Vrſulana geſta ſint numeranda;nimisque graue cenſeri debeat tale defenſoris Galfredi pronunciatũ. *Accidit in his quidem, vt deperdita vera germanaq; earum virginum hiſtoria,quiſquis vi libuit,ſiue quæ ſuo ingenio commentatus fuerit, ſiue quæ ab alijs leui quodam vulgi rumore accepit,ſcripturæ monimentis commendârit,non ſine magno veritatis detrimento, cum grauiſſimam hiſtoriam penè commentitiam reddiderint.* Eáne commentitia penè ſunt, quæ decem locorum incolæ tredecim ſeculis à maioribus accepta, conformi, conſtantiſque traditione memorant? quæ templa mille iam annis erecta & ſaxis inciſa carmina prædicant? quæ peregrinationis veſtigia ad æternam poſterorum memoriam expreſſa iſtis inquilinis, & Hæreticis etiam conſentientibus conteſtantur? Hæc breuiter hoc libro vnum ſub adſpectum poſui; Cardinales etiam,Archiepiſcopos, Epiſcopos, omnium nationum viros eruditiſſimos, Religioſarum familiarum diuerſarum ſanctiſſimos, & prudentiſſimos, ſacrorum Canonum ac Thelogiæ peritiſſimos, Hiſtoricos etiam grauiſſimos, omniumque ætatum iam inde à Martyrij tempore conſenſum, monſtraui, vt hoc alterum dictum contra Martyrium Vrſulanum repellatur. *Reliqua verò, quæ edita habentur acta, plurimis conſtant cuique prudenti reperta eſſe figmentis.* Hoc non viderint Turrecremata, Raymundus, & Marcus Siticus Cardinales? S. Antoninus, Martinus Polonus, Ioannes Magnus Vpſalenſis, Olaus & Santorius Archiepiſcopi: Petrus Equilinus, Cantipratanus,& Ludouicus Gomes Epiſcopi? Non aduerterit hoc canonum peritiſſimos Auguſtinum Triumphum,Ioannem Andreæ, Geminianũ,Pariſium? Fugerit idem Theologos Molanum, Gretzerum, Caniſium, & Hiſtoricos eruditiſſimos Sigebertum, Ottonem Friſingenſem,Beluacenſem,Bonfinium, Sabellicũ, Sigonium;vt prætermittam ſedem Apoſtolicam:quæ permiſit eadem geſta tam Gloſſæ Canonum aliquot ſeculis, quam receptis horarijs lectionibus approbari: quas deinde totus pene Chriſtianus orbis vbique locorum ætate Cardinalis Baronij decantauit,cum Epiſcopi penè omnes eadem geſta diœceſium Breuiarijs inſeruiſſent. Huic igitur ſcriptorum conſenſui, iam inde à tempore Martyrij: & omnium locorum qui teſtes, vel rationes opponuntur, niſi ſolus Galfredus Aſaphenſis? quem ita laudat Defenſor eius, *Exoptato euenit,vt inuenirem codicem Vaticanum peruetuſtũ, in quo tractatus erat inſcriptus de rebus Britannicis autore Gaufredo Aſaphenſi Epiſcopo.* & infra. *Hæc quidem quæ ex prædicto*

Vrſulana geſta non ſunt commentitia.

Probantur ſincera & incorrupta à prudentibus.

à Cardinalibus Archiepiſcopis, Epiſcopis.

Sede Apoſtolica.

Et ab orbe toto ætate Baronij.

His opponitur vnus fabuloſus auctor.

dicto auctore descripsimus, nobis longè magis probantur, & alibi, *obuijs accepimus manibus, quæ ab eodem auctore narrātur: quod eadem pluribus fulciantur verisimilibus coniecturis.* Huic vni testi, quæ sit autoritas tribuenda (cum tota Patroni huius narratio solo nitatur isthoc fundamento) satis opinor commune orbis terrarum iudicium, & imprimis Britannorum Neubrigensis, Gyraldi, Harpsfeldi, & Camdeni consensus demonstrat, qui consentiunt omnes, eum in mendacissimis, & fabulosissimis scriptoribus esse numeratum: libet hic defensorum Galfredi crisin adijcere; quæ confirmat, eius scriptis nullam esse fidem tribuendam. Laudant Galfredum Balæus & Vostius hæretici: causam alibi produxi: & hic quidem ex alijs autoribus, ita conatur excusare: *Et sanè multa quidem fabulosa in eo reperias; sed non tanta est hic Galfredi culpa, quantā arbitrantur; nec enim ipse ea confinxit; sed ab alijs conficta ex aduersarijs, quæ à Gualthero Archidiacono Oxoniensi acceperat, de Britannico sermone Latinè vertit, ideoq; iure fuit interpres fidus, vt vocatus à Matthæo Pariſio ad A.* 1151. Eodē titulo Ioannes Pitseus eundē ad A. 1152. culpa liberat. *Quod si in historia Britonum* (in qua eius de S. Vrsula continetur narratio) *ficta nonnunquam factis, falsa veris, fabulosa sinceris, inseruisse videatur, id ei vitio vertendum non est; nam historiam illam ipse non composuit; sed ex Britannico in Latinum sermonem transtulit, interpres fidus: hoc enim erat antiquorum plurium vitium; vel potius sine iudicio simplicitas, vt in clarorum virorum gestis scribendis se minus existimarent elegantes, nisi ad ornatum, vt putabant, sermonis Poëticas fictiones, vel aliquid eorum simile admiscerent, & consequenter veris falsa committerent.* Hæc Pitseus, qui ait Galfredum à Virumnio in epitomen contrahi, *præcisis superfluis*, vel vt Vossius ait, *præteritis fabulis.* Hoc igitur præcipuè laudi datum Galfredo à quibusdam eius patronis & defensoribus, *quod fidus interpres sit autoris fabulosi* in eo libro, quo tractat Martyrium Vrsulanum. Quid de eodem auctore præcipuus defensor eius senserit, alibi vidimus: fatetur enim, quod *multa de alijs auctor iste habeat fabulosa, quæ veris nonnihil fidei detrahant, vt magno delectu sit liber ille legendus*: quibus verbis satis insinuat, non tantum ei fidem in falsis derogandam esse; sed & *magno delectu* tunc, cum vera, & ab idoneis alijs autoribus probata narrat, *legendum esse*: quippe cui fabulæ permixtæ veris fidem detrahant: quid ergo de historia, quam recenset Vrsulana dicemus, quam eum constat sine teste vetustiore, sine ratione, sine vllo verisimili fundamento primum prodidisse; in qua si vera quoque narraret, & ab antiquioribus prodita, exigua tamen vt autori fabuloso fides esset tribuenda? Quod si igitur vnanimi Britānnorum, ipsiusque Galfredi defensorum omnium iudicio, eius scripta fabulis & commentis adsperguntur: si commenta Poëtica fide boni interpretis ab ipso sunt donata Latinitate, quis non videt huius testis minorem esse, quam cuiusuis alterius nostri hoc libro toto nominati autoritatem? Vnde si iam cum nullo horum ferè ducentorum autorum, est comparandus, quam indignū eius vnius dicta præ 70. iuratis testibus, & centū pluribusque classicis scriptoribus passim audiri, manibus obuijs excipi, laudari, & in templis etiam non sine Hæreticorum cauillis decantari? Rident illi recentiores scriptores, qui sinceram Vrsulani Martyrij narrationem nullo alio fundamento niti credunt, quam fabulosissimi autoris, vel interpretis *verisimilibus coniecturis.* ô dignam Martyris in Canonem relati historiam, qui solis nugivendi fulcitur suspicione vel diuinatione! quid est, si hoc non est Sāctorum res gestas heterodoxorum ludibrio proponere: vt Molinæus clypeū inuenerit, quo tela nostra possit excutere, dum diuā imaginariam appellat, cuius historiæ veritas apud recentiores fundatur Galfredi fabulosi testis commentis & coniecturis. Quod si iam eò deuentum est, vt historicæ fides coniecturis & figmentis verosimilibus tribuatur, næ ego Iliadem, vel Odyssæam Homeri, Æneidem Virgilij, Argenidem Barclai ob verosimiliores coniecturas & commenta ingeniosiora & acutiora, quam Galfredi Britonum Chronicon contineat, ipsà veritatem veriore dixero narrationem.

Consensu orbis. Et defensorū Galfredi.

Lib 2. de hist. lat.

Cum nullo nostrorum testi comparādus est.

Cum hæreticorum cauillis.

Et dedecore Catholicorum.

Vrsulana verò S. Cuniberti, quam vndecim libris illustrauimus historia, non solis fulcitur verisimilibus coniecturis; sed ipsa certiorum vestigiorum aperta ve-

ritate, fundatur inſcriptionibus, & titulis ſepulcralibus coæuorum, confirmatur traditione perpetua Baſileenſium, Argentoratenſium, Colonienſium, Rhenenſium ſeptuaginta iuratis teſtibus roboratur, nititur præterea vetuſtiſſimis hiſtorijs SS. Vrſulæ, Cuneræ, Aureliæ, & aliarum Virginum: firmatur reuelationibus quas 140. annis poſt euentus veras fuiſſe docuit: has omnibus ſubſequentibus ſeculis Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Canonum interpretes, Theologi, Hiſtorici, Chronologi receperunt: Gloſſa Iuris, Martyrologia, & orbis pleraque Breuiaria probarunt, vt aliquot idoneorum teſtimoniorum centurijs ab ipſo martyrij ſeculo petitis traditio Colonienſis ſtabiliatur. Nec tamen ideo defenſori Galfredi ſuccenſeo. Non enim vir vnus vniuerſali intentus hiſtoriæ, potuit omnibus ſingularium diœceſium litibus intendere; nec mediam habere ſubſidiorum partem ad hanc peculiarem hiſtoriam penitus inſpiciendam: quæ Coloniam ex orbe toto præſertim ijs è locis tranſmiſſa ſunt, vbi virgines conſtat, vel degiſſe, vel quaſdam deceſſiſſe. Aliud etiam eſt audita vel lecta prodere, aliud ex ipſis inſpectis veſtigijs, monimentis, corporibus, veſtibus, necis inſtrumentis, titulis, traditionibus, archæis locorum, M.SS. coæuorum rem ipſam arbitrari: præſertim cum conſtet Patronum Galfredi lectis tantum paucis illis, quæ D. Fleien ex Archæis; inſcriptionibus, & traditione congeſſit pro martyrij defenſione, ſententiam ſuam priorem reuocaſſe.

Hiſtoria Vrſulana cur vniuerſalis ſit.

CAPVT XXXV.

Concluſio totius operis ad omnes nationes.

TAndem aliquando Deo auſpice, ſanctisque Virginibus comitibus feſſi portum læti tamen adſpicimus, quod licuerit hoc in opere patrocinium omnium nationum, & gentium ſuſcipere, exile quidem illud pro tenuitate ingenij: lucem tamen ſpero ſublimioribus ingenijs eſſe prælatam, vt vberius, & ſolidius id perficiant: via ſatis aperta, ſimulque monſtratis auijs, quæ doctiſſimos hactenus in errorem adduxerunt. Nec eſt, quod quis putidiuſculum meum laborem in minutiſſimis quibusque rebus conſectandis reprehendat, è quibus momenta ſæpè ducuntur grauiſſimarum rationum: & niſi minores quandoque ſcrupuli remoueantur, moleſtam pariunt, & difficilem lectionem, ac tardant aſſentiendi procliuitatem. Agitur ſanè nationum omnium communis gloria, non tantum Britannorum; licet enim horum auſpicijs ea Societas coaluerit, & Sodalium multitudine ceteris præſtent: in ea tamen flos Italiæ, Siciliæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Pannoniæ, Sueciæ, Belgij, Germaniæ; quin & Græciæ pariter adlectus eſt: vt teſtantur ſepulcrales tituli, confirmat S. Eliſabeth; & varijs in locis Anonymus aſſerit: dum ait, *totius orbis nobiliores domicellas in eam Societatem coiuiſſe.* Fauet ratio genealogiæ libro eiuſdem ſecundo ſtabilita, vt quod in nullo putem Martyrio contigiſſe, omnis penè mundi natio, ſuos Coloniæ ciues Martyres inueniat, & vel hinc liceat cognoſcere: iam tum in ijs locis iacta fuiſſe fidei Chriſtianæ ſemina, quæ à S. Petri Diſcipulis ſparſa germinabant vltra, quam Imperij Romani fines porrigebantur. Huc accedit, quod nullius penè Societatis reliquiæ cum ipſis nominibus ita ſint orbe toto diſtributæ, & vel altarium conſecrationi, vel populorum excitandæ pietati deſeruierint ſicuti Vrſulanæ: quando multis etiam in locis aliæ nullæ præter has reperiuntur. Cum enim theſaurus hic Coloniæ nongentis annis ferè delituiſſet, & ante quingentos annos S. Norberto rurſum, alijs poſtea cœlitùs indicatus, ſic

l. 1. c. 1. Omnes orbis nationes ea Sodalitas complectitur.

Sparſa iam per omnes gentes.

acuiſſet

acuisset animos ciuiũ, vt nouennio diligenter nullis parcerent sumtibus, molestijs, & operæ, donec multa millena corpora terræ viscеribus eruerent, Deo statim prodigijs sanctitatem ossium sacrorum indicante, rectè Colonienses cum impares se faterentur, qui digno possent honore tot chiliades Martyrum venerari, sine inuidiâ cum vniuersis orbis nationibus eos communicarunt, vt sanctam æmulationem inter orbis præcipuas regiones excitarent, ad cultum reliquiarum augendum. Ita necessum fuit hoc tempore, quo Caluinistæ sanctam hanc sodalitatem imaginariam ausi sunt appellare, apologiam non pro Colonienſium tantum: sed orbis totius præstantissimis lipsanis conficere. Ideo fuerunt omnia, quæ superant huius martyrij vestigia, monimenta, titulique diligenter excutiendi, & in lucem proferendi. Ideo tanta seculorum & nationum omnium testium nubes excitanda, quo Molinæi, & symmistarum eius os importunissimum obturetur, vt credant sodalitatem eam vixisse, cuius ossa totus terrarum orbis vbique supplex veneratur: ita quidem, vt si causa martyrij laborante, & in dubium reuocata (quod fieri necesse est, si recentiorum opinio magis inualescat) tales orbi reliquiæ eriperentur, penè tertia pars reliquiarum magis celebrium & nominatarum tolleretur.

A Germanis inprimis defendenda.

Id verò malum vt auerteretur, Germanos inprimis decebat, apud quos exstant certa, & hæreticis & iam accolis indubitata vestigia scriptis hactenus nunquam vulgata promere ea, quibus aduersariorum & inprimis heterodoxorum proteruia testimonijs etiam Acatholicorum Basileensium & Argentinensium reprimatur, quam Deus Opt. Max. ideo videtur hoc tempore permittere, ne paulatim eradantur ea vestigia veritatis, dominantibus in ijs locis hæreticis, vel obliuione sepeliantur, quod euenisset perfacilè, nisi historia in dubium vocata multorum acuisset ingenium ad veritatem penitius explorandam. Quæ monimenta cum mecum expendo diligentius: & factas toties diuinas eorum approbationes, ausim dicere certitudine vix vllis alijs reliquijs cedere: Nam sæpissimè Virgines beatæ, diuersis locis, temporibus, personis per quietem visæ suos tumulos & nomina detexerunt: quæ postea cum corporibus expressa titulis patuerunt: præterea vbique terrarum præsertim in Indiâ ad contactum, & venerationem Vrsulanarum reliquiarum tot opera miranda Deus operatur: Hinc mirificè passim cultus earum fouetur, & augetur, vt virgines hæ sacræ non Rhenensium tantum, Colonienſium, Alsatiæ, Basileensium, & Huiensium: sed penè totius orbis sint Diuæ tutelares nominandæ, & à Deo magno & immortali beneficio distributæ: quarum precibus maxima dona mortalibus vbique largiretur, adeoque causa Patronarum orbis terrarum fuit suscipienda: ne cultus earum aliquid detrimenti pateretur; ad quem nationes omnes præcipuâ quâdam animi propensione feruntur: Licet enim earum origine Britannia, martyrij palæstra Germania glorietur, Italia tamen annuo prodigio veneratur sanguinis Vrsulani ebullitionem, & germinauit Angelicam Vrsulanarum Virginũ sodalitatem: quæ ramos in totam etiam extendit Galliam, vbi iam sedis Apostolicæ institutione in Religiosum statum nobiliori & feliciori satu tandem adoleuit, qui magno tenerioris ætatis bono mirificè tota Francia propagatur, insigni cultus Vrsulani incremento.

Reliquiæ hæ probatissimæ.

Clarent vbiq; miraculis.

Vrsulanæ Virgines orbis totius tutelares.

Quæ sint particularia nationibus circa hanc sodalitatem.

Poloniæ verò gentis pietas in eo cõmendatur: Quod Principes suos persæpè Coloniam miserit peregrinos ad sacros Virginũ tumulos piè venerandos, & ipsa stirps regia pio & nouo Richezæ reginæ instituto fuerit Basilicæ Colonienſis Vrsulanæ censualis, ea obligatione, vt lubentes volentes ipsi Reges certas ceræ libras S. Vrsulæ honori penderent, & incenderent. Ceteras tamen nationes Hispani, Lusitani, Indi incredibili venerationis huius propagatione per Orientem, & Occidentem totum videntur superâsse, vt quasi frigere in Europa, sed ardere in Indiâ vtraquè videatur, id testis vtriusq; cultus oculatus Nicolaus Trigaultius nõ semel affirmauit. Adde quod literis & scriptis omniũ gentiũ celebretur ista sodalitas, de qua scripsêre Britãni Richardus, & Rogerius: Germani B. Hermãnus, S. Elisabeth, Crãtzius, Vicelius: Galli Vincentius Belluacensis, Robertus Altisiodorẽsis, Albericus Frisontanus; Lusitanus Mendoza; Hispanus Maldonatus; Hungarus Olaus Strigonienſis

Omnes nationes scriptis celebrarunt.

Archiepiſcopus, quamuis ceteras gentes omnes Itali longè dicendi vbertate, laudum præconijs, & exactiore vitæ deſcriptione ſuperarunt: Præſertim Bonfinius, Philippus Bergomas, S. Antoninus, & Sanctorius, lingulæ etiam familiæ religioſæ, Diuas has ſuorum alumnorum monimentis literarijs exornarunt, quorum tamen exiſtimo minimam partem ad manus meas deueniſſe: quæ ſi dignatæ fuerint mecum communicare, adiectis prodigijs rarioribus, probatioribus & certioribus, quæ circa SS. harum reliquiarum cultum contigerunt, curas ſecundas noſtras facient auctiores, illuſtriores & firmiores. Dandum eſt aliquid operæ communi nationum omnium conſenſu & auxilio pro tali martyrio contra temporis noſtri ſectarios aſſerendo, quod præ alijs pleriſque præcipuas obtinuit à Deo prærogatiuas, in quo Reges caſti, coniuges & Martyres, tot alij Epiſcopi, Reges, Duces, Principes, cum 5. 6. 7. 9. filijs vel nepotibus, totaque ſpe poſteritatis vltrò ſe obtulerunt ad ſanguinem amore Chriſti profundendum: vbi præter vndena virginum millia, tot matronæ, viduæ, pueri, puellæque, tot innocentes Martyres, quidam etiam maternis adhuc concluſi viſceribus, ex omni penè gente & natione eundem in locum diuinitus congregati, martyrio ſe Chriſto conſecrarunt: vt hic omnis ætatis, ſexus, conditionis, nominis ac dignitatis Eccleſiaſticæ ac ſecularis homines habeant, quod in ſui ſimilibus mirentur, in ſuis etiam ciuibus & gentilibus, ſi non opere, ſaltem deſiderio & voluntate imitentur, æquum igitur eſt, vt hoc vulgato libro velut cantato claſſico Martyrium tam illuſtre gentium omnium ſtudio, linguis, & vno quaſi ore, à calumniatorum hæreticorum obtrectationibus, & iniurijs defendatur. Iacta ſunt iam ſolida veritatis, vt ſpero fundamenta, ſi non omnes adhuc ad viuum reſectæ difficultates. Tempus adſignat tale Baſileenſium, Colonienſium, & aliorum populorum conſtans non interrupta traditio, quo fingi nullum, nec excogitari dominantibus gentilibus poteſt aptius, ad peregrinationem Romanam permittendam Chriſtianis, tot iuratis teſtibus confirmatam, quam cum Alexander Mammææ feminæ Chriſtianæ filius (cuius aula familiaque Chriſti fidelibus abundabat) imperio Romano præſideret. Nullum etiam eodem anno fingi tempus accommodatius ad tot Reges & Epiſcopos trucidandos poteſt eo, quo Maximinus in Germania propè Moguntiam Alexandro Cæſare crudeliter interemto rerum violèter potitus, omnium conſenſu perſecutionem ad ſolos ferè præſides Eccleſiæ exſtirpandos inſtituit. Huic adſtipulantur tempori reuelationes omnes; nihil in ijs alienum à veſtigijs locorum, à ſacra profanaque hiſtoriâ, vel ſi qui ſuperſint nodi conciliatis iam inter ſe præcipuis Martyrij fontibus, gentium omnium conſentiente ſtudio, cum de omnium reliquijs agatur, facilè diſſolui poterunt. Reliquum eſt, vt omnes horter in Domino, & obſecrem, ſi quid vel in antiquis bibliothecis, ſacrarijs, vel archæis lateat vtile ad huius hiſtoriæ confirmationem, augmentum, & ſplendorem: vel ipſi promant & in lucem educant ad tantorum Martyrum gloriam cumulatiorem, tam certa cœleſtis mercedis facta S. Eliſabethæ c. 21. ſtipulatione & Anonymo circa initium libri primi præſtita compenſatione inuitati; vel ſaltem mihi Coloniam tranſmittant, vt Deus in ſanctis digniùs honoretur: eos libenter cum gratiarum actione nominaturus, quorum beneficio curis ſecundis accedet ornamentum.

Prærogatiuę huius martyris.

Probabilitas.

Deinde vt Vrſulanarum reliquiarum cuſtodes ijſdem verbis commonefaciam, quibus cœlitùs Eliſabeth iuſſa eſt Abbatem Tuitienſem ad cultum earum exſtimulare. *Expedit*, inquit, *Fratribus illis, & neceſſe habent, vt quanto amplius Sanctorum corpora apud ſe congregant, & iuxta ſe locant, tanto amplius ſtudeant honorificè, & amabiliter illis miniſtrare, & vt vitam ſuam cum timore Domini emendent, & diligentiùs ordinem ſuum obſeruent; nam vt ad hoc eos commoneret Dominus, permiſit fieri, quod factum eſt, in medio eorum. Quod ſi admonitioni eorum obedierint, & fecerint, quæ dixi, certum habeant, quoniam pretioſi illi Martyres interpellabunt pro eis coram Domino, & in omni neceßitate ſubuenient; ſi autem non, facient accuſationem, & querelam facient aduerſus eos.* c. 5.

CA-

CAPVT XXXVI.

Parœnesis ad incolas Colonienses.

QVibus vos A. 1616. Psalmistæ verbis Nicolaus Trigaultius è China redux pridie festi S. Vrsulæ salutâuit, ijsdem vos affabor loco coronidis. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Iure gloriantur vrbes Indiæ, si cranio vel pauculis ex Vrsulana sodalitate ditentur ossibus, quæ diurno nocturnoque cultu venerentur: ob quæ celebritatem Paschali similem instituunt. Quo magis eam decet ciuitatem exsultare, quam tot millena corpora, & ipse sanguinei fluminis impetus lætificat. O felix solum, quod flumen illud virgineum amore cœlestis sponsi IESV profusum combibisti: iure sacerrimus ager diceris, tot millenis Sanctis corporibus Deo consecratus, qui extra vrbem quondam incultus negligebaris, nunc intra pomerium receptus, Coloniam tam pretioso fundo decorasti, vt ex eo ciuitas Dei, conciliumque Sanctorum possis appellari: *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei*, quam generosus tot millium sanguis purpurauit: Hoc *fluminis impetu* ante mille quadringentos annos violenter in Rhenum exundante, *sanctificauit tabernaculum suum altissimus, Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam Deus manè diluculo, conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna* (orbis præcipua) *dedit vocem suam & mota est terra* (bis etiam intra quadriennium valida concussione tremefacta) *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.* Hic, inquam, tot tutelarium Sanctorum exoratus precibus (licet peccata fortè nostra huius vrbis excidium, à tot centenis oppidis toleratum, meruissent) placatus tamen seruauit, & adhuc hodie seruat Coloniam, vt meritò non ita pridem aliquis in S. Gereonis basilica nouam, & ornatissimam aram Deo Sanctisque tutelaribus Colonienſibus erexerit, monimentum posteris sempiternum diuinæ bonitatis erga Agrippinates, qua tot inter bellorum turbines, in ea Germaniæ totius vastatione, vrbium præcipuorum euersione, Coloniam tamen toties hostium insidijs appetitam, securam & intactam clementer conseruarit, vt tunc florere & magis abundare videretur, cum aliæ pleræque funditus euerterentur: verè *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* Tertium hoc reputo quod Colonia machinationibus hostium sæpius attentata, steterit tamen illæsa, non armis, sed Patronorum & Præsidum Cœlestium ope contra clandestina consilia suorum hostium communita. Nam primo statim Martyrij die virgines quasi rediuiuæ, stipatæ innumeris Angelorum copijs, infesto agmine in hostes irruentes, vrbis soluerunt obsidionem, vt ciues in sepulturam Martyrum incumberent diligentiùs.

Psal. 45.

Tertiò minimum Colonia seruata cœlitùs.

Iterum circa An. 1266. vel 1269. cum hostes vrbem nocte penè intercepissent, S. Vrsula cum Virginibus, Gereon cum Thebæis, Gregorius cum suis Mauris singuli funalibus coruſci mœnia visi sunt circuire, portas vrbis roseis signare crucibus, eumque metum obsidentibus incutere, vt postridie fugerint, & ciues metu liberarint. Vsitata sunt ea Diuorum tutelarium beneficia, quoties ardenter inuocantur. Viginti tribus circiter ante Martyrium Vrsulanum annis Vesontione SS. Ferreolus, & Ferrutius pro Christi fide sanguinem profuderunt, ij persæpè visi sunt eandem vrbem protegere: res ibi vulgi sermone nota, multorum etiam testimonijs est roborata, cum ciuitati bellum, clades aliqua, vel pestis, aliudue simile malum imminet, faces duæ splendidissimæ conspiciuntur mœnia ciuitatis & propugnacula permeare, magna spectantium voluptate, quo signo custodes isti præsidesque ciuibus opem suam pollicentur. Narrat Chiffletius *cum An. 1575. Hæretici facto in ciuitatem impetu iam portarum vnam occupassent, visæ repente faces istæ geminæ inusitati splendoris, primum quidem imminere Metropolitanæ basilicæ S.*

Tutelares Patroni sunt ciuitatum defensores.

p. 2. Vesont. f. 29.

Ioannis, vbi maior pars ossium Sanctorum in argenteâ capsâ; moueri deinde ad summa tecta SS. Dominici, & Vincentij Martyris nomine consecrati, in quo religiosè voluntur cetera eorundem Diuorum exuuiæ, tum facto mœnium ciuitatis ambitu, euanescere. Creditum hoc ad futuræ opis è cœlo, argumentum; nam hostium pars armis cæsi, pars in Dubin deiecti, deleti omnes præter paucos, qui fugâ sibi maturè consuluerant. Agnitum illud à Senatu, eius decreto sancitum, vt ea ipsâ die 21. Iunij recurrente quotannis celebritate Diuorum tutelarium pignora solenni pompâ, tum precibus publicis, & magno omnium ordinum comitatu in accepti beneficij & seruatæ ciuibus vitæ, fortunarum ac religionis mnemosynon circumgestet, ita Chiffletius. Felices vrbes, quæ quot sacris Martyrum corporibus exornantur, tot custodes cœlestes habet, de quibus Isaias: *super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte, & in perpetuum tacebunt*, præmonere ciues de periculis, & auxilium ijs præsens à Deo impetrare. *Bene tecum agitur ô mater Ecclesia*, dicit mellifluus Bernardus, & omnis ciuitas diues SS. Martyrum *benè tecum agitur: in locum peregrinationis tuæ de cœlo, & de terra venit auxilium tibi: qui custodiunt te non dormitant, neque dormiunt custodes tui Angeli Sancti, vigiles tui spiritus & animæ iustorum.* Vnde rectè Colonienses ne paulatim nimia quorundam prodigalitate sacer ille thesaurus exhauriretur, & alio transferretur, à sede Apostolicâ fulmen in eos anathematis impetrarunt, qui sine sedis eiusdem assensu deinceps efferrent eas vrbe: Vidimus enim sedecim abhinc annis inuictam illam Magdeburgensem tot seculis ciuitatem exportato custode, & præside eius S. Norberti corpore, biennio post non solum armis Cæsareis expugnatam, sed & incineratam.

Custodes & excubitores. *Isa. 62.*

S. Ber. in Cant.

Omino- & exitiosum vrbibus cũ exportantur reliquiæ.

Quamuis nec vitio carent, aut minus puniendi, qui dum sacros Diuorum adseruant cineres, non eos honore congruo venerantur: id plagis edoctus S. Anno Colonienſium antistes deinceps cauit diligenter: cæsus enim immaniter à SS. Mauris: eorum honori chorum augustissimum, & duas prægrandes turres ad eorum tumulos ornandos, excitauit. Quis virgineas has reliquias cultus deceat, Indi & præcipuè Goani docent: His vnum allatum cranium eum precum ardorem excitauit, vt biduum noctes & dies ei colendo pignori se impenderent, & conflarent sodalitatem, in qua dum Patronam imitari gestiunt, ita solerter in salutem proximi sodales omnes incubuerũt, vt anni spatio lites innumeræ & inueteratæ sodalium industria componerentur. Communis ea Lusitanis, & Indis pietas est, quæ Paschalem adæquet, vt sacra synaxi tum plerique reficiantur. Quid Colonienſibus agendum, apud quos aliquot millena corpora conquiescnnt, vbi virgineus ille sanguis custoditur, & ipsa terra superat, quæ profluentia cruoris sacri redundauit? plenæ sunt omnes Ecclesiæ, monasteria, sacella, Sanctis istis exuuijs, vt nullus ciuitatis vicus, & platea penè sit, in qua non aliquo saltem in loco sacri isti cineres adseruentur. An pudeat veteranos nos Catholicos Indorum Neophytorum sequi pietatem; & quod malè neglectum hactenus eorum imitatione restaurare? scio solenne Coloniæ festum peragi S. Vrsulæ, magno ciuium, & exterorum affluxu, tam nocte in per vigilio, quam die toto, vt angustijs templi sat spatiosi multi nonnunquam excludantur. Primum ego cultum initio nascentis Ecclesiæ sanctis Martyribus in loco Martyrij vel sepulturæ exhibitum desidero, quo Sanctis accidere gratiùs nihil potest, diuinissimæ scilicet synaxios ad eorum honorem perceptionem. An difficilè, quibus vitam, & fortunas omnes, & suas & maiorum toties & seruatas, ciues omnes debent, ijs semel vno anni die 21. Octobris, vel intra octauam istã augustissimi Eucharistiæ Sacramenti sumtione grates exsoluere Deo pro gloria, qua Martyres illos cumulauit? & quibus Reges Poloniæ vectigales & censuales se esse annua ceræ pensitatione profiteri voluerunt: ijs hoc quasi seruitutis obsequium exhibere? quod ob vnius interdum cranij possessionem integræ præstant Indorum regiones?

Colendæ sunt.

Anniuersaria communione.

Laudabilis eorum ciuium consuetudo; qui quot hebdomadibus semel, laudabilior, qui quot diebus Sanctos hos Martyres vt Dominos suos inuisunt: Omnibus

Et quotidiana inuocationc.

vrbis

rbis huius inquilinis hunc esse communem cultum congrueret, vt quotidiè vnde-
ies, si non orationem Dominicam, at salutationem Angelicam Lusitanis vsitato
more, velut quotidianum aliquod precum tributum; vel pensum potius pensita-
ent: vt hoc obsequio velut Dominis Patronis & curatoribus præstito, beneficia-
ios se & vectigales eorum clientes & subditos profiterentur. In quorum tutelâ
quamdiu maiores fideles perstiterunt, præsens semper è cœlis auxilium contra ho-
tes, & calamitates omnes persensérunt. Ideò sanctæ Virgines ob illam constan-
em & solidam maiorum pietatem à quadringentis & pluribus retro annis coli se
relle & honorari à Colonien sibus non semel indicarunt & imperarunt. Nam S.
Cordula postridiè cædis Virginum, indixit festum suum in Vrsulana Basilica so-
enniter celebrandum: SS. Cleomata, Theomata, & Christantia, è Thuringia Co-
oniam sponte redierunt, vbi religiosiùs & augustiùs haberentur, & S. Aurelia tu-
elaris Alsatiæ minata ciuibus Argentinensibus est Coloniam se abituram, vbi
ommuni Sanctarum Virginum cultu frueretur, quæ neglecta delitescebat. Fer-
iebant tunc Colonien sium studia honorandi sacras reliquias, quæ si paulatim inte-
escant, verendum est posteris, ne simili prodigio migrationem moliantur, vt alibi
lecentius honorentur. Sancta Solymorum ciuitas erat ipso filij Dei sanguine con-
ecrata: quia tamen ea ipsa terra velut sterilis & inculta nullos virtutis, & pietatis
ructus germinauit: sed ingratorum ciuium pedibus calcabatur, & peccatis pec-
ata cumulabat, non tantum euersa funditus est; sed nec potuit hactenus
nquam perfectè restaurari: gemit iam & tot iam seculis sub barbarorum iugo ge-
nit; mauult enim Deus ab hostibus sacra loca detineri, quam à Christianis impijs
ita flagitiosa profanari. Hoc ne Coloniæ contingat, & ne capta & euersa ho-
tium insidijs, qui tot eius sacris profanisque diu thesauris inhiarunt, sacris
Martyrum exuuijs spolietur, opus est, vt quorum corpora seruat, eorum vitæ ex-
mplum imitetur.

Virgines illæ pro fide, & castitate mortem constanter oppetierunt: decet igitur
orthodoxam fidem cum maioribus profiteri fortiter, vt illa sigilli Colonien sis in-
criptio salua maneat, *S. Colonia, Romanæ Ecclesiæ fidelis filia*: decet castitatem saltem
oniugalem seruare incorruptam: meminisse ciues illos conuenit, qui loca incolũt,
er quæ porrectus ager Vrsulanus tot millium Virginum sanguine redundauit, cœ-
litus tibi inclamari: *solue calceamenta de pedibus, locus, in quo stas, sanctus est.* Locus
Sanctus est ager ille, in quo tanto *fluminis impetu sanctificauit tabernaculum suum*
ltissimus: Deus in medio eius non commouebitur. In hoc martyrij stadio multo sunt
Martyribus acceptiora, quæ deferuntur ipsis obsequia, quam quæ alibi, quo trans-
eruntur, licet ibi honor ijs augustior habeatur: probat id S. Eucherius. *Martyres*, in-
quit, *quorum pretiosus puluis per diuersas vsque quaq; regiones in populorũ dissẽminatur sa-*
lutem, plenum quocunque loci cultum de honore Dei impensa sibi religione suscipiunt, &
quanto celebratum fuerit fide ditiori, tanto erit eis gratior celebritatis acceptio: sed absque
dubio multo eis gratius, multo iucundius est, si eos ibi potissimum feruor excolat pietatis, vbi
super eos feruor incubuit passionis: si illic eis supplicationum sacrificia deferantur, vbi in Dei
sacrificium procubuerunt: si ibi eis vota fundat prædicanda posteritas, vbi innocentem san-
guinem feralis profudit immanitas; si denique eos ille Christiani nominis inimicus, vbi cre-
didit interemtos, illic videat consecratos. Dulcius inquam eis probatur obsequium, si ibi eos
laudum celebret benedictio, vbi super eos tribulationum desæuijt magnitudo, si inde inuocen-
tur ad suffragium, vnde primo resurrectionis signo euocabuntur ad præmiũ. Eodem spiritu
Taurinenses suos S. Maximus ad colendos Octauium, Aduentitium, & Salutato-
em Martyres ibidem passos adhortatur. *Cum omnium, ait, Sanctorum deuotissimè na-*
talem celebrare debemus, tum præcipuè eorum solennitas tota nobis veneratione curanda est,
qui in nostris domicilijs proprium sanguinem profuderunt: Nam licet vniuersi Sancti vbique
sint, & omnibus prosint, specialiter tamen illi pro nobis interueniunt, qui & supplicia
pertulere pro nobis: Martyr enim cum patitur, non sibi tantum patitur, sed & ciuibus:
sibi enim patitur ad præmium, ciuibus ad exemplum; sibi patitur ad requiem, ciuibus
ad sa-

Libenter Coloniæ honorantur SS. Virgines.

Neglectus pietatis euertit ciuitates.

Imitandæ SS. Virgines.

Gratius est martyribus in loco martyrij coli, quã alibi. *Hom. de SS. Epipodio & Alexandro Martyr.*

S. Maximus Orat. de SS. Martyribus.

ad salutem; exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumelijs vitam æternam quærere, mortem didicimus non timere. Videte ergo quid Martyribus debeamus: in quo alter ortus est, vt alius saluaretur, alter carnificem pertulit, vt Christum alter cognosceret, alter morti addictus est, vt alij vitâ potirentur æternâ, & ad postremum sanctus occisus est, vt peccator euaderet. Beati igitur Martyres nec sibi vixerunt, nec sibi mortui: exemplum enim nobis reliquerunt, benè viuendo conuersationis, tolerando fortiter passionis. Cuncti igitur Martyres deuotissimè percolendi sunt: sed specialiter ij venerandi sunt à nobis quorum reliquias possidemus: illi enim nos orationibus adiuuant, isti etiam adiuuant passione: cum his nobis familiaritas est.

Hactenus S. Maximus nostram acuit in loco martyrij duorum vel trium tantùm Sanctorum venerationem: quanto Colonienses decet efferri maiori studio in tot millibus, & tenerrimis quidem Virginibus, innocentissimis pueris, sanctissimis Episcopis, & religiosissimis regibus Martyribus, cultu quodam præcipuo venerandis, quos mater communis ager Colonienſis gremio suo fouet, & complectitur: vt parui faciant ab Indis, & Lusitanis coli: nisi tot millia Martyrum à ciuibus suis studiosiùs honorentur, quæ Deus singulari beneficio conferre dignatus est vni loco ex omnibus ferè regionibus congregata. Cadit in Colonienses illud S. Eucherij ex ordium cuiusdam homiliæ. *Agnoscamus carissimi circa Ecclesiam nostram vlteriorem diuinorum munerum largitatem, exsultant singularem vrbium populi, et si vnius saltem Martyris reliquijs muniantur: Ecce nos populos Martyrum possidemus: gaudeat terra nostra cœlestium militum, & tantarum parens fœcunda virtutum.* Optandum vt Colonienses imitentur, quod alibi prudenter moribus receptum est, vbi annuâ celebritate certa die reliquias totius vrbis venerantur, qua ciuibus omnibus sacrâ refectis synaxi solenni supplicatione præcipuorum tutelarium Basilicæ adeuntur. Quod si ob templorum, & sacellorum huius vrbis multitudinem, id fieri à cunctis ægrè possit, horis matutinis; pomeridiano saltem tempore deceret singulos ciuium obire singula propriæ parochiæ templa & sacella, vt suus totius vrbis reliquijs honos haberetur: possent eo die ciues pro concione ad cultum diuorum tutelarium excitari, quibus defensoribus in tot bellorum turbinibus inconcussa steti ciuitas, & virtutes eorum proponi, ad imitandum, si suffragia precum exoptent. Clamãt ipsi Sancti clientibus suis. *Discite ex nobis fidẽ quærendo acquirere, viuendo excolere, moriendo seruare: discite plus peccatum timere, quam gladium, discite propter vitam magis iustitiam amare, quam vitam: fidemq; & timorẽ Dei, quem nos in media belli tribulatione seruauimus, obseruate, ne vos in pace, vel pacis securitate perdatis, cauete ne anchoram spei & religionis, quam nos custodiuimus in fluctu, vos amittatis in portu. Cauete ne vitam bonam, si quando afflictionibus subditam videritis, miseram iudicetis. Cauete ne in arena mundi, in quam ad subeundos agones missi sumus, aliquam felicitatem expectandam putetis: beatitudo parari hic potest, non potest acquiri: non hic quæras, quod hic nullus Sanctorum consummatus vel consummato labore nullus Confessor obtinuit. Non hic quæras, quod nec Christus inuenit, si mundus pacem haberet, gloriam Martyres non haberent: si examinatio non præcederet, tribulationis periret occasio.* Talia ciuibus ea die inculcata, cultum & imitationem Martyrum excitarent, & vrbi certum patrocinium eo anno impetrarent: sicque gratos se clientes inquilini præstarent Dominis, exhibito personali obsequio, nec feloniæ notam incurrerent. Excitet vtinam Matathiam aliquem Deus, qui zelo zelet pro cultu SS. Martyrum instaurando, & augendo: vt diuina in nobis beneficia conseruentur: id vt impetrent ciuitati Diuos, eius tutelares oro supplex obtestorque.

Homil. de S. Blãdina.

Dies festus reliquiarum totius ciuitatis.

Pia ciusdẽ exercitia.

S. Eucher. loc. cit.

Appen-

Appendix ad Vrsulanum Martyrium.

CAPVT I.

De Popardiensibus Martyribus An.142. cæsis, orbiq; hactenus incognitis, biduo ante martyrium à S. Vrsula salutatis.

IAcet inter Bingium, & Confluentiam Bopardia, Romanis Bodobriga dicta, castrum olim Ripariorum militum, vbi sub Antonino Pio circa annum salutis, 142. multi pro fide Christiana Martyres profuso sanguine triumpharunt, hos centum ferè annis ante cæsos (Patrum adhuc vigente memoria) quam S. Vrsula secundo Rheno descenderet, ideoque Sodalitati non ignotos, videtur non quidem excensione facta; sed eminus cum tota congregatione precibus, votis & canticis salutasse: simulque suum ijsdem & sodalium certamen, intra biduum instituendum, ardenter commendasse: sicut Romæ fecisse vidimus: ij verò nobiles Christi pugiles è tenebris in lucẽ, post mille & quingentos ferè annos sunt producendi, vt quoniam eorum hactenus, quod sciam nemo vnus historicorum (cuius libri in manibus sint) meminerit, illorum veneratio, incipiat in ipsa sede martyrij cultu anniuersario, tum porrò per orbem totum propagari. Deinde nequis imperitus rerum æstimator aliquando suspicetur, eos è sodalitate S. Vrsulæ exstitisse; sicut Confluentinorum permulti suos Martyres lib. 9. c. 5. primum luci datos, ab aliquot ætatibus ad eandem congregationem retulerunt, adeoq; nutaret sedes & palæstra certaminis Vrsulani nobis inprimis stabilenda. Atque vt à certioribus & nobis notioribus ad illustranda cetera magis obscura, progrediamur, tria sunt hoc ordine diligenter inuestiganda: vbi, & quanam occasione post mille annorum sepulturam cœlitus sint hi Martyres indicati: quando & quibus cum indicijs reperti & eleuati. Deinde quomodo congruenter sacræ profanæque historiæ passi sub annum 142. videantur: denique quis eis honor habeatur.

Situs Bopardiæ. Martyres ibi cæsi An. 142.

Orbi hactenus incogniti.

Ordior à B. Gertrude filia S. Elisabethæ Landgrauiæ Hassiæ, quæ latentem hunc thesaurum, tunc cum Magistra præesset Parthenoni Aldenbergensi Præmonstratensis disciplinæ, Bopardiensibus peregrinis prima patefecit; sed quia subdubitat Iustus Lipsius, num Aldenburgi, & non potius Kitzingæ virginibus præfuerit, licet id tumulus & funeralis inscriptio satis indicent eo loci, sufficiat cõæuum audire vitæ S. Elisabethæ scriptorem Theodoricum de Apoldia Erfordiensem, qui ait. *Peperit enim filium Hermannum nomine, qui successor patris Lantgrauius Thuringiæ fuit, filiam quoque, quam duxit coniugem Dux Brabantiæ, itemque aliam filiam, quæ in virginitate permanens in Aldenburch cœnobio famulabatur, Domina existens magistra sanctimonialium vsque hodie.*

B Gertrudis filia S. Elisabethæ reuelauit eos. *Lipsius c. 22. Diua Hallensis. Theodoricus de Apoldia. In vita S. Elisabethæ.* Eius filia Magistra in Aldenburch.

Nec mirum, scriptores alios huius filiæ non meminisse, quam vix bimulam mater clam induxit in cœnobium, vt illic vix à lacte depulsa Dei seruitijs assuesceret à teneris: vnde origo monasterij, in quo Martyres isti sunt spiritu prophetico manifestati, & ipsius Gertrudis initia vitæ religiosæ paulò altius sunt repetenda: quæ elegantissimè more suo Browerus noster ita persequitur. *Veteris mensis monasterium colitur degeneri iam trans Rhenum solo à nobili virginum Præmonstratensium cœtu, initijs languidioribus quidem; sed æuo mirificè se roborantibus. Mons quem Parthenon occupat, haud procul oppido VVetzlariæ receptaculum exstitisse dicitur Arnulpho Imperatore firmum olim, nec intutum incolis aduersus Hungaros, Germaniam latè atque atrociter tunc populantes. Inde labentibus annis, vt in vacua possessione vicinis magno certamine montem vindicantibus, euenit, vt rixæ atque discordiæ in perniciem multorũ erumpentis, sedandæ Godefridus vir prisci moris, qui concionabundus agrum illum obibat, sedem in monte illo sibi agitandæ religioni, struendoque domicilio rogaret. Hunc arbi-*

Brouu. l. 16. An. Treuir. 1248. Origo cœnobij huius.

A Godefrido Sacerdote.

arbitrum finiendæ litis partes adsciuerant; quare mutui boni, vt reor, inuidentia, facilè in arbitrum ius quisque suum reiecerunt. Porrò Presbyter insceníso monte, vbi oculis omnia diligenter circumspexit, noctem ibi somno traducens, per quietem sibi videre visus agmen virginum, amictu candido, serta multigenum florum capite gestantium. Hoc viso, aliisque quamplurimis id genus ad cogitata fidentius aggrediendum erectis, sacellum B. Nicolao Pontifici, humili quidem tecto, quod & hodie visitur, illud magna religione collocauit. Nam applicitis huic ædiculæ, quot pro mediocritate licuit, domicilijs, protinus ad Engelbertum Romerstorfij Præmonstratensis cœnobij Abbatem, hunc vt institutas ritè virgines ex sua disciplina in montem transire, atque iactis religionis suæ fundamentis excolere ibi monasticen patiatur, exorat. Engelbertus 6. virginibus è VVulfferbergio parthenone huc proficisci, atque sedem capessere iussis, spem offert Godefrido perficiendi feliciter inchoata. Anni iam aliquot abierant, cum rebus adhuc nutantibus, patronus ereptus, virgines orbas, & magna pressas egestate moriens destituit. Atque hic dum per sedulas atque ingeniosas mulierum operas aliquamdiu victum expediunt, & angustissima domi re quoquo modo se tolerant, denique superantibus inopiæ malis, stat sententia emigrare locis his, & ad aliam stationem tuendæ vitæ concedere: cum in hoc consiliorum æstu versantibus B. Nicolaus sese offert per quietem, auitas monens & electas à Deo sedes ipsa ne desertum irent, cui animum functionesq; suas omnes & labores consecrassent, hunc ne desint alimenta vitæ propagandæ, sat curaturum. Paruerunt cœlesti voci, salubria iuxta, veraq; monenti. Etenim cum rara virginum sanctitas crebram visendi causa nobilium conuenarum illuc manum ad se pelliceret, ignemq; quo ardebant ipsæ, pectoribus item aliorum implicarent, aucta subinde res magnis opum accessionibus; & Conrado Marpurgo Legato Pontificis, vel ante omnes elaborante, cœtus ille castissimus ex molesta paupertatis ærumna vel interuallo respirauit. Memorabile verò illud, nec indignum nostris literis B. Elisabetha Ludouici sexti Landgrauij Hassiæ, & Thuringiæ coniunx, postquam de virginum hic colentium innocentia certior facta à Conrado Legato, præsens persæpe sanctitatem oculis occupasset, maritum perpulit, vt quem vicina partui fructum sponderet, hunc si masculus esset, Romersdorffio, sin femina, Aldenbergensi, quo deloquimur, cœnobio deuoueri non grauatè ferret. Abit ille interim Friderici secundi ductu ad sacræ militiæ capessenda ornamenta: atque dum cruce insignis, religionis propagandæ studio omnes patriæ necessitudines posthabet, Siciliam neque dum præteruectus, Hydrunti 3. Idus Sept. An. 1227. ardentis vi febris oppetijt. Secundum eum tam acerbum casum posuit vterum Elisabetha, atque edita in lucem puella, Gertrudis nomen in baptismo tulit, quam mater rea voti, vt se exsolueret, vix bimulâ informi & pannosa incincta veste, nudisq; pedibus ingrediens, ipsa huc in cœnobium intulit: ac religioni Præmonstratensi consecrauit. Porrò domesticis ac nobilibus viris eam increpantibus, quod puellam regio ortam sanguine, tantis sordibus, ac paupertati insuper extremæ obiceret: locoq; tam ignobili virgunculam tenellam: facessere iussis omnibus, sibi certum diuinis monitis respondit, cœnobium, quod ipsi ab opibus & re male instructum autument, breui non in vectigalium magis, quam perfectarum virtutum exaggeratione incrementa nec inopinata habiturum. Creuit inde virgo deuota, in Christinæ magistræ contubernio, decursoq; per omnigenæ pietatis exercitia 20 annorum spatio, Christinæ morienti ipsa magistra Parthenij cœtus gubernandi suffecta: ac denique annis vndequinquaginta in magistratu consumtis, rebusque monasterij in florentissimum statum adductis, non sine opinione sanctitatis die sacro B. Hippolyti spiritum efflauit, sepulturam aræ magnæ proximam adepta An. 1297. Vnde circiter An. 1226. natam esse colligit Browerus.

Viso cœlesti excitato.

Sex eo transfert Virgines.

Pressas inopia S. Nicolaus solatur.

Augentur opibus.

Nascitur S. Elisabethæ Gertrudis filia.

Bimulam offert monasterio.

Præficitur ei magistra.

Indicat Martyres.

Hæc Gertrudis Popardiensibus cum in Hassia peregrinarentur, Martyres indicauit: sed peregrinationis occasionem præbuit S. Elisabetha recens Sanctis adscripta, locorum istorum thaumaturga: nam cum An. 1231. morienti Christus adstitisset, & dulci symphonia cœlites accinuissent, fama maximorum eius prodigiorum Gregorius 9. prouocatus, in consessu Patrum purpuratorum eam Perusiæ canoni adscripsit: iussitque festum quotannis 13. Cal. Decembris habere diem, quadriennio post mortem eius. Eo nuncio perlato in Germaniam, interesse religionis & publici decoris Imperatori, ceterisque Principibus videbatur, memoriam eius, quibus par erat honoribus efferre. Marpurgum igitur circiter A. 1236. tendit Imperator Fride-

Fridericus II. vbi tertio Martij pro sua in Diuam pietate, eius cineres & ossa leuauit, vsus in eam rem trium Archipræsulum opera, Sigefridi Moguntini, Theodorici Treuirensis, & Henrici Colonien sis teste Lipsio, quibus eam etiam prouinciam summus Pontifex demandarat, qui magna religione sacras exuuias in ornatiorem vrnam transtulerunt. Eo tempore cum è sacro cadauere abundanter oleum emanaret, ingens affluxit languentium multitudo, qui salutarium remediorum fructum retulerunt. Increbuit fama miraculorum, & exciuit Treuiris Mechtildem, oculis, lingua, & auribus simul captam, quæ postquam S. Elisabethæ votum ritè nuncupauit, ilico suis restituta est officijs: quo eodem beneficio Hetwigis femina luminibus orbata, deprecatione S. Elisabethæ visum recepit. Vt minus videri mirum debeat, Bopardienses ciues, Hassiæ ferè confines Marburgum sæpius peregrinos abijsse, sacras vt exuuias has supplices venerarentur: qui cum Fritzlariã eadem opera lustrarent, & Aldenburgum adirẽt, vt viserent tam sanctæ matris sanctam filiam Gertudem Magistram Parthenonis, illa diuinitus inspirata Bopardienses affata monuit: *Ecquid visendis, contingendisque exterorum Sanctorum sacris exuuijs tanta se itinerum molestia fatigarent, qui domesticis abundarent Martyrum cineribus, stare namque fatiscentẽ vetustate propè Bopardiam ædiculam sub mœnibus D. Martino sacram, vbi Sanctorum multas latere conditas sine honore reliquias, neque opus magnis ad eas colendas itinerum laboribus, ac impensis.* Rediere domum ciues fama Martyrum illic conditorum per oppidum dissipata.

Cap. 2. Diua Hallensis.

Peregrinis Bopardiẽsibus.

Interceßit aliquantum temporis medium, cum S. Martini sacellum vetustate concidit, felici ruina, quæ fidem faceret verbis antistitæ Aldenburgensis, & nouos orbi Martyres aperiret. Ergo dum Clerus ciuesq; nondũ immemores latentis apud se thesauri, corrogata per vicina loca stipe, maius templum molirentur, quod Deiparæ, & S. Martini honori consecrarent, ideoque fundamentis in terra iaciendis altius egestis ruderibus humoque insudarent operæ, ecce tibi sacrorum Martyrum corpora singulis disiuncta loculis inueniunt. Vtque memores adhuc monitionis B. Gertrudis minimè de sanctitate cinerum ambigerent, aliud propè monimentum eruunt, in quo nudus gladius condebatur, quem resecto à ceruicibus capite, cruore suo adsperserant, more vt sæpè monui, iam inde ab Ecclesiæ primordijs recepto Christianis, vt instrumenta martyrij cum sacris cineribus conderentur, indicio posteris, quo mortis genere fidei testimonium obsignassent.

Ruina tẽpli S. Martini.

Detegit eorum sepulcra.

Et gladiũ quo necati.

Adiecta fuit epigraphe lapidibus incisa, ad perennitatem operis, quæ sub annum Christi centesimum quadragesimum secundum, cæsos pro Christo indicabat. Sed quia præsentes viri literis eo ipso tempore consignatis testari rem gestam voluerunt, earum copiam ex autentico instrumento transcriptam, & à R. P. Lotzio Prouinciali strictioris Obseruantiæ mihi perhumaniter trasmissam, visum est attexere.

Cum inscriptione anni.

Copia Inuentionis Martyrum Bopardiensium.

Inuentionis instrumentum.

Honorabilibus viris, & in Christo dilectis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archipresbyteris, Pastoribus, siue viceplebanis Cathedralium, siue conuentualium Ecclesiarum, Parochialium, siue Capellarum, aliisque Ecclesiarum Rectoribus vniuersis, ad quos præsens schedula peruenerit.

Hartmannus Præpositus, & Conuentus Ecclesiæ Montis S. Mariæ Bopardiæ, Canonici Ecclesiæ B. Seueri. Ibidem Scultetus, Milites, Scabini, & vniuersitas ciuium ibidem salutem in eo, qui est omnium salus.

CVm Nos iam dudum à multis viris, & mulieribus fide dignis nobis referentibus intellexerimus, quod cum ipsi fuissent apud VVetzlar, Marpurg pro visitandis Sanctorũ reliquijs, & venissent Aldenburgum ad visitandam Venerabilem & Deo dicatam Virginem filiam Beatæ Elisabethæ, audierunt ab ore ipsius, quod iuxta Bopardiam extra muros sita esset capella in honore Beati Martini dicata, vbi multæ Sanctorum reliquiæ requiescerent, & non esset multum necesse ad loca remota pro visitandis

sitandis Sanctorum reliquijs se transferre : Et sic medio tempore, ac iam ad præsens illa capella sit nimia vetustate consumta , & in ruinam deducta , & boni homines ipsam Ecclesiam honestè , decenter , ac opere sumtuoso ad honorem Dei & Beatissimæ suæ genitricis, & Sancti Martini reparare inceperint , ecce in ipsius operis initio, secundum quod prædicta Virgo filia Beatæ Elisabethæ prædixerat , cum foderent in altum , inuenerunt feliciter multa corpora recondita , & in Christo requiescentia, nec non & quendam gladium , in signum martyrij corporum prædictorum , in quodam sarcophago , quo videlicet gladio capitibus amputatis ad Dominum felici martyrio indubitabiliter transmigrarunt ab Anno Dominicæ Incarnationis 142 : sicut ibidem inuentum est in lapidum sculptura sub terra. Datum An. millesimo ducentesimo, octuagesimo. Laurentij Martyris. Infra subscriptus attestor.

Confutatio opinatis à S. Elisabetha Schönaugienſi esse indicatos.

Hactenus apographum inuentionis. Quod vitiatum habuisse virum aliquem doctissimum existimo, qui credidit Martyres illos A. 1200. in octaua S. Laurentij repertos esse & detectos à S. Elisabetha Schönaugiensi, quæ fortè pietatis, vel officij causa in Aldenburch erat, cum ibi Bopardienses peregrinarentur, quam ij etiam fama sanctitatis eius permoti adierunt.

Displicet hac in narratione vniuersè, quod sine ratione, fundamento, teste, vel alio M. S. citato, discedat ab his, quas recitaui literis, cum eas solas laudet. Deinde in specie non probantur tria. Tempus inuentionis mutatum, peregrinatio Bopardiensium anticipata, reuelatio noua S. Elisabethæ Schönaugiensi attributa. Tempus dico inuentionis non placet : quia in literis, syllabis integris, adnotatur hoc modo annus : *Anno millesimo , ducentesimo , octuagesimo , Sancti Laurentij.* at verò à viro hoc , fortè transcriptoris negligentia , to *octuagesimo* mutatur in *octauam Sancti Laurentij*. Vnde cum Anno 1200. putet effossos esse Martyres , quando , nec ipsa mater Sanctæ Elisabethæ nata erat (quam Lipsius loco citato non nisi Anno 1207. putat esse genitam) debuit ad Elisabetham Schönaugiensem refugere , quæ 50. annis ante floruerat , licet laudatis literis id manifestè repugnaret.

Displicet deinde Bopardiensium peregrinatio anticipata : quis enim circiter Annum Domini 1152, quo cœpit Sancta Elisabeth Schönaugiensis clarere spiritu prophetico , meminit peregrinationum è Germania Marburgum è Treuerica ditione institutarum ? Ad quorum Sanctorum reliquias ante Sanctæ Elisabethæ viduæ mortem eo peregrini confluebant ? Demus tamen visitatas ea tempestate Christianorum ad eadem loca peregrinationes , & 40. vel 50. annis post huius Sanctæ Elisabethæ mortem , cum Sancti Martini templum vetustate fatiscceret , nondum immemores illius Sanctorum Martyrum Bopardiæ tumulatorum indicij : quomodo verò credam à Sancta Elisabetha Schönaugiensi talia fuisse Aldenburgi diuinitus præcognita, & denunciata ? Primò enim, quis vnquam historicorum dixit sanctimonialem hanc , quæ ab Anno ætatis 12. Schönaugiæ Sancti Benedicti leges professa , semper ibidem mansit , (nisi cum Angelico monitu iussa Sanctam Hildegardem est vicino in monasterio Bingiensi visere) in Altenburg siue pietatis , siue officij causa ad Sancti Norberti Præmonstratensium asceterium commigrasse ? Deinde commigrasset tamen eo : cur nihil ipsa , quæ sibi factas à Deo de Sanctis præsertim martyribus notitias , & reuelationes singulas adiectis diebus ipsis , quibus acceperat tam diligenter curauit adnotandas , cur inquam nihil huius vspiam meminit , nec Frater eius Egbertus , vel alij vitæ eiusdem scriptores ? Et cur non cùm Schönaugiæ 20. annis vicino in loco (qui vix vnius diei itinere abest Bopardia) degeret, protulit oraculum diuinum ? quid opus eam Aldenburgi tam diffito loco conueniri ? Maneat igitur indubitatum testibus istis auritis, & oculatis fidem adhibendam eius rei , quam recens à filia S. Elisabethæ prædictam audierant: & quæ An. 1280. (cum adhuc superstes eidem Aldenburgensi cœnobio Magistra præsideret) euentu fuit & ipsa Sanctorum Martyrum exhumatione comprobata; quam ijdem cum Magistratu oppidi sacro ciuilique tabulis erectis testantibus rei gestæ seriem, posteritati fideliter transmiserunt.

Stabi-

Martyrij ratio indagatur.

Stabilita iam occasione, modo, loco, & indicijs inuentionis horum Martyrum, ex ijs ipsis facilius licebit necis autores, causas, conuenientiam, ac opportunitatem temporis inuestigare: literati lapides indicarunt in annum 142. incidere, quo rerum potiebatur Antoninus Pius. Susceperant iam tum Bopardienses fidei Christianæ sementem, cum præsidio Romano defenderentur, & tamen Iustinus, qui tunc viuebat, & paulo post Apologiam eidem Imperatori dedicauit, doctrinæ Christi propugnationem etiam extra fines imperij, quo Romanorum potentia vireſq; non permanabat, ita persequitur: *Atqui ne vnum quidem est genus mortalium, siue barbarorum, siue Græcorum, siue etiam aliorum omnium, quocunque appellentur nomine, vel Nomadum domo carentium, vel in tentorijs viuentium, & cum pecoribus vitam tolerantium, inter quos per nomen Crucifixi Iesu supplicationes, & gratiarum actiones Patri fabricatori omnium non fiant.* Nec deerant hic fidei precones: duodecim circiter annis ante obierat S. Maternus Alsatarum, Colonienſium & Rhenani tractus Apostolus, successerat ei Treuiris S. Auspicius, Coloniæ, vt quidam putant, S. Paulinus: qui maximè præsidia Romanorum fidei dogmatibus erudiebant: nec deerant Moguntini post S. Crescentem Sancti Præsules successores, qui proxima Bopardiensibus loca diligenter excoluerunt: vt omnia castella Rhenana præsidijs firmata, vel exeunte primo seculo, vel ineunte altero commodè potuerint fidei rudimentis imbui.

Tempus An. 142. Erant tũc Bopardiæ Christiani. *Iustinus in Dial. cum Tryphone.*

Sed an Imperatorem Antoninum Pium necis autorem faciemus, quem vt Principem laudatissimum, & Christi fidelium studiosum prædicat Tertulianus? Constat quindecim eius primis annis eum satis atrociter Ecclesiam esse persecutum: sub eo Telesphorus Pontifex Romanus *mortem suam*, ait Eusebius *martyrio fecit illustriorem*, Irenæus de eodem ait, *gloriosissimè fecisse martyrium*: vnde Baronius inquit ad An. 152. *Telesphoro iam nece sublato, cuinam inferioris Ordinis Christiano peperisse Gentiles putandum est, sæuit acerbè nimis his temporibus eorum in Christianos furor; nam præter eos, quorum memoria excidit, reperiuntur itidem alij Romæ martyrio coronati. Passus est tunc etiam Alexander Episcopus via Claudia vegesimo ab vrbe milliario. Martyr quoque effectus est Spoleti Pontianus, & alij plures in Italia:* sub his longè plures lib. 5. cap. 9. recensui Christi pugiles variis in regionibus, sub eius dominatu crudeliter interemtos. Nec desunt anni 142. Martyres, quo de agimus; & ipse quidem Romanus Pontifex Xistus: de quo ita Brovverus noster: *In communi orbis penè vniuersi tranquillitate solis esse quietis Christianis haud licuit, legibus etiam tum priscorum Imperatorum contra religionem nostram obtinentibus, & verò Christianos passim per prouincias complures in magna Principis, vt sanè tunc videbatur, indulgentia arreptos ad exsoluendum legibus supplicium, tum ex Martyrum certaminibus, tum ex fastis Ecclesiarum palam fit, vnde nihil opinor hæc narratio continebit absurdi, si quod ratio exigit, Antonini tertio, anno Xistum tradamus per martyrij stadium cursu planè glorioso profectum ad metas.*

Antoninus persequebatur Ecclesiã. *Euseb. l. 4. cap 10. Ireneus l. 3. cap. 4. Baron. A. 154. n. 3.*

Brovver. in Treuir. An. 142.

Nec ergo sane quidquã ab eiusdẽ anni rebus gestis alienum pronunciaro, si tunc à Ripensi præsidio Romanor. Bodobrigæ extra muros dixero Martyres illos trucidatos, cũ vigerent edicta decessorum Imperatorũ nondum antiquata, quibus atrocissimis cruciamentis Christi fideles addicebãtur: vnde Iustinus octennio post, cũ eam sciret vigere passim innocentium Christianorum lanienam, audaci calamo pro ipsis in Apologia contra Antoninum Pium, & Senatum Romanũ scribit: *Nostra quidẽ ratio est à nemine nos quidquam mali pati posse, si non aut malefici conuincamur, aut praui causa cognita iudicemur esse, vos autem occidere quidem potestis, nocere non potestis.* Pergit deinde iniquissima iudicia exerceri vbique in Christianos solita, exprobrare, quod nulla rerum perquisitione, solo nomine, quod Christiani essent, velut iam omnium facinorissimi morte damnarentur. Tum magna dicendi libertate sic Antonino, & persecutoribus denunciat: *Illud autem vobis prædicimus, vos minimè euasuros esse futurum iudicium Dei, si in hac iniquitate perduraueritis; & nos clamabimus, quod Deo gratum, placitumque est, idipsum obtineat, & fiat.* Idem Iustinus de Martyrum eius temporis sub Antonino moriendi alacritate ait:

Iustinus in Apologia.

In Dialogo cum Triphone.

Dum cædimur, lætamur, persuasum habentes, quod excitaturus sit Nos Deus per Christum suum. Addit quomodo sæuiente persecutione magis semper fidelium creuerit multitudo: *Non esse autem, qui exterreat, & in seruitutem redigat nos, qui IESV nomina per fidem dedimus, per terram omnem manifestum est. Quod namque dum gladio percutimur, & in crucem agimur, & bestijs obijcimur, & vinculis, & igne, & tormentis omnibus plectimur, & excruciamur, à professione nostra non discedamus, satis constat, & quanto magis tormenta eiusmodi in nos expediuntur, tanto alij plures fideles, & veræ religionis per nomen Iesu fiunt cultores. Quemadmodum enim si quis vitis amputat fructificantes partes, vt palmites, qui alias floridi & frugiferi profundat ramos, illa proferat, facit, ita in nobis quoque accidit, plantata quippè est à Deo & Saluatore vitis, & vinea populus eius.* Hinc colligo fidem Bopardiæ non omnino exciſam tunc esse, quæ solet post Martyrum profusum sanguinem felicius pullulare, & vberiores germinare fructus, quamuis exscindere funditus eam niterentur, vt idem subijcit: *Non solum ex possessionibus suis Christianorum quisque exigitur, verum etiam in mundo toto nemini eorum viuere permittitur.*

Persecutionibus crescit fides.

Non distulit tamen Deus eam Antonini siue præcipientis, siue dissimulantis & permittentis sæuitiam vlcisci, dum varijs vbique Romanum Imperium afflixit calamitatibus, quas ita Iulius Capitolinus enumerat: *Aduersa huius temporis hæc prouenerunt: Fames, de qua diximus, circi ruina, terræ motus, quo Rhodiorum & Asiæ oppida conciderunt, & Romæ incendium, quod trecentas quadraginta insulas vel domos absumsit. Narbonensis ciuitas, Antiochense oppidum, & Carthaginense forum arsit: fuit & Tiberis inundatio.* Tantis exterritus Antoninus ærumnis, Anno 154. rescripto vetuit deinceps Christianos fidei causa cruciari. Recitat edictum eius Eusebius: vnde qui postremis annis à Tertulliano commendatur à clementia simul & beneuolentia Christi fidelibus exhibita, primis tamen annis Imperij denis quinis satis immaniter Ecclesiam est persecutus. Et sicut in Gallijs permultos alios alibi recensitos, sic & hos Bodobrigæ per præfectos mortis sententia damnauit. Tormenti genus exprimitur capitis diminutio: quod ex truncis corporum & separatis cranijs videntur deprehendisse, præsertim necis appositio instrumento gladio.

Capitol. in Antonino.

Euseb. li. 4. cap. 12.

Numerus Martyrum non adeò magnus videtur fuisse; neque sextum decimum numerũ superant capita. Eorũ, qui reperti sunt: nomina perierunt: nulla enim vel in monimentis inuenta sunt, vel à B. Gertrude manifestata. Eleuatos autem è terra Martyres Deus videtur prodigijs, homines cultu religioso statim honestasse. Nam in templi parte septentrionali sub gradibus lapideis, quibus ad odæum sanctimonialium adscenditur, ara constructa visitur, propè quam fragrantissimus odor percipitur: nam & literis absens & coram retulit P. Pius Bodenheim strictioris Obseruantiæ virginum conscientiæ arbiter, se rei ignarum, occulto pioque impulsu permotum locum adijsse, visumque sibi mentem ibi præcipua spiritus dulcedine recreari, quamuis loci sanctitatem ignoraret. Addit fuisse sedile quoddam olim ibi constitutum, in quo cum homines sub diuinis genibus curuatis inniterentur, & sedes ipsa, quæ hodie superat, & terra subiecta commoueri leuarique videbatur. Florebat tunc Bopardiæ Ioannes Flamingius Presbyter pietate & doctrina, cuius ingenij specimen in fine capitis attexam, is maturo consilio aram erexit ibidem loci, terraque statim in hodiernum vsque diem conquieuit. Ita refert octogenaria superstes sanctimonialis, cui sorores, quæ cum Flaminio vixerunt rei testes oculatæ retulerunt.

Prodigia horũ Martyrum.

Cultus eorundẽ.

Ossa verò Sanctorum Martyrum, & capita multis retro seculis in ara collocantur, ornantur, coluntur concursu Bopardiensium, qui festiuis diebus eo commeant magna frequentia, ducti fida maiorum narratione, spatium illud omne, quod intra crucem prægrandem suburbanam, & S. Martini sacram ædem nunc Martyrum istorum conditorium, intercipitur, olim sanguine Martyrum maduisse.

Sãctimoniales inquilinæ.

Instaurata fuit, vt ante dixi, circa Annum 1280. Ecclesia, exinde quædam feminæ nullis certis adstrictæ legibus ibi Deo piè seruierunt: donec Anno 1489. pridie

Sanctorum

Sanctorum omnium Confluentinæ Virgines Tertiariæ S. Franciſci è monte Beſſelich locum reformarunt, & ad Seraphici Patris præſcriptum cuncta renouarunt: ita teſtatur M. S. codex vetuſtus cœnobij, vernaculo ſermone ſcriptus hoc ſenſu. *An. Domini 1489. ſtatuta ſunt hæc inuiolabiliter obſeruanda in conuentu Religioſarum ſororum S. Martini, quæ ſponte clara voce concordes ſe in domo Capitulari feria ſexta, in vigilia Sanctorum omnium matutinis horis obtulerunt, coram duabus ſororibus montis Beſſelich (quæ mandato Reuerendiſſimi Treuirenſis Archiepiſcopi, de licentia Guardiani Patrum Confluentinorum de obſeruantia eo venerant) ad hunc conuentum promouendum in vitæ religioſæ progreſſu, ſeruato recto ordine & bona reformatione ſecundum inſtitutum, leges & conſuetudines montis Beſſelich, & aliorum religioſorum conuentuum, cum obſeruatione ſanctæ earum regulæ & profeſſionis.* Vrſit hanc reformationem Ioannes II. Archiepiſcopus Treuirenſis, ex Illuſtriſſima Marchionum Badenſium familia, qui anno 1503. deceſſit, cum 57. annis Cathedræ Treuirenſi præſediſſet.

Hæc mihi perſcripta ſæpius, oculis poſtea volui coram vſurpare, & ab incolis, quæ fama & traditione maiorum acceperant, inaudire: vidi locum ſacratiorem, aram ſubiectam gradibus, legi templi inſcriptiones, audiui Virginum & Ciuium narrationes, omnia comperi conſentanea ijs, quæ iam ante ſcripſeram, ſacras etiam Martyrum exuuias piè veneratus, gladium conſpexi, quo cæſi Chriſti pugiles rubigine iam exeſum, cui talis adiecta inſcriptio: *Hic eſt gladius, qui cum his Martyribus inuentus eſt.* Eminet in cranijs omnibus vnum, cuius prægrandis plaga fronti propè dexterum oculum cæſim inflicta exſtat cum hac epigraphe: *Hoc eſt caput Martyris cum gladio repertum.* Superant præterea ſedecim alia crania, horum, vt ſuſpicor potiſſimum Martyrum, aliorum tamen Diuorum inferta reliquijs, quorum ferè nomina ijſdem apponuntur, quæ omnia decenter ornata altaribus imponuntur, à multis retro ſeculis cum gladio rubiginoſo, vt nequeat dubitari, quin hactenus ijs à tempore inuentionis ſit cultus religioſus attributus, licet anniuerſarium diem non habeant: poſſet is tamen ijs menſe Auguſto poſt octauam Aſſumtionis Deiparæ rectè adſignari, quod circa id tempus videantur eſſe inuenti & eleuati.

Inſpectio reliquiarum.

Anniuerſarius dies poſt octauam Aſſumtionis.

Addamus carmen quod Ioannes Flamingus Sacerdos, his Chriſti athletis accinuit, & in tabella membranæ inſcriptum, ac templi parieti affixum reperi: is ſe Boniportuenſem ideò nominat, quod oppidum illud, vt Romanis Bodobriga, ſic ſeculis poſterioribus Boniportum ſit appellatum, hoc etiam nomen retinet in antiquiſſimis cenſuum Archiepiſcopalium Treuirenſium indicibus.

EPIGRAMMA AD PIVM LECTOREM HVIVS CARMINIS Ioannis Flamingi Boniportuenſis.

Multus in hoc quondam Chriſti pro nomine ſanguis
Sanctorum effuſus creditur eſſe loco.
Plura beatorum ſunt corpora ſancta reperta
Sub terra, multos quæ latuere dies.
Inuentumque fuit Latijs epigramma figuris
Inſculptum ſaxo, quod poſuere pij.
Enſis & appoſitus fuerat, quo cæſa feruntur
Corpora ſanctorum quando tulere necem.
Propterea hanc ſacram quicunque intraueris ædem,
Dic precor ætheria luce fruatur Iuo.
Quem cæleſtis amor pietas ac ſancta coegit
In Chriſti laudem hunc ſic reparare locum,
Qui modo neglectus ſenio foret, atque iaceret,
Si pius hunc iterum non renouaſſet Iuo.
Sic igitur longos locus hic veneratur in annos
Vnde Deo laudes perpetuumq; decus.

An. 1516.

Hæc de Popardiensibus Martyribus comperi: quæ vulgare primus hoc etiam nomine volui, vt incolarum & accolarum excitarem studium, ad Martyrum istorum cultum instaurandum, & latius propagandum, ac vestigia traditionesque veteres de ijs accuratius perscrutandas, quo religiosiùs Deus in his Martyribus honoretur.

CAPVT II.

De tempore Martyrij S. Albani aliàs Albini Protomartyris Angliæ, contra Ioannem Maiorem, eiusque translatione facta Coloniam, & miraculis.

Causę duę cur hic de S. Albino tractetur.

DVÆ causæ me, vt de hoc Anglorum Protomartyre dissererem, impulerunt: Altera quod Ioannes Maior, vt lib. 2. vidimus, eius martyrium coniunxerit cum S. Vrsula: Altera, quia cum Sodalitatem Vrsulanam faciamus ante eum martyrio coronatam, mirum videtur, cur tamen S. Albino nomen Protomartyris tribuatur: paucis expediam nodumposteriorem, cùm de priore sit fusius discurrendum, vtque Hibernos præteream S. Mansuetum, & alios, qui antè S. Albanum fecere martyrium, certè Lucius primus, vt creditur, Britanniæ Rex Christianus, & postea concionator Euangelicus, Germaniam sanguine decorauit; qui tamen extra Britanniam pro fide decertauit, 100. ante S. Albanumannis; extra patriam; vnde ipse cum S. Vrsula merito Protomartyris titulum S. Albino concessit, qui primus Britanniæ solum pro fide Christi, sanguine suo purpurauit.

Sitne Angliæ Protomartyr.

Nomen ei Albanus.

Ad nomen eius quod attinet, Gildas, Beda, Vsuardus, & antiquissimi quique eum Albanum nominant, iuxta hoc Venantij Fortunati carmen,

Albanum egregium fœcunda Britannia profert:

Mutationem nominis vnius literæ conuersione factā, in translatione perueſtigabo.

Passus sub Diocletiano.

De anno martyrij controuersatur: id tamen persecutione decima Diocletiani contigisse, nemo præter vnum Ioannem Maiorem in controuersiam vocauit; non Gildas, non Beda, non Vsuardus: quādo idipsū Martyrum fasti Romani disertis verbis exprimunt, vt superuacaneum sit, eum prolixius confutare: aliqua tamen pro stabilienda translatione lux ex sacra temporis historiā nobis est in his tenebris adducenda; perstricto breuiter ante verbis martyrologij Romani loco, temporeque martyrij ad 22. Iulij, quod sic habet: *Verolamij in Britannia S. Albani martyris, qui tempore Diocletiani pro Clerico hospite, quem fuseperat, seipsum tradens, post verbera, & acerba tormenta capite plexus est: passus est etiam cum illo vnus de militibus, qui eum ducebat ad supplicium, qui in via conuersus ad Christum, proprio sanguine meruit baptizari.* ita Martyrolog.

Iuxta Baroniū circa A. Do. 303.

Id quo salutis anno contigerit dubitatur. Baronius refert ad annum Christi 303: fauet Eusebius, qui primis 18. annis Diocletiani, Christianis, ait, extra castra Romamque liberis esse licuisse: ijsdem officia publicè patuisse antè, quam circa An. 302. Cæsareis edictis sacri codices, & diptycha conquisita flammis exurerentur, & templa Christianorum penè omnia vbique terrarum solo æquarentur: sed quia Cardinalis Baronius ante catalogum martyrum, quem contexit, præmonet, se eorum tantum eo loci velle facere mentionem, quorum martyria nulla certi temporis nota insigniuntur, (quos inter etiam S. Albanum numerat) satis indicat in medio se relinquire; quo præcisè putetur anno martyrium subijsse: id verò ex Britannorum traditione, vel libris, vbi passus est, quàm aliunde facilius & certius eruetur.

Fauet ratio Eusebij.

Qui circa A. 286 faciunt eum Martyrē.

V. Beda circa An. Dom. 286. factum insinuat, postea, quam Maximianus à Diocletiano consors imperij est declaratus: cui Surius ad 22. Iunij: Canisius in Martyrologio, alijque adstipulantur: præsertim Cœnobitæ S. Pantaleonis An. 1502.

libello

libello suo. Eo fuisse anno longè immanissimam fidelium persecutionem testantur Thebæi martyres Agauni, Treuiris, Coloniæ, Bonnæ, & Sanctis crudeliter trucidati, vt fusè contra varios scriptores demonstrat ad eum Annum Annal. Treuirensium Brovverus noster. Nec putes Romæ tantum S. Sebastianum & alios; ac in castris, vt Eusebius vult, quosdam esse interfectos: tunc enim eodem Octobri mense, Præside Rictiovaro Treuiris triduo sæuitum est, Consule Palmachio, Senatoribus Christianis, Clero, & innumera populi multitudine crudeliter interemtis, vt Mosella puniceo nitescens colore decem passuum millia sanguinolentus ferit, vt probat Brovverus dicto anno 286, qui de eius exordio ac Diocletiani, Maximianique in Christianos odio sic folio 217. libri tertij loquitur: *Enimuero emergentibus alijs super alia bellorum tumultibus, cum ambo pari flagrarent Christiani nominis odio, quamprimum animaduertendi grauissimis supplicijs in veram religionem res dedit facultatem: hanc vt ne amitterent, egregiam malis artibus adhibuere solertiam, testatique sunt, quàm ferales, funestosque deinceps esset habitura tyrannos, quos in certaminis ipsa prolusione Ecclesia sensisset tam immites:* ita primo Maximiani Imperij anno Romæ S. Sebastianus multis cum alijs teste ipso Baronio; S. Mauritius cum suis diuersis in locis, & Treuiris ciues innumeri sunt trucidati pro fide, & vt scribit Beda, S. Albanus in Anglia triumphauit, Imperatore tunc Treuiris considente, vnde in Gallias, & Britanniam non difficulter sanguinaria mandata contra Christianos expediuit, quæ hic gesta in Gallijs & Britannia facilè potuit Eusebius Græcus ignorare: Idem tenent Annales Anglo-Saxonici, & Latini Asserio Meneuensi attributi, Thomas Redournus senior in minore Chronico, Ioannes Tinmuthensis & Capgrauius in vita S. Albani, Sarisberiense Breuiarium, Annales Combenses: apud Vsserium.

Sæuissima tunc persecutio.

Etiam in exteros & ciues Treuiris sæuitum est.

Maximiano præsente.

Vsserius de Brit. Eccle. c. 7. A. 166.

Latuit deinde sacrum martyris corpus centum quadraginta tribus annis, autore Nicolao Harpsfeldio: donec Cœlestinus Papa S. Germanum misit in Britanniã: verba Prosperi Aquitani coæui S. Germani; & Mariani Scoti in Chronico sunt: *Florentio & Dionysio Coss. ad actionem Palladij Diaconi, Cœlestinus Papa Germanum Altisiodorensem Episcopum vice sua mittit, & deturbatis Hæreticis Britannos ad Catholicam fidem dirigit.* Id rectè Baronius & Brovverus noster cum alijs dicunt An. 429. contigisse, quibus annis, si demas centum quadraginta tres, quibus in tumulo latuit, resultat Christi annus 286, quo martyrium verosimiliter pertulit, vt potius Prospero Galliæ Episcopo, & coæuo credendum de profectione S. Germani Galliarum Episcopi, quam Bedæ, qui trecentis ferè annis post scripsit & An. 446. ab Episcopis Galliæ, non autem à Cœlestino Papa eo missum putauit.

Nic. Harpsfeld. c. 9. Hist. Anglic.

Cœlestinus S. Germanum mittit in Britanniã. A. 429.

Sed quia Colonienses Cœnobitæ insignis S. Benedicti Abbatiæ Diui Pantaleonis merito à 663. annis vindicant sibi Protomartyris S. Albini corporis possessionem, huius traditionis veritas, translationisque probabilitas ad laudem Protomartyris huius, & ipsius Angliæ, nobis est stabilienda. Addidi Angliæ: quid enim de vllius regionis Protomartyre dici gloriosius potest, quam post 1361. annos martyrij, corpus incorruptum hodie permanere, & quotidianis clarere miraculis, quorum quingenta vno tempore memorantur accidisse? vt rectè Nicolaus Harpsfeldius cap. 9. dicat: *Ea si Colonienſium lipsana nostri seu Anglici Albani sint, ad diuinæ, & gloriæ Albani maiorem amplificationem, & hoc quoque quasi luculenta accessio adiungatur: nec illud impedire, quin vera sint, quæ de eo proferuntur in nostro Albanensi monasterio patrata miracula.*

Libellus quem Cœnobitæ Colonienses S. Pantaleonis ad regem Angliæ Henricum An. 1502. dederunt, testatur sacras S. Albani à S. Germano Romam esse delatas è Britannia: cui subscribit Surius 22. Junij: idque reperi in vetustissimo membraneo codice ante multa secula conscripto his verbis recenseri: *Confirmatis in fide Britonibus, reditumque iam properantibus Ecclesiasticis sacerdotibus; susceptis quoque pro benedictione S. Martyris Albini reliquijs, cum tendentes Romam attigissent Rauennam, à Valentiniano Imperatore susceptæ sunt honorificè. Sancto autem Germano ibidem ad Christum migrante, prædicti martyris reliquiæ Romam delatæ* (addunt cœnobitæ S. Pantaleonis à Placidia) *maxima veneratione sunt habitæ, vsque quo monarchiam Otto tertius*

transfert in Italiam S. Albini.

obtinuit: hæc traditio non caret fundamento, si Gallici, & Britannici scriptores veteres, & recentiores inspiciantur.

Constat S. Prosperi, Constantij, Bedæ, Baronij, Harpsfeldij omnium veterum, & recentiorum consensu S. Germanum non tantum in Britanniam bis profectum esse; sed & certis testibus eum primum omnium S. Albani tumulum reseraſſe; & hoc quidem postea, quam prouocatis in certamen publicum Pelagianis eos elingues, confutatis erroribus cum grata populi frequentissimi admurmuratione reddidisset. Tunc enim cum S. Lupo Trecensi Præsule grates Martyri habiturus, eius tumulum solenni ceremonia veneratus, voluit, teste Beda c.18. & Westmonasterensi lib.1.cap.18. aperiri: vt non abhorreat à temporis historia, si Clerus Britonum maximam ei reliquiarum partem obtulerit, quem sciebat cupidissimum fuisse sacrorum cinerum, quos secum, quocunque incedebat, deferebat: nec ingratus ipse fuit: qui teste Beda, & alijs, sanctorum omnium Apostolorum, & Martyrum aliorum, quas secum habebat, reliquijs, eundem S. Albani tumulum decorauit: clarè id & disertis testatur verbis doctissimus Angliæ scriptor Nicolaus Harpsfeldius cum cap. 20. ita ait: *Sepulcrum Beati martyris adiere SS. Antistites* (Germanus & Lupus) *per eum Deo gratias reddituri: Inde* ET PARTEM RELIQVIARVM MARTYRIS, *massamque pulueris adhuc de Martyris sanguine rubentem secum apportarunt, martyrumque reliquias, & ipsi intulere*: quod eo verosimilius apparebit; quo plures SS. Apostolorum reliquias eidem tumulo scribitur indidisse: eas ita S. Germani coæuus Constantius Episcopus enumerat in vita eius: *Germanus omnium Apostolor. diuersorumque Martyrum reliquias apud se habens, iussit reuelli sepulcrum* (S. Albani) *pretiosa ibi munera conditurus, opportunum, vt membra sanctorum ex diuersis regionibus collecta, quos pares meritis receperat cœlum, sepulcri quoque vnum haberet hospitium, quibus depositis, honorificeq; sociatis, de loco ipso, vbi B. Martyris effusus fuerat sanguis, massam pulueris secum portaturus abstulit, in qua apparebat cruor seruato rubore martyrum cædem persecutore pallente.* Eadem ferè verba recitat Beda cap.18. sed paucis Henricus Huntinton. *petensque sepulcrum S. Albani, reliquias in ipso diuersorum martyrum imposuit, massamque pulueris adhuc rubentis sanguine martyris secum portaturus abstulit.* Nihil hi quidem de parte corporis tunc sublata, vt Harpsfeldius asserit, meminerunt: nec tamen id factum negant: neque sanè noui quid, & inusitati narrassent; illud tamen prodigium præterire non debuerunt; centum quadraginta annis post cædem, terram adhuc sanguine coloratam exstitisse, & vt præcones istius prodigij essent, secum eam ex Britannia detulisse. Quid si dicamus cum altera vice recrudescente Pelagiana Hæresi in Britanniam à Britonibus vltro accersiretur, vt factum esse omnes consentiunt: quid si tunc grati viro, muneris loco donarint corporis magnam partem; quem viderant nuper tam auidè, & piè terram rubentem sanguine martyris colligentem?

Primus aperit tumulum eius.

Accipit inde partē corporis & terram adhuc cruentam.

Constātius in vita S. Germani.

Indit S. Albani tumulo reliquias SS. Apostol.

Beda c.18.

Huntintonienſis.

Ita non repugnat temporis historiæ, nec seculi ipsius scriptoribus Gallicanis: & tam vetustioribus, quam recentioribus Angliæ monimentis, si ea translatio dicatur S. Germani tempore accidisse, vt tam traditio, quam M.S. antiquissimum Colonienſe asserit: nunc quomodo verosimilie sit, per eundem eas sacras exuuias in Italiam venisse, discutiamus. Beda, Constantius, Greg. Turonensis, Baronius, & alij testantur, S. Germanum in Gallias è Britannia reducem, inde in Italiam profectum, & Rauennæ, vt communior, & verior habet opinio, vel vt Greg. Turonens. lib. de gloria Confes. cap. 40. putauit, Romæ decessisse; nam vir sanctissimus, vt alibi dixi, qua erat mansuetudine, & studio succurrendi miseris, vt Aremoricos populos seruaret, quos Aëtius Alemannis comprimendos obtulerat; cum iniecta manu freno equi Regis Barbarorum totum diuinitus stitisset exercitum, & comitate sua, cœlestique eloquentia persuasisset, supplicibus, vt parceret, Rauennam ad Valentinianum Imperatorem, eiusque matrem Placidiam profectus est, vt Aremoricos eis reconciliaret; nec tamen sine reliquijs: nam cum multis ibi patratis miraculis, asinoque suo, quo primum decrepitus vtebatur mortuo, ac redanimato inclaruisset; breuique post obijsset; dum varij, vt fit, varia diripiunt, Regina Placidia, quæ non ita

Pergit in Italiam.

Causa profectionis.

pridem

pridem scutellam ligneam cum pane cibario à viro Sancto missam magni muneris loco receperat,& argento vestierat;capsam reliquiarum eius abstulit : ita enim de ea Constantius Episcopus ait : *Solius benedictionis heres capsulam cum sanctis reliquijs regina susscipit.* Quid si tunc etiam maximam incorrupti S. Albani corporis partem secum detulit , vti vidimus eum SS. Apostolorum , & Martyrum exuuias passim deportasse;munus forte regium,quo facilius Valentiniani Cæsaris animum Aremoricis infensum placaret,eumque cum matre Placidia ad cultum Sanctorum exstimularet?quando ea postea enituit in Regina pietas,vt omnes voluerit viri sancti reliquias cum capsula,vt mnemosynon sanctitatis apud se retinere: ita Rauennâ Romam à Placidia S. Albanum transportatum, rectè Cœnobitæ S.Pantaleonis asseruerunt; consentitque M.S. Crucigerorum : sed huic videtur narrationi officere , quod Nicolaus Harpsfeldius cap. 9. & ante eum Matthæus Parisiensis, & Westmonasterienſis dicant, denuò Protomartyris reliquias circiter 344. annos in terra delituisse,donec ab Offa Rege Angliæ diuino monitu patefactæ,lucem iterum adspexere,condito ibidem Albanensi cœnobio, multis postea S. Albani miraculis celebrato. Demus reliquias socij martyris,& S. Albani (vt infra dicam) femora,tibias, plantas cum alijs SS. Apostolorum Martyriumque exuuijs, quas illic S.Germanus deposuerat,repertas esse : Voluerit etiam Deus ad præsentiam reliquorum ibi S. Albani ossium , & terræ sanguine ipsius rubricatæ miranda patrare: quid repugnat; si & alibi, vbi corpus apodos, & incorruptum adseruabatur, ad quingenta vno tempore fecerit miracula?

Secum defert reliquias. Eas accipit Placidia Regina.

Offa Rex partem relictã corporis S. Albini reperit.

Iam quomodo Roma Coloniam venerit S. Albanus cum nominis conuersione videamus:ante tamen quædam de Theophaniæ,quæ eum transtulit,pietate, & temporis ratione præmittemus. Fuit ea natione Græca, quæ An. 970. vel 971. Ottoni II. à Ioanne Pontifice sacris ritibus coniuncta,& imperatrix est coronata : verſabatur eadem An. 983. Romæ tunc,cum Otto II. octauo idus Decembris, vt Ditmarus ait,decederet. Commendat eximiam eius in maritum pietatem æqualis eius;vitæ S. Adelberti scriptor,qui Romæ etiam erat apud Baron. his verbis : *Longos ait fleuit dies sepulti coniugis memoriam,dulcem Ottonem eleemosynis , & orationibus cælo commendat ; sed peccatum quod viuens Otto neglexit,mortuo marito vxor superstes emendare instabat. Legatos mittit,vt eleemosynas, orationes multorum quærens , per quos propitium Redemtorem appellaret,& peccatorem Regem ab incendio liberaret : hæc cum sanctum virum adesse cognouit Adelbertum nominatissimum Episcopum,clam ad se vocat , orans , vt pro anima senioris rogaret,massam argenteam obtulit ingentem.* ita vitæ autor. Nec potuit sanè Theophaniæ facultas deesse reliquias optatas à Pontifice Maximo obtinendi,quando Imperatores Romæ,& Italiæ dominabantur;præsertim verò cum anno postero 984. Ottonis II. Archigrammatæus, Petrus Papiensis Episcopus ad Apostolicum apicem promoueretur: quid non eo Pontifice iam in Germaniam discessura Theophania mater,vel filius Otto tertius recens inauguratus Rex Romanorum impetraret?Illa inquam, quæ honestissimis curabat filium moribus imbuere, quæ filias etiam tres ita ad amorem virginitatis erudijt, vt illam illibatam seruarint, duæque illarum professæ Monasticen,Christo se sponso consecrarint, autore Ditmaro,& Baronio,& quoniam S. Albani sacrum corpus præcipuo affectu venerabatur, Ordinisq; S. Benedicti, perquam erat studiosa,ob fratrem suum S. Gregorium, primum propè Aquisgranum Abbatem Porcetanum , in reliquis verò asceterijs, cum S. Pantaleonis cœnobitas ob B. Brunonem affinem suum loci fundatorem singulari amore prosequeretur; apud eos voluit sacrum hoc pignus perpetuum remanere,hinc aurea capitis sui corona Martyrem velut aureola redimiuit , suumque voluit propè aram eiusdem cadauer tumulari,cum decederet Neomagi,vt Ditmarus vult:quando etiam Coloniam delata,præsente Ottone III. filio in D. Pantaleonis,augustum reperit & eleuatius à terra mausoleum.

Theophania transfert Coloniam.

Occasio impetrandi Reliquias.

Cur in S. Pantaleonis eas deponi voluerit.

Lib. 4. f. 38.

Quæ res varias sententias, & errores peperit circa tempus translationis Româ Coloniã vsque:nam sacrarium Colonienſe eam factam esse A. 991. quo mortua est,existimat:quam fluxisse inde puto,quod translatis ad S. Pantaleonem reliquijs, volucrit

Sententiæ variæ de tempore trãslationis Romæ Coloniã factæ.

1. An. 991.

voluerit propè eas tunc sepeliri: potuere tamē sexennio ante sacræ defertæ exuuiæ, quā Augusta moreretur: nec tamē hāc opinionē omni puto destitui probabilitate: cum potuisse tunc fieri vel ex Baronio colligas, qui Theophaniam ait, An. 989. Romam è Germania repente aduolasse, vt Italiæ principes in officio contineret: filioque (cuius pueritiā despiciebant) fideles perseuerarent: sicq; rebelles comprimeret: Substitit ibi per biennium ad annum vsque 991. quo vt Lambertus habet, decessit: potuit igitur tunc, quando summa cum potestate versabatur in Italia, facilè sacrum pignus & obtinere, & transportare: sed nullus huic sententiæ, quem legerim testis, nec traditio suffragatur.

2. Sententia circa An. 1000.

Alij ad millesimum annum Christi transtulerunt, quæ sententia Canisio nostro placuit in martyrologio, eamque reperi in varijs M. SS. apud Patres Carthusianos, & Pantaleonitas: hanc inde suspicor opinionem dimanasse, quod Romæ dicatur corpus ad monarchiam vsque Ottonis III. quieuisse: cum verò Otto III. non nisi An. 996. sit Romæ à Gregor. V. coronatus, ideo ij ad millesimum, cum is in Germaniam redijt, translationem distulerunt: at tunc Theophania pridē obierat, quæ petierat propè Martyris reliquias tumulari: vnde quod ad monarchiam Ottonis attinet (cuius quoddam M. S. meminit) accipe de tempore, quo fuit Aquisgrani coronatus, & anni Imperij eius cœperunt numerari: siue id ad An. 983. referas, siue cum Baronio, & Lamberto, ad An. 984. quando existimo factam esse à Theophania reliquiarum translationem: nam cum eo anno (vt ex MS. Browerus noster fusè narrat) Bauariæ Dux Henricus spreta Ottonis III. pueritia affectaret imperium, ij qui fide, & obsequio meliores erant inter proceres, secuti Ottonem, sollicitatis potentiorum animis ad conciliandam puero autoritatem, Adelheidem auiam, amitam Mathildem, & Theophaniam matrem cum delecto Procerum robore ex Italia accersiuere, quæ comitata Italorum, Franciæ, Sueuiæ, & Lotharingici generis armato milite, & Saxonum Thuringorumque occursu exceptæ, vbi adfuere; Conradi Burgundiæ Regis alteriusque Conradi Franconię ducis auspicijs, eum intulere partibus desperationis metum, vt dilapsis coniuratis Henricus Dux, auiæ, matri, amitæ, proceribusque puerum Regem sisteret.

An. 984. translatio facta. *Lib. 10. in An. Treui. p. 599.*

Erat Romę Theophania.

Venit in Germaniam.

Hic videtur annus 984. commodissimus ad translationem reliquiarum, quas à Pontifice Maximo Ioanni XIV, Archigrammateo nuper Imperatoris, facilè impetrarit, & eo tempore, quo monarchiam inchoabat Otto, Coloniam attulit, vt supra ex M. S. dixi. consentit tempus primum eleuationis, quod An. 1186. accidit, in cuius narratione, vt infra videbimus, dicitur: *Pannū, cui sacrum corpus inuolutum fuit, ducentis & sex annis incorruptum, & niuis instar candidum perdurasse attestantibus cunctis*, quod tempus propius accedit ad reditum Romanum Theophaniæ, sub A. 984. vel 983, quo potuit Romæ corpus donatum esse Theophaniæ, & ab ipsa eo panno Romæ obuolutum, nullo vero modo cum aliorum sententijs congruit. Sed quid Serario respondebimus, qui ex M. S. vt infra dicemus, An. 986. vult eam factam translationem, & nominis mutata vna litera conuersionem? an mendum irrepsit in numerum? an quia autores, vt solent, variant in morte Ottonis II. vel reditu Theophaniæ? an etiam, quia licet biennio facta citius translatio sit, cum tamen miraculorum increbresceret multitudo, non nisi A. 986. Willegesus ab Ottone III. quem coronarat, & Teophania matre obtinuit nominis S. Albani mutationem? Vnus restat nodus circa alteram eleuationem, An. 1327. factam, quando triennio publicitus ob tot prodigiorum centurias sacrum corpus exponebatur: nam id accidisse ponitur, *trecentis quinquaginta annis postea*, quam eò delatæ sunt reliquiæ, & *mille ac viginti post martyrium annis*. R. Numerum hic sumi rotundum, & nobiliorem, licet annis septem maiorem: tantum enim anni 343. effluxerant à translatione: alias dicendū esset, An. 977. Ottonem cum Theophania in Italia fuisse, qui eo anno in Bojaria & Bohemia, postea in Francia bellis distinebatur (vt Lamberti Chronicon ait) & non nisi An. 980 in Italiam contendit. Pari ratione à tempore martyrij perfectior numerus acceptus, qui secundum Baronij supputationem annorum mille, & viginti quatuor erat, secundū nostrum, & Bedæ calculū mille, & triginta octo: vnde prudēter Surius, vt declinaret minutias, *supra mille annos*, ait, à *martyrio effluxisse*. Satis

Traditio loci.

Obiectio prima. Serarius vult An. 986. nomē S. Albani mutatum esse.

Obiectio altera.

Satis opinor ex dictis colligitur, libratis ante sententiarum omnium momentis, non nisi anno 984. eam Roma factam esse per Theophaniam translationem, quo tempore Otto tertius impubes, defuncto Patre, teste Lamberto, & Baronio, monarchiam auspicatus est, & ab Henrico Duce captiuus detinebatur, Theophania Româ in Germaniam vocabatur: pietas etiam Augustæ facilè à Pontifice Max. eius studiosissimo obtinuit, vt cum maritum Romæ in S. Petro tumulatum relinqueret, inde S. Albanum Martyrem adhuc incorruptum secum deferret, prope cuius aram moriens conderetur; quando huic sententiæ constans loci traditio, quam proximè suffragatur: nunc ipsum translationis modum, viam, & quæ memoranda in ea Coloniam vsque acciderint, ex autographo proximè ea tempora summa fide exarato memoremus. Quam ita M.S. S. Pantaleonis narrat accidisse. Conclusio. Translatio.

Hæc igitur (Theophania) *à Præsule Romano prædicti Martyris reliquijs impetratis, Italiæque finibus translapsis, cum transitum conaretur in Alpibus summis ; equus exuuiarum sanctarum baiulus, repentè corruit, & per præceps deuolutus, in montis radicibus substitit; qui cum imperatricis, & omnium, qui aderant mœrore quæreretur, & iam minutatim disruptus æstimaretur, sanus, & incolumis repertus est in vallibus imis, vbi nunc Ecclesia in honore Sancti Albini constructa est, & digno honore eius festiuitas colitur, & martyrium celebri memoria veneratur, quæ Selynon dicitur, illæsis etiam, vbi reliquiæ viri Sancti condebantur, scrinijs. Gratiarum igitur actione pro miraculo viso celebrata, iter accelerauerunt, prosperoque cursu Moguntiacum venerunt, vbi licet eiusdem sedis Antistes Augustam cum memoria Martyris venerabiliter excepisset ; donarijs quoque non spernendis honorasset, verebatur tamen & autoritate Regia, & martyris memoria recens adducti cognatione vocabuli, sui martyris Albani gloriam exterminari : nam vterque eorum vocabatur Albanus : hunc ergò martyrem nostrum Albinum vocari obnixè petijt, & cum Optimatum regni consilio simul, & auxilio impetrauit. Sic Imperatrix deuota demum voti compos Coloniam venit, & in loco vbi adhuc veneratur, deposuit, vmbraculumque capitis sui superposuit: sibique post obitum ante ipsum altare sicut hodieque cernere licet, sepulcrum construi iussit.* Hactenus M.S. Codex loci. Erat ea tempestate Moguntiæ Archipræsul Willegisus, carpentario parente natus, qui rotam primus Electoralibus insignibus indidit, quam Moguntini præsules hodieque retinent. is Ottonis partibus studuerat, quem Aquisgrani etiam coronarat Regem, vt Ditmarus & Baron. autor est: facilè is ab imperatore nouo, matreque Theophania illam nominis conuersionem obtinuit: rem gestam paucis in Moguntia sua Serarius noster exsequitur. *An. 986. translatas à Theophania Augusta S. Albani Martyris reliquias Coloniam refert M.S. Codex: sed cum Moguntiæ hærerent, peruicisse precibus VVilligisum, ne domestici martyris Albanum nomen, vel cum illo confunderetur, vel obscuraretur, vt aduena ille vocaretur Albinus.* Confirmat vero autor M.S. Colonienſis ea, quæ narrauit autoritate Romanorum, vnde eius scriptionis antiquitatem licet conijcere : ita enim subdit : *Postea verò cum Litaniæ solenniter cum Sanctorum reliquijs celebrarentur, & Apostolicus Leo simul, & Imperator Henricus cum eiusdem sedis præsule Herimanno præsentes haberentur, hunc, de quo agimus, proprium suum Martyrem à Romanis appellari audiuimus, Romæque ab Ecclesiæ Apostolicæ ædituo eadem ipsi percepimus. Hæc sunt, quæ ex maiorum relatione memoriæ nostræ non exciderunt, & passim in annalibus reperta ad exaranda cetera nos animarunt.* Fuit Leo nonus, circiter annum Christi 1050. Coloniæ, quando coæuus ei vitæ scriptor, ait, multa Cathedrali Colonienſi Ecclesiæ ab ipso data esse priuilegia, septem ibidem institutis Cardinalibus : Circa idem ferè tempus Herimannus Archiepiscopus Henrici Imperatoris filum Baptismo initiauit.

Miraculū. VVillegisus ex Carpentario elector. *Ditmarus Chro. l. 3. Baron. An. 983. Serar. li. 2. Mog. f. 716.* Impetrat mutationē nominis Albani in Albinum.

Cœpit interim S. Albinus magnis Coloniæ clarere miraculis, quorum fama cum Angliam peruasisset, nunquam Britanni gloriam Protomartyris sui exteris concedere voluerunt, quem negabant vnquam patriam suam deseruisse. Fecit ea contentio, vt Henricus S. Pantaleonis Cœnobiarcha lipsanothecam adierit, vt accuratius sacras exuuias scrutaretur : sed ab oculato teste scriptore eleuationis è M.S. loci fideliter rem gestam narratam audiamus : *Siquidem patefacto debita cum reuerentia loculo exterius argenteo, licet vili opere adoperto, ligneus fortiter munitus intus*

Eleuatio prima S. Albani.

Corporis integritas.

prater

præter spem inuentus est, qui & ipse dissolutus pretiosas protomartyris Britanniæ reliquias nobis exhibuit, caput videlicet cum barba, ceruicem adhuc sanguine passionis infectam, brachia, & manus, scapulas pelle, & carnibus contectas, pectus cum costis laterum, & spina dorsi, ac renibus. Ceterùm inferiora illa, coxas scilicet, tibias, crura, & pedes, nec nos habere, nec antecessores habuisse deprehendimus: sed partes illas in partibus Britanniæ remansisse certa fide & credimus, & diximus: pannus etiam quo sacrum corpus tegebatur candidus fuit, ad instar niuis, & incorruptus, sicut ea die fuisset impositus, attestantibus cunctis, qui aderant, ipsum ducentis, & sex annis durasse. Odor suauissimus, qui in reuelationibus sacrorum corporum familiariter adesse solet, non defuit: quo cuncti adstantes ita refecti sunt, vt constaret eis, habere se & videre vnum ex numero eorum, qui in vita, & in morte Christi bonus odor sunt in omni loco. Acta sunt hæc An. 1186. sub Philippo Colonienſi Archiepiscopo & Abbate nostro Henrico. Hactenus M.S. codex, ex quo pleraque desumsere loci cœnobitæ in libello An. 1502. typis vulgato, & Regi Angliæ dedicato, quo probant Coloniam factam esse eam translationem.

Quæ pars manserit, in Britannia.

Odor suauissimus.

2. Eleuatio.

Et quoniam, vt ibidem asseritur, iterum hic fuit sacrum corpus reclusum, nouæ facta est alio seculo eleuatio, qua solenni pompa ipsi populo sacræ, & incorruptæ monstratæ reliquiæ sunt, quas Deus tum magnis prodigijs decorauit. De qua ita lego in M. S. Carthusianorum Coloniæ: *Vbi* (in monasterio Sancti Pantaleonis) *postquam quieuissent trecentis, & quinquaginta annis, & transactis à passione eius mille viginti annis, Dei nutu propter causam euidentem à capsa exceptæ, populo fideli ad excitandam deuotionem, vt in Sancto suo honorificaretur Deus, ad videndum ostendebantur: quæ adeò pretiosæ videbantur, & recentes ac si non longo temporis interuallo mortem subijsset temporalem &c. à Dominica igitur die ante festum Natiuitatis B. Ioannis Baptistæ Anno Domini 1327, vsque ad annum 1330. eius sacræ reliquiæ publicè ostendebantur: vt multi paralytici, claudi cruribus, incuruati, cæci nati, multi dæmoniaci, mànici, febricantes, & diuersis alijs languoribus oppressi, & plures mortui, & aquis suffocati ad minimum quingentarum, & amplius personarum vtriusque sexus, meritis Sancti Albani Martyris, per diuinam largitatem sint curati: non solum autem languoribus hominum, sed etiam in palefredis equis, ac iumentis curationis & sospitatis gratia multipliciter testimonio multorum fide dignorum est ostensa.*

Miracula quingenta.

Hic error quidam notandus, qui in Surium & M. SS. quosdam Sancti Pantaleonis, Carthusiæ Colonienſis, editosque libros alios irrepsit: dum scriptor priorem cum hac posteriore confundit eleuationem: & 140. annis ideò deuiauit: nam in ijs, & vna tantum recitatur eleuatio; eaque tempore Philippi Heinsbergenſis Archiepiscopi, Abbatisque Henrici scribitur contigisse, qui circiter Annum 1186. floruerunt: annus autem salutis exprimitur 1327. Occasio erroris fuit, quod in priore eleuatione nomen Archiepiscopi, & Cœnobiarchæ adnotatus esset, solus verò salutis annus in posteriore scribitur, Archipræsulis, & Archimandritæ nomine prætermisso: deinde vtraque in narratione ijsdem penè verbis corporis incorrupti constitutio, partesque singulæ, quæ repertæ sunt memorantur: vnde librarius eandem credidit esse, & omissa corporis inuenti iterata descriptione, adiectis vero nominibus Archiepiscopi & Abbatis, vt vnam recitat, in qua narrat prodigia statim euenisse; cum vetustissimus S. Pantaleonis Codex ante posteriorem factam scriptus, nullius miraculi nisi odoris prodigiosi meminerit, velitque statim signatas, & reclusas reliquias; nec Cellario quidem domus (qui aberat) eas ostensas esse, contra, quam in posteriore accidit sub An. 1327. quando triennio toto corpus ob quotidiana miracula exponi in feretro eleuatiore populo debuit, quorum ad quingenta fuisse perhibentur. Hanc meam opinationem confirmat M. S. vetus Patrum Crucigerorum postea à me repertum, quod Sancti Albini translationem & duplicem eleuationem his verbis narrat: *Notandum quod reliquiæ Sancti Albini primò translatæ fuerint à Beato Germano in vrbem Romanam, & postea per Imperatricem Theophaniam à Roma Coloniam, vbi postquam quieuissent annos 350. (error est, rectiùs scripseris*

Error vetus detegitur.

scripseris 208.) *Dei nutu à capsa vetere excepta, & in aliam reposita sunt. Item ab Anno Domini* 1327. *vsque ad* 1330. *reliquiæ publicè ostendebantur.* Cuius monere lectorem debui, vt stet sua translationis veritas, & Chronologiæ certitudo: quæ cum vacillarit hactenus, centum pluribusque annis; fides translationis, & eleuationum minuebatur.

Recondito iterum A. 1330. sacro corpore, non desijt tamen Deus in hunc vsque annum prodigia Protomartyris huius Angliæ meritis operari; licet incuria seculorum priorum ea literis nõ consignarit: cũ R.mo tamẽ loci Prælato. Ægidio Romano egi, vt quæ recens nostra memoria miranda contigerunt, fidis qui superant, auditis testibus; tabulis consignentur. Is mihi etiam pro insigni humanitate, & studio cultus Martyris huius propagandi curauit, ipsas coram reliquias aliquoties exhiberi. Nescio an iucundius, & ad fidem orthodoxam stabiliendam aptius spectaculum oculi mei hauserint: vidi magno animi gaudio, non sine sacro ad tale prodigium stupore venerandum caput, vndique carne, cuteque circumdatum: glabrum tamen: nam quod trecentis abhinc annis barbitium cum brachijs, sacri corporis repertum est, alijs donatum locis, cum ijsdem existimo: cum apud Machabæiticas Virgines Coloniæ os vnum S. Albini carne satis crassa, & cute circumseptum viderim alias. Facies etiam carne vestitur: palpebræ reconditis introrsum oculorum orbibus apparent clausæ: nasus extremus defluxit paululum. Hiat os sacrum elingue, labris contractis mento carne cooperto. Ceruix verò resecti recens capitis figuram exhibet; ita caro sanguinolenta tegit omnia, qua caput collo committitur, vt extrema venarum, arteriarum, ac neruorum ferè liceat discriminare. Scapularum altera supereſt carnea, vt osseum nihil promineat, Pectus verò & venter totus carne, & pelle quaqua versum obtegitur, arida, & exsicca, quæ à latere dextero aperta, ac fuscinula argentea leuata, pectoris intima pandit, in quo viscera quædam indurata, & exsanguia videre licet, vertebris omnibus spinæ dorsi integris: venter etiam totus supereſt, & ab ima eius parte carne eleuata reticulum cum intestinis indurata monstrat: tota posterior corporis pars, vt vtrumq; femur, tibiæ, pedesq; desiderantur, quæ Angliæ cœnobium Albanense piè, religioseque adseruauit, varijs etiam prodigijs decorata. Egregium sanè diuinæ potentiæ argumentum, & fidei contra heterodoxos, cultusque Sanctorum asserendi euidens testimonium, annuis ferè miraculis nostra ætate nobilitatum, quæ cum autenticis documentis erunt confirmata, posteris non inuidebo.

Miracula recentia.

Constitutio corporis S. Albini, quæ modò est.

Atque hæc mihi fuerunt occasione sententiæ Ioannis Maioris excutienda, & vt suus (S. Vrsula licet citius, extra patriam tamen coronata, non inuita) Protomartyri Angliæ honor asseratur, quamuis fateor affectus in martyrem illum longius me abripuit, quam difficultas Vrsulana pateretur: vnde huc reieci.

EPITOME CHRONOLOGICA RERVM, quæ tum Coloniæ, tum alibi post ortum S. Vrsulæ circa eius, & Sodalium historiam, cultum, & reliquias contigerunt; cum serie Colonienſium Episcoporum integra.

CVm meo quidem iudicio, præcipua sit in Vrsulanis gestis difficultas in tempore martyrij definiendo, itaque demonstrando, vt aduersariorum omnium obiecta clarè dissoluantur, & vera sententia fundamentis historicis solidetur, idque iam sæpius varijs in locis supra sim conatus præstare, conciliatis inter se locorum omnium traditionibus, vestigijs, & inscriptionibus, è quibus ea repeti veritas iure debet: Hic tamen isagoges chronographicæ Vrsulanæ locus id exigere denuò videtur, vt historicorum dissensio, discrepantiaque sententiarum concilietur.

Vnde primò fons omnis discordiæ Chronologicæ à natali Christi scaturiens, est aperiendus, vt causa tota facilius componatur.

Initio nascentis Ecclesiæ, cum Christi fideles atrocissimis tyrannorum persecutionibus vexarentur, minus accuratè Saluatoris nostri IESV Christi nati, passique notas annorum consignarunt: hinc seculis posterioribus orta est mira scriptorum varietas in anno natalis dominici determinando. Primus autorum Dionysius Exiguus, S. Benedicti regulam professus, cœpit Chronologiam ab Incarnatione Domini supputare; floruit An. 527. Cassiodoro perfamiliaris: causam ipse nouæ suæ æræ literis ad Petronium scriptis hanc adfert. *Quia verò S. Cyrillus primum Cyclum ab A. Diocletiani 153. cœpit, & vltimum in 247. terminauit, nos à 248. eiusdem Tyranni potius, quam Principis inchoantes, noluimus circulis nostris memoriam impij, & persecutoris innectere; sed magis eligentes ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi annorum tempora prænotare.* Hunc morem postea tota recepit Ecclesia.

Ab incarnatione Domini primus supputare cœpit Dionysius Exiguus circa An. 527. vel 532.

Posteriores tamen Chronologi ab hac æra Dionysiana (vt bene primus aduertit Petauius noster) vno deflexerunt anno, Beda duce, qui nouam condidit epocham toto iã orbe vsitatam, annoq; sequitur priorem Dionysianam: nam qui dum hæc scribo Christi natalis annus 1647. secundum Bedã, & vniuersalẽ Ecclesiæ morem numeratur, is iuxta Dionysianam primigeniam æram annus 1646. esset nominandus: vt rectè dixerit Petauius, Bedam esse autorem æræ Christianæ peruulgatæ, & vsitatæ: licet conetur Dionysium ad suam sententiam violenter detorquere. Successerunt Bedæ, alij, qui non vt ipse, & Dionysius intendebant à Verbo Incarnato; sed nato potius Saluatore à proximis sequentibus Kalendis Ianuarijs Christi tempora supputarunt, qui vno semper anno Bedam; & biennio sequuntur Dionysium: nam qui receptus nobis annus 1647. est, & Dionysio 1646. is alijs annus 1648. censetur, qui volunt salua Bedæ de Incarnatione manente sententia, potius à nato Christo Chronologiam inchoare: ita veteres multi, à Ianuario, qui natalem Domini excipit, epocham ordiuntur: vti Beda, & Dionysius annum à Kalendis Ianuarijs, quæ natiuitatem, & Incarnationem proximè præcesserunt: Angli tamen, Galli, compluresque nationes aliæ, potius ab ipso die Incarnationis 25. Martij annum suum auspicati sunt, vt refert Couarruuias, Henriquetz, & Ioannes Lucidus apud Tirinum, qui asserit Pisanos & Venetos in Italia nunc etiam morem illum obseruare, quem Franci primum edicto Caroli 9. teste Petauio aboleuerunt, Colonienses verò A. 1310.

Petauius l. 6. rationarij temporum c. 5. & lib. 12. de doctrina temporum c. 1. & 3.

Beda sequitur Dionysiũ vno anno. Alij Bedã anno.

Tirinus in Chronico sacro c. 47.

Petauius l. 12. c. 6.

Atque hæc quidem trium annorum varietas in annis Christi subducendis partim nata est ex cycli solaris seu dominicalis literæ Bedam inter, & Dionysium disparitate, partim ex annis à nato, vel Incarnato Verbo ad mentem Bedæ numeratione. Sed grauiorem plurium annorum discrepantiam inuexerunt ij, qui per fastos Consulares, vel annos Augustæos Christi siue nati, siue incarnati tempus vestigarunt: hos in septem diuisos classes ex Tirino recitabo.

Vnde triũ annorum orta sit varietas? Vnde 7. annorum.

(†)

Septem

Septem annorum varietas in natali Domini definiendo.

	Iuliani	Vrbis	Regni Herodis	Augusti à nece Cæs.	ab Actiaca pugna	Olympiadis	Coss.
Primò, Ioannes Kepplerus Mathematicus Cæsaris Matthiæ secundi vult Christum conceptum initio & natum in fine anni.	40	748	35	39	27	193. 3	Lælio & Antistio
Secundò, Vetus Chronicon VVeingartensis Monachi apud Henricum Canisium, item vetusti annales apud Epiphan. & aliud Chronicon apud Eusebium; Anonymus quoque peruetustus Chronologus, qui ante annos ferè 1400. floruit, & ex his alijsque Laurentius Suslyga Polonus.	41	749	36	40	28	193. 4	Augusto XII. & L. Sulla.
Tertiò, Seuerus Sulpitius & cum eo ferè Irenæus, Tertullianus, Hieronymus, Iulianus Pomerius.	42	750	37	41	29	194. 1	Caluisio Sabino & Passieno Ruffo
Quartò, Clemens Alexandrinus, Zonaras, Cassiodorus, Marianus, Scotus, Card. Baronius, Genebrardus, Toletus, Salmeron, Serarius, Samerius, Sethus Caluisius, Scaliger in editione secunda librorũ de emendatione temporum.	43	751	38	42	30	194. 2	Cornelio Lentulo & M. Valerio Messalino.
Quintò, Epiphanius, Paulus Orosius, Eusebius, Nicephorus, Hermannus Contractus, Massæus Cameracenas, Copernicus, Tabulæ Prutenicæ, Onuphrius, Gerardus Mercator, Antonius Magirus, Tycho Brahæ, & ferè Suarez, Alphonsus Ciacconus, Sigonius, Scaliger in editione prima, Pererius, Ribera, Maldonatus, Mariana, Salianus.	44	752	39	43	31	194. 3	Augusto XIII. & M. Plautio.
Sextò, Ioannes Lucidus, Petrus Pitatus, Dionysius exiguus, cum multis alijs Chronologis.	45	753	40	44	32	194. 4	Lentulo & L. Pisone.
Septimò, Paulus Middelburgensis Forosemproniensis Episcopus, Petus de Aliaco, Alexander, Scultetus, Bellarminus, Azor, Beda, & horum calculo vtitur hucusque Ecclesia.	46	754	41	45	33	195. 1	C. Cæsare & L. Paulo.

Atque hi quidem literam dominicalem in Christi nati vel incarnati annis septies variarunt.

Maior eorum dissensio, qui per cyclum lunæ tempus Christi numerarunt: nam illi 21. vel 22. annis citius, quam Dionysius, Saluatoris natalem posuerunt. quos ita recensèt Petauius. *Petau. l. 12. c. 4.*

At qui post Bedam aliquot seculis Chronica scripsere, damnata Dionysij methodo natalem Domini 22. annis aut 21. anticipandum esse putarunt: ita Sigebertus ad An. 532. & 1076. Marianus Scotus ad An. 532. Matthæus Paris ad An. 1076. Denique peruagata inter istorum temporum Chronologos fuit opinio, Dionysium 22. annis tardius natalem Domini posuisse. Hæc Petauius. Quam sententiam sequitur Schafnaburgensis. Anno 21. annorum diuersitas.

Contra Heruartus & alij cum eo in noua Chronologia Christum 7. annis serius natum arbitrantur, quam statuerit Dionysius: vt hi à prioribus 28. vel 29. annis dissideant. & 29.

Hæc Chronologorum dissidia nata in fonte ipso, è quo tempora deducuntur cum annis 29. discrepent, in rebus gestis Imperatorum, & historijs Martyrum varias; & plusquam decem annorum diuersas opinationes inuexerunt: vt non potuerint Vrsulana gesta carere pugna sententiarum: quæ facilè componentur monstrato fonte varietatis, dum alij horum vel illorum prochronismum vel metachronismum secuti, quandoque nouem annis citius, vel serius ea posuerunt. Et quia lis ea de vero Christi anno nondum decisa, ventilatur adhuc acerrimè, nolui Martyrium Vrsulanum certo cuidam anno Christi sic deuincire, vt non sit ab eo numero tunc; cum vera (vt futurum aliquando non despero) Chronologia Christiana stabilietur, separandum: sed potius Consulum fastis, ac certis Imperatorum & Pontificum rebus gestis illigare, vt quicunque tandem Prochronismus, vel Metachronismus veritatis palmam sit obtenturus, inseri valeat isti cũ adscriptis Coss. historia Vrsulana. Vrsulana gesta sunt affixa certis historijs.

Et ex cõmuniori sententia A. 237.

Quamuis communem,& peruulgatam Bedæ, & totius Ecclesiæ calculum secutus,ad annum 237.referam,cui tempori antiqui Romani breuiarij lectiones,Belluacensis,& variorum populorum traditiones suffragantur.

Coss. Seuero & Quintiano.

Principio statuo martyrium Vrsulanum Seuero & Quintiano Coss.accidisse 21 Octobris:de mense dieque dicto nunquam fuit controuersum: Consules verò eo anno eodem fuisse persuadent gesta Vrsulana, quæ anni sequentis Consules Maximum & Africanum nominant,quorum impulsu,literis,& consilio;nõ tamen imperio,tota illa sodalitas fuit contrucidata;ij iam tum,cum Romæ Virgines absente & fauente Cæsare cœmiteria SS. Martyrum inuiserẽt, designati Consules, gratia fauore,& autoritate valebant plurimum, licet adhuc priuati viuerent: vnde quo imperio,& potestate nequiuerant Romæ,id Coloniæ suasu,literisque missis,oper Maximini tyranni perfecerunt.

Cæso Alexandto & imperante Maximino.

Eodem anno ijsdemq; Coss. Alexander Imperator Mammææ,cũ idibus Augusti vltimam sanxisset legem suam, quæ in Codice superat, Moguntiam profectus, v Germanorum in Gallias irruptiones reprimeret;propè Wesaliam superiorẽ,initio Octobris,insidijs Maximini crudeliter fuit interemtus. Qui Maximinus ijsden Coss. (vt l.5.c.1.fusè declaraui)statim à militibus Augustus salutatus est; deuictisque Germanis trimestri post,primam condidit suarum legũ idibus Ianuarij Maximo (alia exẽplaria Maximinũ nominant)& Africano Coss. cæsa iã sodalit. Vrsulana

His Coss. Seuero & Quintiano, Alexandro necato, Maximinum inuasisse imperium tradunt Eusebius, Cassiodorus, Fasti consulares, Marianus Scotus,& ante ho Methodius.item Onuphrius,Baronius,Petauius,Gordonus.

Pontiano succedẽte Anthero.

Ijsdem Coss.creditur Pontianus Papa antea relegatus,diem suum obijsse, & e mense Decembri subrogatus Antherus. Nã Catalogus Pontificum vetustissimus i Pontiano ait. *Fuit à temporibus Alexandri à consulatu Pompeiani & Peligniani: Seuer & Quintiano: Coss.in eadem insula discinctus est 24. Kalendas Octobris, & loco eius ordinatus Antheros 11. Kal. Decembris. Coss. ijsdem.* V.Bucherij commentarium in Victorini canonem Paschalem. Eosdem designat Coss. Damasus & Anastasius : diem autem Martyrij variant. *Seuero* aiunt, *& Quintiano Coss. in eadem insula defunctus est 3. Kal. Nouembris,& in eius locum ordinatus Antheros 11. Kal. Decembr.* Consentit Wigornensis,Belluacensis,Baronius,Gordonus,Petauius.

Bucher. in canonem Victorini f.271.

Iam verò Consulatum Seueri,& Quintiani cum morte Alexandri Cæsaris, & martyrio S. Pontiani passim reperio ad eundem Christi annum copulari : sed quia scriptores isti diuersas sequuntur Chronologorum opinationes,in primo dominici natalis anno consignando,hinc in 6. vel 7. diuersas sententias abierunt. Petauius, Buchierius, & alij volũt hæc omnia simul A. Christi nati 235. contigisse. Methodius & Marianus Scotus putant ad sequentem annum 236. referenda. Communior sententia Eusebij,Baronij & nostra ad A.237. Alij volunt ad A.238. reuocanda. Nonnulli ad 239.& 240.extendũt. Imo Wigornensis decẽ, quam primi annis serius eas res collocat: ait enim: *A.246. Seuerus & Quintianus Coss.epistola Pontiani data Kal. Feb. Seuero & Quintiano Coss.in Gallia apud Moguntiacum Alexander tumultu militari interficitur.* Nemini mira debet videri talis in anno Christi designando pro istis gestis varietas;fonte supra indicato:nam istæ sententiæ ob literæ dominicalis vel cycli solis, vel ob cycli lunæ disparitatem à se inuicem diuersis opinationibus diuiduntur.

Cõmunis sententia hæc gesta refert ad A.237. *Eusebius. Hermãnus Cõtractus, Gordonus, Vincent. Belluacẽsis S. Antoninus.*

Dixi communiorem nostram esse sententiã,quæ tenet A.237.contigisse. Eusebij correctioris verba sunt. *A.237. Alexander tumultu militari occiditur Moguntiaci,Maximinus primo ex corpore militari sine Senatus autoritate ab exercitu Imperator est electus Seuero & Quintiano Coss.* Consentit Hermãnus Contractus. *A.237. Alexãder,tumultu militari occiditur,Maximinus annis tribus.* Coniũgit Baronius, Gordonus,& alij Cõsules Seuerũ,& Quintianũ,ac Pontiani martyrium,cũ nece Alex. Eadẽ ad dictũ annũ referunt Vincentius Belluacẽsis & S. Antoninus : qui licet tempore Attilæ narrent Vrsulanũ martyrium,passas tamẽ scribunt ex cõmuni sententia Virgines hoc anno: vnde martyrio subijciũt hanc solennem clausulã. *Passæ sunt autem BB. Virgines A.237.* eodemq; anno hæc Belluacensis habet. *Alexandro apud Moguntiacũ tumultu militari occiso*

occiſo regnauit Maximinus: hic primus ex corpore militari ſine Senatus autoritate Imperator electus eſt A. 237. In geſtis Romanorum Pontificum legitur, quod Pontianus Papa & Hippolytus ex Clero ſunt deportati ab Alexandro in Sardiniam, Seuero & Quintiano Coſſ. & defunctus eſt 13. *Kal. Nouemb. & in eius locum ordinatus eſt Antherus* 11. *Kal. Decembr.*

Copulat hæc omnia cum Martyrio etiam Vrſulano ex multorum, vt ait, ſententia Philippus Bergomas in ſupplemento: nam cum Pontiani mortem narraſſet poſt A. 235. ſubdit: *eoque defuncto ſedes vacauit decem dies. A. 237. Cyriacum Papam Pontiano ſucceſſiſſe, vnoque anno & tribus menſibus ſediſſe multi ferunt; ſed quia contra Patrum voluntatem Papatui ceſſit, atque cum vndecim millibus Virginum, quas pènè omnes baptizauerat, Agrippinam vrbem conceſſit, in Pontificum catalogo poſitus non eſt, cum tamen & ipſe Virgo exiſtens cum Virginibus illis martyrio coronatus ſit. Maximinus Auguſtus* 25. *Rom. Imperator poſt Alexandrum Cæſarem imperium ſuſcipiens.* Subſcribit Ioannes Magnus Archiepiſcopus Vpſalenſis. *nã Virgines*, ait, *paſſæ ſunt A. 237. tẽpore Antheri Papæ & Maximini Gothi Imperatoris.* Sic Breuiarij veteris Romani Lectiones Vrſulanæ concludunt. *Paſſæ ſunt autem circa annum Domini 237. tempore Antheros Papæ & Maximini Imperatoris.* Chronicon etiam Epiſcoporum Baſileenſium: eorundemq; Breuiarium; ſcriptores item Catholici, & Acatholici eundẽ Chriſti conſignant annum, vnde Stumphius ait: *Chronicon Baſileenſium nominat primum loci Epiſcopum S. Pantulum, qui Imperatore Maximino, Pontifice Pontiano A. 237. rexit Eccleſiam, & vna cum vndecim millibus Virginum Romam profectus, indeq; reuerſus in Germaniam, Coloniæ cum ipſis martyrio affectus eſt.* Eadem in Gallijs ante quadringentos annos ſcripſit Robertus Monachus Altiſiodorenſis in Chronico, qui floruit A. 1180. is cum ad A. 453. recitaſſet aliorum de Chronologia Vrſulana ſententiam, ea reprobata, noſtram ſtabilit. nam cũ Cyriaco Pontificatum tribuiſſet, ſubdit: *Fuit ſiquidem iſte Pontiani ſucceſſor & rexit Eccleſiam anno vno, & menſibus* 10. *& ſic in loco ſuo virum Sanctum, quĩ Antheros dictus eſt, ordinauit, & cum vndecim millibus Virginum diſcedens, ſedem ſuam reliquit. Paſſum autem eſt SS. Virginum collegium iuxta præfatam narrationem circa An. Incarnati verbi* 237.

Philippus Bergomas.

Ioannes Magnus l. 9. c. 6.

Lectiones Ro. Breuiarij.

Chronicon Epiſcoporũ Baſileenſiũ.

Stumphius lib. 12. de Rauracis c. 23.

Robertus Altiſiodorenſis.

Recipiunt eundem annum complures canonum interpretes, qui Cyriaco Antherum ſubſtituunt; Chronologi, & Hiſtorici, cum Breuiarijs plurimarum Europæ diœceſium, vt lib. 10. & 11. monſtraui: adeò quidem, vt aduerſariorum plurimi, etiam qui ante quadringentos vixere annos, hanc communem dixerint opinionem. *Paſſas fuiſſe A. 237.*

Quamuis Colonienſium ſepulcrales lapides, vetuſtiſſima S. Vrſulæ narratio Cunibertina; nonnulli etiã Baſileenſes annũ 238. conſignent. Conſentit Albericus triũ fontiũ monachus his verbis. *A. 237. Romæ poſt Pontianũ ſucceſſit Cyriacus. A. 238. Romæ Cyriaco ſucceſſit Antherus, Papa natione Græcus, ab ipſo Cyriaco inſtitutus. Maximinus imperat annis tribus. Paſſio ſanctarum vndecim milliũ Virginum apud Coloniam mirabiliter facta.* At compilatio Chronologica præfert annum ſequentem 239. *Poſt Pontianum*, ait, *ſedit Cyriacus Papa anno vno, & paſſus eſt ſub Iulio & Maximino Imperatoribus A. 239. in Colonia cum vndecim millibus Virginum, à Rege Hunnorum Iulio.*

Qui præferunt A. 238.

Quæ tam exilis trium tantum annorum diſparitas, parum nobis officit: nam qui annus ſecundum Dionyſianam æram eſt à Chriſto incarnato 236. quem Gallicanæ olim Eccleſiæ videtur recepiſſe, is ſecũdum Bedæ calculum, & communẽ Eccleſiæ totius modo receptam epocham eſt annus 237. idemq; ſecundum aliorum, à nato Chriſto numerantiũ literam dominicalem, eſt 238. ob quã licet exiguã opinionum diſcrepantiam, malui Martyrium hoc fixis potius faſtis conſularibus, ac conſulatui Seueri & Quintiani, ſimulque neci Alexandri Imperatoris, ac martyrio Pontiani, cum initio Pontificatus Antheri, & Maximini imperij copulare, vt quæcunq; tandem Chronologia ſit olim palmam veritatis obtentura (cui proximè adhuc videtur accedere Petauij & Bucherij) ei facilius hoc martyrium inferatur. Nunc verò in hac iſagoge Chronologica, licet ſentiamus cum paucis, loqui malumus cum multis, & ad dictum annum 237. iuxta Baronij mentem reliqua geſta collocamus, ſiue alij biennio quandoque citius, & fortè verius, ſiue alij nonnihil ſerius narrarint: præmittemus autem quædam de origine Agrippinæ.

Agrippina nata cũ Deipara creditur vulgo tunc, cũ Agrippa Galliæ motus iterum comprimeret, postea Cantabris subactis Romam redux oblatum triumphũ recusaret, accepta in quinquennium Tribunicia potestate: hunc annum 15. annis natalẽ Christi præcurrisse Deckerius cum alijs ex Dione & Iosepho propugnat acerrimè: sed cum alij malint 16. 17. vel octodecim etiam annis præcessisse, saltem æram vulgarem Christianam: quæ verũ natalem Christi sequitur: dici potest, Agrippam vrbis pomerium, plateas, capitolium & prætorium descripsisse, iecisse fundamenta: consecratum verò & perfectum oppidum tunc cum Deipara nasceretur, vel nata vulgo creditur.	Ante Christũ. 15 vt alij 19.18.17		Augusti 25	Q Sentio Saturnino, & Q Lucretio Vespillone.
Natiuitas Saluatoris nondum certam & ratam habet ac demonstratã Chronologiæ rationem, æram communem sequimur, licet teneamus cum doctioribus paulò citius accidisse.	Christi 1		44	C. Iulio Cæsare Aemilio Paulo.
Agrippinensis Colonia deducitur in oppidum Vbiorum iussu Agrippinæ Claudij Cæsaris vxore.	52	S. Petri 8	Claudij. 10	C. Antistio & M Suillio
S. Crescens Agrippinates primus creditur fide Catholica imbuisse: licet ibi nunquam sedem fixerit: ita Rupertus l. 1. de offic. c. 7. ait: *Primatum Colonia Metropolis obtinuit: quia Crescens prædictus Coloniæ quoque Apostolicam verbi Dei visitationem primus intulit.* S. Clarum Sausaius in Martyrologio Gallicano putat etiam Vbijs Christi fidem annunciasse.	60	16	Nero- 4 nis	Nerone & Val. Messala
S. Maternus S. Petri Discipulus hoc anno, vel paulo post fundat sedem Episcopalem Coloniæ, primus ipse loci diœcetes.	90	Cleti 7	Domit. 7	Domitiano 14 & Minutio Rufo.
Traianus cum Germaniæ præses esset, adoptatus à Nerua, Coloniæ salutatus Imperator est assumta purpura: scripsit ad senatum manu sua se nullum virum bonum nece aut ignominia affecturum. Idẽ porrò persecutionem in Christianos, non quidem tum iussit; sed collegia & sodalitia vetuit. *Plin. li.* 10. *ep.* 97.	100	Clemẽtis 8	Traiani 1	Nerua A & Traiano Cæs.
Idem Imperator 15. nobiles familias Romanas Agrippinam destinasse dicitur, fide iam Catholica, vt multi credunt, institutas.				
S. Maternus Coloniæ sanctè decedit: de cuius corpore cum diu Treuirenses, Colonienses & Tungrenses decertassent, nauis contra fluminis ictum nemine mouente adscendisse fertur, vnde Treuirenses sacras exuuias obtinuerunt.	130. vel citius A. 128.	Alexãdri 10	Hadriani XI.	Torquato & Libone Coss.
Successit ei, vt insinuat Democharcs, Longobardus, quem alibi nusquam reperi: constat clericos vrbi tunc relictos, & in his S. Paulinum Martyrem, quem titulus sepulcralis discipulum S. Materni nominat: hunc probabiliter successorem S. Materni faciunt nonnulli.		Thelesphori	Antonini	Antonino Aug. 2. & Brutio Præsente Coss.
Illustre martyrium Bodobrigensium Martyrum in hæc tẽpora Antonini Pij incurrit, qui capite truncati Rhenanam oram sanguine purpurarunt, & vno in polyandrio siti, necis instrumentum, & annum martyrij consignatum in tumulo circa An. 1280. inuenti, exhibuerunt. *Appendix.*	142	1	3	
Iustinus Philosophus apologiam scribit ad Imperatorem, Senatum & populum Romanum: ex ea fidei Christianæ mira propagatio, vel in persecutionibus claret.	150	9	XI.	Torquato & Iuliano Coss.
Imperator varijs passim per orbem cæsis Martyribus, territus aduersis incidentibus casibus, inhibet persecutionem. *Iustinus in fine orat. Euſ. 4. c. 12. & 15 appendix.*	154	Higinij 1	Antonini 15	Glabrione & Veriano Coss.

Pius

	Christi	*Papæ*	*Imper.*	*Coss.*
Pius Papa in thermis Nouati erigit Romæ titulum Pastoris, occasione exprimunt literæ Pastoris ad Timotheum Nouati, Pudentianæ atque Praxedis germani atque Timothei ad Pastorem, quæ exstant: putantur ex his quidam esse Claudiâ Britannâ geniti, alij negant. *l.1.c.46. l.4.c.26.*	162	Pij 5	Antonini 23	Vibio Baro & Annio Braduo
Moritur Antoninus Pius: succedit M. Aurelius Antoninus dictus Philosophus, & Ælius Verus Antoninus: nam Marcus Lucium sibi collegam adsciuit Imperij, desponsa illi filia Lucilla, quam à dæmone cum Abercius Episcopus liberasset, obtinuit ter mille modios annuos frumenti, & thermas in vsus pauperum. Acta Abercij 22. Oct. *l.4.c.17.*	163	6	24	M. Aurelio 3. & L. Vero secundum Coss.
Persecutio grauior horum Imperatorum, anno 164. cœpta, sæuit atrocius in Christianos imminente bello Marcomannico, quo sibi Deos magis conciliaret M. Aurelius. Eo tempore S. Polycarpus glorioſum pro Christo subijt martyrium. Eadem persecutione S. Paulinum S. Materni Discipulum Coloniæ dũ Christi fidem publicaret, Præsidis autoritate gloriosè triumphasse credo: quem non immerito suspicantur aliqui alterum à S. Materno fuisse loci Pontificem: ei statim subrogatus est alius, cuius cum nomen ignoretur, liceat Anonymum primum nuncupare: respectu secundi, qui Aquilino successit, & quintus fuit Colonienſis diœcetes; nisi S. Marcellum dicere malis, Treuirensem item & Tungrensem Episcopum: quem cum his Colonienses 4. Sept. colunt, non ita S. Nauitum & Metropolum, quos cum ipsis communes non habuerunt. Vixit autem Marcellus iuxta Tungrenses multos scriptores eo seculo, licet Treuirenses quidam malint eum ad seculum sequens pertinere.	169	Aniceti 3	M.A. Veri & L. Veri 7	M. Aur. 13. & Vinidio quadrato Coss.
Romanus exercitus aduersus Marcomannos & Quados pugnaturus: in extremũ adductus discrimen, ope Christianorum militum, & fusis eorum ad Deum precibus diuinitus potitur victoria, de qua fusè Senatui scribit M. Imperator ex quo tempore plurimum est fides orthodoxa propagata. *l.4.c.17.*	176	Soteris 2	M. Aurelij 14	Gallo & Flacco Coss.
Pax Ecclesiæ Commodo Cæsare reddita, viris clarissimis ad fidem etiam conuersis *Euseb.* Lucius Britanniæ Rex impetratis ab Eleutherio sacrorum ministris, cum regulis insulæ plurimis & subditis baptizatur, Episcopatus permultos instituit.	183	Eleutherij 5	Commodi 2	Cõmodo 3. & Antistio Burrho Coss.
Tert. hoc tempore florebat, & fatetur *Britannorum inaccessa Romanis loca Christo fuisse subdita l.3.c.2.*				
Seuerus Imperator fauet Christianis: eos exornat testimonio, & populo furenti in os palam resistit: inde mira in maioribus vrbibus ad fidem Christianam totius multitudinis conuersio. *Nicephorus l.5.c.26. l.4.c.17.18.*	195	Victoris 2	Seueri 1	Sosio Falcone 3. & Erutio Claro
Tertio Agrippinensium Episcopo mortuo successit circa hæc ferè tempora S. Aquilinus: Vir, vt S. Elisabetha cœlitus cognouit, Spiritu diuino plenus, qui sodalitatem Vrsulanam recepit hospitio cum Romam peregrina tenderet: & reducem glorioso martyrio coronatam honore debito funerauit. *l.1.c.45.*	200	7	6	Saturnino & Gallo
Victori Papæ subrogatur Zephyrinus 8. Augusti, præfuit annis 18. diebus 18. Baro. *ex Eusebio*, nam alij sentiunt aliter: & biennio citius factum putant. *l.4.c.21.*	203	Zephyrini 1	9	Annio Fabiano & Nonnio Mutiano

	Christi	Papæ	Imper.	Coss.
Nascitur in Britannia Anglicana seu Albione Ætherius S. Vrsulæ spõsus, Patre Agrippino rege, matre Demetria gentilibus, mense ferè Martio. *Beati Hermanni reuelat. V. l. 3. c. 6. & 7.*	212	Zephyrini 10	Seueri 18	Acilio Faustino & Marco Rufiano.
S. Vrsula in Hibernia lucem adspicit Patre Dionetho rege veteris Scotiæ seu Hiberniæ, & Daria matre, initio mensis Iulij, *V. l. 2. c. 3. & 4.*	220	17	Heliogabali 4	Diadumeno & Aduêto Coss
Moritur S. Zephyrinus Papa 26. Augusti, post quem sedit Calistus annis 5. circiter. *l. 4. c. 21.*	221	18	2	M. Antonino Aug 2. & Sacerdote.
Occiso Heliogabalo succedit ei Princeps optimus Alexander Mammææ Christianæ filius, is Christum quotidie colebat in Lario; eiq; si per Senatum licuisset, magnificentissimã Basilicam erexisset; Calisto tamen Pontifici indulsit, vt frustra licet obnitentibus Popinarijs Deiparæ transtyberinam Ecclesiam ædificaret; idem Christianos est passus, vt fatetur Gentilis scriptor Lampridius. *V. l. 4. c. 29.*	224	Calisti 1 4	Alexãdri 1	Antonino Aug 4. & Alexãdro Cæsare.
S. Calisto Romæ martyrio coronato pridie Idus Octobris, cum sedisset annos 5. mensem 1. dies 12. successit Vrbanus post sex vacantis sedis dies. *l. 4. c. 21.*	226	6	3	Iuliano & Crispino.
Iacobus Zebennus Britannus Phileto Patriarchæ Antiocheno sufficitur, is qui post septennium triduo post S. Vrsulam Coloniæ martyrium fecit, & nomina Virginum sarcophagis indidit. *Eusebij Chronicon & S. Elisabethæ reuelatio. V. l. 1. c. 43.*	230	Vrbani 4	7	Modesto & Probo
Vrbanus martyrij lauream adipiscitur, cum sedisset annos 6. menses 7. dies 4. 25. Maij, sicut anno præcedente S. Cæcilia, Tiburtius, Valerianus & Maximus viri nobiles, Iuriscõsultorum, præsertim verò Vlpiani odio in Christianos flagrante mortem oppetierunt. Post interpontificium dierum 30. Pontianus creatur. *l. 4. c. 21.*	233	Põtiani 1	10	Põpeiano & Feliciano.
Rex Agrippinus Albionis legatos mittit in Hiberniam pro nuptijs inter filium Ætherium & S. Vrsulam Dionethi filiam conciliandis: diuino consilio, monituque Angelico dotalia conscribuntur pacta, quibus iubetur sponsus triennio fidei Christianæ rudimentis imbui, & Baptismo parari, dum sponsa collectis vndecim millibus Virginum, & classe, sumtibus vtriusque regni comparatâ, dedicat suam virginitatem: hæc vtriusque regis consensu firmantur: totidemque Virginum millia ex vtroque, vicinisque regnis congregantur; naues instruuntur; chiliadi cuique chiliarchæ, totique Parthenico exercitui 4. Principes puellæ post S. Vrsulam præficiuntur. *l. 3. c. 8. 9. 10. & seq.*	234	2	11	Lupo & Maximo;
S. Sicilia S. Dariæ literis Gerasina regina cum liberis euocatur; ex Orcadum Insulis S. Cunera proles regia inuitatu S. Vrsulæ consanguineæ; aliæque finitimis è regnis affinitate vel sanguine coniunctæ, vnde mirificè Parthenia crescit sodalitas. *c. 10.*	235	3	12	Maximo & Quino Paterno.
Hoc anno, qui Cyriacum faciunt Pontificem, volunt Pontianum in Buccinam insulam deportatum, Alexandro Imperatore iam ad Persas contra Artaxerxem regem profecto, iussu præfecti vrbis & iurisconsultorum, cui Vicario munere subrogatus S. Cyriacus anno integro & trimestri Pontificalia in vrbe administrauit. *lib. 2. c. 21. & 22. & l. 1. c. 32.*	236	4	13	Maximo & Vrbano.
Alexander Imperator victor anno superiore de Persis triũpharat Romæ, qui dum ad Rhenum contra Germanos mouet; infra Moguntiam prope Wesaliam occiditur: quo nullus	237	5	Maximini 1	Seuero & Quintiano.

Gen-

Gentiles inter Cæsares Christianis æquior, & studiosior: vnde perfacilè Mammææ matris eius Christianissimæ feminæ, palatinorumque fidelium fauore, S. Vrsulæ Parthenicus exercitus cum Regibus Romanorum socijs, ac Episcopis liberam impetrat ad loca sacra Romæ & cœmiteria Martyrum inuisendi potestatem: sed Alexandro circa Kalendas Octobris dolo Maximini Thracis peremto, (cum is à militibus Augustus salutatus literis Consulum insequentis anni Maximi, & Africani ad necem Vrsulanæ societati inferendam inuitaretur) Maximinus propè Coloniam inaudito post Christum natum martyrio totam internecione deleuit Sodalitatem 21. Octobris. *l.4.c.31. & l.5.c.1.2.*

Cœpit igitur hic tyrannorum immanissimus sextam contra Ecclesiæ Doctores inprimis, & Pontifices persecutionem; familiam Christianam Alexandri Cæsaris interemit, Pontianũ Romanum Antistitem 19. Nouembris vt multi volũt, necauit, cum annis 4. mensibus 6. Sedi Apostolicæ per se, vel Vicarium præsedisset, vt rectè supputat Petauius: post dies 13. suffectus eidem Antherus natione Græcus. *l.5.c.9.*

Eadem in præsides Ecclesiæ sæuiente procella Antherus 3. Nonis Ian. neci datur, cum paulò plus vno mense Pontificatum tenuisset: post dies 13. succedit Fabianus. *Eusebius. V. l.4. c.21.*

Eodem anno Coloniæ S. Aquilinus quartus Agrippinensium Episcopus, funerationis officio S. Vrsulanæ sodalitati exhibito, piè decessit, quem Anonymus secundus: at quintus in Episcoporum ordine excepit, fortè Liuoldus subdiaconus: qui in funerandis sacris Virginibus multum operæ posuit. *l.1. c.45.*

Ædificata iam S. Vrsulæ suburbana Ecclesia, Præsulis & ciuium Colonienſiium pari studio 21. Octobris videtur primum eius martyrij memoria solenniter esse celebrata, & more recepto initio nascentis Ecclesiæ, ciues sacra refecti synaxi. *lib.9.c.1.2.*

Eodem tempore S. Papunius Martyr & Rex Hiberniæ Coloniam primus peregrinus ad sacra Virginum corpora inuisit. Frater is erat S. Nothi regis anno superiore cum S. Vrsula trucidati, vt ipsius reperta (quam alibi protuli) sepulcralis indicat inscriptio: qui vigente adhuc Maximini persecutione, videtur circa fines Vbiorum à tyranni Præfectis interfectus. *Tituli sepulcrales Tuitienses. l.9.c.4.*

S. Cunera à Regulo Rhenensium sola subducta Coloniæ lanienæ, & in Batauia seruituti mancipata, cum ob virtutum splendorem velut œconoma regiæ præficeretur, nefario Zelotypæ reginæ suasu strangulata, vltima Virginum Vrsulanarũ martyrij laurea decoratur, & miraculis statim inclarescens hoc ipso anno Rhenæ templum meruit vita eius. Molanus. *l.5.c.30.*

Capto à Persis Valeriano Imperatore, fœdè Romanum imperium 30. lacerant tyranni: Posthumius Coloniæ occiso Salonino Gallieni filio, Galliæ septem annis occupat dominatum. Trebellius Pollio. *V. l.1.c.33.*

Christi	Papæ	Imper.	Coss.
	Põtiani	Maximini	Seuero & Quintiano.
	Antheri		
238	I & Fabiani	2	Maximo & Africano.
240	3	Gordiani I	Vlpio Crinito & Proculo Pontiano.
	Dionysij	Valeriani & Gallieni	
262	2	8	Gallieno & Valeriano Iun.

Post-

	Christi	*Papæ*	*Imper.*	*Coss.*
Posthumius à Lolliano occiditur; hoc etiam cæso Victorinus dominatur Galliæ cum filio, hic virtute Traianum, Clementiâ Antoninum, grauitate Neruam superauit. Sed eius proiectam in venerem & adulteria cupiditatem sanctissimum Colonienſe ferre nequijt solum, virgineo sanguine purpuratum: nam ab Actuario cum filio perimitur Coloniæ, tumuliq́ue prope mœnia erecti hac epigraphe fuerunt insigniti. *Hic duo Victorini tyranni siti sunt. Trebellius Pollio. l.1.c.33.*	269	Dionysij 9	Claudij 1	Paterno 2 & Macriano.
Mortuo quinto Colonienſi Episcopo (quem Anonymũ secundum nominauimus, vel Liuoldum) succedit Maternus secundus laudatissimus Pontifex: hunc non incongruè Bucherius putat primum Archiepiscopum fuisse. *l.1.c.45.*	280	Eutychiani 6	Probi 2	Messala & Grato.
Hoc anno, vt multi volunt, S. Albanus in Britannia, S. Gereon cum Thebæis & S. Gregorius cum Mauris Coloniæ martyrio afficiuntur. Appendix.	286	Caij 3	Diocl. & Maximiani 3	Maximo & Aquilino.
Floret Coloniæ Maternus secundus, sextus verò Agrippinensium antistes, qui hoc anno Romanæ; sequenti verò primæ cum Maximo Diacono Arelatensi synodo reperitur subscripsisse: *l.1.c.33.*	313	Melchiadis 3	Constãtini 8	Constantino 3 & Licinio 2.
Mortuo Materno 2. succedit secundus Archiepiscopus Euphrata, primis annis ad annum vsque 348. Catholicus, & castitatis laude insignis. *l.1.c.45.*	315	Siluestri 2	10	Constantino 4. Licinio 4.
S. Helena tam occidentem, quam orientem peregrina lustrat circa hæc tempora: tum vt Martyrum conderet Basilicas (vti Coloniæ S. Gereoni nobilem excitauit) tum vt Constantinopolim sacris exuuijs decoraret, ita Sanctos tres reges eò ex oriente adduxit, qui postea Coloniam magna sunt celebritate translati. *Vita eius.*	326	13	21	Constantino 7. & Constantio.
Constantinus M. eius filius iam ante Coloniæ lapideo erecto ponte Diuitense munierat castrum è regione ipsius. Euphrata degradato in Concilio Agrippinensi succedit S. Seuerinus mirandis patratris operibus clarus, tertius quibusdam Archiepiscopus.	349	Iulij 13	Constãtij 14	Limenio & Catullino.
Malè quidam hoc anno Martyrium Vrsulanum Maximo inuadente imperium collocant: florebat ea tempestate Coloniæ S. Seuerinus, Romæ Damasus, in Italia Ambrosius: quam illi tot Virginum peregrinationem & agonem celebrassent, si in ipsorum tempora incidisset? *l.2.c.9.10.11.*	383	Damasi 17	Gratiani 17	Anno 4. post consulatum Amantij & Albini.
S. Seuerinus Burdegalæ sanctè decedit, Pontificatus anno 53. suffectus ei S. Euergislus.	403	Innocentij 2	Are. & Hon. 9	Merobaudo & Saturnino.
S. Euergislus Episcopus claret Coloniæ: sed dum ciues suos Tungrenses excolit, necatur martyrij reportata laurea, succedit ei Solinus Episcoporum decimus, Archiepiscopus quintus.	440	Leonis 1	Theod. Valent. 33.16.	Theodosio A. & Rumorodio Coss.
Circa hæc tempora, Dei flagellum Attila vastatis Gallijs Coloniam videtur non occupasse tantum; sed magnam etiam partem cum suburbana S. Vrsulæ basilica incineraſſe, vt cum templo, cultus & memoria sanctarum Virginum decenio fuerit extinctus: vnde nec hoc etiã tempore potuit S. Vrsula cum sodalibus mortem hic oppetere, & tam sumtuosis lapideis sarcophagis in illo rerum omnium excidio, ciuibus ad incitas redactis, tot Episcopi, Reges, & Virgines pincipes tumulari. *l.1.c.32.*	451	12	Marciani 2	Valentin. 5 & Anatolio Coss.

Cle-

Christi	Papæ	Imper.	Coss.
	Hilarij	Leonis	
462	2	6 & Seueri 2	Aug. Coss.
463	3	7 & 3	Cecina, Decio, Basilio & Vibiano.
464	4	8 & 4	Rustico & Olybrio.
465	5	9 & 5	Basilisco & Herminarico.
468	Simplicij 1	Leonis 12 Anthemij 2	Anthemio iterum Cons.
280	Simplicij 13	Zenonis 5	Basilio iun. Coss.

Clematius vir Cōsularis ex Oriente (Alexandriâ Ægyptij picor, vbi frequens ea familia) diuinitus euocatus, visis per erem Virginibus, Coloniam peregrinatur: vbi exustā Ecsiam Vrsulanā voto damnatus à fundamentis restaurat, & tat quemquam eo in templi pauimēto, toto quaqua versum ris exuuijs Parthenicis subiectis consecrato, sepeliri: cuius lapidi reliquit incisum literis monimentum, in quo Virgis eo loci sanguinem profudisse disertis verbis asseuerat: vt mus hic exter testis videatur, qui veram palæstram Vrsula-Martyrij propugnarit. *lib.* 9. *c.* 3.

Eodem vel sequenti anno carmen de Clematio & coniuge npli Vrsulani fundatoribus lapidi incisum est, ad memoriam ltus Vrsulani Coloniæ per exteros, Clematium & cōiugem nouati sempiternā: id supra recitaui: quod etiā eandem ter-n, quæ conditorium corporum est, facit bibulam sanguinis rthenici. *lib.* 11. *c.* 8.

Solinus Colonienſium Antistes decimus, Clematij viri nsularis pietatē accensus, collem Greesbergensem (in quo guis virgineus cum cruentatis cespitibus piè adseruatur) sumsit decorandum, laxatis Sacelli Magdalenæi angustijs. em agrum totum Vrsulanum suburbanum, qui amplissimus ,& sacris corporibus funeratis repletus, vallo cinxit, cum vrferè mœnibus contiguo, ne deinceps barbarorum pateret ursibus; quod sanè non facturum fuisse opinor, nisi totam didisset superficiem perimetri, quæ spatia camporum intia circumscribit, sanguine Martyrum redundasse. *lib.* 9. *c.* 3.

Hoc anno credo munitione perfecta, & altera in colle reesbergensi erecta Ecclesia, eleuatisque nonnullis sacris xporibus, & quæ sparsa, ac congesta vnam in foueam, reperiunt, mausoleis è lapide decentibus religiosè compositis, tamen acerrimum esse inchoatum: dum siue Clematius huc præsens, siue collegium, quod ibi fuit institutum; siue j Clematianæ basilicæ Rectores, velut præcipuorum corrum Sodalitatis Vrsulanæ custodes sibi vnis Sanctarum Virnum nomen vindicarūt, obnitentes acerrimè, ne Greesbernsis collis Ecclesia (alias S. Magdalenæ sacra) earumdem noni & honori consecraretur: vnde mansit ex eo tempore per tingentos annos nullis sacris cæremonijs consecrata. *M. SS. chabæitica. l.* 9. *c.* 17.

Clematius in Orientem rediens passim famam SS. Virginū Europam & Asiam diuulgat, vt mirum non sit, quinto seo fuisse solennitatem vndecim millium Virginum tota Euba celebratam, & Reges etiam peregrinos SS. Virgines oloniæ inuisisse. *lib.* 9. *c.* 3. 4. 5.

Ægidius Christianus collapsis in Gallia Romanorum rebus, regni sedem Coloniæ fixerat: quem Franci regem sibi derunt electo Childerico, & in Thuringiam relegato: sed m 8. vel nouem annis laudabiliter ijs præfuisset, vt mutabierant Francorum animi, hoc etiam exautorato, Childerim circa hoc tempus reuocarunt ab exilio: quem fugiens gidius, Coloniam iterum se recepit, ibi contra Francos se nmuniuit: vrbē ea tempestate religione & viribus efflorestem. *Greg. Turon. l.* 1. *c.* 12. *Brouverus.* Solino mortuo subrogatur Simoneus, qui ferè ad A. 250. vixisse potuit.

Baro-

	Christi	Papæ	Imper.	Coss.
Baronius hoc anno vult Clodoueum ad Tolbiacum victis Alemannis Christi se iugo submisisse, quod alij biennio vel triennio: Petauius vult quadriennio citius accidisse.	499	Symmachi	Anastasij	Ioanne Gibbo solo.
Nobilissimum hoc anno Confluentiæ ad Rhenum martyrium subiere S. Elon Episcopus cum Clericis: S. Florianus rex cum regina Engelinda & magno comitatu, qui è Gallijs per Rheni defluxum classe dum Coloniam peregrinantur, vt S. Vrsulæ & Sodalitatis Parthenicæ sacros cineres visitarent, cœlesti monitu ad radices montis Beslich applicatis litori nauibus exscendunt: ibi dum in collis proxima Ecclesia S. Eloni sacris operanti piè adsistunt, ab Hunnis (qui septennio Rhenanam oram infestarunt) pro fide sunt trucidati. *V. lib. 9. c. 5.*	500	2	10	Patriti & Hipatio.
Circa hoc tempus emanasse puto sermonem illum antiquissimum lib. 11. c. 8. recitatum, qui scriptus ante fuit, quam seculo sequente historia Vrsulana S. Cuniberti opera vulgaretur.				
Circa annum 500. volunt Philippus Bergomas, Schultingus & Gauantus S. Vrsulæ solennitatem per orbem cœpisse celebrari, Clematij opinor studio, qui passim SS. Virginum & Martyrum prodigia prædicabat, vt mirum non sit Regem Florianum initio seculi huius ad nobilissimum Europæ Sanctuarium se contulisse. *lib. 9. c. 4.*	503	5	13	Dexerio & Volsiano.
Clodoueus astu Coloniam capit, & Rhenanum limitem Galliæ adijcit. *Greg. Turon. l. 2. c. 40. V. l. 9. c. 5.*	507	9	17	Anastasio & Venatio.
Simonei successor Domitianus, ita subscribit Auernensi synodo: *Episcopus Ecclesiæ Colonienſis* apud Sirmundum: *de Colonia* apud Binium.	535	Agapeti	Iustiniani 9 ani	
Argentorati S. Aureliæ sodalis S. Vrsulæ, templum excitatur extra Vrbem; quod ita peregrinorum accessu frequentatur, vt domibus circum ædificatis An. 700. fuerit pomerium Vrbis dilatandum, ac S. Petri Senioris, ac D. Aureliæ templa mœnibus includenda. *l. 7. c. 10.*	550	Vigilij 11	24	Belisario Consule post consulatum Basilij. 9
Domitiano sufficitur Carentinus, cuius virtutes eo throno dignas canit elegiaco carmine Venantius Fortunatus.	560	Ioannis 1	34	Post C. C. Basil
Carentinus sedem vacuum relinquit Ebregiso.	580	Pelagij 3	Iustini 14 Iun.	
Ebregisus vna cum S. Greg. Turonensi cognoscit causam Monasterij Pictauensis, vt fusè narrat S. Gregorius. *l. 10. c. 16.*	490	Gregorij 1	Mauricij 5	
Ebregiso subrogatur Remedius ad 20. circiter annos 18. Ian. mortuus:	600	11	15	

	Christi	Papæ	Imp.
Theodobertus ad Tolbiacum cedit Fratrem suum Theodoricum, capit, occidit, Coloniam victor ingressus thesauros aufert. *Brouverus. Sacrarium Colonienſe fol.* 53. in collegiata S. Gereonis Ecclesia vult anno superiore contigisse, & luisse cæsi fratris pœnas: nam dum in dicta Ecclesia cum vtriusque regni Principibus consilia agit, spreta loci & SS. Martyrũ religione, vi occulta lancinatum breui exspirasse: citat cœnobitam Eberbacensem Anonymum: alij volunt morbo regem decessisse.	614	Bonifacij vlt.	Heraclij
S. Cunibertus Remedij successor subscribit Remensi concilio Dagoberti Francorum Regis An. 2.	630	Honorij	2
S. Cunibertus Colonienſem illustrat diœcesin: tempus illius communiter 40. definitur annis; in quibus S. Vrsulæ tumulus & Ecclesia magnis claruit prodigijs. Anniuersariam S. Antistes in dicta basilica cũ ciuibus celebritatem S. Vrsulæ peragebat, & ritè sacris ibidem operabatur: quando columbæ cœlitus missæ indicio tumulum Sanctæ reginæ huius didicit, reperta in eo nominis inscriptione. Caput tunc eleuatum	640	Ioannis 1	3

est:

	Christi	Papa Ioānis	Imper. Heraclij
est: curauitque sedulo Præsul, vt Vrsulanum martyrium accuratè, & satis eleganter (vt captus eius seculi erat) conscriberetur: quod ego reperi in membranis antiquis, & horarijs Lectionibus ante septingentos vt credo, & ferè octingentos annos ijsdem verbis concinnatum, quibus eandem historiam anonymo autore Surius recitat to. 6. ad 21. Octobris. *V. l. 7. c. 13.*			
Idem S. Theodardum Tungrensem Episcopum consecrauit.		Theodorij	Constātis
Hoc circiter tempore superstite Pipino de Landis filia eius Viuentia, soror S. Gertrudis, & Beggæ fatis ætate tenera concessit. Potuit Pater eius Maior domus Dagoberti, cum Coloniæ sæpius domicilium figeret, à S. Cuniberto (cuius consilio plurimum vtebatur) hoc primus impetrare, vt in Ecclesia S. Vrsulæ recenti miraculo decorata conditorium esset filiæ teneræ, & innocentis: eam tamen ibi funeratam cum bis terra dehiscens egessisset, condiderunt eodem loci supra pauimentum erecto mausaleo marmoreo, quaternis nixo columellis, quod hodie prostat: vt intemeratum maneat Polyandriū Vrsulanum, nec alij cineres Martyrum istorum sacris ossibus permiscerentur.	644	3	3
		Vitāliani	Constātis
S. Cunibertum excipit Bocaldus: floruit Clodoueo II. (qui A. 644. regnare cœpit) & Theodorico Francorum Regibus.	660	6	19
		Doni	Constātis Pogon.
Bocaldo subrogatur Stephanus, sedit sub Theodorico Francorum Rege.	680	3	13
		Sergij	Iustin. Iun
Hac ferè tempestate opinor S. Rolendem Desiderij reguli Galliæ filiam, vt Scotorum regis hymenæos euaderet, Coloniam contendisse peregrinam ad Sanctas Virgines, ita salua sterit tanto præsidio, & patrocinio virginitas eius. *l. 9. c. 7.*	690	3	6
Adelwinus sufficitur Stephano, cuius in vita S. Cuniberti fit mentio, sub An. 690.			
Pipinus Coloniæ SS. Ewaldorum reperta corpora luce cœlitus detecta, cum Clero in D. Clementis (quæ nunc à S. Cuniberto nomen habet) religiosè deponit: idem cum vxore Plectrude SS. Wirone & Plechelmo Episcopis Britannis id petentibus, Scoticæ nationis monasterium S. Martini in Rheni insula cōstituit in vsum præsertim Scotorum peregrinorum. *Sigeb.*	693	6	9
		(rum Regibus.	Leontij
Giso succedit Adelwino, vixit Clodoueo III. & Hildeberto Frāco-	695	8	2
			Tiberij
S. Willebrordus Vltraiectensium Protoepiscopus, ab optimatibus Rhenensis oppidi rogatus, vna cum SS. Adalberto & Werenfrido, examinatis ante de vita, martyrio, & miraculis S. Cuneræ Sodalis Vrsulanæ iuratis testibus, eam solenni ceremonia eleuat, edicitque, vt de ea duplex festum cum martyrij, tum translationis quotannis religiosè celebretur: & ab hoc tempore videtur eius, quæ supereſt vetustissima Vltraiecti, & Rhenæ vita M. S. literis esse consignata: præsertim cum seculo superiore S. Vrsulæ germana historia prodijsset. *l. 7. c. 14. l. 11. c. 1.*	700	13	Abſim. 4
		Sergij	Tiberij
Plectrudis Coloniæ Capitolinam D. Virginis Mariæ basilicam	701	14	5
construit, & Parthenonem cogit, in quo Deo religiosè militat cum Noitburge, templique parietes post principem aram Sanctarum Virginum Vrsulanarum exornat reliquijs, vt prægrandes muris inserti sarcophagi monstrant, qui & Virginum martyrum illic conditarum effigiem, & inscriptionem præferunt: vnde rectè alibi talis templo inciſa epigraphe. *Deiparæ Patronæ Virginumq; nostrarum lilijs ac Martyrum rosis.* Vita eius:		Cōstāti ni	Iustini Rhinotm.
Anno I. successor Gisonis, cuius in vita S. Suiberti mentio.	708	1	5
Annoni sufficitur breui post Pharamundus.	710	3	7

	Christi	Papæ	Imper.
Præficitur hoc anno Sedi Colonienſi S.Agilolphus, poſtea martyrio coronatus.	714	Greg. 1	Anaſtaſij &
S.Agilolpho Martyri ſuccedit Raginfredus.	716	3	Theodoſij
Beda in martyrologio ſuo, & in ephemeride Sanctarum vndecim millium Virginum meminit: vti & Florus Monachus Trudinopolitanus, circa An. 880. ac Miſſale Colonienſe vetuſtiſſimum nongentorum ferè annorum. *Lib.*11.*c.*12.	730	17	Leonis 13
		Zachariæ	Conſtant. Copron.
Raginfredo ſubſtituitur S.Bonifacius, electus omnium Principum Franciæ conſenſu: confirmante eundem Zacharia Papa, qui rem geſtam ſic narrat: *De eo, quod ſuggeſſiſti, quod elegerunt vnam ciuitatem omnes Francorum Principes, pertingentem vſque ad Paganorum fines, & in partes Germanicarum partium, vbi antea prædicaſti, quatenus ibi ſedem Metropolitanam perpetuo habere debeas, & inde ceteros Epiſcopos inſtrueres ad viam rectitudinis: poſt tui ſucceſſores perpetuo iure poſſideant: hoc quod decreuerunt, nos lato ſuſcepimus animo eo quod ex Dei nutu factum eſt,* & infra. *De ciuitate namque illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionem Francorum, per noſtræ autoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmauimus, & tuæ ſanctitati direximus, pro futuris temporibus eiuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ ſtabilitatem. Indict. 14. pridie Kal. Nouembr.* Vbi confirmatur, Bonifacius Metropolita non autem primo inſtituitur, vt quidam volunt Metropolis Colonienſis: & ab hac confirmatione, 12. Archiepiſcopus S.Bruno nominatur: ob pallij vſum tunc reſtitutũ; quo deceſſores annis 80. caruerant.	745	4	5
S.Bonifacius transfertur Moguntiam: eidem Zacharias Papa confirmat eam Cathedram his verbis: *Quod iam olim de Agrippina ciuitate ſcripſiſti, quod Franci non perſeuerauerunt in verbo, quod promiſerant: & nunc moratur tua Fraternitas in ciuitate Moguntia &c. Nos verò adiutore Deo conſilium præbemus tuæ Reuerendæ Sanctitati, vt pro ſalute animarum rationabilium fautore Chriſto ſedem, quam obtines S.Moguntinæ Eccleſiæ nequaquam relinquas. Kal.Maij Indict.*1. Ei ſucceſſit Agilolphus ſecundus Coloniæ, cuius hoc, vel ſequenti anno Zacharias Papa meminit in Epiſtola ad quoſdam Epiſcopos Galliæ Belgicæ.	748	7	8
Agilolpho ſecundo, breui poſt defuncto, ſubrogatur S.Hildegerus, is anno ſequenti reſtitiſſe videtur, ne Colonienſis Pontificatus Metropoli Moguntinæ ſubderetur: vnde à Marcellino & Ludgero coæuis nominatur Archiepiſcopus.	750	9	10
		Pauli	
Martyrio coronatum S.Hildegerum alij faciunt An.755: alij 757: ſed epitaphium ad An.762. ei vitam prorogat: ſucceſſorem nactus eſt Berthelinum: Rege Pipino.	762	6	22
		Adriani	
Expletis decem Pontificatus annis Berthelinus deceſſit, eum excepit Recolphus iuxta Weſalienſem hoc anno ſub dominatu Caroli.	772	1	32
			Irenæ
Hildebaldus Recolphi vacantem cathedram 24. annis vehemẽter illuſtrauit.	787	16	8
		Leonis	Irenæ iter.
Vſuardus Carolo M. dedicat ſuum martyrologium, in quo 20. Octobris Coloniæ ſtatuit martyrium S.Marthæ & Saulæ, & plurimarum Virginum Martyrum: quibus Vrſulanas Virgines poſtridie cæſas comprehendit, nominatis ijs, quæ in Gallias translatæ illic erant nominatiores.	800	5	4
Ita eodem tempore Alcuinus Caroli M. Magiſter in Litanijs hæc Vrſulanarum Virginum nomina recenſet, *S.Martha, S.Saula, S.Sambaria, S.Saturnina, S.Gregoria, S.Pinnoſa, S.Palladia, S.Margarita*; quarum pleraque collocat Vrſulanas inter Virgines, vel Ado Viennenſis ipſe, vel certè vetuſtiſſimæ illius additiones: reperi poſtea Coloniẽſis			

diœceſis

	Christi	Papæ	Imper.
diœcesis peruetustum missale, quod in Alcuini Litanijs S. Vrsulam inter Sambariam & Saturninam Vrsulanas Virgines nominat. Eadem Virginum nomina recitant vetustiores lectiones horariæ Colonienses ad SS. Apostolos. *lib.* 11. *cap.* 12.		Leonis 5	Irenæ iter. 4
Hildebaldo sufficitur Hagebaldus annis 32. ferè.	821	Paschalis 5	Ludouici 8
Wandelbertus Prumiensis Abbas carminibus suis ad 21. Octob. martyrium Vrsulanum illigauit. *Lib.* 11. *cap.* 13.	850	Leonis 4	Lotharij 10
Post Hagebaldum Guntharius sedere cœpit: is basilicæ Vrsulana certa adsignat prædia, quæ Lotharius Imperator pragmatica sua confirmauit paulo ante, quam imperio se abdicauit, & in Prumiacensi S. Benedicti cœnobio religiosam cœpit vitam profiteri. *Lib.* 9. *cap.* 7.	853	7	13
Gunthario deposito Sedis Apostolicæ auctoritate, cum sedes annis 7. vacasset, ad mortem vsq; eiusdem eligitur VVillibertus, rexit annis 20.	870	Hadriani 3	Ludouici 15
Hoc tempore Normanni vastant Coloniam, Treuiros, & Galliam. Tunc Virgines Parthenonis Treuirensis ad S. Modoaldi tumulum impetrarunt, vt intra 30. dies omnes morerentur, ne barbarorum libidini prostituerentur. *Regino.*	881	Ioan. 8 9	Caroli 3 1
Mortuo 11. Sept. Willeberto, sufficitur Hermannus I. annis 33.	890	Stephani 6	Leonis 6 5
Conradus Imperator confirmat bona Ecclesiæ S. Vrsulæ donata ab Hermanno Arciepiscopo, & ipse nouis cumulat, *Lib.* 9. *c.* 8.	915	Ioan. 10 4	Berẽgarij 1
Idem Hermannus primus basilicam S. Vrsulæ dote maiore auget, translatis eo Geritzhemensibus Virginibus cum S. Hippolyti reliquijs, qui sanctitatem conditorij SS. vndecim millium Virginum, in suo diplomate sæpius meminit: Abbatissa loci tunc nominata Langswinda.	922	11	8
Hoc etiam tempore Lectiones horariæ ex Cunibertina S. Vrsulæ historia desumtæ passim canebantur: nam M. SS. breuiaria, & vt vocant lectionaria, quæ ætatem S. Brunonis, de quo mox agam, superant: eam ipsam recitant. *Lib.* 9. *c.* 8.			
Hermanno primo, piè decedenti succedit in cathedra Wichfridus annis ferè 30.	923	12	9
Wichfridus Archiepiscopus Colonienſis successor Hermanni vnit Vrsulanæ basilicæ vicinum B. V. Mariæ templum, ab Indulgentijs nomen habens: in quo solent illustres Virgines Collegij Vrsulani tumulari, ob solum templi SS. Virginum sacerrimum, idem annis 14. post, auget templi dotem. *lib.* 9. *c.* 9.	927	Ioan. 10 16	Constant. 16
Wichfrido fatis 9. Iulij sublato, succedit S. Bruno annis 12.	953	Agapiti 8	42
S. Bruno Archiepiscopus Colonienſis vindicata Archidiœcesi sua à dominata Francorum captis Parisijs; decessurus, Vrsulanæ basilicæ legatum reliquit, vt suam erga SS. Virgines pietatem posteris testaretur. *l.* 9. *c.* 10. successorem nactus est Folcmarum annis 7.	965	Benedicti 5 1	Ottonis M. 4
Folcmarum excipit B. Gero miraculis in vita clarus.	972	Doni 1	12
Geronem 26. Iunij pro mortuo habitum sepelit Warinus ei subrogatus, beneficus in Vrsulanam basilicam. *l.* 9. *c.* 10.	976	Benedicti 6 2	Ottonis 2 3
Theophania corpus S. Albani protomartyris Angliæ incorruptum Roma Coloniam transfert ad S. Pantaleonem à S. Brunone ædificatum: prope quod ipsa decedens An. 991. suum elegit conditorium. *in appendice c.* 2.	984	Ioan. 14 1	Ottonis 3 Regis. 1
Warini Pastoralem curam Euergerus suscipit.	985	2	2
S. Adelheidis Comitum Geldriæ filia, tirocinium vitæ sanctioris in S. Vrsulæ Virginum illustri collegio ponit: inde translata prope Bonnam ad Vilecense monasterium: illud primum institutis ac	990	Ioan. 15 5	7

	Christi	Papæ	Imper.
moribus Sancti Hieronymi Vrsulanarum Vrginum ritu informauit, mox Sancti Benedicti regulam amplexa, vitæ sanctitate, & prodigijs inclaruit, *Lib. 9 cap. 11.*		Greg. 5	Ottonis 3. Regis
Euergero 11. Iunij infelici fato mortuo, S. Heribertus merito suo inscendit thronum Pontificalem.	997	2	14
Coloniam vitæ sanctitate Sanctus Heribertus primus Elector Imperij illustrat, qui Sanctam Adelheidem Capitolinis Virginibus Agrippinæ dedit antistitam: ab eo supplicatio solennis instituta feria Paschatis sexta circa perimetrum Vrbis antiquæ, quam hodie Siluestrini capitis ornat deportatio, cuius translatio Roma Coloniam hoc ipso contigit seculo, *Surius in vita. V. Lib. 8. cap. 2.*	1000	Siluestri 2 2 Benedicti 8	17 Henrici
S. Cunera Rhenæ in Batauia luculentis illustratur prodigijs, & periuri ad eius reliquias recepto more probantur. *Vita S. Meinvverci, c. 37. V. l. 10. c. 10.*	1015	4	2
Sancto Heriberto vita functo, subrogatur eiusdem vaticinio Piligrimus annis 15.	1021	10 Ioannis 20	8 Conradi
Pio Piligrimi Archiepiscopi Colonienſis impulsu Richeza Poloniæ Regina, se suosque posteros templo S. Vrsulæ obligat quasi tributarios, & cerocensuales, cuius filius Casimirus & ipse S. Vrsulæ obligatus, è Cluniacensi Monacho ac Diacono, Benedicti noni Pontificis indulto regnum Poloniæ desertum & afflictum adijt: sed Richeza breui post An. 1057. viuere desijt, *Lib. 9. c. 56.*	1030	7 Benedicti 11	4
Piligrimus piè decedit, quem succeſſor Hermannus Richezæ frater in templo SS. Apostolorum tumulauit honorificè, sub quo dos templi crescit, *Lib. 9. c. 13.*	1036	3	10
Leo Papa post Pentecosten Coloniam venit cum Imperatore Henrico, *Herm. Contr.* is anno 1052. S. Gerardum Patria Colonienſem suum in Leucorum Præsulatu decessorem solenni ceremonia Sanctis adscribit. Sigebertus. *In appendice cap. 2.*	1049	Leon. 9 1	Henrici 3 3
Henricus Imperator Pascha Coloniæ celebrat, vbi Lietbertum pro Episcopo Cameracensi recipit. *Vita Lietb. M. S. apud Buchierium.* Ibidem ab Hermanno Archiepiscopo filius Imperatoris baptizatur. *Brovverus. V. appendicis c. 2.*	1051	3 Victoris 2	5
Hermanno Archiepiscopo Colonienſi Fratri Richezæ subrogatur S. Anno. *Bucherius.*	1055	2	10
Victor Papa Coloniæ Synodum celebrat generalem, cuius autoritate Balduinus & Godefridus Imperatori reconciliantur, & pax Imperij stabilitur, *Sigebertus.*	1057	3	Henrici 4 1
S. Anno sæpè per noctem S. Vrsulæ basilicam inuisit, ibi mira pietatis & misericordię edit documenta, ac defunctus 4. Decemb. ad eandem Ecclesiam An. 1075. vel 1076. insigni pompa, & triumphali potius, quam funerali deportatur. *Surius in vita, & l. 9. c. 13.* ei sufficitur Hildulphus annis circiter 3. vel 4.	1070	Alex. 2 10	14
Hildulphi 20. Iulij defuncti Cathedrã vacantem Sigevvinus annis decem obtinet, is conflagrante Ecclesia ad Gradus Mariæ; cum iam flamma D. Petri vicinam metropolitanam Ecclesiam corripuisset, eo delatum corpus S. Cuniberti victricibus penè flammis obiecit: quæ viri Sancti exuuias reueritæ, subito euanuere, omni sedato incendio. *Surius fol. 6. in vita S. Cuniberti.* Idem munificus in S. Vrsulanam basilicam, cui tunc præerat Antistita Mechtildis. *Lib. 9. c. 14.*	1079	Greg. 7 7	23
S. Bruno patria Colonienſis, iacit in Gallijs fundamenta florentissimi Ordinis Carthusiani.	1084	12	28

Sige-

	Christi	Papæ	Imper.
Sigewino 31. Maij decedente, Præsul consecratur Hermannus 3. diues nominatus: sedit annis decem.	1089	Vrb. 2.	Henrici 4
Nascitur Coloniæ S. Quardus seu Famianus nobilis Patre Godscalco matre Greimara, ordinis Cistercienſis, futurus summum decus.	1090	2 3	33 34
Hermannus humilis Abbas S. Pantaleonis eligitur, frater B. Irmgardis comitum Zutphaniæ soboles, quæ Romam ter peregrina abijt, & iussu summi Pontificis cum eo terram è cœmiterio Basilicæ S. Vrsulæ in chirotheca detulisset, terra illa in manibus Pontificis in sanguinem conuersa est, & æra campana Romanæ vrbis nemine mouente sonuerunt: eadem beneficio Romani Pontificis donata est magna parte cranij S. Silueſtri: quam metropolitanæ basilicæ Colonienſi obtulit. *V. lib. 8. c. 2.*	1092	5	36
Hermannus diues denatus 2. Nou. successorem habuit Fridericum primum annis 33. is conseruat iura Ecclesiæ Vrsulanæ sub Abbatissa Guadegilde.	1099	12	43
S. Bruno fundator Carthusiæ piè decedit in Calabria, & S. Quardus Coloniæ literis nauat operam.	1101	Paschalis 2	45
Otbertus Episcopus Leodienſis corpus S. Rolendis eleuat; quæ dum Coloniam ad S. Vrsulam peregrinatur, in via fatis concesserat. *lib. 9. c. 6.*	1103	4	47
Henricus Imperator ex Ingelheim fugiens, Coloniam peruenit, ibidem à filio Henrico 5. obsidetur, quassatis ariete crebro mœnibus: quæ soluto obsidio, dum ciues reparant, virgines duæ adstant è Sodalitate S. Vrsulæ, sua indicant sepulcra: ciues diligenter rimati terræ viscera, multa reperiunt sacra Martyrum corpora, quæ Fridericus primus Archipræsul per varias vrbes distribuit Ecclesias. *lib. 7. c. 15.*	1106	7	50
Eodem anno cœnobita quidam monasterij S. Pantaleonis tria corporum Sodalitatis Vrsulanæ recens inuentorum à monialibus curæ suæ creditis impetrat, eaque in Belgium ad Walsiodorense cœnobium transfert: hæc tamen alij anno citius volunt contigisse. *l. 8. c. 3.*			Henrici 5
S. Quardus opibus in pauperes erogatis, Romam peregrinatur.	1108	9	2
Floret hac tempestate Sigebertus Gemblacenſis religiosus, qui compendio Cunibertinam S. Vrsulæ historiam chronico suo inseruit, is tamen eam in Attilæ reiecit tempora.	1110	11	4
Wolframus Tuitienſis Abbatiæ asceta ad VVeissenbergense monasterium in Alsatiam Vrsulanas defert reliquias, quæ in via cœlestibus prodigijs rutilant. *l. 8. c. 4.*	1113	14	7
S. Quardus Compostellam in Galleciã contendit: vbi triennio vitam ducit Anachoreticam.	1114	15 Calisti 2	8
S. Norbertus iactis Præmonstrati nouæ religionis fundamentis, Coloniam excurrit, petitum reliquias: adspirat pijs eius desiderijs diuina clementia: nam & S. Gereonis corpus octingentis annis ante funeratum inuenit; & Virgo quædam Vrsulana per quietem ei visa, suum ei nomen & sepulcrum indicat, vnde compluribus acceptis è Sodalitate Virginea reliquijs, Floreffienſe condit in via cœnobium, quatuor illic depositis cranijs Parthenijs: reliqua secum defert Præmonstratum. *lib. 8. c. 5.*	1121	3	15
Otto Frisingenſis floret hoc tempore, qui Sigebertum secutus, Chronico suo intexuit martyrium Vrsulanum, pro eius palæstra Coloniã designatã. *lib. 11. c. 13.*	1130	Innoc. 2 1	Lotharij 5

	Christi	Papæ	Imper.
Fridericus, sub quo multæ eleuatæ sunt Vrsulanæ reliquiæ, decedit 25. Aug. & in Sibergensi cœnobio tumulatur: cui Bruno sufficitur annis 6.	1131	Inno. cētij 2 I	Lotharij 6
Bruno 2. Colonienſis Archipræsul altare in porticu basilicæ S. Vrsulæ consecrat. *l.9.c.15.*	1135	6	10
Defungitur Bruno successore Hugone, qui paucis post mensibus denatus Arnoldo 1. Cathedram reliquit.	1137	8	12
Henricus Archimandrita pro suo Bretenawensi monasterio in diœcesi Moguntina obtinet 4. corpora ab Archiepiscopo Arnoldo 1. quæ eò religiosè deferuntur. *l.8.c.6.*	1142	13	Conradi 4
Ad Zwifaltense S. Benedicti cœnobium duo corpora candidati exercitus Colonia transferuntur, veritas reliquiarum à Deo miraculo fuit obsignata. *l.8.c.6.*	1145	Eugenij 1	7
Moritur Galesij in Italia S. Quardus dictus Famiaums, maximis nobilitatus miraculis, quando B. Hermannus Coloniæ nascitur, moritur item 3. Aprilis Arnoldus 1.	1150	6	12
Ideò Conradus Imperator Coloniam venit, & Arnoldum Cancellarium suum multum renitentem regalibus ornat Archiepiscopatus Colonienſis, sub quo pleræque reliquiæ Vrsulanæ sunt patefactæ: is successit Arnoldo 1. ab Eugenio in Remensi Concilio deposito, rexit annis 6.	1151	7	13
Viuit hoc tempore in Anglia Galfredus Monumetensis is, qui pessimè de S. Vrsulæ historia meritus, primus orbi fabulam hactenus inauditam vulgauit, qua martyrium tam nobile causa nutante penè euertitur. *lib.2.c.9.*	1152	8	Friderici Barbarossæ 1
Eodem tempore cœpit Deus S. Elisabetham Schönaugienſis Benedictini cœnobij antistitā cœlestibus visis, & vaticinijs impertiri, vt illa post quinquennium nouam tunc procusam fabulam diuinis oraculis confutaret. Celebris erat eo tempore toto iam orbe festiuitas Vrsulana, qua Virgo hæc triumphantē videre meruit candidatū exercitū, palmis & coronis glorioſum. *Lib.2. Visionū. Cap.2.V.l.1.c.23.*			
Conrado nepos succedit in Imperio Fridericus Barbaroſſa, cuius dono Sanctos Tres Reges Colonienſes obtinuerunt.		Adriani 4	
Adrianus Papa mense Decemb. creatus Pontifex S. Quardum Sanctis adscribit, & ob famam miraculorum Famianum vocat.	1154	1	3
Hoc tandem anno placuit diuinæ bonitati latentem Coloniæ thesaurum in lucem proferre: nam præuijs SS. Virginum varijs apparitionibus, Deus ardorem singularem ciuium animis indidit, vt per annos 9. insequentes continuo sine interruptione labore ingentia spatia campi Vrsulani scrutarentur, & multa corporum millia signis martyrij, tituliſque sepulcralibus magnam partem distincta reperirent: præerat diœcesi Arnoldus II, qui sacris reliquijs peruestigandis, examinandis & approbandis præfecit Gerlacum Abbatem Tuitiensem: is manibus suis (vt scripto reliquit) sacra corpora S. Vrsulæ, sponsi Aetherij, Cyriaci Pontificis, ceterorumque Episcoporum, Regum, Ducum, & præcipuarum Virginum, è sarcophagis eduxit, eleuauit, transportauit: titulos intra tumulos cippis lapideis inciſos in codicem, qui supereſt retulit, *Lib.7.cap.17*	1155	2	4
Gerlacus Abbas tot Episcoporum, Regum, & ipsius summi Pontificis Cyriaci titulo reperto solicitus, misit ad Schönaugienſe cœnobium SS. Verenæ, Constantiæ, Albinæ, Emerentianæ, S. Adriani, & Cæsarij martyrum sacra lipsana, simul obtestatus S. Elisabetham antistitam, Deum, vt precibus consuleret, de veritate titulorum sepulcralium: quæ huius, & sequentis anni magnam partem præcipuis festiuita-	1156	3	5

	Christi	Papæ	Imper.
stiuitatibus varias obtinuit cœlestes notitias, quibus inscriptiones omnes repertas approbat, explicat, dubia quæuis mota à viris doctissimis cœlesti responso dissoluit: ac varia personarum, peregrinationis Romanæ, & martyrij adiuncta detegit. *Cap.* 20. Eodem anno ad varia Belgij & Germaniæ loca virginei sacri cineres dono Gerlaci transmittuntur. *Lib.* 8. *cap.* 6. 7. 8.			
Arnoldo II. 14. Maij mortuo, succedit Fridericus secundus, consecratus ab Hadriano Papa: Biennio post hic Vrsulanæ basilicę tutelã recipit. *Lib.* 9. *cap.* 16. Balduinus Hannoniæ Comes Coloniæ S. Vrsulam peregrinus inuisit, qui viæ sibi comitem adsciscit Henricum Ducem Limburgensem: quorum precibus S. Carissæ Virginis corpus à Gerlaco donatur Abbatiæ Viconiensi. *Cap.* 10.	1157	4	6
Guarinus Viconiensis Abbas corpora SS. Frangiæ, Sambariæ, Babiliæ, & Macarij Episcopi de sodalitate S. Vrsulæ Coloniæ impetrat, sicut & anno sequenti cum Coloniam Priorem suum cum auro multo amandasset, vt in deuinciendis sibi Gerlaci amicorum animis sumtibus non parceret, ditiorem inde gazam SS. exuuiarum retulit. *ibidem.*	1158	5	7
Friderico 24. Sept. in Italia mortuo, Reinoldus è Comitibus à Dassele præficitur Archiepiscopatui Colonienſi ex archigrammateo Friderici: hic immortali sibi beneficio Agrippinam deuinxit, ad quam SS. Magos Christi adoratores traduxit. Soror eius Gepa præfecta tunc erat Vrsulanarum Virginum. Idem Præmonstratensium in Belgio cœnobium Bonæ spei ditauit multis SS. reliquijs; missis eo è Sodalitate Vrsulana integris corporibus SS. Valerij, Martij, Honorati, Polycarpi, Stephani, Terentiæ, Margaritæ, Balbinæ & Sambariæ. *Cap.* 11.	1159	6	8
Hillinus Archiepiscopus ad Gepæ petitionem tuetur iura: vocat se *seruum Ecclesiæ SS. Virginum in Colonia. lib.* 9. *cap.* 16.	1160	Alexãdri 3 1	9
Excisum hoc anno meliorum autorum sententia Mediolanum est teste *Brouvero, Bucherio,* Reinoldus Archiepiscopus Colonienſis, Cancellarius Cæsaris transfert reliquias SS. Trium Regum, SS. Machabæorum, Item SS. Naboris & Felicis Martyrum Mediolano Coloniam, & SS. Machabæos quidem cœnobio S. Magdalenæ collis Greesbergensis spe litis sexcentorum annorum finiendæ inter Virgines istas, & Vrsulanæ basilicæ sanctimoniales, quamuis res eo viuo componi non potuerit, sequenti tamen seculo, An. 1228. feliciter ex mente Reinoldi transactum est; tunc enim à SS. Machabæis Ecclesia nomen tulit: exinde sola basilica S. Vrsulæ tumulo decorata, à SS. Virginibus vndecim millibus nominationem retinuit. *Lib.* 9. *cap.* 17. & 21.	1162	3	11
Gerlaco Abbati demortuo succedit Harbernus vt in Præfectura cœnobij, sic & cura eleuationis Sanctarum reliquiarum; Reinoldo in Italia, & castris occupato, qui eam hoc, & sequenti anno continuauit: quæ verò sacra corpora repererit, dixi suo loco, *Lib.* 7. *cap.* 19.	1163	4	12
Floret hoc tempore Egbertus Germanus S. Elisabethæ: is hoc anno Coloniam euocatus est, vt perfidiam, & contumaciam Catharorum disputando frangeret: sed cum sanam ij mentem respuerent, igni comburuntur. Vulgauit idem S. Elisabethæ sororis suæ narrationem martyrij Vrsulani, *Lib.* 1. *c.* 23. Quam auidè arripuerunt & defenderunt hoc ferè seculo Rogerius Cistercienſis, Albericus trium fontium, & Robertus Altisiodorensis religiosi: floruit & Theodoricus Tuitiensis monasterij Sacrista, qui Abbatum suorum Gerlaci, & Harberni eleuationes & translationes Vrsulanarũ reliquiarũ cum epitome martyrij recitat. *Li.* 11. *c.* 17.			

	Christi	Papæ	Imper.
Reinoldus eleuat ossa Caroli M. Aquisgrani.			
Decedit sanctitate, reuelationibus, & mirandis factis celebris S. Elisabeth Schönaugiensis, quam optimè de S. Vrsulæ martyrio merita. *l.* 1. *c.* 23. vitam eius Egbertus Abbas scribit.	1165	Alexãdri 3 6	Friderici Barbarossę 14
Reinoldo propè Romam peste sublato, 14. Aug. succedit Pilippus de Heinsberg, mirus cœnobiorum propagator, qui *optare se* aiebat, *vt in omni diœcesi villa conuentus iustorum Deum celebraret, & pro se ac commisso sibi grege Deum precaretur: felicior enim status Ecclesiæ meæ esset: cum nullis isti nocerent; multis verò prodessent: aliena non raperent, qui sua omnibus impertirentur.* Cæsarius l. 4. c. 64. multa is largitur Vrsulanæ basilicæ *l.* 9. *c.* 17. *&* 18.	1167	8	16
Ab hoc Archiepiscopo in Colonienſem ciuitatem & archidiœcesin B. Aszelina D. Bernardi consanguinea fuit euocata, vt primũ restitueret vigorem disciplinæ religionis Cistercienſis: cui ad S. Vrsulam 30. dies excubanti visa cœlestia contigere. *l.* 9. *c.* 28. 29. 30. Coloniâ Tornacum transferunrur corpora S. Honoratæ & Florinæ.			
Gepæ Abbatissæ S. Vrsulæ hoc circiter anno mortuo, succeſſit Clementia, gesta eius vide *l.* 9. *c.* 18. 19. 20.	1173	14	22
Philippus Archiepiscopus Colonienſis contra mentẽ Reinoldi deceſſoris pro montis Magdalenæi Virginibus litem sexcentis & plurìbus annis ventilatam decidit, eisque agri Vrsulani possessionem suo confirmat diplomate, templum iam inde à Solino decennio post Attilæ vastitatem ædificatum, nec hactenus consecratum, ad honorem sanctarum vndecim millium Viginum dedicat, eoque transfert illustres virgines D. Benedicti regulam professas, quibus dotem & ampliſſima constituit priuilegia: *l.* 9. *c.* 18.	1178	19	27
Idem hoc anno ducatu Angariæ & Westphaliæ donatur à Cæsare, quẽ Otto quartus A. 1200. Adolpho Archiepiscopo cõfirmauit.	1180	21	29
Philippus Archiepiscopus vna cum ciuibus, vt SS. regum corpora; quæ Principum quorundam insidijs appetebantur, tutaretur, ciuitatis quadrum ingenti circumscripsit hemicyclo: quo cum toto agro Vrsulano plurimas collegiatas Ecclesias, & cœnobia, quæ coronâ quadã Coloniã ambiebant, mœnibus cõprehendit, ipsamq; Rheni insulã D. Martini cœnobio celebrem, vt quintuplũ auctior euaserit.		Lucij	
Hic annus nobilitatur B. Hermanni Steinfeldienſis cœlitus accepto oraculo de historia Vrsulana, quo totam martyrij gesti seriem diuinitus didicit, dubiaque à varijs mota dissoluit accuratè: librum hũc Deiparę monitu dedicat Præmõstratenſi ordini, qui ea tẽpestate felici germine magno proximorũ emolumẽto propagabatur. *l.* 7. *c.* 21.	1183	2	32
Idem prosam vel sequentiam vt vocant elaborauit, quæ postea per Franciæ, Germaniæ, & Angliæ Ecclesias in sacris Missæ officijs fuit decantata. Iubilum etiam, Virginum sacrarum crebro apparentium monitu & inuitatu composuit de ijsdem. *lib.* 1. *c.* 25.			
Circa hæc tempora translationem factam existimo SS. Virginũ Theomatę, Cleomatę, ac Christantiæ, quæ in Thuringia Abbati Cistercienſis ordinis visæ, eum Coloniam vt iret, & ad monasterium suum dicta transferret corpora, nominibus suis & sepulcris indicatis, monuerunt: eæ quidem tunc magna translata sunt celebritate; sed cum sub An. 1200. refrigescente SS. Virginum cultu negligerentur, Coloniam sponte redierunt, vbi earum tumuli, & vnum præ reliquis caput exhibetur. *l.* 8. *c.* 13.	1184	3 Vrbani 3	33
Alteram accipit B. Hermannus secundi libri reuelationem seculis aliquot deperditam, & nuper inuentam. *l.* 1. *c.* 25.	1187	2 Clemẽtis 3	36 Henrici 6
Floret Richardus Anglicus Arensbergæ, qui B. Hermanni Steinfeldienſis	1190	3	1

	Christi	Papa	Imper.
feldiensis reuelationem septennio ante vulgatam, compendio descriptam transmisit in Angliam, cuius post mortem manus diu permansit incorrupta, *Lib.11.c.14.*		Clemẽtis 3.	Henrici 6
S. Anastasia cum socia Virgine apparet Eufemiæ, postea loci antistitæ, corpus suum & Sodalis indicat, vtrumque ad Heisterbacense cœnobium magna religione transmittitur, *Lib.8.c.17.*		Cœlestini	
Philippo Heinsbergensi in Apulia 13. Augusti demortuo, sufficitur Bruno tertius Agrippinensium Præsul: hic triennio vel biennio post, nouo exemplo, abit Archiepiscopatu, & in Veteris montis asceterio S. Bernardi regulam cœpit profiteri, *Menologium Cisterciense.*	1191	1	2
Erat tunc loci archimandrita Goswinus, insignis SS. reliquarum cultor, qui mille ferè corpora SS. Virginum Vrsulanarum circa hoc tempus Coloniâ transtulit ad suum cœnobium, non dubito, quin Brunonis liberalitate, cuius etiam tempore vt MS. Abbatum codex, & Cæsarius tunc superstes refert, os equinum è reliquijs diuinitus fuit exturbatum, *Cæsarius & Catalogus Abbatum loci. Lib.8.c.6.*			
Forte & circa hæc tempora nobilis ibi visio contigit, qua in Vigilia S. Vrsulæ, Virgines supplicationis ritu nocte templum monasterij inuiserunt, *Lib.9.c.26.*			
Brunoni Archiepiscopo successit Adolphus ex eadem Comitum Montensium familia: sub quo vastationes variæ totum Romanum Imperium, præsertim Alsatiam, Thuringiam & Rhenanum tractum, Coloniamq; afflixerunt; quæ occasionẽ dederunt varijs prodigijs, quæ circa reliquias Vrsulanas dignatus est Deus operari, *l.10.c.10.*	1193	3	4
Henricus Barbarossæ filius Roman. Imperator moritur in Apulia 28. Sept. Fridericus filius eius quadrimus succedit in regno Siciliẹ; de Imperio orta est grauissima dissensio, *Godefr. Lib.10.c.10.*	1197	7	8
		Innoc.	Ottonis 4
Otto & Philipp. schismate eliguntur in Imperatores, Ottonem Aquisgrani coronat Adolphus Elector Coloniẽsis, cuius etiã partibus fauet Innocentius Papa, & Argentinensis Episc. Hinc bellũ, *l.9.c.19.*	1198	1	1
Vastatur à Philippo Sueuo Coloniensis diœcesis; eidẽ Argentoratum deditur, *Brovverus.*	1199	2	2
Hisce bellorum motibus duo contigerunt circa sacros Vrsulanos cineres, quæ ab obliuione sunt vindicanda. Primum, quod cum Philippus Rex vastaret Thuringiã, corpora SS. Virg. Cleomatæ, Theomatæ & Christãtiæ sup testudinẽ abiectæ sint, nec vllo deinceps cultu religioso obseruatæ: vnde Coloniã spõte postea redierũt, *l.10.c.10.*			
Alterũ de S. Aurelia referunt Argentoratẽsis Breuiarij lectiones, cũ miles prædæ inhians S. Aureliæ tumulũ effringere malleo niteretur, dœmone repente inquilino vexatus, sibi violentis manibus necẽ intulit, nec cadauer terra sustinuit, sed ter egurgitauit, *Lib.11.cap.33.*			
Nascitur Coloniæ S. Geroldus nobili genere: sed accisis ob bella parentum opibus, martyrio post 40. annos Cremonæ coronatus.	1201	4	4
Ioan. Archiep. Treuir. eleuat S. Florianũ Regẽ cum Engelinda Regina, S. Elonẽ Episcopum & alios Mart. propè Confluentiã in monte Besselich, qui dum Coloniam peregrini contenderent ad SS. Virgines Vrsulanas, ibidem ab Hunnis fuerant affecti martyrio; quos Anachoreta tempore Arnodi antecessoris repererat, *l.9.c.5.* (*l.9.c.20.*	1202	5	5
Post Clemẽtię mortẽ Euphemia præficitur Vrsulano Parthenoni, Adolphus Archiep. Colon. Philippo regi reconciliatus, eũ coronat Aquisgrani: ideò à Moguntino & Cameracensi Episcop. delegatis à Pont. Max. depositus est, cui Bruno 4. sufficitur, Adolphus tamen sub Engelberto præsule, licet exautoratus, permissus obire vices in Pontificalibus: vnde de eo M. SS. Bravveilerensia hæc habẽt f. 121. *Adolphus Archiep. qui fuit filius fratris Brunonis 3. Archiepisc. Coloniensis, cõsecrauit An. 1220. altare SS. Virginum in crypta.*	1205	8	8

Gelenius

	Christi	Papa	Imper.
Gelenius in Auctario histor. S. Engelberti fol. 308.		Innoc.	Ottonis 4
Brunone Colonienſi & Ottone cæſis Colonia dedit ſe Philippo	1206	9	9
regi.	1208	11	11
Brunoni 2. Nou. mortuo ſufficitur Theodoricus.	1216	19	Friderici 2. 1
S. Engelbertus renunciatur Archiepiſcopus Colonienſis, accipit Norimbergæ regalia à Friderico. Honorius 3. ſuccedit Innocentio Pontifici Maximo. *l.* 9. *c.* 21.		Honorij 3	
S. Engelbertus Henricum 7. filium Friderici conſecrat regem Aquiſgrani. Idem Virginibus Machabæiticis varia contulit, & quoniam rebatur Reinoldi Archiepiſcopi Colonienſis prudentiſſimum conſilium, quo donarat eo conſilio SS. Machabæorum cineres loci ſanctimonialibus, vt controuerſia ſeculorum tot ſopiretur, ideò cœpit templo chorum adijcere, vt id denuo & SS. Machabæorum honori conſecraretur.	1222	6	7
Compoſita hoc eodem anno lis inter S. Engelbertum & Benedictam Abbatiſſam Vrſulanam de cerocenſualibus Hagenſibus, quas libenter cedit Collegio S. Vrſulæ. *l.* 9. *c.* 21.			
Circiter hæc ferè tẽpora S. Dominici familia Coloniã venit, & paulo citius S. Franciſci Patres. Vtrique maximo Ciuitatis bono recepti ſunt: vtrique cultum Vrſulanum hic & alibi diligenter promouerunt: multis è Sodalitate virginea ditati lipſanis.			
Illuſtre S. Engelberti martyrium pium ipſius interuertit conſilium, is dum Svvelmenſem pergit conſecraturus Eccleſiam, ſicariorum gladijs pro libertatis Eccleſiaſticæ defenſione 7. Nouembris trucidatur, res ea ſucceſſori Henrico de Molenarck fuit reſeruata.	1225	9	10
Dum Eberhardus Archiepiſcopus Saltzburgenſis Aquiſgrano à coronatione vxoris Henrici Regis Romanorum filij Friderici 2. Imperatoris redit Coloniâ, donatur reliquijs SS. Virginum Vrſulanarum. *Hondius in metropoli.*	1226	10	11
Sepelitur S. Engelbertus Coloniæ magnis diuinitus miraculis illuſtratus.		Gregorij 9	
Hoc demum anno lis ſeptingentorum ac plurium annorum deciſa eſt de Vrſulani templi, & agri poſſeſſione, vel ſaltem appellatione: nam Henricus de Molenarck Archiepiſcopus commiſit Ioanni Mithylenenſi Archiepiſcopo Sedis Apoſtolicæ legato à latere, vt chorum adiectum templo in monte Greesbergenſi, & aram principem SS. Machabæorum honori conſecraret; totumque cœnobium, templum, & platea vicina duceret à SS. Machabæis nomenclationem: quam hodieque retinet, licet vicus, qui ſanguinis dicitur, parum diſtet: ita Clematiana baſilica deinceps pacatè ſola retinuit à S. Vrſula nominationem. *l.* 9. *c.* 2.	1228	1	13
Poſt Benedictam Friderundis præfuit, benefica in alias ſanctimoniales. *c.* 22.	1229	2	14
S. Eliſabeth vidua ſolenni apotheoſi refertur in Sanctorum canonem, ad eam ex omnibus partibus ingẽs peregrinorum confluxit multitudo propter continua, quæ Deus ad ſacri contactum corporis patrauit miracula.	1236	9	21
Viconienſis Abbatia Patrum Præmonſtratenſium iterum ditatur magno numero corporum Sodalitatis Vrſulanæ: nam & Ioannis Comitis Flandriæ & Hannoniæ fauore, & P. Nicolai Valencenenſis induſtria multa ſunt eo tranſportata. *lib.* 8. *c.* 15.			
Conradus ab Hœſteden ſubrogatur Henrico à Molenarck, cum 12. præſediſſet annis 26. Martij defuncto, is S. Cuniberti fœdatam incendio baſilicam reſtaurauit, & Metropolitanam S. Petri opere mag-	1237	10	22

re magnificentissimo inchoauit: nam innumeri tunc ex omni natione peregrini ad SS. Tres reges, & S. Vrsulam visendam confluebant.

Conradus donat quædam Vrsulanæ basilicæ: *Lib. 9. c. 23. & 24.*

Coloniæ Patrum Prædicatorum ordo professore Philosophiæ B. Alberto M. Discipuloque eius S. Thoma Aquinate inclarescit: nec Albertus M. tantum ætatis suæ erat subtilissimus Philosophorum; sed orator etiam disertissimus, exstat concio, quam in festo S. Vrsulæ habuit, qui etiam cum passim ad eleuationes SS. Vrsulanarum Virginum adhiberetur, & autoritate valeret, trecenta corpora Sodalitatis Partheniæ obtinuit dono Antistitæ Vrsulanæ, quæ postea fuerunt per Germaniam ad varia Patrum Dominicanorum cœnobia transportata. Ij postea capitulum Vrsulanum particeps meritorum ordinis declararunt, *Lib. 9. c. 23.*

S. Geroldus patria Colonienſis, propè Cremonam Martyrio coronatur, magnisque claret miraculis.

Comes de VVeda Colonia impetrat 4. Parthenici collegij corpora, quæ lacte lota, cum soli siccanda exponerentur, & vnius partis humor eductus esset, in latus alterum sponte se conuerterunt, solique desiccandum obuerterunt, *Lib. 8. ca. 16.*

Gertrudis S. Elisabethæ viduæ filia magnum in honorem adducit monasterium Altenburgense, quo delati ciues Popardienses dum sanctæ matris tumulum religiosè adeunt, à filia discunt multorum Martyrum polyandrion Bopardiæ latitare, quod demum ipsis Deus An. 1280. reserauit, *Appendicis cap. 2.*

Floret Vincentius Belluacensis lumen Ordinis Prædicatorij, qui fusè persequitur historiam Vrsulanam secundum traditionem Colonienſium, *Lib. 11. cap. 18.*

Iterum Conradus Archiepiscopus Colonienſis suam relicto diplomate liberalitatē posteris testatur in basilicam Vrsulanā, *l. 9. c. 24.*

Ex familia S. Dominici claret Thomas Cantipratanus Proepiscopus, qui Alberti M. Coloniæ auditor, Sodalitatis Vrsulanæ multitudinem, S. Cyriaci Pontificatum, & multorum Episcoporum regumque martyrium è titulis ipsius ætate adhuc è sepulcris erutis luculenter demonstrauit. Idem narrat Bruxellis à se visam feminam, quæ mortua reuixit, testata se precibus Sanctarum Virginum Colonienſium purgatorij flammis liberatam, iussam redire ad corpus, & hoc referre hominibus, certum S. Vrsulæ & Sodalium præsidium adfuturum ijs, qui in gratia decessissent, *Lib. 9. c. 69.*

S. Iuliana prædicit inuentionem & translationem SS. reliquiarum Vrsulanarum in Belgium, eadem peregrinatur Coloniam, S. Vrsulam SS. Tres Reges, & S. Petrum visitatura, *Lib. 8. c. 17. l. 9. c. 27.*

Hymana soror Conradi Archiepiscopi Colonienſis impetrat ab antistita SS. Machabæorum corpus Vrsulanum diuinitus indicatum, pro Salsinienſi cœnobio, *Lib. 8. c. 18.*

Conradus Archiepiscopus amplissimam facit potestatem sororibus suis Hymanæ Flinenſi antistitæ, & Aleidi S. VValburgis, reliquias Vrsulanas Coloniæ effodiendi: vna die quingenta reperiuntur corpora, quorum pleraque in Belgium ad Hymanam & Margaretam Hannoniæ Comitem transferuntur: quæ ea per Ecclesias & Monasteria totius Belgij distribuit: octoginta capitibus in Flinenſi ascetorio relictis, *Cap. 19.*

Moritur Conradus, cum Archiepiscopatum arcibus, feudis & bonis omnibus opulentasset, succedit ei Engelbertus II. Comes de Valckenburch.

Christi	Papæ Greg. 4	Imper. Friderici 2
1238	11	23
1240	13	25

Conditur ab ordine militari S. Ioannis, templum S. Ioannis Baptistæ, breui post inuento S. Cordulæ corpore in pomario, huius nomine templi appellationem auxit, *Lib. 7. c. 23.*

Obsidetur Colonia, sed Theodoricus Cliuensium Comes territus nocturna visione, qua S. Vrsulam cum vndecim millibus Virginum; Thebæorum Maurorumque Martyrum cohortes, ducibus SS. Gereone & Georgio munire portas singulas contra hostes rubra cruce vidit, primus discessit è castris, quem alij secuti soluerunt obsidium. *Bredenbachius* alij malunt An. 1269. contigisse. *Lib. 11. c. 31.*

Engelberto II. è viuis sublato 17. Nouembris, succedit Siffridus de V Vesterburg: cuius tempore plurimæ SS. Virginum magnis prodigijs tumulos suos indicarunt, & eleuatæ sunt, is plurimum vtebatur B. Alberti vicaria in Pontificalibus opera, *Lib. 7. c. 25.*

Gregorius X. Septemuirale collegium Electorum monet de Romanorum Imperatore designando, renunciatur Rudolphus Comes Hapsburgi; quem Siffridus Colonienſis consecrat Aquisgrani: cui cum crucē porrigeret: eam sibi sceptri loco fore respondit, *Brovverus.*

Moritur S. Thomas Aquinas, dum ad concilium Lugdunense pergit, cuius mortem in mensa diuinitus Coloniæ discit Albertus M. *Lib. 7. c. 24.*

Nobilis accidit & trina S. Cordulæ apparitio, facta Ingebrando cuidam religioso Ioannitæ, visioni repertus respondit tumulus, & corpus Martyris, quod solenni ceremonia B. Albertus M. eleuauit. Odor fragrantissimus diu post locum pomarij, vbi condita fuerat, decorauit: visa etiam de nocte lumina circa ipsum radiare, terraque inde egesta venenatas passim depellere cœpit animantes, *Lib. 7. cap. 23. 24. 25.*

Hoc & tribus sequentibus annis maximis per totam Colonienſem Archidiœcesin inclaresçit miraculis S. Cordula, vt centuriam complerint: ita componitur controuersia, quam equitibus Sancti Ioannis mouerant Virgines basilicæ Vrsulanæ, quæ contenderant suo in templo centum iam annis eam quiescere Cordulam, quæ in naui deliteſcens postridie martyrium subijsset, *Lib. 10. à cap. 15. ad 26. vsque.*

Celebrem hunc annum facit inuentio Martyrum Popardienſium sub Antonino Pio illic pro fide occisorum: superstes adhuc erat Gertrudis Altenburgensis Magistra Præmonstratensis Ordinis, filia S. Elisabethæ, quæ id multo ante prænunciarat, *Appendicis c. 1.*

Deferuntur duo corpora Coloniâ ad Dunense Monasterium à cœnobita, quæ duobus in via clarent prodigijs. *Lib. 8. c. 25.*

Moritur Coloniæ B. Albertus M. admirandis factis diuinitus illustratus.

Parisijs Ioanni ab Eppa Crucigero laico SS. Christina, Basilia & Imna Virgines apparent, suaque cum nominibus sepulcra indicant, quæ Coloniæ monstrato in loco reperta præsente Siffrido Archiepiscopo sunt eleuatæ, & ad diuersas Ciuitatis Ecclesias pompa illustri transportatæ, *Lib. 7. c. 26.*

Eidem Parisijs ter S. Odilia per quietem visa est, tumulumque suum prodidit, quæ multis inuenta cum prodigijs eodem præsente Siffrido Archiepiscopo ad metropolitanam Ecclesiam delata, & decem menses seruata, inde Huio Diua tutelaris loci, & Ord. Patrum Crucigerorum cessit, *l. 8. c. 26.*

Hoc anno translata Huium S. Odilia cum Episcopo quodam & S. Ida, non sine miraculis in via & in quietis loco, *l. 7. c. 27.*

Christi	Papæ	Imper.
1263	Vrb. 4. 2 Clem. 6	Richardi 7
1266	6	10
1272	Gregorij 10 2	Rudolph. Habspurgenſis. 1
1273	3	1
1274	4	2
1278	Nicolai 3 1	6
1279	2	7
1280	3	8
1286	Honorij 4 1	14
1287	2	15
1288	Nicolai 4 1	16

Florent

Florent hac ætate Iacobus de Voragine Archiepiscopus Genuensis, & Martinus Polonus Archiepiscopus Consentinus, vterque S. Dominici professus regulam, vterque facit S. Cyriacum Papam, & in societate S. Vrsulæ Martyrem. *lib.11.c.15.& 18.* — *Christi* 1290 — *Papæ* Nico.4 — *Imper.* Rudolphi 18

Hoc circiter anno Cœlestinus 11. Decembr. abijt summo sacerdotio: Suffectus ei est Bonifacius 8. qui diplomate suo renunciationem istam confirmauit, idq; insertum est sexto Decretalium, c. *quoniam*: hac occasione S. Cyriaci Pontificatus fuit vehementer à Iuris interpretibus stabilitus, *lib.11.c.20.* — 1294 — 5 Cœlestinus — Adolphi 8

Siffridus 25. Martij moriens, Cathedram Colonienſem cedit Wichboldo, qui quatuor eam rexit annis. — 1298 — Bonif. 8 4 — Alberti 1

Bonifacius Papa VIII. annum secularem primus, instituit ingenti omnium applausu, & concursu. — 1300 — 6 — 3

VVichboldo ex humanis 3. April. sublato, post anni vacationem Henricus de Virneburg Colonienſem Pontificatum init, functus eo annis 30. ferè. — 1303 — Benedicti 11 1 — 6

Clemens V. Papa secessit orto schismate Lugdunum & Auennionem, vbi annis 70. sedes Pontificia stetit, is Henricum Virneburgicum confirmat hoc anno Colonienſem Archiepiscopum. — 1305 — Clem. 1 — 8

Henricus Lutzenburgenſis Imperator coronatur ab Henrico Colonienſi Præsule, qui in epiphania Sanctos tres Reges supplex veneratur, aureis oblatis, gemmeisque insignibus. *Brovverus.* — 1309 — 5 — Henrici 1

Henricus à Virnenburg Archiepiscopus Colonienſis c.13. Synodi tunc celebratæ statuit, vt Ecclesia Colonienſis, quæ ad id vsque temporis iuxta Gallicanæ Ecclesiæ supputationē annum ab Incarnatione Domini 25. Martij inchoarat, deinceps ritum Romanæ sequeretur, annumque duceretà Kalendis Ianuarijs. Statutum Col. imitati Leodienses An. 1334. *Bucherius.* Idem festum S. Vrsulæ vacuum à laboribus esse iussit, *Lib.11.c.19.* — 1310 — 6 — 2

Ludouicus Imperator suis ipse manibus Ioannem Bohemiæ regem ritu Castrensi militem creat, de quo more multa in historia Vrsulana. *Lib.2.cap.29.* — 1314 — 10 — Schisma in imperio Ludouici 1

Augustinus Triumphus ex ordine Eremitarum S. Augustini libros suos de Hierarchia Ecclesiastica dedicat Ioanni 22. Pontifici: in quibus Cyriaci Papæ cum S. Vrsula martyrium, abdicationē Pontificatus legitimam, eiusdemque in canonem sanctorum adscriptionem tuetur, *Lib.11.c.20.* — 1320 — Ioā. 22 5 — 7

Inuentio S. Valerij Martyris & Regis Hispaniarum cum Theodora filia, & eius leuatio in basilica S. Vrsulæ, *lib.7.c.27.*

Multis præuijs visis S. Constantia Regina cū 100. alijs Vrsulanæ sodalitatis corporibus inuenitur apud equites S. Ioannis, & solenniter eleuatur, *cap.28.* — 1327 — 12 — 14

Eodem tempore fit S. Albani Protomartyris Angliæ corporis leuatio apud Pantaleonitas, cuius sacræ reliquiæ quingentis intra triennium decorantur miraculis: vnde tanto tempore sublimi in feretro fuit populo publicitus exponendum, vt facilius omnes omnino languidi solo contactu corporis incorrupti curarentur; mortui etiam vitæ redderentur. *appendicis c.2.*

Viuebat tunc Ioannes Andreæ Iuris præcipuum decus, qui S. Cyriaci cum S. Vrsula Coloniæ factum martyrium, & renunciationem Pontificatus approbat, cuius post paulo Glossa fuit inserta Iuri Canonico, licet Cardinalis Baronij consilio & ætate sit erasa, *lib. 11.c.20.* — 1330 — 15 — 17

Cum eo vixit Albericus Rosate eiusdem Pontificatus S. Cyriaci defensor & Patronus. *ibidem.*

	Christi	Papæ	Imper.
Eleonora filia Eduardi Regis Angliæ, primi Ducis Geldriæ coniunx, reliquias S. Cuneræ dum Rhenâ exportat, diuinitus progredi vetatur: exinde Diuæ illius prodigia cœperunt accuratius tabulis consignari, *lib.10.c.28.*	1333	Ioã. 22. 18 Benedicti 12	Ludouic 20
Henrico Virneburgico decedenti 7. Ianuarij, succeſſor decernitur Walramus Comes Iuliæ, ſedit annis. 16.M.6.d.19.	1338	4	25
Eduardus Angliæ Rex Philippi Pulchri ex filia nepos, qui Franciæ regnum contra Philippum Valeſium ambiebat, Coloniam ingreſſus ſacra trium Regum ſepulcra venerabundus adijt. *Brouverus.*			
Inueniuntur & leuantur magnis cum miraculis oſſa S. Gorgonij Epiſcopi, & regulorum quorundam Hiſpanię & Siciliæ, ac ſupra 136. corpora intra immunitatem Eccleſiæ S. Maximini, *l.7.c.29.*		Clem.6	Caroli
Walramo Pariſijs 14. Auguſto mortuo, ſuffectus Wilhelmus de Gennep annis 12.m.9.	1349	8	4
Approbat corporum inuentorum ſanctitatem Walramus à Gennep, Archipræſul Colonienſis, & cultores eorum indulgentijs proſequitur. *l.7.c.29.*	1351	10	6
Claret hoc tempore Ioannes Thaulerus è S. Dominici familia Colonię, cuius in feſto S. Vrſulæ, exſtat concio. *l.11.c.19.*		Vrb.5	
Vita decedit Wilhelmus de Gennep 15. Sept. hoc anno: at ſequenti decem tantum menſibus ſucceſſorem habuit Adolphum à Marcka. Vlricus Ciſtercienſis ordinis Abbas monaſterij Campililiorum, elogium S. Vrſulæ conſcribit, & antiquam tuetur Colonienſium de Sodalitate eius narrationem. *l.11.c.20.*	1362	1	17
Adolphus vxore ducta autoritate Pontificia patruo ſuo Engelberto 3. Markenſi ceſſit Archiepiſcopatum.	1364	3	19
S. Cunera blaſphemum peregrinorum deriſorem in Elſt rabie multat & furore: at ſupplicationis tempore votis comprecantis populi placata, mentem eidem impetrat ſaniorem, & delicti cum ſacra exhomologeſi expiationem. *l.10.c.19.*	1368	7	23
Eodem anno Engelberto 21. Aug. mortuo, Cuno Treuirenſis Archiepiſcopus biennio adminiſtrat Colonienſem Cathedram: eam nepoti Friderico à Sarverden cedit A. 1370, qui præfuit 44. annis.		Vrb.6	Wenceſl
Die anniuerſario S. Cuneræ translationis, dum pompa ſupplicationis per pagum vicinum Elſt ducitur, puer duodennis ad ſacrorum oſſium contactum cæcitate liberatur, tribus antea vicibus intempeſta nocte monitus, vt ab illa Diua tali loco & tempore lumen oculorum exoraret, *cap.30.*	1380	6	2
Vrbanus 6. erigit vniuerſitatem Colonienſem. *Middendorpius.*	1388	12	11
Bonifacius 9. bulla ſua vetat reliquias Colonia exportari. Anno Pontificatus 4. *Lib.8.c.30.*	1393	Bonifacij 9 5	16
Femina Monfordienſis pridie S. Cunerę, apoplexia, qua triennio laborabat, ad Martyris tumulum liberatur, monita per quietem eò ſe conferret, ſanitatis recuperandæ gratia, *Lib.10.c.31.*			Ruperti
Huius ſeculi initio varijs concionibus doctiſſimorum Eccleſiaſtarum Germanorum, Gallorum, Belgarum, S. Vrſulæ feſtiuitas celebratur, *Lib.11.c.22.*	1400	13	1
Obit Henricus Calcarienſis Carthuſianus, cui Virgines Vrſulanæ ſæpius adſtitere, & piam orationem docuerunt, qua Deiparam ſalutaret, *Lib.9.c.31.*	1408	Greg. 3	9
S. Vrſula apparet in Anglia, fugat dœmonem, corrigendos regni (exceſſus indicat.	1412	Ioã. 23 3	Sigiſmũdi 2
Fridericus à Saruerden cum an. 44. Pontificem egiſſet, 8. April. ſublatus è viuis ſucceſſorẽ habuit Theodoricũ à Mörs præfuit an. 48.	1414	5	4

Eques

	Christi	Papa	Imper.
Eques dum blasphemus in S. Cuneram iactat contumelias, equus effractis ceruicibus corruit, & insessorem ita affligit solo, vt postridie sceleratam eiecerit animam, *l.10.c.39.*	1419	Martini 3	Sigism. 19
Petro Confluentino è Dominicana familia præcipuo S. Vrsulæ cultori sæpius in vita, nec non in morte apparet S. Vrsula cum Vniuerso virginum agmine, & lætum, ridentemque ad cœlestia deducit gaudia Basileæ. *Lib.9.c.35.*	1432	2	22
Simile beneficium Leonardus Capuccinus obtinet. *Ibidem.*		Eugen. 4	
Gisbertus Fraitur ex Ordine Patrum Crucigerorum graui infirmitate S. Odiliæ sodalis Vrsulanæ precibus liberatur, ordinisque totius Magister Generalis, Henricus de Nouiomago, cum ex arthritide laboraret, eiusdem Diuæ patrocinio conualuit, caput S. Virginis argento inclusit, corpus autem denuo eleuatum capsa condidit nobiliore, *Lib.10.c.15.*	1433	3	23
E Portugallia virgo pupulæ doloribus cruciata, iubetur cœlitus S. Cuneram inuisere: vt voto se peregrinationis obligauit, sanitatem recuperauit. *Lib.10.c.32.*	1435	5	25
Paralyticum eadem Diua inuocata erigit. *Cap.31.*	1439	9	Alberti 2. 2
Florent hoc tempore Dominicus à Geminiano, & S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus: exeunte verò seculo Cardinalis Turrecremata, & Ludouicus Gomes Episcopus Sarnensis ac auditor Rotæ, qui receptam glossam Iuris Canonici de Sancti Cyriaci Pontificatu, & tolerato cum Sancta Vrsula martyrio laudant ac tuentur, *Lib.11.cap.20.* Chronologos item & historicos huius seculi complures attuli *Libro vndecimo cap. 21.* nam hac ætate, & in Romana, ac vniuersali Ecclesia festum S. Vrsulæ duplici ritu celebrabatur, Iurisque glossa historiam eiusdem tuebatur, inde passim æui istius autores S. Cyriacum Pontificem in Canonem Sanctorum relatum asserebant.			
Coloniæ Sodalitatē Vrsulanam instituunt viri Consulares & Patricij: Theodoricus à Schiderich eques, Euerardus à Schiderich, Constantinus à Liskirchen, Henricus à Suderman, Luffardus à Schiderich, Ioannes à Penninck, Ioannes à Dawe, Bertoldus à Questenberg & alij, *l.11.c.46.*	1456	Calisti. 2	Friderici 17
S. Aurelia visa neglecti cultus ciues Argentinenses arguit, & discessum Coloniam versus minatur: vnde solenniter ipsa & aliæ tres eius sociæ eleuantur, *l.7.c.40.*	1460	Pij 2. 3	21
Incendio miserè deuastatur templum SS. Machabæorum, conditorium sanguinis Vrsulani: id restaurat raro artificio Helias Merzæus Virginum conscientiæ arbiter Anno 1504. quando mensa altaris principis amota, reperit literas trecentis annis antè impositas à nuncio Apostolico de loci antiquitate & Vrsulana historia. *Lib. 7.c.11.& l.9.c.17.& 21.*	1462	5	23
Idibus Februarij mortuo Theodorico à Mörs, cum sedisset annis 48, suffectus Rupertus Dux Bauariæ præfuit annis 17.	1463	6.	24
Capitur noctu Rhenense oppidum, & Wilhelmus Hac ab hoste solo afflictus, qui cultro iugulum iacentis appetebat, cum S. Cuneram inuocaret, ferro ac si lapidi impactum esset, circulari forma sinuato, mortem euasit, *l.10.c.29.*	1480	Sixti 4. 10	41
Abijt è viuis 16. Iulij eiusdem anni, Rupertus, Pontificatum eius excepit Hermannus Landtgrauius Hassiæ, annisque 28. rexit.			
Huiense oppidum S. Odiliæ precibus à morbo contagioso liberatur, *l.10.c.42.*	1482	12	43

	Christi	Papæ	Imper.
Treuiris Huium delata femina, quam apoplexia membrorum penè omnium vsu spoliarat, S. Odiliæ inuocatione pristinæ restituta est sanitati, *c.44.*	1483	Sixti 4. 13 Inno. 8	Fride. 44
Argentorati naucula S. Vrsulæ, seu Sodalitas à PP. Carthusianis inchoata, felici germine tota fuit postea Germania propagata; de eius legibus, actum copiosè, *l.9.c.53.*	1486	3	47
Naucula seu Sodalitas Vrsulana Colonienſis pridem instituta, 20. Cardinalium Indulgentijs & autoritate stabilitur, *c.52.*	1489	6	50
Argentinæ feliciter ad superos abit Iacobus Sprengerus Dominicanus stipatus Deiparæ & Vrsulani exercitus comitatu, *Lib. 9. cap.35.*	1494	Alex. 6 3	Maximil. 5
Geldriæ Dux occupat Rhenam: duo equites dum sacra in D. Cuneræ basilica diripiunt, mole sepulcralis lapidis obteruntur, *Lib. 10.cap.39.*	1499	8	7
Floret hoc tempore Sodalitas Vrsulana Colonienſis, in quam Patres purpurati, Archiduces, Electores & Principes imperij nomina sua inscribunt, *l.9.c.52.*	1500	9	8
Propagat eandem Fridericus Elector Saxoniæ per Germaniam, vulgatis Nurrenbergæ Sodalitatis legibus, & sedis Apostolicæ confirmatione, *l.9.c.54.*	1502	11	10
Mittitur in Germaniam legatus de latere Raymundus Cardinalis Gurcensis, *lib.19.c.vlt.*	1503	Iulij 1 12	11
Studiosus Coloniæ patria Memmingensis ossa de SS. Vrsulanis Virginibus octo sublegerat, quæ donarat alijs, magno suo incommodo, defluentibus manibus pedibusque, donec quæ restabant Coloniam hoc anno remisit, supplex delicti veniam & pœnæ remissionem obtestatus, *l.19.c.51.*			
Raymundus Cardinalis Basileam veniens cognita fama prodigiorum 4. Virginum è Sodalitate Vrsulana in vicinis locis defunctarum, Commissarios eligit è Clero, Dominicana & Franciscana familia SS. Theologiæ Iuriumque Doctores, qui sepulcra scrutentur, iuratos testes audiāt, miracula discutiāt, testes idonei 70. adhibētur.	1504	Iulij 2 2	12
Mensis Iunij die 16. Cardinalis cum Episcopo & Proepiscopo Basileensi, præsentibus quinis hominum millibus SS. Mechtundem, Cunegundam & Wibrandem solenniter eleuat: ac postridie pari ceremonia S. Christianā, omnes de Sodalitate Vrsulana, quę ante Martyrium illic in reditu ex itinere Romano contracto morbo decesserant: eodem tempore surdis aurium, mutis linguæ, cæcis oculorum vsus patrocinio SS. Virginum restitutus, quæ fusè prosequitur processus iudicialis, *l.10.c.52.*			
Mortuo Hermanno 20. Octob. creatus Archiepiscop. Colonienſis Philippus Comes ab Obersteinis septem præsedit annis.	1508	6	16
S. Vrsulæ historiam hoc tempore celebrant Antonius Bonfinius, Albertus Crantzius, Ioan. Maldonatus, alij. Eandem pleræq; totius Europæ diœceses Breuiarij lectionibus inserunt, iuxta veterem Basileensium & Colonienſium de ea traditionem, *l.11.c.26.*	1510	8 Leonis 10.	18
Nascitur Brixiæ B. Angela, quam Deus magnis elegit prodigijs, vt Sodalitates Vrsulanas in Italia magno Ecclesiæ bono inchoaret, *vita eius, l.9.c.48.*	1515	3	23
Herman. Comes de Weda subrogatur Philippo 13. Aug. demortuo, qui demētatus hæresi, post 12. annos à Pontificatu deponitur, *l.9.c.37.*	1516	4	24
Angela tenera cum sorore parentibus orbata sanctā degit vitā: hac autem breui etiam è viuis sublata, & in cœlis conspecta cum Deipara & sanctis virginibus gloriosa, ad virtutis progressum animatur. *c.48.*			

Moritur

Moritur Ferdinandus Hispan. Rex: auo suo Carolus 5. succedit. Funestissimum hunc annum & nefastum fecit impia Lutheri contra indulgentias declamatio: eundem auspicatissimum habuit cultus S. Vrsulæ, mirè Coloniæ propagatus: nam hoc anno vita eius bis diuersis excusa typis est, & de nauicula Vrsulana vernaculi vulgati rythmi sunt, mox ingens secuta sodalium accessio est, ad nostrā vsq; ætatem continuata: inter quos eminet Georg. Episcop. Spirensis Comes Palatinus, & Odilia Marchio Badensis cum omni comitatu.

Inscripta sunt eo anno supra 14. millia Sodalium: adiunxere singuli ferè suos familiares: quod plurimi singillatim ad parentes, fratres, filios, cognatos, affines viuos & defunctos extenderunt, quos si connumeres, ad 40. ferè millia excurret multitudo.

Hoc & sequenti anno supra 5. millia dederunt nomina. Familiā in his ducunt Georgius Marchio Brandenburgensis: alius ex eadem familia cum Marischallo & comitatu omni. Ericus Dux Brunsuicensis & Luneburgensis cum Catharina Saxoniæ Duce coniuge. Albertus Dux Saxoniæ, Zedena Regina Bohemiæ cum parentibus, & tota familia, item cum coniuge defuncto Sigismundo Archiduce Austriæ. Wilhelmus Dux Brunsuicensis parens dictorum principū cum suis. Varij item comites Rhenani, Schwarzenburgici, Salmenses & Siluestres. Bernardus de Saxonia Suffraganeus Monasteriensis, complures Abbates cum integris cœnobijs. *l. 9. c. 52.*

Maximilianus Imperator mense Ianuario moritur, cultor & ipse S. Vrsulæ, pro cuius felici regimine Saxoniæ Elector præcipuè curarat per Germaniam Sodalitatem Vrsulanam instaurandam: & eo nomine Maria Lusitania ab eo reliquias candidati huius collegij petijt; cui corpus integrum S. Autæ Principis Virginis misit, quæ Olyssipone in Mariana Basilica recens à regina constructa deposita, statim cœlestibus prodigijs magnam sui in populo venerationem excitauit. *Orosius l. 20. Emmanuelis. l. 8. c. 34.*

Carolus 5. nepos Francofurti eligitur 28. Iulij Imperator, Electoris præsertim Saxonici suasu: qui Barcinonæ comitia celebrans aurei velleris, Wilhelmum Croyum Ceruiæ Dominum creat Archotti Marchionem, de quo anno sequenti *Myræus.*

Hoc tempore Lutheranos errores damnant Theologi Colonienses & Louanienses, contrà quos anno sequenti Lutherus œstro percitus librum euomit. Carolus 5. Imp. 23. Octob. Aquisgrani coronatus, dum Coloniæ moratur indicit comitia imperij *Surius hoc anno.* inuisit S. Vrsulam: quando viri principes plurimi sua dederunt nomina Sodalitio Vrsulano: quos inter numerantur: Wilhelmus de Croy Cardinalis cū Carolo de Croy: Marinus Caracciolus Nūcius Apostolicus ad Carolum Imperatorē, Ioannes Episc. Hildesiēsis Dux Saxoniæ. Henricus Dux Brunsuicensis filius Ottonis, Margareta filia Ducis Saxoniæ Dux Luneburgi. Dux Ioannes Comes Palatinus administrator Zwenburgensis. Dux Otto Hēricus Comes Palatinus.

Ingens eo tempore numerus accessit Ducum & Principum familiarum Hispaniarum. Fridericus à Toleto Dux Albæ, Fridericus Osorius à Toleto nepos Ducis Albæ & filius maior Marchionis Villafranca. Petrus de Mendoza, Rodericus de Montealuo, Alphonsus Ramires, Petrus de Toleto Marchio de Villafranca: filius ducis de Alba; alijque de Guzman, Velasco, Sanchetz & aliarum familiarum.

Accessit & Ioannes Comes de Medellyn Comes montis Leonis Vicerex Sicilię, cum magna Siculorum nobilitate. Christophorus de Frangipanibus, Vegliæ, Segniæ, & Modrusiæ Comes, cum multis

Christi	Papæ Leo. 10	Imper. Maximil.
1517	5	25
1518	6	26
1519	7	Caroli 1
1520	8	2

	Christi	Papæ Leo. 10	Imper. Caroli.
Senensibus, Italis, Hungaris, & omnis nationis supra mille. Euervvinus Comes Bentemēsis & Steinfordiensis cū coniuge, liberis, & omni familia, Troianus de Villachiara Comes in Martigneno. Ambros. Sarckan de Aboschasa, liber Dñs de Onad & Comes Zaladiensis, Orator Regis Hungariæ ad Imperat. cum magno Hungarorū nobilium stipatu. Antonius de Mendoza, Comes de Montagno & Dealmacan. Gerlacus Comes de Isenburg. Hunterus & Ernestus Comites Mansfeldici; Georgius Comes Wirtenbergensis & Mumpelgardensis: multi etiam nobiles Nauarræi. Atque hi cum plurimis alijs ipsi S. Vrsulam inuiserunt, & nomina sua vel suis ipsi manibus, vel per alios albo Sodalium inscripsere.			
Carolus Imperator ineunte anno comitia celebrat Wormatiæ, in quo conuentu Wilhelmus Cardinalis de Croy Sodal. Vrsul. moritur. Adscripta hoc an. ad duo millia sodalium. Primas in his tenet Caspar Contarenus Venetus Orator apud Cæsarem, postea Cardinalis, Franciscus Litus Nuncius Apostolicus. Ioannes Dux de Moldauia, Aloysius Gonzaga, Ferdinandus à Toleto commēdator Ordinis de Alcantara filius ducis Albæ, Alfonsus de Fonseca Capitaneus Generalis Cæsareæ Maiestatis, cum magno militum Hispanorum comitatu, Cōsiliarij, Secretarij & Medici Cæsaris. Wilhelmus Comes Hennenbergensis, Henricus Comes Nassouiæ, Ioannes Caraffa Comes de Territo & Diomedes Caraffa Comes de Mataluna.	1521	9 Clē. 7.	3
Hoc & superiore anno supra duo mil. sunt adiecta nominum, in his Rhodoiā à Turcis capta R. D. Vestin Turcopellerius Sacræ religionis Rhodij, & orator ad Sereniſſimū Regem Angliæ ex parte R. D. Magistri Rhodi: & cum eo comitatus omnis & nobiles multi Anglicanæ nationis.	1523	1	5
Lutherus iam excucullatus apertis castris Eccles. & Sanctorū cultū oppugnabat; præsertim cum hoc tēpore sacra Bennonis Misniæ Episcopi ossa leuarentur, quem paulo ante Hadrianus 6. Canoni Sanctorū adscripserat, vt *Surius* ad hunc annū refert: vulgabatq; librum hoc titulo, *aduersus nouū Idolum & antiquum diabolū, qui Misnæ exaltandus est.* Sed eo tēpore ea viguit Germanorum, Hungarorum, Schlauoniorum, Polonorum & Bohemorum pietas, & peregrinorum S. Vrsulam inuisentium frequentia, vt ad septem millia nomina dederint Vrsulano sodalitio.	1524	2	6
Circa hæc ferè tēpora B. Angelæ Brixensi fundatrici Sodalit. Vrsulanarū scala monstratur è cœlis ad terram vsq; protensa, quam innumeræ Virgines coronis redimitæ, totidemque stipatæ Angelis, cum cœlesti harmonia conscendebannt: hoc viso splendor eximius & amplitudo Sodalium harum significabatur, *l. 9. c. 48.*	1525	3	7
Comitia Spiræ habentur, vbi cum Lutherana factio templi cuiusdā possessionem vrgeret vehementius, Georgius Episc. Comes Palatin. & Dux Bauariæ, nuperque Sodalium Vrsulanorum albo adscriptus viriliter se opposuit, templo eos arcuit.	1526	4	8
Hoc & superioribus annis singulis aliquot accessere Sodaliū centuriæ, quæ collectæ chiliadem excesserint. Gerebantur tunc Comitia Spiræ ob Budam captam, & debellatam penè Hungariam, quando Principes Lutheranæ factionis Protestantium nomē meruerunt: Tunc adiuncti sodalibus Antonius de Mendoza Orator Cæsaris ad Regem Hungariæ Ferdinandum: Petrus de Corduba Ferdinandi regis Magister stabuli, & magnus scutifer. Didacus de Guzman. Iacobus Truchses Baro, & Iacobus Rom. Imperij hereditarius dapifer à Waltpurg, alijsque nonnulli familiares ac domestici Regis Ferdinandi,	1529	7	11

nandi, qui hoc etiam tempore videtur S. Vrſulam viſitaſſe, ſubinde B. Angela Solymam & Romam peregrinatur.

Celebres hi duo fuerunt anni; prior Romæ vidit Carolum Cæſarem coronatum, & in Germania comitijs Auguſtanis prodijt Auguſtana confeſſio.

Poſterior Coloniam Agrippinam totam pene Europam euocauit, vbi pridiè Epiphaniæ Domini in Metropolitana Eccleſia coram SS. Tribus Regibus feliciter eligitur Ferdinandus Rex Romanorum, & 11. Ianuarij conſecratur Aquiſgrani ab Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi. Acceſſere eo tempore ad 5. ferè millia Sodalium: licet enim Hungariam teneret Turca, non tamen vetus deſijt S. Vrſulam inuiſendi religio: è viris principibus auxerunt numerum Stephanus Gabriel Archiepiſcopus Barenſis, Ioannes Ludouicus Marchio Saluttarum, Frãciſcus de Bellagrada Sabaudus, Antonellus Sachus de Valentia. Ioannes Vitus de Conſtantinis Aquauiua è regno Neapolitano, Conſtantinus de Conſtantinis & familiæ eiuſdem complures alij, Ioannes Bapt. Guicciardinus, Diomedes Caraffa: è Bohemia comites Schlickij: Siculorum magnus numerus: iterum tamen reliquas nationes Hiſpani multitudine & nobilitate ſuperarunt.

Ratisbonæ comitia celebrantur pro bello Turcis inferendo, Proteſtantibus interim libertas permittitur religionis, donec quid in fidei negotio ſit tenendum œcumenico concilio breui cogendo ſanciatur. Imperator eò Coloniâ faciens iter, ipſe S. Vrſulã inuiſit, & ad mille ſexcentos albo ſodalium ſe inſcripſere: eminent inter alios, Petrus de Toleto cũ fratre, Antonius de Toleto, Petrus de Mendoza, Ioannes Borgia, Petrus Aluarus Aquilarius, Ferdinandus, aliuſque itẽ Ferdinandus Aluaretz à Toleto, Didacus ab Auila, Garzias Laſſus de la Vega: reliquos inter Dux Suniga ſe his inſcripſit verbis.

Franciſcus à Suniga Gudman, at Sotomaior Dux de Begar, Marchio de Aiamõte Belleareis, comes ex Hiſpania pro ſe & vxore & liberis venit viſitaturus D. Vrſulam Coloniæ, cũ XI. millibus Virginũ A. 1531. 12. Nou. rediens ex bello Turcico: actum ſub Carolo Imperat. & rege Ferdinando ante Viennã.

Sequenti quinquennio chiliades aliquot acceſſere: quo tempore feliciter in Italia cœpit cultus S. Vrſulæ, & Sodalitas propagari, dum in Germania Hæreſis inualeſcit, nam flagris per viſum B. Angela adigitur, vt inchoet eius ſodalitatem. *Vita eius. l. 9. c. 49.*

Hoc tandem anno cœpit ea Brixiæ; 76. eiuſdẽ conſilij cõueniunt, & B. Angela ſuffragijs omniũ mater prima cõgregationis renunciatur.

Pactis inducijs auſpicijs Pauli 3. inter Carolum 5. & Franciſcum I. Galliarum regem ingens peregrinorum multitudo Coloniam venit: *licet enim* (ait Catalogus Sodalium) *totus in maligno poſitus mundus bellis vbique diuideretur*, ſupra 4. millia ex omni natione ſua dederunt nomina. Solos Abbates nominabo, qui cum ſuis Aſcetis Sodales eſſe voluerunt.

R. D. Ægidius cum toto ſuo conuentu Vallecellenſi: Ioannes Abbas in Iardineto, cum F. Iardinetenſibus, Ioannes de Lanoy Abbas Alnenſis, cum omnibus religioſis & amicis. Ioannes Florbertus Abbas Cambronenſis, cũ Aſcetis, Petrus de Flandria Abbas Molinẽſis &c. Fuſius hęc Sodalitatis Vrſulanæ per 20. annos ſic efflorescẽtis incrementa volui attexere; vt cognoſcant poſteri eo tempore, cum Hæreſis maximè totam Germaniam peruagata, peregrinationes & Sanctorum cultum deteſtaretur, & vbique ſubuertere niteretur, S. Vrſulæ cultum maximè viguiſſe, & fortè tot millium precibus Germaniam conſeruatã, ne funditus interiret, vnde ſequenti anno cœpit ſpes aliqua mali tanti curandi affulgere.

Chriſti	*Papæ* Clẽ. 7.	*Imper.* Caroli.
1530. &		
1531.	9	13
1532	10	14
	Pauli 3.	
1535	2	17
1537	4	19
1538	5	20

	Christi	Pont. Pauli 3 7	Imper. Caroli 11
Societas Iesu Romæ à Paulo III. confirmatur, eodemque anno primus S. Ignatij socius Petrus Faber Wormatiam ablegatur. Tunc Coloniâ in Belgium transisse videtur ad Carolum Imperatorem Ferdinandus Rex Romanorum: nam inscripsere se varij. Fridericus Comes Palatinus Rheni Bauariæque Dux, cum coniuge suâ Dorothea Regis Daniæ filia. Thomas Picus Mirandulæ Concodiæque comes cum parentibus & consanguineis, Marinus Iustinianus Orator Venetus apud Ferdinandum Regem Romanorum, Ioannes de Octiechmo Serenis. Poloniæ regis ad Cæsaream Maiestatem, & Romanorum Regem Ferdinandum Legatus. Antonius Spinola, item Vincentius, Paulus, & Franciscus Spinolæ omnes, Petrus Episcopus Agrigentinus, & Antonius Comes Nagarola.	1540	7	
Coloniæ Societas Iesu sedem figit stabilem: Petrus Faber eximius S. Vrsulæ cultor recipit primum è Germanis in Societatem Petrum Canisium: vterque strenuè capite diœcesis Archiepiscopo nutante, & in Hæresin inclinante, opportunè subuenit ciuitati, ad quam Paulus III. Pontifex Maximus voluit Fabrum Louanio redire & vigilare, ne fides Catholica periclitaretur.	1543	10	25
Redux Faber cum Bucero, Melanthone & Pistorio verbi Lutherani symmystis ab Hermanno Archiepiscopo Coloniam euocatis, vt eam inficerent, feliciter congreditur, oēs elingues reddit. Hoc in periculo ciuitatis Faber dies integros in S. Vrsulæ aureo sacrario cū lacrymis Deum pro salute Germaniæ obsecrat: ibidem sacrificij tēpore res abditas diuinitus cognoscit: desiderabat verò mediam Societ. Iesu partem eodem in loco Deum precibus pro Germania precari facilem enim ibi (si terrarum vspiam) sensérat Deum in audiendis votis supplicum.			
Discessurus Colonia Rectorem primum socijs præficit Kesselium, impensè domesticis commendat cultum S. Vrsulæ, & sex secum eiusdem sodalitatis capita in Lusitaniam defert. *lib. 11. ca. 23.*			
Accessere ad Sodalitatem iam inde ab A. 1539. mille octingenti.			
Paulus III. Vrsulanam Sodalitatem Brixiæ à B. Angela inchoatam, confirmat & priuilegijs munit, quam postea A. 1581. S. Carolus Borromæus sanctissimis legibus exornauit, *lib. 11. ca. 30.*	1544	11	26
Petrus Faber geminū Regi Ioanni Lusitaniæ & Catharinæ reginæ craniū offert, dicere solitus, plus conferre efficacitatis vnius Beati in cœlis præsidium ad corrigendos hominum mores, quam cunctorum edicta regum, industrijque conatus. *Orland. li. 5. n. 50. l. 8. c. 34.*			
Hoc anno supra mille: sequenti verò multa millia se inscripsere: quorum nomina diligenter olim adnotata fuere: sed libri negligenti custodia ferè periere: paucula superant hinc inde fragmenta: Cœnobiarchas hos anni huius excerpsi. Henricus Abbas in Schena, Gerardus Liesbornensis, Ioannes S. Mauricij Mindæ, Ioannes in Clusa, Iacobus de Baaren Abbas in Oftbroick.	1545	12	27
Pet. Canisius à Senatu & vniuersitate legatur ad Imperat. Carolum X. impetratq; vt Pontificia & Cæsarea autoritate Hermannus Lutheranæ perfidiæ sectator Archiepiscopatu Colonienſi deturbetur, isque duo secum Colonia defert Vrsulana crania Romam, dono à Colonienſibus transmissa S. Ignatio, *Vita eius & Orlandin. l. 9. c. 36.*	1547	14	29
Subrogatus ei Adolphus Schawenburgicus is, qui Tridentino postea Concilio interfuit.			
Cranium Sodalitatis Vrsulanæ Coloniâ recens allatum mittitur in Indiam Orientalem, id in mari bis naufragium metuentibus duobus magnis prodigijs succurrit, *l. 8. c. 37.*	1548	15	30

S. Igna-

	Christi	Papa	Imper.
S. Ignatius duo Colonia accepta capita rogatu Messanensium in Siciliam mittit, baiulo rursum Canisio, qui ibidem mirificè excitat cultum SS. Virginum. *Lib. 8. c. 36.*	1549	Pauli 3 16 Iulij 3.	Caroli 12 31
Leonardus Kesselius cum alijs de Societate commigrat in S. Vrsulæ immunitatem, ibi dum flagrat desiderio videndi S. Ignatij tunc adhuc superstitis, is ei Coloniæ apparuit, *l. 9. c. 41.*	1550	1	32
Redierat Messana in Germaniam Canisius, cui, vt & Kesselio, obtinet Carolus Cæsar à sede Apostolica licentiam amplissimam sacras reliquias Vrsulanas Coloniæ recipiendi, & in regna Hispaniæ transmittendi. *l. 8. c. 32.*	1551	2	33
Ioannes patria Colonensis à Mahumetanis in oriente capite præciso pro Christi fide nobili martyrio coronatur. *l. 2. c. 21.*			
Caspar Barzæus Belga S. Francisco Xauerio mortuo successor in Prouinciæ præfectura eximius S. Vrsulæ cultor ipsius honori nobilissimam condit Sodalitatem, præmissa de SS. Virginum laudibus oratione, qua suos ita permouit Auditores, vt biduo noctes & dies multa hominum millia ad Virginis Vrsulanæ caput honorandum confluxerint. *lib. 9. c. 47.*	1552	3	34
Dies tertia designata nominibus Sodalium inscribendis: Proregi primus locus datus, qui caput argento inclusit, conscripti sunt eo die quingenti: breui post ad duo millia. Horum sodalium officiũ erat per se vel alios, discordes conciliare, & ad vitiorum correctionem totius ciuitatis incumbere: sopitæ anni spatio lites innumeræ, integri pagi mutuis odijs dissidentes in gratiam redierunt.			
Caspar Barzæus extinguitur circa festum S. Vrsulæ, effertur tunc, cum Sodalitas ab ipso inchoata summa celebritate S. Vrsulam veneraretur, quasi sanctæ Virgines eum sibi honorem communem cum Gaspare habere voluissent, Hinc tota cœpit India mirificè cultus S. Vrsulæ propagari, magnis Deo miraculis hanc Neophytorum pietatem approbante. *ibidem.*	1553	4	35
Coloniæ Leonardus Kesselius in basilica S. Vrsulæ solennem primus de societate professionem edit: ibidem dum secretus arbiter dirigit pœnitentes, eius precibus dæmon ab infesto fugatur. *lib. 9. c. 47.*			
Solennis hoc tempore toti fuit orbi festiuitas S. Vrsulæ; nam & ritu duplici à Romana Ecclesia colebatur, & propriæ erant officij lectiones, quibus S. Cyriaci Pontificatus & traditio Colonensis confirmabatur.	1554	5	36
Collegium Lauretanum diu terriculamentis dæmonum & Lemuribus infestatum, adhibitis SS. Virginum reliquijs, & precibus S. Ignatij adhuc viuentis liberatur. *l. 9. c. 38.*	1555	Pauli 4 1	37
Moritur hoc anno S. Ignatius Societatis IESV fundator, cultus Vrsulani per se, suosque strenuus propugnator. *Orlandinus.*	1556	2	38
Eodem anno piè demortuo Adolpho 20. Sept. frater eius Antonius à Schawenburg sufficitur, is biennio tantum præfuit.			
Hoc anno beneficio Senatus, adnitente præcipuè Ioãne Groppero, postea Cardinale, confertur Societati Gymnasium trium Coronarum, ideò ex immunitate S. Vrsulæ, vti in tutela SS. Virginum iecerat Collegij fundamentum, ipso Purificationis Deiparæ festo alio commigrat. *Orland. l. 16. n. 25.*	1557	3	39
Moritur in Hispania Carolus 5. in secessu religioso ad S. Iustum: magnus Deiparæ & Sanctorum cultor, qui Coloniæ & ipse sæpius sanctas Virgines inuisit, & piè deueneratus est, & per Leonardum Kesselium, ac Canisium, vt in Hispaniæ regna transferrentur, Pontificia autoritate impetrauit. *l. 8. c. 32.*	1558	4	Ferdinãdi 1

Item

	Christi	Papæ	Imper.
Item Antonio Schawenburgico Fratris sepulcro illato, Ioannes Gebhardus à Mansfeldt quadriennio subrogatur.			Ferdinãdi
Hoc anno Episcopus Vltraiectinus Suffraganeus Colonienſis Metropolitanam obtinuit dignitatem à Paulo 4. In cuius diœcesi S. Cunera Sodalis Vrsulana martyrium subijt.	1559	5	2
Prodit initium Centuriarum Magdeburgenſium, in quibus vt aliæ pleræque Eccleſiaſticæ, ſic & Vrſulana hiſtoria canino dente roditur. *Miræus.*	1560	Pij 4. 1	3
Gebhardo hydrope ſublato, Pontificatum init Fridericus Comes à Weda.	1562	3	5
Ioannes Rhetius è conſulari familia Colonienſium primus è ſocietate Gymnaſij trium coronarum Regens profeſſionem edit in S. Vrſulæ ſacrario, multis idem annis in eadem baſilica Eccleſiaſten egit eo fructu, vt cùm anno 1574. immatura morte tolleretur, complures dicerent tolerabilius centum millium, quam eius vnius fuiſſe iacturam ciuitati, *l. 9. c. 44.*	1567	Pij 5. 2	Maximil. 4
Hoc anno Fridericus à Weda Colonienſis Archiepiſcopus, paſtorale munus ſuum Salentino Comiti ab Iſenburg conſignauit.			
Pius V. Pontifex comperto quantum ſerperet in Germania Hæreſis, & quo fructu Coloniæ Societatis Ieſu collegium conatibus hæreticorum obuiaret, breui Apoſtolico commendat accuratè Salentino Archiepiſcopo collegium, inter reliqua hæc habet: *Perſpecta multiplici vtilitate, quæ ex hac Societate ad Eccleſiam Dei peruenit, ob illius profeſſorum pietatem & caritatem, vitæque ac morum integritatem, intra paucos annos adeo hæc ſocietas creuit, vt nulla ferè ſit Chriſtiani nominis Prouincia, in qua non aliquot eius collegia iam fuerint inſtituta; vtinam autem multo plura exſtarent, in ciuitatibus præſertim, & locis vbi hæreſum peſtis ſerpere cœpit: his de cauſis tum vniuerſam ſocietatem eximia cura tueri deberes, tum collegium ipſius in Ciuitate Colonienſi conſiſtens dilectioni tuæ diligenter duximus eſſe commendandum: vehementer enim lætari debes, quod tale collegium in Ciuitate habeas, cuius operam adeo tibi opportunam eſſe experieris, ad fungendum rectè officio, vt ſi tales muneris tui adiutores non haberes, eos ſicut permulti fecerunt, diligenter conquirere deberes.*	1568	3	5
Ferdinandus Aluarus Toletanus, Dux Albanus in Belgium mittitur, alias albo Vrſulano adſcriptus.			
Ioannes Gropperus manu ſua nomen inſcribit Sodalitati Vrſulanæ, poſtea vel inuitus adlectus eſt in Patrum purpuratorum collegium.	1569	4	6
Anna filia Maximiliani Cæſaris deſponſa Philippo 2. Hiſpaniarũ Regi, dum Colonia in Belgium abit, S. Vrſulam viſit, & cum præcipuis è gynecæo ac Palatinis nomen inſcribit Sodalitati Vrſulanæ 7. Auguſti. Reginæ exemplum ſecuti ſupra centum è Principibus familijs Hiſpaniæ, Italiæ, Germaniæ: multi in his Comites, & Barones.	1570	5	7
Kalendis Maij Pius V. Pontifex in cœlum abit: qui dum rogatu Concilij Tridentini Breuiarium Romanum reciſis nimijs feſtiuitatibus redigit ad veterem ritum pſalterij, S. Vrſulæ feſtiuitatem hactenus ritu duplici tota in Eccleſia celebratam, cenſuit ſimplici modo colendam, commemoratione tantum eius conſtituta, vt pſalterij crebrior vſus reſtitueretur, *l. 9. c. 43.*	1572	7 Gre. 13.	9
Henricus III. Rex Galliæ, dum Regno Poloniæ relicto Remis inungitur, ſecum è Polonia reliquijs allatis Vrſulanis, eas naui argenteæ, auro gemmiſq; miro artificio fabrefactæ elaboratę incluſit, quam Sodalitati SS. vndecim millium Virginum dedicauit, *l. 8. c. 33.*	1574	3	11

Salen-

Christi | Papa | Imper.

Salentinus abdicans se Archiepiscopatu, successorem habuit Gebhardum Truchsesium ob hæresim depositum post sexennium. 1577 Greg 13 6 | Rudolphi 2

Iniit hoc anno Coloniæ nonum Consulatum Constantinus à Liskirchen Sodalis Vrsulanus: acerrimus fidei catholicæ vindex, & auitæ pietatis custos & propagator: fama virtutis eius Romam peruasit, ea permotus Gregorius 13. Germanię verè Pater, vt in eius metropoli Colonia seruaret, tali administro, veterem religionem, has ad eum scripsit literas: *Gregorius Papa XIII. &c. Dilecto filio Constantino Liskirchio, primario Consuli Colonensi.* 1578 Greg.13 7 | 3

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. De tua præstanti pietate, & studio inexhausto Dei gloriæ, ex grauissimorum virorum testimonijs cognouimus, quo nomine te vnicè diligimus. Quod te hortemur, vt eo acrius incumbas in causam Christi, quo magis opus esse intelligis, quoque magis vides præsentium rerum statum, & temporum pericula id postulare, nihil necesse est: Omnia enim pollicetur zelus tuus: satis igitur esse putamus, explicari tibi desiderium nostrum. Id faciet dilectus filius Godfridus Gropperius Canonicus Colonensis, cui has literas damus, & V. Fr. Ioannes Baptista Archiepiscopus Rossanensis, Nuncius Noster, vbi istuc venerit: vtrique omnem fidē tribues. Dat. Romæ, apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 26. Mart. A. 1578. Pontificatus Nostri anno septimo. Antonius Buccapadulius.

Consulatum primum An. 1554. consecutus est, & anno sequenti præfecturam Sodalitatis Vrsulanæ rexit, ac agapen more recepto dedit: filiæ quoque suæ nomen Vrsulæ imposuit, & filio Sacerdotium in S. Vrsula obtinuit. Fuit eadem familia multo tempore Domina domus Stellæ in vico stellarum, quam S. Vrsula biduano hospitio consecrauit: vigilantissimus hic semper fuit, nequis Hæreticorum in Senatum irreperet: vel si irrepsisset, vt continuo exturbaretur. 1580 9 | 5

Ab An. 1570. Sodalium nomina cœperunt rursum adnotari, indeque ad hunc vsque annum 866. inscripti sunt. In his Balthasar de Dermbach Fuldensis Abbas, Princeps Imperij, Gregorius Comes à Thurn, Philippus de Croy Dux Arschotensis, Carolus de Croy Princeps Chimacensis.

Decimum, & vltimum hoc anno Consulatum gessit Constantinus, quo literas iterum cumulatæ laudis pleniores, idem dedit Pontifex ad eum, & Societatis Iesu Collegium eidem commendauit. 1581 10 | 6

Gregorius Papa XIII. &c. Dilecto filio nobili viro Constantino Liskirchio Consuli Colonensi.

Dilecte fili, nobilis vir salutem, & Apostolicam benedictionem.

Grauissimorum virorum testimonio, præsertim vero Sacerdotum Sodalitatis Iesu, qui istinc venerunt, celebratur præstans virtus, & pietas tua, fidelissimaque opera & studium in curando & prouidendo, vt Senatus iste sit purgatus ab omni hæreticorum contagione. Est enim hæc pestis non solum politicis, publicisque rebus, sed quod caput est, animarum saluti, sempiternæque beatitudinis, ad quam creati & facti sumus, adipiscendæ spei, aduersaria. Postremum hoc omnibus, præterquam miseris hæreticis exploratum est. Sine fide enim impossibile est placere Deo: fides autem vna est, ea verò non pridie nata, ac recens est, sed antiquissima, atque ab Apostolorum vsque ætate ducta, perpetuoq; retenta. hæc autem in Catholica Apostolicaq; Ecclesia est, nusquam alibi. Rebus verò publicis hæreticorum sectas exitium attulisse, testes sunt nationes olim florentissimæ, nunc autem nullo alio morbo, nisi hoc ipso omnium miseriarum plenæ. Gratulamur igitur pietati tuæ, quod vtrique malo vno tempore prouidisti, hortamurq; vt eadem, qua cœpisti caritate studeas, vt Resp. ista nobilissima indies magis magisq; purgetur, neque vllus in ea hæreticis, seditiosisq; locus relinquatur. Aderit Deus optimæ voluntati tuæ, huius

optimæ

Christi | Papæ Greg. 13 | Imper. Rudolphi 2

optimæ voluntatis auctor; quique dedit, vt velles, dabit etiam, vt possis perficere. Commendamus etiam Nobilitati tuæ, quantum possumus, Collegium Iesuitarum. Magno enim adiumento erit pietati tuæ Sacerdotum illorum tum innocentia, tum studium ceteros in doctrinæ sinceritate & vitæ sanctitate educandi, quæ quidem firmissima sunt pietatis & salutis fundamenta. Precamur pietati tuæ omnem à Deo felicitatem: volumus autem has literas testes esse virtutis tuæ, nostræq; erga te voluntatis, & caritatis, quam quidem profitemur vere paternam esse. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 27. Aprilis 1581. Pontificatus nostri anno nono.

Ant. Buccapadulius.

Eodem anno mense Decembri piè decessit, columen Vrbis à ciuibus: & à Rodulpho Cæsare pater patriæ suæ nominatus: filium reliquit Ioannem heredem fidei paternæ, pietatis in S. Vrsulam (cuius Sodalit. An. 1585. gubernauit) & consulatus: virum in paucis literatum: scripsit familiæ suæ & ciuitatis res gestas luculento tomo M. S. cuius filius Constantinus Patri successit, vt in Vrsulano cultu sic & Consulatu: quem hoc anno nepos eiusdem Ioannis, Constantini filius Constantinus, fidei auitæ & pietatis eiusdem constantia, morum comitate prudentiaque singulari sic gessit, vt maiores superare videatur, hisce præsertim calamitosissimis temporibus, & spes sit, voti Gregorij 13. in hoc abnepote complendi, vt nullus Hæreticis in hac Sancta Rep. deinceps locus relinquatur: is humanissimè literas ipsas Pontificias mihi legendas exhibuit, & Aui consulares commentarios communicauit.

S. Carolus Borromæus dum hoc eodem anno Visitator Apostolicus lustrat diœcesin Mediolanensem, Vrsulanarum Virginum Sodalitatem certis legibus stabilit, quæ ex instituto suscipit ætatis puellaris informationem.

Gregorius 13. correctionem Kalendarij toto promulgat orbe, quam eodem anno mense Octobri, festo S. Vrsulæ ab Ecclesia tunc præscripto confirmat annua sanguinis eiusdem ebullitio. *Bozius.* Eodem anno dum Martyrologij reuidendi curam certis demandasset, & quidam eruditissimus vir scripto libro, contenderet acerrimè S. Felicem Papam & Martyrem è fastis eradendum, diuinitus accidit, vt nocte, quæ præcurrebat diem, quo decidenda lis erat, sacræ Martyris reliquiæ cum titulo sepulcrali, detegerentur, qui eum & Martyrem & Papam disertè enunciabat: similis Coloniæ S. Cyriaci Papæ & Martyris sepulcralis titulus erutus è tumulo est tunc, cum primum Vrsulana historia à Gaufredo oppugnaretur; *l. 2. c. 14.*

1582 | 11 | 7

Eiusdem Pontificis iussu ius Canonicum dum reuidetur, Magister Sacri Palatij glossam Ioannis Andreæ, quæ S. Cyriaci Pontificatum & martyrium in Sodalitate Vrsulana tuebatur, admitentibus maximè Gaufredi defensoribus erasit, Pontifex tamen dum biennio post Augustinum Triumphum typis recudendum curaret, qui idem disertis verbis asserebat, nihil censuit immutandum, *Li. 2. c. 14.*

Exauctorato Gebhardo Truchsesio Colonienſem Ecclesiã laudabiliter rexit Ernestus Bauariæ Dux annis 29. | 1583 | 12 | 8

Cultus S. Vrsulæ floret in Brasilia; Congregatio vndecim mil. Virginum in Bayensi collegio instituitur ob tria illic deposita sacra crania, & solennis supplicatio, in qua naui faberrima subiectis rotis vehebatur cum parthenio comitatu S. Vrsula: alia postea supplicationis pompa pro siccitate depellenda circumlato sacro cranio fuit adornata, quæ copiosam de cœlo pluuiam impetrauit, *Lib. 8. c. 38.* | 1584 | 13 | 9

Sixtus 5. | Sixti 5

Sixtus 5. succedit Gregorio 13. qui Sodalit. Vrsulanæ reliquiarũ cultum | 1585 | 1 | 10

	Christi.	Papa.	Imperator.
cultum certis indulgentijs prosequitur : cui Cardinalis Baronius notas in Martyrologium suas dedicat.		Sixt.5.	
Sigismundus Poloniæ rex cum coniuge Constantia nomen albo Sodalitatis Vrsulanæ Augustæ inscribendum curat, vt libellus de ea sodalitate vulgatus testatur.	1587	3	12
Sixto Pontifici Maximo Cardinalis Baronius inscribit Annales priores Ecclesiasticos, quibus impugnat veterem traditionem Colonienſem.	1588	4	13
Circa hoc ferè tempus Hermannus Fleien Decanus S. Cuniberti SS. Theologiæ Doctor, apologeticum libellum contra Cardinalem Baronium edit pro loco martyrij defendendo, quo lecto Cardinalis sententiam suam priorem dicitur retractasse. *Sacrarum Colonienſe. fol. 101.*	1590	Greg. 14 1	15
Conscripti in Sodalitatem ab A. 1580. ad 90. vsque 730. & in his Læuinus Torrentius Episcop. Antuerpiensis, ac designatus Mechliniensis Archiepiscopus, qui An. 1595. septuagenario maior decessit.		Clé. 8.	
Olyssipone quidam ardentibus febribus iactatus, cranium Sodalitatis Vrsulanæ piè exosculatus, recepit sanitatem. *Annuæ collegij.*	1596	5	21
Anno seculari Maceratæ deposita mulier à medicis, monetur à S. Vrsula & S. Catharina, vt se commendet S. Ignatio, eius precibus sanitatem impetrandam, quæ vt paruit, morbum fugisse sensit. *lib. 8. cap. 34.*	1600	9	25
Ab A. 1590. ad 600. Sodalitatem ingressi 2040. in his Marchio Badensis cum comitatu, Itelius Fridericus ab Hohensolleren S.R.E. Cardinalis & Episcopus Osnabrugensis, cum Ioanne Christophoro Comite ab Hohensolleren. Carolus ab Austria Marchio Burgouiæ cum Sibylla Marchionissa. Item Wilhelmus Hermannus Fortunatus, & Albert. Marchiones Badenses; Maria & Anna Lucretia Marchionissæ Badenses.			
Ludouicus Comes de Levvenstein, Wilhelmus Salentinus Comes Salmensis cum alijs Comitibus de Manderscheidt.			
Præterea diuersorum monasteriorum cœnobiarchæ. Baltasar Reinen Abbas S. Martini maioris Coloniæ, Ioannes de Kettvvich D.V. in Lacu, Michaël Treuirēsis S. Lutvvini in Mediolacu, Iacob. à Gultz monasterij B. Mariæ V. ad Martyres propè Treuirim.			
Valencenis Virgo de castitatis laurea decertat viriliter multis & periculosissimis vicibus cum proco & orco: triumphat denique gloriosè ope SS. vndecim mil. Virginum, quæ etiam è cœlis ad victricis viraginis cubile delapsæ, cœlesti odore præsentiam & triumphum, quem cum cliente, ducerent, indicarunt, *l. 9. c. 44.*	1603	12	28
In Peruuio cum Inda mulier S. Vrsulæ patrocinio beneficia cœlitus obtinuisset, & eo postea proiecta in venerem abuteretur, sequenti anno ipso S. Vrsulæ festo die frustratim fœtum effudit, octauo cessit è vita, *l. 10. c. 11.*			
Seculari anno ad vndecimum vsq; accessio Sodalium fit 3640. in his Ambros. Spinola cum plurimis Genuensibus. Don Carol. Aquauiua de Arragonia. Vincentius Dux Mantuæ, Eminentiss. Philipp. Christophorus à Sótern, Elector & Archiep. Treuirensis. Otto Gereon Archiepiscopus Cyrenensis, Proepiscopus Colonienſis.	1610	Paul.5. 6	35
Erigitur Coloniæ à Paulo V. Sodalitas Vrsulana Virginum ac Viduarum voto castitatis obligatarum; quarum proprium est in Catechesi congregandis pueris ac puellis, rudibus docendis & præmijs, alliciendis operam suam commodare, ac ætatem teneram informare,	1611	7	36

eæ pridie S.Vrſulæ ſingulæ ſingulos cereos Patronæ ſuæ offerunt, quot hebdomadis in baſilica S.Vrſulæ ſacro, & quot menſibus ibidem concioni interſunt, *lib.9.c.51.*

Idem Pontifex Vrſulanas Virgines, quæ puellis piè erudiendis dant operam, Pariſijs ſub regula S.Auguſtini approbauit. *Miræus li.9. cap.45.*

Toloſæ duæ Sanctæ Virgines è Sodalitate S.Vrſulæ imaginem S. Ignatij deperditam referunt: quam dœmon refixerat. *Annuæ.lib.9. cap.39.*

Hoc Anno quadringenti nomen inſcripſere albo ſodalium: complures ex his Itali, Galli, Poloni, multi qui Roma & Ieroſolyma peregrini venerant. Reliquis omnibus plures è Weſtphalia, præſertim Monaſterio oriundi: cuius inclytæ ciuitatis præcipuæ familiæ penè omnes, ſua paſſim in libris Vrſulanis nomina reperient.

Erneſto defuncto ſuccedit in Colonienſi Archiepiſcopatu Ferdinandus, præcipuus vt Deiparæ, ſic S.Vrſulæ & Sodalium cultor: qui feſtum eius vacuum à laboribus eſſe iuſſit, quod alias conſtitutum antiquarat cõſuetudo. Idem prægrandem cereum 300. librarum SS. Virginibus obtulit: qui quotannis innouatur: & cum per occupationes licet, eius feſto excurrit Coloniam, vt ſacram Diuæ ædem nocturnis præſertim horis inuiſat, & ſacra ibidem ſynaxi reficiatur.

Nongentorum hoc anno ſodalium facta acceſſio, principes in his:

Valentinus Leepes Iaurienſis Hungarus Epiſcopus Nitrienſis, locique eiuſdem comes perpetuus, S.Cæſareæ, regiæq; Maieſtatis per regnũ Hungariæ Cancellarius, cum Hungarica nobilitate. Alphonſus de Requeſens Epiſcop. Roſonenſis Suffraganeus Viennenſis. Petrus Roberti Abbas B.Mariæ V. propè Luxenburgum cum aſcetis ſuis. Albertus Egginck Abbas Paderbonæ in Abdinckhoff, Hermannus Meyer in Marienmunſter. Nicolaus Præpoſitus Abbas Gerodenſis in Eichsfeldia, Gotſcalcus à Daël, in Graffſchafft diœceſis Colonien. Præcipui etiam Canonicorum Regalis Eccleſiæ Aquiſgranenſis cum Conſularibus, & ſenatorijs familijs regni eius excellentioribus. Anno ſequenti plures quingentis ſua dederunt nomina.

P.Chriſtian.Dalmerius ipſo S.Vrſulæ feſto, cuius eximius cultor fuerat, decedit Audomari. quæ eidem in baſilica ſua Colonienſi precanti, & vitæ religioſæ vocationem à Deo, & ſpiritum Apoſtolicum impetrauit, quo præditus 40. annos è celeberrimis pulpitis ſummo audientium fructu dixit. *Annuæ loci.*

Hoc anno præter quingentos cenſum Sodalium auxere. Carol. à Lotharingia Epiſc. Virdunenſis; ſed quo ſe poſtea ſumma Greg.XV. voluntate abdicauit, & in Soc. Iesv ſanctè deceſſit: cum Franciſco à Lotharingia Marchione de Moy, Epiſcopo modò Virdunenſi, & ædis metropolitanæ Colonienſis Decano, Principe prudentiſſimo.

Sequens annus quingentos ſexaginta numerauit.

Nicolaus Trigautius Societatis Ieſu Sacerdos è China redux pridie S.Vrſulæ Latinè perorauit coram nuncio Apoſtolico, Coſſ. & Optimatibus Colonienſibus de cultu quem Indi SS.vndecim mille Virginibus totum per Orientem Paſchalis inſtar feſtiuitatis exhibent: varias & multas earundem SS.Virginum reliquias Apoſtolica munitus autoritate impetrauit, quas feliciter in Chinam intulit magno cultus Vrſulani incremento. Idem ſtudiosè ſacrarum virginum collegit nomina, vt Indis in Baptiſmo imponerentur.

Sexcen-

Chriſti	Papæ Paulis.	Imper. Matthiæ.

	Christi	Papæ Paulij.	Imper. Matthiæ.
Sexcentorum numero creuit hoc anno sodalitas: cui accessit Bernard. à Mallinckrot Decanus Monasterienſis, vir in paucis literatus, qui ad hoc opus perficiendum è bibliotheca ſua ditiſſima multa ſubmiſit, quæ alibi reperire non potui.			
Adlecti in ſodalitatem 550. in his Enno Philippus & Leopoldus Comites Friſiæ Orientalis & Ritbergæ, Erneſtus Comes Oetingenſis, multi Pragenſium Patritiorum.	1617	13	6
Exeunte anno & per ſequentis initiũ ferali luce cometes non Germaniã tantũ; ſed orbem terruit vniuerſum: nam ab Indis orientalib. & occidentalibus viſus eandẽ penè paralaxin fecit: vt ad ſtellatũ vſq; cœlum proceſſiſſe raro & hactenus vix obſeruato motu videatur: excidium penè portendit Germaniæ, magna parte Europæ in exitium eius coniurante, quæ mala nondum, dum hæc ſcribo, eluctati ſumus. Auctus eo an. numerus trecentis ſexaginta. eminent Erneſtus Chriſtophorus Comes Friſiæ Orientalis, Erneſtus Fridericus Comes Salmenſis, Ioannes Comes de Naſſaw, Theodorus Comes de Bronckhorſt Baro de Anhalt, Iuſtus Maximilianus Comes in Gronsfeld, Antonius Donatus Orator Venetus.	1618	14	7
Hoc & ſuperiore an. quadringinti quinquageni ſe adiũxere: inprimis Philipp. Princeps Comes Arenbergius, Dux Arſchottanus cũ vxore. Albertus Princeps de Arenberg & de Barbanſon. Florentinus de Ligne Marchio de Loubaix. Otto Ludouicus Rheni Siluarumque Comes, Magdalena de Egmondt Princeps de Chimay.	1620	16	2
		Vrb. 8.	
Auctus eſt quadriennio huc vſq; cẽſus Sodaliũ mille capitib.: quos inter accenſeri voluit Ioan. Chriſtophorus à Weſterſtetten Epiſcop. Eyſtettenſis, Claudia Princeps de Lorraine Comes de Chaligny & Marchio de Moy. Leonard. Comes de Taſſis. Ferdinandus Ludouicus Comes de Manderſcheidt, VVilhelmus Erneſtus, & Philippus Salentinus fratres eius. Comitũ etiam feminarum ingens numerus.	1624	2	6
Vladislaus Poloniæ Princeps nunc Rex potentiſſimus & Moſchorũ ad miraculũ debellator Colonię S. Vrſulã rara religione & pietate inuiſit, & Sacris reliquijs Vrſulanis donari petijt: idem dona Coloniã ad SS. Virg. honorẽ è regno ſuo tranſmiſit. Facta eſt hoc & ſequenti anno ſexcentorum Sodalium acceſſio. At ſequenti decennio ob bellorum ingentes turbines, qui Germaniam penè ad excidium vſq; fœdiſſimè lacerarunt, tãtum ſeptingentorum numerus accenſus eſt, in his Sigiſmundus Marchio Sfondratus cũ Carolo Sfondrato recenſetur, Carol. itẽ Dux Oppariæ, & Carnouię Princeps de Liechtenſtein, Hartmannus item de Liechtenſtein cum familia & comitatu.	1625	3	7
			Ferdin. 2.
Cũ Guſtauus Sueciæ Rex victorem exercitum Coloniã deducere ſtatuiſſet, in S. Vrſulæ baſilica preces indictę ſunt: totos nõ dies tantũ ſed & noctes integras oratum eſt incredibili cum ardore mentis, nec ſine lacrymis. Stetit operæ fructus: nam cæſis à Tillio Bambergæ copijs hoſtilibus, ilico mutato conſilio Bauariam Suecus petijt, & Coloniam metu periculoque liberauit.	1632	10	14
			Ferdin. 3.
Inſtauratur templum Vrſulanum albo parietibus & teſtudini ſuperinducto tectorio.	1637	15	1
Piè decedit Ioanna Helena de Stauffen 30. Octob. Abbatiſſa S. Vrſulæ: ſucceſſit ei 9. Nouembr. Erica Chriſtina Comes de Manderſcheidt, Blanckenheim, & Gerolſtein.	1638	16	2
Eminentiſs. Cardinalis Franciſcus Maria Machiauellus ipſa Natal. Dom. ſolennitate primã in ara principe S. Vrſulæ Deo litauit hoſtiã: exinde quot hebdomadibus ferè ſolitus fuit in aureo Sacello facere: poſtremo Romam diſceſſurus an. ſequenti 5. Octob. ibidẽ factitauit.	1640	18	4

Christi	Papæ Vrbani 8.	Imper. Ferdinãdi 3.
1641	19	5
1642	20	6
1644	Innoc. 10. 1	8
1646	3	10
1647	4	11

Eodem anno R.mus Georg. Paul. Strauius Episc. Ioppensis Proepiscopus Colonienſis primarium altare templi conſtruxit, columnis & ſtatuis inauratis, ac inſigni pictura nobile: Capituli ſumtibus clathris ferreis chorus à naui templi ſeparatur.

Tertio Martij precum horarum 40. finem Ferdinandus Archiepiſcopus & Princeps Elector præſentia, pietateque nobilitauit, cumq; peractis omnibus Diuorum pignora baiulis Canonicis in aureum ſacellum referrentur, ipſe Elector caput S. Vrſulæ, Maximilianus verò Princeps Coadiutor caput S. Aetherij ſponſi religioſè deportauit.

Eodem menſe cum Legatus Cæſareus Ioan. à Crane, locum proximè ſepulcrum vetus Vrſulanum magnifico ſacello decoraret, & vetus ara S. Nicolai ſubrueretur, in ea vitrum inuentum eſt, in quo fluidus ſanguis cum carne & oſſibus SS. Virginum continebatur. Erectum deinde venuſtum & inauratum altare, in eo vitrum cum ſanguine repoſitum, & 12. Octobris à R.mo Paulo Georgio Strauio cõſecratum. Idem eodem die nouam aram in medio templi proximè cancellos ferreos chori recens à Doctore Cornelio à Silling ædificatam honori S. Crucis, SS. Cuniberti & Leonardi dedicauit. Eſt hæc contigua ruderibus aræ veteris, in qua S. Cunibertus ſacrificans, ante mille annos, indicio columbæ, ſepulcrum S. Vrſulæ didicit.

Illuſtris D. Ioannes à Crane ſacelli aurei veteris anguſtias nouo, longiore & altiore dilatauit, pauimentum teſſellis marmoreis ſtrauit, teſtudinem ſupremam auro decorauit: aram loci marmoreã Epiſc. Ioppenſis Georg. Paul. Strauius S. Alexio & S. Vrſulę propterea cõſecrauit: quod huius ædificationis occaſione neceſſe fuerit altare S. Alexij diruere dote translata. Eodẽ anno 22. Iunij Seren. Princeps Wolffgangus Neoburgicus iunior, cũ Sereniſſima cõiuge Poloniæ Regis filia, ſacris in ara principe operãti adſtitit, & reliquias Vrſulan. piè veneratus & exoſculatus eſt: vti ſæpius alias cum Coloniã venit.

Illuſtriſs. Epiſcop. Neritonenſis Fabius Chiſius Nuncius Apoſt. arbiter pacis vniuerſalis, columẽ Eccleſ. S. Malluſij Epiſc. Laudenſis cũ S. Vrſula necati reliquias Laudenſib. procurauit, cultũ eius ibidẽ inchoaturus. Solebat is Coloniæ cũ eſſet, in S. Vrſula libẽter & diutiſſimè vacare precibus: vtq; cõperit opus hoc ad calcẽ tẽdere, mihi literis gratulatus humaniſs. ſtimulos efficaces ad maturandũ addere dignatus eſt. Sodalitas Virginum & Viduarum Vrſulana pro ſubſidio catecheticæ lectionis promouendæ à Paulo V. inſtituta, autoritate Ferdinandi Archiepiſcopi, & ſtudio Georgij Pauli Strauij Vicarij in Pontificalibus & Spiritualibus commodioribus ad finem ipſis præſtitutum legibus eſt ordinata, magno cum eiuſdem incremento.

Viſum eſt huius anni Collegas Vrſulani templi recenſere, quorum beneficio nactus ſum permulta vetera monimenta, quæ hiſtoriam hanc vehementer illuſtrarunt. Præeſt Erica Chriſtina Comitiſſa in Manderſcheidt & Gerolſtein Abbatiſſa, Illuſtres Canonicæ tres: Anna Salome Comitiſſa de Salm, Bebbur, Dick & Alffter, Abbatiſſa Eſſendienſis, Princeps Imperij: Claudia Seraphia Comitiſſa in Wolckenſtein, Maria Helena Comitiſſa de Manderſcheidt & Blanckenheim: vacant duæ præbendæ. Canonici quinq; numerantur: Georg. Paul. Strauius Epiſc. Ioppenſis Proepiſc. & Vicarius Gen. Colonienſis, optimè de reformatione templi, ſtatutorum Collegij ac ſodalitatum loci meritus. Ioannes Conradus à Liskirchen Præpoſitus S. Cuniberti. Hermann. Stockman. Caſparus Froſchius Paſtor S. Columbæ, ac Modeſtus Stephani. Hoc eodem anno caput S. Vrſulæ neptis Vrſulæ Reginæ, ſtatuæ incluſit argento faberrimè veſtitæ D. Ioannes Ferment Senator cum vxore.

OBTESTA-

OBTESTATIO

Ad Britanniam, vt redeat ad antiquam fidem & pietatem.

O Britannia quondam Anglia! nunc heu Scotia! quibus te laudibus efferam? quibus te plangam lacrymis? Eras quondam, cœlestis paradisus Angelorum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum beatissimum domicilium, docta, fidelis, pia, sancta. *Plantauerat* te *Dominus Deus* per Apostolos suos Petrum, Paulum, Iacobum, Simonem, eorumque discipulos *paradisum voluptatis à principio* nascentis Ecclesiæ, tot templis consecratis, & monasterijs constitutis: *produxitque Dominus Deus de humo* tua *omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumq; scientiæ boni, & mali: & fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* Virebant in te oliueta liberalissimorum coniugum, florebant palmeta & roseta fortissimorum Martyrum; gratum cœlitibus adspirabant odorem violaria cœnobitarum; cãdicabant in te lilieta Virginum incorruptarum. In te vineta Cleri doctissimi, sanctissimi, florentissimi fundebãt vinum nectare dulcius. *Sed & fons adscendebat è terrâ, irrigans vniuersam superficiem terræ*, fons scientiæ tam naturalis, & humanæ, quã veræ sinceræque fidei, sapientiæ diuinæ, pietatis, & plenæ, cumulatæque sanctitatis, quo florum, & aromatum areolæ, plantariaque cetera largiter irrigata, fœtu semper vberrimo Ecclesiæ fructus amplissimos, lectissimos, & continuos germinabant: vt præ ceteris orbis nationibus *Insula Sanctorum* dicereris. O verè Anglia! quam tot Reges in coniugio casti, plures autem eremi cultores & cœnobitæ religiosissimi, tot Regum filij, tam innocentiæ, quam castitatis gloria celebres; Clero vel Ascetis adscripti, quasi terrestres quidam Angeli, vel cœlestes homines habitarunt: quorum erat conatus & studium vehementius oblatam vel debitam regiam dignitatem declinandi, quam vllius ambitiosi possit esse desiderium regni acquirendi.

Britannia vetus.

Gen. 2.

Paradisus cœlestis.

Sanctorũ.

Fons perfectionis.

Verè Anglia.

Reges in ea monachi.

Tunc Anglia verè Apostolica: non tantum, quia ab Apostolis fidei rudimentis instituta, & sedis Apostolicæ, libris & armis, propugnatrix, & vectigalis, sed etiã quia tot orbi nouos Apostolos genuit, qui innumeros infideles Christo peperunt. Neq; enim suis contenta Sanctis inquilinis, sed fontis instar paradisiaci quatuor amplissimis diuisa fluminibus, scientias humanas, fidem, pietatem & sanctitatem multis seculis orbe toto diffudit. Huius filij Bedæ discipuli, vel horum auditores Parisiensem, & Ticinensem scholam Italiæ, Franciæque fontes sapientiæ profuderunt. Eiusdem filij Reges etiam & Regum filij, præcones Catholicæ fidei gentes plurimas Christum docuerunt. Eadem duodecim in Frisiam & Germaniam Apostolos ablegauit, complures etiam horum successores, à quibus dedocta gentilitias superstitiones Christo credidit.

Apostoli gentium.

Cultum verò diuinum, & Sanctorum, ac quæuis officia pietatis qui magis, quã ijdem seculis omnibus ad Apostolorũ limina Romana, & Solymæa loca peregrini, viri illustres, Episcopi, Reges, quandoque & feminæ, nonnunquam centuriæ, vel chiliades hominum, imò tres superstite S. Patricio myriades virorum Sanctorum vbiq; prouocarunt? vnde laudat ætate sua Britãnorum peregrinationes & mirificã pietatẽ S. Hieronymus, quã licet hoc toto opere, præsertim ex *l. 4. c. 9.* cognoscere.

Peregrini Romã & Solymam.

Eadem occasione sanctitatis radijs orbem totum collustrarunt: nam cum in via mirandis rutilarent operibus, in varijs nationibus, quas peragrarunt, alij ad insulas rapti sunt; alij cœnobiticam instaurarunt collapsam disciplinam, & Diui tutelares ibidem esse meruerunt; alij in exteris regionibus sanguine profuso martyrij laureâ sunt insigniti. Hinc tot Belgio, Franciæ, Germaniæ & Italiæ religiosorum ordinum seneſcentium reductores, & reformatores prodierunt: vt de vno Bangorensi mõnasterio testetur S. Bernardus nongentos Martyres numerasse, nominetque *locum sanctum, fœcundumq; Sanctorum, qui quasi inundatione facta, examina Sanctorum effudit per Angliam, Galliam, alias exteras regiones, è quo tum turma Sancti in Galliam, Germaniam, Italiam prodierunt SS. Columbanus & Gallus*, & Iocelinus affirmet, *Hiberniam speciali nomine insulam Sanctorum vbique terrarum iure nominari.*

Varijs in locis Episcopi.

Martyres.

S. Bern. in vita S. Malachiæ. Iocelinus cap. 147.

Vnde quam verè Anglia, vbique ferè gentium, fons doctrinæ, fidei, pietatis & sanctitatis, ac paradisus voluptatis, quatuor fluminibus orbem vniuersum irrigarit, fœcundarit, sustentarit, clarissimè velut in speculo videre licet tertio seculo vix inchoato in Vrsulano martyrio, quãdo nominis sui fama sanctissimis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis Germaniam, Galliam, Italiam & Græciam ornauit, & Clerum etiam Romanum sapientissimè rexit, quos omnes incredibili beneficio Deus Coloniæ voluit vno in polyandrio quiescere, testes perennes & præcones fidei veræ orthodoxæ, pietatis, & sanctitatis orbi toti per eius filios communicatæ. Ab eadem præterea postea Colonia Agrippina SS. Agilolphum & Bonifacium Pastores & Archiepiscopos; ab eadem Albanum, Eliphium, & Ewaldos Martyres obtinuit eiusdem filij Wiro, Plechelmus, Willibrordus, Suibertus & VVilleicus eandem miraculis, doctrina, & sanctitate velut cœlestes quædam faces accenderunt, vt Britanniam liceat quodammodo Colonienſis orthodoxæ fidei & pietatis matrem & altricem nominare.

Colonia à Britannis exculta.

At nunc eheu ter infelix Britannia! non Anglia, sed Scotia, Pictorum & Britonũ coloratorum patria! quibus te plangã lacrymis? Eheu Schotia, tot errorũ tenebris caliginosa, tot dogmatum ab auita fide patrum abhorrentium fucis deformata & decolorata Britannia! Pristinus omnis abcessit decor, & species, fidei, pietatis & sanctitatis: *Quomodo obscuratum est aurum* fidei, spei, caritatis? *mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum*, centenis millibus, monasterijs & templis dirutis. *Filij Sion inclyti & amicti auro primo*, Clerus & Pontifices castissimi, *quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli*, sacris altaribus, vestibus & vasis profanatis? Reges, Princeps, Iudices & Optimates tui quondam defensores Sedis Apostolicæ, nomen Apostolici meruerunt, ijdem sedis eiusdem vectigales esse, & capite censi voluerunt: at eheu nunc S. Petri statuas & honorem, ac Roman. Pontificum autoritatem violant, & eiusdẽ patronos extremis supplicijs persequuntur. Eheu Scotia! eheu Britannia! quæ lux quondam mundi, tot gentes radijs scientiæ, fidei & sanctitatis illustrasti & inflammasti, iam errorum tenebris obscurata, tollis è medio sanæ fidei cultores, & præcones: Caluinus, Balæus, Bucerus, Beza Prophetæ tui & Ministri alij *viderunt tibi falsa, & stulta nec aperiebant iniquitatẽ tuã, ne te ad pœnitẽtiam prouocarent, viderunt autem tibi assumtiones falsas.* Hos dum infelix Britannia cæcos, cæcorum duces imprudẽs sequeris, tales irati iudicis voces exprimis. *Ierem. 2.* *Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum*, cum tota sanctis inquilinis abundares, cum innumeros sanctitate claros orbe toto propagares: *quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena? vinea enim Domini exercituum* Britannia, *quondam germen eius delectabile: & exspectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor: Vox enim sanguinis filiorum* tuorum à te pro lege mea cæsorum *clamat ad me de terra*: ideò *maledicta es super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem filiorum tuorum de manu tua.* Sed eheu! *væ* Ministris tuis, *qui dicunt malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Abiecerunt legem Domini exercituum, & eloquium Sancti Israël blasphemauerunt. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum, & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. Nunquid non illud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deũ tuum? Scito & vide, quia malum, & amarum reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem Domini Dei tui apud te, dicit Dominus Deus exercituum.*

Britannia noua deformata.

Hostis sedes Apost.

Trem. 2.

Ierem. 2.

Isai. 5.

Et Catholicorum.

Gen. 4.

Isai. 5.

Hinc tot ciuilia & inteſtina Britanniæ bella, tam diuturnæ populationes agrorum, direptiones & incendia florentissimorum oppidorum, euersiones munitissimarum ciuitatum, quos fructus lerna multiplicium capitum, & errorum hæresis inuexit, vt videas, *quia malum & amarum, reliquisse te Dominum Deum tuum.* Infelix eheu Britannia non Anglia, sed Scotia! meritò ijsdem te plangam lacrymis, quibus Apostolus tuus Gregorius Magnus, cum adhuc idololatriæ cæcis erroribus detentam perciperet; videns enim Romæ pueros tuos corpore candidos, forma speciosos, vultu venustos, capillorum nitore decoros, cum audisset Britannos

Dissensionibus & bellis afflicta.

tannos esse, cuius gentis omniũ incolarũ facies simili candore fulgerent, vbi Gentiles adhuc esse intellexit, grauiter ingemiscens: *Heu*, ait, *quam splendidas facies Princeps tenebrarum nunc possidet! tantaq; frontis species vacuam ab interna gratia mentem gestat!* Ita *cibus* dæmonis *electus*, & *aurum vt lutum sternit* sibi. *Candidiores filij tui* Britannia *niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulcriores, quomodo denigrata est super carbones facies eorum*, & anima fidei lumine, & gratia destituta? Rectè de tuis filijs subdebat Gregorius. *Bene Angli vocantur, quasi Angeli, quia Angelicos vultus habent, & tales in cœlo Angelorum decet esse conciues.* Vtinam auitam fidem à S. Gregorij discipulis haustam reciperes: hanc tui filij toto terrarum orbe præconio suo diuulgarunt, miraculis probarunt, tot vulgatis libris illustrarunt, & tot milleni Martyres tui sanguine fuso confirmarunt, vt quæ nomine & vultu refers Angelos, eosdem animi puritate, quæ multo nobilior est, æmuleris.

Deformes in cãdidis corporibus Britãnorum animas deflet S. Greg. *Surius 12. Martij Habacuc. 1. lob 41. Tren. 4.*

Intuere Britannia tertio seculo vix inchoato fidei Romano Catholicæ maiestatem, tempore Vrsulani martyrij sic in te efflorescentem, vt vix vlla natio fidelis tibi potuerit adæquari. Vide tot gentis tuæ Præsules per Germaniam, Galliam, Italiam, & Græciam sparsos; intuere sedem Romanam, Byzantinam & Antiochenam à filijs tuis gubernatam; contemplare tot Reges tuos & Regum filios, ad Sanctorũ Apostolorum limina peregrinos, cultores reliquiarum, & cœlitum pro fide Romano Catholica vno in loco mortem oppetijsse, quam nunc heu Britannia pessundas & persequeris! Intuere tot millia Virginum incorruptarum, inaudito post homines natos exemplo, ex tuis filijs aureolam martyrij & virginitatis obtinuisse, & hanc arbitraris seruari neutiquam posse? O Britanniam tunc nondum nomine, sed reipsa Angliam, cum tot vno seculo cœlestes homines, & terrestres Angelos genuit! horum non corpora tantum, sed etiam animi *candidiores niue, nitidiores lacte*, mox per martyrium *rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulcriores.* Cedit, cedit hanc tibi Britanniam palmam orbis ferè vniuersus, quod sola plures, quam vlla natio seculo vno virgines incorruptas, Martyres & genere tam illustres produxeris. Vitæ etiam earum initæ rationem expende, num cum tuis nouis dogmatibus, an potius cum maiorum tuorum Romano Catholica religione consentiat?

Felicitas Britanniæ tempore S. Vrsulæ.

Sanctitas.

Apud ipsas viguisse constat vsum hebdomadariæ confessionis, & sacræ communionis, abstinentiam, cultum & inuocationem Sanctorum, operum bonorum continuas exercitationes, corporis afflictationes, indefessum precandi studium, peregrinationes, vota Deo nuncupata. In clero temporis illius gradus Hierarchiæ Ecclesiasticæ distinguebantur, Subdiaconorum, Diaconorum, Sacerdotum, Episcoporum, Patriarcharum: omnes D. Petri in Sede Romana ratam successionem & ab Apostolis vsque manantem legitimam Iurisdictionem agnoscebant, indeq; Episcopi missionem & potestatem, fideique doctrinam repetebant. Ab his patratum diuinissimum Missæ sacrificium, adhibitos Baptismo solennes ritus & ceremonias, cœlibatum ab ijsdem obseruatum, scimus: non opus est ire per singula. Sole clarius ex hoc glorioßissimo gentis Britannicæ martyrio claret religionis Romano Catholicæ vetustas, rituum omnium, qui vigent hodie in Ecclesia receptus vsus, totius orbis in ijsdem fidei dogmatibus, quæ modo tenent Catholici, consensio, sine sectis & dissensionibus, sub vno capite Pontiano, vel eius Vicario, aut successore Cyriaco: vt verè vna Sancta, Catholica & Apostolica potuerit nominari. *vnum corpus & vnus Spiritus, in vna spe vocationis, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium.*

Cõsensio in fide.

Sub vno capite.

Ephes. 4.

Vide nunc reformata Britannia, qua possis ratione dici vna, quæ tot sectis & opinionibus diuideris? Primo cares vno capite, eodem Spiritu & doctrinæ consensione; non enim singula regna tantum à se dissident, sed vix ciuitatem, pagum, vel domum frequentiorem reperire est, quin in ea circa præcipua fidei capita dissentiant inquilini. Quis est obsecro Britannorum, qui se Caluini, Balæi, Bezæ sententias omnes sequi profiteatur? Eò ventum est, vt quilibet ab Hæresiarchis articulos fidei seligat, qui palato sapiunt, iuxta priuatum cuiusque Spiritum. Hic cuilibet est fideir egula, iudex controuersiarum, lex vitæ, dux viæ Christianæ; nõ Lutherus,

Carent vnitate hac Britanni reformati.

Et omnes sectarij.

non Caluinus, non edicta Regum, non conciliabula ministrorum: sed *sic volo, sic iubeo, stat pro ratione voluntas.* Interim videri volunt omnes hæretici semper in dubijs ad scripturam appellare: sed vel ad eam suo arbitrio deprauatam, (vti Geneuenses eam bis mille locis, pro suis erroribus defendendis, corruperunt) vel proprij spiritus interpretatione, contra concordem Sanctorum Patrum & œcumenicorum conciliorum mẽtem, explicatam. Hinc ferè quot capita sunt, totidem hæretici, seu diuersarum opinionum fidei electores inueniuntur, & quia fallibilem hunc Spiritum suum & ministrorum omnium fatentur, incertos se de sua fide, fateri necesse est, adeoque de salute.

Ducti solo Spiritu proprio.

Causam tantæ dissensionis in singulis hæreticis vnicam S. Chrysostomus hom. 20. super Matth. hanc adfert: quia sub diabolo sunt *omnes* ait *infideles, qui sub diabolo sunt, non sunt vniti, nec vnum sapiunt; sed sunt per diuersas opiniones dispersi, & alius quidem sic dicit, alius autem sic. Eodem modo perfidia Hæreticorum, qui nunquam sapiunt vnum: sed quot sunt, tot sententias habent.* Nec mirum: non enim de corpore Christi sunt, nec possunt membra sic inter se, & à Christi moribus & legibus aliena, eius Spiritu sancto animari, qui non est spiritus mendacij, diuisionis & dissensionis, qualis diabolus; sed vnitatis & veritatis: quem Christus suæ veræ promittit Ecclesiæ. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Vnde Romanos fideles monet Apostolus. *Rogo vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis.* Merito: tales enim conflant non Christi, sed Satanæ synagogam, autore S. Hieronymo. *Sit vna* ait *Eua mater cunctorum viuentium, & vna Ecclesia parens omnium Christianorum. Sicut illam Lamech maledictus in duas diuisit vxores; sic hanc hæretici in plures Ecclesias lacerant, quæ iuxta Apocalypsin Ioannis synagogæ magis diaboli appellandæ sunt, quam Christi conciliabula.* 2. Sicut Christus nascens, moriens & resurgens salutem & pacem hominibus attulit, eosque tam inter se, videlicet Iudæos cum Gentilibus; quam cum Patre conciliauit: vt bearet in cœlis eadem hæreditate, quasi filios eiusdẽ moris: ita contra dæmon hostis pacis & salutis, conatur indies nouis hæresibus excitatis, quorũ autor & parens est, errores nouos, mendacia, dissidia, nonnunquam & homicidia, bellaque in suis sectatoribus seminare, vt æternum pereant: *Ille homicida*, ait Christus, *erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est illo, cum loquitur mendacium ex propris loquitur, quia mendax est & pater eius.* Hinc tot nata statim cum Hæresi quasi radice scelerum & dissidiorum in Germania, Belgio, Britanniaque bella sunt, quæ nunc adhuc Anglia experitur: dum enim calamis nequeunt, armis se mutuo conficere sectæ consueuerunt: qualis hæc vnitas & concordia? 3. Hæreses sic variantur, & multiplicantur quotannis, vt pauciores anni sint à primo seculi superioris nouorum dogmatum fabricatore Lutheros euoluti, quam hæreses exortæ: libris publicatas hæreses diuersas ducentas quidam enumerãt: quorũ defensores se plus mutuis calumnijs, & atrocius quam ipsos Catholicos configunt, quæ spes vnitatis & concordiæ hic potest superesse in ista Lerna ducenticipite dogmatum contrariorum?

S. Chrysost. ho. 20 super Matth.

Ioa. 16. 13. Ro. 16 17.

Autore diabolo.

S. Hierò. ad Ageruch. ep 11. Apoc. 2.

Inde bella. Io. 8. 44.

Et sectæ hodie ducentæ.

Adam Contzen in subilo iubilf. 496.

4. Itaque si vellem hodie à Catholicis ad sectarios deficere, consulite mihi in communi, quo confugiendum censeretis? Ad Caluinistas, vel Lutheranos? si ad Caluinistas; Batauos vel Britannos sequar? Batauos? ad Arminianos, vel Gomorristas ibo? si ad Britannos, an ad Molles vel Puritanos me recipiam? sin Lutheranorum suadetis conuenticula: Vbiquitarios sectabor, vel ex centum factionibus alijs inde natis, quam mihi potius eligendam esse existimatis, in qua maior affulgeat tranquillitas, vitæ sanctitas, doctrinæ veritas, salutis securitas? Omnes puro Dei verbo gloriantur, damnatis omnibus alijs aduersarijs: vbi veritas? vbi vitæ Christianæ regula certior? quid amabo plus verisimilitudinis habet vna, præ alijs? quod signum, quam tesseram propriam veritatis, qua caret alia? quæ miracula suæ missionis exhibent. Credamne tam dissonas doctrinas, sibi contrarias, ab Apostolis & omni antiquitate ignoratas, nuper inuentas ab eodem Spiritu sancto profluxisse? Spiritus Sanctus *non est Spiritus dissensionis, sed pacis:* vnde dissidentes illæ tam inter se, quam à Christi doctrina & schola sectæ, satis Patrem suum diabolum arguunt:

qui

qui solet certis seculis, & locis, per certas & nominatas personas, nouos introducere errores, vt originis eorum initium, progressus, & falsitas pateat.

Christi Ecclesia consentit in fide.

5. Christus mille iam & sexcentis annis, vnam eandemque fidei doctrinã, vbique gentium, in sua visibili Ecclesia, in Concilijs, SS. Patribus & innumeris fidelibus, vno suo Spiritu S. præside & gubernatore sub vno capite fouet & conseruat, vt tot seculis nunquam aliquis articulus fidei receptus sit à Catholicis immutatus. Cuius consentientis cum hac ætate nostra doctrinæ primorum seculorum specimen exhibet clarissimũ Vrsulana Sodalitas: ideò nõ est mirum, eã eodem Spiritu Christi Rectore, quo nunc Romano-Catholica religio vnitur, viuit, & vegetatur, cultum Sanctarum reliquiarum, ieiunia, castitatem, votorum obseruantiam, frequentationem confessionis & communionis, bonorum operum, pœnitentię, satisfactionis & afflictationis corporis vsum agnouisse, & pro eadem fide cum tot millibus omnium gentium, & statuum, sub eodem Pontifice, & cum eodem Cyriaco Britanno vitam glorioſissimè posuisse. Quanta tunc temporis in Britannicis Episcopis, Regulis & populis fidei consensio? nunquid cor omnibus vnum, os & anima fuit vna, qualis & hodie durat vbique gentium, apud Catholicos in Europa, Asia, Africa & America?

Vbique gentium.

Audite S. Irenæum tunc superstitem, cum Lucius Britanniæ Rex paulo ante S. Vrsulæ tempora fidem hanc curaret publicandam, ita laudantem hanc orthodoxam concordiam hodieque permanentem: *Hanc fidem Ecclesia & quidem in vniuersum mundum disseminata diligenter custodit, quasi vnam domum inhabitans, & similiter credit ijs, videlicet quasi vnam animam habens, & vnum cor, & consonanter hæc prædicat, & docet, & tradit, quasi vnum possidens os. Nam etsi in mundo loquelæ dissimiles sunt, sed tamen virtus traditionis vna, & eadem est. Et neque hæ, quæ in Germania fundatæ sunt Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæ, quæ in Hyberis; neque hæ, quæ in Celtis; neque hæ, quæ in Oriente, neque hæ, quæ in Aegypto; neque hæ, quæ in Libya; neque hæ, quæ in medio mundi sunt constitutæ; sed sicut Sol creaturæ Dei in vniuerso mundo vnus & idem est, sic & lumen, prædicatio veritatis vbique lucet, & illuminat omnes homines, qui volũt ad cognitionem veritatis peruenire.* Appositè Soli veram Christi doctrinam & Ecclesiam hodiernam orthodoxã comparat: vbiq; modo conspicitur, eodem & constanti fulgore semper emicat, nec tenebris obscuratur: ideò *in Sole posuit tabernaculum* Ecclesiæ suæ, vt dicat S. Chrysostomus: *facilius est Solem extingui, quam Ecclesiam obscurari. Vos*, ait Christi fidelibus Ecclesiam veram constituentibus, *estis lux mundi, non potest ciuitas abscondi supra montem posita*; sic nec obscura potest esse fidei doctrina veteris Britanniæ, quam Lucius Rex Britannis suis & Germanis publicauit, & tota Sodalitas Vrsulana professa est, ac sanguine suo confirmauit: vnde ex tali consensu articulorum fidei, constantiaque quæ hodieque durat, potest facilè quouis seculo vera Christi Ecclesia à Satanæ Synagogis, (quæ lunam quouis anno mutabilitate & inconstantia superant) discriminari. Quilibet in tali Solis fulgore apud orthodoxos ducem infallibilem viæ cœlestis, & rerum credendarum inuenit: cum conscientiæ tranquillitate, & certus est, si eam viam tenuerit ad vitæ vsque terminum, esse se cum electis numerandum.

Irenæus l. 1. adu. hæret. c. 3.

Solis instar fulgens & constans manet.

Psal. 18. S. Chrysost. hom. 4. de verbis Isa vidi Dom. Matt. 5.

6. Vocat ergo Apostolus meritò Ecclesiam Christi *columnam & firmamentum veritatis*, est enim stabilis petra, quæ nunquam deflexit à veritate, sicque sustentat suos fideles, vt adhærentes ipsi firmiter, nequeant aberrare: *neque portæ inferi præualebunt aduersus eam.* Tot seculis à tot hæresibus oppugnata est, stetit tamen inter vndas mutabilium & fluxarũ sectarum sola inconcussa: nec hactenus omnes hæresiarchæ veteres, vel recentiores ducentæ, quæ vigent hodie sectæ contrariæ, monstrarunt vllum clarum scripturæ locum, Catholicæ fidei placitis repugnãtem. *Ipsa est*, ait S. Augustinus, *Ecclesia Sancta, Ecclesia vna, Ecclesia vera, Ecclesia Catholica, contra omnes hæreses pugnans. Pugnare potest, expugnari tamen non potest. Hæreses omnes de ea exierunt, tanquam sarmenta inutilia de vite præcisa, ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in caritate sua. Portæ inferorum non vincent eam.*

Est columna veritatis. *1. Tim. 3. 15.*

Matt. 16. Incõcussa.

S. Aug. l. 1. de symbolo ad Catech. c. 6.

Hinc

Apostolica. Hæreses omni anno mutãtur.

Hinc & rectè sola potest Apostolica nominari: manauit enim ab Apostolis, & huc vsque perseuerat eadem, stabilis, & immutabilis in capitibus fidei. Ac primò Lutheri, Caluinique fides seu fluctus maris, vt supra dixi, nec vnum stetit annum eadem: præterquam, quod ipsi viui sibi suisque prioribus scriptis vicies, tricies & sæpius aperte contradixerint, mutatis articulis fidei: eorum assecla Carolstadius, Beza, alijque quotannis variarunt articulos fidei nouis inuentis opinionibus, vt nunquam Caluinistæ, vel Lutherani, vel alij sectarij ad veram & stabilem inter se concordiam adduci potuerint: quomodo ergo dici fides ea potest Apostolica, stabilis & vna, quæ vix vnum eadem durauit annum? Secundò, quod maximè deplorandum, cum ante Lutherum, Caluinum, Balæum, & gregales, nemo vnus non dico Martyrum, Episcoporum, scriptorũ, sed nec hæreticorum, vel hominum senserit eadem, & docuerit in fide, quæ docuerunt Nouatores (vel nominetur quis ille fuerit) quomodo doctrinam Apostolicam profitentur? & non potius humanam recens excogitatam? Sed eheu! quæ potest esse maior insania, quã vno Luthero, Caluino, vel simili, quẽ fatentur omnes errare potuisse, & errasse nonnunquam, ac sibi cõtradixisse, huic soli tamen plus credere in dogmatibus fidei, quam Apostolis, & Apostolicis traditionibus, ac decretis, quam Concilijs œcumenicis, & toti Ecclesiæ, quæ columna & firmamentum est veritatis? quam consensui SS. Patrum, & Doctorum omnium locorum & seculorum? quam Martyribus, Scriptoribus, & fidelibus vniuersis? Imò fideles omnium præcedentiũ 15. ætatum, cum nemo vnus idem vnquam in omnibus post natos homines senserit, crediderit, vel docuerit; omnes inquam erroris & infidelitatis condemnare, quasi omnes ante Lutherum nati à fide deuiarint, adeoque gratia & caritate destituti perierint: nam *sine fide impossibile est placere Deo.* Vt omnibus sectarijs conueniat, quod Lutherani rectè Catabaptistis in Franckendalensi colloquio sic obiecerunt. *Si vos Ecclesia Dei estis, sequitur Deũ sine populo & Ecclesia fuisse vsque ad annum* 1524. *in quo Carolstadius doctrinæ vestræ fundamenta posuit. Nam si vel omnes historias perlegatis, nullum ab exordio mundi populum inueniet is, qui confessionem fidei vestræ similem habuerit.* Adhucne poterit Apostolica talis doctrina nominari, quæ mille & quingentis annis Apostolis posterior est? Et audet Beza de Caluino iactare, *doctrinã de cœna Dominica à nullo post Apostolos rectè intellectam, & traditam hactenus fuisse, quã à Caluino?* Hæc prurigo nouitatis, propriæ electionis, & vani nominis contra doctrinam Apostolorum omnes peperit hæreses: ideoque sectarios suos non à Christo, sed à se dici gloriosè voluerũt, & rectè, vt erroris origo non ab Apostolis, vel Christo, sed certo tempore post, ab Antichristi prodromis cognoscatur profluxisse: Monet itaq; S. Hieronymus, *In illa est Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata, vsque ad diem hanc durat, sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à Domino Iesu Christo; sed à quoquam alio nuncupari, vt puta Marcionitas, Valentinianos, Montenses* (adde Lutheranos, Caluinistas) *scito non Ecclesiam Christi, sed Antichristi esse synagogam: ex hoc enim, quod postea instituti sunt, eos se esse indicant, quos futuros Apostolus prænunciauit.* Tertiò. Contra verò dicant iam sectarij, quo seculo cœperint Papæ, vel vt sacrilegè nominant, Antichristi Romani? Quo seculo doctrinam publicarint 7. Sacramentorum, purgatorij, realis præsentiæ Christi in SS. Eucharistia? adhæc quando Sanctorum inuocationem, ieiunia, Missam, peregrinationes & id genus alia instituerint, vel semel institutam mutarint? Horum cum initium non exstet; sciant à Christo vel Apostolis manasse, teste S. Augustino. *Illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs statuta retineri. Insolentissimæ insaniæ est, disputare; an faciendum sit, quod tota per orbem frequentat Ecclesia.* Quartò Et illud cõsiderent, velim, si Reformatores isti, non ab Apostolis descenderunt, vnde iurisdictionem & potestatem peccata remittendi: vnde Sacramenta ministrandi, docendique munus, seu Missionem, vt vocamus, acceperunt? Si à Regibus, Principibus, vel Magistratu seculari: at cum ij careant ea potestate, quomodo possunt eam Ministris impertiri? Quod si missionem extraordinariam prætexant: at probent eam cum Moyse, Elia, Elisæo & similibus viris apertis miraculis.

Nemo ante Caluinum idem cum ipso sensit.

Damnat omnes se priores.

Heb. 11.

Ada. Comitzen. l. 6. f. 417.

Notent hoc hæretici.

S. Hier. dial. adu. Luciferianos.

1. Tim. 4.

S. Augustin. epist. 118.

Hæretici carẽt missione & Iurisdictione.

culis. Erat Sodalitas Vrsulana verè Apostolica; nam suorum omnium Episcoporum à sede Apostolica confirmatorum ortum ad Apostolos referebat, vt qui primordia Britannicarum Ecclesiarũ legerit in Vsserio, diligentissimo earum scrutatore clarè videbit, à summis Pontificibus & Apostolis profluxisse. Quintò, Cũ iam Britannia se tanto tempore segregarit à Catholicis, & capite vicarioq; Christi Romano Antistite, quomodo sperare possunt inquilini à suis Ministris veram peccatorum remissionem, qui aliunde in ouile adscenderunt? quomodo diuisi à capite, à spiritu, & corpore Christi, adeoque separati ab ipso fonte, possunt obtinere cœlestis influxum gratiæ? nam hæreses & schismata per eam segregationem à capite, autore Cypriano, pullularunt. *Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei* (Romano Pontifici) *non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quidquam moueret; nemo iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret, nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiã scinderet, nemo sibi placens, ac tumens seorsum, foris hæresim nouã conderet.* Dolendum sanè cum Britannia inaudito exemplo primam se Romano Pontifici & Sedi Apostolicæ vectigalem vltro fecerit, cum nullius regionis tot peregrini, tot Reges etiam Romam primis seculis ierint, iam tali secessione facta, communione & influxu corporis Christi, & Sacramentorũ se spoliasse. Vtinam S. Vrsulæ exemplo respiciat petram, vnde excisa est: respiciat Saram matrem suam Romanam Ecclesiam, quæ Britannicam genuit. Vtinam eam rursum matrem suam agnoscat & reuereatur, vt Deum Patrem habere mereatur.

Ac remissione peccatorum.

S. Cypr. ep. ad Corn.

Adde, quod Ecclesia debeat esse Catholica, seu vniuersalis, non ratione temporis tantum, sed & locorum. *Euntes* ait, Christus, *in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Neutrum Reformatæ conuenit: cœpit à centum annis, paucis Europæ locis est dissipata, nec ad eam vnquam omnes gentes cõuertentur: neque vnam quidem gentem infidelium ad se traduxit. Sola Romano-Catholica nomen hoc tenuit ab initio hucusque: & reipsa tempora, loca, gentesque omnes comprehendit. Sola enim gentes omnes Christi iugo submisit, vt fusè docui lib. 4. c. 17. & 18. satisq; monstrat Vrsulani martyrij tempus, quo coæuis Origine & Tertuliano testibus, *Romanis* etiam *inaccessa Britanniæ loca Christũ agnouerunt:* hæc ipsa res S. Augustinum à Manichæorum hæresi ad Catholicos traduxit, vt ipse fatetur, & vtinam verba eius sectarij diligenter ponderarent, *vt omittam sincerissimam sapientiam, multa sunt alia, quæ in Ecclesiæ Catholicæ gremio me iustissimè teneant. Tenet consensio populorum atque gentium: Tenet autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, caritate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum. Tenet postremo ipsum nomen Catholicæ, quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes Hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad Catholicam conueniatur, nullus Hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* Hic lydius lapis est à S. Augustino clarè propositus, ad quem si sectæ singulæ suam explorarint; omnes vnanimes fatebũtur, dictas omnes S. Doctoris notas soli Romano-Catholicæ Ecclesiæ conuenire: Mirum autem videri nõ debet, cur nõ Pelagiana, Caluiniana, Lutherana doctrina gentes infideliũ conuertat. Ipsa sanctitas fidei orthodoxæ, qua vitia damnat, & virtutes præscribit, ac influxus gratiæ cœlestis attrahit ad veram Christi legem, rationi maximè consentaneam amplectendam, & spurias aut adulterinas sectas, quæ vitijs frena laxãt, detestandas. Nonne sceleribus omnibus ostium reserat Caluinus hisce diabolicis effatis, cum vota Deo nuncupata vocat *retia Satanæ?* negat decalogum obseruari posse: asserit Christum fideles ab omni obligatione legis liberasse, bona opera *sordes* esse, & *inquinamenta*: peccata mortalia fidelibus esse venialia. Quid aliud ex his Satanæ principijs nasci, nisi vita potest omnibus flagitijs contaminatissima? Hinc est, quod à Mollibus in Britannia tam tetris Puritani configantur contumelijs, & hi vicissim eos vocent *insignes aleatores, potatores strenuos, versutos institores, iurato-*

Ecclesia Christi est Catholica.

Marci 16. 17.

S. Aug. contra epist. Manichæi c. 4.

Sola sancta est.

Caluinus ostium vitijs reserat.

Amesius Anglus, & Greuinghouius in præfat.

iuratores impios, homines vanos, iniustos, turpes, & omnes filios Belial, Antichristiano actos spiritu, adeoque vel è medio tollendum ementitum hunc Episcoporum ordinem, vel denuo

Lutherani peiores Turcis.

Papam reuocandum ab orco. Nequiora de suis affectis Lutherus scribit. *Non apud Iudæos, Ethnicos, Turcas reperiri, vbi ita vinculis solutus vrget diabolus, & deteriores effecit, quam fuerant in Papatu:* & alibi: *Mundus ex hac doctrina quotidie redditur deterior,*

Luth. in postilla Germ. Dom. prima Aduentus, & lib. de prophetia Christi.

nostrorum plerosque septiceps inuasit diabolus, & deteriores effecit, quam in Papatu. Hæc cine reformatio, tam tetra deformatio Ecclesiæ? quomodo tam nefaria dogmata miraculis Deus approbabit, quæ sententiam continent hæresum antiquarum ab Ecclesia damnatarum? Negant Caluinus & Lutherus cum Simone Mago & Valentino arbitrij humani libertatem: cum Eunomianis necessitatem bonorum operum ad salutem, voluntque fidem sufficere. Affirmant cum ijsdem & Basilide ac Carpocrate, habenti fidem non obesse peccata. Cum Ario, Nestorio, Eutychete, respuunt traditiones, voluntque omnia scripturis contineri. Cum Nouatianis reprobant Pœnitentiæ Sacramentum: cum Donatistis asserunt Ecclesiam solis constare bonis, olim visibilem, multis seculis perijsse, hoc verò tempore in suo tantum cœtu permanere. Cum Aerianis non esse seruanda stata ieiunia: cum Vigilantio & Iconomachis contemnunt venerationem sacrarum reliquiarum, imaginum Christi ac Sanctorum, eamque nominant idololatriam. Quid in tali colluuie sperari potest sanctitatis, adeoque veræ fidei, cum dictos errores œcumenica concilia, sancti Patres orbis totius, & tot seculorum consensus, & Deus ipse multis miraculis repudiarit?

Doctrina Luth. & Calu. sententia est veterum hæresum.

Vnde si verè dixit S. Iacobus, *qui offendit in vno* (fidei articulo) *factus est omnium reus*: quid de hac dicemus disciplina, quam tot damnati errores contra legem expressam Christi inficiunt, quibus indies noui pro cuiusuis ingenij peruersitate, vel propriæ nequitiæ defensione cumulantur, vt fiant illæ sectæ Luna inconstantiores, & quouis vertumno, ad quemuis motũ venti mutabiliores: ita tamen: vt te istbus ipsis Hæresiarchis Caluino & Luthero, ruant semper in deterius: Musculus sic idem fatetur. *Eo nostra Lutheranorum res redijt, vt siquis videre cupiat magnam turbam nebulonum, atheorum, vsurariorum & circumscriptorum, ei adeunda ciuitas aliqua, in qua Euangelium prædicatur: ibi cateruatim id genus hominum inuenerit. Non igitur vita humana illa nouitate emendata est: sed in deterius prolapsa.* Idem Britannia, si loqui posset, de sua deformatione fateretur, in qua ne vnus quidem reperiri potest, qui seruet Euangelica consilia, vt voluntariam castitatem, & paupertatem voto obligatam, cum tot centena millia liceat talium apud Catholicos inuenire: at si martyrium, vitamque S. Vrsulæ, & sodalium inspexerit, nihil non sanctum, pium & religiosum inueniet, virtutes omnes, quas Christus consuluit, Apostolus suis in literis vbique commendat expressas leget: ideò Deus miraculis fidem hanc & perfectionẽ sanctarum Virginum in vita, morte, & post eam vbique contestatur: fuit autem earum fides eadem, quæ hodie manet in Ecclesia Catholica: illa ergo sola vera est, extra quam nec tempore S. Vrsulæ, nec modo, nec vnquam alias, vera sanctitas potuit obtineri: sed necesse, qui extra eam degunt, licet pro Christo cruciamentis exquisitissimis torqueantur, æternum perire teste S. Augustino. *Firmissimè* ait *tene, & nullatenus dubites, quemlibet hæreticum, siue schismaticum, in nomine Patris & Filij, & Spiritus S. baptizatum, si Ecclesiæ Catholicæ non fuerit aggregatus, quantascunque eleëmosynas fecerit, etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari: omni enim homini, qui Ecclesiæ non tenet vnitatem, neque Baptismus, neque eleëmosyna quamuis copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta, profitere poterit ad salutem, quamdiu in eo Hæretica, vel Schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortem.*

Iac. 2. 10.

Musculus lib. de nouissimo die.

Extra Catholicam Ecclesiam nemo saluari potest.

S. Aug. lib. de fide ad Petrum Diacon.

Deplorandæ Britanniæ facies.

Ier. 9. 1.

Ier. 2.

Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die & nocte interfectas animas populi Britannici. Heu quot infida hæresis sæculo toto glutijt animas, quæ dum nouitatibus illis, vt hamo pisces, capiũtur, se multosque alios in laqueos dæmonum induerunt! ita defloruit auita fides & gloria Britanniæ, pietas illa religiosa cultusque diuinus & Sanctorum abijt in impietatem. Miratur & exprobrat id eis his verbis Deus. *Quid inuenerunt Patres vestri in me iniquita-*

iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer dicit Dominus, duo enim mala fecit populus meus, me enim dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt tibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Nunquid cisternæ dissipatæ à Deo & Ecclesia sunt veteres hæresum errores hodie ab inferis reuocati, quos reformatores vel potius deformatores isti ex Simone Mago, Ario, Nestorio, ex Eunomianis, Donatistis, Nouatianis & alijs vobis incautis propinarunt? hæc aqua turbida, fluminis venenati, quæ bibentes enecat: hæc Aegyptia via, ducens ad iugum Pharaõnis infernalis. *Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam, & quid tibi cum via Assyriorum* (damnatarum hæresum) *vt bibas aquam fluminis? Hæc dicit Dominus, state super vias, & videte, & interrogate de semitis* ANTIQVIS, *quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.* Vias antiquas Britanniæ monstrat Martyrium Vrsulanum, cum vna, Sancta, Catholica, & Apostolica vigeret ibi Ecclesia, cuius veritatem istæ Virgines & miraculis, & sanguine suo sunt contestatæ, tanta cum gloria Britannicæ, Catholicæque Ecclesiæ: eandem S. Lucius Rex vester tam Britannos, quam Germanos docuit: eandem SS. Patricius, Augustinus, Mellitus & alij maioribus vestris tradiderunt: Gildas, Beda, Alcuinus & innumeri scriptores vestri monimẽtis consignarunt, & posteri eorum toto terrarum orbe cum miraculis à Christo veris fidelibus promissis publicarunt. *Mementote dierum antiquorum, cogitate generationes singulas, interrogate Patres vestros, & annunciabunt vobis, maiores vestros, & dicent vobis,* quod nullus à Christo nato, ne Pelagius quidem tam infanda tradiderit; nullus eam dogmatum reformatorum colluuiem: quæ modo docetur, ante centum annos somniauit: & hanc vobis viam salutis æternæ, vitæq; regulam statuetis? Audite querelam in recens orta à 30. annis hæresi S. Gregorij Nazianzeni. *Absconditam post Christum nobis sapientiam annunciatis: rem lacrymis dignam: si enim triginta* (centum) *his annis fides originem habuit: cum quadringenti*) mille, sexcenti,) *fere anni ab eo tempore fluxerint, quo Christus palam conspectus est: inane tanto tempore fuit Euangelium, inanis etiam fides nostra, & Martyres quidem frustra martyrium subierunt, frustra etiam tales, tantiq; antistites populo præfuerũt.*

Ier. 2.

Ier. 6.

Deut. 32.

S. Greg. Nan. c 2. ad Chelid.

Audite & ei penè supparem Vincentium Lirinensem. *Quis igitur tantæ audaciæ est, vt præter id, quod annunciatum est apud Ecclesiam annunciet? aut tantæ leuitatis, vt præter id, quod ab Ecclesia accepit, accipiat? Quanta professio: per me intellexi, meus verus est sensus; ita iure tota vniuersitatis & antiquitatis consensio damnatur? si enim verborum Apostoli, dogmatum, rerum, sententiarum nouitates, quæ sunt vetustati, quæ sunt antiquitati contrariæ, accipiantur, necesse est, vt fides beatorum Patrum, aut tota, aut certè magna ex parte violetur, necesse est, vt omnium ætatum fideles, omnes Sancti, omnes casti, continentes, Virgines, omnes Clerici, Leuitæ & Sacerdotes, tanta Confessorum millia, Martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas, & multitudo, tot insulæ, prouinciæ, Reges, gentes, regna, nationes, totus iam penè terrarum orbis per Catholicam fidem Christo capiti incorporatus, tanto seculorum tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nescijsse, quod crederet, pronuncietur.* Facilius est vnum Caluinũ ambitionis mancipium falli, decipi, deuiare: quam totam Ecclesiam annis 1500. Exiuit is, vt omnes hæretici ante ipsum de Ecclesia, quæ damnauit eius vt & præcedentium hæresiarcharum errores & blasphemias: Nolite errantem sequi: sed columnæ & firmamento veritatis Ecclesiæ tutius adhærete: quam Spiritus S. ex Christi promisso *docet omnem veritatem:* cum qua Christus mansurum se recepit *omnibus diebus vsque ad consummationem seculi:* ne fœdo adulterio polluatur erroris. Monet itaq; Iob. *Interrogate generationem pristinam, & diligenter inuestigate Patrum memoriam,* Gildæ, Bedæ, Alcuini, *& ipsi docebunt vos, loquentur vobis, & de corde suo proferent eloquia.* Hoc ipsum Martyrium Vrsulanum consulite, viamque monstrabit veritatis, & antiquæ fidei gloriæque Britannicæ: quam nunc Deo laus, confines vestri Hiberni conantur restituere: sequimini præeuntes: non pœnitebit. *Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circumcidimini Domino: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio eius, & succendatur, & non sit, qui extinguat.*

Vinc. Lirin. c. 33. de profanis hæreticorum nouitatibus.

Hæretici præferunt se toti antiquitati & vniuersitati fidelium.

Ioan. 16. Matt. 28. Iob 8.

Ier. 4.

Ad Hiberniam rediuiuam.

Felix iterumque felix Hibernia, quæ S. Vrſulam cœlo propitio Virginem matrem fœcundam tot millium Martyrum genuiſti: nunc prima Inſularum Britannicarum redis ad Eccleſiæ gremium, & fidem orthodoxam profiteris, vt exemplo tuo ſorores tuas reliquas inſulas reducas ad Dominum. Inſula Sanctorum ante mille & plures annos dicebaris, quod nomen multis ſeculis poſteris conſeruaſti, quando non chiliades tantum, ſed & myriades Sanctorum in orbem terrarum velut colonias ſanctitatis emiſiſti: Auitum reuoca maiorum tuorum decus, æmulare vetuſtiſſimorum tuorum incolarum fidei conſtantiam, abſtinentiæ rigorem, orandi ſtudium incredibile. Nec expaueſcas, ſi hoſtis humani generis iuratiſſimus fortitudinem tuam aduerſis periclitetur. Maiores tui cum pacis tempore deeſſet in patria ſpes martyrij turmatim eò conuolabant, vbi in exteris etiam locis atrocius ſæuiebat perſecutio: nihil enim ardentius, quam mortem & tormenta ſitiebant. Hinc Belgium, Germaniam, & Franciam tuis Martyribus & Confeſſoribus impleuerunt, ſuæque fortitudinis exemplis alios ad eandem ambiendam lauream animarunt. Macti nunc animis Hiberni, ſicut S. Vrſulæ tempore tantillæ puellæ ſolertia diuina regnum Albionis ſeu Angliæ Chriſto aggregaſtis, & nunc eandem, ac vicinas regiones non armis, ſed auitæ fidei exemplis, virtute, pietatis & amoris cœleſtis flammis accendite, præite factis heroicis inuictæ conſtantiæ exemplo maiorum veſtrorum: ſequentur alij & priſcam Britanniæ laudem, pietatis & ſanctitatis reuocabunt, vt Paradiſus ille cœleſtis, ſuis palmetis, vinetis, roſetis & lilietis Sanctorum Virorum & Virginum reuireſcat in Britannia, iterumque ſcaturiat fons aquæ cœleſtis, quatuor fluminibus vt olim orbem Chriſtianum irrigaturus. Quis mihi, meisque Patribus & Fratribus det, vt ſudore, vel ſanguine noſtro terra nunc arida Britanniæ irrigetur, fœcundanda fidelium felici germine, vt ſicut Britannorum Epiſcoporum, Regum, & Virginum cruore ſaturatâ Coloniâ non ipſa tantum, ſed & vicinæ regiones, hodie meſſem vberrimam quotannis proferunt, ſic noualia Britanniæ ſubacta rurſum triticum lætiſſimum inferant in horrea Domini?

Quod verò Britanniam, idem moneo, precor & obteſtor Germaniam, Saxoniam, Batauiam, Friſiam, Daniam, Sueciam & Norwegiam: omnes iſtæ regiones Sodalitatem Vrſulanam ſuis ciuibus & inquilinis auxerunt, & eiuſdem ſocietatis ſacris reliquijs ante multa ſecula ſunt locupletatæ: Faxit Deus, vt tot millium Martyrum meritis auitam reſpiciant fidem, & poſtliminio cultum Vrſulanum illic maximè florentem reſtituant. O bene totius huius operis Vrſulani labores collocatos, ſi eius lectione vel vnus mortalium deuius ad fidem redeat orthodoxam: & ita fonti bonorum omnium, ſpretis ciſternis errorum diſſipatis adhæreat, cui pro omnibus collatis beneficijs, omnis gratiarum actio, laus, honor & gloria, ab omnibus in omnibus, omni perfectiſſimo modo deferatur nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

VOTVM AVTORIS.

SEd quoniam auſpicijs immaculatæ Dei genitricis ingreſſus tempeſtuoſum mare, nunc eiuſdem benigno fauore portum feliciter attigi: ſi quid benè narratum vel ſcriptum, eius obtentum precibus agnoſco, grateſq́ refero: meorum verò veniam erratorum, vel rerum, quæ vllum etiam mortalium iuſtè queunt offendere, ſupplex poſco, cuncta correctioni S. M. Eccleſiæ ſubijciens, vniteq́ veram miſericordiæ Matrem obteſtans, vt immaculatis offerre manibus hunc meum conatum dignetur filio, mihiq́ & Lectoribus omnibus ab eo gratiam in vita & morte comitem indiuiduam impetrare, ſuumq́ nobis & Sanctarum Virginum patrocinium impertiri, vt cum ipſis & Sanctis omnibus in patria cœleſti Deo concinamus æternum Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

AP-

APPROBATIO CENSORIS.

VRsulana Historia, anxiè hactenus desiderata authore R. P. Hermanno Crombach Societatis IESV Presbytero, cum nec Orthodoxæ fidei, nec morum repugnet honestati; prout Eximij eiusdem Congregationis Viri, præuio accurato examine vnanimiter concluserunt, mirificè legentium mentes non solum recreabit, sed & piæ deuotionis feruorem magis magisque in eisdem accendet: publica itaque luce, magno Christi fidelium bono, donari poterit. Coloniæ die 19. Iulij 1647.

Henricus Francken Sierstorpffius, SS. Theolog. Doct. Gymnasij Laurentiani Regens, Ordinarius librorum Censor.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

IN *dedicatione ad Elect. Col. pag. 4. l. 5. Vrsulanum. p. 15. l. 33. Supernus, l. 34. adhuc. p. 19. l. 20. metropolitanâ. p. 22. l. 11. Donatiani. p. 25. l. 18. celebrata. p. 28. l. 8. subdit. p. 29. l. 10. coniunctus. l. 18. regiones. pag. 33. l. 10. contenderunt. l. 39. æquales. p. 36. l. antep. fustis. p. 42. l. vlt. Martyrum. p. 44 l. 7. totam. vlt. Prophetiæ. p. 51. l. 1. incurreret. l. 62. pen. præfigit. p. 65 l. 23. affectus, l. 25 quam. p. 68. l. 19 adiunctis. p. 79 l. 17. inficiantur. l. 27 persuasione. l. 30. Recentioris. p. 90. l. 14. initium. l. 97. ante secundum lineam* adde *liquet l. 21. Remp. p. 98. l. 8. fusius. p. 101. l. 1. nec* dele. *p. 102. antep. circa A. p. 104. l. 37. sequentium annorum. p. 111. l. 1. firmus. p. 116. l. 7. professionem. p. 122. l. 16. primæ Romana, Alexandrina, Antiochena. p. 127 l. 19. successionum. l. 34. intercessisse. p. 137. l. 6. Elia. l. 25. oratione. p. 138. l. 7. nolēs. p. 141. ant. Electo l. 45. p. 189. l. 19. demonstrati. p. 204. l. 46. dereictis. p. 240. l. 35. quibusq; p. 249. l. 30. vtraq;. p. 254. l. 17. ducebat. p. 271. l. 20. arbitro. p. 284. l. 11. aquis. p. 287. l. 3. inuitaretur. p. 378. l. 21. cladem. p. 388. l. 32. riuali. p. 478. l. 41. perhibetur. p. 485. l. 6. Rhenam. p. 491. l. 30.* post 25. adde *fideles. p. 501. l. pen. innodatā. p. 507. l. 40. templi. p. 575. l. pen. pudicitiam. p. 587. l. 9. Aetherius* pro *S. Vrsula. pag. 643. l. 16. præterea. pag. 647. l. 25. primus. pag. 671. l. 19. fossor. pag. 675. l. 13. mereretur. pag. 676. l. 34. vaticinium. l. 37. quingentis. pag. 678. l. 35. Ipsis. pag. 682. l. 12. milesimo. pag. 683. l. 20. consequeretur. l. 22. inueniendi. p. 684. l. 9. Maromæi. p. 688. l. 50. quo. pag. 694. l. 30. penitus. p. 695. l. 31. destinarit. p. 716. l. 7. instituta. pag. 743. col. 1. l. 11. qua. col. 2. l. 25. Paulinus pro S. Apollinari. p. 734. col. 1. l. 22. figura sic fiat:* *p. 735. l. 14. legitur. p. 743. l. 6. decidunt. p. 745. 33. Vrsulanorum. p. 764. 26. locis. pag. 767. l. 25. subiungendas. p. 771. l. 25. ossuariam. p. 774. l. 1. dulci. antep. ibi. p. 785. l. 1. tartarum. p. 790. l. 20. condiderat. p. 796. l. 36. Præpositus. p. 797. l. 32. vtri loco. p. 802. l. 23. montis. p. 806. l. 5. ad viuū. p. 808. l. 20. defectus. p. 811. l. 14. color. p. 818. l. 26. quando. p. 839. l. 8. gaudent. p. 844. l. 31. Virgo. p. 847. l. 43. vera. pag. 862. l. 44. prægrandes. p. 867. l. 24. vernantes. p. 673. l. 10. parce. p. 879. l. 24. quem. p. 881. l. 8. referre. p. 883. l. 7. videntium. p. 885. l. 2. reuelauit. p. 894. l. 25. oculis. p. 911. l. 12. vulneris. p. 921. l. 34. quā. p. 927. l. 41. acceptam. p. 928. l. 39. commendat. p. 834. l. 14. precibus. pag. 939. l. 4. duo. p. 954. l. 41. appositum. p. 958. l. 33. corporum. p. 964. l. 29. aliarum. p. 976. l. 38. titulorum. p. 980. lin. 45. Basileenses. p. 994 l. 45. à Rhenensibus. l. 52. vitam recitatam. l. 53. in M. S. p. 994. l. 41. puritatem. p. 997. l. 12. versam. p. 1000. l. 19. sole. p. 1028. l. 20. Colonienſis. p. 1029. l. 2. mittendas. p. 1037. l. vlt. Græciæ. p. 1038. l. 2. morte. p. 1046 l. 38. decentiori. p. 1047. p. 1005 l. 29. præsentem. terræ. p. 1022. l. vlt. vno. p. 1023. l. 17. egressas. p. 30. l. 9.* pro Wolffgangi Bockin scribe *Franciscani Patris. p. 1055. l. 34. A. 1550. p. 1060. l. 39. ipsi. p. 1061. l. 20. soboliſq;. p. 1063. l. vultu. p. 1964. l. 11. scandunt, pag. p. 1064. l. 4. Harei. p. 1068. l. 18. Alicuius, l. 20. Sarum, l. 31. Tilano, l. 32. ibidem Rhenense, l. 42. Vrsulæ inuitata, l. 43. filio. l. 46. mundatis. p. 1074. l. vlt. Burgos. p. 182. l. 34. referta. p. 1083. l. 9. Vossius. antep. veritate veriorem, p. 1084. l. 11. singularum. p. 1088. l. 10. habent, l. 11. non tacebunt, l. 13. loco. p. 1091. l. 42. veteris montis. p. 1104. l. 36. febricitantes. p. 1112. l. 41. è Sicilia. p. 1116. l. 35. vacuam. p. 1117. l. 27. Suiberti pro Cuniberti. p. 1119. l. 41. dominatu. p. 1134. l. 16. Citus. p. 1147. l. 26. Britannia. p. 1150. l. 14. vni.* Cetera leuiora beneuolus Lector facilè corriget.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumtibus HERM. MYLII Birckmanni

Excudebat Arnoldus Kempens, Reip. Colonienſis Typographus,

ANNO M. DC. XLVII.

7522691
IL AP19

19343 x
mss